Digitized by Google

XVII. 54

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
1
20 -I
6

3

Digitized by Google

9-8

Digitized by Google

Digitized by Google

ROMANAE HISTORIAE SCRIPTORES GRAECI MINORES; QVI PARTIM AB VRBE CONDITA, PARTIM AB AVGVSTO IMPERIO, RES ROmanas memoriæ prodiderunt:

Fasti Græci ac Latini;
Eutropius, cum Græca Pæanii metaphrasi;
Dionis Epitome per Ioann. Xiphilinum facta,
Herodianus,
Zosimus,
Iuliani Cæsares,
Olympiodori ἐκλογαί;
E Suida excerpta Cæsarum vitæ;
Imperatorum Romanorum & Constantinopol. series Chronologica duplex:

Pars noui nunc, pars emendatiores in lucem exeuntes; addita Græcis ex aduerso interpretatione Latina; Adnotationibus item, & gemino rerum verborumque Indice amplissimo, Græco ac Latino:

Opera & studio Friderici Sylburgii Veterensis.

Tomus tertius.

VITTORIO ... BIBLIOTECA ... IN ROMA

FRANCOFVRDI
Apud Andreæ Wecheli heredes,
Claudium Marnium & Ioann. Aubrium;
AN. CHR. MDXC.
Cum S. Cæsareæ Maiestatis priuilegio.

AVCTORES QVI CITANTVR IN HOC ROMANAE historiae volumine:

Ælianus
Aristophanes p.
Dio
Eunapius
Euripides p.
Eusebius Pamph.
Fabius histor.
Herodorus
Herodotus
Homerus
Iulianus Imp.
Malchus
Maro Virgilius
Olympiodorus
Pisander
Plato
Plutarchus
Polybius
Quadratus
Syrianus
Commentarii publici: seu Acta publ.
Quo autem quisque loco citetur, ex Indice cognoscitur

AVCTORES QVORVM OPE SYLBVRGIVS VSVS IN suis Notationib.

Ælius Lampridius
Ælius Spartianus
Agellius
Ammianus Marcellinus
Appianus
Aurelius Victor
Cassiodori Chronicon
Cicero
Cornelius Tacitus
Dio
Dionysius Halicarn.
Eusebii Chronicon m. s. ab Henr. Petreio mihi donatum
Eustathius
Eutropius
Fasti Capitolini, Sigonii & Panuinii
Fasti Græci
Festus Pompeius
Festus Rufus: seu Sextus Rufus
Flauius Vopiscus
L. Florus
Glossaria v.
Hesychius
Horatius
Iordanes
Iulius Capitolinus
Legationum volumen
Liuius
Messala Coruinus
Notitia vtriusque Imperii
Ouidius
Pausanias
Plinius
Plutarchus
Polybius
Ptolemæus
Sextus Rufus
Stephanus Byzantius
Strabo
Suetonius Tranq.
Suidas
Trebellius Pollio
Valerius Max.
Varro
Velleius Paterculus
Virgilius
Vulcatius Gallicanus

RECENTIORES:

Abrahamus Ortelius
Adrianus Turnebus
Andreas Schottus
Angelus Politianus
Barnabas Brissonius
Carolus Sigonius
Dauid Hœschelius
Franciscus Iunius
Fulnius Vrsinus
Guilielmus Blancus
Guilielmus Xylander
Henricus Stephanus
Hieronymus Wolfius
Hubertus Golzius
Ioachimus Camerarius
Ioannes Brodæus
Ioannes Hartungus
Ioannes Leunclauius
Iosephus Scaliger
Isaacus Casaubonus
Iustus Lipsius
Lazarus Bayfius
Ludouicus Carrio
Onuphrius Panuinius
Paulus Leopardus
Petrus Faber
Petrus Pithœus
Petrus Victorius

SVMMA PRIVILEGII.

S. CÆSAREÆ Maiestatis priuilegio cautum est Andreæ Wecheli heredibus, Claudio Marnio & Ioanni Aubrio, ne quis institutum ab eis Romanæ historiæ syntagma, a Friderico Sylburgio recognitum, Notationibusque, Indicibus, & aliis accessionibus auctum, per decem annorum spatium, a prima editionis die computandum, intra fines sacri Romani imperii, regnorumque & dominiorum Cæsareæ Maiestati hereditariorum, eodem aut diuerso charactere formave, recudere, aut aliò recudendum dare, vel alibi expressum importare, vendere, distrahere, aperte vel occulte, absque supradictorum Wecheli heredum voluntate ac consensu præsumat. Qui secus fecerit, is non solum libris impressis, sed etiam decem auri puri marchis sine vlla venia mulctabitur; vt latius declaratum est in diplomate Cæsareo, dato Pragæ kal. Iulii, anno MDLXXXVIII.

Rudolphus.

Iacobus Curtius a Senftenau.

Ad mandatum S. Cæs. Maiestatis proprium,

A. Benk.

GENEROSO ET ILLVSTRI V.

ANTONIO FVGGERO, COMITI KIRCHBERGAE ET WEISSENHORNI, SERENISSIMI

Austriæ Archiducis FERDINANDI consiliario; litterarum & litteratorum patrono benignissimo,

FRIDERICVS SYLBVRGIVS S. P. D.

EA sunt Fuggeriæ domus erga litteras & litteratos merita, ANTONI generosissime; vt qui a multis retro annis insignia vetustatis monumenta vel e vestris, vel ex aliis bibliothecis in lucem protulerunt, ea pene omnia sub vestris auspiciis in publicum emiserint. Quorum exemplum etsi vel solum imitandi ansam præbere mihi potuit, peculiares tamē me rationes ad id faciendum induxerunt. Eæ fortasse tibi iamdudum exciderunt: at me, qui beneficio tibi hucusque obstrictus fui, earum memoriam deponere haud decuit. Octauus iam annus agitur, cum hoc typographicum studiorum genus ingressus, a Pausania initium feci. In quo excolendo cum post Guilielmum Xylandrum haud pœnitendam operam posuissem, defunctique labores sub HVLDRICHI FVGGERI, patruelis tui, patrocinio in publicum exire viderem: committere non potui quin meis quoque in eum scriptorem lucubrationibus eundem patronum legerem. Quo non multo post cum ingenti litteratorum mœrore defuncto, cum tu, vt ceterorum bonorum, ita & virtutum heres relictus, ex amicorum relatione intellexisses, nullum ex ea dedicatione ad me redundasse fructum, vltro me, nec sperantem, nec opinantem, liberali affecisti honorario. Cuius beneficentiæ recordatio ex eo tempore tam altas apud me radices egit, vt perpetuam mihi notam sustinendam putarim, nisi præclaro aliquo documento animi mei gratitudinem atque obseruantiam & tibi priuatim, & publice omnibus vbique hominibus probauissem. Dudum ergo idonea eius rei captata occasione, talem tādem sum adeptus, qua vix alia optari potuisset luculentior. Postquam enim animo ad Romanæ hi-

storiæ auctores veteres appulso, duos eius tomos Latinos, e minorum gentium scriptoribus coagmentatos, superioribus annis in lucem edidi: consequens esse iudicaui vt e Græcis quoque scriptoribus simile volumen adornarem. Quod vt cum splendido aliquo a me præstaretur auctario, ad eos scriptores qui hactenus in omnium versati sunt manibus, conquirendos existimaui qui nondum a quoquam essent publicati. Diu igitur multumque non tantum Germanicas, sed etiam Italicas, Gallicas, & Hispanicas bibliothecas sollicitaui, & quæ ad institutum meum facerent, per amicos inde petii. Quæ in re quamquam funesta & deploranda horum temporum bella multum mihi offecerunt; Dei tamen beneficio, & amicorum auxilio, ita in eo negotio profeci, vt, qui æqui talium sunt æstimatores, operæ non aspernandæ testimonium mihi haud grauate perhibituri videantur. Primum enim tres scriptores, toties & tamdiu a doctis expetitos, hoc volumine cũ ceteris exhibeo: Fastos *nempe,* Pæaniam, & Zosimum. *nam* Olympiodori ἐκλογὰς, & Imperatorum seriem Chronologicam, *ob voluminis exiguitatẽ, additamenti loco habeo. Deinde in collocatione syntagmatis ea est a me obseruata series, vt* Fasti, *velut prima historiæ elementa, præirent; & in eis ipsis talia Græcis pariter ac Latinis adhiberentur scitamenta, quæ solidum lectoribus emolumentum afferre possent. His elementis post subiunctum est breue totius Romanæ historiæ compendium, ab* Eutropio *primum Latine, post a* Pæania *Græco sermone conscriptum; ab vrbe condita vsque ad Valentinianum & Valentem Augg. deductum. Exinde, quoniam alia vniuersalis historiæ breuiaria nõ suppetebant, ad Augustæ historiæ scriptores accessum est, eos qui de vetustioribus ad nostra tempora manserunt superstites;* Dionis *inquam* epitomen Xiphilinianã, Herodianum, & Zosimum. *Quorum vt tragicæ granditati subiungere libuit partim comica, partim satyrica dicacitate notatos a* Iuliano Cæsares: *ita totam historiam* Suidæ collectaneis *claudere visum est: quippe quæ res ecclesiasticas, a superioribus scriptoribus, velut ethnicis, omissas, politicis nonnusquam interserunt. Præterea quia non satis erat noua & apte digesta repræsentare, id etiam in primis allaboratum est, vt quam emendatißima darentur omnia. Quamobrem omni studio, magno labore ac sumptu, conquisita & collata sunt bona cuiusque auctoris exemplaria, tam manuscripta quam typis expressa. congesta item quæ a criticis, vel ad Latini, vel ad Græci textus expolitionem sparsim* notata *reperiebantur. Ad quæ vt ex meo quoque penu multa paßim adieci, ita duos locupletißimos operi sub finem* Indices *apposui: quos quanto labore confeci, tantam eruditis vtilitatem allaturos confido. Exteriora etiam operi adhibita sunt ornamenta; talis nempe charta, tales typi, talia item cetera, vt operis argumento, quo ad eius fieri posset, responderent. Nihil denique omissum quod tam angusto, tamque difficili tempore, a meæ*

conditio-

conditionis homine præstari potuisse videatur. Eo sane opus est perductum, vt non modo studiosorum hominum, sed etiam magnorum principum bibliothecis ornamento esse queat. Quod opus cur tibi præcipue dicatum voluerim, illustris ac generose mæcenas, vnam supra causam exposui. Sed accedunt etiam aliæ. Primum enim ex ea bibliotheca, quam generosus & illustris patruelis tuus, HVLDRICHVS, *vir æterna memoria dignus, Electorali Palatinatui moriens legauit, multa & præclara nobis ad hanc editionem suppeditata sunt auxilia. cuius beneficii gratiam vt illustrißimorum principum clementiæ acceptam ferri par est, ita vestræ quoquè domui non exigua eius gloriæ pars debetur. Deinde ciuium quoque & clientum vestrorum opera non parum in hoc opere sum adiutus. Vt enim e Xylandri vestri bibliotheca & scriptis aliquammulta mihi obuenerunt adiumenta: ita Dauid Hœschelius, vir ob eruditionis, diligentiæ, probitatisq; laudes tibi cõmendatus, partim e suo penu, partim e Wolfii vestri thesauris, multas & bonas mihi suggessit symbolas. Quæ vt per clientes ex inclyta domo vestra promanarũt, sic per me ad eandem referri par esse videbatur. Tu ergo generose atq; inclyte patrone, insigne hoc, multisq; nominibus amplitudini tuæ debitũ opus serena fronte accipies, meq; ac studia mea de meliore nota tibi commendata habebis. Quod vt confidentius mihi pollicear, efficiunt cum aliæ, tum insignes illæ a maioribus ad te propagatæ virtutes, litterarum & litteratorum amor, in studiorum seminariis propagandis liberalitas, in bibliotheca optimis quibusque libris amplificanda magnificentia; & talis eruditio, quæ de laboribus ad publicam vtilitatem susceptis recte iudicare poßit.* DEVS *opt. maximus, a cuius bonitate bona profluunt omnia, hæc virtutum ornamenta in te, totaq; domo vestra, magis ac magis adaugeat; vt & diuinæ & humanæ philosophiæ studiosis ad prædicandam benignitatem vestram omni æuo suppetat materia. Francofurdi apud Andreæ Wecheli heredes, kal. April. anni a Seruatore nato* MDXC.

Fridericus Sylburgius lectori S.

IN hoc syntagmate quid a nobis sit præstitum, etsi iam ante in specialibus partim auctoris cuiusque, partim adnotationum præfationibus, sat copiose est expositum; tamen hic quoque, vt vno aspectu pateant omnia, breuiter exponam, amice lector. FASTOS GRÆCOS, *a Sigonio & Panuinio toties laudatos, a nemine hucusque publicatos, e Græco Chronico transcriptos damus. Eorum partem aliquam mihi communicarat illustris vir, Ioannes Vincentius Pinellus. Eam ego partim recensui, partim suppleui e Chronico vetere, quod ex Antonii Augustini bibliotheca in Hispaniis ante aliquot annos ab Andrea Darmario Cretensi descriptum, Isaacus Casaubonus iustis conditionib. in meam possessionem transmisit. In eo libello Græcolatina est consulum nomenclatura, a primis consulib. vsq; ad* XVIII *Heraclii consulatũ deducta. Quæ quia nonnusquam manca est, nonnusquam deprauata, Latinam descriptionem, ex Onuphrii Panuinii Fastis desumptam, e regione illi apposui, vt normam aliquanto accuratiorem. Annos vrbis in exteriori margine adscripsi; eosq; duplices, Varronianos, & Capitolinos: quos Græcæ quoq; nomenclaturæ adieci; licet id Chronicon diuersam annorum rationem sequatur. In Olympiadum enumeratione suã vtrisq; Fastis seriem conseruaui: Annos Christi & Indictiones in Latinis dumtaxat Fastis expressi.* EVTROPII *superiores editiones, Schonhouii & Vineti, cum Fuldensi exemplari peruetusto, contuli; nonnusquã etiam cum Paulo Diacono, eius scriptoris interpolatore. Græcum eius metaphrasten,* PÆANIVM, *seu* PÆANIAM, *e Francisci Pithœi bibliotheca nobis impetrauit Ioannes Opsopœus. qui liber etsi passim corruptus est, duobusque locis mancus, & fine mutilus; in nonnullis etiam a Latini textus vestigiis discedit: tamen non absque fructu in plerisque legi & coniungi cum Latino textu potest. Suidam vero aliam Eutropii paraphrasin secutum esse, forsan Capitonis Lycii, ex eiusdem collectaneis, sub finem huic volumini additis, nostrisq; adnotationibus, est perspicuum. In* DIONIS EPITOME XIPHILINIANA, *ad Roberti & Henrici Stephani editiones adhibui Palatinæ bibliothecæ codicẽ m. s. deinde duorum doctissimorum virorum exemplaria impressa, multisque in locis emendata, Ioachimi Camerarii, & Guilielmi Xylandri: tum emendationes & coniectationes a Dauide Hœschelio partim ex Hieronymi Wolfii libro, partim aliunde collectas: demum correctiones &* ἑτερογραφίας, *quas e Georgii Merulæ vetere codice m. s. desumptas Andreas Schottus ex Hispaniis ad me nuper misit. Sed & Dionem ipsum passim adii, & ambos interpretes, Guilielmum Blancum, & Guilielmum Xylandrum.* IN HERODIANO *secutus sum nouissimam editionem Henrici Stephani: consului tamen etiam vetustiores; Venetam, Aldi; ac Basileensem vtramque, Ioannis Walderi, & Henrici Petri. Præterea* V. C. *Erricus Memmius per Ioannem Opsopœũ nobis communicauit quas in vtrumq; textum, Græcum & Latinum, doctissimorum Græcæ linguæ in Parisiensi academia professorum habebat animaduersiones: quarum partem Henrici Stephani, partem meis adnotationib. interserui, partem in Indices reieci, prout loci ferebat commoditas. Nouissime omnium e libro m. s. quasdam emendationes & scripturæ variationes suppeditauit Andreas Schottus, laboriosus vetustatis rimator.* IN ZÓSIMO *duobus sum vsus libris m. s. quorum alterum, e Ioannis Leunclauii apud Fr. Pithœum codice transcriptum, & a Ioanne Opsopœo cum archetypo collatũ, suppeditauit* V. C. *Aimerius Thuanus: alterum communicauit Palatinorum Electorum splendidissima bibliotheca. Hæc exemplaria in priorib. duob. libris cum Stephani editione; in posterioribus, inter se ipsa contuli: Leunclauius etiam ipse ambo recensuit, & Latinam versionem ex ista collatione ita interpolauit, vt noua pene in lucem nunc prodeat.* IVLIANI CÆSARVM *vnicam dumtaxat editionem nancisci licuit; eam videlicet qua omnia Iuliani opera Parisiis ante aliquot annos, Petri Martinii & Caroli Cantoclari auspiciis, in lucem sunt emissa.* OLYMPIODORI ἐκλογὰς *e Francisci Pithœi bibliotheca nobis Ioannes Opsopœus impetrauit; ego Latinitate donaui.* SVIDÆ ἐκλογὰς, *i. a Suida collectas Cæsarum vitas, ante aliquot annos Græce ac Latine in lucem ediderat Hermannus Witekindus. cuius editionis exemplar cum initio inuenire non possem, in auxilium adscitis Suidæ historicis, ab Hieronymo Wolfio Latino sermone publicatis, nouam collectionem institui; eamque ita sum persecutus, vt cum postea Witekindi editionem nactus, eã cum mea contulissem, accessiones aliquot a me factas esse animaduerterem.* IMPERATORVM CATALOGVM CHRONOLOGICVM *priorem ego ex Antiquitatib. Constantinopolitanis, Palatinæ bibliothecæ libro, exscripsi: posteriorem, ex alia quadam m. s. Temporum computatione Græca excerpsi: eisdemque Latinam interpretationem e regione apposui. Ad has exemplarium suppetias assumpsi quæ apud nostrorum temporum criticos inueniebam; Italos nempe, Carolum Sigonium, Onuphrium Panuinium, Petrum Victorium: Gallos, Ioannem Brodæum, Adrianum Turnebum, Henricum Stephanum, Iosephum Scaligerum, Petrum Fabrum, Petrum Pithœum, Isaacum Casaubonum: Germanos, Ioannem Hartungum, Iustum Lipsium, Paulum Leopardum, Ludouicum Carrionem, & alios. His ergo auxiliis Græcum pariter ac Latinum cuiusque libri textum, quantum fas esse videbatur, emen-*

Digitized by Google

tur, emendaui: de suspectis & dubiis, seorsum in Notationum libro nunc aliorum, nunc meam sententiam exposui, sua cuique fideliter assignata symbola. Interpretum versiones intactas reliqui, praesertim Politiani, Leunclauii, Cantoclari, Wolfii. In Blanci versione vt Xylander quaedam non sine caussa emendarat; ita ego quoq; pauca quaedam, quae manifestum habebant vitiũ, corrigere non sum veritus: In ceteris sicubi diuersum ab interpretib. sentirem, in Notationum libello meam exposui sententiam. Cum porro alii ante me in horum auctorum nonnullos adnotationes ediderint, in Dionis epitome, Xylandri adnotationes seorsum posui; Stephaneas, numero pauciores, meis interserui. Contra, in Herodiano, Stephani adnotationibus, per singulas paginas cũ textu propagatis, Memmianas, meas & aliorum interserui, modo nota quapiam distinctas, modo vncis inclusas; vt a Stephaneis possent discerni. In Zosimo, Stephaneas & Leunclauianas meis interspersi: & viceuersa in Iuliani Caesarib. Cantoclari Notis meas inserui. Praeterea cum adnotationum multae, praesertim in scriptura discrepantia, tales essent vt non vni & alteri loco, nec vni & alteri auctori, sed etiam plurib. inseruirent; quae generali expositione comprehendi poterant, in INDICES *retuli, vel Latinum, vel Graecum: atque ita per ambo Inuentaria eas digessi, vt Lexici quendam vsum praestent & huic volumini, & aliis eiusdem argumenti scriptoribus; reipsa multoties expertus quantam vtilitatem afferat ista Indicum accurata concinnatio. Annos vrbis in Fastis & Eutropio ad oram apposui: in ceteris auctoribus, quoniam infrequentior est eorum adnotatio, praetermisi: Principum dumtaxat seriem vel in summis paginis, vel in laterali margine annotasse contentus. In Latino textu quae pendulo & graciliori charactere sunt exarata, modo dicti alicuius citationem, modo aliud quidpiam notatu dignum indicant: in Herodiano autem, ab interprete omissa significant. Vncis quae inclusa sunt in Latinis interpretationibus, a Graeco textu absunt: in Eutropio autem & Graecis auctoribus quae his signis sunt inclusa, & ipsa vel ab exemplari aliquo absunt, vel omnino sunt superflua. Asterisci crucisve nota quib. est p̃fixa, de iis vel in Notationibus, vel in Indicib. aliquid adnotatũ est. Atq; haec sunt quae nostro labore in hoc syntagma sunt collata: cuius vt magna pars plane noua est, sic cetera ita sunt renouata, vt ad noua quam proxime accedant: ea etiam vsquequaque adhibita diligentia, vt fere nihil, quod quidem temporis spatium & rei difficultas tulerit, sit omissum. In qua Sparta exornanda vt doctis pro sua cuique symbola gratias me debere agnosco, ita non exiguum eorum est beneficium, quorum sumptib. hanc reip. operam nauaui. in quo genere cum primas sibi vindicent Wecheli heredes, Marnius & Aubrius; quorum quotidianis impensis octauum iam annum in hac prouincia versor: proxima illustrissimis clementissimisque Hassiae meae principibus debetur gratia; qui, vt promptius diligentiusque in hoc studiorum genere pergam, annuum mihi honorarium in illustri academia Marburgensi, velut extraordinario professori, pro innato erga bonas litteras studio, decreuerunt. Tu, lector, labore nostro fruere, benignisque patronis & adiutorib. optima quaeque mecum precare. In primis autem eos candorem nostrum imitari velim, qui Pompilii Amasaei lucubrationes Polybianas, ab optimo doctissimoque sene ante obitum nobis promissas, hucusque detinent. cum enim ille vigilias suas nõ tineis & blattis, sed publicae studiosorũ vtilitati destinarit; & ipsi & reip. fit iniuria, si diutius eae supprimantur. & cum pars earum lucubrationum ad nos iam peruenerit, ceteras quoque laboris istius partes mitti, foedamque plagii notam omnibus modis amoueri par est. Vale.*

CONTINENTVR HOC SYNTAGMATE:

FASTI Latini & Gręci, a primis consulibus Bruto & Collatino, vsq; ad XVIII consulatum Heraclii augusti: hoc est, ab anno vrbis CCXLIIII, vsque ad annum eiusdem MCCCLXXX, pag. I.

EVTROPII Breuiarium historiæ Romanæ; eiusdemq; Græca metaphrasis Pæanii; ab vrbe condita vsque ad Valentinianum & Valentem augustos, h.e. vsque ad annum vrbis MCXVII, p. 63

DIONIS Epitome, per Ioann. Xiphilinum facta, XXV Imperatorum historiam complectens, a Cn. Pompeio & C. Iulio Cæsare vsque ad Alexandrũ augustũ; h.e. ab anno vrbis DCLXXXIIII, vsque ad ann. eiusdem DCCCCLXXXI, p. 137

HERODIANI suorum temporum historia, decem Imperatorũ res gestas continens; a morte Marci vsque ad initium Gordiani III: h. e. ab anno vrbis DCCCCXXXII, vsque ad ann. eiusdem DCCCCXC, p. 463

ZOSIMI Noua historia, Herodiani seriem, post breuem superiorũ temporum repetitionẽ, continuans, vsque ad Honorium & Theodosium iuniorem; h.e. vsque ad annum vrbis MCLXIIII, Christi CCCCXII, p. 632

IVLIANI CÆSARES, i. per satyram quandam inducti Principes Romani, a Iulio Cæsare vsque ad Constantinum & filios, p. 832

EX OLYMPIODORO per Photium excerpta, de rebus sub Theodosio minore gestis, p. 853

E SVIDA excerptæ Cęsarum vitæ, a C. Iulio Cęsare, vsque ad Theophilum Michaelis Amorræi filium. quæ si essent integræ, ad MDLXXX annorum hoc volumine cõtineretur historia; p. 856

IMPERATORVM Chronologica series duplex: prior, a Iulio Cæsare vsq; ad Michaelẽ Comnenum; posterior, a Iulio Cæsare vsque ad Constantinum & Romanum eius socerum, p. 894

Adnotationes, & Rerum verborumque geminum Inuentarium, Græcum & Latinum, p. 908

IMPERATORVM, QVORVM RES GESTÆ HOC volumine narrantur, catalogus.

Cn. Pompeius Magnus 137,7
1 C. Iulius Cæsar 151, 24: & 103,34: 833, 3: 841, 5: 849, 16: 856,2
2 Cæsar Octauianus Augustus 161, 1: & 105, 41: 635,7: 834,4: 845,9: 849, 38: 856,6
3 Tiberius 222,31: & 107,1: 635,45: 834, 19: 857,1
4 Caius Caligula 245,1: & 107,13: 636, 4: 834,35: 857,38
5 Claudius 257,1: & 107,24: 636,7: 834, 38: 858,42
6 Nero 267,4: & 107, 44: 636,9: 835,5: 859,39
7 Galba 303,1: & 108,34: 835,13
8 Otho 305,34: & 109,1: 835,13: 860,44
9 Vitellius 308, 20: & 109, 24: 835, 13: 861,5
10 Vespasianus 317,1: & 110, 8: 636,13: 835,17: 861,33
11 Titus Vesp. 324,8: & 111,4: 636,13: 835, 20: 862,10
12 Domitianus 329,1: & 111,35: 636, 14: 835,21: 863,3
13 Nerua 337, 28: & 112,32: 636,20: 835, 23: 864,19
14 Traianus 339,25: & 112, 43: 636, 20: 835,32: 846,12: 850,13: 864,26
15 Adrianus 351,1: & 114,24: 636,20: 835, 36: 865,4
16 Antoninus Pius 361, 23: & 115,6: 636, 21: 836,1: 866,24
17 Marcus Antoninus philosophus 363, 11: & 115,28: 636,22: 836,5: 847,8: 850, 24: 867,36
18 Commodus 374,24: 467, 28: & 117, 25: 636, 25: 836,15: 869,1
19 Pertinax 386,15: 489,4: & 117,37: 636, 29: 836,18
20 Iulianus 391,20: 499,28: & 117,43: 636,37: 869,25
21 Seuerus 395,38: 509,32: & 118,6: 637, 7: 836,23: 869,28
22 Antoninus Caracalla 425,30: 539,17: & 118,36: 637,30: 836,28: 871,1
23 Macrinus 439, 24: 556,31: & 119, 9: 638,2: 836,29: 872,9
24 Auitus, seu Antonin° Heliogabalus 444,1: 566,30: & 119,15: 638,7: 836,30
25 Alexander 450,30: 574,6: & 119, 24: 638,19: 836,31: 872,14
26 Maximinus 587, 41: & 120,2: 639, 15: 872,37
27 Maximus & Balbinus 617,6: & 120, 14: 640, 10
28 Gordianus 621,32: & 120, 22: 640,31
29 Philippus 642,38: & 120,34
30 Decius 643,6: & 120,43: 873,13
31 Gallus & Volusianus 644,5: & 121,5
32 Valerianus & Gallienus 646,4: &
33 121,15: 836,40
34 Claudius 652,20: & 122,28: 837,7
35 Aurelianus 654,30: & 123, 1: 837,11: 873,30
36 Tacitus 662,16: & 124,10
37 Probus 663,20: & 124,17: 837,20
38 Carus & Carinus 124,34: 838,1:
39 874,1
40 Diocletianus & Maximianus Her-
41 culius 125,18: 671,33: 838,3: 874,27
42 Constantius & Maximianus Gale-
43 rius 128,14: 672,1: 838,4
44 Constantinus & Licinius 672, 9: &
45 128,44: 838,24: 875,27: Constantinus solus 130, 5: 685,10: 847,19: 851,32: 852,16
46 Constantini filii, Constantinus, Constantius, Constans 691,31: &
47 131,35: 838,27: Constantius solus 694,17: & 131,27: 852,22
48 Iulianus 713,4: & 133,12: 876,38
49 Iouianus 729,26: & 133,27: 878,9
50 Valentinianus & Valens 734, 24: 879,17
51 Valens & Gratianus 746,16: 880,1
52 Gratianus & Theodosius 751, 10: 880,30
53 Theodosius & Valentinianus iu-
54 nior 761,40: 880,44. Theodosius solus 776,11: 881,28
55 Arcadius & Honorius 780,3
57 Honorius & Theodosius minor
58 806,45: 882,25
62 Marcianus 883,20
63 Leo 883,26
67 Zeno 884,19
68 Basiliscus 885,14
70 Anastasius 886,31
73 Iustinianus 888,1
75 Tiberius 888,41
76 Mauricius 889,17
78 Heraclius 889,40
Iustinianus Rhinotmetus 890,30
Philippicus Bardanes 891,24
Artemius 891,37
Constantinus Copronymus 891,45
Michael 892,35
Theophilus 893,1

FASTI CONSVLARES DVPLICES; PRIMVM GRÆCI, CVM INTERPRETATIONE LATINA, E VETERE CHRONICO m.s. excerpti: deinde Latini, e Panuinianis Fastis & eorundem Appendice descripti.

FRID. SYLBVRGIVS candido lectori S.

QVEMADMODVM superiores duos tomos a Fastis cõsularibus, velut primis elementis, exordiri visum est; ita hunc tertium, Græcis scriptoribus dicatum, à Græcis fastis auspicari libuit; præsertim cum illi a Carolo Sigonio & Onuphrio Panuinio, accuratissimis antiquitatis scrutatoribus, toties laudati, a nemine hucusq. in lucem fuerint editi. Eorum apographum duplex ab Antonio Augustino, viro amplissimo, & de antiquitate præclare merito, profectum esse intelligo: alterum, breuius, vsq. ad Antonini Caracallæ imperium: alterum, prolixius, vsq. ad imperium Heraclii deductũ. Prius, Sigonio primum communicatum, peruenit post etiam ad alios: nuper autem ab Ioanne Vincentio Pinello, & Antonio Ricobono, viris vt doctrina clarissimis, ita etiã vetustatis instaurandæ studiosissimis, Patauio ad nos missum est. Alterum, quod Panuinius ab eodem Antonio Augustino se accepisse, aliquot in locis testatur, diu per amicos hinc inde perquisiui. Tandem præter exspectationem non ὅλοκλῆ illa se obtulit, sed ipsum Chronicon, e quo consulum seriem ab aristocratiæ initio, vsque ad Heraclii XVIII consulatum, idem Antonius Augustinus exscriptã Panuinio impertiuerat. Id Chronicon primum in Siciliæ vetusta bibliotheca est inuentum ab Hieronymo Surita: deinde ab Antonio Augustino prius in Italiam, post in Hispaniam trãslatum. Ex eo descriptum exemplar Andreas Darmarius, Græcus librarius, Isaaco Casaubono, cum aliis nonnullis libris veteribus, vendidit: Casaubonus mihi hoc vere iustis conditionibus emancipauit. Cuius vt aliquæ primitiæ ocius in publicum exirent, primum eam Fastorum partem, quam a Pinello & Ricobono acceperam, cum meo exemplari contuli, & simul Latine exposui: deinde reliquam partem, a Caracallæ anno quarto, vsque ad Heraclii XVIII consulatum, in quo Chronicon nostrum desinit, eadem methodo qua inchoata erat ista Fastorum ratio, pertexui. Res gestas vniciuiq. cõsulatui subiectas, de industria omisi; primum, quia diuersarum gentium erant; deinde, quia illæ quæ proprie huc pertinent, ab huius tomi auctorib. sat prolixe sunt tractatæ: tum, quia idipsum Chronicum cum aliis eiusdem argumenti Chronologiis alio tempore commodiore in publicum emittere statui. Porro quoniam Græci fasti aliquot locis mutili, nonnusquam deprauati sunt, alicubi etiam a Latinis discrepant; Latinos ex Panuinii editione Græcis e regione apponendos censui; vt alteri alteros nunc explerent, nunc explanarent aut corrigerent. Olympiadas Græcus auctor ad Heraclium vsq. continuauit: Panuinius in Constantini magni temporib. intermisit, & Indictiones pro illis posuit. Eas, vt apud vtrũq. auctorem reperi, interiori margini bona fide adscripsi. Annos ab vrbe condita, in exteriori margine notaui: in quibus prior numerus est Varronis & aliorum insignium auctorum; posterior, Verrii Flacci & Capitolinarum tabularum. Expressit vero & Panuinius vtrumq. numerum in prioribus duobus Fastorum libris: in posterioribus autem, & in Commẽtario, Varronianam numerationem, vt receptiorem, est secutus: nec ego aliam mihi rationem hic sequendam existimaui. quapropter Græcis quoq. eosdem numeros ex aduerso apposui; vt conferendi via esset expeditior. A Varrone autem Græcus auctor quantum distet, scire si cupias, Varro Olympiadis sextæ anno tertio; hoc autem Chronicon, Olympiadis septimæ anno quarto vrbem conditam scribit: quinq. scilicet annis serius quam Varro tradidit. Annos Christi, Latinis litteris expressos, Panuinius numerare incipit ab anno vrbis 751, id est ab Augusti XIII & Siluani consulatu: Græcũ autem Chronicon a sequente consulatu, Lentuli & Pisonis; quem annum ab orbe condito idem Chronicon statuit 5507. Hæc tibi significanda duxi lector: tu eis vtere fruere, primisque huius beneficii auctoribus Pinello, Ricobono, & Casaubono, si alias referre gratias nequis, saltem optima queq. mecum precare. Francof. Kal. Maii MDLXXXIX.

ΟΛΥΜΠΙΑΣ πέ

Ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου ἤρξαντο οἱ Ῥωμαίων ὕπατοι χρηματίζειν καὶ διοικεῖν τὰ Ῥωμαϊκὰ πράγματα, ἐπὶ ἔτη τϟδ', τουτέστιν ἕως δευτέρου ἔτους καὶ αὐτοῦ ρπγ' Ὀλυμπιάδος, ὑπατίας Λεπίδου καὶ Πλάγκου, ἤγουν καὶ ἐπὶ τὸ α' ἔτος Γαΐου Ἰουλίου [Καίσαρος,] καὶ ἕκτον Κλεοπάτρας.

OLYMPIAS LXXXV.

Ab hoc tempore cœperunt Romæ cõsules capessere & administrare rempubl. Romanã, ad annos CCCXCIIII, hoc est vsq; ad secundũ annũ CLXXXIII Olympiadis, consſ. Lepido & Planco; siue ad primum annum C. Iulii Cæsaris, & sextum Cleopatræ.

A.V.C.	Ὀνομασίαι τῶν ἐν Ῥώμῃ ὑπάτων.	*Nomenclatura consulum Rom.*	OLYMP.
244	Βρούτου καὶ Κολλατίνου	Bruto & Collatino	
	Πουβλικόλα καὶ Λουκρητίου	Publicola & Lucretio	
	Πουβλικόλα τὸ δεύτερον, καὶ †Πουπλίου	Publicola II, & †Puplio	
	Πουβλικόλα τὸ γ', καὶ Λουκρητίου τὸ β'	Publicola III, & Lucretio II	
250	Μενενίου καὶ †Ποσουμιανοῦ	Menenio & †Postumiano	πϛ'
	Τρικόστου καὶ Βιτελλίνου	Tricosto & Vitellino	86
	Ἀρούγκου καὶ Φλάβου	Arunco & Flauo	
	Καμερίνου καὶ Λόγγου	Camerino & Longo	
	Ἐλούα καὶ Γεμίνου	Elua & Gemino	πζ'
	Φλάβου τὸ β', καὶ Σικούλου	Flauo II, & Siculo	87
	Ἀτρατίνου καὶ Αὐγουρίνου	Atratino & Augurino	
	Ἄλβου καὶ Κελεμοντάνου	Albo & Cœlimontano	
	Σαβίνου καὶ Πρίσκου	Sabino & Prisco	πη'
260	Κελεμοντάνου τὸ β', καὶ Γεμίνου τὸ β'	Cœlimontano II, & Gemino II	88
260	Ἀρούγκου τὸ β', καὶ Βιτελλίνου τὸ β'	Arunco II, & Vitellino II	
	Μακρίνου καὶ Αὐγουρίνου τὸ β'	Macrino & Augurino II	
	Αὐγουρίνου τὸ γ', καὶ Ἀτρατίνου τὸ β'	Augurino III, & Atratino II	πθ'
	Καμερίνου καὶ Φλάβου	Camerino & Flauo	89
	†Τύλλου καὶ Ῥούφου	†Tullo & Rufo	
	Ναυτίου καὶ Ῥούφου τὸ β'	Nautio & Rufo II	
	†Λούσκου καὶ Σαβίνου	†Lusco & Sabino	ϙ'
	†Ρουτιλίου καὶ Βιτελλίνου	†Rutilio & Vitellino	90
	Φαβίου καὶ Μαλογινησίου	Fabio & Maluginense	
270	Μαμέρκου καὶ Φαβίου τὸ β'	Mamerco & Fabio II	
270	Φαβίου τὸ γ' καὶ †Βολισίου	Fabio III, & †Volisio	ϙα'
	†Τερτύλλου καὶ Φαβίου τὸ δ'	†Tertullo & Fabio IIII	91
	†Σαβίνου καὶ Φούσου	†Sabino & Fuso	

Kirin-

NOMENCLATVRA CONSVLVM ROMANORVM; DECEMVIRORVM ITEM ET TRIBVNORVM CONSVLARI POTESTATE creatorum: adhæc Imperatorum, ab Octauiano Augusto vsque ad Heraclium Aug. hoc est vsque ad ann. vrbis 1380.

Ex Fastis Onvphrii Panvinii.

Olymp.			A.V.C.
			244
	L. Iunius Brutus	*L. Tarquinius Collatinus*	244
68	*P. Valerius Poplicola* II	*T. Lucretius Tricipitinus*	
	P. Valerius Poplicola III	*M. Horatius Puluillus* II	
	Sp. Lartius Flauus	*T. Herminius Exquilinus*	
	M. Valerius Volusus	*P. Postumius Tubertus*	
69	*P. Valerius Poplicola* IIII	*T. Lucretius Tricipitinus* II	250
	P. Postumius Tubertus II	*Agrippa Menenius Lanatus*	250
	Sp. Caßius Viscellinus	*Opiter Virginius Tricostus*	
	Postumus Cominius Auruncus	*T. Lartius Flauus*	
70	*Ser. Sulpicius Camerinus*	*M. Tullius Longus*	
	P. Veturius Geminus	*T. Æbutius Helua*	
	T. Lartius Flauus II	*Q. Clœlius Siculus*	
	A. Sempronius Atratinus	*M. Minucius Augurinus*	
71	*A. Postumius Albus*	*T. Virginius Tricostus Cœlimontanus*	
	Ap. Claudius Regillensis Sabinus	*P. Seruilius Priscus*	
	A. Virginius Tricostus Cœlimontanus	*T. Veturius Geminus Cicurinus*	260
	Postumus Cominius Auruncus II	*Sp. Caßius Viscellinus* II	260
72	*T. Geganius Macerinus*	*P. Minucius Augurinus*	
	M. Minucius Augurinus II	*A. Sempronius Atratinus* II	
	Q. Sulpicius Camerinus Cornutus	*Sp. Lartius Flauus* II	
	C. Iulius Iulus	*P. Pinarius Mamercinus Rufus*	
73	*Sp. Nautius Rutilus*	*Sex. Furius Medullinus Fusus*	
	C. Aquillius Tuscus	*T. Sicinius Sabinus*	
	Proculus Virginius Tricostus Rutilus	*Sp. Caßius Viscellinus* III	
	Q. Fabius Vibulanus	*Ser. Cornelius Maluginensis Cossus*	
74	*L. Aimilius Mamercinus*	*K. Fabius Vibulanus*	270
	M. Fabius Vibulanus	*L. Valerius Volusus Potitus*	270
	C. Iulius Iulus	*Q. Fabius Vibulanus* II	
	K. Fabius Vibulanus II	*Sp. Furius Medullinus Fusus*	

A.V.C.			OLYMP.
	Κικιννάτου κ̀ Φαβίου ὕ ε'	Cincinnato & Fabio V	
	† Ρουτιλίου κ̀ Φαβίου ὕ ϛ'	† Rutilio & Fabio VI	ϟβ'
	Αἰμιλίου κ̀ † Ἑρκουλίνου	Æmilio & † Herculino	92
	Λανάτου κ̀ † Πουβλικίου	Lanato & † Publicio	
	† Ρουτιλίου ὕ β', κ̀ Στρούκτου	† Rutilio II, & Structo	
	Ναυτίου κ̀ Πουβλικόλα	Nautio & Publicola	ϟγ'
280	Μαλλίου κ̀ Φουρίου	Mallio & Furio	93
280	Αἰμιλίου ὕ β', κ̀ Ἰουλίου	Æmilio II, & Iulio	
	Πιναρίου κ̀ Φούσου	Pinario & Fuso	
	Σαβίνου κ̀ Καπιτωλίνου	Sabino & Capitolino	ϟδ'
	Αἰμιλίου ὕ γ', κ̀ Βαλερίου	Æmilio III, & Valerio	94
	Κελεμοντάνου κ̀ Πρίσκου	Cœlimontano & Prisco	
	Κελεμοντάνου ὕ β', κ̀ Πρίσκου ὕ β'	Cœlimontano II, & Prisco II	
	Αἰμιλίου ὕ δ', κ̀ Βιβουλανοῦ	Æmilio IIII, & Vibulano	ϟε'
	† Ρηγιλλιανοῦ κ̀ Φούσκου	Regillano & Fusco	95
290	Πρίσκου κ̀ † Φλάβου	Prisco & † Flauo	
	Τρικιπιτίνου κ̀ Βετουρίου	Tricipitino & Veturio	
	Γάλλου κ̀ Καμερίνου	Gallo & Camerino	ϟϛ'
	Πουβλικόλα ὕ β', κ̀ Σαβίνου	Publicola II, & Sabino	96
	Βιβουλανοῦ ὕ β', κ̀ Μαλογινησίου	Vibulano II, & Maluginense	
	Ναυτίου κ̀ † Ἀτρατίνου	Nautio & † Atratino	
	† Πουβλιλίου κ̀ Ἱλαριανοῦ	† Publilio & Ilariano	ϟζ'
	Μαξίμου κ̀ Βεργινίου	Maximo & Verginio	97
	Ρόγου κ̀ Βετουρίου	Rogo & Veturio	
300	Καπιτωλίνου κ̀ † Οὐάρου	Capitolino & † Varo	
300			
	† Φήστου κ̀ Κυιντίλλου	† Festo & Quintillo	ϟη'
	Λανάτου κ̀ Καπιτωλίνου ὕ β'	Lanato & Capitolino II	98

Βαρβάτι

Olymp.			A.V.C.
75	*Cn. Manlius Vulso*	*M. Fabius Vibulanus II*	
	K. Fabius Vibulanus III	*T. Virginius Tricostus Rutilus*	
	L. Aimilius Mamercinus II	*C. Seruilius Structus Ahala*	
	M. Horatius Puluillus	*T. Menenius Lanatus*	
76	*A. Virginius Tricostus Rutilus*	*Sp. Seruilius Structus*	
	P. Valerius Poplicola	*C. Nautius Rutilus*	
	A. Manlius Vulso	*L. Furius Medullinus Fusus*	280
	L. Aimilius Mamercinus III	*Vopiscus Iulius Iulus*	280
77	*L. Pinarius Mamercinus Rufus*	*P. Furius Medullinus Fusus*	
	T. Quinctius Capitolinus Barbatus	*Ap. Claudius Regillensis Sabinus*	
	L. Valerius Volusus Potitus II	*Ti. Aimilius Mamercinus*	
	A. Virginius Tricostus Cælimontanus	*T. Numicius Priscus*	
78	*T. Quinctius Capitolinus Barbatus II*	*Q. Seruilius Priscus Structus*	
	Ti. Aimilius Mamercinus II	*Q. Fabius Vibulanus*	
	Sp. Postumius Albus Regillensis	*Q. Seruilius Priscus Structus II*	
	Q. Fabius Vibulanus II	*T. Quinctius Capitolinus Barbatus III*	
79	*A. Postumius Albus Regillensis*	*Sp. Furius Medullinus Fusus*	290
	P. Seruilius Priscus	*L. Æbutius Helua*	290
	L. Lucretius Tricipitinus	*Sp. Veturius Crassus*	
	P. Volumnius Amintinus Gallus	*Ser. Sulpicius Camerinus Cornutus*	
80	*P. Valerius Poplicola II*	*C. Claudius Regillensis Sabinus*	
	Q. Fabius Vibulanus III	*L. Cornelius Maluginensis Cossus*	
	C. Nautius Rutilus II	*L. Minucius Augurinus*	
	C. Horatius Puluillus	*Q. Minucius Augurinus*	
81	*M. Valerius Maximus*	*Sp. Virginius Tricostus Cælimontanus*	
	T. Romilius Rocus Vaticanus	*C. Veturius Geminus Cicurinus*	
	Sp. Tarpeius Montanus Capitolinus	*A. Aterius Fontinalis*	300
	Sex. Quinctilius Varus	*P. Curiatius Trigeminus*	300
82	*P. Sestius Capitolinus*	*L. Menenius Lanatus*	
	Ap. Claudius Craßinus Regillensis	*T. Genucius Augurinus*	
	Iis abdicatis, Decemuiri consulari potestate facti:		
	Ap. Claudius Craßinus Regillensis	*Sp. Postumius Albus Regillensis*	*Decemuiri*
	T. Genucius Augurinus	*Ser. Sulpicius Camerinus Cornutus*	
	Sp. Veturius Crassus	*T. Romilius Rocus Vaticanus*	
	C. Iulius Iulus	*P. Curiatius Trigeminus*	
	A. Manlius Vulso	*P. Sestius Capitolinus*	
	Ap. Claudius Craßinus Regillensis II	*Q. Fabius Vibulanus*	*Decemuiri*
	M. Cornelius Maluginensis Cossus	*M. Sergius*	
	L. Minucius Augurinus	*Q. Pætelius*	
	T. Antonius Merenda	*K. Duilius*	
	M'. Rabuleius	*Sp. Oppius Cornicen*	
	Ap. Claudius Craßinus Regillensis III	*Q. Fabius Vibulanus II*	*Decemuiri*
	M. Cornelius Maluginensis Cossus II	*M. Sergius II*	
	L. Minucius Augurinus II	*Q. Pætelius II*	
	T. Antonius Merenda II	*K. Duilius II*	
	M'. Rabuleius II	*Sp. Oppius Cornicen II*	

A.V.C.			OLYMP.
	.		
	Βαρβάτου ϗ Ποτίτου	Barbato & Potito	
	Ἑρμίνίου ϗ Τρικόστου	Hermenio & Tricosto	
	Μακρίνου ϗ Ἰουλίου	Macrino & Iulio	ϟθ'
	Φουρίου ϗ Καπιτωλίνου τὸ γ'	Furio & Capitolino III	99
	Γενυκίου ϗ Κουρτίου	Genucio & Curtio	
	.		
	.		
	.		
310	.		
310	Μακρίνου τὸ β', ϗ Καπιτωλίνου τὸ δ'	Macrino II, & Capitolino IIII	
	Βιβουλανοῦ ϗ Ἔλουα	Vibulano & Elua	ρ'
	†Πακέλλου ϗ Κράσσου	† Pacello & Crasso	100
	Μακρίνου τὸ γ', ϗ Λανάτου	Macrino III, & Lanato	
	†Μαλλίου ϗ Καπιτωλίνου τὸ ε'	† Mallio & Capitolino V	
	.		
	.		
	Μακρίνου τὸ δ', ϗ Φιδηνάτου	Macrino IIII, & Fidenate	ρα'
	Μαλουγινησίου ϗ Κράσσου	Maluginense & Crasso	101
	Ἰουλίου ϗ Βεργινίου	Iulio & Verginio	
	Καπιτωλίνου τὸ ς', ϗ Καμερίνου	Capitolino VI, & Camerino	
	.		
	.		
	.		
	.		
	Ποίνου ϗ †Μελίτωνος	Pœno & † Melitone	ρβ'
	Κράσσου ϗ †Τυλλίου	Crasso & † Tullio	102
	Τρικιπιτίνου ϗ Φιδηνάτου τὸ β'	Tricipitino & Fidenate II	
	Κόσσου ϗ Ποίνου τὸ β'	Cosso & Pœno II	
	Ἀξίλλα ϗ Μουγιλανοῦ	Axilla & Mugilano	ργ'
	.		103
	.		
	.		
	.		
	.		
330	.		
330	Ἀτρατίνου ϗ Βιβουλανοῦ	Atratino & Vibulano	
	.		
	.		
	Καπιτωλίνου τὸ ζ', ϗ Βιβουλανοῦ τὸ β'	Capitolino VII, & Vibulano II	
	.		
	.		
	.		
	.		
	.		
	.		

Μυγιλανοῦ

Olymp.			A.V.C.
	His abdicatis iterum creati consules		
	L.Valerius Poplicola Potitus	*M.Horatius Barbatus*	
83	*Lar Herminius Exquilinus*	*T.Virginius Tricostus Cælimontanus*	
	M.Geganius Macerinus	*C.Iulius Iulus*	
	T.Quinctius Capitolinus Barbatus IIII,	*Agr.Furius Medullinus Fusus*	
	M.Genucius Augurinus	*C.Curtius*	
84	*A.Sempronius Atratinus* / L. *Atilius Longus* / T.*Clælius Siculus* }	*Tribuni militum, consulari potestate. quibus abdicatis facti sunt conss.*	310
	L.*Papirius Mugillanus*	L.*Sempronius Atratinus*	
	M.Geganius Macerinus II	*T.Quinctius Capitolinus Barbatus* V	310
	M.Fabius Vibulanus	*Post.Æbutius Helua Cornicen*	
	C.Furius Fusus Pacilus	*M'.Papirius Crassus*	
85	*Proculus Geganius Macerinus*	L. *Menenius Lanatus* II	
	T.Quinctius Capitolinus Barbatus VI	*Agrippa Menenius Lanatus*,	
	Mam.Aimilius Mamercinus	L.*Quinctius Cincinnatus*	
	L.*Iulius Iulus*,	*Trib. mil. consulari potestate*	
	M.Geganius Macerinus III	L.*Sergius Fidenas*	
86	*M.Cornelius Maluginensis.Cossus*	L.*Papirius Crassus*	
	C.*Iulius Iulus* II	L.*Virginius Tricostus*	
	C.*Iulius Iulus* III	L.*Virginius Tricostus* II	320
	M.Fabius Vibulanus	*M.Foslius Flaccinator*	320
	L.*Sergius Fidenas*,	*Trib.mil. consulari potestate*	
87	L.*Pinarius Mamercinus Rufus*	L. *Furius Medullinus*	
	Sp.Postumius Albus Regillensis,	*Trib.mil. consulari potestate*	
	T.Quinctius Pennus Cincinnatus	C.*Iulius Mento*	
	L.*Papirius Crassus* II	L. *Iulius Iulus*	
	L.*Sergius Fidenas* II	*Hostus Lucretius Tricipitinus*	
88	*A.Cornelius Cossus*	*T.Quinctius Pennus Cincinnatus* II	
	C.*Seruilius Structus Ahala*	L.*Papirius Mugillanus* II	
	T.Quinctius Pennus Cincinnatus	C.*Furius Fusus Pacilus* } *T.mil.*	
	M.*Postumius Albinus Regillensis*	*A.Cornelius Cossus* }	
	A.Sempronius Atratinus	L.*Quinctius Cincinnatus* II } *T.mil.*	
	L.*Furius Medullinus* II	*L.Horatius Barbatus* }	
89	*Ap.Claudius Crassinus Regillensis*	*Sp. Nautius Rutilus* } *T.mil.*	330
	L.*Sergius Fidenas* II	*Sex.Iulius Iulus* }	
	C.*Sempronius Atratinus*	*Q.Fabius Vibulanus*	330
	L.*Manlius Vulso Capitolinus*	*Q.Antonius Merenda* } *T.mil.*	
	L.*Papirius Mugillanus*	L.*Seruilius Structus* }	
	T.Quinctius Capitolinus Barbatus	*N.Fabius Vibulanus*	
90	*T.Quinctius Pennus Cincinnatus* II	M.*Manlius Vulso Capitolinus* } *T.mil.*	
	L.*Furius Medullinus* III	*A.Sempronius Atratinus* II }	
	Agrippa Menenius Lanatus	*Sp.Nautius Rutilus* } *T.mil.*	
	P.*Lucretius Tricipitinus*	C.*Seruilius Axilla* }	
	M.*Papirius Mugillanus*	C.*Seruilius Axilla* II	
	L.*Sergius Fidenas* III	*Trib.mil.conf.potest.*	

P.Lucre-

Μυγιλαίνου τὸ β΄, καὶ †Ρυτιλίου	Mugilano II,& †Rutilio	
Αἰμιλίου καὶ †Ρυστικίου	Æmilio & †Rulticio	ρϑ΄
Κόσσου καὶ Μεδυλλίνου	Coſſo & Medullino	104

Olymp.				A.V.C.
	P. Lucretius Tricipitinus II	D. Seruilius Structus II	Tr.m.	
	Agrippa Menenius Lanatus II	Sp. Veturius Crassus		
91	A. Sempronius Atratinus III	M. Papirius Mugillanus II	Tr.m.	
	Q. Fabius Vibulanus	Sp. Nautius Rutilus II		
	P. Cornelius Cossus	. . Quinctius Cincinnatus	Tr.m.	
	C. Valerius Potitus Volusus	N. Fabius Vibulanus		
	Q. Fabius Vibulanus II	Cn. Cornelius Cossus	Tr.m.	
	P. Postumius Alb. Regill.	L. Valerius Potitus		340
	M. Cornelius Cossus	L. Furius Medullinus		340
92	Q. Fabius Ambustus	C. Furius Pacilus		
	M. Papirius Mugillanus	C. Nautius Rutilus		
	M'. Aimilius Mamercinus	C. Valerius Potitus Volusus		
	Cn. Cornelius Cossus	L. Furius Medullinus II		
93	C. Iulius Iulus	P. Cornelius Cossus		
	C. Seruilius Ahala	Trib. mil. cons. pot.		
	C. Valerius Potitus Volusus II	C. Seruilius Ahala II	Tr.m.	
	L. Furius Medullinus	N. Fabius Vibulanus II		
	P. Cornelius Rutilus Cossus	L. Valerius Potitus II	Tr.m.	
	Cn. Cornelius Rutilus Cossus	N. Fabius Ambustus		
	C. Iulius Iulus II	M'. Aimilius Mamercinus	Trib. mil.	
	T. Quinctius Capitolin. Barbatus	L. Furius Medullinus II		
	Q. Quinctius Cincinnatus	A. Manlius Vulso Capitolinus		
94	P. Cornelius Maluginensis	Sp. Nautius Rutilus III	Tr. mil.	
	Cn. Cornelius Cossus II	C. Valerius Potitus Volusus III		350
	K. Fabius Ambustus	M'. Sergius Fidenas		
	M'. Aimilius Mamercinus II	M. Furius Fusus	Trib. mil.	
	P. Claudius Crassinus Regillensis	L. Iulius Iulus		350
	M. Quinctilius Varus	L. Valerius Potitus III		
	C. Seruilius Ahala III	Q. Sulpicius Camerinus Cornutus	Tr.m.	
	Q. Seruilius Priscus Fidenas	A. Manlius Vulso Capitolinus II		
	L. Virginius Tricostus	M'. Sergius Fidenas II		
	L. Valerius Potitus IIII	L. Iulius Iulus	Trib. mil.	
	M. Furius Camillus	M'. Aimilius Mamercinus III		
	Cn. Cornelius Cossus II	K. Fabius Ambustus II		
95	P. Licinius Caluus	P. Maelius Capitolinus	Trib. mil.	
	L. Titinius	Sp. Furius Medullinus		
	P. Maenius	L. Publilius Philo Vulscus		
	M. Pomponius	L. Atilius Longus	Trib. m.	
	C. Duilius	M. Veturius Crassus Cicurinus		
	Cn. Genucius Augurinus	Volero Publilius Philo		
	L. Valerius Potitus V	L. Furius Medullinus III	T.m.	
	M. Valerius Maximus	Q. Seruilius Priscus Fidenas II		
	M. Furius Camillus II	Q. Sulpicius Camerinus Cornutus II		
	L. Iulius Iulus II	L. Furius Medullinus IIII	Tr. mil.	
	L. Sergius Fidenas	A. Postumius Albinus Regillensis		
	P. Cornelius Maluginensis II	A. Manlius Vulso Capitolin. III		

360	Φλάβου καὶ Καμερίνου	Flauo & Camerino
	Ποτίτου καὶ Καπιτωλίνου	Potito & Capitolino

Olymp.			A.V.C.
96	P. Licinius Caluus P. Mænius II Cn. Genucius Augurinus II	L. Titinius II P. Mælius Capitolinus II L. Atilius Longus II } Trib. mil.	
	P. Cornelius Cossus M. Valerius Maximus II L. Furius Medullinus V	P. Cornelius Scipio K. Fabius Ambustus III Q. Seruilius Priscus Fidenas III } Tr. mil.	
	M. Furius Camillus III C. Aimilius Mamercinus Sp. Postumius Albinus Regillensis	L. Furius Medullinus VI L. Valerius Poplicola Potitus P. Cornelius Scipio II } Trib. mil.	360
	L. Lucretius Flauus	Ser. Sulpicius Camerinus	360
97	L. Valerius Poplicola Potitus	M. Manlius Capitolinus	
	L. Lucretius Tricipitinus M. Aimilius Mamercinus Agr. Furius Medullinus Fusus	Ser. Sulpicius Rufus Prætextatus L. Furius Medullinus VII C. Aimilius Mamercinus II } T. mil.	
	Q. Fabius Ambustus C. Fabius Ambustus Q. Seruilius Priscus Fidenas IIII	K. Fabius Ambustus Q. Sulpicius Longus Ser. Cornelius Maluginensis } Trib. mil.	
	L. Valerius Poplicola Potitus II P. Cornelius L. Aimilius Mamercinus	L. Virginius Tricostus A. Manlius Capitolinus L. Postumius Albinus Regillensis } Tr. mil.	
98	T. Quinctius Cincinnatus L. Iulius Iulus L. Lucretius Tricipitinus II	Q. Seruilius Priscus Fidenas V L. Aquillius Coruus Ser. Sulpicius Rufus } Trib. m.	
	L. Papirius Cursor L. Aimilius Mamercinus II L. Valerius Poplicola Potitus III	C. Sergius Fidenas L. Menenius Lanatus C. Cornelius } Trib. mil.	
	M. Furius Camillus IIII Q. Seruilius Priscus Fidenas VI L. Horatius Puluillus	Ser. Cornelius Maluginensis II L. Quinctius Cincinnatus P. Valerius Potitus Poplicola } Trib. m.	
	A. Manlius Capitolinus II T. Quinctius Capitolinus L. Papirius Cursor II	P. Cornelius L. Quinctius Capitolinus C. Sergius Fidenas II } Trib. mil.	
99	Ser. Cornelius Maluginensis III M. Furius Camillus V C. Papirius Crassus	P. Valerius Potitus Poplicola II Ser. Sulpicius Rufus II T. Quinctius Cincinnatus II } Trib. m.	370
	L. Valerius Poplicola Potitus IIII Ser. Sulpicius Rufus III L. Aimilius Mamercinus III	A. Manlius Capitolinus III L. Lucretius Tricipitinus III M. Trebonius Crispus Flauus } Trib. mil.	370
	Sp. Papirius Crassus Ser. Cornelius Maluginensis IV C. Sulpicius Peticus	L. Papirius Crassus Q. Seruilius Priscus Fidenas L. Aimilius Mamercinus IIII } Trib. m.	
	M. Furius Camillus VI L. Postumius Albinus Regillensis L. Lucretius Tricipitinus IIII	A. Postumius Albinus Regillensis L. Furius Medullinus M. Fabius Ambustus } T. mil.	

A.V.C.			OLYMP.
	Γενυκίου καὶ †Κυβίου	Genucio & †Cubio	ρε'
	†Μαμερτίνου καὶ Λατεραίου	†Mamertino & Laterano	105
39[illegible]	†Πετίτου καὶ Γάλβα	†Petito & Galba	
390	Μαμερτίνου τὸ β', καὶ †Σύλλα	Mamertino II, & †Sylla	
	†Ἄλα καὶ Γενυκίου	Ahala & Genucio	ρϛ'
	Στόλωνος καὶ †Πετίνου	Stolone & †Petino	106
	Λίβωνος καὶ Λαινάτου	Libone & Lænate	

Ἀμβύστου

Olymp.				A.V.C.
100	*L. Valerius Poplicola Potitus* V	*P. Valerius Potitus Poplicola* III	Trib. mil.	
	C. Sergius Fidenas III	*L. Menenius Lanatus* II		
	Sp. Papirius Cursor	*Ser. Cornelius Maluginensis* V		
	P. Manlius Capitolinus	*C. Sextilius*	Trib. mil.	
	C. Manlius Capitolinus	*M. Albinius*		
	L. Iulius Iulus	*L. Antistius*		
	Sp. Furius Medullinus	*Q. Seruilius Priscus Fidenas* II	Trib. m	
	C. Licinius Caluus	*P. Clœlius Siculus*		
	M. Horatius Puluillus	*L. Geganius Macerinus*		
	L. Aimilius Mamercinus V	*P. Valerius Potitus Poplicola* IIII	T. m.	
	C. Veturius Crassus Cicurinus	*Ser. Sulpicius Rufus Prætextatus* II		
	L. Quinctius Cincinnatus II	*C. Quinctius Cincinnatus*		
101	*C. Licinius Caluus*	*Trib. pleb. sine curulib. magistrat.*		
	L. Sextius Sextinus Lateranus			
	C. Licinius Caluus II	*Trib. pleb. sine curulib. magistratib.*		
	L. Sextius Sextinus Lateranus II			
	C. Licinius Caluus III	*Trib. pleb. sine curulib. magistratib.*		380
	L. Sextius Sextinus Lateranus III			
	C. Licinius Caluus IIII	*Trib. pleb. sine curulib. magistrat.*		380
	L. Sextius Sextinus Lateranus IIII			
102	*C. Licinius Caluus* V	*Trib. pleb. sine curulib. magistrat.*		
	L. Sextius Sextinus Lateranus V			
	L. Furius Medullinus II	*P. Valerius Potitus Poplicola* V	Trib. mil.	
	A. Manlius Capitolinus IIII	*Ser. Sulpicius Rufus Prætextatus* III		
	C. Valerius Potitus Volusus	*Ser. Cornelius Maluginensis* VI		
	Q. Seruilius Priscus Fidenas III	*M. Cornelius Maluginensis*	Trib. mil.	
	C. Veturius Crassus Cicurinus II	*Q. Quinctius Cincinnatus Capitolin.*		
	A. Cornelius Cossus	*M. Fabius Ambustus* II		
	T. Quinctius Cincinnatus Capitolinus	*Sp. Seruilius Structus*	Trib. mil.	
	Ser. Cornelius Maluginensis VII	*L. Papirius Crassus*		
	Ser. Sulpicius Rufus Prætextatus IIII	*L. Veturius Crassus Cicurinus*		
103	*M. Furius Camillus* IIII *dictator*	*sine curulibus magistratibus*		
	L. Aimilius Mamercinus mag. eq.			
	P. Manlius Capitolinus dictator			
	C. Licinius Caluus mag. eq.			
	A. Cornelius Cossus II	*L. Veturius Crassus Cicurinus* II	T. mil	
	M. Cornelius Maluginensis II	*P. Valerius Potitus Poplicola* VI		
	M. Geganius Macerinus	*P. Manlius Capitolinus* II		
	L. Aimilius Mamercinus	*L. Sextius Sextinus Lateranus*		
	L. Genucius Auentinensis	*Q. Seruilius Ahala*		
104	*C. Sulpicius Peticus*	*C. Licinius Caluus*		390
	L. Aimilius Mamercinus II	*Cn. Genucius Auentinensis*		390
	Q. Seruilius Ahala II	*L. Genucius Auentinensis* II		
	C. Licinius Caluus II	*C. Sulpicius Peticus* II		
105	*M. Fabius Ambustus*	*C. Pœtelius Libo Visolus*		
	M. Popillius Lænas	*Cn. Manlius Capitolinus Imperiossus*		

A.V.C.			OLYMP.
	Ἀμβύστου καὶ Προκούλου	Ambuſto & Proculo	
	†Ῥουστικίου καὶ Καπιτωλίνου	†Ruſticio & Capitolino	ρζ'
	Ἀμβύστου τὸ β', καὶ Λενάτου	Ambuſto II, & Lenate	107
	†Ποτίτου καὶ Πουβλικόλα	†Potito & Publicola	
400	.	.	
400	.		
	†Ῥουστικίου τὸ β, καὶ Ποίνου	†Ruſticio II, & Pœno	
	.		
	Σκιπίωνος καὶ Λενάτου	Scipione & Lenate	ρη'
	Καμίλλου καὶ Κράσσου	Camillo & Craſſo	108
	Κορβίνου καὶ Λενάτου τὸ γ'	Coruino & Lenate III	
	Βένωκος καὶ Τορκουάτου	Venoce & Torquato	
	Κορβίνου τὸ β', καὶ Λίβωνος	Coruino II, & Libone	ρθ'
	†Βούλσωνος καὶ Καμερίνου	†Vulſone & Camerino	109
410	Ῥουτίλου καὶ Τορκουάτου τὸ β'	Rutilo & Torquato II	
410	Κορβίνου τὸ γ', καὶ Κόσσου	Coruino III, & Coſſo	
	†Ἄλλου καὶ Ῥουτιλίου τὸ β'	Ahala & Rutilio II	ρι'
	Βένωκος τὸ β', καὶ †Μαμερτίνου	Venoce II, & †Mamertino	110
	Τορκουάτου τὸ γ', καὶ †Μύσωνος	Torquato III, & Mure	
	†Μαμερτίνου καὶ Σίλωνος	†Mamertino & Silone	
	Καμίλλου καὶ †Μυνίου	Camillo & †Mynio	ρια'
	†Φίστου καὶ Λόγγου	†Fiſto & Longo	111
	Κράσσου καὶ †Δουλίου	Craſſo & †Dulio	
	Ῥηγούλου καὶ Κορβίνου	Regulo & Coruino	
420	Ἀλβίνου καὶ †Γαλβίνου	Albino & Caluino	ριβ'
420	.		112
	Ἀλβίνου τὸ β', καὶ Κόσσου	Albino II, & Coſſo	
	Ποτίτου καὶ Μαρκέλλου	Potito & Marcello	
	Κράσσου καὶ Βένωκος	Craſſo & Venoce	
	Μαμερτίνου τὸ β', καὶ Δεκιανοῦ	Mamertino II, & Deciano	ριγ'
	Βένωκος τὸ γ', καὶ Σκιπίωνος	Venoce III, & Scipione	113
	Λεντούλου καὶ Σίλωνος	Lentulo & Silone	
	Λίβωνος καὶ Κούρσωρος	Libone & Curſore	
	Καμίλλου καὶ Βρούτου	Camillo & Bruto	ριδ'
430	.		114
430	Λόγγου καὶ †Κερρετανοῦ	Longo & †Ceratano	
	Κούρσωρος τὸ β', καὶ Σύλλου	Curſore II, & Sylla	
	.		
	†Γαλβίνου καὶ Βαλβίνου	†Galbino & Balbino	
	Κούρσωρος τὸ γ', καὶ Σίλωνος	Curſore III, & Silone	ριε'
	Παπειρίου καὶ Κερρετανοῦ	Papirio & Ceratano	115
	Βένωκος καὶ †Φλάκκου	Venoce & †Flacco	
	†Βαρβούλου καὶ Βουβούλκου	Barbula & Bubulco	
	†Ῥουτιλίου καὶ Λενάτου	†Rutilio & Lenate	ρις'
	Κούρσωρος τὸ δ', καὶ Λενάτου τὸ β'	Curſore IIII, & Lenate II	116
440	†Σαμνίτου καὶ Λόγγου	†Samnite & Longo	

Κούρσωρος

Olymp.			A.V.C.
	C.Fabius Ambustus	*C.Plautius Proculus*	
	C.Marcius Rutilus	*Cn.Manlius Capitolin.Imperiossus II*	
106	*M.Fabius Ambustus II*	*M.Popillius Lænas II*	
	C Sulpicius Peticus III	*M.Valerius Poplicola*	
	M.Fabius Ambustus III	*T.Quinctius Pennus Capitolin.Crispinus*	400
	C.Sulpicius Peticus IIII	*M.Valerius Poplicola II*	400
107	*P.Valerius Potitus Poplicola*	*C.Marcius Rutilus II*	
	C.Sulpicius Peticus V	*T.Quinctius Pennus Cincinnatus*	
	M. Popillius Lænas III	*L Cornelius Scipio*	
1320	μετ' ὑπ. Ἰουστίνου νέου αὐγ. τὸ β' μόνου	p.c.Iustini iunioris Aug. ii solius	τλζ
	μετ' ὑπ. Ἰουστίνου νέου αὐγ. τὸ γ' μόνου	p.c.Iustini iunioris Aug. iii solius	337
	μετ' ὑπ. Ἰουστίνου νέου αὐγ. τὸ δ' μόνου	p.c.Iustini iunioris Aug. iiii solius	
	μετ' ὑπ. Ἰουστίνου νέου αὐγ. τὸ ε' μόνου	p.c.Iustini iunioris Aug v solius	
	μετ' ὑπ. Ἰουστίνου νέου αὐγ. τὸ ϛ' μόνου	p.c.Iustini iunioris Aug. vi solius	τλη
	μετ' ὑπ. Ἰουστίνου νέου αὐγ. τὸ ζ' μόνου	p.c.Iustini iunioris Aug vii solius	338
	μετ' ὑπ. Ἰουστίνου νέου αὐγ. τὸ η' μόνου	p.c.Iustini iunioris Aug viii solius	
	μετ' ὑπ. Ἰουστίνου αὐγ. τὸ θ' μόνου	p.c.Iustini Aug. ix solius	
	μετ' ὑπ. Ἰουστίνου αὐγ. τὸ ι' μόνου	p.c.Iustini Aug x solius	τλθ
1330	μετ' ὑπ. Ἰουστίνου αὐγ. τὸ ια' μόνου	p.c.Iustini Aug. xi solius	339
	μετ' ὑπ. Ἰουστίνου αὐγ. τὸ ιβ' μόνου	p.c.Iustini Aug. xii solius	
		Tiberius Constantinus, ann. iiii	
	Τιβερίου νέου Κωνσταντίνου αὐγ. τὸ α'	Tiberio iuniore Constantino Aug. i	
	μετ' ὑπ. Τιβερίου νέου Κωνσταντίνου	p.c.Tiberii iunioris Constantini	τμ
	μετ' ὑπ. Τιβερίου Κωνσταντίνου τὸ β' μόνου	p.c.Tiberii Constantini ii solius	340
	μετ' ὑπ. Τιβερίου Κωνσταντίνου τὸ γ' μόνου	p.c.Tiberii Constantini iii solius	
		Mauricius Imp. Aug. ann. xx.	
	ἐνιαστὸς ἀνύπατος	annus sine consule	
	Μαυρικίου Τιβερίου αὐγ. μόνου	Mauricio Tiberio Aug. solo	τμα
	μετ' ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου αὐγ. μόνου	p.c.Mauricii Tiberii Aug solius	341
	μετ' ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου αὐγ. τὸ β' μόνου	p.c.Mauricii Tiberii Aug. ii solius	

μετ' ὑπ. Μαυ-

x v i *p.c. Fl. Basili iunioris v.c.*

v i i *p.c. Fl. Basili iunioris v.c.*
v i i i *p.c. Fl. Basili iunioris v.c.*
i x *p.c. Fl. Basili iunioris v.c.*
x *p.c. Fl. Basili iunioris v.c.*
x i *p.c. Fl. Basili iunioris v.c.* Theias i x Gothorũ in Italia rex: quo

Ind. 17 x i i *p.c. Fl. Basili iunioris v.c.* interfecto, & Gothis pulsis, Fl. Narses v.c. Ducis titulo Italiæ præfuit.
x i i i *p.c. Fl. Basili iunioris v.c.*
x i i i i *p.c. Fl. Basili iunioris v.c.*
x v *p.c. Fl. Basili iunioris v.c.*
v x v i *p.c. Fl. Basili iunioris v.c.*

x v i i *p.c. Fl. Basili iunioris v.c.*
x v i i i *p.c. Fl. Basili iunioris v.c.*
x i x *p.c. Fl. Basili iunioris v.c.*
x x *p.c. Fl. Basili iunioris v.c.*
x x x i *p.c. Fl. Basili iunioris v.c.*

x x i i *p.c. Fl. Basili iunioris v.c.*
x x i i i *p.c. Fl. Basili iunioris v.c.*
x x i i i i *p.c. Fl. Basili iunioris v.c.*

Fl. Anicius Iustinus iunior, l x x i i i i populi R. Imp.

x x v *p.c. Fl. Basili iunioris v.c.*
Imp. Cæs. Fl. Anicius Iustinus iunior Aug.

Ind. 18 *p.c. Imp. Cæs. Fl. Iustini iunioris Aug.*
Alboinus, primus in Italia Longobardorum rex
i i *p.c. Imp. Cæs. Fl. Iustini iunioris Aug.* Exarchatus Rauennę institutus a Iust. Aug. & Fl. Longino v.c. traditus
i i i *p.c. Imp. Cæs. Fl. Iustini iun. Aug.*
i i i i *p.c. Imp. Cæs. Fl. Iustini iunioris Aug.*
v v *p.c. Imp. Cæs. Fl. Iustini iunioris Aug.*

v i *p.c. Imp. Cæs. Fl. Iustini iun. Aug.*
v i i *p.c. Imp. Cæs. Fl. Iustini iun. Aug.*
v i i i *p.c. Imp. Cæs. Fl. Iustini iun. Aug.*
i x *p.c. Imp. Cæs. Fl. Iustini iun. Aug.*
Tiberius Anicius Constantinus, l x x v populi R. Imp.
x x *post consulatum Diui Iustini*

x i *post consulatum Diui Iustini*
x i i *post consulatum Diui Iustini*
Imp. Cæs. Tiberius Anicius Constantinus Aug.
p.c. Imp. Cæs. Tiberi Constantini Aug.
i i *p.c. Imp. Cæs. Tiberi Constantini Aug.*

Ind. 19 i i i *p.c. Imp. Cæs. Tiberi Constantini Aug.*
Tib. Fl. Mauricius, l x x v i populi R. Imp.

Imp. Cæs. Ti. Fl. Mauricius Aug. Fl. Smaragdus v.c. Italiæ Exarchus
p.c. Imp. Cæs. Ti. Fl. Maurici Aug.
i i *p.c. Imp. Cæs. Fl. Maurici Aug.*

μτ' ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου αὐγ. τὸ γ' μόνου	p.c.Mauricii Tiberii Aug.III solius	
μτ' ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου αὐγ. τὸ δ' μόνου	p.c.Mauricii Tiberii Aug.IIII solius	τμβ'
μτ' ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου αὐγ. τὸ ε'	p.c.Mauricii Tiberii Aug.V	342
μτ' ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου αὐγ. τὸ ϛ'	p.c.Mauricii Tiberii Aug. VI	
μτ' ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου τὸ ζ'	p.c.Mauricii Tiberii VII	
μτ' ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου τὸ η'	p.c. Mauricii Tiberii VIII	τμγ'
μτ' ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου τὸ θ'	p.c.Mauricii Tiberii .IX	343
μτ' ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου αὐγ. τὸ ι'	p.c.Mauricii Tiberii Aug. X	
μτ' ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου αὐγ. τὸ ια'	p.c.Mauricii Tiberii Aug. XI	
μτ' ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου τὸ ιβ'	p.c.Mauricii Tiberii XII	τμδ'
μτ' ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου τὸ ιγ'	p.c.Mauricii Tiberii XIII	344
μτ' ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου τὸ ιδ'	p.c.Mauricii Tiberii XIIII	
μτ' ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου τὸ ιε'	p.c. Mauricii Tiberii XV	
μτ' ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου τὸ ιϛ'	p.c.Mauricii Tiberii XVI	τμε'
μτ' ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου τὸ ιζ'	p.c.Mauricii Tiberii XVII	345
μτ' ὑπ. Μαυρικίου Τιβερίου τὸ ιη'	p.c.Mauricii Tiberii XVIII	
	PHOCAS *Imp.ann.*VIII	
Φωκᾶ αὐγ. μόνου	Phoca Aug.solo	
μτ' ὑπ. Φωκᾶ αὐγούστου	p.c.Phocæ Augusti	τμϛ'
μτ' ὑπ. Φωκᾶ αὐγ. τὸ πρῶτον	p.c.Phocæ Aug.primúm	346
μτ' ὑπ. Φωκᾶ αὐγ. τὸ δεύτερον	p.c.Phocæ Aug.secundúm	
μτ' ὑπ. Φωκᾶ αὐγ. τὸ τρίτον	p.c.Phocæ Aug.tertiúm	
μτ' ὑπ. Φωκᾶ αὐγ. τὸ τέταρτον	p.c.Phocæ Aug.quartúm	τμζ'
μτ' ὑπ. Φωκᾶ αὐγ. τὸ ε'	p.c.Phocæ Aug.V	347
μτ' ὑπ. Φωκᾶ αὐγ. τὸ ἕκτον	p.c.Phocæ Aug.sextúm	
	HERACLIVS AVG.	
Ἡρακλείου αὐγούστου	Heraclio Aug.	
μτ' ὑπ. Ἡρακλείου αὐγούστου	p.c.Heraclii Aug.	τμη'
μτ' ὑπ. Ἡρακλείου αὐγ. τὸ δεύτερον	p.c.Heraclii Aug.II	348
μτ' ὑπ. Ἡρακλείου αὐγ. τὸ γ'	p.c.Heraclii Aug.III	
μτ' ὑπ. Ἡρακλείου αὐγ. τὸ δ'	p.c.Heraclii Aug.IIII	
μτ' ὑπ. Ἡρακλείου αὐγ. τὸ πέμπτον	p.c.Heraclii Aug.V	τμθ'
μτ' ὑπ. Ἡρακλείου αὐγ. τὸ ϛ'	p.c.Heraclii Aug.VI	349
μτ' ὑπ. Ἡρακλείου αὐγ. τὸ ἕβδομον	p.c.Heraclii Aug.VII	
μτ' ὑπ. Ἡρακλείου αὐγ. τὸ η'	p.c.Heraclii Aug.VIII	
μτ' ὑπ. Ἡρακλείου αὐγ. τὸ ἔνατον	p.c.Heraclii Aug.IX	τν'
		350
μτ' ὑπ. Ἡρακλείου αὐγ. τὸ ιβ'	p.c.Heraclii Aug.XII	
μτ' ὑπ. Ἡρακλείου αὐγ. τὸ ιγ'	p.c.Heraclii Aug.XIII	τνα'
μτ' ὑπ. Ἡρακλείου αὐγ. τὸ ιδ'	p.c.Heraclii Aug.XIIII	351
μτ' ὑπ. Ἡρακλείου αὐγ. τὸ ιε'	p.c.Heraclii Aug. XV	
μτ' ὑπ. Ἡρακλείου αὐγ. τὸ ιϛ'	p.c.Heraclii Aug. XVI	
μτ' ὑπ. Ἡρακλείου αὐγ. τὸ ιζ'	p.c.Heraclii Aug.XVII	τνβ'

HVCVSQVE CHRONICON GR.

Olymp.	Indict.		
	V	III *p.c. Imp.Cæs. Fl. Mauricl Aug.*	Fl.Romanus v.c. Italiæ Exarchus II
τμβ'		IIII *p.c.Imp.Cæs. Fl. Mauricl Aug.*	
342		V *p.c.Imp.Cæs. Fl.Mauricl Aug.*	
		VI *p.c.Imp.Cæs. Fl.Mauricl Aug.*	
		VII *p.c.Imp.Cæs.Ti.Fl.Mauricl Aug.*	
τμγ'	X	*Imp.Cæs.Ti.Fl. Mauricius Aug.*II	*sine conlega*
343		*Imp.Cæs.Ti.Fl.Mauricius Aug.* III	
		*Imp.Cæs.Ti.Fl. Mauricius Aug.*IIII	*sine conlega*
τμδ'		*Imp.Cæs.Ti.Fl.Mauricius Aug.*V	
		Imp.Cæs.Ti. Fl.Mauricius Aug. VI	
344		*Imp.Cæs.Ti.Fl. Mauricius Aug.*VII	
	Ind.20	*Imp.Cæs.Ti.Fl. Mauricius Aug.*VIII	Fl.Callinicus v.c.Italiæ Exarchus IIII
		*Imp.Cæs.Ti. Fl.Mauricius Aug.*VIIII	
τμε'		*Imp.Cæs. Ti.Fl.Mauricius Aug.*X	
345		*Imp.Cæs.Ti. Fl.Mauricius Aug.*XI	
	V	*Imp.Cæs.Ti.Fl.Mauricius Aug.*XII	*sine conlega*
		Fl.Phocas, LXXVII populi R.Imp.	
		*Post consulatum Ti.Fl.Mauricl Aug.*XII	Fl.Smaragdus iterum Exarchus Italię
τμς'		*Imp.Cæs.Fl. Phocas Aug.*	
346		*p.c.Imp.Cæs. Fl.Phocæ Aug.*	
		II *p.c.Imp.Cæs.Fl. Phocæ Aug.*	
	X	III *p.c.Imp.Cæs. Fl.Phocæ Aug.*	
τμζ'		IIII *p.c.Imp.Cæs.Fl.Phocæ Aug.*	
347		V *p.c.Imp.Cæs. Fl. Phocæ Aug.*	
		VI *p.c.Imp.Cæs. Fl. Phocæ Aug.*	
		VII *p.c.Imp.Cæs. Fl.Phocæ Aug.*	
		Fl.Heraclius, LXXVIII populi R.Imp.	
		Imp.Cæs.Fl.Heraclius Aug.	Ioannes Lemigius v.c. Exarchus Ita-
η'		*post consulatum Imp.Cæs.Fl.Heracll Aug.*	liæ V
8	Ind.21	II *p.c.Imp.Cæs.Fl.Heracll Aug.*	
		III *p.c.Imp.Cæs.Fl. Heracll Aug.*	
		IIII *p.c. Imp.Cæs. Fl. Heracll Aug.*	
μθ'		V *p.c.Imp.Cæs.Fl.Heracll Aug.*	Eleutherus v.c. Exarchus Italiæ VI
49	V	VI *p.c Imp.Cæs.Fl. Heracll Aug.*	
		VII *p.c.Imp.Cæs.Fl.Heracll Aug.*	
		VIII *p.c.Imp.Cæs.Fl.Heracll Aug.*	Isacius v.c.Exarchus Italiæ VII
ν'		IX *p.c.Imp.Cæs.Fl. Heracll Aug.*	
50		X *p.c.Imp.Cæs. Fl.Heracll Aug.*	
	X	XI *p.c.Imp.Cæs.Fl.Heracll Aug.*	
		XII *p.c.Imp.Cæs.Fl. Heracll Aug.*	
		XIII *p.c. Imp.Cæs.Fl.Heracll Aug.*	
να'		XIIII *p.c.Imp.Cæs.Fl.Heracll Aug.*	
51		XV *p.c.Imp.Cæs.Fl.Heracll Aug.*	
		XVI *p.c.Imp. Cæs.Fl. Heracll Aug.*	
νβ'	Ind.22	XVII *p.c.Imp.Cæs.Fl.Heracll Aug.*	

IN EVTROPIVM ET METAPHRASTEN EIVS PÆANIVM, PRÆFATIO FR. SYLBVRGII.

POSITIS primis historiæ elementis, consequens erat vt compendiosum siue πίνακα siue breuiarium subiungeremus. Quo in genere cum magis idoneus nõ occurreret auctor, Eutropium cum suo metaphraste repetendum hic putaui; vt qui maximam Romanæ historiæ partem, annorum scilicet MCXV perpetuam narrationem, succincta concinnaq; breuitate sit complexus. Quod vt luculentius præstarẽ, non Græci modo, sed etiam Latini textus quam optima exemplaria mihi comparanda iudicaui. Græcã ergo metaphrasin exstare cum ex Sigonii primum Commentariis, post ex Cuiacii Obseruationibus intellexissem, primum ex Italia mihi eam petii. Deinde, quoniam distracta Sigonii bibliotheca, id frustra esse animaduertebam, sollicitatis Galliæ bibliothecis, tãdem e locupletissimis Francisci Pithœi scriniis apographũ impetraui, ope Ioannis Opsopœi; qui vt in aliis; ita etiam in hoc auctore fidelissimã mihi operã nauauit. Latinum vero exemplar, antiquum sane atq; optimæ notæ, Fuldense collegium nobis suppeditauit, intercessore Balthasaro Vigando, viro reip. litterariæ studiosissimo. Latinus igitur codex iste quantum nobis attulerit adiumenti, cum editio ipsa docebit, tum Notæ nostræ, Deo volente, prolixius declarabunt. Hoc sane verum est, immortales ei beneficio ab omnib. deberi gratias. At longe plus Pithœo debetur, qui tam rari cariq; thesauri vsum publicæ omnium vbique vtilitati per nos patere voluit. Ac cupiuissem quidem plura mihi aliunde metaphraseos istius comparare exemplaria. Sed quia eam moram aliquot annorum fore prouidebam, bis daturum me duxi si darem cito; præsertim cũ incertum esset an meliores inuẽturus essem codices. Id vero in primis est dolendum, exemplar hoc, quod vnicũ est concessum, etiam mutilum fuisse, in medio primũ, pag. 98: deinde post paruam illam lacunulam quæ est pag. 105, extremas paginas, tres & amplius, interiisse totas. Optandũ insuper & hoc fuisset, vt metaphrastes iste eadem vbiq; diligentia & fide metaphrasin pertexuisset. Sed vt is aliquammultis in locis addidit quæ Eutropii verbis lucem ac splendorem afferunt, ita sæpe inseruit quæ plane sunt ἀλλότρια; nonnusquam etiam historiæ partes plane peruertunt. Contra omittit nonnusquam propria nomina personarum, locorum, temporum; monetæ item, & aliorũ consimilium, quæ ab accurato interprete præteriri haudquaquam est consentaneum. Ad mutationem vero quod attinet, etsi ea non infeliciter interdum vtitur, tamen sæpenumero a mente auctoris vltra modum discedit. In quibus vt licentiam aliquam sibi vsurpauit, ita in quibusdam se partim linguæ, partim historiæ minus peritũ fuisse prodidit. Quæ omnia exemplis singulatim confirmari hoc loco possent, atq; adeo etiam fortasse deberent. sed cum spatii angustia commode omnia capere non possit, ad Notationes illa nostras reiicio; neq; ibi tamen omnia singulatim persecuturus, sed insigniora tantũ, vt textus filum offeret, perstricturus. Verumenimuero, qualiscumq; tandem hæc est metaphrasis, plerisq; in locis sat commoda luculentaq; dictione nobis Eutropium expressit; & ad pleniorem vtriusq; linguæ cognitionem non parum momenti affert. Quo tempore autem vixerit hic interpres, incertum est. Videtur tamen Eutropio nõ multo fuisse recentior. Cum enim libro 9 in Diocletiano Imp. (126, 43) de Narseo Persarum rege dicat, πάντως δὲ τῶν τε Σάπωρι καὶ Ὁρμίσδᾳ, τοῖς τῆς ἡμετέρας ἡλικίας ἐφιεμένοις: quæ nec apud Eutropium, nec apud interpolatorem eius Paulum Diaconum sic legũtur: coniicere aliquis possit, eum ista non tã sub Eutropii quam sub sua ipsius persona (vt alia non pauca) dixisse. (Saporem autem & Hormisdam eos intelligendos esse quorum Ammianus Marcellinus, Eutropio coæuus, meminit, ipsa historia satis arguit) Ea certe quæ Eutropio a Paulo Diacono partim inserta sunt, partim assuta, trecentis & quinquaginta post Eutropiũ annis, hic metaphrastes non agnoscit. Sed de his & similibus aliis, calculũ permitto acutioribus ac peritioribus ingeniis. Ea saltem hic indicanda mihi fuerunt quæ tua interesse, lector, videbantur. Tu ea in meliorem partem accipe, & beneficii communicati auctoribus, si pares agere aut referre gratias non potes, animo saltem habe quantas potes maximas, vitamque ac successus felices illis mecum precare, vt plura indies & maiora ad publicam vtilitatem nobiscum in lucem proferre queant. Vale. Francof. kalend. Iunii MDLXXXIX.

EVTROPII BREVIARIVS HISTORIAE ROMANAE, AB VRBE CONDITA VSQ. AD VALENTINIANVM ET VALENTEM AVGG.

DN VALENTI [GOTHICO] MAXIMO PERPETVO AVGVSTO.

*RES Romanas ex voluntate mansuetudinis tuæ ab Urbe condita ad nostram memoriam, quæ in negotiis vel bellicis vel ciuilibus eminebant, per ordinem temporum breui narratione collegi strictim; additis etiam iis quæ in principum *vitis egregia exstiterunt; vt tranquillitatis tuæ possit mens diuina lætari, prius se illustrium virorum facta in administrando imperio secutam, quam cognosceret lectione.*

ΠΑΙΑΝΙΟΥ ΜΕΤΑΦΡΑΣΙΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΤΟΥ ΕΥΤΡΟΠΙΟΥ ΡΩμαϊκὴν ἱστορίαν.

ΤΗΣ Ῥωμαϊκῆς βασιλείας ἐν τοῖς προοιμίοις οὐδὲν ἐγένετο μεῖον τέ καὶ ταπεινότερον· τῇ δὲ κατὰ μικρὸν αὐξήσει, καὶ τῇ ἀεὶ προσθήκῃ, κατὰ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν, οὐδὲν οὔτε μεῖζον οὔτε δυνατώτερον ἡ μνήμη τῶν ἀνθρώπων φέρει. Ταύτης τὴν πρώτην κρηπῖδα καταβέβληται Ῥωμύλος· ὃς ἐκ Ῥέας Σιλβίας, οὕτω καλουμένης Ἑστιακῆς παρθένου, τῷ Ἄρει συγγενομένης, ὡς ὁ πολὺς κατέχει λόγος, ἐκ διδύμου γονῆς σὺν ἀδελφῷ Ῥέμῳ προῆλθεν εἰς φῶς. Οὗτος ὀκτωκαίδεκα γεγονὼς ἔτη, βίον τε ἔχων τοῖς *ποιμνίοισι συλλῃστεύειν, ἐλάχιστόν τι πολίχνιον ἐπὶ τοῦ ὄρους τοῦ Παλατίου κατεστήσατο,* πρὸ ἑνδεκάτης τοῦ Μαΐου μηνὸς, ἔτει τρίτῳ τῆς ἕκτης ὀλυμπιάδος· *μετὰ δὲ Ἰλίου καταστροφῆς, κατὰ τοὺς δὲ πλεῖστον τε καὶ ἐλάχιστον παραδεδωκότας, ἔτει τετάρτῳ καὶ ἐνενηκοστῷ καὶ τριακοσιοστῷ. Οἰκίσας δὲ τὴν πόλιν, καὶ καλέσας αὐτὴν ἐξ αὑτοῦ Ῥώμην, πρῶτον μὲν πολὺ πλῆθος ἐκ τῶν περιοίκων εἰσεδέξατο· ἔπειτα δὲ τοὺς προβεβηκότας εἰς ἡλικίαν ἐκλεξάμενος, τούτους ἐπέστησε τοῖς λοιποῖς ἡγεμόνας τῶν πραχθέων, σενάτορας αὐτοὺς καλέσας κατὰ τὴν Ἰταλῶν φωνὴν· ἐπεὶ οὕτως ἐκεῖνοι καλοῦσι τοὺς γέροντας· σύγκλητον δὲ Ἕλληνες ἐκάλεσαν τὸ συνέδριον, ἐκ τοῦ, πρότερον μὲν τοὺς βασιλεύοντας, μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς ὑπάτους, συγκαλεῖν τε αὐτοὺς ἐπὶ τὰς βουλὰς, καὶ τὴν ψῆφον ποιεῖσθαι κυρίους.

INCIPIT BREVIARIVS EVTROPI.

LIBER I.

ROMANVM imperium, quo neque ab exordio vllum fere minus, neque incrementis toto orbe amplius humana potest memoria recordari, a ROMVLO exordiũ habet: qui [Rex Siluiæ] Vestalis virginis filius, & (quantum putatus est) Martis, cum Remo fratre, vno partu editus est. Is, cum inter pastores latrocinaretur, *decem & octo annos natus, vrbem exiguam in Palatino monte constituit, XI kal. *Maias, Olympiadis sextæ anno tertio, post Troiæ excidiũ, vt qui plurimum minimumque tradunt, [anno] trecentesimo nonagesimo quarto. Cõdita ciuitate, quam ex nomine suo Romam vocauit, hæc fere egit. Multitudinem finitimorum, in ciuitatem recepit: centum ex senioribus *legit, quorum cõsilio omnia ageret: quos *Senatores* nominauit, ꝓpter senectutẽ.

[Tunc] cũ vxores ipse & populus suus non haberẽt, inuitauit ad spectaculũ ludorũ vicinas vrbis Romę nationes: atq; earum virgines rapuit. Cõmotis bellis propter raptarũ iniuriam, Cæninenses vicit, Antemnates, Crustominos, Sabinos, Fidenates, * Veientes. hæc omnia opida Vrbem cingũt. Et cũ orta subito tempestate non cõparuisset, anno regni trigesimo septimo, ad deos transisse creditus [consecratus] est. Deinde Romę per quinos dies Senatores imperauerũt: & his regnantibus vnus annus cõpletus est. [b] Postea NVMA POMPILIVS * rex creatus est: qui bellũ quidem nullum gessit, sed non minus ciuitati quã Romulus profuit. Nã & leges Romanis, moresq; constituit; qui cõsuetudine prœliorũ iam latrones ac semibarbari putabantur: & annum descripsit in decẽ menses, prius sine aliqua cõputatione confusum: & infinita Romæ sacra ac templa cõstituit. Morbo decessit, quadragesimo [&] tertio imperii anno. [c] Huic successit TVLLVS HOSTILIVS. hic bella reparauit; Albanos vicit, qui ab vrbe Roma duodecimo miliario sunt. Veientes & Fidenates, quorũ alii sexto miliario absunt ab vrbe Roma, alii octauo decimo, bello superauit. Vrbẽ ampliauit, adiecto Cælio monte. Cum * triginta duob. annis regnasset, fulmine ictus, cũ domo sua arsit. [d] Post hunc ANCVS [MARCIVS,] Numæ ex filia nepos, suscepit imperium. cõtra Latinos dimicauit: Auentinum mõtem ciuitati adiecit, & Ianiculum: * apud Ostiam ciuitatẽ supra mare sexto decimo miliario ab vrbe Roma condidit. * vigesimo quarto anno imperii morbo periit. [e] Deinde regnũ PRISCVS TARQVINIVS accepit. Hic numerũ Senatorũ duplicauit; Circũ Romæ ædificauit; ludos Romanos instituit, qui ad nostram memoriam permanent. Vicit idem etiam Sabinos; & non parum agrorum, sublatum iisdem, vrbis Romæ territorio

Ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ πλῆθος αὐξηθὲν ἤδη συνῴκιζεν, ἐστέρητο γυναικῶν, καὶ φόβος ἦν ἐπιλιπεῖν τοὺς ἄνδρας, τέχνην δέδωκε. διαδοχὴν τῷ γένει. προσκαλέσας γὰρ ὡς ἐπί τινα θέαν * γειτνιῶντα τῶν ἐθνῶν, ἁρπαγὴν γενέσθαι παρεσκεύασε τῶν παρθένων, ἃς οἱ προσκληθέντες ἐπὶ τὴν τέρψιν ἐπηγάγοντο. καὶ τὰς μὲν ἔσχον γαμετάς, ἁρπάσαντες· πόλεμον δὲ τὸ ἔργον ἐκίνησεν. οὓς συστάντας, ἡττῶνται Καινιναῖοι, καὶ Ἀντεμνάται, Κρυστουμῖνοι, Σαβῖνοι, Φιδηνάται, Βέϊοι. συνοικίαι δὲ ἦσαν αὗται, καὶ κατ' οἰκείαν ἀρχὴν ἑκάστη· καὶ μετὰ ταῦτα ἐπολιορκήθησαν· καὶ ταύταις ἔτι καὶ νῦν ἡ Ῥώμη τῇ πόλει περιεστεφάνωται. Τούτων οὕτω πραχθέντων, χειμὼν ἐξαίφνης ἐπελθών, ἀφανῆ τὸν Ῥωμύλον ἐποίησεν. ἐξ ἐκείνου δὲ εἰς τόδε πεπίστευται πρὸς θεοὺς ἀνειλῆφθαι. καθιερώθη οὖν παρὰ τῶν ἀρχομένων, ἔτη βασιλεύσας αὐτῶν ἑπτὰ καὶ τριάκοντα. καὶ τέως μὲν τὴν πόλιν διέπον καὶ τὴν βασιλείαν ἐπετρόπευον οἱ καλούμενοι σενάτορες, ἐπὶ ἐνιαυτὸν ὅλον ἐξ ἀμοιβῆς δι' ἡμερῶν πέντε τῆς ἐπιτροπείας ἀπ' ἄλλων εἰς ἄλλους μεθισταμένης. [b] Μετὰ δὲ τὸν ἐνιαυτόν, Νουμᾶς Πομπίλιος ἀνερρέθη βασιλεύς. Οὗτος, πολέμου μὲν ἀπέσχετο παντός, τῇ Ῥώμῃ δὲ οὐχ ἧττον ἢ Ῥωμύλος ἐγένετο χρήσιμος. νόμους τε γὰρ αὐτοῖς ἔθηκεν, ἔθη τε παρέδωκεν ἀφ' ὧν, λῃσταί τινες πρότερον ὑπειλημμένοι καὶ μιξοβάρβαροι, ἀμεινόνων ἀνδρῶν δόξαν ἐκτήσαντο. ἱερὰ δὲ αὐτοῖς ἐτέλεσε, ναούς τε κατεσκεύασεν. οὕτω δὲ διαθεὶς τὴν πόλιν, τεσσαρακοστῷ καὶ τρίτῳ τῆς βασιλείας ἔτει νοσήσας, ἐτελεύτησεν. [c] Τρίτος διαδέχεται τὴν βασιλείαν Τοῦλλος Ὁστίλλιος. ὑπὸ τούτου πάλιν ἡ περὶ τοὺς πολέμους ἐπανῆλθε σπουδή. νικῶνται γοῦν Ἀλβανοὶ μάχῃ, τῆς Ῥώμης δυοκαίδεκα διεστῶτες σημείοις. (μίλια καλοῦσιν αὐτὰ Ῥωμαῖοι. τὰ χίλια γὰρ βήματα οὕτως ὀνομάζουσι, τοσούτοις βήμασι συμμετρούμενοι τὸ σημεῖον) εἶτ' ἐφεξῆς ἡττῶνται Βέϊοι, καὶ οἱ ἀπὸ Φιδήνης· οἱ μὲν, ἓξ χωριζόμενοι σημείοις· οἱ δὲ, ὀκτωκαίδεκα. μετὰ ταύτας δὲ τὰς νίκας, καὶ τὴν πόλιν ηὔξησε, τὸν Κήλιον αὐτῇ προσθεὶς λόφον. ἐπὶ τούτοις τοῖς ἔργοις τριάκοντα καὶ δύο τὴν ἀρχὴν κατασχὼν ἐνιαυτούς, κεραυνοῦ πεσόντος, συγκατεφλέχθη τῇ βασιλικῇ στέγῃ. [d] Τέταρτος παρῆλθεν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν Ἄγκος Μάρκιος, ἔκγονος ἀπὸ θυγατρὸς τοῦ Νουμᾶ Πομπιλίου. οὗτος ἤρατο πόλεμον πρὸς Λατίνους, καὶ τῇ πόλει συνῆψε τὸν * Ἀβεντῖνον λόφον, Ἰανίκουλόν τε· πολίχνην ἐδείματο ἐπὶ θαλάσσης πρὸς ταῖς τοῦ Θύμβριδος ἐκβολαῖς, αἳ τῆς Ῥώμης ἓξ καὶ δέκα διεστήκασι σημείοις. τετάρτῳ τε καὶ εἰκοστῷ τῆς βασιλείας ἔτει, νόσῳ διεφθάρη. [e] Διεδέξατο δὲ τὴν βασιλείαν Ταρκύνιος ὁ Πρίσκος ὀνομαζόμενος. οὗτος τὸ μὲν τῆς συγκλήτου συνέδριον, διπλάσιον ἐποίησε τῷ τῶν σωμάτων ἀριθμῷ· καὶ τῇ πόλει δὲ τὸν ἱππόδρομον ᾠκοδόμησε· θεάτρων τε ἐνεστήσατο τέρψιν, Ῥωμαϊκὴν καλέσας τὴν θέαν· ἥτις ἐξ ἐκείνου καὶ εἰς τόδε τελεῖται, τὴν αὐτὴν ἔχουσα προσηγορίαν. ἔτι δὲ Σαβίνους εἷλε μάχῃ, καὶ πολλῆς αὐτοὺς ἀφελόμενος γῆς, προσεχώρωσε τῇ Ῥώ-

τῇ Ῥώμῃ. πρῶτος δὲ θριαμβεύων εἰς τὴν Ῥώμην εἰσῆλθε. τείχη τε ἐδείματο, καὶ τὰς ὑδρορρόας, ἤγουν ἀμάρας· καὶ τῆς τοῦ Καπιτωλίου κατασκευῆς ἤρξατο. ὀκτὼ τε ἐπὶ τοῖς τριάκοντα βασιλεύσας ἐνιαυτούς, *ἀνεδέξατο. [6]Ἐκεῖνος ὑποδέχεται τὴν ἀρχὴν Σερούιος Τύλλιος, ἐξ ἐπισήμου γεγονὼς μητρὸς ἣ καὶ αἰχμαλωσίας καὶ δουλείας περιέπεσε τύχῃ. οὗτος ὑπηγάγετο Σαβίνους, καὶ τρισὶ λόφοις ηὔξησε τὴν πόλιν, τῷ Κυριναλίῳ, καὶ τῷ Βιμιναλίῳ, καὶ τῷ Ἐσκυλίνῳ· τάφρους τε ὤρυξε περὶ τοῦ τείχους κύκλῳ. καὶ τῆς ἀπογραφῆς τῶν σωμάτων ἔδωκεν ἀρχήν, οὔπω παρ' οὐδενὶ τῶν ἐθνῶν ἐγνωσμένης. ἀπογραφέντες οὖν οἱ τὴν Ῥώμην οἰκοῦντες ὑπ' αὐτῷ, συνεπληρώθησαν εἰς ἀριθμὸν ὀγδοήκοντα τριῶν χιλιάδων, μετὰ τῶν ἐν τοῖς ἀγροῖς οἰκούντων. τελευτὴν μέν τοι τοῦ βίου ἐδέξατο παρὰ τοῦ γαμβροῦ Ταρκυνίου Σουπέρβου. δηλοῖ δὲ τοῦτο ἐπώνυμον, ὑπερήφανον. παῖς δὲ ἦν οὗτος Ταρκυνίου τοῦ Πρίσκου, παρ' οὗ τὴν βασιλείαν ὁ σφαγεὺς οὗτος ἐδέξατο. [7]Ἐπιλαμβάνεται δὴ τῆς βασιλείας οὗτος ὁ Σούπερβος Ταρκύνιος, ἕβδομος τε ὢν τῶν βασιλέων, καὶ ὕστατος. καὶ νικᾷ μὲν Βολούσκους, ἔθνος ὂν ἐπὶ τὴν Καμπανίαν, οὐ πόρρω τῆς Ῥώμης. *αἱρεῖ δὲ ἐπὶ τούτοις Γαβίαν *καὶ Πομετίαν καὶ Σύεσσαν πόλεις· ἔθετο τε μετὰ Τούσκων σπονδάς. ναόν τε ᾠκοδόμησε *τῷ καλουμένῳ Καπιτωλίῳ. μετὰ ταῦτα, πολιορκῶν τὴν Ἀρδέαν, πολίχνην δέκα καὶ ὀκτὼ σημείοις πόρρω τῆς Ῥώμης, [τὴν ἀρχὴν] ἀπέβαλεν. ὁ γὰρ ὁμώνυμος αὐτοῦ παῖς, ἐπιφανῆ γυναῖκα Λουκρητίαν, ἧς πολὺς ἦν ἐπὶ σωφροσύνῃ λόγος, Ταρκυνίῳ Κολλατίνῳ συνοικοῦσαν, ἐβιάσατο. τοῦτο ἐξήγγελλεν ἡ Λουκρητία τῷ τε ἀνδρί, καὶ τῷ πατρί· καὶ μηνύσασα τὸ πάθος, ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτῶν ἑαυτὴν διεχρήσατο. ἐνταῦθα δὲ Βροῦτος, γένει προσήκων τῷ Ταρκυνίῳ, τὸν δῆμον ἀθροίσας, ἀφαιρεῖται τῆς βασιλείας τὸν Ταρκύνιον, πλείω ποιησάμενος τοῦ κοινοῦ λόγον ἢ τοῦ γένους. τούτῳ δέ, καὶ τοῦ δήμου τῷ δόγματι, ἡ στρατιὰ συνηκολούθησε, καθ' ἧς ἐπολιόρκει τὴν Ἄρδεαν· τετάρτῳ τε καὶ εἰκοστῷ ἔτει τῆς βασιλείας, μετὰ τῆς γαμετῆς καὶ τῶν παίδων, φυγὴν ἑαυτοῦ κατεψηφίσατο. [8]Οὕτως ὑπὸ βασιλεῦσιν ἑπτά, τοῖς ὅλοις ἔτεσι διακοσίοις τεσσαράκοντα καὶ τρισί, τὰ τῆς Ῥώμης διῳκήθη πράγματα. μικρὰ δὲ ἦν ἔτι τὰ τῆς δυνάμεως ὂν τῆς, τῶν ὁρίων αὐτῆς οὐδαμόθεν ὑπὲρ πεντεκαίδεκα σημείων ἐκτεινομένων. [9]Ἐντεῦθεν δ' ἡ μὲν τῶν βασιλέων ἐπαύσατο, μετηνέχθη δὲ εἰς τὴν τῶν ὑπάτων ἀρχήν. δύο δὲ ἦσαν οὗτοι, καὶ ἐτήσιοι· ὥστε καὶ ἕτερον φαῦλον *εἴη), καταφεύγειν ἐπὶ τὸν ἕτερον, τῷ δὲ χρόνῳ περαιουμένην,

*adiunxit: primusque triumphans vrbem intrauit: muros fecit, & cloacas: Capitolium inchoauit. trigesimo octauo imperii anno per Anci filios occisus est, regis eius cui ipse successerat. [6]Post hunc SERVIVS TVLLIVS suscepit imperium, genitus ex nobili *fœmina, captiua tamen, & ancilla. Hic quoque Sabinos subegit: mõtes tres, Quirinalem, Viminalem, *Æsquilinum, vrbi adiũxit. fossas circum murum duxit. primus omnium *censum ordinauit; qui adhuc per orbem terrarũ incognitus erat. Sub eo Roma omnibus in cẽsum delatis, habuit *capitum LXXXIIII milia ciuium Romanorum cum his qui in agris erant. Occisus est XLV imperii anno, scelere generi sui Tarquinii [Superbi,] filii eius regis cui ipse successerat; & filiæ [suæ,] quam Tarquinius habebat vxorem. [7]LVCIVS TARQVINIVS SVPERBVS, septimus atq; vltimus regum, Volscos (quæ gens ad Campaniam euntibus non longe ab vrbe est) vicit; Gabios ciuitatẽ, & Suessam Pometiam subegit; cum Tuscis pacem fecit; & templum Ioui in Capitolio ædificauit. Postea Ardeam oppugnãs, in octauo decimo miliario ab vrbe [Roma] positam ciuitatem, imperium perdidit. Nam cum filius eius, & ipse Tarquinius iunior, nobilissimam fœminam Lucretiam, eandemq; pudicissimam Collatini vxorem stuprasset, eaque de iniuria marito & patri & amicis questa fuisset, in omnium conspectu se occidit. propter quã caussam Brutus, *parens & ipse Tarquinii, populum concitauit, & Tarquinio ademit imperium. mox exercitus quoque eum, qui ciuitatem Ardeam cum ipso rege oppugnabat, reliquit: veniensque ad vrbem rex, portis clausis exclusus est. Cumque imperasset annos *quattuor & viginti, cum vxore & liberis suis fugit. [8]Ita Romæ regnatum est per septẽ reges annis ducentis quadraginta tribus, cũ adhuc Roma, vbi plurimũ, vix vsq; ad quintum decimũ miliarium possideret.

[9]Hinc CONSVLES cœpere pro vno 244
rege duo hac caussa creari; vt, si vnus malus esse voluisset, alter eum, habens potestatem similem, coerceret. Et placuit, ne imperiũ longius quam

*annuum haberent: ne per diuturnitatem potestatis insolentiores redderentur, sed ciuiles semper essent, qui se post annum scirēt futuros esse priuatos. Fuerunt igitur anno primo expulsis regibus consules Lucius Iunius Brutus, (qui maxime egerat vt Tarquinius pelleretur) & Tarquinius Collatinus, maritus Lucretiæ. sed Tarquinio Collatino statim sublata est dignitas. placuerat enim, ne quisquam in vrbe maneret, qui Tarquinius vocaretur. Ergo accepto omni patrimonio suo, ex vrbe migrauit: & loco ipsius factus est Lucius Valerius Publicola consul. Commouit tamen bellum vrbi Romæ rex Tarquinius, qui fuerat expulsus: & collectis multis gentibus, vt in regnum posset restitui, dimicauit. In prima pugna Brutus [consul] & *Aruns Tarquinii filius inuicem se occiderunt. Romani tamen ex ea pugna victores recesserunt. Brutum matronæ Romanæ defensorē pudicitiæ suæ, quasi communem patrem, per annū luxerunt. Valerius Publicola Spurium Lucretium Tricipitinum collegam sibi fecit, Lucretiæ patrem: quo, morbo mortuo, iterum Horatiū Puluillum collegam sibi sumpsit. Ita primus annus quinque consules habuit: cum Tarquinius Collatinus propter nomen vrbe cessisset, Brutus [in] prœlio perisset, Sp. Lucretius morbo mortuus esset. Secundo quoque anno iterum Tarquinius, vt reciperetur in regnum, bellum Romanis intulit, auxilium ei ferente Porsenna Tusciæ rege: & Romam pene cepit. Verum tum quoq; victus est. Tertio anno post reges exactos, Tarquinius, cum suscipi non posset in regnum, neque [ei] Porsenna, qui pacem cum Romanis fecerat, auxiliū præstaret, Tusculum se contulit: quæ ciuitas non longe ab vrbe est: atque ibi per quattuordecim annos priuatus cū vxore *cōsenuit. Quarto anno post reges exactos, cū Sabini Romanis bellum intulissent, victi sunt; & de his triumphatum est. Quinto anno, Lucius Valerius ille Bruti collega, & quater

μετεωροτέραν εἶναι τὴν δυναστείαν. ἀνάγκη γὰρ ἦν, ἀείσους εἶναι δημαγωγούς, εἰδότας, ὡς μετὰ τὸν χρόνον, ἔσονται τῶν ἀρχομένων. Γίνονται τοίνυν ὕπατοι τῷ πρώτῳ ἔτει μετὰ τοὺς βασιλεῖς, Λούκιος Ἰούνιος Βροῦτος, ὁ τῆς Ταρκυνίου μάλιστα καθαιρέσεως αἰτιώτατος· καὶ Ταρκύνιος Κολλατῖνος, ὁ τῆς Λουκρητίας ἀνήρ, ἧς ὑβρισθείσης ἐπράχθη τὰ περὶ Ταρκύνιον· ἀλλ' ὁ Κολλατῖνος εὐθὺς τῆς ἐξουσίας ἀφῃρέθη (ἔδοξε γὰρ μηδένα ἐπὶ τῆς Ῥώμης εἶναι Ταρκύνιον ὀνομαζόμενον) καὶ *τῆς οὐσίας προσαφαιρεθείς, ἀπώσθη τῆς πόλεως. ἀντικατέστη δὲ αὐτῷ Λούκιος Οὐαλέριος Πουβλικόλας. Τούτων οὖν τὴν ὕπατον ἐχόντων ἀρχήν, ὁ τῆς βασιλείας ἀφαιρεθεὶς Ταρκύνιος, ἐπηγάγετο τῇ Ῥώμῃ πόλεμον· καὶ συναγείρας ἔθνη πολλά, δι' ὅπλων ἔσπευδεν ἐπανελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν. ὡς δὲ τὸ πρῶτον συνέμιξαν, ὁ μὲν Βροῦτος καὶ *ὁ Ταρκυνίου παῖς, ἀλλήλους ἀνεῖλον· οἱ δὲ λοιποὶ Ῥωμαῖοι, τῇ μάχῃ νικήσαντες, ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου. αἱ τοίνυν γυναῖκες, ὡς τῆς σεμνότητος καὶ σωφροσύνης ὑπέρμαχόν τε καὶ προστάτην, ἐνιαυσίῳ πένθει, καθάπερ πατέρα κοινόν, ἐτίμησαν. Πουβλικόλας δὲ Σπούριον Λουκρήτιον Τρικιπιτῖνον κοινωνὸν ἑαυτῷ καὶ σύνυπατον ἐχειροτόνησε, τὸν πατέρα τῆς Λουκρητίας. τούτου δὲ ὑπεξελθόντος νόσῳ τὸν βίον, αὖθις Ὁράτιον Πούλβιλλον συνῆψεν ἑαυτῷ πρὸς τὴν ὕπατον ἀρχήν. ὁ γὰρ δὴ λεγόμενος, ἀεὶ κύριος ἦν τῆς τοῦ κοινωνοῦ χειροτονίας. οὕτω δὴ συνέβη τὸν πρῶτον τῶν ὑπάτων ἐνιαυτόν, πέντε σχεῖν ὑπάτους, Ταρκυνίου μὲν Κολλατίνου διὰ τὴν προσηγορίαν ἀπωσθέντος, Βρούτου δὲ πεσόντος ἐν τῇ μάχῃ, Λουκρητίου δὲ τὴν ἐκ τῆς ἀρρωστίας τελευτὴν ὑπομείναντος. Τῷ δευτέρῳ δὲ μετὰ τοὺς βασιλέας ἔτει, Ταρκύνιος αὖθις ἐκίνησεν ὅπλα κατὰ τῆς Ῥώμης ὑπὲρ τῆς βασιλείας, πρὸς συμμαχίαν ἐπικαλεσάμενος τὸν Πορσίνναν· οὗτος δὲ ἦν Τούσκων βασιλεύς· καὶ μικροῦ μὲν τῆς Ῥώμης κατεκράτησεν· ἡττηθεὶς δὲ ὅμως, ἀπῆλθε. καὶ τρίτῳ μετὰ τοὺς βασιλέας ἐνιαυτῷ, ὡς εἶδεν αὐτῷ τὰ περὶ τῆς βασιλείας οὐ χωροῦντα κατὰ νοῦν· (ἤδη γὰρ καὶ Πορσίννας σπονδὰς ἐπεποίητο πρὸς Ῥωμαίους) ἐν Τουσκούλῳ πολιχνίῳ τῆς Ῥώμης οὐ πόρρω, *καταπλαγεὶς τὸν Μούκιον ἐπιβάλλοντα τῇ φλογὶ τὴν δεξιάν, εἰκόνα τε ἡγούμενον ἀνδρείας τε καὶ καρτερίας τῶν Ῥωμαίων, μείνας σὺν τῇ γαμετῇ καὶ τοῖς φιλτάτοις, τεσσαρεσκαίδεκα διετέλεσεν ἐνιαυτούς, ἐν οἷς τε κατεγήρασε. Τετάρτῳ δὲ μετὰ τοὺς βασιλέας ἔτει, Σαβῖνοι Ῥωμαίοις ἐπήγαγον πόλεμον. ἡττηθέντων δὲ αὐτῶν πανστρατί, οἱ Ῥωμαῖοι *τὴν νίκην ἐθριάμβευσαν. Ἔτει πέμπτῳ Οὐαλέριος ὁ Βρούτου σύνυπατος, τετάρτην ἤδη πεπληρωκὼς ὑπατείαν,

ὑπατείας, τὸ κοινὸν ὑπέμεινε τέλος, ἐν τοσαύτῃ πενίᾳ καὶ ἀπορίᾳ τῶν ἀναγκαίων, ὥστε ἐκ συνεισφορᾶς τοῦ δήμου, τὴν ταφὴν αὐτοῦ γενέσθαι. καὶ τοῦτον δὲ αἱ γυναῖκες, ὥσπερ τὸν Βροῦτον, κατὰ τὸν ἴσον χρόνον ἐπένθησαν.

[10] Ἐνάτῳ μετὰ τοὺς βασιλέας ἔτει, ὁ τοῦ βασιλεύσαντος Ταρκυνίου Σουπέρβου γαμβρὸς, τιμωρῆσαι τῷ κηδεστῇ βουληθεὶς, παμμεγέθη στρατιὰν συνέλεξε. τότε τοίνυν προσεπενοήθη τε καὶ ᾑρέθη κατὰ τὴν Ῥώμην ἀρχή. Δικτάτορα αὐτὸν ἐκάλουν ἐπιχωρίως· σημαίνει δὲ ἀναγόρευσιν ἡ φωνή· ἢ διὰ τὸ λέγειν μὲν τὸν δῆμον, οὐ ψηφοφορεῖν δὲ ὡς ἐπὶ τῶν ὑπάτων· τῷ ῥήματι δὲ ἀκολουθεῖν τὴν ἐξουσίαν. αὕτη δὲ, δυνατωτέρα μὲν τῆς μεγίστης ὑπατείας ἦν, ἓξ μησὶ δὲ παρελείνετο μόνον. τοσοῦτον γὰρ ἔδοξεν αὐτὴν συστεῖλαι κατὰ τὸν χρόνον, ὅσον ὑπερέβαινε τῷ μεγέθει. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον, καὶ ἄρχων ἱππέων ἀνεδείχθη· ἀκολουθεῖ δὲ καὶ αὐτὴ τῷ δικτάτωρι, καθάπερ τις ἀξιόχρεως ὑπουργός. συνελόντι δὲ εἰπεῖν, οὐδεμία τῶν ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἀρχῶν, ὡς ἡ δικτατούρα, τῇ νῦν βασιλείᾳ προσεοίκει. μετὰ ταύτης γοῦν, μᾶλλον δὲ ὑπὸ ταύτῃ τῇ προσηγορίᾳ καὶ Αὔγουστος Ὀκταβιανὸς, (περὶ οὗ μικρὸν ὕστερον ἐροῦμεν) καὶ πρὸ ἐκείνου Γάϊος Καῖσαρ, κατὰ μικρὸν τὴν μὲν πολιτείαν καταλύοντες, ἁρπάζοντες δὲ τὴν βασιλείαν διέλαθον. Πρῶτος οὖν ἐγένετο δικτάτωρ Λάρκιος· μάγιστρος δὲ τῶν ἱππέων πρῶτος, Σπούριος Κάσιος. [11] Ἕκτῳ δὲ καὶ δεκάτῳ μετὰ τοὺς βασιλέας ἐνιαυτῷ, στάσις ἐπέπεσε τῷ δήμῳ τῶν Ῥωμαίων ἀγανακτοῦντι, καὶ δεινὰ πάσχειν ὑπό τε τῆς συγκλήτου καὶ τῶν ὑπάτων· καὶ οὐ πρότερον ἐπέσχεν οὗτος ὁ θόρυβος, πρὶν καὶ αὐτὸς αὑτῷ κατέστησεν ἄρχοντας οἰκείους, καὶ οἱονεί τινας ἐκδίκους τοῦ πλήθους, οὓς Δημάρχους ἐκάλεσε, Τριβούνους πλήβεις κατὰ τὴν αὐτῶν φωνήν. ἐπίστευε δὲ ὁ δῆμος, διὰ τούτων ἀσφάλειαν αὐτῷ πρὸς τὴν τῆς συγκλήτου καὶ τῶν ἀρχόντων ἐξουσίαν ὑπάρξειν.

[12] Τῷ δὲ ἑξῆς ἐνιαυτῷ, Βυλούσκοι τὸν πόλεμον ἀνενεώσαντο· καὶ συμμίξαντες, ἡττήθησαν, καὶ τὴν μεγίστην ἑαυτῶν πόλιν Κυριόλους ἀπώλεσαν, τῶν νικησάντων γενομένην. [13] Ὀκτωκαιδεκάτῳ δὲ μετὰ τοὺς βασιλέας ἔτει, Κόϊντος Μάρκιος, ὁ τοῦ πολέμου τοῦ κατὰ Βουλούσκων στρατηγὸς, ὁ καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν ἑλὼν τοὺς Κουριόλους, ἀπολιπὼν τὴν Ῥώμην, προσεχώρησε τοῖς Βουλούσκοις ὑπό τινος ὀργῆς τοῦτο παθών. καὶ πολὺ συνήγαγε συμμαχικὸν, καὶ πολλάκις ἐνίκησε πολέμῳ τοὺς οἰκείους· καὶ πλησίον αὐτῆς ἐγένετο τῆς πόλεως ἀπὸ πέντε σημείων, ὡς αὐτίκα πολιορκήσων. πρεσβευσαμένων δὲ τῶν Ῥωμαίων, οὐ πρότερον ἔφη τῆς ὀργῆς λήξειν, ἢ τὴν αὐτοῦ μητέρα Βετουρίαν καὶ τὴν γαμετὴν Βουλουμνίαν πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν. γίνεται δὴ τοῦτο· καὶ τοῖς ὀδυρμοῖς τῶν γυναικῶν ἐπικλασθεὶς, ἀπεκίνησε τὸν στρατόν. καὶ δεύτερος οὗτος μετὰ τὸν βασιλέα Ταρκυνίον ὅπλα κατὰ τῆς

cõsul, fataliter mortuus est; adeo pauper [factus] vt collatis a populo nummis, sumptum habuerit sepulturæ; quem matronæ, sicuti Brutũ, annum luxerunt. [10] Nono anno post reges 255
exactos, cum gener Tarquinii, ad iniuriam soceri vindicandam ingentem collegisset exercitum, noua Romæ dignitas est creata; quę DICTATVRA appellatur, maior quam Consulatus. Eodem anno etiam MAGISTER EQVITVM factus est, qui Dictatori obsequeretur. Nec quidquã similius potest dici, quam dictatura antiqua huic imperii potestati, quam nunc trãquillitas vestra habet: maxime cũ Augustus quoq; *Octauianus, de quo postea dicemus: & ante eum *Caius Cęsar, sub dictaturę nomine atq; honore regnauerint. Dictator autem Romæ primus fuit Largius: magister equitum primus, Spurius Cassius.

[11] Sexto decimo anno post reges exa- 260
ctos, seditionem populus Romæ fecit: tamquam a Senatu atque Consulibus premeretur. Tum & ipse sibi TRIBVNOS *PLEBIS, quasi proprios iudices & defensores, creauit: per quos contra Senatum & Consules tutus esse posset. [12] Sequenti anno *VOLSCI contra Romanos bellum reparauerunt: & victi acie, etiam Coriolos ciuitatem, quam habebant *opimam, perdiderunt.

[13] Octauodecimo anno postquam reges eiecti erant, expulsus ex vrbe *Quintus Marcius dux Romanus, qui Coriolos ceperat Volscorum ciuitatem, ad ipsos Volscos contendit iratus, & auxilia contra Romanos accepit, Romanos sæpe vicit: vsque ad quintũ miliarium vrbis accessit; oppugnaturus etiam patriam [suam,] legatis qui pacem petebant repudiatis; nisi ad eum mater Veturia & vxor Volumnia ex vrbe venissẽt: quarum fletu & deprecatione superatus, remouit exercitum. Atque hic secundus post Tarquinium fuit, qui dux

274 contra patriam suam esset. [14] Cæsone Fabio & Tito Virginio consulibus, trecenti nobiles homines, qui ex Fabia familia erant, contra *Veientes* bellum soli susceperunt, promittentes senatui & populo per se omne certamen implendum. Itaque profecti omnes nobiles, & qui singuli magnorum exercituum duces esse deberent, in prœlio conciderunt. Vnus omnino superfuit ex tanta familia; qui propter ætatem puerilem duci non potuerat ad pugnam. Post hæc *census* in vrbe habitus est, & inuenta sunt ciuium capita CXIX milia. [15] Sequenti anno, cum in Algido monte, ab vrbe duodecimo fere miliario, Romanus obsideretur exercitus, Lucius Quintius Cincinnatus Dictator est factus: qui agrum quattuor iugerum possidens, manibus suis colebat. Is, cum in opere & arans esset inuentus, sudore deterso, togam prætextam accepit: & cæsis hostibus, liberauit exercitum.

[16] Anno trecentesimo & altero ab vrbe condita, imperium consulare cessauit; & pro duobus consulibus decem facti sunt, qui summam potestatem haberent, DECEMVIRI nominati: sed cum primo anno bene egissent, secundo vnus ex iis Appius Claudius, Virginii cuiusdam, qui honestis iam stipendiis cōtra Latinos in monte Algido militabat, filiam virginem corrumpere voluit: quam pater occidit, ne stuprum a Decemuiro sustineret: & regressus ad milites, mouit tumultum. Sublata est Decemuiris potestas; ipsique damnati sunt. [17] Anno trecentesimo & quintodecimo ab vrbe condita, *Fidenates* contra Romanos rebellauerunt. Auxilium his præstabant Veientes, & rex Veientium Tolumnius: quæ ambæ ciuitates tam vicinæ vrbi sunt, vt Fidenæ sexto, Veientes octauo decimo miliario absint. Coniunxerunt se his & Volsci. sed Mamerco Æmilio dictatore, & Lucio Quintio Cincinnato magistro equitum, victi, etiam regem perdiderunt: Fidenæ captæ, & excisæ.

παῖδος ἐκίνησεν. [14] Φαβίου δὲ καὶ Βεργινίου τὴν ὑπατείαν ἐχόντων, τριακόσιοι τῆς Ῥώμης ἄνδρες ἐπιφανεῖς, ἐκ τῆς Φαβίου καταγόμενοι συγγενείας, αὐτοὶ καθ' ἑαυτοὺς κατὰ τῶν Βεεντανῶν ἐξεστράτευσαν, ὑποσχόμενοι καὶ τῷ δήμῳ καὶ τῇ συγκλήτῳ, τὸν πάντα κατορθώσειν πόλεμον. οὗτοι δὲ πάντες, ἀξιόχρεως ἕκαστος μεγάλης ἡγεμὼν εἶναι στρατιᾶς, πανωλεθρίᾳ διεφθάρησαν. ἐκ τοσούτου δὲ τοῦ Φαβίου γένους, εἷς ὑπελείφθη μόνος, ὃς οὐχ οἷός τε ἐγένετο διὰ τὴν νεότητα παρατάξασθαι τῇ μάχῃ. Μετὰ ταῦτα γενομένης τῶν σωμάτων πάλιν ἀπογραφῆς κατὰ τὴν πόλιν, καὶ συνηριθμήθη πλῆθος ἀνδρῶν, ἑκατὸν δέκα καὶ ἐννέα χιλιάδες, καὶ τριακόσιοι, καὶ δέκα καὶ ἐννέα. [15] Τῷ δὲ ἑξῆς ἐνιαυτῷ κατὰ τὸ Ἄλγιδον ὄρος, δωδεκάτῳ τῆς πόλεως σημείῳ, ἐνεδρευθεὶς ὁ Ῥωμαϊκὸς στρατὸς συνεκλείσθη. χειροτονεῖται τοίνυν δικτάτωρ Λούκιος Κωΐντιος Κικιννάτος. ἐν γὰρ ταῖς μεγίσταις ἀνάγκαις, ἐπὶ ταύτην ἐφέροντο τὴν ἀρχήν. ἀγρὸν δὲ ἔχων ὁ Κικιννάτος, καὶ τοῦτον αὐτῷ σώματι γεωργῶν, ἐφεστηκὼς τῷ ἀρότρῳ, παρέλαβε τὴν ἐξουσίαν· καὶ τὸν ἱδρῶτα τὸν ἀπὸ τῆς γεωπονίας μεταβαλὼν ἐνέδυ τὸ σχῆμα, ῥαβέαν τόγαν αὐτὴν ὀνομάζουσιν, ἐκ τῆς ὁπλίσεως τῆς Ῥωμύλου μετενεχθεῖσαν εἰς φάρος. καὶ τοὺς πολεμίους ἀπολέσας, ἠλευθέρωσε τὴν στρατιάν. [16] Τριακοσιοστῷ δὲ καὶ ἑνὶ μετὰ τὸν τῆς Ῥώμης συνοικισμὸν ἐνιαυτῷ, τὸ τῶν ὑπάτων μετεβάλετο εἰς ἑτέραν ἀρχήν· ἀντὶ γὰρ τῶν ὑπάτων, δέκα κατέστησαν, οἷς πᾶσα τῆς πόλεως ἐπετράπη διοίκησις. ἐκαλοῦντο δὲ οὗτοι Δεκέμβιροι. ὀρθῶς δὲ διαγενόμενοι κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος, εἶτα μετεβλήθησαν. Ἄππιος γὰρ Κλαύδιος, εἷς ἐκ τῶν δέκα, Βεργινίου τινὸς θυγατέρα παρθένον, ὃς ἐν τῷ πολέμῳ κατὰ τὸ Ἄλγιδον ὄρος πρὸς Λατίνους ἐτύγχανεν ἀνδρειότατα μεμαχημένος, ἠβουλήθη διαφθεῖραι πρὸς βίαν· ἀλλ' ὁ πατὴρ αὐτὴν πρὸ τῆς ὕβρεως ἀνεῖλε. τοῦτο συνεκίνησε τὸν στρατὸν καὶ τοὺς δέκα τιμωρίᾳ παραδόντες, καὶ αὐτὴν αὖθις συνανεῖλον τὴν ἀρχήν. [17] Τῷ δὲ ἑξῆς ἐνιαυτῷ, Φιδηνᾶται πρὸς τὴν Ῥώμην ἤρξαντο πολεμεῖν, συμμάχοις κεχρημένοι Βεείοις, καὶ τῷ τούτων βασιλεῖ Τουλουμνίῳ. (Βέϊοι δὲ καὶ Φιδηνᾶται, καθάπερ ἐν τοῖς πρόσθεν εἴρηται, τῆς Ῥώμης ἐγγύτατον οἰκοῦσι· Φιδηνᾶται μὲν, ἓξ κεχωρισμένοι σημείοις· Βέϊοι δὲ, ὀκτωκαίδεκα) συνεπῆλθον δὲ καὶ Βολοῦσκοι. τότε τοίνυν Μάμερκος Αἰμίλιος δικτάτωρ χειροτονηθείς, καὶ λαβὼν ἄρχοντα τῶν ἱππέων Λούκιον Κυίντιον Κικιννάτον, τόν τε πόλεμον ἔλυσε, καὶ τὸν βασιλέα Τολούμνιον ἀνεῖλε· Φιδῆναί τε ἡ πόλις ἑάλω καὶ κατεσκάφη.

Εἴκοσι δὲ ὕστερον ταύτης τῆς μάχης ἐνιαυτοῖς, Βέϊοι πάλιν ἐκίνησαν τὸν πόλεμον. καὶ χειροτονεῖται κατ' αὐτῶν δικτάτωρ *Φούριος Κάμιλλος. ὃς πρότερον μὲν αὐτοὺς καλῶς ἐπολέμησε· μετὰ ταῦτα δὲ τὴν πόλιν πολιορκήσας, καὶ αὐτὴν εἷλεν, ἀρχαιοτάτην τε τῆς Ἰταλίας, καὶ τοῖς πᾶσιν ἀφθονωτάτην. μετὰ ταύτην, αἱρεῖ Φαλίσκους, πόλιν οὐχ ἧττον τῆς προτέρας. ἀλλ' ἐπανέστη φθόνος ἐκ ταύτης αὐτῷ τῆς εὐημερίας, αἰτίαν τε ἔσχεν, ὡς οὐ προσηκόντως διέλοι τῇ στρατιᾷ τὰ τοῦ πολέμου λάφυρα, καταδικάζεται τε, καὶ ἀπεώσθη τῆς Ῥώμης. Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον Γάλλοι Σένωνες ὥρμησαν ἐπὶ τὴν Ῥώμην· καὶ γενομένης μάχης *ἐν δεκάτῳ τῆς πόλεως σημείῳ παρὰ τὸν Ἄλλιον ποταμόν, ἐπεξῆλθον φεύγουσι τοῖς Ῥωμαίοις, οὐδενὸς ἀνταίροντος, μέχρι τῆς πόλεως αὐτῆς. καταφυγόντες δὲ εἰς τὸ *Καπιτώλιον, ἐκεῖ συνέσωζον ἑαυτούς. λιμοῦ δὲ λοιπὸν συνέχοντος αὐτούς, ἐφίσταται κάμνουσιν ὁ Φούριος Κάμιλλος, ἐκτὸς τῆς πόλεως, ἐκ τῆς εἰρημένης κρίσεως, διάγων· καὶ νικᾷ μὲν αὐτοὺς τῇ πρώτῃ συμπλοκῇ· ὡς δὲ ἐκ διεχώρησαν τοῦ ἄστεος, ὠνήσαντο Ῥωμαῖοι τὴν ἀναχώρησιν αὐτῶν χρυσίῳ. τοῦτο οὐκ ἤνεγκε μετρίως ὁ Κάμιλλος· παραχρῆμα δὲ ἐπεξελθὼν τῇ τῶν Γάλλων στρατιᾷ, αὐτήν τε διέφθειρε, καὶ τὸ δοθὲν ἀνέλαβε χρυσίον· καὶ τὰ σημεῖα τὰ στρατιωτικά, ἅπερ ἦσαν ἐν τῇ προτέρᾳ μάχῃ παρὰ τῶν Ῥωμαίων ἀφῃρημένοι, (σίγνα καλοῦσιν αὐτὰ Ῥωμαῖοι) πάντα ἀναλαβών, τρίτον ἐν τῇ πατρίδι θρίαμβον ἐθριάμβευσεν, ἐπεκλήθη τε δεύτερος Ῥωμύλος, ὡς οἰκιστὴς καὶ αὐτὸς τῆς Ῥώμης γεγενημένος.

ΒΙΒΛΙΟΝ β'.

ΕΤΕΙ τετρακοσιοστῷ καὶ ἑξηκοστῷ πέμπτῳ μετὰ τὸν τῆς Ῥώμης συνοικισμόν, πρώτῳ δὲ μετὰ τὴν *ὑπὸ Γάλλοις γενομένην ἅλωσιν, ἐνηλλάγησαν αἱ δυναστεῖαι. ἀντὶ γὰρ τῶν ὑπάτων, ἄρχοντες ἐγένοντο στρατιωτικοί, τὴν τῶν ὑπάτων ἔχοντες δύναμιν. Ἐντεῦθεν καὶ τὰ τῆς Ῥώμης ηὐξήθη πράγματα. Κάμιλλος γὰρ Βολούσκων πόλιν, ἑβδομήκοντα τοῖς πᾶσιν ἐνιαυτοῖς οὐκ ἀποστᾶσαν τοῦ κατὰ τῆς Ῥώμης πολέμου, *αὐτὴν δὲ εἷλε τὴν Βολούσκων ὧν καὶ πόλιν ἑτέραν Ἐξούκων, καὶ Σουτρίνων ἄλλην. πάσας τε αὐτὰς ὑφ' ἑαυτὸν ποιησάμενος, καὶ τοὺς πολεμίους διαχρησάμενος, τρεῖς ἐπὶ τοῖς τρισὶν ἔθνεσιν ἐπετέλεσε θριάμβους. *Καὶ Τίτος δὲ Κουΐντιος Κικιννάτος Πραινεστίνους, οἳ μέχρι τῶν προπυλαίων αὐτῆς πολεμοῦντες ἐχώρησαν, ἄχρις Ἀλλίου ποταμοῦ διώξας, νίκην τε ἤρατο κατ' αὐτῶν, καὶ πόλεις αὐτῶν ὀκτὼ τῇ Ῥώμῃ προσέθηκε· καὶ αὐτοὺς δὲ τοὺς *Πραινεστινούς, παραδόντας ἑαυτούς, ἐκτήσατο.

Post *viginti inde annos, *Veientani* rebellauerunt. Dictator contra ipsos missus est Furius Camillus: qui primū eos vicit acie; mox etiam ciuitatē diu obsidens cepit, antiquissimam, Italiæque ditissimam. Post eam cepit & *Faliscos*, non minus nobilem ciuitatem. Sed cōmota est ei inuidia; quasi prædam male diuisisset: damnatusq; ob eam caussam, & expulsus ciuitate est. Statim *Galli Senones* ad vrbem venerunt; & victos Romanos vndecimo miliario ab vrbe Roma, apud flumen Alliam sequuti, etiam vrbem occupauerunt; neque defendi quidquam nisi Capitolium potuit. quod cum diu obsedissent, & iam Romani fame laborarent, a Camillo, qui in vicina ciuitete exsulabat, Gallis superuentum est, grauissimeque victi sunt. postea tamen, accepto etiam auro, ne Capitolium obsiderent, recesserunt: sed sequutus eos Camillus, ita cecidit, vt & aurum quod his datum fuerat, & omnia quæ ceperant militaria signa, reuocaret. Ita tertio triumphans, vrbem ingressus est, & appellatus SECVNDVS ROMVLVS; quasi & ipse patriæ conditor.

LIBER II.

ANNO trecētesimo sexagensimoquinto ab vrbe cōdita, post captam autem primo, dignitates mutatæ sunt: & pro duobus consulibus facti TRIBVNI MILITARES, consulari potestate. *Hinc iam cœpit *Romana res crescere. Nā Camillus eo anno *Volscorum ciuitatem*, quæ per septuaginta annos bellum gesserat, vicit; & *Aequorum vrbem*, & *Sutrinorum*: atque *omnes, deletis eorum exercitibus, occupauit; & tres simul triumphos egit. *Titus 374
etiam Quintius Cincinnatus Prænestinos, qui vsque ad vrbis Romæ portas cum bello venerant, persequutus, ad flumen Alliam vicit: *& ciuitates quæ sub ipsis agebant, Romanis adiunxit: *ipsum Præneste aggressus, in deditionem accepit:

queç omnia ab eo gesta sunt viginti diebus, triũphusq; ipsi decretus. [3]Verũ dignitas TRIBVNORVM MILITARIVM non diu perseuerauit. Nã post aliquantũ, nullos placuit fieri: & quadrienniũ in vrbe ita fluxit, vt potestates ibi maiores non essent. *Resumpserunt tamẽ Tribuni militares consulari potestate iterũ dignitatẽ, & *triennio perseuerauerũt. Rursus consu-
388 les facti. [4]Lucio Genucio, & Quinto Seruilio consulibus, mortuus est Camillus: honor ei secũdus post Ro-
392 mulũ *delatus est. [5]Titus Quintius Dictator aduersus Gallos, qui *in Italiam venerant, missus est. Hi ab vrbe quarto miliario trãs Anienem fluuiũ cõsederant. Ibi nobilissimus de senatoribus [iuuenis] *Titus Manlius, prouocãtem Gallum ad singulare certamen, *congressus occidit: & sublato torque aureo, colloque suo imposito, in perpetuũ *Torquati* & sibi & posteris cognomen accepit. Galli fugati sunt: mox per Caium Sulpicium Dictatorem etiã victi. Non multo post a Caio Marcio *Tusci* victi sunt; & octo milia captiuorũ ex his in trium-
402 phum *ducti. [6]Census iterũ habitus est. Et cũ Latini qui a Romanis subacti erãt, milites pstare nollent, ex Romanis tantum tyrones lecti sunt, factęq; legiones decẽ; qui modus sexaginta vel amplius armatorũ milia efficiebat. paruis adhuc Romanis reb⁹, tanta tamen in re militari virtus erat. Quæ cũ pfectæ essent aduersus *Gallos duce Lucio Furio [Camillo,] quidã ex Gallis vnũ e Romanis, qui esset optimus, puocauit. tũ se Marcus Valerius tribunus militũ obtulit: & cum processisset armatus, coruus ei supra dextrũ brachium sedit. mox cõmissa aduersus Gallum pugna, idẽ coruus alis & vnguib. Galli oculos verberauit, ne rectũ posset aspicere: *ita vt a tribuno Valerio interfectus, nõ solũ victoriam ei, sed etiã nomen dederit.

πλὴν δὲ τοῦτο τὸ ἔργον εἴκοσιν ἐπετέλεσε ταῖς πάσαις ἡμέραις, καὶ ἐπὶ τούτοις ἐθριάμβευσεν. [3]Ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πολὺ *στρατιωτικῶν ἀρχόντων ἡ δυναστεία· μικρῷ γὰρ ὕστερον κατελύθη. καὶ σχεδὸν ἔξω πάσης ἀρχῆς ἡ Ῥώμη διετέλεσεν, εἰ καὶ τῶν στρατιωτικῶν ἀρχόντων τινὲς, καὶ μετὰ τὴν κατάλυσιν τῆς ἀρχῆς, ἐβιάζοντο δυναστείαν, καὶ τὸ κῦρος εἶχεν· ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ τρεῖς ἐνιαυτοὺς τοῦτο ἐδυνήθησαν. ἐπανῆλθε γὰρ πρὸς τοὺς ὑπάτους ἡ ἐξουσία. [4]Λουκίου τοίνυν Γενουκίου καὶ Κοΐντου Σερβιλίου γενομένων ὑπάτων, τελευτᾷ Κάμιλλος, τιμῆς τε αὐτῷ δευτέρας μετὰ τὸν Ῥωμύλον ἐψηφίσθησαν. [5]Γάλλων δὲ πόλεμον ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν κινησάντων, στρατοπεδευσαμένων δὲ ἀντιπέρα τοῦ Ἀνιῶνος ποταμοῦ, Τίτος Κοΐντιος δικτάτωρ ἀναδειχθεὶς, ἐξῆλθεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους. ἀλλ' ἔλυσε τὴν μάχην οὐχ ἡ συμπλοκὴ τῶν στρατευμάτων, ἀλλ' ἀνὴρ νεανίας *Μανίλιος. ὑφ' ἑνὸς γὰρ τῶν Γάλλων εἰς μονομαχίαν προκληθεὶς, ἐκεῖνόν τε κατέβαλε, καὶ τῷ πολέμῳ τέλος ἔδωκε· τὸν στρεπτόν τε ᾧ κεκόσμητο τὸν τράχηλον ὁ Γάλλος, ἑαυτῷ περιθεὶς, ἐκ τούτου Τορκουάτος αὐτός τε προσηγορεύθη, καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ πάντες, μηνύοντες τῇ προσηγορίᾳ τὸν ἀπὸ τοῦ λαφύρου κόσμον. Τόρκης γὰρ ἐπιχωρίως ὁ στρεπτὸς καλεῖται. τότε μὲν οὖν φυγῇ παρέδοσαν ἑαυτούς· μετὰ δὲ ταῦτα, καὶ κατεπολεμήθησαν ὑπὸ τοῦ δικτάτωρος Σουλπικίου. Καὶ Τοῦσκοι δὲ ὑπὸ Γαΐου Μαρκίου συνεκόπησαν· ὡς ὀκτὼ δὲ χιλιάδας αἰχμαλώτων τῷ θριάμβῳ ποιήσας πλῆθος ὁ νικήσας ἐθριάμβευσε. [6]Μετὰ τοῦτο δὲ γέγονε τῶν Ῥωμαίων ἀπογραφή· καὶ τῶν Λατίνων, τῶν ὑπὸ Ῥωμαίοις ἤδη γεγενημένων, σώματα παρέχειν εἰς στρατιὰν οὐ βουλομένων, ἐξ αὐτῶν τῶν πολιτικῶν *συλλεγέντων τὸ στράτευμα· δεκάδες ἐξ αὐτῶν συντάξεις ἐγένοντο, λεγεῶνες κατὰ τὴν αὐτῶν καλούμεναι φωνὴν, ἐκ τῆς γενομένης τῶν νέων ἐπιλογῆς· λέγερε γὰρ παρ' αὐτοῖς τὸ ἐπιλέξασθαι λέγεται. αἱ δέκα δὲ αὗται λεγεῶνες, ἑξήκοντα χιλιάδας ἀνδρῶν εἶχον, ὡς ἑκάστην εἰς ἑξακισχιλίους τελεῖν· καὶ οὕτως ὁ τοσοῦτος συνήχθη στρατὸς, οὔπω τῶν Ῥωμαϊκῶν πραγμάτων εἰς τὸ πλέον ἐπιδεδωκότων. τοσαύτη τῶν στρατιωτικῶν ἦν ἐπιθυμία, καὶ τῶν πολιτῶν ἀνδρεία. τοῦτο δὴ τὸ στράτευμα τῶν πολιτῶν ἐξάρας, ἐπὶ τοὺς Γάλλους ἐχώρησεν, ἡγουμένου τῆς στρατιᾶς *Φουρίου. ἀλλά τις ἐκ τοῦ Γάλλων στρατεύματος, πρὶν ἢ συμμίξαι τὰ πλήθη, ἐκ προκλήσεως τὸν ἄριστον τῶν Ῥωμαίων εἰς μονομαχίαν ἐκάλει. τότε τοίνυν ἐθελοντὴς ἐξανέστη Μάρκος Οὐαλέριος, ἐν τοῖς ἄρχουσι τῶν στρατιωτικῶν τεταγμένος, καὶ σκευασάμενος ἐπῆλθεν. ὁρμῶντι δὲ αὐτῷ κατὰ τοῦ πολεμίου, κόραξ ἐπιπτὰς, κατὰ τὸν δεξιὸν ἔστη βραχίονα· καὶ μετὰ τοῦτο οἱ μὲν ἄνδρες συνέμιξαν· ὁ δὲ κόραξ, τοῖς τε ὄνυξι καὶ τοῖς πτεροῖς ἔπαιε τοῦ Γάλλου τὰ ὄμματα, κωλύων εὐθὺ τῷ πολεμοῦντι προσβλέπειν· καὶ οὕτω πίπτει μὲν ὁ Γάλλος· τῷ Οὐαλερίῳ δὲ ὁ τῆς νίκης τρόπος δέδωκε τὴν προσηγορίαν.

Κορβῖνος

Κορβῖνος γὰρ ὠνομάσθη [ἀπὸ] τοῦ κόρακος, οὕτω κατὰ τὴν τῶν Ἰταλῶν ὀνομαζομένου φωνήν· καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων τὰ τῆς εὐημερίας ἔστη· ἀλλὰ τρίτον καὶ εἰκοστὸν γεγονὼς ἔτος, ἐπὶ τὴν ὑπατείαν *ἠλήθη.

[7] Λατῖνοι δὲ, οἱ τῆς στρατολογίας ἀρνησάμενοι, καθάπερ ἔκ τινος μελέτης ἐπὶ μεῖζον ἐχώρησαν. ἔφασκον γὰρ τὸν ἕτερον τῶν ὑπάτων ἐκ σφῶν αὐτῶν χρῆναι χειροτονεῖσθαι. τῶν Ῥωμαίων δὲ οὐ συντιθεμένων, ἀνήφθη πόλεμος μέγιστος, εἴπερ τις ἄλλος· καὶ οὗτοι μὲν ἡττήθησαν οἱ Λατῖνοι, καὶ θρίαμβον ἔσχεν ἡ νίκη· τοῖς ὑπάτοις δὲ, ὡς ὑπὲρ ἔργου μεγάλου, κατά τι χωρίον, ὃ Ῥῶστρα καλοῦσιν, ἀνδριάντες ἀνέστησαν. τοῦτο δὲ τὸ χωρίον, τὰς πρὸς τὸν δῆμον ἐδέχετο τῶν ὑπάτων τε καὶ τῶν λοιπῶν ἀρχόντων δημηγορίας. ἐκεῖθεν γὰρ ἐν ταῖς καταλαμβανούσαις χρείαις διελέγοντο τῷ δήμῳ. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν ἐνιαυτὸν Ἀλεξάνδρεια παρὰ τοῦ Μακεδόνος Ἀλεξάνδρου συνῳκίσθη, καὶ ταύτην ἐδέξατο τὴν προσηγορίαν ἡ τῆς Αἰγύπτου πάσης μήτηρ. [8] Ἐντεῦθεν δὴ καὶ τὰ τῆς δυνάμεως ηὐξήθη Ῥωμαίοις, καὶ πρὸς ἄκρον ἀφίκοντο δυναστείας. ἅμα δὲ πορρωτάτω* λοιπὸν αὐτοῖς οἱ πόλεμοι συνεκροτοῦντο. ἐπὶ Σαμνίτας γοῦν, διακοσίοις ἀπῳκισμένους σημείοις, τὴν στρατιὰν ἐκίνησαν. ἧς ἀφηγεῖτο Παπίριος Κούρσωρ, τὴν τῆς δικτατωρείας ἔχων ἐξουσίαν. χρείας δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὴν Ῥώμην καλούσης, τὸν ἄρχοντα τῆς ἵππου Φάβιον Μάξιμον (ἡ κέλευσις δὲ αὕτη, καθάπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἰρήκαμεν, δυναστεία παρὰ Δικτάτωρι) καταλιπὼν ἐπιτροπεύειν τοῦ στρατοῦ, παραγγείλας μὴ συμμῖξαι, μήτε εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, πρὶν αὐτὸν ἐκ τῆς Ῥώμης ἐπανήκῃ. λαβόμενος δὲ ὁ Φάβιος καιροῦ, καὶ μικρὰ φροντίσας τῶν τοῦ δικτάτωρος ἐντολῶν, ἐμαχήσατο μὲν μετὰ λαμπρᾶς τῆς τύχης, καὶ τοὺς Σαμνίτας ἀπώλεσε πανστρατιᾷ. ἐπὶ τούτοις ψῆφον ἐπήγαγεν ὁ δικτάτωρ αὐτῷ θανάτου· διεσώθη δὲ τῇ τε τῶν στρατευμάτων περὶ αὐτὸν στοργῇ, καὶ τῇ τοῦ δήμου σπουδῇ· τοσαύτη τε ἐκινήθη κατὰ τοῦ Παπιρίου στάσις, ὡς παρὰ μικρὸν ἐλθεῖν αὐτὸν θανάτου. Μετὰ ταῦτα οἱ Σαμνῖται τοὺς Ῥωμαίους, ὑπατευόντων Τίτου Βετουρίου καὶ Σπουρίου Ποστουμίου, μετὰ πολλῆς κατεπολέμησαν τῆς αἰσχύνης· καὶ κύριοι καταστάντες αὐτῶν, ἔθεντο σπονδὰς τοῖς ἡττημένοις ἀπρεπεῖς. ἀλλ᾽ ἡ σύγκλητος καὶ ὁ δῆμος τὰς μὲν σπονδὰς παρεσάλευσαν, ὡς ἐν δυσπραγίᾳ γεγενημένας, ἀνέλαβον δὲ τὴν μάχην· καὶ οἱ πρότερον νενικηκότες, ἡττήθησαν, Παπιρίου τοῦ ὑπάτου τῇ μάχῃ στρατηγοῦντος. πεσόντων δὲ τῶν πλειόνων, ἑπτὰ χιλιάδες ἀνδρῶν αἰχμαλώτων ὑπὸ τοῖς νενικηκόσιν ἐγένοντο· καὶ πρῶτος τότε κατὰ Σαμνιτῶν ἐδόθη τῷ Παπιρίῳ θρίαμβος. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον, Ἄππιος Κλαύδιος κήνσωρ αἱρεῖται, ἤγουν τιμητής. ἀρχὴ δὲ ἦν αὕτη τῶν μεγίστων, καὶ ἦν ἔργον αὐτῇ, τοὺς τῶν πολιτῶν διερευνᾶσθαι τε καὶ κρίνειν βίους τιμωρείας τε κατὰ πάσης ἠδύνατο δυναστείας, καὶ οὐδεὶς ἦν ἔξω τῆς τοῦ κήνσωρος ἐξουσίας. κύριοι δὲ ἦσαν οἱ κήνσωρες καὶ ἔργοις καινοῖς κατακοσμεῖν τὴν πόλιν. ὁ Κλαύδιος γοῦν πηγὴν ὠχέτευσεν εἰς τὴν Ῥώμην, ἥτις αὐτῷ μέχρι νῦν ἐπονομάζεται Κλαυδία· ὁδόν τε ἐστόρεσεν, ἥτις ἐπεκλήθη καὶ αὐτὴ τῷ πεποιηκότι, Ἀππία προσαγορευθεῖσα. οὕτως ἡ μὲν *τοι ἐπωνύμως ἔσχε τοῦ πεποιηκότος, ἡ δὲ *αὐτὸ τοὔνομα·

nam postea idem *Coruinus* est dictus. ac propter hoc meritum, annorum trium & viginti, consul est factus.

[7] *Latini* qui noluerāt milites dare, hoc quoq; a Romanis exigere cœperunt, vt vnus consul, ex eorum; alter, ex Romanorū populo crearetur. Quod cum esset negatum, bellum cōtra eos susceptum est, & ingenti pugna superati sunt: ac de his perdomitis triūphatum est. Statuæ consulib. ob meritum victoriæ in rostris positæ sunt. [Eo anno etiam Alexandria ab Alexandro Macedone condita est.]

[8] Iam Romani potentes esse cœperūt. 419
bellum enim in centesimo & tricesimo fere miliario ab vrbe apud *Samnites* gerebatur, q medii sunt inter Picenum, Campaniam, & Apuliam. Lucius Papirius Cursor cum honore dictatoris ad id bellum profectus est: qui, cum Romam redisset, Q. Fabio Maximo, magistro equitum, quem apud exercitum reliquit, præcepit, ne se absente pugnaret. Ille, occasione reperta, felicissime dimicauit, & Samnites deleuit. ob quam rem a dictatore capitis damnatus, quod se vetante pugnasset, ingenti fauore militum & populi liberatus est: tanta Papirio seditione commota, vt pene ipse interficeretur. Postea Samnites, Romanos, Tito Veturio & Spurio Postumio consulibus, ingenti dedecore vicerunt, [& sub iugum miserunt.] Pax tamen a senatu & populo soluta est, quæ cum ipsis propter necessitatem facta fuerat. Postea Samnites victi sunt a L. Papirio cōsule: septem milia eorum sub iugum missa. Papirius de Samnitibus triumphauit. Eo tempore Appius Claudius censor, aquam Claudiam induxit, & viam Appiam strauit.

Samnites reparato bello, Q. Fabium Maximum vicerunt, tribus milibus hominum occisis. Postea cum pater ei Fabius Maximus legatus [datus] fuisset, & Samnites vicit, & plurima *eorum oppida cepit. Deinde P. Cornelius Rufinus, * Manius Curius Dentatus, ambo consules contra Samnites missi, ingentibus prœliis eos confecere. Tum bellum cum Samnitibus per *annos nouē & XL actum sustulerunt. neq; vllus hostis fuit intra Italiam, qui Romanam virtutem
470 magis fatigauerit. [9]Interiectis aliquot annis, iterum se Gallorū copiæ cōtra Romanos Tuscis Samnitibusque iunxerūt: sed cum Romam tenderent, a *Cn. Cornelio Dolabella
Quinto tamen Cōstantinus imperii sui anno, bellum aduersum Maxentium ciuile commouit, copias eius multis prœliis fudit: ipsum postremo Romæ aduersum nobiles omnibus exitiis sæuientem, apud pontē * Muluium vicit, Italiaq; est potitus. Non multo [post] deinceps in Oriēte quoque aduersum Licinium MAXIMIANVS res nouas molitus, vicinum exitiū fortuita apud Tarsum morte præuenit. [1] Constantinus tamen, vir ingens, & omnia efficere nitens quæ animo præparasset, simul * principatum totius orbis adfectans, Licinio bellum intulit; * quamuis necessitudo [illi] & adfinitas cum eo esset: nam soror [eius] Constantia, nupta Licinio erat. ac primo eum in Pannonia, secundo ingenti apparatu bellum apud * Cibalas instruentem, repentinus oppressit: omnique Dardania, Mœsia, Macedonia potitus, numerosas prouincias occupauit. Varia deinceps inter eos bella, & pax reconciliata ruptaque est. Postremo Licinius nauali & terrestri prœlio victus apud Nicomediam, se dedidit, & contra religionem sacramenti Thessalonicæ priuatus occisus est. Eo tempore res Romana sub vno Augusto & tribus Cęsaribus (quod numquam alias) fuit; cum liberi Constantini Galliæ, Orienti, Italiæque præessent. Verum, insolentia rerum secundarum, aliquātum * Constantinus ex illa * fauorabili animi docilitate mutauit. Primum necessitudines persecutus, egregium virum, & sororis filium, commodæ indolis iuuenem, interfecit; mox vxorem; post, numerosos amicos: vir primo imperii tēpore optimis principibus, vltimo mediis comparandus. Innumeræ in eo animi corporisq; virtutes claruerūt. militaris gloriæ adpetentissimus; fortuna in bellis prospera fuit; verum ita, vt non superaret industriam. Nam etiam Gothos post ciuile bellum varie profligauit, pace his ad postremum data; * ingentemque apud barbaras gentes memoriam gratiæ collocauit. Ciuilibus artibus, & studiis liberalib. deditus: adfectator iusti amoris, quem * omnino sibi & liberalitate & docilitate

Constantinus solus, XLV. 1075.

Κωνσταντῖνος μὲν οὖν, πέμπτῳ τῆς βασιλείας ἔτει στρατεύσας ἐπὶ Μαξέντιον, ἐμφύλιον συνῆψε μάχην, ἐκράτησέ τε αὐτοῦ πολυστρατίᾳ· μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ αὐτὸν ἀνεῖλεν ἐν τῇ γεφύρᾳ τῇ καλουμένῃ Μολβίᾳ, πολλοὺς ὀλέθρῳ κατὰ τῆς συγκλήτου βουλευόμενον· προσέθηκέ τε τὴν Ἰταλίαν τῇ βασιλείᾳ. Μαξιμιανὸς δὲ τις νεωτερίσας, ἐπήγαγε Λικιννίῳ πόλεμον, ἐν τοῖς μέρεσι τοῖς ἑῴοις· καὶ τελευτᾷ τὸν βίον, πρὶν εἰς ἔργον τι προελθεῖν, ἐξαπιναίως ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας. οὐ μὴν ἡσύχασε Λικιννίῳ τὰ πράγματα. Κωνσταντῖνος γὰρ, στρατηγεῖν τε ἀγαθὸς ὤν, καὶ ἀνδρειότατος ἐν ταῖς μάχαις, δυνατώτατός τε ἤδη ἐν ταῖς προσθήκαις γεγενημένος, ἐπήγαγεν αὐτῷ πόλεμον, ἐπιθυμίᾳ τῆς τοῦ παντὸς ἀρχῆς, παρὰ φαῦλον ποιησάμενος τὴν ἀπὸ τοῦ γάμου συγγένειαν. κηδεστὴς γὰρ ἦν αὐτῷ Λικίννιος ἐπ' ἀδελφῇ Κωνσταντίᾳ. καὶ πρότερον μὲν, ἐν Κιβάλει πόλει Παιονικῇ, πολλὴν συναγείραντα δύναμιν, καὶ παρασκευῇ πάσῃ χρώμενον * ἀθρόως ἐπελθὼν, διεσκέδασεν· ἐκράτησέ τε Δαρδανῶν καὶ Μυσῶν καὶ Μακεδόνων, καὶ πολλῶν ἑτέρων ἐθνῶν ὧν ὁ Λικίννιος ἐβασίλευσε. μετὰ δὲ ταῦτα, πολλαῖς αὐτῷ συμπλακεὶς μάχαις, σπονδάς τε θέμενος, εἶτα καὶ ταύτας ὑπερβὰς, ἐπεὶ καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν ἡττημένος ὁ Λικίννιος, καὶ οὐδὲν ὑπὸ τῶν ὅρκων ὠφελούμενος, πρὸς τὴν Θεσσαλονίκην καταφυγὼν, εἷλέ τε αὐτὸν καὶ κατέστη μόνος αὐτοκράτωρ· τρεῖς ἔχων ὑφ' ἑαυτῷ καίσαρας, τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας· ὅπερ οὐδέ πω πρότερον ἡ τῶν Ῥωμαικῶν ἔσχε πραγμάτων κατάστασις. Ἐκ ταύτης τῆς εὐπραγίας μετεβλήθη τοὺς τρόπους. καὶ τῆς κοινότητος ὑπερεῖδε, τῆς πολλῆς τε ἐκείνης πρᾳότητος ἀφεῖλεν, ἣν ἐν προοιμίοις ἐπεδείξατο· προῆλθέ τε εἰς ὠμότητα, δι' ἣν καὶ αἵμασιν οἰκείων ἐμιάνθη συνεχῶς, * υἱοῦ τε καὶ ἀδελφοῦ φόνον ἐργασάμενος, φίλοις τε ὡς πλείστοις τὴν χεῖρα ἐπιβαλών. συνελόντι δὲ εἰπεῖν, ἀρξάμενος μὲν τῆς βασιλείας, τοῖς ἀρίστοις συνηριθμήθη τῶν βασιλευσάντων· τελευτῶν δὲ, μόλις ἠξιώθη τοῖς μέσοις· καί τοι καὶ ῥώμῃ σώματος, καὶ ἀρετῇ ψυχῆς, οἷός τ' ἂν ἐγένετο διαλάμψαι. δόξης τε γὰρ ἐπεθύμει πολεμικῆς, καὶ πρὸς ἀριστείαν ἦν ἕτοιμος. τύχη δὲ ἠκολούθει μὲν αὐτοῦ τοῖς ἐγχειρήμασι δεξιὰ, τὰς ἀρετὰς δὲ οὐκ ἔκρυπτεν, ἀλλ' * ἐκείνων ἐνομίζετο. καὶ ταύτῃ τοὺς Σκύθας τοι κατεπολέμησε, σπονδάς τε κατ' ἐξουσίαν ἐποιήσατο· πολύς τε ἦν αὐτοῦ παρὰ τοῖς βαρβάροις λόγος· ὥστε τοὺς πλείστους ἀμοιβὰς ἐποφείλειν αὐτῷ νομίζειν. καὶ τῆς ἐλευθέρου παιδείας καὶ τῶν λογικῶν ἐπιστημῶν, καὶ τοῦ παρὰ πάντων φίλτρου, μήτε δωρεᾶς ὑπὲρ τὸ μέτρον, μήτ' ἀνάγκης σπουδῆς μετὰ τοῦ σεμνοῦ φειδόμενος.

φειδόμενος. τῶν φίλων δὲ ποὶ μὲν ἠπίστει· τινὰς δὲ ἀναμφισβητήτως ἐθεράπευσεν, οὐδεμίαν καταλιπὼν ὑπερβολὴν, ἀλλὰ πλουσίους τε αὐτοὺς καὶ δυνατοὺς ἀποφαίνων. νόμους δὲ τοὺς μὲν δι' αὐτὸ τὸ καλὸν ἔθηκε μόνον, τοὺς δὲ ἐκ περιουσίας πρὸς οὐδὲν χρήσιμον· ἔστι δὲ οὓς ἀπηνέστερον συνέγραψεν, ὡς διὰ τοῦτο τάξιν ἐπιζητεῖν τῇ πολιτείᾳ. Παρασκευαζόμενος δὲ ἐπιστρατεῦσαι κατὰ Περσῶν τῶν Μεσοποταμίαν ἐνοχλούντων, ἑνὶ καὶ τριακοστῷ τῆς βασιλείας ἔτει, τῆς δὲ ἡλικίας ἑξηκοστῷ καὶ ἕκτῳ, κατὰ τὴν Βιθυνίαν ἐτελεύτησεν ἐν Νικομηδικῷ χωρίῳ. καὶ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ, πρὸ ὀλίγου τινὸς αὐγὴν, τοῖς πολλαχοῦ κομήτης ἀστὴρ ἐμήνυσεν, ἐπὶ πολλαῖς διίσχων ταῖς ἡμέραις. Ὁ μὲν οὖν συνηριθμήθη τοῖς θεοῖς. Διαδέχονται δὲ τὴν βασιλείαν οἱ τρεῖς παῖδες, καὶ Δαλμάτιος ἀδελφοῦ παῖς, καίσαρ κεχειροτονημένος. ἀλλὰ Δαλμάτιος μὲν, εὐθὺς ἀνῃρέθη, (φύσεώς τε ἀρίστης νεανίσκος, καὶ τῷ θείῳ μᾶλλον ἐμφερὴς) στρατιωτῶν αὐτὸν, κελεύοντος Κωνσταντίου, διαχειρισαμένων, ἢ τὴν ἐπιβουλὴν οὐκ ἀγνοοῦντος. Κωνσταντῖνος δὲ, τὸν ἀδελφὸν Κώνσταντα ἐν Ἀκυλίᾳ τῇ πόλει τῆς Ἰταλίας ἀπερισκέπτως ἐνστρεφόμενον ταῖς μάχαις, ἔπεσε, πολλὰ τῶν ἡγεμόνων τῆς ἐναντίας παρατάξεως δεξάμενος τὴν πληγήν. τὴν πᾶσαν δὴ λοιπὸν ἀρχὴν εἶχον Κώνστας τε καὶ Κωνστάντιος· ἀλλ' ὁ μὲν, ἀνδρείᾳ τε καὶ δικαιοσύνῃ τὸ πρῶτον ἐκλάμψας, ὁ Κώνστας, ἔπειτα καὶ ὑπὸ νόσου, καὶ ὑπὸ τῆς τῶν συνόντων πονηρίας, ἐξ ἀρετῆς εἰς κακίαν ἰσόρροπον μετέστη· καὶ τοῖς τε ὑπηκόοις ὢν βαρὺς, τῷ στρατεύματί τε ἀηδὴς, ἐξ ἐπιβουλῆς Μαγνεντίου νεωτερίσαντος, ἀνῃρέθη πλησίον τῆς Ἱσπανίας, ἐν φρουρίῳ Ἑλένῃ καλουμένῳ, ἑπτακαίδεκα βασιλεύσας ἐνιαυτοὺς, τριακοστὸν δὲ τῆς ἡλικίας ἐκπληρώσας· στρατιώτης οὐκ ἀγεννὴς, οὐδὲ ἀκαταφρόνητος τῇ στρατιᾷ, τοὐναντίον δὲ φοβερώτατος, οὐχ ὠμότητος, ἀλλ' ἀνδρείας ποιούσης φόβον.

[7] Κωνσταντίῳ δὲ οὐ κατὰ τὸν ἀδελφὸν ἀπήντησε τὰ τῆς τύχης. Περσῶν γὰρ ἀεὶ καὶ μάχῃ κρατηθέντων καὶ ληφθέντων αἰχμαλώτων, καὶ πόλεις ἀποβαλόντων, καὶ πολιορκίαις καταδαπανηθέντων ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, οὐδέποτε Κωνστάντιος κατὰ Σαπώρου, τοῦ τῶν Περσῶν βασιλεύοντος, εὐτυχῶς ἐπολέμησε, πλὴν ἐν Σιγγάροις· ἔνθα δὴ νίκην αὐτὸν ἀνελέσθαι παντελῆ, τῶν τε ἱππέων καὶ τῶν ὁπλιτῶν ἡ προπέτεια, οὐ συνειδότων τὸν καιρὸν, διεκώλυσεν. ἀρχομένης γὰρ ἑσπέρας, προεκαλέσαντο τὴν μάχην.

quæsiuit. sicut in nonnullos amicos * dubius, ita in reliquos egregius: nihil occasionum prætermittens, quo opulentiores eos clarioresq; præstaret. Multas leges rogauit: quasdam ex bono & æquo, plerasque superfluas, nonnullas seueras. primusque vrbem nominis sui ad tantum fastigium euehere molitus est, vt Romæ æmulam faceret. Bellum aduersum Parthos moliens, qui iam Mesopotamiam fatigabant, vno & trigesimo anno imperii, ætatis sexto & sexagesimo, * Nicomediæ in villa publica obiit. Denuntiata mors * eius etiam per crinitam stellam, quæ inusitatæ magnitudinis aliquãdiu fulsit: [eam] Græci *cometen* vocant. atq; inter diuos meruit referri. [6] [Is] successores filios tres reliquit, atq; vnum fratris filium. verum DALMATIVS Cæsar prosperrima indole, neque patruo absimilis, haud multo post oppressus est factione militari, & CONSTANTIO patruele suo sinente potius quam iubente. CONSTANTINVM porro, bellum fratri inferentem, & apud Aquileiam inconsultius prœlium adgressum, * CONSTANTIS duces interemerunt. ita Respub. ad duos Augustos redacta [est.] Constantis imperium, strenuũ aliquamdiu & iustum fuit; mox, cum & valetudine improspera, & amicis * prauioribus vteretur, ad grauia vitia cõuersus, cum intolerabilis prouincialibus, * militibus iniucundus esset, factione MAGNENTII occisus est. Obiit autem non longe ab Hispaniis, in castro cui Helenæ nomẽ est, anno imperii septimo decimo, ætatis trigesimo; rebus tamen * plurimis strenue in militia gestis; exercituiq; per omne vitæ tẽpus sine graui crudelitate terribilis. [7] Diuersa Constantii fortuna fuit. a Persis enim multa & grauia perpessus, sæpe captis oppidis, obsessis vrbibus, cęsis exercitibus; nullumque ei contra Saporem prosperum prœlium fuit: nisi quod apud Singaram, haud dubiam victoriam ferocia militum amisit; qui pugnam seditiose & stolide contra rationem belli, die iam præcipiti poposcerunt. Post Constantis necem, Magnentio Italiam, Africam, Gallias, obtinente;

Constantini filii. XLVI, 1088.

Constantius solus. XLVII, 1101.

Καὶ μετὰ τὴν Κώνσταντος δὲ τελευτὴν, Ἰταλίας καὶ Ἀφρικῆς καὶ Γαλλιῶν ὑπὸ Μαγνεντίῳ τελούντων,

etiam Illyricū res nouas habuit; *Veteranione* ad imperium consensu militum electo: quem grandæuum iam, *& cunctis amabilem diuturnitate & felicitate militię, ad tuendū Illyricum principem creauerunt: virum probum, & morum veterum, ac iucundę ciuilitatis: sed omnium liberaliū [artium] expertē; adeo vt ne *elementa quidem *prima litterarum, nisi grandæuus, & iam Imperator, acceperit. Sed a Constantio, qui ad vltionē fraternę necis, bellum ciuile commouerat, abrogatū est Veteranioni imperium: qui nouo inusitatoque more, consensu militum, deponere insigne compulsus est. Romæ quoque tumultus fuit; *Nepotiano*, Constantini sororis filio, per gladiatoriā manum imperium *inuadente: qui sæuis exordiis dignum exitum nactus est. vicesimo enim atq; octauo die a Magnentianis ducibus oppressus, pœnas dedit: caput [que] eius [pilo] per vrbem circumlatum est: grauissimæq; proscriptiones & nobiliū cædes fuerunt. Non multo post Magnentius apud Mursam profligatus acie est, ac pene captus; ingentes Romani imperij vires ea dimicatione consumptæ sunt, ad quælibet bella externa idoneæ, quę multum triumphorum possent securitatisque conferre. Orienti mox a Constantio Cæsar est datus, patrui filius GALLVS. Magnentiusq; diuersis prœliis victus, vim vitæ suæ apud Lugdunum attulit, imperii anno tertio, mense septimo: frater quoque eius Senonis; quem ad tuendas Gallias Cæsarem miserat. Per hæc tempora etiam a Constantio, multis inciuilibus gestis, Gallus Cæsar occisus est: vir natura ferus, & ad tyrannidem pronior, si suo iure imperare licuisset. SILVANVS quoq; in Gallia res nouas molitus, ante diē tricēsimum exstinctus est. Solusq; in imperio Romano eo tempore Cōstantius Princeps & Augustus fuit. Mox IVLIANVM Cæsarē ad Gallias misit, patruelem suum, Galli fratrem; tradita ei in matrimonium sorore; cum multa oppida barbari expugnassent, alia obsiderent, vbique fœda vastitas esset, Romanumq; imperium nō dubia iam calamitate nutaret: a quo modicis copiis apud Argentoratum Galliæ vrbem, ingentes

οὐδὲ τὰ τῶν Ἰλλυριῶν ἦν ἐν ἡσυχίᾳ, τῶν ἐκεῖ στρατιωτῶν πρὸς φυλακὴν τῆς χώρας, *Βρετανίωνα τινὰ πρεσβύτην ἤδη ἐξιπούσης, καὶ προσθείσης αὐτῷ τὴν ἁλουργίδα· ὃς ἐπίσημος μὲν ἦν ἐκ πολλῶν πολέμων καὶ τῆς κατ' αὐτοὺς εὐτυχίας, ἀρετῆς πέρας τῆς οἵαν εἰκὸς τοὺς ἐν ὅπλοις ὄντα ἐργάζεσθαι, ὅλης τῆς παλαιότητος εἰκών· παιδείας δὲ ἀμέτοχος τῆς ἐν λόγοις, καὶ αὐτῶν ἄπειρος τῶν γραμμάτων· πλὴν ὅσον τῆς τούτων ἐπεμελήθη γνώσεως ἀφ' οὗπερ ἐβασίλευσε. Κωνστάντιος δὲ, τιμωρῆσαι τἀδελφῷ προαιρούμενος, Βρετανίωνα μὲν ἀφείλετο τῆς ἀρχῆς, συνθεμένου καὶ συνεργοῦντος τοῦ στρατοῦ. θέαμά τε ἐγένετο καινὸν, εἰς ἰδιώτην ἐκ βασιλέως μεθιστάμενος. Νεπωτιανὸν δὲ τὸν ἀνεψιὸν, ἐξ *ἀδελφικῆς τοῦ πατρὸς γεγενημένον, καὶ τυραννήσαντα κατὰ τὴν Ῥώμην, διὰ χειρὸς τῶν αὐτόθι μονομαχούντων Μαγνεντίου στρατηγοὶ διεχειρήσαντο, εἰκοστῇ ὀγδόῃ τῆς τυραννίδος ἡμέρᾳ, μεγάλης προαπολόμενον τῶν ἠργμένων βλάβης· (οἷος ἂν ἐγένετο προγενόμενος, ὁ μικρὸς ἔδειξε χρόνος) καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμόντες, δόρατί τε ἐμπήξαντες, ἐν τοῖς τοῦ δήμου περιήγαγον ὀφθαλμοῖς· τοὺς συνειδότας δὲ τῇ πράξει, κατέσφαξαν, τὰς οὐσίας ποιήσαντες δημοσίας. Ἀλλὰ καὶ Μαγνέντιος ἐν *Μυρσῇ νικηθεὶς, μικροῦ μὲν καὶ αὐτὸς ἑάλω. τοσοῦτος δὲ ἐγένετο φόνος ἐξ ἑκατέρου στρατεύματος, ὥστε μεγίστην ἐνδεῖν τοῖς *κοινοῖς. πολλοὺς γὰρ ἂν ἔτεκον τῇ πόλει θριάμβους, εἰ πρὸς ἄλλο . . . .

Alamannorum copiæ exstinctæ sunt, rex nobilissimus captus; *Galliæ restitutæ: multa postea per eundem Iulianum *egregie aduersum barbaros gesta sunt; summotique vltra Rhenum Germani, & finibus suis Romanum imperium restitutum. Neque *multo post, cum *Germaniciani exercitus a Galliarum præsidio tollerentur, consensu militum Iulianus factus Augustus est: interiectoque anno, ad Illyricum obtinendum profectus [est,] Constantio Parthicis *bellis occupato: *quibus rebus cognitis, ad bellum ciuile conuersus, in itinere obiit, inter Ciliciam Cappadociamque, anno imperii octauo & trigesimo, ætatis quinto & quadragesimo: meruitque inter diuos referri: vir egregiæ tranquillitatis, placidus, *nimis amicis & familiaribus credens; mox etiam vxoribus deditior: qui tamen primis imperii annis ingenti se modestia egerit: *familiarium etiam locupletator: neque *inhonoros sinens, quorum laboriosa expertus fuisset officia. ad seueritatem *tamẽ propensior, si suspicio imperii moueretur; mitis alias; & cuius in ciuilibus magis quã in externis bellis sit laudanda fortuna. *Hinc IVLIANVS rerum potitus est; ingentique apparatu Parthis intulit bellum; cui expeditioni ego quoque interfui. Aliquot oppida & castella Persarum in deditionem accepit, vel vi oppugnauit. Assyriamque populatus, castra apud Ctesiphontem statiua [aliquamdiu] habuit: remeansque victor, dum se inconsultius prœliis inserit, hostili manu interfectus est, *sexto kalend. Iulias, imperii anno septimo, [ætatis altero & trigesimo:] atq; inter diuos relatus est: vir egregius, [&] Rempubl. insigniter moderaturus, si per fata licuisset: liberalibus disciplinis adprime eruditus; Græcis doctior; atque [adeo,] vt Latina eruditione *nequaquam cum Græca scientia conueniret: facundia ingenti; promptæ memoriæ [&] tenacissimæ; in quibusdam philosopho propior: in amicos liberalis: sed minus diligens quam tantum principem decuit: fuerunt enim nonnulli, qui vulnera gloriæ eius inferrent. in prouinciales iustissimus: & tributorum, quatenus *fieri posset, *repressor. ciuilis in cunctos: mediocrem habens ærarii curam: gloriæ auidus, ac per eam animi plerumque immodici. nimius religionis Christianæ insectator; perinde tamen, vt cruore abstineret. Marco Antonino non absimilis: quem etiam æmulari studebat. *Post hunc *IOVIANVS, qui tunc domesticus militabat, ad obtinendum imperium consensu exercitus *electus est: commendatione patris quam sua militibus notior. qui iam turbatis rebus, exercitu quoque inopia laborante, vno a Persis atque altero prœlio victus, pacem cum Sapore necessariam quidem, sed ignobilem fecit; multatus finibus, ac nonnulla imperii Romani parte tradita: quod ante eum annis mille centũ & duobus de viginti fere, ex quo Romanum imperium conditum erat, numquam accidit. Quin etiam legiones nostræ, ita & apud *Caudium per Pontium Telesinum, & in Hispania apud Numantiam, & in Numidia sub iugum missæ sunt, vt nihil tamen finium traderetur. Ea pacis conditio non penitus reprehendenda foret, si fœderis necessitatem, tum cum integrum fuit, mutare voluisset: sicut a Romanis omnibus his bellis quæ commemoraui, factum est. Nam & Samnitibus & Numantinis & Numidis confestim bella illata sunt: neq; pax rata fuit. Sed dum æmulum imperii veretur intra Orientem residens, gloriæ parum consuluit. Itaque iter ingressus, atque Illyricum petens, in Galatiæ finibus repentina morte obiit: vir alias neque iners, neque imprudens. multi exanimatum opinantur nimia cruditate: inter cœnandum enim epulis indulserat: alii odore cubiculi, quod ex recenti tectorio calcis, graue quiescentibus erat: quidam nimietate prunarum, quas graui frigore adoleri multas iusserat. Decessit imperii mense septimo, *quartodecimo kal. Martias: ætatis, vt qui plurimum *ac minimum tradunt, tertio & trigesimo anno: ac benignitate principum qui ei successerunt, inter diuos relatus est. nam & ciuilitati propior, & natura admodum liberalis fuit. *Is status erat Romanæ rei, Ioujano eodem & Varroniano consulibus, anno vrbis conditæ *millesimo centesimo & nonodecimo. Quia autem ad inclytos principes venerandosque peruentum est, interim operi modum dabimus. Nam reliqua *stylo maiore dicenda sunt: quæ nunc non tam prætermittimus, quam ad maiorem scribendi diligentiam reseruamus.

Iulianus a. post. XLVIII, IIII.

Iouianus XLIX, IIII.

EVTROPI LIBER X EXPLICIT.

DE DIONIS EPITOME,
Præfatio Frid. Sylburgii ad lectorem.

CVM a strictiore breuiario procedendum esset ad breuiarium diffusius, Dionis Epitomen, a Xiphilino confectam, Eutropio subiungere visum est. Ea, vt ipse Xiphilinus memorat, e multis libris in angustius volumen est contracta. Sed licet Dio vniuersam historiam Romanam ab vrbe condita vsq; ad Alexandrum Aug. octoginta libris seu octo decadib. sit complexus, vt Suidas memoriæ prodidit; Xiphilinus tamen Augustæ tantum historiæ breuiarium videtur confecisse. Et cum idem Xiphilinus in Antonino Pio significet, etiam suo tempore Dionis libros aliquid detrimenti passos esse, fieri potest vt quemadmodum post Xiphilini ætatem vndeuiginti posteriores libri perierunt, ita ante eius seculum priores XXXV, si non omnes, magna tamen ex parte interierint; eaq; de caussa Cæsareæ tantum historiæ a Xiphilino concinnata sit Epitome. Vtut sit, sat bona fide factam esse a Xiphilino Epitomen, manifestum est ex iis Dioneæ historiæ libris, qui barbariei manus elapsi, mutili ad nos peruenerunt. cum iis enim si breuiarium hoc conferas, comperies Xiphilinum Dionis verba plerumq; retinuisse, de suo pauca & necessariis tantum in locis adiecisse. vt eo nomine ista nobis Epitome debeat esse commendatior. Porro vt huius editionis nostræ aliqua tibi constet ratio, primum superiores editiones, Roberti Stephani, & Henrici filii, cum Palatinæ bibliothecæ manuscripto exemplari diligenter contuli, multisq; in locis modo suppleui quæ deerant, modo emendaui quæ manifeste deprauata erant: ea vero quæ dubia vel suspecta essent, signo apposito in Notationum libellũ reieci. Præter hunc manuscriptum codicem, vsus sum etiam libro Gulielmi Xylandri, & Ioachimi Camerarii: quorum illum ante aliquot annos e defuncti bibliotheca ipse mihi emeram; hunc vero Ioachimus filius, medicus clarissimus, pro suo erga remp. studio, ad tempus vtendum miserat. Adhæc Dauid Hæschelius, vir doctrina pariter & humanitate insignis, vltro suppeditauit quæ partim ab Hieronymo Wolphio, partim a se ipso in suo exemplari habebat adnotata. Iis ego addidi quæ apud Brodæũ, Turnebum, Leopardum, Stephanũ, Lipsium, ceterosq; Criticos adnotata reperi. Sed & ipsius Dionis passim, & interpretis vtriusq;, Blanci & Xylandri; nonnusquam etiam aliorũ auctorum ope sum vsus; vt fusius in Notationum libello declarabitur. In versione Blanci quæ mutata sunt, pleraq; omnia profecta sunt a Xylandro: sed quædam tamen etiam a me sunt interpolata; vbi videlicet manifesta & tuta erat emendandi occasio. De ambiguis autem & suspectis partim Xylander in suis Notationib. monuit, partim ego quoq;, Deo volente, monebo in meis. Hæc tibi significanda putaui lector, vt intelligeres quid quib. in huius auctoris editione debeatur. Tu vale, ac fruere. Francof. Idib. Maiis a. MDLXXXIX.

GVILIEL-

GVILIELMVS BLANCVS GEORGIO *Armeniaco, illustrißimo atq; amplißimo Cardinali suo, S.*

CVM me domum tuã superiore anno recepisses, Georgi illustrissime atq; optime, nihil mihi potius fuit, quã curare vt eximium & singulare studiũ meum, quod in te habui semper, multis reb. perspiceres. Cõstitueram enim, cum Romam venirẽ, me tibi totũ aliquãdo dedere, & in te omnia mea ponere, & quasi cõsecrare. Ad quã rem multæ me impellebant causæ, sed in primis vera illa & firma, quæ de tua singulari humanitate, suauissimisq; morib. habebatur, opinio. Accedebãt etiam studia doctrinæ, quibus tu non solum a pueritia deditus fuisti, sed etiã ad ea diligenter exercenda ita reliquos omnes inflammasti, vt apud Ruthenos, cũ factus esses eius gẽtis episcopus, multos tuo exẽplo, maximisq; beneficiis ad hęc studia litterarũ ac humanitatis excitares. Quæ cum statuisses numquam intermittere in maximis occupationibus tuis, essesq; postea a Francisco rege Gallorũ optimo ac tui amantissimo, missus ad Venetos legatus, atq; inde huc Romã ad Paulum III, Pontificem Maximum, nactus occasionẽ, magnam operã posuisti in restituendis optimis auctoribus, & ab obliuione vindicandis. quorum magnum numerũ non solũ vndiq; perquiri ac describi iussisti tuis sumptibus; sed etiã Regi omnium bonarum artiũ studiosissimo, vt idẽ faceret, missis in omnes partes Europæ doctissimis hominibus, facile persuasisti. Deinde cũ esses propter has legationes obitas libere cooptatus in ordinem Cardinalium, ad illustrãdam nobilitatẽ tuam, & ad memoriam laudũ domesticarum; nempe vt tu vnus memoriã maiorum tuorum, Armeniacorum principum, quos viros clarissimos fuisse cõstat, & potentissimos in Aquitania, dignitate simul & virtute renouares: existimasti manendũ tibi esse semper in proposito, susceptoq; cõsilio; vt abs te veteres libri ab obliuione hominum atq; silentio vindicarentur. In quibus fuit *Epitome Dionis*: quæ cum forte domi tuæ in meas peruenisset manus, cuperemq; (vt principio dicebam) vt tu meam erga te voluntatẽ cognosceres, cœpi tua causa ipsam e Græco in Latinum conuertere. Qua in re cũ tibi opera mea satisfacere videretur, iussissesq; mihi vt inchoatũ opus absoluerẽ: magna lætitia sum affectus, propterea quod tibi, quo nemo auctoritate apud me plus valet, neque voluntate, rem gratã fecissem. Itaq; cũ rusticarer hac æstate cum Iacobo Sabello, nobilissimo & clarissimo Cardinali, omni studio cõtendi, vt hunc Xiphilinum tuum, cũ in vrbem rediissemus, tibi possem Latinũ offerre ac dicare. Quod cum faciam hoc tempore, nõ ab re erit, vt opinor, si pauca de Dione & Xiphilino, deq; ratione quã sum in interpretando secutus, dixero; quo possis rem omnem facilius cognoscere. Igitur DION NICÆVS, nobili genere natus, patrem habuit Apronianum, proconsulem Ciliciæ. Ipse vir senatorii ordinis, & bis cõsul fuit. Versatus est in studiis bonarũ artium: videturque, vt de Socrate accepimus, habuisse diuinum quoddã, quod dæmonium appellat; cui parebat semper; ita vt ob eam causam coniector somniorũ, & interpres portentorum esset. Scripsit enim librũ de Somniis & Prodigiis, quorum causa Seuerus principatum sperabat. quo libro in lucem edito, missoque ad Seuerum, imperatũ est ei in somnis vt animum ad scribendã historiam applicaret. Itaque scribere cœpit ea quæ gerebantur illis temporibus. Quæ cũ ipsi Seuero & ceteris maxime satisfacerent, statuit, omnia quæ spectabant ad populũ Rom. perscribere; præsertim quod ei confirmatũ esset diuinitus, hanc historiam, quã relinqueret magistram vitæ, nullo vmquã temporis spatio esse perituram. Itaque primo consumpsit annos decem in colligendis & coaceruandis iis rebus omnibus, quas gessit populus Romanus ab vrbe condita vsque ad mortem Seueri: iisque cõpositis rebus, spatio annorum duodecim, cetera, vti successerunt, vsque ad secundum consulatum suum, qui fuit Alexandri temporibus, persecutus est. De quo Imperatore scripsit pauca; propterea quod non est Romæ diu commoratus, & quod incidit in morbũ, cum ex Asia in Bithyniam venisset: quodque ex Bithynia missus est præfectus in Ægyptum: cumq; inde reuertisset in Italiam, non ita multo post prætor in Dalmatiam, atq; inde in Pannoniã superiorem profectus est. Post vbi Romã venit, in Bithyniam, quæ patria eius erat, reuertit; dimissus quod laboraret ex pedibus; vt posset reliquum vitæ tempus in patria degere. His de causis factum est, vt ibi finem acceperit historia. quã diligenter vereq; propterea videtur scripsisse, quod, vt vacaret a publicis muneribus, & otium in scribenda historia cõsumeret, Capuam delegerat ad habitandũ, quoties in Italia moraretur. Neque vero tam difficile fuit Dioni, consulari & prætorio viro, historiam Romanorum principum scribere, quã ceteris priuatis hominibus. Nouerat enim, vt opinor, causas bellorum, ceterarumq; rerũ, quæ ab ipsis gerebantur: quippe magnã par-

tem audiebat in senatu: & optimatibus, atq; adeo ipsis Imperatoribus ita familiaris erat, vt ei facile esset eorum consilia cognoscere. Nec vero reprehendi debet, vt ego quidẽ arbitror, quod sępe dicat volatibus auium cantibusq;, & somniis multorũ, declaratas esse res futuras. Nam cũ Romanis nihil fere liceret inauspicato gerere, essetq; collegium augurum ob eam causam constitutũ, & scientia iuris augurandi magno in honore semper haberetur, nihil præcipue peccauit illis quidẽ temporibus Dion, dum prodigia, quæ futura prædicerent, narrauit. Quæ cum ita sint, illud potius optare omnes debemus, vt historiam populi Romani, quam ille ab vrbe condita vsq; ad tempora Alexandri multis voluminibus est cõplexus, integrã aliquando inuenire & saluam possimus. Quæ tamen ipsa fortasse nobis videretur prolixior, non aliter quam IOANNI XIPHILINO, qui eius Epitomen confecit. Hic enim, cum esset Ioannis Xiphilini Patriarchæ Cõstantinopolitani nepos, Michaelis Imperatoris tẽporibus; videretq; fortasse historiam Dionis, qui annis circiter CCCCC ante scripserat, negligi, quod multis longissima esse videretur; hanc eius Epitomen fecit. An autem idem fecerit in superiorib. libris Dionis, qui pertinebãt ad id tempus quo respublica populi Romani in nullius viri deuenerat potestatem, an a Pompeio initium sumpserit, vt nunc habemus, mihi quidẽ non constat. In hoc autẽ maxime probandus est Xiphilinus, quod, cum hanc Epitomen scriberet, atque ea quæ nimia esse videbantur, resecaret, in ceteris, a verbis quibus Dion vsus fuerat, nõ discessit: pauca enim adiecit de suo; vt Dionem ipsum magna ex parte, non Xiphilinum loqui putes. Itaq; cum Xiphilinus hanc fidem Dioni in Græco sermone præstiterit, mihi fuit elaborandum, vt, cuius verba latine totidem verbis interpretari non poteram, ab eius sententia nusquam discederem. In primis autem illud egi, quoad facere potui, vt esset in hac Epitome Latina sermo non ille quidem ornatus, sed tamen non abiectus; ne Græcam, ad intelligentiam historiæ, magnopere desiderares. quod plerisque video interpretibus contigisse, qui, dum religioni verborum seruiunt, vt Latina ad verbum de Græcis exprimant, ipsi Latine sine Græco intelligi non possunt. Habet enim vnusquisq; sermo propria multa, quæ si quis velit, ita vt sunt, in aliũ transferre sermonem, obscurus iis qui nõ habent vtriusq; linguæ scientiam, & insolens in verbis ac odiosus sit necesse est. Nam (vt exempli causa dicam) si, quod Græci dicũt factum esse πρώτῃ ἡμέρᾳ Ποσειδεῶνος, id ego nõ dicam Latine *Calendis Decembris* esse factum, sed velim Græcos imitatus, *primo die Decembris* interpretari, videbor omnino Latini sermonis ignarus atq; insolens esse. Cum igitur sint multa eiusdem generis, numquam putaui in hoc libro interpretando, si dicat Dion dedisse Imperatorem πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας δραχμῶν, Latine me posse dicere XXV *myriadas drachmarum*, aut CCL *milia drachmarum*; sed potius *aureorum decem milia*; cõmuni consuetudine sermonis Latini. Nam cum ipse Dion testis sit, in aureo esse drachmas XXV, & constet ex multis iuris consultorum responsis, aureos in numeranda summa pecuniæ maxime in vsu fuisse illis quidem temporibus, pro *centum drachmis* mihi dicendum esse *quattuor aureos* putaui. Itemque in itineribus non dixi abesse aliquem ab vrbe *stadia* CCCC, sed *passuum quinquaginta milia*; cõplexus videlicet *octo stadia in singulis milibus passuum*; ne ab vsu Latini sermonis discederem. Nam si Dion, cũ de rebus Romanis scriberet Græcis hominibus, ipse Græco more locutus est, dixitque drachmas & stadia, quo Græci facilius intelligerent; cur mihi de iisdem rebus Romanis tractanti, non liceret Romano more dicere, sane nõ videbam. Et quamquam tibi, Georgi eruditissime, hanc rationem meam probari certo scio; tamẽ, vt satisfacerem omnibus, si forte hic liber perueniret in manus hominum, vtrumque semper in margine adscribendum curaui. Præterea, vt nihil omnino prætermittam quod dubitationem afferre queat, quoties dicetur ab eodem Dione, vel Xiphilino, θέατρον κυνηγετικόν, id est *theatrum venatorium*, ego *Amphitheatrũm* ponere malui, propterea quod, vt idem Dion auctor est, ita proprio nomine appellatum est illud in quo venationes fiebant, quod sedes absque scena vndequaque haberet. Reliquum est vt, cum omnia quæ ad hunc Xiphilinum tuum pertinent, cognoueris; nunc, quales fuerint oppressa republica principes populi Romani, mecum recognoscas. Multa vero hic inuenies, quæ aut non sunt tractata ab aliis scriptoribus, aut non tam late fuseque explicata; &, quod mihi videtur esse maximũ, omnia vtilia, vt in Epitome, atque necessaria; scilicet inanibus rebus amputatis & circumcisis. Nec ego nunc postulo vt tu hanc tralationem meam in lucem proferas; nondum enim talis est: tamen, cum ornatior erit & limatior, si, vt tibi consecrata est, ita apparebit in tuo nomine, non recuso. Illud peto, vt eam in tuam fidem recipias, meque perpetuo pro tua summa humanitate ames, & habeas in tuis.

Vale. Romæ VII Cal. Martias, MDL.

ΕΠΙΤΟ-

ἘΠΙΤΟΜΗ ΤΗΣ ΔΙΩΝΟΣ ΤΟΥ ΝΙΚΑΕΩΣ ΡΩΜΑΙΚΗΣ ἹΣΤΟΡΙΑΣ, ἣν συνέτεμεν Ἰωάννης ὁ Ξιφιλῖνος, περιέχουσα μοναρχίας Καισάρων εἰκοσιπέντε, ἀπὸ Πομπηίου Μάγνου μέχρις Ἀλεξάνδρου τοῦ Μαμαίας.

[ΓΝΑΙΟΣ ΠΟΜΠΗΙΟΣ ὁ ἐπικαλούμενος Μάγνος.]

[Ἐκ τοῦ λε΄ τῶν Δίωνος βιβλίων.]

ΚΛΗΡΟΥΜΕΝΩΝ δὲ τῶν ὑπάτων, Ὁρτήσιος τὸν πρὸς Κρῆτας ἔλαχε πόλεμον· ἀλλ' ἐκεῖνος [μὲν] ὑπό τε τῆς ἐν τῷ ἄστει φιλοχωρίας καὶ ὑπὸ τῶν δικαστηρίων, ἐν οἷς πλεῖστον τῶν κατ' αὐτὸν ἀνθρώπων μετά γε τὸν Κικέρωνα ἠδυνήθη, τῷ τε συνάρχοντι τὴν *στρατείαν ἐθελοντὴς ἐξέστη, καὶ αὐτὸς κατὰ χώραν ἔμεινεν. Ὁ δὲ δὴ Μέτελλος, ἐστείλατό τε εἰς Κρήτην, καὶ τὴν νῆσον ἅπασαν ἐχειρώσατο. μετὰ τοῦτο, καίτοι πρὸς τοῦ Πομπηίου τοῦ Μάγνου ἤδη τῆς θαλάσσης ξυμπάσης ἄρχοντος, καὶ τῆς ἠπείρου ὅσον ἡμερῶν ἀπὸ θαλάσσης τριῶν, ἐμποδιζόμενός τε καὶ κωλυόμενος, ὡς αὐτῷ προσηκουσῶν καὶ τῶν νήσων, ἀλλ' ὅμως καὶ ἄκοντος Πομπηίου τῷ Κρητικῷ πολέμῳ τέλος ὁ Μέτελλος ἐπιθεὶς, θρίαμβόν τε ἀπ' αὐτοῦ κατήγαγε, καὶ Κρητικὸς ἐπεκλήθη. Λούκουλλος δὲ Λούκιος, κατὰ τοὺς καιροὺς τούτους, τοὺς τῆς Ἀσίας δυνάστας Μιθριδάτην τε καὶ Τιγράνην τὸν Ἀρμένιον πολέμῳ νικήσας, καὶ φυγομαχεῖν ἀναγκάσας, τὰ Τιγρανόκερτα ἐπολιόρκει· καὶ αὐτὸν οἱ βάρβαροι τῇ τε τοξείᾳ καὶ τῇ νάφθᾳ κατὰ τῶν μηχανῶν χεομένῃ δεινῶς ἐκάκωσαν· ἀσφαλτῶδες δὲ τὸ φάρμακον τοῦτο, καὶ διάπυρον οὕτως, ὥσθ' ὅσοις ἂν προσμίξῃ, πάντως αὐτὰ κατακαίειν· οὐδ' ἀποσβέννυται ὑπ' οὐδενὸς [ὑγροῦ ῥαδίως.] ἐκ τούτου δὲ ὁ Τιγράνης ἀναθαρρήσας, τοσαύτῃ χειρὶ στρατοῦ ἤλασεν, ὥστε καὶ τῶν Ῥωμαίων τῶν ἐκεῖσε παρόντων καταγελάσαι. λέγεται [δ'] οὖν εἰπεῖν, [ὡς] εἰ μὲν πολεμήσοντες ἥκοιεν, ὀλίγοι· εἰ δὲ πρεσβεύσοντες, πολλοὶ παρεῖεν. οὐ μέντοι καὶ ἐπὶ πολὺ ἥσθη, ἀλλ' εὐθὺς ἐξέμαθεν ὅσον ἥ τε ἀρετὴ καὶ ἡ τέχνη παντὸς ὁμίλου κρατεῖ. φυγόντος δὲ αὐτοῦ, τὴν τιάραν τό τε διάδημα ὃ περὶ αὐτὴν εὑρόντες οἱ στρατιῶται, τῷ Λουκούλλῳ *ἔδοσαν. δείσας γὰρ μὴ γνωσθεὶς ἀπ' αὐτῶν ἁλῷ, περιεσπάσατο αὐτὰ καὶ ἀπέρριψεν. Ἑλὼν δὲ τὰ Τιγρανόκερτα μετὰ τοῦτο,

EPITOME ROMANÆ HISTORIÆ DIONIS NICÆI,

de vigintiquinque Imperatoribus Romanis, a Pompeio Magno, vsque ad Alexandrum Mamææ filium: Ioanne Xiphilino auctore, & Gulielmo Blanco Albiensi interprete: quæ versio diligenter est, quibus in locis oportuit, a Guilielmo Xylandro castigata.

CN. POMPEIVS MAGNVS.

E Dionis libro XXXV.

CVM Consules sortirentur, Hortensio, vt bellũ gereret cum Cretensibus, obuenit. Sed is vrbe delectatus, & foro, in quo primum locum post Ciceronem obtinebat, collegæ vltro exercitum cessit: ipse in vrbe remansit. Metellus ergo in Cretam *missus, totam insulam cepit: deinde, etsi impediebatur a Pompeio Magno, qui p id tempus habebat totius maris imperium, & continentis, quæ nõ abesset a mari longius itinere trium dierum, tamquam insulæ ad ipsum quoque spectarent; tamẽ eo inuito bellum Cretense confecit; de quo triumphauit, & Creticus cognominatus est. Iisdem temporibus L. Lucullus, cũ Mithridatem, Tigranemq; Armenium, reges Asiæ, bello superasset, & terga vertere coegisset, Tigranocerta obsidebat. Sed eum grauibus incommodis affecere barbari, non solum coniectis telis, sed etiam naphtha, quam tormentis quibusdam emittebant. Est autem naphtha ex genere bituminis, vsque adeo ardens, vt omnia, quibus adhæreseit, prorsus exurat, nec vlla re humida facile restinguatur. Qua re Tigranes confisus, propere cum tantis copiis venit, vt Romanos, qui tum aderant præsentes, irriserit. Itaque dixisse fertur, eos, si quidem ad bellum gerendum venissent, perpaucos esse: si vero. vt legatione fungerentur, permultos. Neque tamen diuturna affectus est voluptate. statim enim intellexit, quantum virtus & ars multitudini antecellat. Cũ profugisset, milites inuentá eius tiaram vittasq; L. Lucullo dederunt. Tigranes enim, metuẽs ne ex iis agnitus caperetur, ea sibi detraxerat atq; abiecerat. Captis Tigranocer-

tis omnia diripuit, mulieribus ab iniuria militum cōseruatis. quo facto earum viros, qui cum Tigrane fugiebant, sibi deuinxit. Pacoro Parthorum regi, quod intellexerat eum Tigrani esse auxiliaturum, per litteras minatus est. Sed is nec populi Romani amicus fuit, nec Armenio auxilia misit. Lucullus quoque Nisibin, quod erat oppidum Tigranis, cepit. Ceterum etsi Lucullus fuit rei militaris peritissimus, qui primus e ciuibus Romanis Taurum montem transiit belli gerendi caussa, qui duos potentissimos reges bello vicit, quique in Asia longissime progressus est: tamen *infidis ad omnia militibus est vsus: a quibus etiam ad extremum desertus est. Multa enim ipsis imperabat, parum erat affabilis, in primis acer *in rerum gestarum rationibus reposcendis, inexorabilis in suppliciis: nesciebat aut molli oratione placare, aut muneribus sibi conciliare. Cuius rei argumento est, quod Pompeius, cum eosdem milites postea recepisset, eos ne minimum quidem seditiosos habuit. TANTVM homo homini præstat.

τὰ μὲν ἄλλα διήρπασε, τὰς δὲ γυναῖκας ἀνυβρίστους ἐφύλαξεν ὅπως αὐτοῖς καὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς ἐκείνων τοὺς μετὰ Τιγράνου φεύγοντας προσεταιρίσηται. Τῷ δὲ Πακόρῳ τῷ Παρθυαίων βασιλεῖ, μαθὼν αὐτὸν τῷ Τιγράνῃ μέλλειν βοηθήσειν, διὰ γραμμάτων ἠπείλησε· καὶ ὃς, οὔτε Ῥωμαίοις φίλος ἐγένετο, καὶ τῷ Ἀρμενίῳ βοήθειαν οὐκ ἀπέστειλεν. ὁ δὲ Λούκουλλος καὶ τὴν Νίσιβιν ἐχειρώσατο, τὴν Τιγράνου *ταύτην οὖσαν. ἀλλ' ὅμως, καίτοι στρατηγικώτατος ἀνδρῶν ὁ Λούκουλλος γενόμενος, καὶ πρῶτος Ῥωμαίων τὸν Ταῦρον διαβὰς ἐπὶ πολέμῳ, καὶ δύο βασιλέων μεγίστων κρατήσας, τῆς τε Ἀσίας ἐπὶ μήκιστον προελθὼν, ἀπειθείᾳ ὕστερον πρὸς πάντα τοῖς στρατιώταις ἐχρήσατο· καὶ τέλος ἐγκατέλιπον αὐτόν. πολλά τε γὰρ σφίσι προσέταττε, καὶ δυσπρόσοδος, ἀκριβής τε ἐν ταῖς τῶν ἔργων ἀπαιτήσεσι, καὶ ἀπαραίτητος ἐν ταῖς τιμωρίαις ὢν, οὐκ ἠπίστατο οὔτε λόγοις ἐπιεικέσι προσαγαγέσθαι, οὔτε χρήμασι δόσει προσεταιρίσασθαι. τεκμήριον δέ· καὶ γὰρ τοὺς αὐτοὺς τούτους στρατιώτας ὁ Πομπήιος λαβὼν, οὐδ' ὁπωσοῦν στασιάζοντας ἔσχε. τοσοῦτον ἀνὴρ ἀνδρὸς διαφέρει.

E Dionis libro XXXVI.

[Ἐκ τοῦ λϛ' τῶν Δίωνος βιβλίων.]

Eodem tempore Romani bellum cum piratis gesserunt: quo bello non minus quam vllo alio sunt conturbati. Nam piratarum multitudo in mari exorta, iamque (quia populus Romanus in bellis gerendis occupabatur) securitatē nacta, ac supra modum aucta, non solum mare quam plurimis damnis classe vexabat, sed etiam continentem: in quam ingressa, vicos exurebat, atque vrbes depopulabatur. Postremo, quia propter eos mercatorum nauigatio conquiescebat, in multis ciuitatibus, sed Romæ præsertim, ingens fames fuit. Nã piratæ ad Ostiam vsque nauigabant, naues exurebant; postremo cuncta rapinis vastabant. Contra hos populus Romanus classem cōparat: huic classi Pompeium præficit; cumque summum imperatorem deligit in triennium, contra voluntatem Senatus. Plebs, intellecta Patrum voluntate, qui grauiter iis qui Pompeium delegissent, succensebāt, in eos, dum adhuc sederent, impetum facit: eosque, nisi de loco abiissent, oppressisset. Pompeius id imperium ficto sermone deprecabatur; cuius tamen eum auidum esse constabat.

Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ καὶ ὁ πειρατικὸς πόλεμος ἐπολεμήθη Ῥωμαίοις, οὐδενὸς ἔλαττον καταπλήξας αὐτούς. τὸ γὰρ καταποντιστῶν φῦλον, ἐπιπολάσαν ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ διὰ τὴν ἐν τοῖς πολέμοις τῶν Ῥωμαίων ἀσχολίαν, ἀδείας ἐπειλημμένον, καὶ τῇ προσφύσει *αὐξηθὲν νεῶν καὶ στόλων, κακῶν μυρίων, οὐ τὴν θάλασσαν μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ τὴν ἤπειρον, ἐπιβαῖνον ἐς αὐτὴν, καὶ κώμας καταφλέγον, καὶ πόλεις διαρπάζον, πεπλήρωκε· καὶ τέλος, ἄπλουν ἐμπόροις τὴν θάλασσαν ἐργασάμενοι, ἐξαίσιον ταῖς πόλεσι καὶ μάλιστα τῇ Ῥώμῃ λιμὸν ἐμπεποίηκε. καὶ ἐς αὐτὰ γὰρ τὰ Ὤστια ἐσέπλεον, καὶ τάς τε ναῦς ἔκαιον, καὶ πάνθ' ἥρπαζον. κατὰ τούτων οὖν οἱ Ῥωμαῖοι στόλον ἐξέπεμψαν, ναύαρχον ἑλόμενοι τὸν Πομπήιον, καὶ στρατηγὸν αὐτοκράτορα, παρὰ γνώμην τῆς συγκλήτου, τρισὶν ἔτεσιν ἄρξοντα καταστήσαντες. μαθόντες γὰρ οἱ πολλοὶ τὴν τῶν βουλευτῶν γνώμην, τοῖς ταῦτα εἰσηγησαμένοις δεινῶς ὠργισμένοι, ἐπὶ τοὺς *συγκαθημένους ἐφώρμησαν· καὶ εἴ γε μὴ ἐκκεχωρήκεσαν, πάντως ἂν αὐτοὺς διεφθάρκεσαν. τοῦ Πομπηΐου παραιτήσει μὲν τῆς ἀρχῆς ἐπιπλάστῳ κεχρημένου, σπουδαρχίᾳ δ' οὐδενὶ λανθανούσῃ προσκειμένου.

ὅτι καὶ

ἐπεὶ καὶ Ῥώσκιος, τὴν τοῦ δήμου σπουδὴν βλέπων, φθέγξασθαι μὲν οὐδὲν ἐτόλμησε, τὴν δὲ δὴ χεῖρα ἀνατείνων, δύο ἄνδρας ἐκέλευε σφᾶς ἑλέσθαι, ὅπως *ἔν γε τούτῳ τῆς δυναστείας τι τοῦ Πομπηΐου παρατέμοιτο. Ταῦτ' οὖν αὐτοῦ χειρονομοῦντος, ὁ ὅμιλος μέγα καὶ ἀπειλητικὸν ἀνέκραγεν, ὥστε κόρακά τινα ὑπερπετόμενον σφῶν ἐκπλαγῆναι, καὶ πεσεῖν ὥσπερ ἐμβρόντητον. Κάτλου δέ τινος τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν εἰρηκότος πρὸς τὸν δῆμον, Εἰ ἐπὶ ταῦτα ἐκπεμφθεὶς *σφαλῇ, (οἷα ἔν τε ἀγῶσι πολλοῖς καὶ τούτοις θαλαττίοις φιλεῖ γίγνεσθαι) *τίνα ἀντ' αὐτοῦ πρὸς τὰ ἀναγκαιότερα εὑρήσετε; ὁ ὅμιλος σύμπας, ὥσπερ ἀπὸ συγκειμένου τινὸς, ἀνεβόησεν εἰπὼν, Σέ. καὶ οὕτω Πομπήϊος τὴν ἡγεμονίαν τῆς θαλάττης, τῶν τε νήσων, καὶ τῆς ἠπείρου, ἐς τετρακοσίους σταδίους ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἄνω εἰλήφει· ὑποστρατήγους τε πέντε καὶ δέκα, καὶ τὰς ναῦς ἁπάσας. καὶ ταῦτα καὶ ἡ γερουσία καὶ ἄκουσα ἐπεκύρωσεν. ἑλὼν δὲ τοὺς πειρατὰς, τά τε ἄλλα αὐτῶν ἐπεμελήθη, καὶ ὅπως μηδ' αὖθις ποτὲ εἰς ἀναγκαίων πονηρῶν ἔργων ὑπὸ πενίας ἀφίκωνται· καὶ χώρας σφίσιν, ὅσας ἐρήμους ἑώρα, καὶ πόλεις ὅσαι ἐποίκων ἐδέοντο, ἐδίδου· καὶ ἄλλαι τε ἐκ τούτων συνῳκίσθησαν, καὶ ἡ Πομπηΐου πόλις ἐπικληθεῖσα. ἔστι δ' ἐν τῇ Κιλικίᾳ τῇ παραθαλασσίᾳ· καὶ ἐπεπόρθητο ὑπὸ τοῦ Τιγράνου, Σόλοι πρότερον ὠνομασμένη. καλὰ μὲν οὖν ταῦτα καὶ φιλάνθρωπα τοῦ Πομπηΐου. μετὰ δὲ ταῦτα τὴν τοῦ Λουκούλλου διεδέξατο στρατηγίαν, τῶν μὲν δυνατῶν ἐνστάντων αὐτῷ καὶ πρὸς τοῦτο, τοῦ δὲ δήμου σπουδάσαντος, καὶ Καίσαρος αὐτῷ καὶ Κικέρωνος συναραμένων καὶ συνεκπονούντων· οὗ μὲν, ὅτι τὸν ὄχλον ἐξ ἀρχῆς ὑφεῖρπε καὶ ἐθεράπευεν· οὗ δὲ, ὅτι ἐπημφοτέριζε τὰ πολλὰ, καὶ ποτὲ μὲν τῷ δήμῳ, ποτὲ δὲ τῇ γερουσίᾳ προσετίθετο. τήν τε γὰρ *πολιτείαν ἄγειν ἠξίου, καὶ ἐνεδείκνυτο καὶ τῷ πλήθει καὶ τοῖς δυνατοῖς, ὅτι ὁποτέροις ἂν σφῶν *προσθῆται, πάντως αὐτοὺς *ἐπαυξήσει· καὶ διὰ τοῦτο καὶ αὐτόμολος ὠνομάζετο. Ὁ δ' οὖν Πομπήϊος εἰς τὴν Ἀσίαν στρατεύσας, τὸν Μιθριδάτην νυκτομαχίᾳ ἐνίκησε. νυκτὸς γὰρ ἀσελήνου ἐπιθέμενος αὐτῷ φυγομαχεῖν εἰωθότι, ἐν τινι χωρίῳ κοίλῳ μεταξὺ γηλόφων ὄντι, τὸ στράτευμα ἐπὶ τὰ μετέωρα ἀνεβίβασε· καὶ πρῶτον μὲν οἱ σαλπιγκταὶ πάντες ἅμα τὸ πολεμικὸν ἀπὸ συνθήματος ἐβόησαν· ἔπειτα δὲ οἵ τε στρατιῶται, καὶ ὁ λοιπὸς ὄχλος ἅπας ἐπηλάλαξε· καὶ οἱ μὲν τὰ δόρατα πρὸς τὰς ἀσπίδας, οἱ δὲ καὶ λίθους πρὸς τὰ χαλκᾶ σκεύη προσέκρουον· καὶ σφῶν τὴν ἠχὴν τὰ ὄρη, ἔγκοιλα ὄντα, καὶ ὑπεδέξατο καὶ ἀνταπέδωκε φρικωδεστάτην· ὥστε τοὺς βαρβάρους

Roscius, perspecto plebis studio, non audebat sententiã dicere: tamen porrecta manu iubebat vt duos viros deligerent: vt hac via diminueretur aliquid de Pompeii potestate. Dũ hæc manu significat, turba vsq; adeo graues ac minaces clamores tollit, vt coruus, qui tũ forte superuolabat, [1]quasi fulmine cõsternatus ceciderit. Cumque Catulus, vnus ex optimatibus, ita populum rogaret: *Si Pompeius*, inquit, *ad certa pericula, qualia in certaminibus, præsertim maritimis, euenire solent, missus fuerit; quem virum ad res magis necessarias in eius locum sufficietis?* vniuersa multitudo *vna voce conclamauit, *Te.* Itaque Pompeius imperium maris, insularum, & continentis, ad *quinquaginta milia passuum *a supero mari accipit; accipit præterea legatos quindecim, ac naues omnes. id Senatus inuitus confirmat. stadia cccc. Parta victoria ex piratis, eorum magnam curam gerit, tũ in primis, ne rursum inopia coacti, eiusmodi scelera committant. quæ loca deserta esse videt, eis distribuit: præterea vrbes dat, quæ hominibus ad habitandum egerent. Igitur ab istis cum aliæ multæ habitatæ sunt, tum ea quæ *Pompeiopolis* est appellata. est autem vrbs in Cilicia maritima, quã Tigranes depopulatus fuerat: eã *Soli* antea dicta est. Præclara certe sunt hæc Pompeii facta, & plena humanitatis. Post hæc Lucullo succedit: quamquam optimates etiam in hac causa ei resistunt: sed plebs ei fauet, Cæsar Ciceroq; opitulantur, & causam eius agunt. Id propterea faciunt, quod alter eorum plebem iam inde a principio sequebatur & colebat: alter, vtriusque, modo plebis, modo Senatus partes sustinebat, [2]principatum in Republica affectans: tũ ostendebat, siue cum plebe, siue cum patribus se coniungeret, omnino se vtrisque profuturum: ex quo tamen trãsfuga esse dicebatur. Igitur Pompeius, ducto in Asiam exercitu, Mithridatem nocturno prœlio superat. Eum enim, quia pugnam detrectare cõsueuerat, in valle collibus circumdata, nocte obscura inuadit, exercitu in locis superiorib. collocato. Hic tubicines simul omnes signum canere cœperunt: mox milites, ceteraq; multitudo, ingentem clamorem edere: pars scuta hastis, pars arma ex ære lapidibus percutere: huiusmodi sonitum concaui montes recipere, receptumque reddere multo horribiliorem: vt eo barbari

vehementer perterriti sint. Romani primum sagittis telisq; prœliabantur: consumptis telis omnibus, in eos irruerunt. Qui erant ad alas, cædebantur: iisq;, quod magna ex parte essent leuis armaturæ, vnum ad necem vulnus satis erat. qui in ipsa acie consistebant, premebantur; propterea quod ii qui in alis erant, eo præ timore perfugiebant. Itaq; barbari neq; sibi auxilio esse, neque in hostes quidquam moliri poterant. Mithridates cũ paucis in Colchidem profugit: inde ad Mæotidem & Bosphorum peruenit: atque in ea regione, interfecto per insidias Machare filio, qui Romanis fauebat, regnauit. Pompeius vrbem ædificat in agro in quo sibi victoriam peperit: in eaq; saucios milites, & eos qui iam per ætatẽ bellum gerere non possent, habitare iubet. Hi iam *Nicopolitæ* appellati, *legib. Cappadocum vtuntur. His rebus gestis, postquam transiisset Araxem fluuium, Artaxata oppidum cepit, Tigrane eius oppidi, suiq; ipsius deditionem faciente. Is cũ in castra Põpeii eques veniret, Pompeius eum ex equo descendere per lictorem iussit. Sed cum eum videret ingressum, piecto diademate ad terram accidisse, & adorare se, misericordia commotus accessit, hominẽ erigit, diademate coronat, in proxima sede collocat: deniq; cõsolatur cum aliis verbis, tum inprimis quod diceret eum non solum regnum Armeniorum non amisisse, sed etiã venisse in amicitiam populi Romani. Ipse in regione Tanaitide ad Cyrnum fluuium exercitu in tres partes diuiso hiemauit: ibi bello vicit Albanos, a quibus contemnebatur: quo in bello maximus eorum numerus trucidatus fuit.

E Dionis libro XXXVII.

Eodemq; modo Ibēros, qui Caucasum incolunt, tractauit. Phraate Parthorum rege, qui antè amicitiam per litteras confirmauerat, insolentius vsus est, incussitque timorem; se etiam ei bellum illaturum. Is ad Pompeium rescribit, eumque grauiter accusat, ac crimina nonnulla populo Romano obiicit. Quamobrem Pompeius affectus pudore, & obstupefactus, consilio destitit. Itaque neque Tigrani, cui Parthi bellum inferebant, auxiliatus est, nec amplius contra Phraatem quidquam hostiliter admisit: ambobus tamen tres arbitros dedit, a quibus eorum dissi-

δεινῶς ἐκπλαγῆναι. καὶ πρῶτον μὲν οἱ Ῥωμαῖοι ἠκόντιζον καὶ ἐτόξευον ἐς αὐτούς· ἐπεὶ δὲ ἐξαναλώσαντες τὴν πόρρωθεν ἀλκὴν, ἐπέδραμον σφίσιν, ἐφθείρετο μὲν τὰ περιέσχατα, καὶ ἐξήρκει πρὸς θάνατον αὐτοῖς μία πληγὴ, ἅτε καὶ ψιλοῖς οὖσι τοῖς πλείοσι. συνεπιέζετο δὲ τὰ μέσα, πάντων ὑπ' αὐτὰ ὑπὸ τοῦ πέριξ δέους χωρούντων. οὐδ' εἶχον οἱ βάρβαροι οὔτε ἑαυτοῖς ἐπαρκέσαι, οὔτε ἐς τοὺς πολεμίους τολμῆσαι. Μιθριδάτης δὲ σὺν ὀλίγοις φυγὼν, ἐς τὴν Κολχίδα ἀπετράπετο, καὶ ἐκεῖθεν πρὸς τὴν Μαιῶτιν καὶ πρὸς τὸν Βόσπορον ἀφίκετο· κἀνταῦθα τὸν Μαχάρην τὸν παῖδα τὸν τὰ Ῥωμαίων ἑλόμενον δολοφονήσας, ἦρχε τῆς χώρας. Πομπήιος δὲ, καθ' ὃ ἐνενικήκει χωρίον, πόλιν κτίσας, τούς τε τραυματίας καὶ τοὺς ἀφηλικεστέρους τῶν στρατιωτῶν συνῴκισεν ἐν αὐτῇ· καὶ εἰσὶ νῦν Νικοπολῖται ὠνομασμένοι, καὶ εἰς τὸν Καππαδοκικὸν νομὸν συντελοῦντες. Μετὰ δὲ ταῦτα διαβὰς τὸν Ἀράξην ποταμὸν, τήν τε πόλιν τὰ Ἀρτάξατα παρέλαβε, δόντος αὐτῷ τοῦ Τιγράνου· καὶ οὕτω αὐτὸν, προσχωρήσαντά οἱ, ἐπεὶ καὶ ἐς τὸ στρατόπεδον ὡς ἐσιὼν ἔφιππος ἤλαυνε, τοῦ μὲν ἵππου, ῥαβδούχους στείλας, καταβῆναι πεποίηκεν· εἰσελθόντα δὲ αὐτοποδία, καὶ τό τε διάδημα ἀπορρίψαντα, καὶ ἐς τὴν γῆν πεσόντα, προσκυνοῦντά τε αὐτὸν ἰδὼν, ἠλέησε· καὶ ἀναπηδήσας, ἐξανέστησέ τε αὐτὸν, καὶ ταινιώσας τῷ διαδήματι, εἴς τε τὴν πλησίον ἕδραν ἐκάθισε, καὶ παρεμυθήσατο, εἰπὼν ἄλλα τε, καὶ ὅτι οὐ τὴν Ἀρμενίων βασιλείαν ἀπολωλεκὼς, ἀλλὰ καὶ τὴν Ῥωμαίων φιλίαν προσειληφὼς εἴη. Καὶ αὐτὸς ἔν τε τῇ χώρᾳ τῇ Ταναΐτιδι, καὶ πρὸς τῷ ποταμῷ τῷ Κύρνῳ, τριχῇ νείμας τὸν στρατὸν, παρεχείμασε, καὶ τοὺς Ἀλβανοὺς ἐνταῦθα καταφρονήσαντας αὐτοῦ, μάχῃ ἐνίκησε, καὶ πλείστους αὐτῶν ἐν τῷ πολέμῳ ἀπέκτεινε.

[Ἐκ τοῦ λζ' τῶν Δίωνος βιβλίων]

Τὰ ὅμοια δὲ καὶ περὶ τοὺς ὑπὲρ τὸν Καύκασον Ἴβηρας διεπράξατο. Τῷ δὲ Φραάτῃ τῷ βασιλεῖ τῶν Πάρθων, φιλικὰ πρότερον γράψαντι, ὑπερηφανώτερον προσηνέχθη, καὶ δέος παρέσχεν ὡς καὶ αὐτῷ πολεμήσων. ὡς δὴ ἐκεῖνος πρέσβεις τε αὖθις πρὸς αὐτὸν ἐπέστειλε, καὶ πολλὰ μὲν ἐκείνου κατηγόρησε, πολλὰ δὲ καὶ ἐς τοὺς Ῥωμαίους ὑπεσήμηνεν, ᾐδέσθη καὶ κατεπλάγη· οὔκουν οὔτε τῷ Τιγράνῃ ἐπεκούρησεν ὑπὸ τῶν Πάρθων πολεμουμένῳ, οὔτε πρὸς τὸν Φραάτην πολέμιόν τι ἔτ' ἐπράξατο. διαιτητὰς μέντοι ἔπεμψεν ἄνδρας τρεῖς τῆς πρὸς ἀλλήλους διαφορᾶς, τῷ

τε Φρα-

τῷ Φραάτῃ καὶ τῷ Τιγράνῃ· οἷς ἐκεῖνοι καὶ προσηκάμενοι, πάντα τὰ πρὸς ἀλλήλους ἐγκλήματα διελύσαντο. Ὑποστρέψας δὲ ἐξ Ἀρμενίας, καὶ τοῖς βασιλεῦσι καὶ τοῖς δυνάσταις τοῖς προσιοῦσιν αὐτῷ, διαιτήσας καὶ *χρηματίσας, καὶ τοῖς μὲν τὰς βασιλείας βεβαιώσας, τοῖς δὲ τὰς δυναστείας ἐπαυξήσας, τῶν δὲ καὶ τὰς ὑπεροχὰς *κολούσας καὶ ταπεινώσας, τήν τε κοίλην Συρίαν καὶ τὴν Φοινίκην ἄρτι γε βασιλέων ἀπηλλαγμένας, καὶ ὑπό τε τῶν Ἀρραβίων καὶ ὑπὸ τοῦ Τιγράνου κεκακωμένας, συνεστήσατο. ἐτόλμησε μὲν γὰρ ὁ Ἀντίοχος ἀπαιτῆσαι αὐτάς· οὐκ ἀπέλαβε δέ, ἀλλ' ἔς τε τὴν ἀρχὴν μίαν συνετάχθησαν, καὶ νόμους ἔλαβον, ὥστε τῷ τῶν Ῥωμαίων τρόπῳ πολιτεύεσθαι. Ἐν δὲ τούτῳ, καὶ τὸ Μιθριδάτου σῶμα φονευθέντος ὑπὸ Φαρνάκου τοῦ *υἱέος αὐτοῦ, πεμφθὲν αὐτῷ θεασάμενος, αὐτὸ μὲν ἐν τοῖς πατρῴοις ἠρίοις ταφῆναι ἐκέλευσε· τοὺς δὲ Ἀρραβίους ἀκονιτὶ χειρωσάμενος, ἐπὶ τὴν Συρίαν τὴν Παλαιστίνην, ὡς καὶ τὴν Φοινίκην *κακώσαντας, ὥρμησεν. ἦρχον δὲ αὐτῶν Ὑρκανός τε καὶ Ἀριστόβουλος ἀδελφοί, καὶ ἐτύγχανον ὑπὲρ τῆς τοῦ σφετέρου θεοῦ (ὅστις ποτὲ οὗτός ἐστιν) ἱερωσύνης διαφερόμενοι· οὕτω γὰρ τὴν βασιλείαν σφῶν ὠνόμαζον. τοὺς μὲν οὖν ἄλλους ῥᾷον προσεποιήσατο· τὸν μὲν [οὖν] Ὑρκανὸν οὐδενὸς λόγου ἀξιώσας, τὸν δὲ Ἀριστόβουλον δήσας, ἐπειδὴ μήτε τὰ χρήματα μήτε τὸ φρούριον παρεδίδου, καίτοι προσιὼν αὐτῷ καὶ ὑποσχόμενος ταῦτα· τὰ [δὲ] Ἱεροσόλυμα πολιορκῶν, πράγματα ἔσχε. καὶ εἴγε μὴ ἐν ταῖς τοῦ Κρόνου ἡμέραις ἄπρακτοι παντελῶς ἦσαν οἱ Ἰουδαῖοι, οὐκ ἂν εἷλεν αὐτά· νῦν δὲ ἐν τῷ διακένῳ τούτῳ καιρῷ παρέδωκαν τοῖς Ῥωμαίοις τὸ τεῖχος διασεῖσαι. ὁπότε γὰρ ἐκ περιτροπῆς ἐπέλθοιεν αἱ ἡμέραι, προσέβαλλον αὐτῷ ἐντονώτατα. καὶ οὕτως ἑάλωσάν τε ἐν τῇ τοῦ Κρόνου ἡμέρᾳ μηδὲ ἀμυνόμενοι, καὶ πάντα τὰ χρήματα διηρπάσθη· ἥ τε βασιλεία τῷ Ὑρκανῷ παρεδόθη, καὶ ὁ Ἀριστόβουλος *αἰωνέχθη. ἡ δὲ ἐπίκλησις αὕτη τοῖς Ἰουδαίοις οὐκ οἶδα μὲν ὅθεν ἤρξατο γενέσθαι· φέρει δὲ καὶ ἐπὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, ὅσοι τὰ νόμιμα αὐτῶν, καίπερ ἀλλοεθνεῖς ὄντες, ζηλοῦσι. καὶ ἔστι καὶ παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις τὸ γένος τοῦτο, *κολουθὲν πολλάκις, αὐξηθὲν δὲ ἐπὶ πλεῖστον, ὥστε καὶ [ἐς] παρρησίαν τῆς νομίσεως ἐκνικῆσαι. κεχωρίδαται δὲ ἀπὸ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων, ἔς τε τὰ ἄλλα τὰ περὶ τὴν δίαιταν πάνθ' ὡς εἰπεῖν, καὶ μάλισθ' ὅτι τῶν μὲν ἄλλων θεῶν οὐδένα τιμῶσιν, ἕνα δέ τινα ἰσχυρῶς σέβουσιν. οὐδ' ἄγαλμα οὐδὲν ἐπ' αὐτοῖς ποτε τοῖς Ἱεροσολύμοις ἔ-

dia componerentur: quibus vtrimq; admissis, ipsi omnem inter se controuersiam diremerunt. Reuersus ex Armenia, cum de rebus omnib. inter reges principesque, qui *ipsum adiuuerant, ius dixisset; cumq; aliis regna confirmasset, aliorum dominia auxisset, aliorum comminuisset potētiam, Cœlesyriam & Phœnicen nuper regibus liberatas, atque ab Arabibus & Tigrane vastatas, cōiunxit. eas enim Antiochus quamquam est ausus repetere, tamen non obtinuit; sed in idem imperium coniunctæ leges acceperunt, ita vt more populi Romani administrarentur. Dum hæc aguntur, corpus Mithridatis, a Pharnace filio eius interfecti, ad ipsum perfertur: id conspectū in monumētis maiorum sepeliri iubet. Arabibus absq; labore subactis, in Syriam Palæstinā proficiscitur; quod ii populi Phœnicen populati essent. Apud eos regnabāt Hyrcanus & Aristobulus fratres, qui de sui dei (quisquis ille est) sacerdotio (sic eorum regnum est appellatum) inter se dissidebant. Igitur Pompeius reliquos facilius deuicit. †Sed Hyrcanum nihili facit, Aristobulum in vinculis habet, postquam is neque pecunias dat, neq; arcem tradit; quorum vtrumq; deditionē faciens promiserat. Inde Hierosolyma obsidet: in cuius vrbis obsidione vehemēter laborat. quinetiam nisi Iudæi Saturni diebus otiosi omnino fuissent, numquam vrbem cepisset: sed illi, cū dies festos agerent, tradebant Romanis murum ad percutiendum: Romani, quoties dies huiuscemodi rediissent, fortissime percutiebant. Itaque, cum non resisterent ipso die Saturni, cuncti capti sunt: dein, omni pecunia direpta, ac regno Hyrcano reddito, †Aristobulus captiuus abducitur. Ceterum Iudæis vnde id nomē esse cœpit, equidem nescio: quod nomen tamen latissime patet. nam ad ceteros quoque homines spectat, qui etsi alterius nationis sunt, tamen legem eorum imitantur. Fuit hæc gens a Romanis sæpenumero imminuta: ita tamen creuit, vt *legem sua libertate vicerit. Iudæi distincti sunt a ceteris gentibus, cum in omnibus fere rebus, quæ ad viuendi ritum pertinent, tum maxime, quod aliorum deos omnes negligunt: vnus quidam est, cui soli amplissimos & maximos honores habent. Simulacrum Hierosolymis numquam ha-

buerunt: sed ei Deo cuius nomẽ dici non poss.·, quemq; forma vacare arbitrãtur, magnifice pręter ceteros homines, religioseq; seruiũt. Huic etiam templum amplissimum atq; pulcherrimum, nisi quod vastũ & sine tecto erat, ædificauerunt; diemque, qui Saturni nomen habet, consecrauerunt: cui diei cũ alia multa ab illis proprie sunt attributa, tum id potissimum, quod eo die negotia nullo pacto tractant. Hæc sunt quæ ad hunc deum pertinere videntur. Quis autem ipse sit, aut vnde in tanto honore fuerit, & quemadmodum eum colant, cum a multis antea dictum est, tum nihil ad præsentem historiã facit. Quod vero ex stellis septem, quæ Gręcis *planetæ*, Latinis *errantes* dicuntur, dies dispositi sunt: primum est ab Ægyptiis constitutũ, deinde ad reliquas gentes emanauit: nec olim id quidẽ; (vt ego arbitror) cum id nullo modo fuerit (quod sciam) a veterib. Græcis intellectum. Sed quoniam his temporib. & ceterarum gẽtium, & ciuium Romanorum ita proprium est, vt in cuiusq; patria quodam modo natũ esse videatur, placet de hac re, quẽadmodum acciderit, paucis disserere. Cuius quidem rei duplex est ratio, nec ea difficilis, si quis animaduertat diligẽtius. Nam si quis eam harmoniam, quę διὰ τεσσάρων appellata est, qua totius musicæ fundamentum contineri veteres crediderunt, ad eas stellas retulerit, quib. vniuersus cæli ornatus variatus ac diuisus est, & ad eũ ordinem quo singulæ earum mouẽtur: deinde sumpto principio ab extremo orbe Saturni, proximis duob. relictis, quarti orbis principẽ numerauerit; post, duob. aliis prætermissis, ad septimum peruenerit; eodemq; modo easdem stellas, earumq; principes deos percurrendo, ad dies applicauerit, eos omnes inueniet musica ratione quodam modo cum cæli ornatu conuenire. Atq; hæc quidẽ ratio sic se habet. Altera est huiusmodi. Horas diei noctisq; omnes recense; ita tamen, vt Saturnus primum locũ teneat, alterũ Iupiter, Mars tertium, Sol quartum, Venus quintum, Mercurius sextum, Luna septimũ: nam hunc esse ordinẽ orbium, Ægyptii arbitrantur. Id si facies, quatuor & viginti horis connumeratis, reperies primam horam diei sequentis Soli tribui. Rursum si in iisdem XXIIII horis supradicta ratione perges, Lunæ primam horam diei tertii assignabis. Postremo, si reliquos persequêre,

δον ἄρρητον δὲ καὶ ἀειδῆ αὐτὸν νομίζοντες εἶναι), περισσότατα ἀνθρώπων θρησκεύουσι· καὶ αὐτῷ νεὼν τε μέγιστον καὶ περικαλλέστατον, πλὴν καθ' ὅσον ἀχανής τε καὶ ἀνώροφος ἦν, ἐξεποίησαν. καὶ τὴν ἡμέραν τὴν τοῦ Κρόνου καλουμένην ἀνέθεσαν· καὶ ἄλλα τε ἐν αὐτῇ ἰδιώτατα πολλὰ ποιοῦσι, καὶ ἔργου οὐδενὸς σπουδαίου προσάπτονται) καὶ τὰ μὲν κατ' ἐκεῖνον, τίς τε ἐστὶ, καὶ ὅθεν οὕτως ἐτιμήθη, ὅπως τε περὶ αὐτὸν ἐπτόηνται), πολλοῖς τε εἴρηται), καὶ οὐδὲν τῇδε τῇ ἱστορίᾳ προσήκει. τὸ δὲ δὴ ἐς τοὺς ἀστέρας τοὺς ἑπτὰ τοὺς πλανήτας ὠνομασμένους, τὰς ἡμέρας ἀνακεῖσθαι, κατέστη μὲν ὑπ' Αἰγυπτίων, πάρεστι δὲ καὶ ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους, οὐ πάλαι ποτὲ, ὡς λόγῳ εἰπεῖν, ἀρξάμενον. οἱ γοῦν ἀρχαῖοι Ἕλληνες οὐδαμῇ αὐτὸ, ὅσα γε ἐμὲ εἰδέναι, ἠπίσταντο. ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ πάνυ νῦν τοῖς τε ἄλλοις ἅπασι, καὶ αὐτοῖς τοῖς Ῥωμαίοις ἐπιχωριάζει, καὶ ἤδη καὶ τοῦτο σφίσι πάτριον τρόπον τινά ἐστι, βραχύ τι περὶ αὐτοῦ διαλεχθῆναι βούλομαι, πῶς τε καὶ τίνα τρόπον οὕτω τέτακται). Ἤκουσα δύο λόγους, ἄλλως μὲν οὐ χαλεποὺς γνωσθῆναι, θεωρίας δέ τινος ἐχομένους. εἰ γάρ τις τὴν ἁρμονίαν τὴν διὰ τεσσάρων καλουμένην, ἥπερ τοι καὶ τὸ κῦρος τῆς μουσικῆς συνέχειν πεπίστευται), καὶ ἐπὶ τοὺς ἀστέρας τούτους, ὑφ' ὧν ὁ πᾶς τοῦ οὐρανοῦ κόσμος διείληπται, κατὰ τὴν τάξιν καθ' ἣν ἕκαστος αὐτῶν περιπορεύεται), ἐπαγάγοι· καὶ ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς ἔξω περιφορᾶς τῆς τῷ Κρόνῳ δεδομένης, ἔπειτα διαλιπὼν δύο τὰς ἐχομένας, τὸν τῆς τετάρτης δεσπότην ὀνομάσειε· καὶ μετ' αὐτὸν, δύο αὖ ἑτέρας ὑπερβὰς, ἐπὶ τὴν ἑβδόμην ἀφίκοιτο· κἀν τῷ αὐτῷ τούτῳ τρόπῳ αὐτάς τε ἐπιὼν, καὶ τοὺς ἐφόρους σφῶν θεοὺς ἀνακυκλῶν, ἐπιλέγοι ταῖς ἡμέραις, εὑρήσει πάσας αὐτὰς μουσικῶς πως τῇ τοῦ οὐρανοῦ διακοσμήσει προσηκούσας. Εἷς μὲν δὴ οὗτος λέγεται) λόγος. ἕτερος δὲ, τὰς ὥρας τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς ἀπὸ τῆς πρώτης ἀρξάμενος ἀριθμεῖν· καὶ ἐκείνην μὲν τῷ Κρόνῳ διδοὺς, τὴν δ' ἔπειτα τῷ Διῒ, τὴν τρίτην Ἄρει, τετάρτην Ἡλίῳ, πέμπτην Ἀφροδίτῃ, ἕκτην Ἑρμῇ, καὶ ἑβδόμην Σελήνῃ, κατὰ τὴν τάξιν τῶν κύκλων καθ' ἣν οἱ Αἰγύπτιοι αὐτὴν νομίζουσι· καὶ τοῦτο καὶ αὖθις ποιήσας, πάσας οὕτω τὰς τέσσαρας καὶ εἴκοσιν ὥρας περιελθὼν, εὑρήσεις τὴν πρώτην τῆς ἐπιούσης ἡμέρας ὥραν ἐς τὸν Ἥλιον ἀφικνουμένην. καὶ τοῦτο καὶ ἐπ' ἐκείνων τῶν τεσσάρων καὶ εἴκοσιν ὡρῶν κατὰ τὸν αὐτὸν τοῖς πρόσθεν λόγον πράξας, τῇ Σελήνῃ τὴν πρώτην τῆς τρίτης ἡμέρας ὥραν ἀναθήσεις. κἂν οὕτω καὶ διὰ τῶν λοιπῶν πορεύῃ,

τὸν

τὸν προσήκοντα ἑαυτῇ θεὸν ἑκάστη ἡμέρα λήψεται.

Ταῦτα μὲν οὖν οὕτω παραδέδοται. τῶν μέντοι Πομπηίῳ πεπραγμένων τὰ μὲν ἄλλα, καίπερ μεγάλα ὄντα, καὶ μηδενὶ τῶν πρόσθεν Ῥωμαίων παραβληθέντα, καὶ τῇ τύχῃ καὶ τοῖς συστρατευσαμένοις αὐτῷ ἀναθείη ἄν τις· ὃ δὲ μέγιστον καὶ κάλλιστον πάντων, ὅτι δυνηθεὶς ἂν ῥᾳδίως τήν τε Ἰταλίαν κατασχεῖν, καὶ μοναρχῆσαι τῆς Ῥώμης διὰ τὴν ὑπερβολὴν ἰσχύος, οὐκ ἠθελήθη· ἀλλ' εὐθὺς ἐπειδὴ τάχιστα ἐς τὸ Βρεντήσιον ἐπεραιώθη, τὰς δυνάμεις πάσας αὐτεπάγγελτος, μήτε τοῦ δήμου μήτε τῆς βουλῆς ψηφισαμένης τι περὶ αὐτῶν, ἀφῆκεν. ἐν δὲ τῇ ἐπινικίῳ πομπείᾳ, τρόπαια μὲν πολλὰ καθ' ἕκαστον τῶν ἔργων καὶ τὸ βραχύτατον ἔπεμψεν, ἓν δὲ μέγα πολυτελῶς κεκοσμημένον, καὶ γραφὴν ἔχον, ὅτι τῆς οἰκουμένης ἐστί. ¶ Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ Καῖσαρ Ἰούλιος καὶ Κάτων Μάρκος αὐθις ἤρχοντο· Καῖσαρ μὲν, δημοκόλαξ ὑπάρχων, καὶ τὸν Πομπήιον σπουδάζων, οὐχ ὅτι καὶ ἐφίλει τοῦτον, ἀλλ' ὅτι λεληθότως καθήρει, προσεκορῆ καθιστὰς τὸ πλῆθος ταῖς ὑπερβολαῖς τῶν τιμῶν· Κάτων δὲ, τῷ Πομπηίῳ τὰ πολλὰ ἀντιπίπτων. ἕνα μὲν γὰρ ἀνθρώπων οὐδένα ἐθαύμαζε, τὸ δὲ δὴ κοινὸν ὑπερηγάπα· καὶ πᾶν μὲν τὸ ὑπὲρ τοὺς ἄλλους πεφυκὸς, ὑποψίᾳ δυναστείας ἐμίσει, πᾶν δὲ τὸ δημοτικὸν, ἐλέῳ τῆς ἀσθενείας ἐφίλει· καὶ τὴν ὑπὲρ τοῦ δικαίου παρρησίαν καὶ μετὰ κινδύνων ἐποιεῖτο. πολλῶν δὲ τῶν ἱστορουμένων παραλελειμμένων (διὰ τὸ λίαν ἀπηρτῆσθαι καὶ ἔκφυλα εἶναι τῶν νῦν καιρῶν, ἄλλως τε καὶ τὸ μηδὲν ἢ καινὸν εἰς ἀκοὴν ἢ χρήσιμον ἔχειν εἰς συγγραφὴν) τοῦτ' εἰρήσθω, ὅτι τῆς τῶν περὶ Κατιλίναν συνωμοσίας, τῆς ἐπ' ὀλέθρῳ τῆς πολιτείας ἐπὶ τῆς Κικέρωνος ὑπατείας, ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Κικέρωνος ἐλεγχθείσης, καὶ τῶν ἐγνωκότων τιμωρηθέντων, Αὖλόν τινα Φούλβιον ἄνδρα βουλευτὴν αὐτὸς ὁ πατὴρ ἀπέσφαξε. Καίσαρι δὲ τῆς Λυσιτανίας ἄρχοντι, καὶ ἀεί τι πρᾶξαι λαμπρὸν γλιχομένῳ, ἵππος τις διφυᾶς ἐν ταῖς τῶν προσθίων ποδῶν ὁπλαῖς ἔχων ἐγεννήθη· καὶ ἐκεῖνον μὲν γαυρούμενος ἔφερεν, ἄλλον δὲ ἀναβάτην οὐδένα ἀνεδέχετο. ὥστε καὶ ἐκ τούτου μικρὸν οὐδὲν αὐτὸν προσεδόκησεν.

[Ἐκ τοῦ λη' τῶν Δίωνος βιβλίων]

Ὑπατεύσας δὲ μετὰ τὴν τῆς Λυσιτανίας ἀρχὴν, καὶ νόμους δημοτικοὺς εἰσηγούμενος, τοὺς μὲν ἄλλους τῇ δεινότητι καὶ τῇ δυνάμει τοῦ λόγου κατέπληττε, καὶ σιγᾶν ἠνάγκαζε· Κάτων δὲ αὐτῷ μόνος ἀντέλεγε. καὶ ἐμέλλησε μὲν ἐπὶ τούτοις ὁ Καῖσαρ ἐς τὸ δεσμωτήριον

vnusquisque dies sibi proprios deos habebit & accommodatos. Igitur hęc in hunc modum tradita sunt. Ceterum ex rebus a Pompeio gestis, magnam partem earū, etsi pręclaræ sunt, quas nullus ex veterib. Romanis adæquauit: tamen fortunæ tribuere & militibus fortasse aliquis potest. Hoc vero omniū rerum est maximū atq; pulcherrimum, quod cum posset totius Italiæ imperio potiri, Romæque propter amplissimam potentiā, quam habebat, solus regnare: id noluit: sed statim vt Brundisium venit, exercitū dimisit, nihil plebe aut senatu de eo decernēte. Parta victoria, tropæa singularū rerum abs se gestarū in pompam triumphi misit: quorum vnū erat clarum & ornatum in primis, cui ascriptum erat, orbis terrarum esse. ¶ Iisdē temporib. Iulius Cæsar, & M. Cato florere cœperunt. Cæsar, popularis & assentator ciuis esse, & Pompeio fauere: quē tamen nō diligebat: sed quoniā ei clam infestus erat, propter honorum multitudinē in odium plebis trahebat. Cato, sæpe Pompeio aduersari: (nā Catoni mortalis nullus admirationi fuit) Rēpubl. præter ceteros caram habere: eique, quidquid supra modum excellebat, odio esse, propter suspicionē potestatis: si quid plebeium erat, idcirco quia erat imbecillum, carum esse: deniq; de rebus iustis etiam periculo imminēte libere loqui. Porro multis partib. historiæ prætermissis, quę valde sunt ab his tēporibus alienæ, præsertim cum noui nihil afferāt, aut vtilitatis: id vnum dicendū videtur, fuisse (patefacta a Cicerone consule, coniuratione Catilinæ, quæ ad Reipubl. perniciē spectabat, & cōiuratis omnib. qui capti fuerant, supplicio affectis) Aulum quendam Fuluium senatorem a patre suo interfectum. Cæsari autē, facinus aliquod præclarū facere semper cupienti, cum Lusitanię præesset, equus fissis vngulis anteriorum pedū, natus est. Is equus ferox & elatus, Cæsarem vehebat, sessorem præterea admittebat neminem. Ex eo Cæsar in maximam spem venit.

E Dionis libro XXXVIII.

Consulque cum esset, reuersus ex Lusitania, leges populares tulit. Qua in re perterritis ceteris omnibus, coactisque tacere, vi & grauitate orationis, ei Cato per se solus obstitit: quem iam ex ipsa Curia abstractū Cæsar

ἐπὶ τούτοις δίκην δέδωκε· τά τε γὰρ ἄλλα ὁ Πομπήιος καὶ τῇ οἰκίᾳ αὐτὸν ὑπεδέδεκτο, καὶ συνήρετο. τοσοῦτον τότε ἡ δωροδοκία ἴσχυεν ἐν τῇ Ῥώμῃ. καὶ ἡ Κύπρος ἡ νῆσος, τῆς Πτολεμαίου ἀρχῆς οὖσα, τότε πρῶτον ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἐγένετο δυναστείαν. Κἀν ταῖς αὐταῖς ἡμέραις ὁ Πομπήιος τὸ θέατρον, ᾧ καὶ νῦν λαμπρυνόμεθα, καθιέρωσε· καὶ λέοντες ἐν αὐτῷ πεντακόσιοι ἐν πέντε ἡμέραις ἀνηλώθησαν, καὶ ἐλέφαντες ὀκτωκαίδεκα πρὸς ὁπλίτας ἐμαχέσαντο· καὶ αὐτῶν οἱ μὲν παραχρῆμα ἀπέθανον, οἱ δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον. ἠλεήθησαν γάρ τινες ὑπὸ τοῦ δήμου παρὰ τὴν Πομπηίου γνώμην, ἐπειδὴ θαυματισθέντες, τῆς μάχης ἐπαύσαντο, καὶ περιιόντες τὰς προβοσκίδας εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέτειναν, καὶ θρηνώδη βοὴν ἀφῆκαν. λέγεται δὲ περὶ αὐτῶν, ὅτι πρὸς τῷ τῆς φωνῆς τῆς πατρίδος ἐπαΐειν, καὶ τῶν ἐν τῷ οὐρανῷ γινομένων *συνιᾶσιν· ὥστε καὶ ἐν ταῖς νουμηνίαις, πρὶν ἐς ὄψιν τοῖς ἀνθρώποις τὴν σελήνην ἐλθεῖν, πρός τε ὕδωρ *φαεινὸν ἀφικνεῖσθαι, κἀνταῦθα καθαρμόν τινα σφῶν ποιεῖσθαι. ἤκουσα δὲ καὶ ἐκεῖνο, ὅτι τὸ θέατρον τοῦτο οὐχ ὁ Πομπήιος ἐποίησεν, ἀλλὰ Δημήτριος ἀπελεύθερος αὐτοῦ, ἐκ τῶν χρημάτων ὧν συστρατευόμενος αὐτῷ ἐπεπόριστο. τὴν μέντοι ἐπωνυμίαν τοῦ ἔργου αὐτῷ ἀνέθηκεν ὁ Πομπήιος, ἵνα μὴ κακῶς ἀκούῃ ὅτι ἐξελεύθερος αὐτοῦ τοσαῦτα ἠργυρολόγησεν ὥστε καὶ εἰς τηλικοῦτον ἀνάλωμα ἐξικέσθαι. Καῖσαρ δὲ τόν τε Ῥῆνον πρῶτος Ῥωμαίων διέβη καὶ ἐς Βρεττανίαν μετὰ ταῦτα, τοῦ τε Πομπηίου καὶ τοῦ Κράσσου ὑπατευόντων, ἐστρατεύθη. ἡ δὲ χώρα αὕτη, ἀπέχει μὲν τῆς ἠπείρου τῆς Κελτικῆς κατὰ τοὺς λεγομένους *Μορίνους, σταδίους πεντήκοντα καὶ τετρακοσίους τὸ συντομώτατον· παρήκει δὲ παρά τε τὴν λοιπὴν Γαλατίαν, καὶ παρὰ τὴν Ἰβηρίαν *ὀλίγου πᾶσαν, ἐς τὸ πέλαγος ἀνατείνουσα. καὶ τοῖς μὲν πάνυ παλαιοῖς καὶ Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων, οὐδ᾽ ὅτι ἔστιν ἐγιγνώσκετο· τοῖς δ᾽ ἔπειτα, ἐς ἀμφισβήτησιν, εἴτε ἤπειρος εἴτε νῆσος εἴη, ἀφίκετο. καὶ πολλοῖς ἐφ᾽ ἑκάτερον, εἰδόσι μὲν οὐδὲν, ἅτε μήτ᾽ αὐτόπταις μήτ᾽ αὐτηκόοις τῶν ἐπιχωρίων γενομένοις, τεκμαιρομένοις δὲ ὡς ἕκαστοι σχολῆς ἢ φιλολογίας εἶχον, συγγέγραπται. προϊόντος δὲ δὴ τοῦ χρόνου, πρότερόν τε ἐπ᾽ *Ἀγρικόλου ἀντιστρατήγου, καὶ νῦν ἐπὶ Σεβήρου αὐτοκράτορος, νῆσος οὖσα σαφῶς ἐλήλεγκται. εἰς ταύτην ὁ Καῖσαρ στρατευθεὶς, οὐχ ὅσα ἤθελε πράξας, ὁμήρους τε παρ᾽ αὐτῶν ὀλιγωτέρους ὧν ᾔτησεν εἰληφὼς, ἐπανῆκεν εἰς τὴν Γαλατίαν, νεωτερίζειν τοὺς

ideo nullas pœnas dedit, quod Pompeius eum domum suam receperat, atq; multis modis adiuuabat. Tātum Romę per id tempus poterat largitio. Cyprus insula in regno Ptolemæi tū primum in populi Romani potestatem venit. Eadem tempestate Pompeius theatrum, quod nunc percelebre est, ędificauit; in quo leones quingenti diebus quinque absumpti sunt: præterea elephanti decem & octo cū armatis hominibus certauerūt; quorum pars statim, pars non multo post interiit. nam eorum populus misertus est, contra Pompeii voluntatem: propterea quod saucii nō solum certandi finem fecerunt, sed etiam lugubri voce missa circumeuntes, rostra sua in cælum intendebant. Ferunt ab hoc genere animalium nō modo patriam linguam, sed ea quoque quę in cælo fiunt, intelligi. Itaq; noua Luna, priusquam ea veniat in hominū conspectum, ad aquam limpidam proficiscuntur; vbi se abluunt. Accepi præterea, id theatrum nō esse a Pompeio, sed a Demetrio liberto eius, ex pecunia quam cū eo militando quæsierat, ædificatum: sed Pompeium id sibi vindicasse, ne propterea male audiret, quod libertus eius tam magnam pecuniam conflasset, vt tantos sumptus potuisset sustinere. Cęsar, primus Romanorum Rhenum transiit: deinde in Britanniam profectus est, Pompeio & Crasso consulibus. Ea regio minimum abest a continenti Celtica, ab ea parte qua Morini sunt, * milia passuum quinquaginta sex; porrectaque in pelagus, ad reliquam Galliam pertinet, & Hispaniam fere omnem. quæ regio an esset, omnino a veteribus tum Græcis tum Romanis est ignoratum: nouis vero, esset ne continens, an insula, in dubitationem venit. Itaque scripsere permulti in vtramque sententiam: qui propterea nihil certi habebant, quod neque vidissent ipsi, neq; ab eius regionis hominibus audiuissent: sed, vt otio & studio abundabant, ita coniecturam faciebant. Progrediente vero tempore, antea quidem Agricolæ proprætoris, modo autem Seueri Imperatoris temporibus, insulam esse, certo compertum est. Igitur Cæsar in Britanniam profectus, rebus non plane gestis ex animi sententia, & acceptis a Britannis obsidibus paucioribus quam putabat, in Galliam reuertit: quod audierat

stadia ccccl.

Gallos res nouas moliri. Eadem tempestate Tiberis, siue immensis imbribus de cælo, siue nimio vento fluxum eius in mare arcente, subito in planitie vrbis inundauit, ædesq; multas deiecit, ac multos mortales perdidit.

E Dionis libro XL.

Cæsar iterũ traiecit in Britanniam, vicit bello barbaros: iisq; tributis impositis, & obsidibus acceptis, in Galliam reuersus est ad bellum gerendũ. Porro vt Cæsar Gallias, ita Crassus & Pompeius sortiti fuerãt, vel potius occupauerant, ille Syriam, hic Hispaniam. Dum Pompeius ducibus belli in Hispaniam missis Romæ sedet, [a] populique fauorem captat, Crassus in Parthos, studio & cupiditate pecuniæ quærendæ, exercitum ducit; quamuis ei prodigia ad Zeugma iuxta Euphratem (sic enim is locus a transitu Alexãdri dictus est) parum prospere euenerunt. Nam *aquila aurea (sic enim appellatur ea quæ sacellum habet perexiguum, in quo collocata est; quæ lõgissimæ hastæ affixa, gestatur in omnibus exercitibus ex delectu comparatis: cuius quidem hastæ pars inferior peracuta est, ita vt possit in terram defigi) ea inquam aquila cum Crasso Euphratem transire noluit, sed terræ perinde adhærebat, atq; si in ea nata fuisset; donec eam multitudo, quæ circumstabat, conuulsit ipsaq; vi cõsequuta est. Præterea pons, antequã omnes trãsiissent, fractus est. Quibus rebus cum milites animos demitterẽt, eos Crassus consolabatur his verbis: *Bono animo este* (inquit) *o viri: vobis enim iuro, neminem vestrum hac esse reuersurum; nam redire per Armeniam cogito.* Milites his verbis, quod ea via iurasset neminem reuersurũ, multo magis conciderunt. Parthi, qui olim sub imperio Persarum in exigua regionis parte habitabant, neque magnam admodum potentiam fuerant adepti, postquam labefactato Persarum imperio, res Macedonum floruerũt, deinde successores Alexandri multis magnisque inter se seditionibus debilitari & frangi cœperũt, primum duce quodã Arsace, a quo reges eorum deinceps sunt *Arsacidæ* nominati, in medium prodierunt: atque Asia potiti, eam per satrapas retinuerunt.

Γαλάτας ἀκηκοώς. Κἀν τούτῳ ὁ Τίβερις, εἴτ' ὑπ' ὄμβρων ἄνω που ὑπὲρ τὴν πόλιν ἐξαισίων γενομένων, εἴτε καὶ σφοδροῦ πνεύματος ἐκ τῆς θαλάσσης τὴν ἐκροὴν αὐτοῦ ἀνακόψαντος, ἐν τοῖς τοῦ ἄστεος πεδίοις ἐξαπίνης ἐπελάγισε, καὶ οἰκίας πολλὰς κατέβαλε, καὶ ἀνθρώπους διώλεσε.

[Ἐκ τοῦ μ' τῶν Δίωνος βιβλίων]

Καῖσαρ δὲ καὶ δεύτερον εἰς τὴν Βρεττανίαν περαιωθεὶς, ἐνίκησε τοὺς βαρβάρους πολέμῳ· καὶ φόρον αὐτοῖς τάξας καὶ ὁμήρους λαβὼν, ἀπῆρεν εἰς Γαλατίαν καὶ τοὺς *ἐκείνη πολέμους. Ὥσπερ δὲ Καῖσαρ τὴν Γαλατίαν, οὕτω καὶ Κράσσος καὶ Πομπήιος, ὁ μὲν τὴν Συρίαν, ὁ δὲ τὴν Ἰβηρίαν λαχόντες, μᾶλλον δὲ βίᾳ λαβόντες, Πομπήιος μὲν τοὺς στρατηγοὺς εἰς τὴν Ἰβηρίαν ἀφεὶς, ἐν τῇ Ῥώμῃ καθῆστο, καὶ τὴν πόλιν ἐδημαγώγει· Κράσσος δὲ ἐπὶ Πάρθους ἐστράτευσεν, ἐπιθυμίᾳ τοῦ ὅτι μάλιστα *χρηματίσασθαι· καίτοι σημείων αὐτῷ κατὰ τὸ Ζεῦγμα τὸ παρὰ τὸν Εὐφράτην (οὕτω γὰρ τὸ χωρίον ἐκεῖνο ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου διαβάσεως κέκληται) οὐκ αἰσίων γενομένων. ὁ γὰρ ἀετὸς ὠνομασμένος (ἔστι δὲ *ναΐσκος μικρὸς, καὶ ἐν αὐτῷ ἀετὸς χρυσοῦς ἐνίδρυται, καθίσταταί τε ἐν πᾶσι τοῖς ἐκ τοῦ καταλόγου στρατοπέδοις, καὶ αὐτὸν εἰς ἀὴρ ἐπὶ δόρατος μακροῦ *ἐς ὀξὺ τὸν στύρακα ἀπηγμένου, ὥστε καὶ ἐς τὸ δάπεδον καταπήγνυσθαι, φέρεται) τούτων οὖν τῶν ἀετῶν εἷς οὐκ ἠθέλησε τὸν Εὐφράτην αὐτῷ τότε συνδιαβῆναι, ἀλλ' ἐν τῇ γῇ ἐνέχετο ὥσπερ ἐμπεφυκὼς, πρὶν δὴ πολλοὶ περιστάντες αὐτὸν ἀνέσπασαν· καὶ ὁ μὲν καὶ ἄκων ἐπηκολούθησεν· ἡ δὲ γέφυρα, πρὶν πάντας αὐτοὺς διελθεῖν, διελύθη. ἐφ' ᾧ καὶ ἀθυμούντων τῶν στρατιωτῶν, παραμυθούμενος αὐτοὺς ὁ Κράσσος, Θαρσεῖτε, εἶπεν, ὦ ἄνδρες· ἐγὼ [γὰρ] ὑμῖν αὐτὸς ἐπομνὺς λέγω ὅτι οὐδεὶς ὑμῶν ἐντεῦθεν ἐπανήξει. διὰ γὰρ Ἀρμενίας τὴν ἐπάνοδον ποιήσασθαι ἔγνωκα. πρὸς οὖν τὸ, Οὐδεὶς ὑμῶν ἐντεῦθεν ἐπανήξει, ἐς ἀθυμίαν πλείω καθέπεσον. Πάρθοι δὲ, πάλαι μὲν ὑπὸ τὴν Περσικὴν βασιλείαν ὄντες, ἐν μέρει χώρας βραχεῖ ᾤκουν, καὶ δυναστείαν ὑπερόριον οὐκ ἐκέκτηντο· ἐπειδὴ δὲ ἥ τε τῶν Περσῶν ἀρχὴ κατελύθη, καὶ τὰ τῶν Μακεδόνων ἤκμασεν, οἵ τε τοῦ Ἀλεξάνδρου διάδοχοι στασιάσαντες πρὸς ἀλλήλους, ἀπολυθῆναι ἤρξαντο καὶ μεθαιρεῖσθαι, ἔς τε τὸ μέσον τότε πρῶτον ὑπ' Ἀρσάκου τινὸς ἀφίκοντο, ἀφ' οὗπερ οἱ ἔπειτα βασιλεύσαντες αὐτῶν, Ἀρσακίδαι ἐπωνομάσθησαν· καὶ εὐτυχήσαντες, τὴν Ἀσίαν σατραπείαις κατεῖχον.

εἰσὶ μὲν

εἰσὶ μὲν γὰρ ἱπποτοξόται πάντες, καὶ ὁ οὐρανὸς ἥ τε χώρα αὐτοῖς συναίρεται πρὸς ἀμφότερα. ὁ μὲν γάρ, ξηρότατος ὤν, ἐντεινομένας αὐτοῖς τὰς τοξείας παρέχει· ἡ δέ, πεδιὰς οὖσα καὶ ἱππήλατος σύμπασα. τοῖς γοῦν Ῥωμαίοις ἀντίπαλοί εἰσι. Πρὸς οὖν τούτους καὶ Ὀρώδην τὸν βασιλέα σφῶν . . . ὁ Κράσσος ἐστράτευσε· καὶ αὐτός, καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Κράσσος, καὶ τὸ Ῥωμαϊκὸν σχεδὸν σύμπαν στράτευμα *διεφθάρη· καὶ αὐτοῦ χρυσὸν ἐς τὸ στόμα οἱ Πάρθοι ἐνέτηξαν ἐπισκώπτοντες. *οὕτω γὰρ δὴ πολυχρήματός τε καὶ φιλοχρήματος ἦν, ὡς καὶ οἰκτείρειν ὡς πένητας τοὺς μὴ δυναμένους στρατόπεδον ἐκ καταλόγου οἴκοθεν τρέφειν. Πάρθοι δέ, μέχρι τῆς Ἀντιοχείας αὐτῆς ἐλάσαντες, καὶ τὰ ἐν ποσὶ πάντα χειρούμενοι, ὑπὸ Κασσίου Λογγίνου ἀνεκόπησάν τε καὶ ὀπίσω ἐχώρησαν. καὶ τὰ μὲν Κράσσου πρὸς Πάρθους οὕτως ἠτυχήθη, καὶ ἡ τῆς συμφορᾶς μνήμη διὰ τὸ μέγεθος *ἐξήρτησε τῷ αἰῶνι.

[Ἐκ τοῦ μα΄ τῶν Δίωνος βιβλίων.]

Μετὰ δὲ ταῦτα πόλεμοι κατέλαβον ἐμφύλιοι μέγιστοι *τοὺς Ῥωμαίους, Πομπηίου καὶ Καίσαρος συμπεσόντων ἀλλήλοις. καὶ προφάσεις μὲν λέγονται πολλαὶ τοῦ πολέμου· ἡ δὲ ἀληθεστάτη αἰτία, ἡ φιλοπρωτία ἦν καὶ ἡ φιλαρχία. Πομπήιος μὲν γάρ, καίτοι πρότερον αὐτὸς αὐξήσας τὸν Καίσαρα, φθονεῖν ἤρξατο εὐτυχοῦντί τε καὶ λαμπρυνομένῳ· καὶ λάθρα τὸ πρῶτον κωλύειν αὐτοῦ τὴν ὑπεροχὴν σπουδάσας, εἶτα καὶ φανερῶς ἐπολέμησε. Καῖσαρ δέ, μὴ φέρων ἐλαττωθῆναι, καὶ μέγιστος πάντων γενέσθαι σπουδάζων, τὴν Γαλατίαν ἀφείς, ἤλαυνεν εἰς τὴν Ῥώμην, ὡς ἀπαρασκεύου ἔτι ληψόμενος τὸν Πομπήιον. αὐτὸς μὲν γάρ, παρασκευῆς ἕνεκα τῆς εἰς πόλεμον, καὶ γυμνασίας τῶν στρατοπέδων τοσοῦτον χρόνον ἐν τοῖς Γαλατικοῖς πολέμοις ἐξησκημένων, καὶ τοσαύταις νίκαις τεθαρρωμένων, ὑπό τε τῶν αὐτοῦ δωρεῶν καὶ ὑποσχέσεων εὖ μάλα συγκεκροτημένων, ἑτοιμότατος ἦν. ὅθεν ὁ Πομπήιος ἐξέλιπε τὴν Ῥώμην, καὶ μετὰ τοῦτο τὴν Ἰταλίαν, τὴν σύγκλητον ἔχων ὀλίγου δεῖν σύμπασαν καὶ τὰ χρήματα. τὸν γὰρ ὑπομείναντα ἐν τῇ Ῥώμῃ, ἐν ἴσῳ, εἰ καὶ μετὰ τοῦ Καίσαρος μὴ ἦν, πολέμιον ἐψηφίσατο. καὶ εἰς τὸ Δυρράχιον ἀποπλεύσας, συμμάχους τε προσεκαλεῖτο, καὶ τὸ στράτευμα ἤσκει. πολλὰ μὲν οὖν καὶ παρὰ πολλῶν ἀρίστων τε καὶ δυνατῶν ἀνδρῶν, ἐν τοῖς καιροῖς ἐκείνοις καὶ ἐπράχθη καὶ ἐρρέθη· διὰ δὲ τὸ τὴν ἐξουσίαν

Sunt omnes equites sagittarii: ad quã rem plurimum eis cõfert cæli regionisq; opportunitas. nã cælum, quod in primis siccum est, neruos arcuum intentos facit: regio vero tota plana est, & ob eam rem equis accommodata. Hi populi, Romanis infesti sunt. itaq; Crassus contra eos, atq; eorum regem Orodem, exercitum duxit. Ibi ipse cum Crasso filio, cunctoque fere populi Romani exercitu, interiit. Parthi quoque, auro in os Crassi infuso, homini illuserũt. Erat enim Crassus vsq; adeo diues, & pecuniæ cupidus, vt eorum veluti pauperum misereretur, qui suis redditibus exercitum Romanum alere nõ possent. Inde Parthi, cũ iam Antiochiam vsq; venissent, atque omnia quæ obuiam facta essent, occuparent, a C. Cassio Longino repulsi, domũ reuerterũt. Hunc exitum Crassus cõtra Parthos habuit: cuius calamitatis acerbitas, propter magnitudinem, *memoriæ hominũ cõmendabitur sempiternæ.

E Dionis libro XLI.

Hoc prœlio facto, bella ciuilia maxima atq; durissima Romanis exstiterunt, Pompeio & Cæsare dissidentibus: quorum bellorum multæ causæ feruntur: sed certissima causa fuit primarum partium & dominandi cupiditas. Põpeius enim, etsi antea Cæsarem auxerat, tamen eius fortunæ & gloriæ postea cœpit inuidere: atque cum initio potentiam eius impedire clam studuisset, deinde grauiter & aperte se inimicũ ostendit. Cæsar, qui nihil de dignitate sua detrahi patiebatur, quique potius omnium maximus esse cupiebat, relicta Gallia, Romam contendit; scilicet imparatum adhuc Pompeium offensurus. Cæsar enim, propter belli apparatum, militesq; tanto tempore in bellis Gallicis exercitatos, & tot victoriis exsultantes, ac donis eius promissisq; permotos, paratissimus erat. Ex quo factum est, vt Pompeius Roma decesserit, & paulo post Italia. Is secum habebat Senatum fere omnem, atque pecuniam. Itaque qui Romæ remansisset, quamuis non esset partium Cæsaris, eũ tamẽ æque hostẽ iudicauit. Cum Dyrrachium venisset, conuocatis sociis, milites exercebat. Igitur per id tempus multa ab optimis & potẽtissimis viris pͤclare gesta ac dicta fuerũt. Sed quia summa

rerum ferme omnium ad Cæsarem & Pompeium venerat, horum, quia summam rerum scribimus, facimus mentionem. Cæsar, a Lepido, qui postea fuit in triumuiratu, Dictator dictus est. quo magistratu suscepto, vltro se statim abdicauit: quãuis eius factis perinde atq; Pompeius vteretur. nam vterq;, quod paratos exercitus haberent, omnia pro libidine ac voluntate faciebãt. Cum porro ei pecunia opus esset, donaria ceteraq; omnia ex Capitolio abstulit. cumque Fortunæ sacrificaret, taurus, priusquã feriretur, extra vrbem profectus, ad lacum quendam peruenit, eumq; enatauit. Quo facto aruspices Cæsari, si Romæ remaneret, exitium: si mare transiret, salutem ac victoriam fore prædixerunt. His rebus cõfisus Cęsar, contra Pompeium exercitum duxit. Quo iam profecto, pueri in vrbe duas in partes sua spõte distributi, ac partim Pompeiani, partim Cęsariani nũcupati, absq; armis quodammodo certauerunt: tãdem vero, qui nomen a Cæsare habebant, victoriam reportauerunt. Cæsar, cum, ignorante Bibulo, cui maris præsidia commissa fuerant, transisset, Apolloniam & alia loca finitima, Pompeii præsidiis destituta, occupauit. Ea regio in pulcherrima terrę parte marisq; ac fluminum sita est. Sed id omnium maxime admiratus sum, quod cũ magna copia ignis *ad superum flumẽ exsistat, tamen ad proximam terrã non valde diffunditur; sed neq; eam in qua est, adurit, aut facit aridiorẽ: quinetiam herbas, ac virides arbores proxime habet, augetur imbribus, & sublime tollitur. Cæsar, cunctãte Antonio, (cui mãdatum erat, eos qui Brundisii remãserant, adducere) solus nauigare in Italiam constituit: & tamquam aliquis alius, nauiculam conscendit, seq; a Cæsare missum esse dixit: ac gubernatorem etiam aduerso vẽto soluere coegit. Iam procul a terra nauigabãt, cum ventus vehementer vrgere, & tempestas eos grauiter conturbare cœpit. Quamobrem cum gubernator inuito Cæsare regredi conaretur, Cæsar se, quis esset, patefecit: tamquam esset ex eo vim tempestatis placaturus. *Bono animo es*, inquit: *nam Cæsarẽ vehis*. Tã magno enim animo erat, atque in tantam spem venerat, siue ex varum prædictionibus, siue alia ratione, vt etiam

καὶ ὁ κῦρος σχεδὸν ἁπάντων εἰς Καίσαρα αὐτίκα καὶ Πομπήϊον, τούτων ἡ ἐπιτομὴ μνημονεύει καὶ μόνων. Καῖσαρ δὲ ὑπὸ Λεπίδου, τοῦ ἐν τῇ τριαρχίᾳ ὕστερον γενομένου, δικτάτωρ ἀναγορευθεὶς, καὶ δεξάμενος τὴν ἀρχὴν, *ταύτην μὲν ἑκὼν αὖθις ἀπέθετο, εἰ καὶ τὰ ἔργα αὐτῆς πάντα ἐποίει, ὥσπερ δὴ καὶ Πομπήϊος, πράττοντες κατ᾽ ἐξουσίαν ὁπόσα καὶ βούλοιντο, ἅτε καὶ τὰ στρατεύματα διὰ χειρὸς ἔχοντες. χρημάτων δὲ σπανίζων, τὰ ἀναθήματα τά τε ἄλλα καὶ τὰ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ πάντα ἀφείλετο· ἐπεὶ δὲ αὐτοῦ τῇ Τύχῃ θύοντος, ὁ ταῦρος, πρὶν καὶ τρωθῆναι, ἔξω τῆς πόλεως ἐξεχώρησε, καὶ πρὸς λίμνην ἐλθὼν, διενήξατο αὐτήν· καὶ οἱ μάντεις μένοντι μὲν αὐτῷ οἴκοι, ὄλεθρον, περαιωθέντι δὲ τὴν θάλασσαν, καὶ σωτηρίαν καὶ νίκην ἔσεσθαι ἔφασαν, οὕτω δὴ ἐξεστράτευσε κατὰ τοῦ Πομπηΐου. Ἀφορμηθέντος δὲ αὐτοῦ, οἱ παῖδες οἱ ἐν τῇ πόλει ὄντες, δίχῃ τε ἐνεμήθησαν αὐτοκέλευστοι, καὶ οἱ μὲν Πομπηϊανοὺς σφᾶς, οἱ δὲ *Καισαρείους ὀνομάσαντες, ἐμαχέσαντο τρόπον τινὰ ἄνευ ὅπλων ἀλλήλοις· καὶ ἐπεκράτησαν ὅσοι τῇ τοῦ Καίσαρος προσωνυμίᾳ ἐχρῶντο. Καῖσαρ δὲ, λαθὼν τὸν Βίβουλον, ᾧ ἡ θάλασσα φρουρεῖσθαι προστετέτακτο, ἐπεραιώθη, καὶ τὴν Ἀπολλωνίαν, ἄλλα τε τῶν ἐκεῖ χωρίων, ἐκλειφθέντα ὑπὸ τῶν Πομπηΐου φρουρῶν, παρεστήσατο. ἡ δὲ [Ἀπολλωνία] αὕτη ἐν καλῷ μὲν τῆς γῆς, ἐν καλῷ δὲ τῆς θαλάττης, ποταμῶν τε ἄριστα κεῖται· ὅ τε μάλιστα διὰ πάντων ἐθαύμασα, πῦρ πολὺ πρὸς τῷ *Αὔῳ ποταμῷ ἀναδίδοται, καὶ οὔτε ἐπὶ πλεῖον τῆς πέριξ γῆς ἐπεξέρχεται, οὔτ᾽ αὐτὴν ἐκείνην ἐν ᾗ διαιτᾶται, ἐκπυροῖ ἢ καὶ κραυροτέραν ποιεῖ, ἀλλὰ καὶ πόας καὶ δένδρα, καὶ πάνυ πλησίον, θάλλοντα ἔχει· πρός τε τὰς ἐπιχύσεις τῶν ὄμβρων ἐπαύξει, καὶ ἐς ὕψος ἐξαίρεται). Καῖσαρ δὲ, βραδύνοντος τοῦ Ἀντωνίου, ᾧ τοὺς ὑπομείναντας ἐν τῷ Βρεντησίῳ κομίσαι ἐπετέτακτο, βουληθεὶς αὐτὸς καὶ μόνος γε εἰς τὴν Ἰταλίαν πλεῦσαι, ἐπέβη μὲν ἀκατίου τινὸς, ὡς τις ἄλλος, λέγων ὑπὸ τοῦ Καίσαρος πεπέμφθαι· καὶ τὸν κυβερνήτην αὐτοῦ, καίπερ πνεύματος ὄντος, ἐξεβιάσατο ἀναχθῆναι· ὡς μέντοι γε ἄπο τῆς γῆς ἐγένοντο, καὶ ὅ τε ἄνεμος ἰσχυρῶς κατέσπερχε, καὶ ὁ κλύδων δεινῶς σφᾶς ἐξετάραττεν, ὥστε τὸν κυβερνήτην καὶ ἄκοντος αὐτοῦ ἐπανιέναι ἐπιχειρῆσαι, ἐξέφηνεν ἑαυτὸν, καθάπερ ἐκ τούτου καὶ τὸν χειμῶνα παύσων, καὶ ἔφη, Θάρσει· Καίσαρα γὰρ ἄγεις. Τοιοῦτον μὲν δὴ φρόνημα καὶ τοιαύτην ἐλπίδα ἤτοι τὴν ἄλλως ἢ ἐκ μαντείας τινὸς εἶχεν, ὥστε καὶ

παρὰ

παρὰ τὰ φαινόμενα πίστιν τῆς σωτηρίας ἐχέγγυον παρέχεσθαι. οὐ μέντοι καὶ ἐστρατεύθη. Πομπήιος δὲ, ῥαδίως αὐτὸν ἐλπίζας, πρὶν καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς μετὰ Ἀντωνίου ὄντας προσλαβεῖν, *καταργάσασθαι, σπουδῇ πρὸς τὴν Ἀπολλωνίαν μετὰ τῆς δυνάμεως ἤλασε· καὶ τὸν Ἄψον ποταμὸν, παρ' ὃν ὁ Καῖσαρ ἐστρατοπέδευε, διαβῆναι ἐπεχείρησεν. ὡς δὲ ἡ γέφυρα βάρος λαβοῦσα διελύθη, καὶ τινὲς τῶν προδιαβεβηκότων μονωθέντες ἀπώλοντο, ἐπέσχεν, ἀθυμήσας ὅτι πρῶτον τοῦ τοῦ πολέμου ἔργου ἁπτόμενος ἐπταίκει· καὶ τούτῳ καὶ τοῦ Ἀντωνίου ἐπελθόντος, φοβηθεὶς ἀπεχώρησε πρὸς τὸ Δυρράχιον. ἕως μὲν γὰρ ὁ Βίβουλος ἔζη, οὐδ' ἀπᾶραι ἐκεῖνος ἐκ τοῦ Βρεντεσίου ἐτόλμησεν· ἐπεὶ δὲ αὐτός τε ἐκκάμνων ὑπὸ τῆς ταλαιπωρίας, ἐτελεύτησε, καὶ τὴν ναυαρχίαν ὁ Λίβων διεδέξατο, καταφρονήσας αὐτοῦ, καὶ ἀνήχθη. τὸ δὲ Δυρράχιον, ἔστι ἡ Ἐπίδαμνος ἡ τῶν Κερκυραίων· τινὲς δὲ οὕτω μετονομασθῆναι τὴν Ἐπίδαμνον ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων πρὸς τὴν τῆς ῥαχίας δυσχέρειαν ἔφασαν, ὅτι ἡ τῆς Ἐπιδάμνου *πρόσρησις ζημιώδη δήλωσιν ἐν τῇ τῶν Λατίνων γλώττῃ ἔχουσα, δυσοιώνιστος σφίσιν ἐς τὸ περαιοῦσθαι ἐς αὐτὴν, ἔδοξεν εἶναι. Πρὸς οὖν τοῦτο τὸ Δυρράχιον ὁ Πομπήιος καταφυγὼν, στρατόπεδόν τε ἔξω τῆς πόλεως ἐποιήσατο, καὶ τάφρους βαθείας σταυρώματά τε ἰσχυρὰ περιεβάλετο. πολλαὶ μὲν [οὖν] μάχαι αὐτοῦ, βραχεῖαι δ' ὅμως ἐγίνοντο. αὐτοῦ δὲ δὴ τοῦ Δυρραχίου ὁ Καῖσαρ, μεταξὺ τῶν τε ἑλῶν καὶ τῆς θαλάσσης, νυκτὸς ὡς καὶ προδοθησομένου πειράσας, εἴσω μὲν τῶν στενῶν παρῆλθε· προσπεσόντων δὲ οἱ ἐνταῦθα πολλῶν μὲν κατὰ πρόσωπον, πολλῶν δὲ καὶ κατόπιν, οἳ πλοίοις περικομισθέντες ἐξαίφνης αὐτῷ ἐπέθεντο, συχνοὺς ἀπέβαλε, καὶ ὀλίγου καὶ αὐτὸς ἐφθάρη. διὸ καὶ ἄρας ἐξαίφνης νυκτὸς, ἐς Θεσσαλίαν ὥρμησε. Πομπήιος δὲ, ὡς καὶ διαπεπολεμηκὼς, τὸ μὲν τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα ἔλαβεν, οὐ μέντοι καὶ ἐμεγαληγόρει τι. ἐπεὶ δὲ δὴ τὸν Καίσαρα μετὰ ταῦθ' ὁρμήσας, ἐς τὴν Θεσσαλίαν ἀφίκετο, κἀνταῦθα συνέβαλον τὰ στρατεύματα· Πομπήιος μὲν οὐδενὸς ἀνθρώπων δεύτερος, Καῖσαρ δὲ καὶ πρῶτος πάντων εἶναι ἐπιθυμῶν· ἀμφότεροι δὲ ἀξιοστρατηγότατοι καὶ ἀξιονικότατοι ὄντες, καὶ πάντων ἄριστοι τὰ* πολέμια· Πομπήιος μὲν τῇ τε Ἀφρικῇ καὶ τῷ Σερτωρίῳ, τῷ τε Μιθριδάτῃ καὶ τῷ Τιγράνῃ, καὶ τοῖς κατὰ θάλασσαν στρατηγήμασι σεμνυνόμενος· Καῖσαρ δὲ, τῇ τε Γαλατίᾳ καὶ τῇ Ἰβηρίᾳ, τῷ τε Ῥήνῳ καὶ τῇ Βρεταννίᾳ γαυρούμενος. συνερρωγότων δὲ τῶν πραγμάτων μετὰ τῆς ἐκείνων φιλαρχίας, καὶ τῶν ὁμοφύλων ἀλλήλοις

præter ea quæ viderẽtur, faceret idoneam fidem salutis. tamẽ nihilo magis transiit. Pompeius, sperans se eum, priusquam cum Antonii copiis coniungeretur, facile confecturum, in Apolloniam cum exercitu properauit: atque Apsum flumen, ad quod erant castra Cæsaris, transire conatus est: sed ponte grauitate oneris collapso, cæsaque parte militum, qui iam pertransierant, a suis destituta, idcirco animum despõdit, quod ei statim in ipso belli principio male successisset. Dum ea geruntur, venit Antonius. itaque Pompeius timens, Dyrrachium cõfugit. nam Brundisio excedere, quousque Bibulus vixit, Antonius ausus non erat: sed postquam Bibulus multis laboribus defatigatus mortem obiit, & Libo dux præfectusque classis factus est, Antonius hominem contempsit, atq; inde soluit. Dyrrachium erat ἐπίδαμνος Corcyrẽsiũ: quo nomine a Romanis propter scopulorum difficultatem quidã appellatũ ferunt. Nam cũ *damni* appellatio, Latinorũ lingua magni incommodi significationem habeat, ipsis, vt possent eo traiicere, mali ominis esse videbatur. Igitur Põpeius, postquã Dyrrachiũ confugit, extra oppidũ castra locat, eaq; profundis fossis, & magnis aggerib. munit. ibi persæpe, sed tamẽ [10] nullo magno momento, pugnatũ est. Cæsar, Dyrrachiũ spe deditionis inter paludes atq; ipsum mare nocte adortus, in loca angusta venit: sed inde multi ante a tergoq; irruunt: qui nauib. vecti, repente eũ inuadũt: itaq; [11] permultis suorũ amissis, quin ibi interiret, parũ abfuit: mox inde in Thessaliam properauit. Pompeius, [12] tamquã confecto iã bello, Imperatoris nomẽ accepit: etsi nihil ppterea agebat insolenter: atq; postea Cæsarẽ insecutus, in Thessaliã peruenit. Hic cœpere exercitus cõferri. Pompeius, nemini secundus; Cæsar, omniũ primus esse cupere: ambo, qui duces essent, & victoriã obtinerẽt, dignissimi, reiq; militaris supra omnes homines periti. Põpeius, Africa, Sertorio, Mithridate, Tigrane, ac maritimis victoriis fretus erat: Cæsar, de Gallia, Hispania, Rheno, Britannia gloriabatur. Cum iam vtrimq; irruptio facta esset, propter vtriusq; appetitũ dominandi, atq; eiusdẽ gẽtis homines inter se

confligerent, res erat miserabilis & calamitosa, eodem tempore aduersarios agnoscere, mox sauciare: vocare ad se, deinde occidere: simul patriæ mentionem facere, & spoliare: multa etiam ipsis interfectoribus, quæ domum referrent, mandare. Pompeiani, videbantur equitatu & sagittis superiores esse: itaque eminus contra eos quos intercludebant, repente iaculari & cõturbare: mox regredi, deinde eos iterum atq; iterum inuadere, locis sæpenumero huc & illuc commutatis. Cæsariani, hæc obseruare, suos ordines conuertere, deinde iaculantibus occurrere: ac, cum propius accessissent, viros equosque capere; postremo alacriter pugnare. Nam pedites leuis armaturæ, ob eam rem erant vna cum equitibus instructi. Id non semel, (vt supra dixi) sed simul sæpe in variis locis gerebatur. Igitur cum illi eminus, hi comminus pugnarent, cumque percuterent alii, alii percuterentur, hi fugerent, illi insequerentur, multæ pedestres equestresque pugnæ esse videbantur.

Dum hæc geruntur, multa præter opinionem acciderunt. Qui alterum fugasset, mox ipse terga vertebat: qui fugisset, statim aggrediebatur: percusserat aliquis, ipse sauciabatur: lapsus erat, stantem occidebat: plerique etiã nullo accepto vulnere moriebantur: multi vix semiuiui alios interficiebant: lætabantur alii &*canebant, alii mœrebant & lamentabantur: omnia clamore gemitibusque complebantur. Tandem cum vtrimque diu æquo Marte pugnatum esset, Pompeius (quippe qui magnam partem exercitus Asiaticam, & minus exercitatam habebat) victus est. Id illi antea fuerat diuinitus significatũ, quod fulmina de cælo in castra eius cecidissent, apesq; militaribus signis insedissent. Cæsar, equitibus & Senatoribus captis perhumaniter est vsus: quinetiã litteras inuentas in scriniis Pompeii, quibus multorum erga illum beneuolentia, atque odium in Cæsarem significabatur, neque legit, neque descripsit; sed eas statim igni combussit, ne iis fortasse commotus, grauius aliquid committere cogeretur. quamobrem permultos sibi deuinxit.

συμπεπτωκότων, ἐλεεινὸν μὲν τὸ γινόμενον. ἐγνώριζόν τε* γὰρ ἅμα τοὺς ἀντιπάλους, καὶ ἐτίτρωσκον· ἀνεκάλουν, καὶ ἐφόνευον· τὴν πατρίδα ἐμέμνηντο, καὶ ἐσκύλευον· καὶ πολλοὶ πολλὰ καὶ οἴκαδε δι' αὐτῶν τῶν σφαγέων ἐνετέλλοντο. προεῖχον δὲ οἱ Πομπήϊοι τῇ τε ἱππείᾳ καὶ τῇ τοξείᾳ, καὶ διὰ τοῦτο πόρρωθέν τε ἐκκυκλούμενοί τινας, προσβολαῖς αἰφνιδίοις ἐχρῶντο, καὶ συνταράξαντες αὖθις ἐξανεχώρουν· εἶτ' αὖθις καὶ μάλ' αὖθις ἐπετίθεντο σφίσι, τοτὲ μὲν ἐνταῦθα, τοτὲ δ' ἐκεῖσε μεθιστάμενοι. οἱ οὖν Καισάρειοι ταῦτά τε ἐφυλάσσοντο, καὶ τὰς τάξεις σφῶν ἐξελίσσοντες, ἀντιπρόσωποί τε ἀεὶ τοῖς προσβάλλουσιν ἐγίνοντο, καὶ ὁμόσε αὐτοῖς χωροῦντες, τῶν τε ἀνδρῶν καὶ τῶν ἵππων ἀντελαμβάνοντο, προθύμως ἀγωνιζόμενοι. καὶ γὰρ πεζοὶ τοῖς ἱππεῦσιν αὐτῶν κοῦφοι ἐπ' αὐτὸ τοῦτο συνετετάχατο· καὶ ταῦτα οὐ καθ' ἕνα, ὥσπερ εἶπον, ἀλλὰ πολλαχῇ ἅμα σποράδην ἐγίνετο. ὥστε τῶν μὲν πόρρωθεν μαχομένων, τῶν δὲ συστάδην ἀγωνιζομένων καὶ τῶν μὲν παιόντων τινάς, τῶν δὲ πατασσομένων φευγόντων ἑτέρων, διωκόντων ἄλλων, πολλὰς μὲν πεζομαχίας, πολλὰς δὲ ἱππομαχίας ὁρᾶσθαι. καὶ τούτου καὶ παράδοξα συχνὰ συνέβαινε. καὶ γὰρ τρέψας τις τινά, ἐξέπεσε· καὶ ἄλλος *ἐκκλίνας τινά, ἀντεπεβήθετο αὐτῷ· [πλήξας τις ἕτερον, αὐτὸς ἐτιτρώσκετο·] καὶ πεπτωκὼς ἄλλος, τὸν ἑστηκότα ἀπέκτεινε. καὶ πολλοὶ μὲν καὶ ἄτρωτοι ἔθνησκον, πολλοὶ δὲ καὶ ἡμιθνῆτες *ἐφόνευον· καὶ οἱ μὲν ἔχαιρον καὶ ἐπαιώνιζον, οἱ δ' ἐλυποῦντο καὶ ὠλοφύροντο· ὥστε βοῆς καὶ στεναγμῶν πάντα πληρωθῆναι. τέλος δ' ἰσορρόπως αὐτῶν ἐπὶ μακρότατον ἀγωνισαμένων, ὁ Πομπήϊος, ἅτε καὶ Ἀσιανὸν καὶ ἀγύμναστον τὸ πλέον τοῦ στρατοῦ ἔχων, ἡττήθη· ὥσπερ που καὶ τὸ δαιμόνιον αὐτῷ προεσήμαινε· κεραυνοί τε γὰρ ἐς τὸ στρατόπεδον αὐτοῦ *ἐπέπεσον, καὶ τὰ στρατιωτικὰ σημεῖα μέλισσαι περιέσχον. ὁ μέντοι Καῖσαρ τοῖς ἑαλωκόσι τῶν ἱππέων καὶ βουλευτῶν φιλανθρώπως ἐχρήσατο· καὶ τὰ γράμματα τὰ ἐν τοῖς Πομπηΐου κιβωτίοις εὑρεθέντα, ὅσα τινῶν τήν τε πρὸς ἐκεῖνον εὔνοιαν καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν δύσνοιαν ἤλεγχεν, οὔτ' ἀνέγνω, οὔτ' ἐξεγράψατο, ἀλλ' εὐθὺς κατέφλεξεν, ὅπως μηδὲν ἀπ' αὐτῶν δεινὸν ἀναγκασθῇ δρᾶσαι. ἀμέλει καὶ ἀπὸ τούτου τοὺς πολλοὺς ἀνηρτήσατο.

[Ἐκ τοῦ μβ′ τῶν Δίωνος βιβλίων]

Πομπήιος δέ, πολλῷ τοῦ Καίσαρος *περιέχειν ἐλπίζων, οὐδὲν τῶν συμφερόντων προείδετο. οὔκουν οὐδὲ τὸ στρατόπεδον ἐν ἐπιτηδείῳ ἐποιήσατο, οὐδ᾽ ἀναφυγὴν οὐδεμίαν ἢν πληγείη οἱ παρεσκεύασε· ῥίψαι τε δυνηθεὶς ἂν τὰ πράγματα, κἂν τούτου ἀμαχεὶ κρατῆσαι, ὅμως, εἴτε ἐθελοντής, ὡς καὶ πάντως νικήσων, εἴτε καὶ ὑπὸ τῶν συνόντων ἐκβιασθείς, συνέβαλε. καὶ διὰ ταῦτ᾽, ἐπειδὴ τάχιστα ἐνικήθη, δεινῶς ἐξεπλάγη· καὶ οὔτε τι βούλευμα καίριον, οὔτ᾽ ἐλπίδα βεβαίαν ἐς τὸ ἀνακινδυνεῦσαι ἔσχεν.
» οὐ γὰρ θέλουσιν οἱ λογισμοὶ τοῖς φόβοις συνεῖναι,
» ἀλλά, ἂν μὲν προκαταλάβωσί τινα, καὶ μάλα γεν-
» ναίως αὐτοὺς ἀπωθοῦνται· ἂν δ᾽ ὑστερήσωσιν, ἡττῶνται.
διὰ τοῦτο τό τε ἔρυμα εὐθὺς ἐξέλιπε, καὶ εἰς Αἴγυπτον ἀπῆρε· κἀκεῖ ἐπιβουλευθεὶς ἀνῃρέθη. Αἰγύπτιοι δὲ μετὰ τὴν ἀνοσίαν ταύτην πρᾶξιν, τὸ μὲν πρῶτον τῇ Κλεοπάτρᾳ δουλεύειν, ὅπερ ἥκιστα ἐβούλοντο, παρεδόθησαν· ἔπειτα δὲ ἐς τὸ τῶν Ῥωμαίων
» ὑπήκοον *ἐνεγράφησαν. καλὸν γάρ, τῶν ἐναγῶν
» ἔργων *τὰ ἐπίχειρα καὶ τῷ τῆς ἱστορίας λόγῳ θᾶτ-
» τον καὶ παρ᾽ αὐτὰ τὰ ἔργα ἐπάγειν.

*ΓΑΙΟΣ ΙΟΥΛΙΟΣ Καῖσαρ.

ΠΟΜΠΗΙΟΣ μὲν δή, κράτιστος Ῥωμαίων νομισθείς, (ὥστε καὶ Ἀγαμέμνων ἐπικαλεῖσθαι, ἅτε καὶ χιλίων ἄρξας νεῶν) ἐν αὐτῇ τῇ *ὀγδόῃ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ ποτε τά τε τοῦ Μιθριδάτου καὶ τὰ τῶν καταποντιστῶν *ἐπὶ νίκης ἤγαγεν, ἐσφάγη. καὶ τὸ θαυμαστόν, ὅτι, ἐς πάντας τοὺς πολίτας τοὺς Κασσίους ἐκ χρησμοῦ τινος ὑποπτεύων, πρὸς μὲν ἀνδρὸς Κασσίου οὐδενὸς ἐπεβουλεύθη· παρὰ δὲ δὴ τῷ ὄρει τῷ τὴν ἐπίκλησιν ταύτην ἔχοντι καὶ ἀπέθανε, καὶ ἐτάφη. Καίσαρι δὲ οὕτως ἐν τύχῃ πάντα προεχώρει, ὥστε καὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἐν πορθμείῳ τινὶ περαιούμενος, ἐνέτυχε μὲν τῷ Πομπηίου ναυτικῷ, οὐ μόνον δὲ οὐδὲν δεινὸν ἔπαθεν, ἀλλὰ καὶ προσκαταπλήξας σφᾶς προσεποιήσατο· ἀπιὼν δὲ εἰς Αἴγυπτον, καὶ τὴν Πομπηίου κεφαλὴν προσενεχθεῖσαν αὐτῷ θεασάμενος, κατεδάκρυσε καὶ κατωλοφύρατο. ἐπὶ μέντοι τῇ προσποιήσει ταύτῃ γέλωτα ὤφλισκανε. τῆς γὰρ δυναστείας δεινῶς ἀπ᾽ ἀρχῆς ἐφιέμενος, καὶ ἐκεῖνον ὡς ἀνταγωνιστὴν καὶ ὡς ἀντίπαλον

E Dionis libro XLII.

Pompeius, quod se superiorem fore Cæsare speraret, ea quæ sibi magno vsui futura erãt, nõ prouidit: neq; enim castra in idoneis locis collocauerat, neq; quo victus perfugeret, cõstituerat. Deinde, cum posset sine periculo cunctando rerũ potiri; tamen, siue sua sponte, tamquam esset omnino victor futurus, siue coactus a suis, conflixit. Itaque repente victus, grauiter perterritus est, vt nec consilium vllum opportunũ, aut spem firmam in periculis habuerit. nã metus tempore, ratio omnis & consilium deest: quibus rebus si quis ante animũ suum præmunierit, metũ omnem superare egregie potest: sin minus, facile vinci. Itaque relicto munito loco, in Ægyptum profectus, ibi per insidias obtruncatus est. Post id facinus Ægyptii, quod ante minime voluerant, ' Cleopatræ imperio subiecti sunt: deinde venerunt in dicionem populi Romani. Placet enim eiusmodi facinorum scelestorum '4 vindictam, etiam præter rationem historiæ, rebus ipsis gestis annectere.

C. IVLIVS CÆSAR.

POMPEIVS potentissimus Romanorum est habitus; ita vt Agamemnon, quod ipse quoque mille nauib. imperasset, vocaretur. Is ' ipsa octaua die, qua olim de Mithridate & piratis triumphauerat, occisus est. Id vero multo magis est admirãdum, quod cum Cassios omnes ciues Romanos ex aliquo responso suspectos haberet, ei nullus eorum vnquam insidias parauit: sed apud montem cui Cassius nomen erat, mortem obiit, in eoq; sepultus est. Cæsari vero omnia adeo prospere succedebãt, vt cum in Hellespontum cũ nauicula traiiceret, inciderit in classem Pompeii: qua ex re non solum nullum damnũ sustinuit, sed eos quoq; perterrefactos ' in suã potestatẽ redegit. Is in Ægyptum proficiscẽs, vt vidit allatum ad se Põpeii caput, collacrymauit: qui tamen huius inanis & fictę simulationis causa ridiculus erat. Nã cum iã inde ab initio dominationem expeteret, eum se desiderare, eiusq; mortẽ grauiter ferre simulabat, quẽ olim nõ secus oderat quã aduersariũ

& hostem: qui etiā ob nullam aliam causam in Ægyptū festinauerat quā vt eum, si quo pacto consequi posset, conficeret. Cum autem opera Caluini legati Athenas cepisset, (nam eæ vltro post mortem Pompeii Cæsari deditionem fecerant) omnes Atheniēses impunitos reliquit: hoc vnum inquiēs, eos, cum multa deliquissent, a mortuis conseruari. Annulū Pompeii, in quo, quemadmodum in Syllæ annulo, tropæa tria insculpta erāt, Romam misit; quo mortuum iam esse Pompeium, Romanis persuaderet. Ipse interim captus amore Cleopatræ, in Ægypto commorabatur. nam ita libidinosis amoribus seruiebat, vt cum aliis quam plurimis mulieribus, in quas incidisset, consuetudinem haberet. Cleopatra autem pulcherrima fuit: tum vero flore ætatis & facundia omnibus præstabat, eratque apud omnes, cum quibus versabatur, gratiosa. Ea forte, cum per id tempus cum fratre suo dissideret, ac primum apud Cæsarem per amicos causam ageret, deinde vero ab illis se prodi confirmaret, ipsa suam causam agere instituit. quam vbi vidit, & dicentem audiuit Cæsar, statim captus est: moxque Ptolemæum accersiri iussit; ab eaque magis stare, quam vtrique æquus esse iudex cœpit. Itaque adolescēs cum ob hoc, tum postquam intus sororem de improuiso conspexit, exsiluit ira concitatus: cōgregataque iam hominum multitudine, prodi se vociferabatur. Eo die Cæsar Ægyptiorum tumultū vix reprimere, aut eos sibi reconciliare potuit. quinetiam paulo post, cum non haberet apud se milites, (nam eos dimiserat in diuersas partes Syriæ, quasi ipsorum opera minus indigeret) in maximum periculum atq; discrimen venit; propterea quod ipsum Achillas dux Ægyptiorum inuasit. cumq; aliquando Cæsar introiisset in vrbem Pharum, atque eius vrbis habitatores interfecisset, re animaduersa Ægyptii, qui continentem incolebant, factis pontibus auxilio suis venerunt: cæsisque frequentibus Romanis, reliquos ad naues compulerunt: *quorum magna pars in mare prolapsa est, & Cæsar ipse grauiter affectus. Oberant ei in primis vestimenta: nā quod purpurea essent, in eum Ægyptii facile iaculabātur. Sed is positis vestimentis enatauit; post, nauiculam conscendit; itaque saluus euasit, litteris, quas nando in sinistra manu gerebat, ab aquæ iniuria

ἀεί ποτε μισήσας, καὶ ἐς τὴν Αἴγυπτον οὐ δι' ἄλλο τι ἐπειχθεὶς ἢ ἵνα αὐτόν, εἰ περιείη, κατεργάσηται, ποθεῖν τε αὐτὸν ἐπλάττετο, καὶ ἀγανακτεῖν τῷ ὀλέθρῳ αὐτοῦ ἐσκήπτετο. διὰ δὲ τοῦ Καλουΐνου τοῦ ὑποστρατήγου τὰς Ἀθήνας ἑλών, ἐθελουσίως αὐτῷ μετὰ τὸν θάνατον τοῦ Πομπηΐου προσχωρησάσας, ἀθῴους ἀφῆκε, τοσοῦτον μόνον εἰπών, ὅτι πολλὰ ἁμαρτάνοντες ὑπὸ τῶν νεκρῶν σώζοιντο. τὸν δὲ δακτύλιον τοῦ Πομπηΐου ἐς τὴν Ῥώμην ἀφελόμενος ἔπεμψεν, ἵνα πιστεύσωσι αὐτοῦ τὴν ἀναίρεσιν. ἐνεγέγλυπτο δὲ ἐν αὐτῷ τρόπαια τρία, ὥσπερ καὶ ἐν τῷ τοῦ Σύλλου. αὐτὸς δὲ ἐνεχρόνιζε τῇ Αἰγύπτῳ διὰ τοὺς Κλεοπάτρας ἔρωτας. ἦν γὰρ ἐρωτικώτατος, καὶ πλείσταις καὶ ἄλλαις, ὅσαις που περιτύχοι, συνεγίνετο. Κλεοπάτρα δὲ καὶ περικαλλεστάτη γυναικῶν ἐγένετο, καὶ τότε ἡ τῆς ὥρας ἀκμὴ πολὺ διέπρεπε, τό τε φθέγμα ἀστειότατον εἶχε· καὶ προσομιλῆσαι παντί τῳ διὰ χαρίτων ἠπίστατο. διαφερομένη δὲ πρὸς τὸν ἀδελφὸν τηνικαῦτα, τὸ μὲν πρῶτον διὰ τῶν φίλων παρὰ τῷ Καίσαρι ἐδικάζετο· ἔπειτα προδίδοσθαι ὑπὸ τῶν φίλων εἰποῦσα, αὐτὴ δι' ἑαυτῆς ἠξίωσεν ἀγωνίσασθαι. ὁ δὲ δὴ Καῖσαρ, ἰδών τε αὐτήν, καί τι φθεγξαμένης ἀκούσας, οὕτως εὐθὺς ἐδουλώθη, ὥστε αὐτίκα τὸν Πτολεμαῖον μεταπέμψασθαι, καὶ συνδικεῖν ταύτῃ μᾶλλον ἢ δικάζειν ἀμφοῖν. ὁ οὖν παῖς, διά τε τοῦτο, καὶ ὅτι τὴν ἀδελφὴν αἰφνιδίως εἶδεν ἔνδον οὖσαν, ὀργῆς τε ἐπληρώθη, καὶ ἐκπηδήσας ἐς τὸ πλῆθος ἐβόα, λέγων προδίδοσθαι. τότε μὲν οὖν ὁ Καῖσαρ μόλις ἠδυνήθη τόν τε Αἰγυπτίων θόρυβον καταστεῖλαι, καὶ αὖθις διαλλάξαι· ὕστερον δὲ μεγάλως ἐκινδύνευσε, τοὺς στρατιώτας οὐκ ἔχων, ἅτε μηδὲν αὐτῶν δεόμενος, ἄλλοις δὲ ἄλλῃ τῆς Συρίας διαφεικώς, τοῦ στρατηγοῦ τῶν Αἰγυπτίων Ἀχιλλᾶ ἐπιθυμασάντος αὐτῷ· καί ποτε αὐτοῦ εἰς τὴν Φάρον ἀποβαίνοντος, καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν αὐτῇ φονεύσαντος, ἰδόντες τοῦτο οἱ ἐν τῇ ἠπείρῳ Αἰγύπτιοι, κατά τε τὰς γεφύρας ἐπεβοήθησαν αὐτοῖς, καὶ συχνοὺς τῶν Ῥωμαίων ἀποκτείναντες, τοὺς λοιποὺς ἐς τὰς ναῦς ἐσήραξαν. ἄλλοι τε οὖν πολλοὶ ἐς τὴν θάλασσαν ἐξέπεσον, καὶ ὁ Καῖσαρ κἂν διεφθάρη κακῶς, ὑπό τε τῶν ἱματίων βαρυνόμενος, καὶ ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων βαλλόμενος, (ἁλουργῶν γὰρ αὐτῶν ὄντων κατεστοχάζοντο) εἰ μὴ καὶ ἐκεῖνα ἀπέρριψε, καὶ μετὰ τοῦτο διανεύσας πῃ ἐς ἀκάτιον ἐσεβεβήκει. καὶ ὁ μὲν οὕτως ἐσώθη, μηδὲν τῶν γραμμάτων βρέξας, ἃ πολλὰ ἐν τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ ἔχων

ἀνήξατο

ἐνίκησε· τὴν δὲ ἐσθῆτα αὐτοῦ οἱ Αἰγύπτιοι λαβόντες, παρὰ τὸ τρόπαιον ὃ ἔστησαν, ἀνεκρέμασαν. τῶν δὲ στρατιωτῶν μετὰ ταῦτα παραγενομένων τῷ Καίσαρι, τήν τε Αἴγυπτον ἐχειρώσατο, καὶ τῇ Κλεοπάτρᾳ, ἧς περ ἕνεκα ἐπολέμησεν, ἐχαρίσατο. Ἀπὸ δὲ τῆς Αἰγύπτου ἐπὶ τὸν Φαρνάκην τὸν Μιθριδάτου παῖδα χωρήσας, τὸν Πόντον περιποιούμενον ἑαυτῷ, αὐθημερὸν προσβαλών, ἐνίκησε· κἀντεῦθεν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ἤλασε. Γέγονε δὲ ὁ ἀνὴρ οὗτος χρηματοποιὸς μάλιστα, δύο εἶναι λέγων τὰ τὰς δυναστείας παρασκευάζοντα, καὶ φυλάσσοντα, καὶ ἐπαύξοντα, στρατιώτας καὶ χρήματα· καὶ ταῦτα δι' ἀλλήλων συνεστηκέναι· τῇ τε γὰρ τροφῇ τὰ στρατεύματα συνέχεσθαι, καὶ ἐκείνην ἐκ τῶν ὅπλων συλλέγεσθαι. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτω καὶ ἔλεγε καὶ ἐφρόνει. καθημένου δὲ αὐτοῦ ἐν τῇ Ῥώμῃ, ἄραντες ἐκ Καμπανίας οἱ στρατιῶται, (ἐκεῖ γάρ, ὡς καὶ ἐς τὴν Ἀφρικὴν * περαιωσόμενοι, ἦσαν) ἐπῆσαν τῇ Ῥώμῃ, * μηδενὸς φειδόμενοι. ὁ οὖν Καῖσαρ, ὡς τάχιστα τῆς προσόδου αὐτῶν ᾔσθετο, ἠθέλησε μὲν τὸ δορυφορικὸν * ἐπ' αὐτοὺς ἀντιπέμψαι· φοβηθεὶς δὲ μὴ καὶ ἐκεῖνοι συστασιάσωσιν αὐτοῖς, ἡσύχασεν. ἐς δὲ τὸ προάστειον ἐλθοῦσιν αὐτοῖς * προσέπεμψε, καὶ ἐπύθετο τί βουλόμενοι καὶ τίνος χρῄζοντες ἥκοιεν. ἀποκριναμένων δὲ σφῶν, ὅτι αὐτῷ ἐκείνῳ ἐροῦσιν, ἐπέτρεψεν αὐτοῖς ἄνευ τῶν ὅπλων, πλὴν τῶν ξιφῶν, (ταῦτα γὰρ οὐδ' ἂν ὑπομεῖναι καταθέσθαι) εἰσελθεῖν εἰς τὸ ἄστυ. δεινῶς δὲ αὐτῶν ἐγκειμένων ἀφεθῆναι τῆς στρατείας, * ἅτε πολλὰ πεποιηκότων καὶ μὴ τετυχηκότων ὧν ἤλπισαν, (οὐχ ὅτι καὶ ἰδιωτεῦσαι ἐβούλοντο, ἀλλ' ὅτι καταπλήξειν τε τὸν Καίσαρα, καὶ πάνυ ὁτιοῦν καταπράξειν ἐνόμιζον) ἐκεῖνος παρὰ τὴν ἁπάντων δόξαν, ὀρθῶς αὐτοὺς ἔφη λέγειν, καὶ πάντας αὐτοὺς παραχρῆμα, ὡς μηδὲν δῆθεν αὐτῶν δεόμενος, ἀφῆκε· καὶ τὰ γέρα ἐντελῆ δώσειν, ὑπέσχετο τὰ τοῖς τὸν τεταγμένον χρόνον ἐστρατευμένοις διδόμενα. καταπλαγέντες δὲ μετεβάλοντο, καὶ συστρατεύσειν ἀπροφασίστως ὑπέσχοντο. τοῦ δὲ μηδὲν αὐτῶν δεῖσθαι λέγοντος, καὶ σοφιζομένου τοιαῦτά τινα, (πάνυ γὰρ αὐτῶν ἔχρῃζεν) ἰσχυρῶς ἐδέοντο, συγγνώμην αἰτοῦντες ἐφ' οἷς ἐθορύβησαν. συγγνοὺς δὲ μόλις αὐτοῖς, καὶ τοὺς θρασεῖς ἀπολέξας, τοῖς λοιποῖς ἐχρήσατο. τοὺς μέντοι πάνυ θορυβώδεις, ἄλλους κατ' ἄλλην πρόφασιν ἐν τοῖς πολέμοις ἀνήλισκε, τούς τε ἐναντίους δι' αὐτῶν * κατεργαζόμενος. Μετὰ δὲ ταῦτα τῇ συνήθει χρησάμενος ὀξύτητι,

conseruatis. Huius vestem Ægyptii suspenderũt in tropæo, quod statuerant. Verum vbi milites cõuenerunt, ipse Ægyptum in suam dicionem potestátemque redegit, deditque Cleopatræ; cuius causa bellum gesserat. Ex Ægypto profectus aduersus Pharnacen Mithridatis filium, qui Põtum sibi vindicabat, eũ, quo die aggressus est, superauit: deinde in Italiã venit. Fuit Cæsar diligens in pecuniis faciendis. quippe potentiam duabus rebus, pecunia scilicet & militibus, parari, conseruari, atque augeri dicebat: eaque sese mutuo consequi: exercitum commeatu retineri, rursum commeatum armis comparari. idq; non tãtum dicebat, sed etiam sentiebat. Cum Romæ esset, milites ex Campania (vbi erant, vt inde in Africam traiicerẽt) Romam + nemini obuio parcentes venerunt. quorum aduentũ vt Cæsar intellexit, statuit contra eos mittere Prętorianas cohortes: sed veritus ne illæ etiam aliquid seditiose molirentur, continuit se: tãtum ad eos, iam in suburbia ingressos, paucos obuiam misit, qui rogarent quid vellent, & quamobrẽ venissent. Qui cum Cæsari se dicturos respõdissent, eos ipse inermes venire, enses solos gestare, (neque enim deposuissent) atque ita in vrbem ingredi passus est. Hic cœpere milites vehemẽter instare, vt se missos faceret: simul ostẽdere, se magnos labores sustinuisse, nec dũ tamen ea quæ sperauerant, fuisse cõsequutos. Id milites dicebant, non quod vellent priuatã & quietã vitam agere; sed quod existimarent his verbis Cæsare perterrito, se omnia ex animi sententia cõfecturos. At Cæsar, cõtra omnium exspectationem, *Vos vero*, inquit, *recte.* Itaque statim omnes, tamquã amplius nulli vsui forent, dimisit: deniq;,* datis postremis muneribus, promisit iis qui per legitimũ tẽpus militassent, ea quę dari consueuerunt. Tũ cœpere milites obstupefacti consiliũ mutare, seq; in posterũ strenuos milites fore polliceri. Is negare se illorũ opera indigere: idq; astute: valde enim indigebat. illi Cæsarẽ vehemẽter rogare, ab eoq;, quod tumultuati essent, veniã petere: qua ad extremũ data, ac ferocissimis quibusque militib. dimissis, ceteris vsus est. Porro tumultuosos & seditiosos milites, nactus occasionẽ, in bellis cõsumebat, atq; hostes per eos conficiebat. Post hæc cõsueta celeritate,

qua multa prospere gerebat, hieme in Africā transmisit. Cumque e naui egrederetur, forte euenit vt in terram caderet. quem vt milites cōspexerunt pronum cecidisse, ipsi quoq; animis conciderunt; atque grauiter ferentes, tumultuati sunt. Cæsar, ne dubitauit quidem; sed porrecta manu, quasi de industria cecidisset, terram apprehēdit: dein eam osculatus, *Teneo te*, inquit, *Africa*. Eo tēpore Cato & Scipio Africam obtinebāt; cum quibus Iuba Libs erat societate coniunctus. Cato, prudentia iustitiaque antecellebat: Scipio, nobilitate generis, & dignitate superior erat: idcirco, Catone concedente, exercitui imperabat.

E Dionis libro XLIII.

Quo tandem a Cæsare superato, Iuba ita metu perculsus est, vt iam desperata salute, cum Petreio legato Scipionis, qui & ipse rebus suis diffidebat, in *certamen venerit, eo animo, vt in eo vterque moreretur. Cæsar quēdam nomine Sallustium, qui forte tum apud ipsum erat, a quo etiam de iisdem rebus historia conscripta est, Africæ verbo quidem, vt præesset, iussit; re autē, vt diriperet & expilaret: idque fecit. Nam etsi multa cōtra expilatores prouinciarum scripsit, tamen constat eum aliter fecisse; nec non grauiter accusatum, tandem impunitum a Cæsare relictum esse; licet se ipse in historia ' satis infamauerit. Post hanc victoriam Romani ad gratiam Cæsaris, quem (vt antea semper) metuebant, multa decreuerunt: eumq; super ęreā effigiem orbis terrarum collocatū, Semideum esse subscripserūt. Cum autem cōtinuis quattuor diebus triumpharet de Gallis, Ægypto, Pharnace, Iuba, atque Arsinoen reginam Ægypti inter captiuos duceret, dū cum propter magnitudinem & multitudinem rerum gestarum ceteri admirabantur, soli milites irridebant: amorem Cleopatræ, & cōsuetudinem quā adolescens cū Nicomede rege Bithyniæ habuerat, exprobrabant. itaque canebant; *Cæsar Gallias subegit, Nicomedes Cæsarem.* Post hæc frequentes clamabant; *Si recte facies Cæsar, punieris: sin male, regnabis.* Quibus verbis significabāt, Cæsarem, si libertatem patriæ redderet, (quod ipsi iustū existimabant)

δι' ἧς τὰ πολλὰ κατώρθου, χειμῶνος εἰς τὴν Ἀφρικὴν ἐπεραιώθη. ἐκβαίνοντι δ' αὐτῷ τῆς νεὼς, συντυχία τις ἀπαισία ἐγένετο· ἐπεὶ γὰρ ἅμα τῷ τῆς γῆς ἐπιβῆναι, προσέπταισε, καὶ αὐτὸν πεσόντα ἐπὶ στόμα οἱ στρατιῶται ἰδόντες, ἠθύμησαν, καὶ δυσανασχετήσαντες ἐθορύβησαν, οὐ διηπορήθη, ἀλλ' ἐκτείνας τὴν χεῖρα, τήν τε γῆν, ὡς ἑκὼν δὴ πεσὼν, περιέλαβε καὶ κατεφίλησε, καὶ ἀναβοήσας εἶπεν, Ἔχω σε Ἀφρική. εἶχον δὲ αὐτὴν τότε Κάτων καὶ Σκιπίων, καὶ τὸν Ἰόβαν τὸν Λίβυν ἔχοντες σύμμαχον. προεῖχε δ' ὁ μὲν Κάτων συνέσει τε καὶ δικαιοσύνῃ, ὁ δὲ Σκιπίων γένει καὶ ἀξιώματι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τοῦ στρατοπέδου ἦρχε, παραχωρήσαντος Κάτωνος.

[Ἐκ τοῦ μγ' τῶν Δίωνος βιβλίων]

Καῖσαρ δὲ χρόνῳ καὶ τοῦτον νικήσας, καὶ τὸν μὲν Ἰόβαν οὕτω κατέπληξεν, ὥστε ἀπογνόντα τῆς σωτηρίας, τῷ * Πετρείῳ τῷ ὑποστρατήγῳ τοῦ Σκιπίωνος, μηδὲ αὐτῷ ἐλπίζοντι τυχεῖν ἀδείας, μονομαχῆσαι καὶ συναποθανεῖν. Σαλούστιον δέ τινα, συνόντα αὐτῷ, καὶ ταυτὶ τὰ πράγματα συγγραψάμενον, ἄρχειν τῆς Ἀφρικῆς ἔταξε, τοῦτο μὲν τῷ λόγῳ, τῷ μέντοι ἔργῳ ἄγειν αὐτὴν καὶ φέρειν. ἀμέλει καὶ ἐδωροδόκησε πολλὰ καὶ ἥρπασε. καὶ πολλὰ καὶ πικρὰ περὶ τῶν ἐκκαρπουμένων τινὰς εἰπὼν, οὐκ ἐμιμήσατο τῷ ἔργῳ τοὺς λόγους· ὅθεν εἰ καὶ τὰ μάλιστα κατηγορηθεὶς ἀφείθη ὑπὸ τοῦ Καίσαρος, ἀλλ' αὐτός γε ἑαυτοῦ, καὶ πάνυ τῇ συγγραφῇ * ἐσιώπησε. Μετὰ δὲ τὴν νίκην ταύτην, ἄλλα τε πολλὰ τῷ Καίσαρι οἱ Ῥωμαῖοι, κολακεύοντες αὐτὸν καὶ φοβούμενοι, καθάπερ που καὶ πρότερον, ἐψηφίσαντο, καὶ ἐπὶ εἰκόνα αὐτοῦ τῆς οἰκουμένης χαλκοῦν ἐπιβιβασθῆναι, γραφὴν ἔχοντα, ὅτι ἡμίθεός ἐστι. Θριάμβοις δὲ καταγαγὼν ἐπὶ τέσσαρσιν ἐφεξῆς ἡμέραις, τόν τε Γαλατῶν, καὶ τὸν Αἰγυπτίου, τόν τε Φαρνάκου, καὶ τὸν Ἰόβου, καὶ τὴν Ἀρσινόην τὴν τῆς Αἰγύπτου βασιλίσσαν ἐν τοῖς αἰχμαλώτοις παραγαγὼν, πρὸς μὲν τῶν ἄλλων ἐπὶ τῷ μεγέθει καὶ πλήθει τῶν πράξεων ἐθαυμάζετο, πρὸς δὲ τῶν στρατιωτῶν ἐτωθάζετο. τόν τε γὰρ τῆς Κλεοπάτρας αὐτοῦ ἔρωτα ἔσκωπτον, καὶ τὴν παρὰ τῷ Νικομήδει τῷ Βιθυνίας βασιλεύσαντι διατριβὴν, ὅτι μειρακιόν ποτε παρ' αὐτῷ ἐγεγόνει, διεκερτόμησαν· ὥστε καὶ εἰπεῖν, Καῖσαρ μὲν Γαλάτας ἐδουλώσατο, Καίσαρα δὲ Νικομήδης. τέλος δὲ ἐφ' ἅπασιν αὐτοῖς ἀθρόοι ἀναβοήσαντες, εἶπον ὅτι, Ἂν μὲν καλῶς ποιήσῃς, κολασθήσῃ· ἂν δὲ κακῶς, βασιλεύσεις. τοῦτο δ' αὖθις ἐβούλετο δηλοῦν ὅτι, ἂν μὲν ἀποδώσῃ τῷ δήμῳ αὐτονομίαν, (ὅπερ που δίκαιον ἐνόμιζον εἶναι)

* κριθησε-

κριθήσοιτο ἐφ' οἷς ἔξω τῶν νόμων εἰργάσατο, καὶ δίκην ὑφέξει· ἂν δὲ τῇ δυναστείᾳ ἐμμείνῃ, (ὅπερ που ἀδικοῦντος ἔργον ἦν) μοναρχήσει. ἐπὶ μὲν οὖν τῇ Κλεοπάτρᾳ οὐκ ἐδυσχέραινε, περὶ δὲ τὰς περὶ τοῦ Νικομήδους διαβολὰς ἐδυσχέλαινε, καὶ κατομνύων, γέλωτα* προσωφλίσκανε. τῇ δὲ τελευταίᾳ τῶν νικητηρίων ἡμέρᾳ, ἐπεὶ ἐκ τοῦ δήμου ἐγένετο, ἔς τε τὴν αὐτοῦ ἀγορὰν εἰσῆλθε βλαύτας ὑποδεδημένος, καὶ ἄνθεσι παντοδαποῖς ἐστεφανωμένος· κἀκεῖθεν οἴκαδε, παντὸς μὲν (ὡς εἰπεῖν) τοῦ δήμου παραπέμποντος αὐτὸν, πολλῶν δὲ ἐλεφάντων λαμπάδας φερόντων, ἐκομίσθη. εἶτα πολλοὺς καὶ παντοδαποὺς ἀγῶνας ἔθηκε, θέατρόν τε κυνηγετικὸν ἰκριώσας ὃ καὶ ἀμφιθέατρον, ἐκ τοῦ πέριξ πανταχόθεν ἕδρας ἄνευ σκηνῆς ἔχειν, προσερρήθη. περὶ μὲν δὴ τῶν ἄλλων ζώων μακρὸν ἂν εἴη διεξιέναι λεπτομερῶς. περὶ δὲ δὴ τῆς καμηλοπαρδάλιδος ὠνομασμένης ἐρῶ, ὅτι τότε πρῶτον ἐς τὴν Ῥώμην εἰσήχθη. τὸ γὰρ ζῶον τοῦτο, τὰ μὲν ἄλλα κάμηλός ἐστι, πλὴν καθόσον οὐκ ἐκ τοῦ ἴσου τῶν κώλων ἔχει· τὰ μὲν γὰρ ὀπίσθια αὐτοῦ, χθαμαλώτερά ἐστιν· ἀρχόμενον δὲ ἀπὸ τῶν γλουτῶν, ὑψοῦται κατὰ βραχὺ, ὥστε ἀναβαίνοντί που ἐοικέναι· καὶ μετεωρισθὲν ἐπὶ πλεῖστον, τὸ μὲν ἄλλο σῶμα ἐπὶ τῶν ἐμπροσθίων σκελῶν, τὸν δὲ αὐχένα εἰς ὕψος αὖ ἴδιον ἀνατείνει. τὴν δὲ δὴ χρόαν κατέστικται ὥσπερ πάρδαλις· καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ ὄνομα ἐπίκοινον ἀμφοτέρων φέρει. Ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσι τούτοις ἄλλοι τε πρὸς ἀλλήλους, καί τινες ἀπ' ἐλεφάντων τεσσαράκοντα ἐμαχέσαντο. καὶ τέλος ναυμαχίαν οὐκ ἐν τῇ θαλάσσῃ, ἀλλ' ἐν τῇ ἠπείρῳ ἐποίησε. χωρίον γάρ τι ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ κοιλάνας, ὕδωρ τε ἐς αὐτὸ ἀνῆκε, καὶ ναῦς ἐσήγαγεν. ἐμάχοντο δὲ οἵ τε αἰχμάλωτοι καὶ οἱ θάνατον ὠφληκότες. τήν τε ἱππασίαν τὴν Τροίαν καλουμένην οἱ παῖδες οἱ εὐπατρίδαι κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἐποιήσαντο, καὶ ἐφ' ἁρμάτων οἱ νεανίσκοι οἱ ὁμότιμοι αὐτοῖς ἡμιλλήσαντο. Ἔσχε μὲν οὖν καὶ ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν φονευομένων αἰτίας, ὅτι μήπω διακορὴς αἵματος ἐγεγόνει· πολὺ δὲ δὴ μείζω, ὅτι ἀμύθητα χρήματα ἐς πάντα ἐκεῖνα ἀνάλωσεν· ὡς καὶ καθ' ἕκαστον ἐπιβοᾶσθαι καὶ ὅτι ἀδίκως αὐτὰ συνελέξατο, καὶ ὅτι ἐς τοιαῦτα αὐτοῖς κατεχρήσατο. τεκμήριον δὲ τῆς τότε πολυτελείας. ἵνα γὰρ μηδένα τῶν θεωμένων ὁ ἥλιος λυπήσῃ, παραπετάσματα ὑπὲρ αὐτῶν σηρικὰ ὑπερεπέτασε· τοῦτο δὲ τὸ ὕφασμα, χλιδῆς βαρβαρικῆς ἔργον ἐστὶ, καὶ παρ' ἐκείνων καὶ ἐς

*supplicio affectum iri, quia contra leges fecisset: si vero dominari pergeret, vt instituerat, (quod factum improbi ciuis erat) tum demũ imperaturum. Cæsar, vt nõ moleste ferebat cum ei amorẽ Cleopatræ obiicerent, ita calumnias de Nicomede iniquo animo patiebatur. quod factum cum adhibito etiam iureiurando negaret, * magis irridebatur. Postremo supplicationis die, relicta plebe, in forum suum introiit crepidatus, & variis floribus coronatus: inde, comitante vniuerso fere populo, atque multis elephantis faces gestãtibus, domum deductus est. Post deinde multa & varii generis spectacula edidit, theatro ad venationẽ exstructo: id postea *amphitheatrum* appellatum est, quod sedes absque scena vndequaq; haberet. Plane de reliquo genere animantium accurate disserere longum esset: de Camelopardali dicẽdum videtur, quæ bellua tum primum Romam venit. Ea, quod quidem ad reliqua spectat, camelus est; nisi quod membra sine proportione habet: sunt enim posteriora paulo humiliora: vt, si a natibus incipias, paulatim altior esse, & quasi ascendere videatur: atque ita cum sit, corpus ad anteriora crura & ceruicem ad iustam altitudinẽ extendit. Color est veluti pardalis variatus: idcirco commune vtriusque nomen habet. In his certaminibus cum alii multi certauerunt inter se, tum nonnulli ab elephantis quadraginta pugnauerunt. Postremo, nauale prœlium nõ in mari, sed in terra fecit, loco in campo Martio defosso, immissaq; aqua, ac nauibus introductis. Pugnauerunt captiui multi, & qui erant rerum capitalium damnati. Fuit quoque equestris ludus, cui *Troia* nomen est: a pueris nobilissimis antiquo more agitatus: cum quibus iuuenes *itidem nobilissimi ex curribus certauerunt. Hominum interfectorũ Cæsar magnam culpam sustinuit, quod nõdum sanguine satiatus aut expletus videretur: multo vero maiorẽ, quod infinitam pecuniam in edẽdis huiusmodi spectaculis consumpsisset. nam vulgo circumferebatur, quod eam per iniuriam fecisset, idcirco in eos vsus impendisse. Porro autẽ magnificentissimi apparatus argumentum est, quod, ne Sol spectatoribus molestus esset, conopea serica supra extensa fuerunt: qui panni facti primo ad barbarorum voluptatem, ab illis ad

nos ad muliebres delicias fuerũt importati. Post hęc milites tumultuati sunt: neq; ante destiterunt, quam Cęsar repente venisset, atq; vnum ex iis captum manu sua trahi ad suppliciũ iussisset. Multas leges tulit, sed in primis dies anni, parũ antea inter se consentiẽtes, (nam tum cum Lunæ ratione menses congruebant) in præsentẽ ordinem adduxit, prioribus sexaginta diebus, septem aliis adiectis, qui ad perfectam rationem facere magnopere videbãtur. Id Cæsar ex Alexandria, in qua commoratus erat, reportauit: nisi quod apud illos singuli mẽses triginta diebus constant, deinde toti anno quinque dies adiiciuntur. Cæsar vero iisdem mensibus ad eos quinque duos quoque, quos vni detraxit, addidit; adiuncto ad extremũ quinto cuique anno, eo die, qui quatuor partibus compleretur. Itaque sic annos ordinauit, vt rara sit horarum commutatio. nam annos mille quadringentos sexaginta vnum vno alio die intercalari tantummodo constat indigere. Cum filii Põpeii in Hispania maximum bellum mouerẽt, ipse cum iis pugnat: quæ pugna cum permagna fuisset, & ita pares vtrimque exercitus, vt etiã belli duces, quia de summa rerum decertabatur, ex equis descenderent, atq; graui imminente periculo, inter ceteros pugnarẽt: [7] Bogud, qui forte cum aliis ducibus non erat, aliunde in castra Pompeii irruit. Quod vt vidit Labienus, relictis ordinibus illum est consequutus. Pompeiani, rati Labienum fugere, illico animos despõderunt; [7] neque postea, cum id quod verum erat, resciuissent, colligere se aut recipere potuerunt. Hanc Cæsar postremam victoriam reportauit: etsi sperabat lõge maxima se confecturũ. Nam in quo loco pugnatum est, ramus palmę statim post victoriam natus est: quæ res tamen nihil de Cæsare, sed de Octauio, eius [8] sororis nepote, portẽdebat. Is tum erat in exercitu, & multis laboribus susceptis, periculisq; aditis, clarus erat futurus. Igitur Cæsar rerum potitus, perfecit, quamquã ciuib. inuitis, vt publico decreto in conuentibus regia veste indui, coronaq; laurea ornari perpetuo sibi liceret: cuius rei causam, quod caluus esset, afferebat. Idẽ molliorib. vestibus vtebatur,

ἡμᾶς ἐς τρυφὴν τὴν πάνυ γυναικικὴν περιττὴν ἐσπεφοίτηκεν. Ἐπὶ τούτοις οἱ στρατιῶται ἐθορύβησαν· καὶ οὐ πρότερόν γε ἐπαύσαντο ταραττόμενοι, πρὶν τὸν Καίσαρα ἄφνω τε αὖθις ἐπελθεῖν, καὶ χειρωσάμενόν τινα αὐτοχειρίᾳ πρὸς τιμωρίαν παραδοῦναι. Ἐνομοθέτησε δὲ ἄλλα τε πολλά, καὶ τὰς ἡμέρας τῶν ἐτῶν, οὐ πάνυ τι ὁμολογούσας σφίσι, (πρὸς γὰρ τὰς τῆς σελήνης περιόδους ἔτι καὶ τότε τοὺς μῆνας ἦγον) κατεστήσατο ἐς τὸν νῦν τρόπον, ἑπτὰ ταῖς ἑξήκοντα ἡμέραις ἐμβαλών, ὅσαιπερ ἐς τὴν ἀπαρτιλογίαν παρέφερον. τοῦτο δὲ ἐκ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διατριβῆς ἔλαβε· πλὴν καθ᾽ ὅσον ἐκεῖνοι μὲν τριακονθημέρους τοὺς μῆνας λογίζονται, ἔπειτα ἐπὶ παντὶ τῷ ἔτει τὰς πέντε ἡμέρας ἐπάγουσιν. ὁ δὲ δὴ Καῖσαρ ἐς μῆνας ταύτας τε, καὶ τὰς ἑτέρας δύο, ἃς ἀφ᾽ ἑνὸς μηνὸς ἀφεῖλεν, ἐνήρμοσε· τὴν μέντοι μίαν τὴν ἐκ τῶν τεταρτημορίων συμπληρουμένην, διὰ πέντε καὶ αὐτὸς ἐτῶν εἰσήγαγεν, ὥστε μηδὲν ἔτι τὰς ὥρας αὐτῶν πλὴν ἐλαχίστου παραλλάττειν. ἐν γοῦν χιλίοις καὶ τετρακοσίοις καὶ ἑξήκοντα καὶ ἑνὶ ἔτει, μιᾶς ἄλλης ἡμέρας ἐμβολίμου δέονται. Τῶν δὲ Πομπηΐου παίδων στρατιὰν ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ μεγάλην συστησαμένων, ἐπολέμησεν αὐτοῖς. καὶ μεγάλης μάχης γενομένης αὐτοῖς, καὶ ἰσορρόπων ὄντων τῶν στρατευμάτων ἐπὶ πολύ, ὡς καὶ αὐτοὺς τοὺς ἡγεμόνας ὑπὲρ τῶν ὅλων ἀγωνιάσαντας καταβῆναί τε ἀπὸ τῶν ἵππων, καὶ τοῦ κινδύνου τοῖς στρατιώταις συμμεταλαβεῖν, ὁ * Βογούας ἔξωθέν που τῶν συνεστηκότων ὤν, ἐπὶ τὸ τοῦ Πομπηΐου στρατόπεδον ὥρμησε. καὶ ὁ Λαβιηνός, ὡς τοῦτο εἶδε, τήν τε τάξιν ἐξέλιπε, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἐτράπετο· φεύγειν γὰρ αὐτὸν οἱ * Πομπήϊοι νομίσαντες, ἠθύμησαν· καὶ ἔμαθον μέν που τὸ ἀληθὲς ὕστερον, οὐ μέντοι καὶ ἀναλαβεῖν αὑτοὺς ἔτ᾽ ἠδυνήθησαν. Ταύτην τὴν νίκην ἐσχάτην ἀνείλετο, καίπερ καὶ ἄλλα μέγιστα καταπράξειν ἐλπίσας. βλαστὸς γάρ τις ἐκ φοίνικος ἐν τῷ τῆς μάχης χωρίῳ εὐθὺς ἐπὶ τῇ νίκῃ ἐξέφυ. τοῦτο δὲ ἄρα οὐκ ἐς ἐκεῖνον ἐσήμαινεν, ἀλλ᾽ ἐς τὸν τῆς * ἀδελφῆς αὐτοῦ παῖδα τὸν Ὀκταούϊον. συνεστρατεύετο γάρ, καὶ ἐκ τῶν πόνων αὐτοῦ τῶν τε κινδύνων ἐκλάμψειν ἔμελλεν. εἶχε μὲν οὖν ὅσα ἠβούλετο· καὶ ἀκόντων τῶν αὐτοῦ πολιτῶν δηλονότι, ὅμως ἐψηφίσθη αὐτῷ τήν τε βασιλικὴν στολὴν ἐν ταῖς πανηγύρεσιν ἐνδιδύσκεσθαι, καὶ τῷ στεφάνῳ τῷ δαφνίνῳ διὰ παντὸς χρῆσθαι. καὶ πρόφασιν μὲν ἐποιεῖτο τοῦτο, ὅτι ἀναφαλαντίας ἦν. ἐκαλλωπίζετο μέντοι καὶ τῇ ἐσθῆτι χαυνοτέρᾳ,

καὶ τῇ

καὶ τῇ ὑποδέσει ἐνίοτε καὶ ὑψηλῇ καὶ ἐρυθροχρόῳ. τὸ δ᾽ οὕτω χαῦνον τοῦ* σχήματος αὐτοῦ ὁ Σύλλας ὑπετόπησεν, ὥστε καὶ ἀποκτεῖναι αὐτὸν ἐθελῆσαι· τοῖς τε ἐξαιτησαμένοις εἰπεῖν ὅτι, Ἐγὼ μὲν χαριοῦμαι τοῦτον ὑμῖν, ὑμεῖς μέντοι καὶ πάνυ τοῦτον τὸν κακῶς ζωννύμενον φυλάττεσθε. ὁ δὲ [δὴ] Κικέρων οὐ συνενόησεν, ἀλλὰ καὶ σφαλεὶς ἔφη ὅτι, Οὐκ ἄν ποτε προσεδόκησα τὸν κακῶς ζωννύμενον Πομπηΐου κρατήσειν. Ἐψηφίσθη δὲ αὐτῷ δημοσίᾳ καὶ τὸ τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα, οὐχ ὥσπερ τοῖς τινὰ μάχην μεγάλην νικήσασιν, οὐδ᾽ ὥσπερ τοῖς αὐτοτελῆ τινα ἐξουσίαν λαβοῦσιν, ἀλλὰ καθάπαξ τοῦτο δὴ τὸ καὶ νῦν τοῖς τὸ κράτος ἀεὶ ἔχουσι διδόμενον, καὶ πρῶτος αὐτοκράτωρ τότε ἀνηγορεύθη· ὥστε καὶ ἀπὸ τούτου τοὺς αὐτοκράτορας τῶν Ῥωμαίων δεῖ ἀριθμεῖν. Εἰκόνα δὲ αὐτοῦ ἐλεφάντινον ποιήσαντες, παρὰ τὴν τοῦ Βρούτου τοῦ παλαιοῦ ἔστησαν, τοῦ τοὺς τυράννους ἐκβαλόντος. ὅθεν καὶ θαυμάσειέ τις τὴν συντυχίαν· ἔμελλε γὰρ παρὰ τοῦ Βρούτου τοῦ Μάρκου, *ὃς ἀπόγονος ἐκείνου ἦν, ἐπιβουλευθεὶς ἀναιρεθῆναι. Πολλὰ δὲ παρὰ τὰ πάτρια ποιῶν, ὑπάτους καθίστη πλείους τοῦ ἔτους ἑκάστου, ὥστε καὶ εἰς τὴν τελευταίαν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἡμέραν, ἀποθανόντος τοῦ καθεστηκότος ὑπάτου, Κανίνιόν τινα ἕτερον ἀντ᾽ αὐτοῦ ὕπατον* καταστῆσαι. ὅπερ καὶ ὁ Κικέρων διασκώπτων, τοσαύτῃ ἔφη τὸν ὕπατον καὶ ἀνδρίᾳ καὶ φροντίδι ἐν τῇ ἀρχῇ κεχρῆσθαι, ὥστε μηδὲ τὸ βραχύτατον ἐν αὐτῇ κεκοιμῆσθαι. Τήν τε [δὴ] Καρχηδόνα, τήν τε Κόρινθον, πόλεις ἀρχαίας καὶ λαμπρὰς, ἐπισήμους, ὑπὸ Ῥωμαίων ἀπολωλυίας, αὐτὸς ἀνέστησε, καὶ ἀπῴκισε. καὶ αἱ μὲν, ὥσπερ ἅμα πρότερον καθῃρέθησαν, οὕτω καὶ τότε ἅμα ἀνεβιώσκοντο, καὶ ἔμελλον καὶ αὖθις ἀνθήσειν.

[Ἐκ τοῦ μδ᾽ τῶν Δίωνος βιβλίων]

*Βουλομένου δ᾽ αὐτοῦ καὶ παρασκευαζομένου στρατεύειν ἐπὶ τοὺς Πάρθους, οἱ περὶ τὸν Βροῦτον τὸν Μάρκον, καὶ τὸν Κάσσιον τὸν Γάϊον, ἐπεβούλευσαν αὐτῷ, καὶ ἀπέκτειναν, ὡς μὲν ὁ συγγραφεὺς λέγει, δι᾽ ἀγριώδη τινὰ οἶστρον· (τοὺς Καίσαρας δεδιώς που, καθάπερ εἰκὸς συγκλητικὸν ὄντα καὶ οὐ τῶν ἀφανῶν, οὐδ᾽ ἱστορίας ἀφανῆ συνθέντα) ὡς δὲ τὸ ἀληθὲς ἔχει, καὶ ὁ Πλούταρχος ἐν τοῖς Παραλλήλοις διδάσκει, διὰ φρονήματος ἀξίωμα φιλελεύθερον, καὶ προαιρέσεως εὐδοξίας ἥκιστα ἐθελόδουλον. τοιοῦτοι γὰρ οἱ περὶ [τὸν] Βροῦτον. ὅμως ὁ συγγραφεὺς τὴν

& interdum* caligis paulo altioribus, ac rubri coloris. Quã* cincturæ laxitatem Sylla adeo suspectã habuit, vt eũ occidere voluerit. deprecantibus autem nõnullis, *Ego*, inquit, *hoc vobis gratificabor; vos vero hunc male præcinctum cauete.* Quam rem etsi nõ intellexit Cicero, tamẽ[10] rebus fractis ait; *Numquam putaui Pompeium ab homine male præcincto superatũ iri.* Decretũ publice fuit vt Cęsar *Imperator* nominaretur, non quemadmodũ Imperatores dicũtur ii, qui ex magno prœlio victoriam reportauerunt, aut qui in magna potentia sunt; sed quomodo ii qui, quod summum imperium habent, idcirco nostris temporibus Imperatores appellãtur. qua ratione Cęsarem primum omniũ Imperatorem, deinde post illum ceteros Romanorum Imperatores numeramus. Cæsari statua eburnea iuxta statuã Bruti, eius qui reges exegerat, est collocata. qua ex re cuctum rerum admirari licet. Futurum enim erat, vt a Marco Bruto, qui ex illo superiore genus ducebat, ipse ex insidiis necaretur. Cũ alia multa faceret contra mores institutaq; maiorum, tum singulis annis plures Cõsules faciebat; adeo vt postremo anni die, Consule vita functo, Caninium in locum demortui Consulem suffecerit. de quo Cicero iocose, *Consulem*, inquit, *habuimus vigilantissimum & fortissimum, qui in toto suo Consulatu somnum non vidit.* Carthaginem & Corinthũ, vrbes antiquissimas atque florentissimas, quæ fuerãt a Romanis deletæ, instaurauit, in easque colonias deduxit: quæ, sicut antea vno eodemque tempore dirutæ fuerant, ita tum vna reficiebantur, ac florere incipiebant.

E Dionis libro XLIIII.

Cum iam cõpararet exercitũ contra Parthos, eũ M. Brutus, & C. Cassius, insidiis factis interfecerunt; furore atq; amentia impulsi, vt auctor historiæ, metuẽs Cæsares, scribit. Sic enim fortasse loqui decebat Senatorem, & nobilẽ virum, qui illustrem historiam cõponebat. Reuera autẽ, vt & Plutarchus in Parallelis ostendit, prudẽtes eo venere, & cum dignitate suscepto cõsilio; vt se Remq; publicã in libertatem vindicarent: nam tales eos fuisse constat. Dion vero, vnius

viri dominationem reipublicæ præponendam putat; idque planum facere his rationibus cõatur. * Cum tãta sit (inquit) vrbis Romæ magnitudo, quæ pulcherrimi atque amplissimi orbis terrarum imperium tenet, in quo diuersis & contrariis inter se moribus multarum gentium homines viuunt, quæ omnibus diuitiis referta, variis actionibus & fortunis priuatim publiceque vtitur: fieri non potest vt in republica mediocritas teneatur: multoque ait esse facilius, vnum bonum & moderatum virum, quam multos inueniri: postremo necesse esse, grauiora damna, acrioresque iniurias a multis quam ab vno exsistere. Cæsari aũt adulatores mortis causam fuisse, idẽ auctor testis est. ab his enim, nouis summisque honoribus elatus & inflatus, eorundem calumniam postea non effugit. Cœperunt isti mẽsem, in quo natus erat, *Iulium* appellare: deinde * Cæsarem ipsum, deumq; præterea Iouem, corã nominare: postea templum ei facere, eique templo sacerdotem Antonium, vt Dialem quendam, præesse voluerunt; decretis, quæ de his rebus facta sunt, in columnis argẽteis aureis litteris scriptis. Id propterea faciebãt, quod eiusmodi decretis eum exsultãtem, atque omnia fere admittentem viderent; partim quidem assentantes, partim vero illudẽtes; vt eam ob rem in inuidiam veniret, & odium acerbissimum; itaque celerius (id quod euenit) moreretur. Regium nomen, quo fuit a quibusdã nominatus, recusauit: de quib. tamen cũ tribuni confidenter quæsiuissent, essentque supplicium sumpturi, ac de statua eius diadema, quod ei fuerat impositum, libere detraxissent, eos iratus tribunicia potestate priuauit, & Senatu mouit. quæ res hominibus suspicionem attulit, eum nomen regium affectare, sed ad id accipiendum cogi quodammodo velle. Itaq; tum magno odio apud omnes fuit. Subscriptum a quibusdã fuit Lucii Bruti statuę, *Vtinam viueres*: item tribunali M. Bruti, (nã is tum erat Prætor vrbanus; sella vero, de qua iudex pronuntiat, *tribunal* appellatur) *Dormis Brute; nec Brutus es; nos vero Bruto egemus.* Maxime autem in superbiam & arrogantiam eius, odium cõcitatum est. Nam cũ Senatus vniuersus ad ipsum venisset salutandi causa, eum ille sedens excepit. id peccatum defendebant

μοναρχίαν τῆς δημοκρατίας ὑπερτιθεὶς, τοιούτοις κέχρηται πρὸς ἀπόδειξιν λογισμοῖς. πόλιν γάρ φησι τηλικαύτην τὸ μέγεθος, καὶ τοῦ τε καλλίστου τοῦ τε πλείστου τῆς ἐμφανοῦς οἰκουμένης ἄρχουσαν, καὶ πολλὰ μὲν ἀνθρώπων ἤθη καὶ διάφορα κεκτημένην, πολλοὺς δὲ καὶ μεγάλους πλούτους ἔχουσαν, ταῖς τε πράξεσι καὶ ταῖς τύχαις παντοδαπαῖς καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ χρωμένην, ἀδύνατον μὲν ἐν δημοκρατίᾳ σωφρονῆσαι, καὶ ῥᾷον ἕνα τινὰ χρηστὸν ἢ πολλοὺς εὑρεῖν, καὶ πλείω καὶ μείζω τὰ δυσχερῆ ἀπὸ πολλῶν κακῶν, ἢ ἀφ' ἑνὸς ἀνάγκη συμβαίνειν.

Αἰτιώτατον δὲ γενέσθαι τῆς ἀναιρέσεως τοῦ Καίσαρος, τοὺς κόλακας λέγει, οἵτινες ταῖς τε καινότησι καὶ ταῖς ὑπερβολαῖς τῶν τιμῶν ἐξάραντες αὐτὸν καὶ φυσήσαντες, ἔπειτα ἐπ' αὐταῖς ἐκείναις καὶ ἐμέμφοντο καὶ διέβαλλον. τόν τε γὰρ μῆνα ἐν ᾧ * ἐγεγένητο, Ἰούλιον μετωνόμασαν· καὶ τέλος καὶ θεὸν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις χρηματίσαντες, * Δία τε αὐτὸν ἄντικρυς Ἰούλιον προσηγόρευσαν, καὶ ναὸν αὐτῷ ἐτεμένισαν, καὶ ἱερέα τούτου τὸν Ἀντώνιον, ὥσπερ τινὰ Διάλιον, ἀπέδειξαν· τά τε δόγματα τὰ περὶ τούτων * γενόμενα, ἐς στήλας ἀργυρᾶς χρυσίοις γράμμασιν ἐνέγραψαν, ἐπεὶ ἑώρων χαίροντα τοῖς ψηφιζομένοις, καὶ πλὴν ὀλίγων πάντα δεχόμενον. οἱ μὲν γὰρ * ὑπερκολακεύοντες, οἱ δὲ καὶ διασκώπτοντες, ἔς τε τὸ ἐπίφθονον καὶ τὸ νεμεσητὸν * προαγαγεῖν αὐτὸν [ὅτι τάχιστα] βουλόμενοι, τοῦτ' ἐποίησαν ἵνα θᾶσσον ἀπόληται· ὃ καὶ ἐγένετο. βασιλέα γοῦν αὐτὸν προσαγορευσάντων τινῶν, τὸ μὲν ὄνομα παρῃτήσατο· τοὺς δὲ δημάρχους, ὅτι παρρησίᾳ χρησάμενοι τούτους τε ἀνεζήτησαν καὶ ὑπὸ δίκην ἀγαγεῖν ἠβουλήθησαν, τό τε διάδημα τὸ τῷ ἀνδριάντι αὐτοῦ περιτεθὲν, ἐκεῖθεν ἀνέσπασαν, τῆς τε δημαρχίας ἀπήλασεν ὀργισθεὶς, κἀκ τοῦ συνεδρίου ἀπήλειψεν. * ὑποπτεύεσθαι οὖν ἐφίεσθαι μὲν τοῦ ὀνόματος, βούλεσθαι δὲ ἐκβιασθῆναί πως λαβεῖν αὐτό. καὶ δεινῶς ἐμισήθη. ἐπέγραψαν γοῦν τινες τῇ τοῦ παλαιοῦ Βρούτου εἰκόνι, Εἴθε ἔζης· καὶ * τῷ Μάρκου τοῦ Βρούτου βήματι, (ἐστρατήγει γὰρ, καὶ βῆμα τὸ τοιοῦτον ὀνομάζεται ἐφ' οὗ τις ἱζόμενος δικάζει) Καθεύδεις ὦ Βροῦτε, καὶ Βροῦτος οὐκ εἶ· ἡμεῖς δὲ Βρούτου χρῄζομεν. μάλιστα δὲ διεμισήθη ὡς ὑπερήφανος, ὅτι τῆς βουλῆς συμπάσης προσιούσης αὐτῷ ποτὲ καὶ ἀσπασαμένης αὐτὸν, καθήμενος σφᾶς προσεδέξατο. ἔλεγον μὲν γὰρ ἀπολογούμενοί

τινες

τινὲς ὑπὲρ αὐτοῦ μετὰ ταῦτα, ὅτι τῆς κοιλίας ἀκρατὴς ὑπὸ διαῤῥοίας ἐγεγόνει, καὶ διὰ τοῦτο, ἵνα μὴ * ἐξοιδήσῃ, κατέμεινεν. οὐ μέντοι καὶ πείθειν τοὺς πολλοὺς ἐδύναντο, διὰ τὸ μετ' οὐ πολὺ ἐξεγερθέντα αὐτὸν αὐτοποδίᾳ οἴκαδε κομισθῆναι. Πρὸ μέντοι τῆς ἀναιρέσεως σημεῖα αὐτῷ οὔτ' ὀλίγα οὔτ' ἀφανῆ ἐγένετο. τά τε γὰρ ὅπλα τὰ Ἄρεια, παρ' αὐτῷ τότε, ὡς καὶ παρὰ ἀρχιερεῖ κατά τι πάτριον κείμενα, ψόφον τῆς νυκτὸς πολὺν ἐποίησε, καὶ αἱ θύραι τοῦ δωματίου ἐν ᾧ ἐκάθευδεν, αὐτόμαται ἀνεῴχθησαν. αὐτὸς δὲ τοσοῦτον ἐθάρσει, ὥστε καὶ πρὸς τὸν μάντιν τὸν τὴν ἡμέραν ἐκείνην φυλάξασθαί ποτε προαγορεύσαντα, εἰπεῖν ἐπισκώπτων, Ποῦ δῆτά σου τὰ μαντεύματα; ἢ οὐχ ὁρᾷς ὅτι τε ἡ ἡμέρα ἣν ἐδεδίεις πάρεστι, καὶ ἐγὼ ζῶ; καὶ ἐκεῖνος, Ναὶ πάρεστιν, ἔφη, οὔπω δὲ παρελήλυθεν. Ἐν δὲ τῷ συνεδρίῳ περιστάντες αὐτὸν καθήμενον οἱ τὴν ἐπιβουλὴν ἐξαρτύσαντες, πολλαχόθεν ἅμα προσπεσόντες ἐξαίφνης, κατέτρωσαν. λέγεται δὲ ὅτι πρὸς τὸν Βροῦτον ἰσχυρῶς πατάξαντα ἔφη, Καὶ σὺ τέκνον; Μετὰ δὲ τὸν θάνατον τοῦ Καίσαρος, τοῦ μὲν Λεπίδου μετὰ τῶν στρατιωτῶν τὴν ἀγορὰν κατειληφότος, πρόσχημα μὲν, τιμωρῆσαι τῷ Καίσαρι, τὸ δ' ἀληθὲς, νεωτέρων πραγμάτων καὶ δυναστείας ἐπιθυμίᾳ· τῶν δὲ περὶ τὸν Βροῦτον καὶ Κάσσιον εἰς τὸ Καπιτώλιον ἀναβάντων, καὶ μεγάλου κινδύνου τῇ Ῥώμῃ ἐπηρτημένου, ὁ Κικέρων δημηγορήσας, εἰς ὁμόνοιαν ἅπαντας ἤγαγε· καὶ τοῦ Ἀντωνίου περὶ τὰς διαλλαγὰς ταύτας σπουδάσαντος οὐχ ὅτι καὶ εἰρήνης ἐπεθύμει, ἀλλ' ὅτι τότε ἰδιώτης ὤν, καὶ δυναστείας ἐπιθυμῶν, οὐκ ἤθελησεν ἄλλον τινὰ πρότερον ἐκ τῆς τότε * συστάσεως αὐτὴν προσλαβεῖν. οὐ μὴν ἀλλὰ συνιόντων αὐτῶν, καὶ Βρούτου μὲν πρὸς τὸν Λέπιδον, (καὶ γὰρ ἐν γένει αὐτῷ ἦν) Κασσίου δὲ πρὸς τὸν Ἀντώνιον ἀπελθόντος, καὶ συνδειπνούντων αὐτῶν, ἄλλα τε (ὥσπερ εἰκὸς ἐν τῷ τοιούτῳ) πολλὰ ἐλέγετο, καὶ ἐπήρετο τὸν Κάσσιον ὁ Ἀντώνιος, Ἆρά τι καὶ νῦν ξιφίδιον ὑπὸ μάλης ἔχεις; καὶ ὅς, Καὶ μάλα, ἔφη, μέγα, ἄν γε καὶ σὺ τυραννῆσαι ἐπιθυμήσῃς. Μετὰ δὲ ταῦτα ἀναγνωσθείσης δημοσίᾳ τῆς τοῦ Καίσαρος διαθήκης, ἐν ᾗ τῷ πλήθει ἀνὰ * ἑβδομήκοντα ἑκάστῳ δραχμὰς δοθῆναι ἐκεκελεύκει· ἔπειτα δὲ καὶ τοῦ νεκροῦ ἐς τὴν ἀγορὰν προτεθέντος, καὶ λόγου ἐπ' αὐτῷ τοῦ Ἀντωνίου εἰπόντος, οὕτως ὁ δῆμος ἐθορύβησεν, ὡς τὸν μὲν Καίσαρα ἐν τῇ ἀγορᾷ καῦσαι καὶ θάψαι, βωμόν * τε ἱδρῦσαι, καὶ θύειν ὡς θεῷ τῷ

nonnulli excuſatione profluuii ventris; quod cum eũ antea arripuiſſet, nec dum plane cõſtitiſſet, merito dicebãt ſediſſe, ne quid excerneret. ſed hanc cauſam ideò minus multis probarunt, quod paulo poſt, cũ inde ſurrexiſſet, pedibus domum reuertit.

Sed Cæſari futura cædes multis portentis antea ſignificata eſt. Martis enim arma (quæ tum apud ipſum more maiorum ſeruabantur, quia Pontifex erat) ſonuerũt: prętereà fores cubiculi in quo dormiebat, ſua ſponte apertæ ſunt. Ille nihilo magis dubitabat. Nam aruſpici, qui olim, vt eum diem caueret, præmonuerat, ridens fertur dixiſſe; *Vbi ſunt reſponſa & vaticinationes tuæ? Non vides eum diem, quem metuebas, veniſſe, & me viuere?* tum ille, *Venit*, inquit, *necdum præteriit.* Igitur coniurati, qui inſidias fecerant, ſedentem in Senatu vndique circumſtant; eique de improuiſo irruentes vulnera inſtigũt. Hic M. Bruto grauiter percutienti, dixiſſe fertur, Καὶ σὺ τέκνον; *Et tu fili?* Poſt Cæſaris necem, Lepidus armatis militib. forum occupauit, quod diceret ſe Cæſarem eſſe vindicaturum: vere autem rebus nouis ſtudebat, & ſibi dominationẽ quærere nitebatur. Brutus vero & Caſſius, in Capitolium aſcenderunt. Igitur cum Roma in maximo periculo eſſet, Cicero habita oratione ciues in concordiã reduxit. Antonius huic reconciliationi operam & ſtudium ſuum nauauit; non quod pacis auctor eſſet, ſed quia per id tempus priuatus ciuis, & dominandi cupidus, nolebat in illa ſeditione & tumultu dominationem ab alio comparari.

* Cum inde ſimul abirent, Brutus ad Lepidum propinquum ſuũ, Caſſius ad Antonium proficiſcitur. Inter cœnandum, cũ alia permulta (vt par eſt in talib.) fuere dicta; tũ vero Caſſium Antonius interrogauit; *An nunc etiam*, inquit, *pugionem ſub axilla geris reconditum? Certè*, inquit, *longè maximum; ſiquidem tu quoque regnum affectabis.* Poſt hæc teſtamento Cæſaris publice recitato, in quo ſeptuaginta [quinque] * denarios populo viritim legauerat: deinde ipſo Cæſare mortuo in foro poſito: poſtremo habita de eo Antonii oratione; plebs ira accenſa atque commota, Cæſarem in foro combuſſit; poſtea ſepeliuit; tũ aram ei dedicare, ad eamque, tamquã eſſet deus

drachmas

Cæsar, sacrificia facere conata est: deinde effrenata & furiosa, cõtra interfectores contendit, atq; Heluium Cinnam tribunum plebis, errore nominis ducta, propter alium Cinnam socium & participem coniurationis, interemit: neque prius cessauit, quam Consules eandem aram euerterunt, latis legibus de quibusdam temerariis ac nefariis hominibus e saxo Capitolino præcipitandis: sanxeruntq; exsecrationibus publicis, neminem in reliquum tempus Dictatorem fore. tamquam enim in solo verbô factorum acerbitas esse videretur, non ex armis, aut cuiusque moribus, aut ex ipsis rebus, nomina magistratus, in quo res ipsæ geruntur, calumniabantur. In hoc tumultu id prætereundum non est, quod Caius Casca tribunus plebis, cum resciuisset Cinnã ex similitudine nominis occisum esse, timuit ne ipse quoque necaretur, [11] quod P. Seruilius Casca, idemque tribunus plebis, ex illo grege interfectorum erat. Itaque scripto promulgato, simul communionem sanguinis, & consilii differentiam significauit. Antonius,* ad existimandas & ponderãdas res ab Cæsare gestas cõuersus, vt primum tabulas eius habuit in sua potestate, ex his multa deleuit, multa reposuit; post vero quam plurima expilauit, ex priuatis ciuibus, populis, atque regibus, magnam pecuniam conflauit: quorum nonnullis regionem, aliis libertatem, aliis ciuitatem, multis immunitatem vendidit: ad extremum contempto Octauio, vt puero adhuc & rerum imperito, quasi heres nõ solum pecuniæ Cæsaris, verum etiam potentiæ, omnia administrabat. Et quia Lepidus magnam habebat potestatẽ, filiam suam in matrimonium filio eius dederat, eumque Pontificem Maximum fieri curauerat, vt nihil de suis rebus inuestigaret curiosius. Deinceps de ceteris Imperatoribus dicendum est; hoc opere in tot partes distributo, quot Imperatores Romæ post Iulium fuisse comperimus.

Καίσαρι ἐπιχειρῆσαι· κατὰ δὲ τῶν φονέων αὐτοῦ ἐμμανῶς χωρῆσαι, καί τινα καὶ τῶν δημάρχων Ἐλούιον Κίνναν (πλανηθέντας διὰ Κίνναν ἕτερον, συμμετασχόντα τῆς ἐπιθέσεως) διασπάσαι· μήτε τῆς ὁρμῆς λῆξαι πρὶν τοὺς ὑπάτους τόν τε βωμὸν ἀνατρέψαι, καί τινας τῶν θρασυτέρων κατὰ τῶν τοῦ Καπιτωλίου πετρῶν ὦσαι· νόμον τε θεῖναι, καὶ ἀρὰς ποιήσασθαι, μηδένα αὖθις δικτάτωρα γενέσθαι· ὥσπερ ἐν τοῖς ὀνόμασι τῆς τῶν ἔργων δεινότητος οὔσης, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῶν ὅπλων καὶ ἐκ τῶν ἑκάστου τρόπων, καὶ τῶν γενομένων αὐτῶν, καὶ τὰς τῆς ἐξουσίας ἐν ᾗ ποτ' ἂν τύχῃ δρώμενα, προσρήσεις διαβαλλόντων. Ἐν δὲ τῷ θορύβῳ ἐκείνῳ καὶ τοιόνδε τι οὐκ *ἀπάξιον μνήμης συνηνέχθη. Γάιος γάρ τις Κάσκας δημαρχῶν, καὶ ἰδὼν ὅτι Κίννας ἐκ τῆς ὁμωνυμίας ἀπώλετο, ἐφοβήθη μὴ καὶ αὐτὸς ἀποθάνῃ, ὅτι *Πούπλιος Σερουίλιος Κάσκας ἔκ τε τῶν δημάρχων, καὶ ἐκ τῶν σφαγέων ἦν· καὶ γράμματα ἐξέθηκε, τήν τε κοινωνίαν σφῶν ἐκ τῆς μιᾶς προσηγορίας, καὶ τὴν διαφορὰν τῆς γνώμης δηλῶν. Ἀντώνιος δέ, τὰ διοικηθέντα ὑπὸ τοῦ Καίσαρος ἐξετάσαι ἐπιτραπείς, ἐπειδὴ τάχιστα ἐγκρατὴς τῶν γραμματείων αὐτοῦ ἐγεγόνει, πολλὰ μὲν ἀπήλειψε, πολλὰ δὲ ἀντενέγραψε· κἀκ τούτου συχνὰ μὲν ἥρπασε, συχνὰ δὲ καὶ παρ' ἰδιωτῶν, τῶν τε δήμων καὶ τῶν *βασιλέων, ἠργυρολόγησε, τοῖς μὲν χώρας, τοῖς δὲ ἐλευθερίαν, ἄλλοις πολιτείαν, ἄλλοις ἀτέλειαν πωλῶν. τοῦ τε Ὀκταουίου, ἅτε μειρακίου καὶ πραγμάτων ἀπείρου, καταφρονήσας, αὐτὸς ὡς καὶ κληρονόμος οὐ μόνον τῆς οὐσίας, ἀλλὰ καὶ τῆς δυναστείας τῆς τοῦ Καίσαρος ὤν, πάντα διεχείριζεν. ἐπειδή τε ὁ Λέπιδος ἰσχὺν μεγάλην εἶχεν, τήν τε θυγατέρα τῷ υἱεῖ αὐτοῦ συνῴκισε, καὶ ἀρχιερέα αὐτὸν ἀποδειχθῆναι παρεσκεύασεν, ἵνα μηδὲν ὧν ἔπραττε πολυπραγμονοίη. Ἐντεῦθεν δὲ ἐφεξῆς περὶ τῶν αὐτοκρατόρων διαληπτέον, εἰς τοσαῦτα μερίζοντας τὴν συγγραφὴν τμήματα ὅσοι εἰσὶ καὶ οἱ μετὰ Ἰούλιον Καίσαρα ἐν τῇ Ῥώμῃ ἄρξαντες αὐτοκράτορες.

ΟΚΤΑΟΥΙΟΣ

ΟΚΤΑΟΥΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ Αὔγουστος.

[Ἐκ τοῦ με΄ τῶν Δίωνος βιβλίων]

Ὁ ΔΕ δὴ Γάιος Ὀκτάουιος *Καιπίας (οὕτω γὰρ ὁ τῆς Ἀττίας τῆς τοῦ Καίσαρος *ἀδελφῆς υἱὸς ὠνομάζετο) ἦν μὲν ἐκ Βελίτρων τῶν Οὐολούσκων, ὀρφανὸς δὲ ὑπὸ τοῦ Ὀκταουίου τοῦ πατρὸς καταλειφθεὶς, [ἐτράφη μὲν] παρά τε τῇ μητρὶ καὶ παρὰ τῷ *ἀδελφῷ αὐτῆς Λουκίῳ Φιλίππῳ· αὐξηθεὶς δὲ συνδιέτριβε τῷ Καίσαρι. ἄπαις τε γὰρ ἐκεῖνος ὢν, καὶ μεγάλας ἐπ᾽ αὐτῷ ἐλπίδας ἔχων, ἠγάπα τε καὶ περιέσπει αὐτὸν, ὡς καὶ τοῦ ὀνόματος, καὶ *τῆς ἐξουσίας, τῆς τε μοναρχίας διάδοχον καταλείψων· ἄλλως τε, καὶ ὅτι ἡ Ἀττία διϊσχυρίζετο ἐκ τοῦ Ἀπόλλωνος *αὐτὸν κεκυηκέναι, ὅτι καταδαρθοῦσά ποτε ἐν ναῷ αὐτοῦ, δράκοντι μίγνυσθαι ἐνόμισε, καὶ διὰ τοῦτο τῷ ἱκνουμένῳ χρόνῳ ἔτεκε. πρίν τε ἐς τὸ φῶς ἐξιέναι, ἔδοξεν ὄναρ τὰ σπλάγχνα ἑαυτῆς ἐς τὸν οὐρανὸν ἀναφέρεσθαι, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἐπεκτείνεσθαι· καὶ τῇ αὐτῇ νυκτὶ καὶ ὁ Ὀκτάουιος ἐκ τοῦ αἰδοίου αὐτῆς τὸν ἥλιον ἀνατέλλειν ἐνόμισεν. ἄρτι τε ὁ παῖς ἐγεγέννητο, καὶ Νιγίδιος Φίγουλος βουλευτὴς παραχρῆμα αὐτῷ καὶ τὴν αὐταρχίαν ἐμαντεύσατο. ἄριστα γὰρ τῶν καθ᾽ ἑαυτὸν τήν τε τοῦ πόλου διακόσμησιν καὶ τὰς τῶν ἀστέρων διαφορὰς, ὅσα τε καθ᾽ ἑαυτοὺς γιγνόμενοι, καὶ ὅσα συμμιγνύντες ἀλλήλοις, ἔν τε ταῖς ὁμιλίαις καὶ ἐν ταῖς διαστάσεσιν ἀποτελοῦσι, διέγνω· καὶ κατὰ τοῦτο τὴν αἰτίαν, ὥς τινας ἀπορρήτους διατριβὰς ποιούμενος, ἔσχεν. οὗτος οὖν τότε τὸν Ὀκτάουιον βραδύτερον εἰς τὸ συνέδριον διὰ τὸν τοῦ παιδὸς τόκον (ἔτυχε γὰρ βουλὴ οὖσα) ἀπαντήσαντα [ἰδὼν,] ἀνεβόησεν ὅτι, Δεσπότην ἡμῖν γεγέννηκας. καὶ αὐτὸν ἐκταραχθέντα ἐπὶ τούτῳ, καὶ διαφθεῖραι τὸ παιδίον ἐθελήσαντα ἐπέσχεν, εἰπὼν ὅτι ἀδύνατόν ἐστι τοιοῦτόν τι αὐτὸ παθεῖν. Τρεφομένου δὲ ἐν ἀγρῷ αὐτοῦ, ἀετὸς ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἐξαρπάσας ἄρτον, ἐμετεωρίσθη, καὶ μετὰ τοῦτο καταπτάμενος, ἀπέδωκεν αὐτόν. Παιδίσκου τε αὐτοῦ ὄντος, καὶ τὴν διατριβὴν ἐν τῇ Ῥώμῃ ποιουμένου, ἔδοξέ ποτε ὁ Κικέρων ὄναρ ἁλύσεσί τε αὐτὸν χρυσαῖς ἐς τὸ Καπιτώλιον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καθιμῆσθαι, καὶ *μάστιγα παρὰ τοῦ Διὸς εἰληφέναι. καὶ (οὐ γὰρ ἠπίστατο ὅστις ἦν) περιέτυχέ τε αὐτῷ τῆς ὑστεραίας ἐν αὐτῷ τῷ Καπιτωλίῳ, καὶ γνωρίσας αὐτὸν, διηγήσατο τοῖς

OCTAVIVS CÆSAR AVGVSTVS.

E Dionis libro XLV.

CAIVS Octauius Cęplas (nã id fuit nomẽ filio Attiæ, filiæ sororis Cæsaris) Velitris oppido Volscorum natus, pupillus ab Octauio patre relictus est apud matrem, & vitricũ Lucium Philippum: cumq; adoleuisset, a Cęsare nõ discedebat. Cæsar enim, quod nullos liberos suscepisset, quodq; iam in eo magnam spem positã haberet, valde eũ diligebat, eiusq; curã habebat: quippe quẽ nominis sui & pecuniæ heredem, ac imperii successorẽ erat relicturus: præsertim cum Attia sine vlla dubitatione confirmaret, eũ se ex Apolline cõcepisse: in cuius templo obdormiẽs, rata est cum dracone commisceri; peperitque expletis ad pariendum mensibus. Ad hæc, antequã pareret, somniauit viscera sua sublime in cælum tolli, & in totum orbem terrarum diffundi. Item eadem nocte Octauius solem ex vulua vxoris oriri, in somnis vidit. Cumq; puer iam natus esset, Nigidius Figulus Senator statim ei summum imperium prædixit. Nouerat is supra omnes homines suæ ætatis, totius cæli ordinem & cursum: tenebat stellarũ vim atq; differentiam, quid ipsæ per se, aut cum aliis coniunctæ, possint & efficiant: quorũ etiam studiorum causa culpatus est, quasi magicis artib. vteretur. Is igitur, vt vidit Octauiũ serius ꝓpter partum vxoris in curiam venientem, (nam tum forte Senatus erat) statim exclamat, *Nobis Octaui dominũ genuisti:* deinde ea re perculsum Octauiũ, atque idcirco puerulum necare volentem, prohibuit. *nam vt hoc modo,* (inquit) *moriatur filius tuus, fieri certe nullo pacto potest.* Cum vero puer ruri paruulus educaretur, aquila de manibus eius panem rapuit, mox euolauit: atque vbi paulo post reuolasset, ei reddidit. Itẽ eo adhuc puero, & Romæ commorante, Cicero somniauit, eum catenis aureis suspensum e cælo in Capitolium pendere, eique flagellum ab Ioue datum esse: cumq; ipse puerum ignoraret, postero die in Capitolio obuiam ei factus est: quem vt agnouit, somnium iis qui aderant

præsentes, narrauit. Sed & Catulo, qui antea Octauium numquã viderat, visum est in somnis, a nobilissimis quibusq; pueris Iouem Capitolinum adiri, & ab eo Romæ simulacrum in sinum Octauii demissum fuisse. Quare exterritus, properauit in Capitolium precandi causa. ibi forte ascendentem Octauium inuenit, eiusque faciem reuocauit ad somnium: idq; postea verum esse cõfirmauit. Præterea, vt primum ex pueris excessit, cum sumeret virilem togam, ea ab humeris vtrimq; fracta, vsque ad pedes demissa est. quæ res, quasi per se nihil boni portenderet, eos qui aderant præsentes, conturbauit: quia eo tempore quo primum togam virilem sumebat, euenerat. Atque tum forte Octauius; *Tenebo*, inquit, *omnem Senatoriam dignitatem in mea dicione & potestate.* id quod postea factum est. Igitur Cæsar his rebus permotus omnibus, de eo quam plurimum sperare cœpit, *eumque introducere ad nobilissimos viros, & ad imperandum exercere: postremo docere accurate omnia quæ conuenire videbãtur ei qui summum imperium bene gesturus esset, & cum amplissima dignitate. Nam in omni genere dicẽdi Græce & Latine exercebatur: militiæ labores perferebat: perdiscebat omnia quæ ad rempublicam, quæve ad regnum pertinerent: fuitq; Octauius studiorum causa, cum Cæsar necaretur, in Apollonia, ad sinum maris Ionii. nam eo Cæsar præmiserat, quod bellũ contra Parthos pararet.

Itaq; de morte Cæsaris accepto nuntio, vbi se ab eo heredem factum intellexit, nihil cunctandũ ratus, statim Cæsaris nomẽ sumpsit, hereditatemque adiit, ac res gerere instituit: atque ita *Octauius* antea vocatus, tunc *Cæsar*, post *Augustus*, ad magnas res gerẽdas animum applicat: easque fortius administrat atque diligentius quam *omnes viri; prudentius quam senes omnes. Nã principio vt priuatus, quasi solius hereditatis successor, cum paucis nullo magnifico apparatu in vrbem ingressus est: tum Antonium, licet ab eo iniuriam acciperet, coluit: plebemq; sibi deuinctam habere conatus est. Itaque cum Antonius in foro de superiore loco ipsum, vt viuo patre consueuerat, de sublimi loco

παροῦσι τὴν ὄψιν. ὅ τε Κάτλος οὐδ' αὐτός που ἑωρακὼς τὸν Ὀκταούιον, ἐνόμισε τοὺς παῖδας ἐν τοῖς ὕπνοις τοὺς εὐγενεῖς πάντας ἐν τῷ Καπιτωλίῳ πρόσοδον πρὸς τὸν Δία πεποιῆσθαι, καὶ ἐν αὐτῇ τὸν θεὸν εἰκόνα τινὰ τῆς Ῥώμης ἐς τὸν ἐκείνου κόλπον ἐμβεβληκέναι. ἐκπλαγεὶς δὲ ἐπὶ τούτῳ, ἀνῆλθεν εἰς τὸ Καπιτώλιον προσευξόμενος τῷ θεῷ· καὶ ἐκεῖ τὸν Ὀκταούιον εὑρὼν ἄλλως ἀναβεβηκότα, τό τε εἶδος αὐτοῦ πρὸς τὸ ἐνύπνιον προσήρμοσε, καὶ τὴν ἀλήθειαν τῆς ὄψεως ἐβεβαιώσατο. Μειρακιωθέντος δὲ μετὰ τοῦτο αὐτοῦ, καὶ ἐς τοὺς ἐφήβους ἐσιόντος, τήν τε ἐσθῆτα τὴν ἀνδρικὴν ἐνδυθέντος, ὁ χιτὼν περιεῤῥάγη τε ἑκατέρωθεν ἀπὸ τῶν ἐπωμίδων, καὶ μέχρι τῶν ποδῶν κατεῤῥύη. τοῦτο αὐτὸ μὲν καθ' ἑαυτὸ οὐχ ὅπως τεκμήριόν τινα, ὡς καὶ ἀγαθόν τι *προσημαίνειν, ἔφερεν, ἀλλὰ καὶ ἠνίασε τοὺς παρόντας, ὅτι ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ ἀνδρικοῦ χιτῶνος ἐνδύσει συμβεβήκει. ἐπελθὸν δὲ τῷ Ὀκταουίῳ εἰπεῖν ὅτι, Τὸ ἀξίωμα τὸ βουλευτικὸν πᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας μου θήσω, ἔκβασιν πρὸς τὸ λεχθὲν ἔλαβεν. Ἐξ οὖν τούτων ὁ Καῖσαρ, *μέγα ἐπ' αὐτῷ *ἐλπίσας, ἔς τε τοὺς εὐπατρίδας αὐτὸν ἐσήγαγε, καὶ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἤσκει· καὶ πάνθ' ὅσα προσήκει τῷ μέλλοντι καλῶς καὶ κατ' ἀξίαν τηλικοῦτον κράτος διοικήσειν ὑπάρχειν, ἀκριβῶς ἐξεπαίδευσε. λόγοις τε γὰρ ῥητορικοῖς οὐχ ὅτι τῇ Λατίνων, ἀλλὰ καὶ τῇδε τῇ γλώσσῃ ἤσκητο. καὶ ἐν ταῖς στρατείαις ἐῤῥωμένως ἐξεπονεῖτο, τά τε πολιτικὰ καὶ τὰ ἀρχικὰ ἰσχυρῶς ἐδιδάσκετο. Οὗτος οὖν ὁ Ὀκταούιος ἔτυχε μὲν τότε ὅτε ὁ Καῖσαρ ἐσφάγη, ἐν τῇ Ἀπολλωνίᾳ ἔτι πρὸς τῷ Ἰονίῳ ὢν κόλπῳ, ἐπὶ παιδείᾳ (κατὰ γὰρ τὴν στρατείαν αὐτοῦ τὴν ἐπὶ τοὺς Πάρθους, ἐκεῖσε προεπέπεμπτο) πυθόμενος δὲ τὸ συμβεβηκός, καὶ ὅτι κληρονόμος πρὸς τοῦ Καίσαρος καταλέλειπτο, οὐκ ἔτ' ἀναβολὰς ἐποιήσατο, ἀλλὰ τό τε ὄνομα τοῦ Καίσαρος παραχρῆμα ἀνέλαβε, καὶ τοῦ κλήρου αὐτοῦ διεδέξατο, τῶν τε πραγμάτων εἴχετο. Οὕτω μὲν ὁ πρότερον Ὀκταούιος, τότε δὲ ἤδη Καῖσαρ, μετὰ δὲ τοῦτο Αὔγουστος ἐπικληθεὶς, ἥψατο τῶν πραγμάτων, καὶ αὐτὰ καὶ κατέπραξε καὶ κατειργάσατο, παντὸς μὲν ἀνδρὸς νεανικώτερον, παντὸς δὲ γέροντος φρονιμώτερον. πρῶτον μὲν γὰρ, ὡς ἐπὶ μόνῃ τῇ τοῦ κλήρου διαδοχῇ, [καὶ] ἰδιωτικῶς καὶ μετ' ὀλίγων ἄνευ ὄγκου τινὸς ἐς τὴν πόλιν ἐσῆλθε· τόν τε Ἀντώνιον ἐθεράπευε, καί τοι καὶ προπηλακιζόμενος ὑπ' ἐκείνου καὶ ἀδικούμενος· καὶ τὸ πλῆθος προσεποιήσατο. καὶ ἐπειδή ποτε αὐτὸν ὁ Ἀντώνιος ἐν τῷ δικαστηρίῳ ἀπὸ μείζονος, καθάπερ ἐπὶ τοῦ πατρὸς εἰώθει ποιεῖν, ἐντυχεῖν τι ἐθελή-

ἐθελήσαντα οὐ προσεδέξατο, ἀλλὰ καὶ κατέσπασε καὶ ἐξήλασε διὰ τῶν ῥαβδούχων, δεινῶς ἅπαντες ἠγανάκτησαν, καὶ οὐχ ἥκιστα, ὅτι ὁ Καῖσαρ οὐδὲ ἐς τὴν ἀγορὰν ἔτι πρὸς τὸ ἐκείνου ἐπίφθονον, καὶ πρὸς τὸ τοῦ πλήθους ἐπαγωγὸν, ἐφοίτησε. φοβηθεὶς οὖν ὁ Ἀντώνιος, ἠθέλησε καταλλαγῆναι τῷ Καίσαρι, καὶ καταλλαχθεὶς, αὖθις ἐξ ὑποψίας τινὸς διηνέχθη πρὸς αὐτόν. Ἐν δὲ τούτῳ καὶ τῷ Πομπηίῳ τῷ Σέξτῳ, τῷ τοῦ μεγάλου Πομπηίου νεωτέρῳ υἱῷ, δύναμίν τε πολλὴν ἔχοντι, καὶ Γάιον Ἀσίνιον Πωλίωνα κατὰ τὴν Βαιτικὴν μάχῃ νενικηκότι, καὶ πόλεις τὰς μὲν ἑκούσας, τὰς δὲ ἀκούσας προσειληφότι, ἥ τε ἄδεια ἐβεβαιώθη· καὶ τὰ χρήματα ὅσα ἔν τε ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ τὸ δημόσιον ἐκ τῆς πατρῴας αὐτοῦ οὐσίας εἰλήφει, ἀποδοθῆναι ἐγνώκασι. τῶν γὰρ χωρίων αὐτοῦ τὰ πλείω Ἀντώνιος ἔχων, οὐδεμίαν αὐτῶν ἀπόδοσιν ἐποιήσατο. ἔπεισε δὲ αὐτὸν ἐς ὁμολογίαν ἐλθεῖν ἐπὶ τῷ τὰ πατρῷα κομίσασθαι ὁ Λέπιδος, τῆς ὁμόρου Ἰβηρίας τὴν ἀρχὴν ἔχων. Καίσαρος δὲ καὶ Ἀντωνίου πάντα ἐπ᾽ ἀλλήλοις πραττόντων, ἐκ τούτου καὶ τἄλλα τὰ ἐν τῇ πόλει πάντα ἐθορυβεῖτο καὶ συνεκέχυτο, καὶ ἀκρισία πολλὴ ἦν. εἰρήνην ἔτι, καὶ ἐπολέμουν ἤδη· τό τε τῆς ἐλευθερίας σχῆμα ἐφαντάζετο, καὶ τὰ τῆς δυναστείας ἔργα ἐγίνετο. καὶ ἐν μὲν τῷ ἐμφανεῖ ὁ Ἀντώνιος, ἅτε καὶ ὑπατεύων, ἐπλεονέκτει· ἡ δὲ δὴ σπουδὴ τῶν ἀνθρώπων ἐς τὸν Καίσαρα ἐπῄει· τὸ μὲν, διὰ τὸν πατέρα αὐτοῦ, τὸ δὲ, διὰ τὰς ἐλπίδας ὧν ὑπισχνεῖτο. μέγιστόν τε, ὅτι τῷ Ἀντωνίῳ οὐ μόνον ἀσελγέστερον βιοῦντι, ἀλλὰ καὶ τυραννικώτερον ἄρχοντι, ἐβαρύνοντο. Κάσσιος δὲ καὶ Βροῦτος ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἦσαν, ἃς ἐλαχέτην ὁ μὲν, ἐν Μακεδονίᾳ, ὁ Βροῦτος· ὁ δὲ, ἐν τῇ Συρίᾳ. Ἐνθένδε ὁ Ἀντώνιος τὰς δυνάμεις λαβὼν, ἐπέβη τῆς Γαλατίας, ὡς τὰ ἐκεῖ βίᾳ προσποιησόμενος· Καῖσαρ δὲ, καὶ αὐτὸς στρατιώτας, τοὺς μὲν ἐκ τῶν ἐκείνου σφετεριζόμενος, τοὺς δὲ καὶ διὰ τὴν πρὸς τὸν πατέρα τὸν αὐτοῦ εὔνοιαν, ἐθέλοντας ἐπαγόμενος ἐπὶ τὸν Ἀντώνιον, ὡς εἴ τι δύναιτο, κωλύσων αὐτόν. καὶ ἡ βουλὴ τὸν μὲν, πολέμιον ἐψηφίσατο, τοῦ Κικέρωνος αὐτὴν πείσαντος, μίσει τοῦ Ἀντωνίου· Καίσαρι δὲ χρήματα καὶ στρατιώτας ἀπέστειλε. καὶ ἐπεὶ οὐδ᾽ ὣς ἦν πρὸς τὸν Ἀντώνιον ἀξιόμαχος, τοὺς ὑπάτους ἀμφοτέρους ἐξέπεμψε, δύναμιν ἔχοντας ἰσχυράν. Κατὰ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον ἄλλα τε οὐκ ὀλίγα σημεῖα ἐγένετο·

dicere non passus fuisset, sed eum detrahi & eiici per lictores iussisset, cuncti grauiter & iniquo animo tulerũt: potissimum quod Cæsar, vt conflaret inuidiam Antonio, & sibi multitudinis animos ad beneuolentiam alliceret, amplius in forum non veniebat. Quocirca metuens Antonius, Cæsari reconciliari voluit: cum quo rursum propter aliquã suspicionem dissensio facta est. Interea Senatus securitatem & impunitatem decernit Sexto Pompeio, Cnæi minori filio: simul decernit vt, quæ pecunia numerata ex hereditate patris, in ærarium redacta fuerat, ea filio reddatur. Istum maximas copias habebat, viceratque Bætica pugna Caium Asinium Pollionem, multasque vrbes partim vi, partim de voluntate ipsarum ceperat. Huic cum Antonius prædia ab se occupata non restitueret, Lepidus, qui finitimam Hispaniam obtinebat, persuasit vt cum eo in gratiam rediret, quo posset omnia recuperare facilius. Porro in vrbe omnia confusa & conturbata erant propter Cæsaris & Antonii dissensionem. Etenim iura ciuibus minime reddebantur, propterea quod isti simulata causa libertatis, cuncta ad dominandi cupiditatem trahebant. Antonius, quia Consul erat, aperte amplissimam potentiam vsurpabat: sed multitudo studio in Cæsarem accendebatur, non solum permota patris auctoritate, sed etiam adducta spe, quam de eo conceperat. Ad hęc, valde Antonium oderat, quod petulanter viueret, & homo imperiosus esset. Cassius autem & Brutus, erãt in prouinciis, quas sortiti fuerãt: hic, in Macedonia; ille, in Syria. Igitur Antonius omnibus copiis ad Galliam occupandam profectus est. Cæsar milites Antonii, quã maxime potest, suos facere, atque eorum nonnullos propter eam quam erga patrem habuerant beneuolentiã, contra Antonium ducere, eique impedimento esse in tẽpore conatur. Senatus, persuadente Cicerone vetere odio in Antoniũ, eum hostem iudicat, pecunias & milites ad Cæsarem mittit. Quib. rebus omnibus cum nondum Antonio par esset, eo propere ambos Consules cũ magnis copiis ire iubet. Eodem fere tempore multa portenta visa sunt.

præter cetera enim, fax ardens ab oriente sole ad occasum cõmeauit; & noua quædã stella multis diebus apparuit; splẽdorq; solis diminui & exstingui, ac tribus orbibus cõtineri visus est: quorũ vnus ignea corona cinctus esse putabatur. quæ omnia fatalem casum reipublicę portendebant.

E Dionis libro XLVI.

Postquam pecunia ad bellum gerendum opus esse compertum est, omnes suarum facultatum quintam & vicesimam partẽ contribuunt: Senatores vero etiam in singulos lateres, quos habebãt in ædibus vrbanis, non suis solum, sed etiam alienis, in quibus habitabant, quatuor obolos persoluunt. Insuper ditissimi quique separatim alia permulta conferunt: prętereа arma, ceteraque militib. necessaria multæ ciuitates, multiq; priuati homines gratis suppeditant. tum enim ærarium exhaustum erat. Igitur magna pars hominum a Cæsare contra Antonium stabat; etsi neuter eorum in cura & cogitatione Reipublicæ versabatur; sed ab vtroque pari scelere, dispari tamen fortuna & opinione, cuncta afflicta erant & labefactata. Cæsariani, fortunatissimi esse, prospicere & cõsulere Reipublicę, eamq; ex animo curare videbantur. Contra, Antoniani miserrimi, hostes patriæ, ac sceleratissimi homines esse dicebantur. Placet autem cuncta singulatim persequi: nam mihi quidem in eo magna vis esse videtur, si acta & euentus rerum ex cuiusque consiliis, quemadmodum ea inter se consentiant, iudicauerimus. Fortuna Antoniũ in varios casus misit. Is enim principio Hirtium & Cęsarem felicissime intra municiones continuit: deinde [a] Vibium, venientem ad opẽ collegæ ferẽdam, factis insidiis sauciauit: quo ex vulnere is paulo post mortuus est. Verum inde contra Hirtium & Cæsarem conuersus, occurrente Hirtio se in castra sua recepit; quod belli laboribus defatigatus, & de via fessus erat: atque quia castra tueri non poterat, cum paucis ad Lepidum confugit. Consul, fortiter pugnando castra cepit: in qua tamẽ pugna ipse occisus est. Apud ceteros, qui se periculis cõmiserant, fuerunt bellicæ laudis & victoriæ insignia: sed potestas

καὶ λαμπὰς ἀπ' ἀνίσχοντος ἡλίου πρὸς δυσμὰς διέδραμε· καί τις ἀστὴρ καινὸς ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ὤφθη, * τό τε φῶς τοῦ ἡλίου ἐλαττοῦσθαί τε καὶ σβέννυσθαι, τότε δ' ἐν τρισὶ κύκλοις φαντάζεσθαι ἐδόκει· καὶ ἕνα γε αὐτῶν στέφανος πυρώδης τις περιέσχε. ταῦτά τε δὴ, καὶ λόγια πρὸς κατάλυσιν τῆς δημοκρατίας φέροντα πάμπολλα ᾔδετο.

[Ἐκ τοῦ μς' τῶν Δίωνος βιβλίων]

Ἐπειδὴ δὲ πολλῶν χρημάτων εἰς τὸν πόλεμον ἐδέοντο, πάντες μὲν τὸ πεμπτηκοστὸν καὶ εἰκοστὸν τῆς ὑπαρχούσης σφίσιν οὐσίας ἐπεδώκαν, οἱ δὲ δὴ βουλευταὶ καὶ τέσσαρας ὀβολοὺς καθ' ἑκάστην κεραμίδα τῶν ἐν τῇ πόλει οἰκιῶν, ὅσας ἢ αὐτοὶ ἐκέκτηντο, ἢ ἄλλων οὔσας ᾤκουν· καὶ χωρὶς ἕτερα οὐκ ὀλίγα οἱ πάνυ πλούσιοι συνετέλεσαν. τά τε ὅπλα καὶ τὰ ἄλλα τὰ πρὸς τὴν στρατείαν ἀναγκαῖα, συχναὶ μὲν πόλεις, συχνοὶ δὲ καὶ ἰδιῶται προῖκα ἐξεποίησαν. τὸ γὰρ δημόσιον ἀχρηματία τότε κατεῖχεν. Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ ὑπέρ γε τοῦ Καίσαρος, κατά τε τοῦ Αντωνίου ἐσπούδαζον. ἔμελε δέ που οὐδετέρῳ τούτων τῆς δημοτικῆς ἰσηγορίας καὶ τοῦ καλοῦ, ἀλλὰ καὶ ἀμφότεροι ὁμοίως τὰ πράγματα ἔφθειρον. Πρὸς δὲ δὴ τὴν τύχην, διάφορον ἑκάτεροι δόξαν ἐκτήσαντο. οἱ μὲν γὰρ εὖ πράξαντες, καὶ εὔβουλοι καὶ φιλοπόλιδες ἐνομίσθησαν· οἱ δὲ δὴ πταίσαντες, πολέμιοι τῆς πατρίδος καὶ ἀλιτήριοι ὠνομάσθησαν. λέξω δὲ καὶ καθ' ἕκαστον τῶν γενομένων· καὶ γὰρ παίδευσις ἐν τούτῳ τὰ μάλιστα εἶναί μοι δοκεῖ, ὅταν τις τὰ ἔργα τοῖς λογισμοῖς ὑπολέγων, τήν τε ἐκείνων φύσιν ἐλέγχῃ, καὶ τούτοις ἐκ τῆς ἐκείνων ὁμολογίας τεκμηρίοι. Ἀντώνιος μὲν γὰρ, παραλόγοις καὶ πολυτρόποις περιπεσὼν τύχαις, τὸν μὲν ἕνα τῶν ὑπάτων Ἵρτιον ἐν τοῖς προτέροις εὐημερήμασι συνέκλεισεν ἅμα τῷ Καίσαρι εἰς τὸν χάρακα· θάτερον δὲ, τὸν * Οὐίβιον, ἥκοντα πρὸς βοήθειαν τοῦ συνυπάτου, [λοχήσας;] κατετραυμάτισεν, ὡς μετ' ὀλίγον ἀποθανεῖν. ἔπειτα ὑποστρέφων αὖθις ὡς πρὸς τὸν Ἵρτιον καὶ τὸν Καίσαρα, καὶ προσβαλόντος αὐτῷ τοῦ Ἱρτίου ἔκ τε τοῦ πολέμου καὶ τῆς ὁδοιπορίας κάμνων, ἡττηθεὶς ἔφυγεν εἰς τὴν ἰδίαν παρεμβολήν· καὶ οὐδὲ ταύτην δυνηθεὶς σῶσαι, ἀπέδρασεν ὀλιγοστὸς πρὸς τὸν Λέπιδον. ὁ μέντοι ὕπατος τὸ μὲν χαράκωμα εἷλε τοῦ Ἀντωνίου, γενναίως αὐτῷ προσβαλών· κατὰ δὲ τὴν τούτου ἅλωσιν καὶ αὐτὸς διεφθάρη. καὶ ἄλλων μὲν οἱ κίνδυνοι καὶ τὰ τρόπαια, τὸ δὲ ἐπὶ τούτοις ἅπαν κράτος,

κράτος, καὶ ἡ ἐκ τῶν κατορθωμάτων εὐημερία, τῷ Καίσαρι προσεχώρησε, καίτοι μηδ᾽ ἐκ τοῦ χαρακώματος ἐξιόντι κατὰ τὰς ἀκμὰς τῶν κινδύνων. ἦν γὰρ κομιδῇ νέος καὶ ὀκτωκαιδεκέτης ἔτι. Ἔσχε δ᾽ οὕτως· μετὰ τὸ καταλυθῆναι τὸν Ἀντώνιον, ὑποτοπεύσασα ἤδη καὶ τὸν Καίσαρα ἡ βουλή, ἔπραττεν ὥστε καὶ αὐτὸν ταπεινῶσαι, καὶ ἰδιωτεῦσαι καταναγκάσαι. γνοὺς δὲ τοῦτο Καῖσαρ, τούς τε στρατιώτας (εἶχε δὲ καὶ τοὺς ἀμφοτέρων τῶν ὑπάτων ἤδη, τῶν ἐν τῷ πρὸς Ἀντώνιον πολέμῳ τελευτησάντων) δωρεαῖς καὶ ὑποσχέσεσιν ἑαυτοῦ ἐξηρτήσατο, καὶ πρὸς τὸν Ἀντώνιον καὶ τὸν Λέπιδον ἐπεκηρυκεύσατο λάθρα, εἰς διαλλαγὰς αὐτοὺς προσκαλούμενος. καὶ πέμψας πρὸς τὴν βουλὴν στρατιώτας, ὑπατείαν ᾔτει. τῆς δὲ μὴ διδούσης, εἷς τις τῶν στρατιωτῶν ἥψατο τοῦ ξίφους, καὶ εἶπεν ὅτι, Ἂν ὑμεῖς τὴν ὑπατείαν μὴ δῶτε τῷ Καίσαρι, τοῦτο δώσει. καὶ αὐτῷ ὁ Κικέρων ὑπολαβών, Ἂν οὕτως, ἔφη, παρακαλῆτε, λήψεται αὐτήν. καὶ τέλος ὁ Καῖσαρ τὰς δυνάμεις λαβών, ἐπ᾽ αὐτὴν ὥρμησε τὴν Ῥώμην. ἡ δὲ βουλὴ ἐπεχείρησε μὲν εἶρξαι αὐτόν, καὶ φυλάξαι τὴν πόλιν· ἐπεὶ δὲ παρῆν ἤδη, καὶ τὸ δεινὸν ἐπλησίαζε, μετεβάλετο, καὶ τελευτῶσα προσεχώρησεν αὐτῷ πᾶσα, καὶ τὴν πόλιν ἐπέτρεψε καὶ μὴ θέλουσα. ὁ δὲ Καῖσαρ, ἐπί τε τούτῳ μέγιστον ἐφρόνει, καὶ ὅτι τῇ πρώτῃ τῶν ἀρχαιρεσιῶν ἐς τὸ πεδίον τὸ Ἄρειον εἰσελθὼν, γῦπας ἕξ, καὶ μετὰ ταῦτα δημηγορῶν τι πρὸς τοὺς στρατιώτας, ἄλλους δώδεκα εἶδε. πρός τε γὰρ τὸν Ῥωμύλον καὶ πρὸς τὸ οἰώνισμα τὸ ἐκείνῳ γενόμενον ἀναφέρων, καὶ τὴν μοναρχίαν αὐτοῦ βεβαίως λήψεσθαι προσεδόκησε. τοῖς μέντοι στρατιώταις καὶ χρήματα ἔδωκε, καὶ χάριν καὶ πλείστην καὶ ὡμολόγησέ τε καὶ ἔγνω· ἄνευ γὰρ τῆς παρ᾽ αὐτῶν φρουρᾶς οὐδὲ ἐς τὸ βουλευτήριον ἐσφοιτᾶν ἐτόλμα. Ἐσποιηθεὶς δὲ ἐς τὸ τοῦ Καίσαρος γένος, ἐξ ἐκείνου καὶ Γάιος Ἰούλιος Καῖσαρ Ὀκταουιανὸς ἐπεκλήθη. νενόμισται γάρ, ἄν τις εἰσποιηθῇ, τὴν μὲν ἄλλην αὐτὸν πρόσρησιν ἀπὸ τοῦ ποιησαμένου λαμβάνειν, ἓν δέ τι τῶν προτέρων ὀνομάτων σχηματισθέν πως τηρεῖν. προσεκτήσατο δὲ καὶ ἑτέραν, τὴν τοῦ Αὐγούστου, καὶ αὐτὴν διὰ τοῦτο καὶ οἱ ἔπειτα αὐτοκράτορες τίθενται. Οὗτος οὖν ὁ Καῖσαρ, ἐπειδὴ τάχιστα τούς τε στρατιώτας ᾠκειώσατο, καὶ τὴν βουλὴν ἐδουλώσατο, πρός τε τὴν τοῦ πατρὸς τιμωρίαν ἐτράπετο, καὶ τοὺς σφαγέας μετῆλθε. μετὰ δὲ τοῦτο, τοῦ Ἀντωνίου καὶ τοῦ Λεπίδου σὺν

omnis, & rerum bene gestarum gloria, penes Cæsarem fuit; quamquam in maximis periculis e castris non exierat: quippe adolescens erat decem & octo annos natus. Fracto Antonio, Senatus Cæsarem suspectum habere cœpit, atque id agere, vt imperium deponere, ac priuatus esse cogeretur. Quare cognita, Cæsar statuit milites, quos apud se habebat vtriusque Consulis, paulo ante in bello contra Antonium defuncti, sibi donis & promissis deuincire, atque clam legatos ad Antonium & Lepidum mittere, eosque ad reconciliationem cohortari. Misit quoque milites ad Senatum, ac per eos Consulatum petiit: quem dum ei negaret Senatus, quidam e militibus manu gladium, quem gerebat, attigit: mox inquit; *Nisi vos Patres conscripti Cæsarem Consulem facietis, hic est facturus.* Huic Cicero ita respondit; *Si quidem* (inquit) *ita Consulatum petitis, obtinebit.* Post hæc Cæsar cum exercitu Romam contendit. Senatus principio eum prohibere, atque vrbem tueri nitebatur. Sed cum iam Cæsar adesset, impenderetque vrbi grauissimum periculum, mutato consilio, freqũes obuiam ei processit, vrbemque inuitus permisit. Ea res mirifice extulit Cæsarem; tum etiam, quod primo die comitiorum in campum Martium ingressus, sex vultures vidit; & paulo post duodecim, cum apud milites concionaretur. quod ille ad Romulum atque eius auguria referens, sperauit sibi regnum futurum. Porro militibus magnam pecuniam largitus est, iisque maximas gratias egit, propterea quod sine eorum præsidio & custodia in Senatum venire nõ audebat. Adoptatus in familiã Cæsaris, ex eo *Caius Iulius Cæsar Octauianus* dictus est. nã hæc est eorũ qui adoptantur consuetudo, vt adoptantium quidẽ nomen accipiãt, pristinũ vero aliqua ratione formatũ ac paulum mutatũ seruent. Post modo etiam AVGVSTVS cognominatus est: quo nomine reliqui post eũ Imperatores appellati sunt. Igitur Cæsar, vbi milites sibi deuinctos habuit, redegitq; Senatũ in suam potestatẽ, ad vlciscendã necem patris animum appulit. Itaque contra interfectores contendit: post, properantibus Antonio & Lepido cum

Καίσαρος δὲ καὶ Ἀντωνίου πάντα ἐπ᾽ ἀλλήλοις πραττόντων, ἐκ τούτου καὶ τἄλλα τὰ ἐν τῇ πόλει πάντα ἐθορυβεῖτο καὶ συνεκέχυτο, καὶ ἀκρισία πολλὴ ἦν. εἰρήνην ἔτι, καὶ ἐπολέμουν ἤδη· τό τε τῆς ἐλευθερίας σχῆμα ἐφαντάζετο, καὶ τὰ τῆς δυναστείας ἔργα ἐγίνετο. καὶ ἐν μὲν τῷ ἐμφανεῖ ὁ Ἀντώνιος, ἅτε καὶ ὑπατεύων, ἐπλεονέκτει· ἡ δὲ δὴ σπουδὴ τῶν ἀνθρώπων ἐς τὸν Καίσαρα ἐπῄει· τὸ μὲν, διὰ τὸν πατέρα αὐτοῦ, τὸ δὲ, διὰ τὰς ἐλπίδας ὧν ὑπισχνεῖτο. μέγιστόν τε, ὅτι τῷ Ἀντωνίῳ οὐ μόνον ἀσελγέστερον βιοῦντι, ἀλλὰ καὶ τυραννικώτερον ἄρχοντι, ἐβαρύνοντο. Κάσσιος δὲ καὶ Βροῦτος ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἦσαν, ἃς ἐλαχέτην ὁ μὲν, ἐν Μακεδονίᾳ, ὁ Βροῦτος· ὁ δὲ, ἐν τῇ Συρίᾳ. Ἔνθεν ὁ Ἀντώνιος τὰς δυνάμεις λαβὼν, ἐπέβη τῆς Γαλατίας, ὡς τὰ ἐκεῖ βίᾳ προσποιησόμενος· Καῖσαρ δὲ, καὶ αὐτὸς στρατιώτας, τοὺς μὲν ἐκ τῶν ἐκείνου σφετεριζόμενος, τοὺς δὲ καὶ διὰ τὴν πρὸς τὸν πατέρα τὸν αὐτοῦ εὔνοιαν, *ἐθέλοντας ἐπαγόμενος ἐπὶ τὸν Ἀντώνιον, ὡς εἴ τι δύναιτο, κωλύσων αὐτόν. καὶ ἡ βουλὴ τὸν μὲν, πολέμιον ἐψηφίσατο, τοῦ Κικέρωνος αὐτὴν πείσαντος, μίσει τοῦ Ἀντωνίου· Καίσαρι δὲ χρήματα καὶ στρατιώτας ἀπέστειλε. καὶ ἐπεὶ οὐδ᾽ ὣς ἦν πρὸς τὸν Ἀντώνιον ἀξιόμαχος, τοὺς ὑπάτους ἀμφοτέρους ἐξέπεμψε, δύναμιν ἔχοντας ἰσχυρήν. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον ἄλλα τε οὐκ ὀλίγα σημεῖα ἐγένετο·

dicere non passus fuisset, sed eum detrahi & eiici per lictores iussisset, cuncti grauiter & iniquo animo tulerūt: potissimum quod Cæsar, vt conflaret inuidiam Antonio, & sibi multitudinis animos ad beneuolentiam alliceret, amplius in forum non veniebat. Quocirca metuens Antonius, Cæsari reconciliari voluit: cum quo rursum propter aliquā suspicionem dissensio facta est. Interea Senatus securitatem & impunitatem decernit Sexto Pompeio, Cnæi minori filio: simul decernit vt, quæ pecunia numerata ex hereditate patris, in ærarium redacta fuerat, ea filio reddatur. Is tum maximas copias habebat, viceratque Bætica pugna Caium Asinium Pollionem, multasque vrbes partim vi, partim de voluntate ipsarum ceperat. Huic cum Antonius prædia ab se occupata non restitueret, Lepidus, qui finitimam Hispaniam obtinebat, persuasit vt cum eo in gratiam rediret, quo posset omnia recuperare facilius. Porro in vrbe omnia confusa & conturbata erant propter Cæsaris & Antonii dissensionem. Etenim iura ciuibus minime reddebantur, propterea quod isti simulata causa libertatis, cuncta ad dominandi cupiditatem trahebant. Antonius, quia Consul erat, aperte amplissimam potentiam vsurpabat: sed multitudo studio in Cæsarem accendebatur, non solum permota patris auctoritate, sed etiam adducta spe, quam de eo conceperat. Ad hęc, valde Antonium oderat, quod petulanter viueret, & homo imperiosus esset. Cassius autem & Brutus, erāt in prouinciis, quas sortiti fuerāt: hic, in Macedonia; ille, in Syria. Igitur Antonius omnibus copiis ad Galliam occupandam profectus est. Cæsar milites Antonii, quā maxime potest, suos facere, atque eorum nonnullos propter eam quam erga patrem habuerant beneuolentiā, contra Antonium ducere, eique impedimento esse in tēpore conatur. Senatus, persuadente Cicerone vetere odio in Antoniū, eum hostem iudicat, pecunias & milites ad Cæsarem mittit. Quib. rebus omnibus cum nondum Antonio par esset, eo propere ambos Consules cū magnis copiis ire iubet. Eodem fere tempore multa portenta visa sunt.

præter cetera enim, fax ardens ab oriente sole ad occasum cõmeauit; & noua quædã stella multis diebus apparuit; splẽdorq; solis diminui & extingui, ac tribus orbibus cõtineri visus est: quorũ vnus ignea corona cinctus esse putabatur. quæ omnia fatalem casum reipublicę portendebant.

E Dionis libro XLVI.

Postquam pecunia ad bellum gerendum opus esse compertum est, omnes suarum facultatum quintam & vicesimam partẽ contribuunt: Senatores vero etiam in singulos lateres, quos habebãt in ædibus vrbanis, non suis solum, sed etiam alienis, in quibus habitabant, quatuor obolos persoluunt. Insuper ditissimi quique separatim alia permulta conferunt: prẹterea arma, ceteraque militib. necessaria multæ ciuitates, multiq; priuati homines gratis suppeditant. tum enim ærarium exhaustum erat. Igitur magna pars hominum a Cæsare contra Antonium stabat; etsi neuter eorum in cura & cogitatione Reipublicæ versabatur; sed ab vtroque pari scelere, dispari tamen fortuna & opinione, cuncta afflicta erant & labefactata. Cæsariani, fortunatissimi esse, prospicere & cõsulere Reipublicę, eamq; ex animo curare videbantur. Contra, Antoniani miserrimi, hostes patriæ, ac sceleratissimi homines esse dicebantur. Placet autem cuncta singulatim persequi: nam mihi quidem in eo magna vis esse videtur, si acta & euentus rerum ex cuiusque consiliis, quemadmodum ea inter se consentiant, iudicauerimus. Fortuna Antoniũ in varios casus misit. Is enim principio Hirtium & Cęsarem felicissime intra munitiones continuit: deinde * Vibium, venientem ad opẽ cõlegæ ferẽdam, factis insidiis sauciauit: quo ex vulnere is paulo post mortuus est. Verum inde contra Hirtium & Cæsarem conuersus, occurrente Hirtio se in castra sua recepit; quod belli laboribus defatigatus, & de via fessus erat: atque quia castra tueri non poterat, cum paucis ad Lepidum confugit. Consul, fortiter pugnando castra cepit: in qua tamẽ pugna ipse occisus est. Apud ceteros, qui se periculis cõmiserant, fuerunt bellicæ laudis & victoriæ insignia: sed potestas

καὶ λαμπὰς ἀπ' ἀνίσχοντος ἡλίου πρὸς δυσμὰς διέδραμε· καί τις ἀστὴρ καινὸς ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ὤφθη, τό τε φῶς τοῦ ἡλίου ἐλαττοῦσθαί τε καὶ σβέννυσθαι, τότε δὲ ἐν τρισὶ κύκλοις φαντάζεσθαι ἐδόκει· καὶ ἕνα γε αὐτῶν στέφανος πυρώδης τις περιέσχε. ταῦτά τε δή, καὶ λόγια πρὸς κατάλυσιν τῆς δημοκρατίας φέροντα πάμπολλα ᾔδετο.

[Ἐκ τοῦ μς' τῶν Δίωνος βιβλίων]

Ἐπειδὴ δὲ πολλῶν χρημάτων εἰς τὸν πόλεμον ἐδέοντο, πάντες μὲν τὸ πέμπτον καὶ εἰκοστὸν τῆς ὑπαρχούσης σφίσιν οὐσίας ἐπέδωκαν, οἱ δὲ δὴ βουλευταὶ καὶ τέσσαρας ὀβολοὺς καθ' ἑκάστην κεραμίδα τῶν ἐν τῇ πόλει οἰκιῶν ὅσας ἢ αὐτοὶ ἐκέκτηντο, ἢ ἄλλων οὔσας ᾤκουν· καὶ χωρὶς ἕτερα οὐκ ὀλίγα οἱ πάνυ πλούσιοι συνετέλεσαν. τά τε ὅπλα καὶ τὰ ἄλλα τὰ πρὸς τὴν στρατείαν ἀναγκαῖα, συχναὶ μὲν πόλεις, συχνοὶ δὲ καὶ ἰδιῶται προῖκα ἐξεποίησαν. τὸ γὰρ δημόσιον ἀχρηματία τότε κατεῖχεν. Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ ὑπὲρ γε τοῦ Καίσαρος, καί τι τοῦ Ἀντωνίου ἐσπούδαζον. ἔμελε δέ που οὐδετέρῳ τούτων τῆς δημοτικῆς ἰσηγορίας καὶ τοῦ καλοῦ, ἀλλὰ καὶ ἀμφότεροι ὁμοίως τὰ πράγματα ἔφθειρον. Πρὸς δὲ δὴ τὴν τύχην, διάφοροι ἑκάτεροι δόξαν ἐκτήσαντο. οἱ μὲν γὰρ εὖ πράξαντες, καὶ εὔβουλοι καὶ φιλοπόλιδες ἐνομίσθησαν· οἱ δὲ δὴ πταίσαντες, πολέμιοι τῆς πατρίδος καὶ ἀλιτήριοι ὠνομάσθησαν. λέξω δὲ καὶ καθ' ἕκαστον τῶν γενομένων· καὶ γὰρ παίδευσις ἐν τούτῳ τὰ μάλιστα εἶναί μοι δοκεῖ, ὅταν τις τὰ ἔργα τοῖς λογισμοῖς ὑπολέγων, τήν τε ἐκείνων φύσιν ἐλέγχῃ, καὶ τούτοις ἐκ τῆς ἐκείνων ὁμολογίας τεκμηριοῖ. Ἀντώνιος μὲν γὰρ, παραλόγοις καὶ πολυτρόποις περιπεσὼν τύχαις, τὸν μὲν ἕνα τῶν ὑπάτων Ἵρτιον ἐν τοῖς προτέροις ἐπιμερήμασι συνέκλεισεν ἅμα τῷ Καίσαρι εἰς τὸν χάρακα· θάτερον δὲ, τὸν * Οὐίβιον, ἥκοντα πρὸς βοήθειαν τοῦ συνυπάτου, [λοχήσας;] κατετραυμάτισεν, ὡς μετ' ὀλίγον ἀποθανεῖν. ἔπειτα ὑποστρέφων αὖθις ὡς πρὸς τὸν Ἵρτιον καὶ τὸν Καίσαρα, καὶ προσβαλόντος αὐτῷ τοῦ Ἱρτίου ἔκ τε τοῦ πολέμου καὶ τῆς ὁδοιπορίας κεκμηκότι, ταπεινὸς ἔφυγεν εἰς τὴν ἰδίαν παρεμβολήν· καὶ οὐδὲ ταύτην δυνηθεὶς σῶσαι, ἀπέδρασεν ὀλιγοστὸς πρὸς τὸν Λέπιδον. ὁ μέντοι ὕπατος τὸ μὲν χαράκωμα εἷλε τοῦ Ἀντωνίου, γενναίως αὐτῷ προσβαλών· κατὰ δὲ τὴν τούτου ἅλωσιν καὶ αὐτὸς διεφθάρη. καὶ ἄλλων μὲν οἱ κίνδυνοι καὶ τὰ τρόπαια, τὸ δὲ ἐπὶ τούτοις ἅπαν

κράτος,

κράτος, καὶ ἡ ἐκ τῶν κατορθωμάτων εὐημερία, τῷ Καίσαρι προσεχώρησε, καίτοι μηδ' ἐκ τοῦ χαρακώματος ἐξιόντι κατὰ τὰς ἀκμὰς τῶν κινδύνων. ἦν γὰρ κομιδῆ νέος καὶ ὀκτωκαιδεκέτης ἔτι. Ἔσχε δὲ οὕτως· μετὰ τὸ καταλυθῆναι τὸν Ἀντώνιον, ὑποπτεύσασα ἤδη καὶ τὸν Καίσαρα ἡ βουλή, ἔπραττεν ὥστε καὶ αὐτὸν ταπεινῶσαι, καὶ ἰδιωτεῦσαι καταναγκάσαι. γνοὺς δὲ τοῦτο Καῖσαρ, τούς τε στρατιώτας (εἶχε δὲ καὶ τοὺς ἀμφοτέρων τῶν ὑπάτων ἤδη, τῶν ἐν τῷ πρὸς Ἀντώνιον πολέμῳ τελευτησάντων) δωρεαῖς καὶ ὑποσχέσεσιν ἑαυτοῦ ἐξηρτήσατο, καὶ πρὸς τὸν Ἀντώνιον καὶ τὸν Λέπιδον ἐπεκηρυκεύσατο λάθρα, εἰς διαλλαγὰς αὐτοὺς *προσκαλούμενος. καὶ πέμψας πρὸς τὴν βουλὴν στρατιώτας, ὑπατείαν ᾔτει. τῆς δὲ μὴ διδούσης, εἷς τις τῶν στρατιωτῶν ἥψατο τοῦ ξίφους, καὶ εἶπεν ὅτι, Ἂν ὑμεῖς τὴν ὑπατείαν μὴ δῶτε τῷ Καίσαρι, τοῦτο δώσει. καὶ αὐτῷ ὁ Κικέρων ὑπολαβών, Ἂν οὕτως, ἔφη, παρακαλῆτε, *λήψεται αὐτήν. καὶ τέλος ὁ Καῖσαρ τὰς δυνάμεις λαβὼν, ἐπ' αὐτὴν ὥρμησε τὴν Ῥώμην. ἡ δὲ βουλὴ ἐπεχείρησε μὲν εἶρξαι αὐτὸν, καὶ φυλάξαι τὴν πόλιν· ἐπεὶ δὲ παρῆν ἤδη, καὶ τὸ δεινὸν ἐπλησίαζε, μετεβάλετο, καὶ τελευτῶσα προσεχώρησεν αὐτῷ πᾶσα, καὶ τὴν πόλιν ἐπέτρεψε καὶ μὴ θέλουσα. ὁ δὲ Καῖσαρ, ἐπί τε τούτῳ μέγιστον ἐφρόνει, καὶ ὅτι τῇ πρώτῃ τῶν ἀρχαιρεσιῶν ἐς τὸ πεδίον τὸ Ἄρειον εἰσελθὼν, γῦπας ἕξ, καὶ μετὰ ταῦτα δημηγορῶν τι πρὸς τοὺς στρατιώτας, ἄλλους δώδεκα εἶδε. πρός τε γὰρ τὸν Ῥωμύλον καὶ πρὸς τὸ οἰώνισμα τὸ ἐκείνῳ γενόμενον ἀναφέρων, καὶ τὴν μοναρχίαν αὐτοῦ βεβαίως λήψεσθαι προσεδόκησε. τοῖς μέντοι στρατιώταις καὶ χρήματα ἔδωκε, καὶ χάριν καὶ πλείστην καὶ ἀληθεστάτην ἔγνω· ἄνευ γὰρ τῆς παρ' αὐτῶν φρουρᾶς οὐδὲ ἐς τὸ βουλευτήριον ἐσφοιτᾶν ἐτόλμα. Ἐσποιηθεὶς δὲ ἐς τὸ τοῦ Καίσαρος γένος, ἐξ ἐκείνου καὶ Γάιος Ἰούλιος Καῖσαρ Ὀκταουιανὸς ἐπεκλήθη. νενόμισται γάρ, ἄν τις εἰσποιηθῇ, τὴν μὲν ἄλλην αὐτὸν πρόσρησιν ἀπὸ τοῦ ποιησαμένου λαμβάνειν, ἓν δέ τι τῶν προτέρων ὀνομάτων *σχηματισθέν πως τηρεῖν. προσεκτήσατο δὲ καὶ ἑτέραν, τὴν τοῦ Αὐγούστου, καὶ αὐτὴν διὰ τοῦτο καὶ οἱ ἔπειτα αὐτοκράτορες τίθενται. Οὕτως οὖν ὁ Καῖσαρ, ἐπεὶ τάχιστα τούς τε στρατιώτας ᾠκειώσατο, καὶ τὴν βουλὴν ἐδουλώσατο, πρός τε τὴν τοῦ πατρὸς τιμωρίαν ἐτράπετο, καὶ τοὺς σφαγέας μετῆλθε. μετὰ δὲ τοῦτο, τοῦ Ἀντωνίου καὶ τοῦ Λεπίδου σὺν

omnis, & rerum bene gestarum gloria, penes Cæsarem fuit; quamquam in maximis periculis e castris non exierat: quippe adolescens erat decem & octo annos natus. Fracto Antonio, Senatus Cæsarem suspectum habere cœpit, atque id agere, vt imperium deponere, ac priuatus esse cogeretur. Qua re cognita, Cæsar statuit milites, quos apud se habebat vtriusque Consulis, paulo ante in bello contra Antonium defuncti, sibi donis & promissis deuincire, atque clam legatos ad Antonium & Lepidum mittere, eosque ad reconciliationem cohortari. Misit quoque milites ad Senatum, ac per eos Consulatum petiit: quem dum ei negaret Senatus, quidam e militibus manu gladium, quem gerebat, attigit: mox inquit; *Nisi vos Patres conscripti Cæsarem Consulem facietis, hic est facturus.* Huic Cicero ita respondit; *Siquidem* (inquit) *ita Consulatum petitis, obtinebit.* Post hæc Cæsar cum exercitu Romam contendit. Senatus principio eum prohibere, atque vrbem tueri nitebatur. Sed cum iam Cæsar adesset, impenderetque vrbi grauissimum periculum, mutato consilio, frequẽs obuiam ei processit, vrbemque inuitus permisit. Ea res mirifice extulit Cæsarem; tum etiam, quod primo die comitiorum in campum Martium ingressus, sex vultures vidit; & paulo post duodecim, cum apud milites concionaretur. quod ille ad Romulum atque eius auguria referens, sperauit sibi regnum futurum. Porro militibus magnam pecuniam largitus est, iisque maximas gratias egit, propterea quod sine eorum præsidio & custodia in Senatum venire nõ audebat. Adoptatus in familiã Cæsaris, ex eo *Caius Iulius Cæsar Octauianus* dictus est. nã hæc est eorũ qui adoptantur consuetudo, vt adoptantium quidẽ nomen accipiãt, pristinũ vero aliqua ratione formatũ ac paulum mutatũ seruent. Post modo etiam AVGVSTVS cognominatus est: quo nomine reliqui post eũ Imperatores appellati sunt. Igitur Cæsar, vbi milites sibi deuinctos habuit, redegitq; Senatũ in suam potestatẽ, ad vlciscendã necem patris animum appulit. Itaque contra interfectores contendit: post, properantibus Antonio & Lepido cum

magnis copiis, cum ipsis fœdus inire studet, quod eos opprimere non poterat, & quod sperabat Brutū & Cassium iam potentissimos viros, per eos confici posse, seq; postea separatim vtrumq; eorū esse superaturum. Itaq; ad paruam insulā eius fluuii qui Bononiam præterfluit, conueniunt: nec illi quidem soli, sed pari militum numero comitati. Post vbi satis exploratum est, ne quis eorū in occulto gladium haberet, in congressum colloquiumq; veniunt, ibiq; dominationem in omnes cōmunem esse inter se iubent: præterea contra communes inimicos cōiurant, etsi propria quædam & præcipua sibi relinquunt. Cæsar enim Libyam & Siciliam accipit: horum alter Hispaniā, alter Galliam.

E Dionis libro XLVII.

Inde Romā profecti, proscriptorum tabulas in albo proponunt, multo certe crudelius, quam in Syllæ dominatione factum fuerat. Sylla enim inimicos tantum sustulerat, amicis vero suis pepercerat: at isti non modo perdebant inimicos, sed etiam amicissimos quosq; in potestatem aduersariorum mutuo tradebant; quibus traditis, acciperent infestos sibi homines, eosque ad extremum vlciscerentur. ex quo fiebat vt in his nulla firma amicitia esset, sed irarum ardor acerbissimus. Prius quam Romam cum exercitu venirent, multa prodigia visa sunt: quibus eorum magna potentia, & grauissimi casus demonstrabantur. Nam Lepido anguis gladium centurionis cuiusdam circumplicauit: & lupus ingressus in castra, intra tentorium Lepidi *cœnantis venit, ac mensam deiecit: amplissimam potentiam eius ostendens; sed in ea conseruanda difficultatem. Antonio vero fossā lacte circumfluens, & concentus de nocte auditus, magnas animi voluptates significauit, ob easque exitū perniciosum. Sed Cæsari aquila statim inito cū ambobus fœdere, supra tentorium stetit; moxq; coruos duos aduolantes, qui ex alis eius plumas euellere conabātur, occidit: itaque ex vtroq; victoriam portendit. Interim milites Antonii, Fuluiæ vxoris eius filiam, quam ipsa ex Clodio habuerat, Cæsari, etsi ante spōsalia cum alia fecerat, desponderunt; Antonio scilicet eā rem procurante: quæ res etiam a Cæsare non est recusata. Dum hæc geruntur, cædes indignissimæ maximæque, vt antea Syllanis temporibus, fiunt.

τῶν δυνάμεσιν ἐπιόντων, συνθήκας πρὸς αὐτοὺς ἐποιήσατο, ἐπεὶ μήτε βιάσασθαι σφᾶς ἐδύνατο, καὶ ἐπήλπισε τόν τε Κάσσιον καὶ τὸν Βροῦτον μέγα ἤδη δυναμένους δι' αὐτῶν *κατεργάσασθαι, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ ἐκείνους δι' ἀλλήλων χειρώσασθαι. συνῆλθον δὲ ἐς τοὺς λόγους οὐ μόνοι, ἀλλὰ στρατιώτας ἰσαρίθμους ἔχοντες, ἐν νησιδίῳ τινὶ τοῦ ποταμοῦ τοῦ περὶ τὴν Βονωνίαν παραρρέοντος· ἀλλήλους τε διηρεύνησαν, μὴ καὶ ξιφίδιόν τις ὑπὸ μάλης ἔχῃ. καὶ εἰς λόγους ἐλθόντες, τήν τε κατὰ πάντων δυναστείαν κοινὴν ἐποιήσαντο, καὶ κατὰ τῶν ἐχθρῶν συνωμόσαντο. ἴδια δ' ἔλαβον, Καῖσαρ μὲν τὴν Λιβύην καὶ τὴν Σικελίαν· τῶν δὲ ὁ μὲν, τὴν Ἰβηρίαν, ὁ δὲ, τὴν Γαλατίαν.

[Ἐκ τοῦ μζ' τῶν Δίωνος βιβλίων]

Μετὰ ταῦτα εἰς τὴν Ῥώμην ἐλθόντες, τὰς ἐν τοῖς λευκώμασι περιέθηκαν προγραφὰς τὸν Σύλλειον τρόπον, εἰ μή γε καὶ μιαρώτερον. ὁ μὲν γὰρ Σύλλας τοὺς ἐχθροὺς ἠφάνιζε μόνον, τῶν δὲ φίλων ἐπεφείδετο· οἱ δὲ οὐ μόνον τοὺς ἐχθροὺς ἀπώλλυον, ἀλλὰ καὶ τοὺς φιλτάτους ἀλλήλοις παρίεντο, ὑπὲρ τοῦ τοὺς ἐχθίστους παρ' ἀλλήλων ἀντιλαβεῖν. οὕτως οὐκ ἦν ἐν αὐτοῖς τὸ φιλοῦν βέβαιον, ἀλλὰ τὸ θυμούμενον ἀκριβέστατον. Πρὸ δὲ τῆς ἐς τὴν Ῥώμην αὐτῶν μετὰ τῶν στρατευμάτων ἀφίξεως, τοιάδε τινὰ σφίσιν ἀπήντησε τέρατα, τήν τε δυναστείαν ὁμοίως αὐτοῖς καὶ τὴν καταστροφὴν αἰνισσόμενα. τῷ μὲν γὰρ Λεπίδῳ ὄφις τέ τις ξίφει ἑκατοντάρχου περιπλακεὶς, καὶ λύκος ἔς τε τὸ στρατόπεδον καὶ ἐς τὴν σκηνὴν δειπνοποιουμένου αὐτοῦ ἐσελθὼν, καὶ τὴν τράπεζαν *καταβαλὼν, τήν τε ἰσχὺν ἅμα καὶ τὴν δυσχέρειαν τὴν ἐπ' αὐτῇ προεσήμαινε. τῷ δ' Ἀντωνίῳ γάλα τε περὶ τὸ τάφρευμα περιερρύη, καὶ συνῳδία τις νυκτὸς περιηχήσατο, τάς τε θυμηδίας καὶ τὸν ὄλεθρον τὸν ἀπ' αὐτῶν προέδειξε. τῷ δὲ δὴ Καίσαρι τότε εὐθὺς ἐπὶ τῇ συνθήκῃ ἀετὸς ὑπέρ τε τῆς σκηνῆς αὐτοῦ ἱδρυθεὶς, καὶ δύο κόρακας προσπεσόντας αὐτῷ, τίλλειν τε τῶν πτερῶν πειρωμένους ἀποκτείνας, τὴν νίκην κατ' ἀμφοτέρων αὐτῷ ἔδωκε. Καὶ τούτῳ οἱ τοῦ Ἀντωνίου στρατιῶται τὴν θυγατέρα τῆς Φυλβίας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ἣν ἐκ τοῦ Κλωδίου εἶχε, τῷ Καίσαρι, καίτοι ἑτέραν ἐγγεγυημένῳ, προεξένησαν, τοῦ Ἀντωνίου δηλονότι τοῦτο κατασκευάσαντος· καὶ ὃς οὐκ ἀπηρνήσατο. Καὶ αὐτῶν ἐν τούτοις ὄντων, αἵ τε σφαγαὶ ἐκεῖναι αἷς ποτὲ ὁ Σύλλας ἐκ τῶν προγραφῶν ἐκέχρητο, ἐποιήθησαν.

καὶ ἡ πό-

καὶ ἡ πόλις ἅπασα νεκρῶν ἐπληρώθη. τῶν δὲ κτεινομένων αἱ κεφαλαὶ μὲν ἐπὶ τὸ βῆμα αὐθις ἀνετίθεντο, τὰ δὲ λοιπὰ σώματα, τὰ μὲν αὐτοῦ τε ἐρρίπτετο, καὶ ὑπὸ κυνῶν ὀρνίθων τε ἠσθίετο. ἐκ δὲ τῶν πρὸς ἀλλήλους πραγμάτων τό τε οἰκειωθὲν σφίσι καὶ τὸ ἀλλοτριωθὲν ἐν λόγῳ τινὶ τιθέμενοι, ὥστε τὸν ἑαυτοῦ τις [αὐτοῦ] ἐχθρὸν τιμωρήσασθαι, φίλον ἑτέρου ὄντα, ἐδιδοῦτο, μὴ ἀντιδιδοὺς ἄλλον· καὶ ἐκ τῶν χαλεπωτάτων ὀργῆς τῆς τε ἔπειτα ὑποψίας, παρ' οὐδὲν τῶν τοῦ ἐπιεικοῦς σωτηρίαν πρὸς τὴν τοῦ διαφόρου τιμωρίαν ποιούμενοι, ῥᾳδίως σφᾶς ἀντεδίδοσαν. κἀκ τούτου τούς τε φιλτάτους ἀντὶ τῶν ἐχθίστων ἀλλήλοις προσέδοσαν, καὶ τοὺς πολεμιωτάτους ἀντὶ τῶν ἑταιροτάτων, τοῦτο μὲν ἴσους πρὸς ἴσους, τοῦτο δὲ ἀνθ' ἑνὸς πλείονας, ἢ καὶ ἀντὶ πλειόνων ἐλάττονας ἠλλάσσοντο· τά τε ἄλλα ἐν ἀγορᾶς τρόπῳ ποιούμενοι, καὶ ὑπερβαλλόμενοι ὥσπερ ἐν πρατηρείῳ, εἰ μὲν εἷς τις ἑνὸς [τινος] ἀντάξιος ὥστ' ἰσομοιρεῖν ἐδόκει, ἁπλῆ ἡ ἀντίδοσις ἐγίγνετο· πλείους δὲ καὶ ἀντὶ πλειόνων ἀπώλλυντο. κατὰ δὲ τῶν πλουσίων κοινήν τινα ἔχθραν προσέθεντο, οὐκ ἐξ ἀπεχθείας τινὸς προϋπαρχούσης, ἀλλ' ἐκ τῆς κατεχούσης αὐτοὺς φιλοχρηματίας καὶ ἀπληστίας. Τούτων δὲ τῶν κακῶν τὴν μὲν πλείονα μοῖραν Ἀντώνιος εἶχε καὶ Λέπιδος· ἔδοξε δὲ καὶ ὑπὸ τοῦ Καίσαρος κατὰ τὴν τῆς δυναστείας κοινωνίαν γίνεσθαι. τῇ τε γὰρ φύσει οὐκ ὠμὸς ἦν, καὶ ἐν τοῖς τοῦ πατρὸς ἤθεσιν ἐνετέθραπτο. πρὸς δὲ ἔτι νέος ὤν, καὶ ἄρτι εἰς τὰ πράγματα παριών, οὔτ' ἄλλως ἀνάγκην μισεῖν τινας σφοδρῶς εἶχε, καὶ φιλεῖσθαι ἤθελεν· ἐξ οὗ γέ τοι τῆς τε πρὸς ἐκείνους συναρχίας ἀπηλλάγη, καὶ τὸ κράτος μόνος ἔσχε, οὐδὲν ἔτι τοιοῦτον ἔπραξε. τότε δὲ καὶ ἔσωσε πλείστους. τεκμήριον δέ· Ταννσία γυνὴ ἐπιφανὴς τὸν ἄνδρα Τίτον Οὐίνιον ἐπικηρυχθέντα, τὸ μὲν πρῶτον ἐς κιβωτὸν, εἶτα παρὰ ἀπελευθέρῳ τινὶ Φιλοποίμενι κατέκρυψε. μετὰ δὲ τοῦτο ὁρμοτελῆ ἑορτήν, ἣν συγγενής τις αὐτῆς ποιήσειν ἔμελλε, τηρήσασα, τόν τε Καίσαρα διὰ τῆς Ὀκταουίας τῆς ἀδελφῆς μόνον τῶν τελῶν εἰσελθεῖν διεπράξατο καὶ ταῦτα ἐσπηδήσασα, τό τε πραχθὲν ἀγνοοῦντι ἐμήνυσε, καὶ τὴν κιβωτὸν αὐτὴν ἐσκομίσασα, ἐξεῖλε τὸν ἄνδρα ἐξήγαγεν· ὥστε τὸν Καίσαρα θαυμάσαντα, πάντας μὲν αὐτοὺς ἀφεῖναι, (καὶ γὰρ τοῖς συγκρύψασί τινα θάνατος προείρητο) τὸν δὲ δὴ Φιλοποίμενα καὶ ἐς τὴν ἱππάδα καταλέξαι. Ὁ μὲν Καῖσαρ, τοιοῦτος· καὶ ὁ Λέπιδος ὁμοίως πρός τε τοὺς συγγενεῖς καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους οὐκ ἀπαραίτητος ἦν. ὁ δὲ Ἀντώνιος ὠμῶς

Etenim vrbs tota interfectorum hominum referta erat, capita pro rostris posita: reliqua corpora proiecta iacebant, atque a canibus & volucribus comedebantur. In his rebus hanc solam proprii & alieni rationem habebant, quod eorum nemo inimicum suum, qui esset alterius amicus, vlcisci poterat, nisi pro eo alium tradidisset. Ita aut ira vetere incitati, aut futura suspicione adducti, amici salutē supplicio inimici postponebant, permutabāt'q; facillime. Nam amici pro inimicis, socii pro hostibus inu cem dabantur: & commutabantur aut pares cum paribus, aut plures cum vno, aut cum pluribus pauciores: quasi venales essent, pretiis & licitationib. factis. Tum enim simplex erat permutatio, cū pares erāt inter se: sin minus, pauci pro multis moriebantur. Cōmune autem in primis eorū fuit, vt cum locupletibus inimicitias gererent: non eas quidē susceptas ex aliqua simultate vel odio, sed quod erat in ipsis summa auaritia, & infinita pecuniæ cupiditas. Antonius & Lepidus his nefariis & truculentis sceleribus potissimum astringebātur: sed & Cæsar in eadē culpa esse videbatur, cōmunicato cū illis imperio. natura quidē certe crudelis non erat, in morib. patris educatus. præterea modo ad res gerendas accesserat, nec, cur aliquos odio haberet, causa erat: demq; ipse se diligi & amari cupiebat: quin rerū potitus, ex quo tempore regnum habuit, non solum nihil tale cōmisit, sed multos etiam cōseruauit. Magno argumento est, quod Tanysia matrona nobilis, cum Titum Iunium virum suum proscriptū in arcam cōiecisset, ac eā apud Philopœmenem libertū reposuisset: cumque propinquus eius diem festum celeberrimum acturus esset, curauit Cæsarem per Octauiam sororem ipsius, solum ex triumuiris eo venire. ibique de improuiso accedens, Cæsari rem omnem aperuit, allataq; arca, virū ex ea eduxit. Quam rem Cæsar admiratus, omnibus veniam dedit: (etsi capitale erat, si quis proscriptum hominē occultauisset) hoc amplius, Philopœmenē in equestrem ordinē perduxit. Itaq; Cæsar tali ingenio pditus erat. Sed neq; Lepidus in propinquos suos & alios erat inexorabilis: Antonius vero acerbe

& crudeliter nulla misericordia permotus, occidebat nō modo eos quos proscripserat, sed eos quoq; qui proscriptis opem ferre conarentur: quorum capita etiam inter epulas spectabat, eaque spectatione nefaria & calamitosa, magna ex parte satiabatur. Eodem modo Fuluia non tam odio impulsa, quam studio pecuniæ quærēdæ, sæpe morte afficiebat homines viro suo incognitos. itaq; is, vt caput cuiusdam ad se perlatum vidit; *Hunc hominem*, inquit, *ignorabam*. Sed capiti Ciceronis allato cōtumeliosissime maledixit, iussitque in Rostris, quo magis inter cetera emineret, collocari in præcelso atque edito loco; vt vnde in cōcione auditus fuerat in ipsum dicere, ibi cum amputata dextra cōspiceretur. Idem caput, antequam inde exportaretur, Fuluia sumit in manus, insectatur conuitiis, spuit in faciem, supra genua collocat; ex eoq; ore aperto linguam extrahit; deinde pungit acu, qua ad ornamenta capitis sui vtebatur: ad extremum illudit ei maledice & contumeliose. Sed vt illis tēporibus variæ cędes factæ sunt, ita plerisque salus multis modis data est: quorum pleraque prætermittere visum est, eaq; tantum quę memoratu digna esse videbantur, referre. Igitur cum quidam seruus in speluncam dominum inclusisset, eumque non multo post alius indicasset, ita vt mors ei haud dubia impenderet, seruus veste cum domino commutata, ingredientibus properauit obuiam; &, quasi ipse dominus esset, occidi se passus est. ita illi, rati se, quem volebant, interfecisse, abierunt: hic postea alio se contulit. Sed & alius pariter mutatis cum domino vestibus, in opertam *lecticam ingressus, domino persuasit vt eam deferret: post, vbi ambo deprehensi sunt, seruus, ne cōspectus quidē, necatus est; dominus, quasi lecticarius, euasit. Id serui dominis, beneficio eorū affecti, præstiterunt. Ceterum stigmatias quidam non modo non prodidit dominum, a quo notis fuerat cōpunctus; sed etiā ad eum seruandum promptissimus fuit. Cum enim clam dominū exportaret, eumq; inimici re cognita insequerētur, hominem sibi forte factum obuiam interemit, eiq; vestem detraxit, ac domino induit: deinde mortuo in rogū imposito, acceptaque veste domini, annuloque eius, persequentibus occurrit; iis ait *se fugere,

καὶ ἀνηλεῶς οὐχ ὅτι τοὺς ἐκλεχθέντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπικουρῆσαί τινι αὐτῶν ἐπιχειρήσαντας ἔκτεινε. τάς τε κεφαλὰς σφῶν, εἰ καὶ σιτούμενος ἐτύγχανεν, ἐπεσκόπει, καὶ ἐπὶ πλεῖστον τῆς τε ἀνοσιωτάτης καὶ οἰκτροτάτης αὐτῶν ὄψεως ἐνεπίμπλατο. καὶ ἡ Φουλουία πολλοὺς καὶ αὐτὴ καὶ κατ᾽ ἔχθραν καὶ διὰ χρήματα, καὶ ἔστιν οὓς οὐδὲ γινωσκομένους * ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἐθανάτωσεν. ἑνὸς γοῦν τινὸς κεφαλὴν ἰδὼν, εἶπεν ὅτι, Τοῦτον οὐκ ἠπιστάμην. ὡς δ᾽ οὖν καὶ ἡ τοῦ Κικέρωνός ποτε ἐκομίσθη αὐτοῖς, ὁ μὲν Ἀντώνιος, πολλὰ καὶ δυσχερῆ ἐξονειδίσας αὐτῷ, ἔπειτ᾽ ἐκέλευσεν αὐτὴν ἐκφανέστερον τῶν ἄλλων ἐν τῷ βήματι προτεθῆναι, ἵν᾽ ὅθεν κατ᾽ αὐτοῦ δημηγορῶν ἠκούετο, ἐνταῦθα μετὰ τῆς χειρὸς τῆς δεξιᾶς, ὥσπερ ἀποτέτμητο, ὁρῷτο. ἡ δὲ δὴ Φουλουία ἔς τε τὰς χεῖρας αὐτὴν, πρὶν ἀποκομισθῆναι, ἐδέξατο, καὶ ἐμπικραναμένη οἱ καὶ ἐμπτύσασα, ἐπί τε τὰ γόνατα ἐπέθηκε, καὶ τὸ στόμα αὐτῆς διανοίξασα, τήν τε γλῶσσαν * ἐξείλκυσε, καὶ ταῖς βελόναις αἷς ἐς τὴν κεφαλὴν ἐχρῆτο, κατεκέντησε, πολλὰ ἅμα καὶ μιαρὰ ἐπισκώπτουσα. Πολύτροποι μὲν οὖν αἱ σφαγαί, πολυειδεῖς δὲ καὶ σωτηρίαι τισὶν ἐγένοντο. ἐγὼ δὲ τὰ πολλὰ παρεὶς, τὰ ἀξιομνημόνευτα διηγήσομαι. τοῦτο μὲν γάρ, ἐς σπήλαιόν τις τὸν δεσπότην καταχρύψας, εἶτ᾽ ἐπεὶ καθ᾽ ἑτέρου τινὸς μήνυσιν ἀπολεῖσθαι ἔμελλε, τήν τε ἐσθῆτα πρὸς αὐτὸν ἠλλάξατο, καὶ μετ᾽ αὐτῆς τοῖς ἐπιοῦσιν, ὡς καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος ὤν, προσαπήντησε, καὶ ἐσφάγη. καὶ οὕτως οἱ μὲν ἀπηλλάγησαν, νομίζοντες ὃν ἠβούλοντο πεφονευκέναι· ὁ δὲ, ἀπελθόντων αὐτῶν, ἑτέρωσε διέφυγεν. ἄλλος τις, τὴν σκευὴν ὁμοίως ἅπασαν πρὸς τὸν δεσπότην διαλλάξας, αὐτός τε ἐς φορεῖον κατάστεγον ἐσῆλθε, καὶ ἐκεῖνον διφροφόρον ἐποίησε· κἀκ τούτου καταληφθέντες, ὁ μὲν οὐδ᾽ ὀφθεὶς ἐφονεύθη, ὁ δὲ, ὡς τις σκευοφόρος, ἐσώθη. Καὶ ταῦτα μὲν ἐκεῖνοι ἐξ εὐεργεσίας τινὸς προϋπαρχούσης σφίσι, τοῖς δὴ ποιήσασιν ἀνταπέδοσαν. στιγματίας δέ τις, οὐχ ὅσον οὐ προέδωκε τὸν δεσπότην τὸν στίξαντα, ἀλλὰ καὶ προθυμότατα ἔσωσεν. ὡς γοῦν ὑπεκκομίζων που αὐτὸν ἐφωράθη καὶ ἐδιώκετο, ἀπέκτεινέ τινα ἐντυχόντα οἱ κατὰ τύχην, καὶ τὴν στολὴν αὐτοῦ τῷ δεσπότῃ δοὺς, τὸν μὲν ἐπὶ πυρὰν ἐπέθηκεν, αὐτὸς δὲ τήν τε ἐσθῆτα καὶ τὸν δακτύλιον τοῦ δεσπότου λαβὼν, ἀπήντησε τοῖς διώκουσι, καὶ πλασάμενος ὡς καὶ φεύγοντα

αὐτὸν

αὐτὸν ἀπεκτονώς, ὅπως εὑρεθῇ ἔκ τε τῶν σκύλων καὶ ἐκ τῶν στιγμάτων. καὶ ἐκεῖνόν τε ἅμα ἔσωσε, καὶ αὐτὸς ἐτιμήθη. Ταῦτα μὲν ἐς οὐδεμίαν ὀνομαστὸς μνήμην ἀνήκει· Ὀσιαῖος δὲ δὴ Γέτας ὁ υἱός, ἐκφορὰν δή τινα αὐτοῦ ὡς καὶ τεθνηκότος σκευάσας, ἐξέσωσε. καὶ Κόϊντον Κικέρωνα τὸν τοῦ Μάρκου τοῦ ῥήτορος ἀδελφὸν ὁ παῖς ἐξέκλεψε, καὶ ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ ἔσωσεν. αὐτὸς μὲν γὰρ καὶ κατέκρυψε τὸν πατέρα, ὥστε μὴ εὑρεθῆναι· στρεβλωθεὶς δὲ ἐπὶ τούτῳ πάσαις βασάνοις, οὐδὲν ἐξελάλησε. μαθὼν δὲ ἐκεῖνος τὸ γιγνόμενον, καὶ θαυμάσας τε ἅμα τὸν παῖδα, καὶ ἐλεήσας, ἦλθεν ἐθελοντὴς ἐς τὸ ἐμφανές, καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν τοῖς σφαγεῦσι παρέδωκε.

Μάρκος δὲ Τερέντιος Οὐάρρων, ὁμώνυμος ὤν τινι τῶν ἐπικεκηρυγμένων, καὶ δείσας μή τι κατὰ τοῦτο, οἷα καὶ ὁ Κίννας, πάθῃ, ἐξέθηκε γράμμα, αὐτὸ τοῦτο δηλῶν· (ἐδημάρχει δέ) καὶ ὁ μὲν διατεθρυλημένος καὶ γέλωτα ἐπὶ τούτῳ ὤφλισκανε. πλεῖστοι δὲ καὶ τῶν μὴ προγραφέντων, διά τε ἔχθραν καὶ διὰ χρήματα διεπόλλυντο· πλεῖστοι δὲ καὶ τῶν ἐπικηρυχθέντων οὐχ ὅτι περιεγένοντο, ἀλλὰ καὶ κατῆλθον αὖθις· καί τινες αὐτῶν καὶ ἀρχὰς ἔσχον· ἵνα καὶ ἐκ τούτων τὸ ἀστάθμητόν τις τοῦ βίου τεκμηριώσαιτο.

Ἡ δ' ἀναχώρησις σφίσι πρός τε τὸν Βροῦτον καὶ πρὸς τὸν Κάσσιον, πρός τε τὸν Σέξτον ἐγίνετο. καὶ οἵ γε πλείους πρὸς τοῦτον κατέφευγον. ναυαρχεῖν γὰρ αἱρεθεὶς, καὶ χρόνον τινὰ ἐν τῇ θαλάσσῃ δυνηθεὶς, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἐπεκηρύχθη, τὴν Σικελίαν κατέσχε. τῇ τε Ἰταλίᾳ ἐγγύθεν ἐφορμῶν, χρήματά τε διπλάσια τοῖς περισώσασί τινα τῶν τοῖς φονεῦσι προκειμένων ἐπαγγελλόμενος, καὶ αὐτοῖς ἐκείνοις ὑποδοχὴν καὶ τιμὰς ὑπισχνούμενος, πολλοὺς ἔσωσεν.

Οἱ μέντοι τρεῖς ἄνδρες οὐ μόνον τοὺς ἐς τὰ λευκώματα ἐγγραφέντας ἀπέκτειναν, ἀλλὰ καὶ ὅσους ἀφεῖναι ἔδοξαν, τρόπον ἕτερον διεχρῶντο, πτωχοὺς ἀντὶ πλουσίων ποιοῦντες. ἐνοίκιά τε γὰρ τῶν οἰκιῶν ὧν εἶχον ἀπῄτουν, καὶ τὰς τῶν κτημάτων αὐτῶν προσόδους ἀφῄρουν, καὶ τὰ πολλὰ τῶν χρημάτων τοῖς στρατιώταις ἐδίδουν, ἅτε θεραπεύοντες καὶ ἐπὶ πλέον ἀναρτώμενοι τούτοις· ἵνα καὶ πρὸ τῶν ἔργων τοὺς μισθοὺς ἔχοντες, πολὺ τὸ πρόθυμον σφίσι παρέχωνται. διὰ τοῦτο καὶ τὰς τῶν ἀνῃρημένων οὐσίας εἰς ἀγορὰν προτιθέμενοι, τοὺς μὲν ἄλλους τῆς ὠνῆς ἀπήλαυνον, ἀπειλοῦντες, τοῖς δὲ στρατιώταις αὐτὰς ἐπώλουν

quod dominum occidisset; atq; eius rei fidem ex spoliis & notis fecit: qua ratione non modo conseruauit dominum, sed * ab his quoque beneficium accepit. Verum memoria nominis istorum, quod obscuri homines erant, nullis monumentis consecrata est. ° Osiæus quoque Geta, quo patri suo opem & salutē ferret, eum pro mortuo extulit. Porro Quintum Ciceronem, M. Tullii oratoris fratrē, filius in occulto habuit, & quantum in se fuit conseruauit. nā eum ita abdidit, vt nullo pacto posset inueniri: cumque ob eam rem verberibus & tormētis afficeretur, nihilo magis indicauit. Quintus autem, postquā ea res ei nuntiata est, admiratus filii constantiam, atq; eius misericordia permotus, vltro prodiit, seque inimicorum potestati permisit. Marcus vero Terētius Varro, quod vni ex proscriptis idem nomen erat, metuens ne, quod Cinnæ euenerat, sibi quoq; eueniret, (erat enim tribunus plebis) ° edito scripto eam rem exposuit; & ob eam causam irrisus est. Per hæc tempora permulti, etsi proscripti non erant, tamē, vel quod inimicitias gererēt, vel quod locupletes essent, occidebantur. Pleriq; etiam proscripti, qui incolumes euaserant, postea restituti sunt, & magistratus gesserunt. Ex quo intelligi potest, *quanta sit varietas rerum humanarum & inconstantia.* Multi ad Brutum & Cassium confugiebant: plurimi ad Sextum Pompeium; quod classi præerat, & aliquanto tempore in mari potens erat, tenebatque Siciliam prouinciam, postea quā & de ipso facta erat proscriptio: ° cumq; veniret in pxima loca Italiæ, pecuniam, receptumque, & honores pmittebat iis, qui ex impetu percussorum ciues eripuissent ac seruassent: itaq; permultos cōseruauit. Triumuiri autē, non solum occidebant eos quos in albo proscripserāt; sed eos etiam quos iam missos fecisse videbantur, quodāmodo perdebant, dum eos ex locupletibus egentes facerēt. nam ab his exigebant pensionem ædium quas habitabant, capiebantq; reditus prædiorum, & pecunias maximas inter milites distribuebant, eosq; fouebant & alliciebant multis muneribus, vt dato prius stipendio, eos haberent ad omnia facinora paratiores. Quamobrem etiam cum bona damnatorum venalia proponerent, ceteros quidem minis deterrebant, quo minus emerent: post vero solis militibus ea paruo pretio

vendebāt. Sed in hoc maximo mœrore & acerbiſſimo luctu vrbis, rem crudelē fecerunt, ac omnib. modis irridendam. Iuſſerunt enim ciuibus, vt iſta proſcriptione lætarētur, grauiter minati, niſi parerent. Eo pacto cūcta ad eorum arbitriū libidinemq; gerebantur; ita vt regnū Iulii Cæſaris aureum fuiſſe videretur. Poſt id tempus tabulas rurſum in albo proponūt: ex quibus nemini quidē mortem afferunt, tamen viuos fortunis ſpoliant, exigētes a ſingulis ciuibus decimam partem bonorū, vt aiebāt: vere autem vix cuique decimam partem reliquerunt. Iidem Iulio Cæſari *ſepulcrū fecerunt in foro, vbi cōbuſtus fuerat; eosq; qui ad ipſum confugerēt, tutos & inuiolatos eſſe voluerūt; *ædem in qua fuerat occiſus, inacceſſam in poſterum effecerunt. His reb. geſtis, Lepidus Romæ remanſit: Cæſar & Antonius contra Brutum & Caſſium profecti ſunt. Nam hi, vbi intellexerūt Rempublicam arbitratu Antonii & Cæſaris adminiſtrari, contempta Creta & Bithynia, quas ꝓuincias ſortiti fuerant, contendunt, hic in Syriā, ille in Macedoniam: quæ prouinciæ non ſolū erant opportunitate, ſed etiam pecuniis & magnis copiis florentiſſimæ. eas confeſtim ſine pugna capiunt: deinde Aſiam omnem in ſuam redigunt poteſtatem, deditione populorum, ſi res ita ferebat; & vi facta iis qui reſiſterent. Erant per id tempus magiſtratus in ſingulis ꝓuinciis: quorum alii ad Brutum, propter eius dignitatem & gloriam, ſtatim ſe recipiebant; ceteri, qui Antonii & Cæſaris partes ſuſtinebāt, facile capiebantur. In eo fuit numero Dolabella, a quo Trebonius Smyrnæ ex inſidiis necatus fuerat, eiusque caput ad ſtatuam Cęſaris proiectum, quod cædis eius particeps fuiſſet. Fuit & frater Antonii in Macedonia; quem Antonius eo miſerat, vt exercitui præeſſet. Hi omnes obſtupefacti, Brutū admirabantur, propter ea quæ ab omnibus ciuitatibus facta erant. Nā Athenienſes Bruto & Caſſio ſtatuas ex ære iuxta ſtatuā Harmodii & Ariſtogitonis publico decreto poſuerant. In primis autem id eos celeriter auxit, quod a triumuirorum crudelitate & ſcelere longiſſime aberant: pręſertim Brutus: quodq; ad Senatū referebant

ἐπαγωνίζοντες. Δεινῆς δὲ κατηφείας καὶ πένθους ἐπὶ τούτοις τὴν Ῥώμην κατειληφότος, πεπράχασί τι καὶ ἄλλο τυραννικὸν ὁμοῦ καὶ γελοῖον. ἐκέλευσαν πᾶσι διὰ προγραφῆς εὐθυμεῖσθαι, θάνατον, ἂν μὴ πειθαρχήσωσιν, ἀπειλήσαντες. οὕτω τὰ πράγματα πρός τε τὸ *βούλημα καὶ πρὸς τὸ ἐπιθύμημα τὸ ἑαυτῶν διῆγον· ὥστε *χρυσῆν τὴν τοῦ Ἰουλίου Καίσαρος μοναρχίαν φανῆναι. τελευτῶντες δὲ, λευκώματα αὖθις ἐξέθεντο, θάνατον μὲν μηδενὶ ἐπιφέροντα, τὰς δὲ οὐσίας τῶν ζώντων ἀποσυλῶντα, τῷ μὲν λόγῳ τὸ δέκατον τῆς οὐσίας παρ' ἑκάστου τῶν πολιτῶν εἰσπράττοντες, ἔργῳ δὲ, οὐδὲ τὸ δέκατόν τινι καταλείποντες. τῷ δὲ Καίσαρι ἡρῷον ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἐφ' ἧς ἐφλέχθη, δειμάμενοι, ἀπηγόρευσαν οὐδένα τῶν εἰς τοῦτο καταφευγόντων μήτε ἀνδρηλατεῖσθαι, μήτε συλᾶσθαι. τὸ δὲ οἴκημα ἐν ᾧ ἐσφάγη, εἰς ἄφοδον μετεσκεύασαν. Πράξαντες δὲ ταῦτα, Λέπιδος μὲν ἐν τῇ πόλει κατέμεινε· Καῖσαρ δὲ καὶ Ἀντώνιος, ἐπὶ τὸν Βροῦτον καὶ τὸν Κάσσιον ἐξεστράτευσαν. Κάσσιος γὰρ καὶ Βροῦτος, ἐπεὶ τὰ πράγματα ὑπὸ τῷ Ἀντωνίῳ τῷ τε Καίσαρι γιγνόμενα ἔμαθον, ὧν μὲν ἔλαχον ἐπαρχιῶν κατεφρόνησαν, τῆς Κρήτης καὶ Βιθυνίας· ὁρμήσαντες δὲ, ὁ μὲν ἐπὶ τὴν Συρίαν, ὁ δὲ ἐπὶ τὴν Μακεδονίαν, ὅτι τῷ καιρῷ καὶ τοῖς χρήμασι ταῖς τε δυνάμεσιν ἤκμαζον, οὐ μόνον ταύτας ἀμαχεὶ προσηγάγοντο, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἀσίαν τελευτῶντες ἅπασαν παρεστήσαντο, πειθοῖ τε ὅπῃ παρείκοι, καὶ βίᾳ πρὸς τοὺς ἀντιτείνοντας χρώμενοι. ἦσαν μὲν γὰρ καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ᾑρημένοι πρότερον ἄρχοντες· ἀλλ' οἱ μὲν πρὸς τὸ ἀξίωμα καὶ τὸ κλέος τῶν περὶ Βροῦτον, εἶκον εὐθὺς, καὶ προσετίθεντο σφίσιν· οἱ δὲ τὰ τοῦ Ἀντωνίου μᾶλλον καὶ τὰ τοῦ Καίσαρος φρονοῦντες, οὐ χαλεπῶς ἐχειροῦντο. ὧν ἦν καὶ Δολοβέλλας ὁ τὸν Τρεβώνιον ἐν Σμύρνῃ δολοφονήσας, τήν τε κεφαλὴν αὐτοῦ τῇ τοῦ Καίσαρος εἰκόνι προσρίψας, ὅτι τῶν σφαγέων ἦν· καὶ ὁ τοῦ Ἀντωνίου ἀδελφὸς, τῶν ἐν Μακεδονίᾳ δυνάμεων ἡγεῖσθαι παρ' αὐτοῦ τούτου πεμφθείς. οὕτω γὰρ ἐτεθήπεσαν τοὺς περὶ τὸν *Βροῦτον, ἐφ' οἷς ἐποίησαν αἱ πόλεις πᾶσαι, ὥστε καὶ οἱ Ἀθηναῖοι εἰκόνας σφίσι χαλκᾶς παρὰ τὴν τοῦ [Ἁρμοδίου καὶ] Ἀριστογείτονος ἐψηφίσαντο. ὃ δὲ αὐτοῖς ταχὺ μάλα τὰ πράγματα *προσχωρῆσαι πεποίηκε, τοῦτ' ἦν, ὅτι τῆς τῶν τριῶν συναρχῶν τῶν ἐν Ῥώμῃ ὠμότητος καὶ παρανομίας ἐκ διαμέτρου ἀφεστήκεσαν, καὶ μάλιστα Βροῦτος· εἴς τε τὴν βουλὴν ἀνέφερεν τὰ προσ-

τὰ περαινόμενα, καὶ αὐτῇ τὰ πράγματα καὶ σφᾶς αὐτοὺς ἀνετίθεσαν· καὶ αὐτὴ *ἔχαιρέ τε αὐτοῖς, καὶ δόγμασιν ἐβεβαίου τὰ παρ' αὐτῶν διοικούμενα καὶ γινόμενα, ἕως ὅπου δηλονότι παντελῶς ἐδεδούλωτο. ἐπεὶ δ' ἐκεῖνοι ταύτην τε δουλωθεῖσαν ἤκουον, καὶ τὰς παρανόμους ἐν τῇ πόλει σφαγὰς ἐπυνθάνοντο, οὕτω δὴ τὰς δυνάμεις αὐτῶν συναγαγόντες εἰς ἓν, εἰς τὸν ὕστατον ἐκεῖνον τὸν ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἐλευθερίας ἀγῶνα ὥρμησαν. Ὄντων δ' αὐτῶν ἔτι κατὰ τὴν Ἀσίαν, ἔφθησαν οἱ περὶ τὸν Ἀντώνιον τόν τε *Ἰόνιον περαιωθέντες, καὶ πρὸς τοῖς Φιλίπποις τῆς Μακεδονίας στρατοπεδεύσαντες. διαβάντες δὲ καὶ ἐκ τῆς Ἀσίας αὐτοὶ, ἀντεστρατοπεδεύοντο τούτοις. καὶ τὰ μὲν στρατόπεδα, ὡς καὶ εὐτακτότεροι οἱ στρατιῶται καὶ ῥᾴους ἄρχειν ὦσι, διχῇ κατέστη. παντὸς δὲ δὴ καὶ τοῦ διὰ μέσου αὐτῶν, καὶ τάφρῳ καὶ σταυρώματι περιληφθέντος, εἷς τε ὁ πᾶς περίβολος ἀμφοτέρων ἐγένετο, καὶ ἐν κοινῷ τὴν ἀπ' αὐτοῦ ἀσφάλειαν εἶχον. ἀντικειμένων δὲ αὐτῶν ἀλλήλοις, ἐκδρομαὶ μὲν καὶ ἀντεπέξοδοι παρ' ἀμφοτέρων, ὡς ἔτυχεν, ἐγίνοντο· μάχη δὲ ἐκ παρατάξεως οὐδεμία χρόνον τινὰ συνηνέχθη· τέλος δὲ συνέμιξαν ἀλλήλοις. Πρὸ μέντοι τῆς μάχης σημεῖά τινα γεγονότα, τό τε τοῦ πολέμου τέλος καὶ τὴν τῆς δημοκρατίας κατάλυσιν ὑπέφαινον, τοῦ θεοῦ τάχα μεθαρμόττοντος τότε τὴν πολιτείαν εἰς τὴν λυσιτελεστέραν ἁρμονίαν καὶ κρείττονα, τὴν τῆς μοναρχίας φημί. ὁμοφρονῆσαι μὲν ἐν τῷ καθεστῶτι τρόπῳ τῆς πολιτείας οὐκέθ' οἷοί τε ἦσαν· (οὐ γὰρ ἔστιν ὅπως δημοκρατία ἄκρατος, ἐς τοσοῦτον ἀρχῆς ὄγκον προχωρήσασα, σωφρονῆσαι δύναται) πολλοὺς δ' ἂν ἔτι *πολλοῖς καὶ αὖθις ὁμοίους ἀγῶνας ἀνελόμενοι, πάντως ἄν ποτε ἐδουλώθησαν, ἢ καὶ ἐφθάρησαν. Τὰ μὲν οὖν πολλὰ τῶν σημείων τοῖς τερατολόγοις παρίσω. ἄμεινον δ' ἂν ἦν καὶ ὁ Δίων μὴ πέρα τοῦ δέοντος αὐτὰ τεθηπὼς, ἀλλά τι καὶ τῷ Πολυβίῳ προσεσχηκὼς, ὅστις ἅλωσιν γράψας τῆς Καρχηδόνος, καὶ τῆς Ἑλλάδος δούλωσιν, καὶ πρὸ τούτων τὴν μεγάλην τῶν Ῥωμαίων ἐκείνην ὑπὸ Ἀννίβου καὶ πολυχρόνιον κάκωσιν, οὐδαμοῦ τερατολογῶν φαίνεται, οὐδὲ σημεῖα ταῖς λοιπαῖς πόλεσι πρὸ τῶν συμφορῶν γινόμενα διηγούμενος· εἰ μὲν οὐδ' ἂν γενέσθαι νομίζων, μεμπτέος· (πλήρης γὰρ τῶν τοιούτων ἡ ἱστορία) εἰ δ' ὡς οὐχ ἱστορήσας γε αὐτὸς, συγγνωστῶς· συγγραφὴν γὰρ προεχειρίζετο. ἐκ δὲ τῶν τῶν ἐπὶ Καίσαρος καὶ Ἀντωνίου γινομένων τοῦτο

omnia, eique se resq; suas omnes permittebant: id enim Senatui erat gratissimum. idcirco confirmabat ea omnia quæ ab illis gesta essent, quousque seruire omnino coactus est. At postquã intelligunt Senatum redactũ esse in seruitutem, & cædes nefarias in vrbe factas, omnibus copiis in vnũ conductis, propere contendunt de libertate dimicaturi. Dum autem adhuc essent in Asia, adfuerũt Antoniani: qui, vt [1] Ionium mare transierunt, apud Philippos Macedonię castra locant. Illi, vbi venerunt ex Asia, ex aduerso castra ponunt; eorumque duas partes faciunt, quo magis liberos & expeditos milites habeant, eisq; facilius queant imperare: deinde fossa valloq; circumdant. quæ res vtraque castra vno ambitu cingebat, ac communiter vtrumq; exercitũ munitum & tutũ præstabat. Cum ita essent inter se oppositi, vtrimq; crebræ excursiones fiunt: & quamquam prœlium aliquanto tempore cõmissum nõ est, tamen ad extremum sunt congressi. Hanc pugnam pręcesserunt nonnulla portenta, quibus eius belli exitus & casus Reipublicæ demonstrabantur, quod eam Deus optimus maximus in meliore statu & cõditione regni erat collocaturus. Nam, vt tũ res erant, pax & cõcordia ciuibus diu nõ poterat insidere. Respublica enim in qua penes populum omne sit imperium, potẽtissima, & in summo fastigio collocata, modum tenere nullo pacto potest. Itaque Romani multa vtrique huiusmodi in posterũ quoque bella suscepissent, ac tandem cadere & seruire coacti fuissent. Sed huiusmodi portenta iis quib. ea curæ sunt, puto relinqui oportere: multoq; melius Dion (vt opinor) fecisset, si ea supra modũ admiratus non esset, sibiq; Polybium proposuisset aliqua ex parte imitandum. Ille enim historiam de Carthaginis & Græciæ captiuitate conscripsit, itemque de graui diuturnaque clade, quam Romani antea ab Annibale acceperant: nusquam tamen monstra eiusmodi referre, aut calamitates vrbibus ante significatas esse, dicere videtur. Id si facit, ratus ea numquam accidisse, culpa non caret: (portẽtorum enim plena est historia) quodsi euenisse putauit, tamen ea scribere noluit, veniã meretur: historiam enim conficiebat. Ego vero ex his omnibus quæ temporibus Cæsaris & Antonii acciderunt, hoc vnum

referam, quo commutatio rerum (vt ego arbitror) significabatur: flumina quædam in Italia in contrarias partes fluxisse, quædam prorsus exaruisse. Pugna autem in hunc modum commissa est. Principio vtrimq; vnus tuba sonuit; post reliqui omnes; sed primum ii qui continebantur certo & præfinito loco, vt tuba canerēt: deinde alii, vt animos militū ad prœlium ineundum excitarent: mox repente factum est silētium. Illi rursum sonos acutissimos fuderunt; & vtrimq; exercitus conclamauit. Tū cœpere milites grauis armaturæ scuta hastis percutere, easq; contra se inuicē torquere; funditores & sagittarii tela lapidesque iacere; equitatus irruere, subsequentibus militib. grauis armaturæ. Ita res ad manus atq; ad pugnā venit. Fit grauis impetus, distringuntur gladii: id primū omnes agunt, vt multos vulnerent, ipsi vero nullū vulnus accipiant. Post, vbi animi (vt fit) ira incēdi & inflammari cœperunt, accurrūt propius, & temere irruunt. Hic rationem nullam habent sui, neq; sentiunt accepta vulnera, quod mors dolorem anteuertat. Itaque morientium nullus est gemitus, nulla lamentatio: etenim absq; cruciatu corporis statim moriebātur: in primisq; vtriq; in suis locis cōsistebant. neq; enim recedebant alio, vt quemquam insequerentur; sed in iisdē locis in quibus essent, sauciabant, pariterque sauciabantur; cumq; hostes occidissent, ibidem ipsi non multo post cadebāt. Mansit ea pugna quousque dies iam inclinaret. Igitur si Brutus cum Antonio prœlio decertasset, & Cassius cum Cæsare, pares inter se fuissent. Sed dum Brutus Cæsarem imbecillum vicit, atque Antonius Cassio, qui par ei in bellicis rebus non erat, superior fuit, victores quodammodo victi discesserunt. Castra enim Cæsaris & Antonii, & quæ in castris erāt, omnia capta sunt: Cæsar mirabiliter saluus euasit. Nam ei, antequā prœlium cōmitteretur, medicus somniū narrauit, quo eum castris excedere iubebat. Cassius quoq; incolumis ex prœlio amissis munitionibus profugit: sed cū existimaret Brutū iam occisum esse, cumq; quidam e victoribus ad eum properarēt, mortē sibi ipse intulit. Brutus, quamuis postea exercitū Cassii recepisset,

Vide nostras in Dionē annotationes.

ἔρα, τὴν μεταβολὴν (οἶμαι) τῶν πραγμάτων δηλοῦν. τῶν γὰρ ἐν Ἰταλίᾳ ποταμῶν οἱ μέν τινες παντάπασιν ἐξέλιπον, οἱ δὲ ἀνάπαλιν ῥεῖν ἤρξαντο. Ἐγένετο δὲ ἡ μάχη τοῦτον τὸν τρόπον. πρῶτον μὲν σαλπικτὴς εἷς ἑκατέρωθεν ὑπεσήμηνε, καὶ οὕτω [καὶ] οἱ λοιποὶ ἐπήχησαν, πρῶτοι μὲν οἱ* τό τε στάσιμον καὶ τὸ παρασκευαστικὸν ἐν τόπῳ τινὶ κυκλοτερεῖ διὰ σαλπίγγων μελῳδοῦντες, ἔπειτα δὲ καὶ οἱ ἄλλοι οἱ τόν τε θυμὸν τῶν στρατιωτῶν ἐπεγείροντες, καὶ ἐπὶ τὴν σύνοδον αὐτοὺς ἐξορμῶντες. καὶ μετὰ τοῦτο σιωπή τε ἐξαπίνης πολλὴ ἐγένετο· καὶ σμικρὸν ἐπισχόντες, αὐτοί τε διάτορον ἐξεφώνησαν, καὶ αἱ τάξεις ἑκατέρωθεν συνεβόησαν. κἀκ τούτου ἀλαλάξαντες οἱ ὁπλῖται, τάς τε ἀσπίδας τοῖς δόρασιν ἔκρουσαν, καὶ ἐκεῖνα ἐπ' ἀλλήλοις ἐξηκόντισαν. καὶ οἱ σφενδονῆται καὶ οἱ τοξόται βέλη καὶ λίθους ἧκαν· καὶ μετὰ ταῦτα τό τε ἱππικὸν ἀντεξήλασε· καὶ τὸ θωρακοφόρον συνεπισπώμενον σφίσιν, ἐν χερσὶν ἐγένετο. καὶ πολλῷ μὲν ὠθισμῷ, πολλῷ δὲ καὶ ξιφισμῷ ἐχρήσαντο, τὰ μὲν πρῶτα περισκοποῦντες ὅπως τε τρώσωσί τινας, καὶ ὅπως αὐτοὶ μὴ τρωθῶσιν· ἔπειτα δὲ, ὡς ἥ τε ὁρμὴ σφῶν ηὐξήθη, καὶ ὁ θυμὸς ἐφλέγμηνεν, ὁμόσε τε ἀπερισκέπτως χωροῦντες, καὶ μηδεμίαν ἔτι ἀσφάλειαν ἑαυτῶν ποιούμενοι. καὶ οὔτε τῶν τραυμάτων αἴσθησιν εἶχον· τὸ γὰρ ἀλγῆσον ὁ θάνατος προελάμβανεν· οὔτε τοῦ ὀλέθρου σφῶν ὀλοφυρμὸν ἐποιοῦντο· ἐς γὰρ τὸ ἄλυπον ἐξικνοῦντο. ἔμενον δὲ κατὰ χώραν ἀκριβῶς ἀμφότεροι, καὶ οὔθ' ὑπαγωγαῖς οὔτε διώξεσιν οὐδέτεροι ἐχρήσαντο, ἀλλ' αὐτοῦ, ὥσπερ εἶχον, ἐτίτρωσκον, ἐτιτρώσκοντο, ἐφόνευον, ἐφονεύοντο, μέχρι πόρρω τῆς ἡμέρας. καὶ εἴγε Βροῦτος μὲν κατὰ Ἀντώνιον, Κάσσιος δὲ κατὰ Καίσαρα ἀντετέτακτο, ἰσοπαλεῖς ἂν ἐγεγόνεσαν· νῦν δὲ ὅ τε Βροῦτος τὴν τοῦ Καίσαρος ἀρρωστίαν ἐξεβιάσατο, καὶ ὁ Ἀντώνιος τὸν Κάσσιον, οὐδὲν οἱ ὅμοιον τὰ πολέμια ὄντα, ἐξενίκησεν. Ἐπλεονέκτησαν δὲ καὶ ἠλαττώθησαν ἀλλήλων, *τῷ τό τε τάφρευμα τὸ τοῦ Καίσαρος τοῦ τε Ἀντωνίου πλὴν, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα, ἁλῶναι· (ὅτε καὶ ὁ Καῖσαρ παραδόξως ἐσώθη, τῶν ἰατρῶν τινος περὶ τῆς μάχης ὄναρ αὐτῷ εἰπόντος, κελεῦον αὐτῷ ἐκχωρῆσαι τοῦ στρατοπέδου) καὶ τῷ τὸν Κάσσιον ἐκ μὲν τῆς μάχης σωθῆναι, τοῦ τε ἐρύματος στερηθέντα, ἄλλοσέ ποι διαφυγεῖν· ὑποτοπήσαντα δὲ καὶ τὸν Βροῦτον *ἐσφάχθαι, καί τινας τῶν κεκρατηκότων πρὸς αὐτὸν ἐπιέναι, διαχρήσασθαι ἑαυτόν. ὁ οὖν Βροῦτος μετὰ ταῦτα καὶ τὸ ἐκείνου στράτευμα παραλαβὼν,

μάχῃ

μάχῃ μὲν ἐκ παρατάξεως οὐ διενοεῖτο αὖθις συμμῖξαι, πολλὴν δὲ δὴ ἐλπίδα ἀκινδύνως ἐν τῷ χρόνῳ κατεργάσασθαι σφᾶς ἔχων, θορυβεῖν τε αὐτοὺς ἀδήλως καὶ ταράττειν νύκτωρ ἐπειρᾶτο. καί ποτε καὶ τὸν ποταμὸν παρατρέψας, πολὺ τοῦ ἐρύματος αὐτῶν *κατέκλυσε. καὶ τὰ μὲν τοῦ Βρούτου ἐν τούτοις ἦν. ὁ δὲ δὴ Καῖσαρ ὅ τε Ἀντώνιος, ἐσπάνιζον μὲν καὶ τροφῆς καὶ χρημάτων, ὅθεν οὐδὲ τοῖς στρατιώταις τι ἀντὶ τῶν διαρπασθέντων ἔδωκαν· καὶ προσέτι καὶ τὴν δύναμιν τὴν ναυτικὴν, ἡττηθεῖσαν ὑπὸ τῆς τοῦ Βρούτου, ἀπεβεβλήκεσαν. διὸ καὶ ἐν τοῖς ὅπλοις ἔτι μόνον τὰς ἐλπίδας οὐχ ὅτι τῆς νίκης, ἀλλὰ καὶ τῆς σωτηρίας ποιούμενοι, ὥρμηντο διακινδυνεῦσαι. ἠναγκάσθη δὲ καὶ ὁ Βροῦτος μάχῃ *κρατῆσαι τὰ ὅλα, διὰ τὰς τῶν στρατιωτῶν αὐτομολήσεις. καὶ αὐτῶν ἀντιπαρατεταγμένων ἤδη, ἀετοὶ δύο ὑπὲρ ἀμφοτέρων ὑπεριπτάμενοι, ἀλλήλοις τε ἐμαχέσαντο, καὶ ἐκείνοις τὸ τέλος τοῦ πολέμου προέφηναν· ἡττήθη γὰρ ὁ κατὰ τοῦ Βρούτου. Ἡττηθέντος οὖν καὶ τοῦ Βρούτου, καὶ ἄλλων ἄλλῃ φευγόντων, ἐπεδίωξαν μὲν οἱ κεκρατηκότες, οὔτε δὲ ἀπέκτειναν, οὔθ' εἷλόν τινα, ἀλλὰ προσεδρεύσαντες αὐτοῖς τὴν νύκτα, ὡς ἑκάστοις, οὐκ εἴασαν αὖθις σφᾶς συστραφῆναι. ὁ οὖν Βροῦτος, ἀπογνοὺς μὲν τὴν σωτηρίαν, ἀπαξιώσας δὲ τὴν ἅλωσιν, ἐς τὸν θάνατον αὐτὸς κατέφυγε· καὶ ἀναβοήσας τοῦτο δὴ τὸ Ἡράκλειον, *Ὦ τλῆμον ἀρετὴ, λόγος ἄρ' ἦσθα ἄλλως· ἐγὼ δέ σε ὡς ἔργον ἤσκουν, σὺ δ' ἄρ' ἐδούλευες τύχῃ· παρεκάλεσέ τινα τῶν συνόντων ἵνα αὐτὸν ἀποκτείνῃ. καὶ αὐτοῦ τὸ μὲν ἄλλο σῶμα ταφῆς ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίου ἔτυχεν· ἡ δὲ δὴ κεφαλὴ ἐπέμφθη μὲν εἰς τὴν Ῥώμην, χειμῶνι δὲ ἐν τῷ ἀπὸ τοῦ Δυρραχίου διάπλῳ περιπεσοῦσα, εἰς τὴν θάλασσαν ἐρρίφη. τελευτήσαντος δὲ αὐτοῦ, καὶ ἡ γυνὴ Πορκία, ἄνθρακα διάπυρον καταπιοῦσα, ἀπέθανε. τῶν δὲ συνόντων αὐτῷ ἐπιφανῶν ἀνδρῶν οἱ μὲν πλείους, ἑαυτοὺς παραχρῆμα ἀπέκτειναν, ἢ ἁλόντες ἐφθάρησαν, ὥσπερ ὁ *Φαβώνιος ὁ τοῦ Κάτωνος ἐραστής· οἱ δὲ λοιποὶ, εἰς Σικελίαν πρὸς τὸν Σέξτον κατέφυγον.

[Ἐκ τοῦ μη' τῶν Δίωνος βιβλίων]

Καῖσαρ δὲ καὶ Ἀντώνιος, ὁ μὲν, εἰς τὴν Ἀσίαν ἐχώρησεν, ἀργυρολογήσων αὐτήν· Καῖσαρ δὲ, εἰς τὴν Ῥώμην, τὸν Λέπιδον, ἄν τι παρακινῇ, κωλύσων, καὶ τῷ Σέξτῳ προσπολεμήσων. Κατὰ δὲ τὴν Ῥώμην ἡ Φουλουΐα ἥ τοῦ τε Καίσαρος πενθερὰ, καὶ τοῦ Ἀντωνίου γυνὴ, τὸν Λέπιδον ὑπὸ νωθείας παρ' οὐδὲν ἦγε, καὶ αὐτὴ τὰ πράγματα διεχείριζεν, ὥστε μήτε τὴν βουλὴν, μήτε τὸν δῆμον ἄλλο τι παρὰ τὸ ἐκείνῃ

tamen iterum sibi confligendum esse non putabat, quod sperabat cunctãdo se posse hostes sine periculo cõficere. Ceterũ de nocte conturbare eos maximo tumultu conabatur: quin etiam aliquãdo alueo fluminis auerso, munitiones eorum *inundatione repleuit. Dum Brutus hæc ageret, Cæsar & Antonius commeatu & pecuniis maxime indigebant; ob eamq; rem nihil dederãt militibus, quo damna, quæ captis castris in rebus eorũ facta erant, resarcirent. Ad hæc copias nauales, iã a Bruto superatas, amiserant. ita in armis spes relicta erat, nõ modo victoriæ, sed etiam salutis. quamobrẽ experiri & tentare omnia etiam cum periculo cupiebant. Brutus quoque, quod crebro milites ab eo deficiebãt, idem facere coactus est. iaq; acies instructæ erant, cum duæ aquilæ volantes super vtrumq; exercitum inter se concertarent, finem belli prænuntiãtes, propterea quod ea quę ad Brutum spectare videbatur, victa est. Bruto superato, pleriq; militum in diuersas partes fugæ se mãdarunt: quos victores insequebãtur: etsi neminem eorum occidebant, aut capiebãt; sed noctu locati in insidiis, prouidebãt ne rursum cogerentur. Brutus, desperata salute, ratus turpissimum esse capi, & indignissimum, ad mortem cõfugit. Itaq; cum exclamasset illud Herculis; **O misera virtus: ergo nihil quã verbum eras: atqui ego te tamquam rem exercebam: sed tu seruiebas fortunæ*: cohortatus est aliquem ex suis vt se interficeret. Quo facto, Antonius corpus eius sepultura affecit; nisi quod caput Romam missum, orta tempestate, cũ Dyrrachio soluissent, in mare proiectũ est. Morte Bruti cognita, vxor eius carbonem candẽtem absorbuit: ita mortua est. Cumq; permulti clarissimi viri cum Bruto essent, plures eorum statim mortem sibi consciuerunt, quam captiui decesserint: (in his fuit Fauonius, amicus Catonis) reliqui in Siciliã ad Sextum se receperũt.

E Dionis libro XLVIII.

Antonius pecuniæ faciendæ causa in Asiam profectus est: Cæsar Romam venit, vt esset impedimento Lepido, si quid moliri conaretur; atque vt Sexto bellum inferret. Per id tempus Fuluia socrus Cęsaris & Antonii vxor, contempto Lepido ita administrabat omnia, vt nihil a Senatu decerneretur vel a plebe contra

eius volũtatem. Cum ea erat Lucius Antonii frater. Igitur posteaquã Cæsar venit, in pace aliquanto tempore fuerunt: post vero dissidere cœperũt, atq; in apertum odium venire. Nam Cæsar propter insolentiã socrus, quã ferre nõ poterat, filiam eius repudiauit, vt virginem adhuc: quam rem iureiurando confirmauit. Cum autem apertas inimicitias gererẽt, proderat in primis Fuluiæ odium hominum quod paulo ante in Cæsarem concitatũ fuerat. Causa odii hæc fuit, quod cum Cæsar Italiam omnem teneret, (nisi siquid veterani milites ab eo dono ceperant, aut ex publico emptum possidebãt) *ope auxilioq; seruorum, aliisq; rationib. adiutus, bona dominis eripiebat atq; auferebat, eaq; deinceps dabat suis militibus. Cum autem ii qui partis bonis priuabantur, grauiter ferrent, atq; (vt par erat) indignarentur: ita eos interrogare solitus erat; *Vnde igitur*, inquit, *veteranos remunerabimur?* quasi aut bellum gerere, aut tot promissa facere quisquã ei iussisset. Sed cum Lucius & Fuluia iniuria affectos a Cæsare, beneficiis sibi deuincirent, eisq; omnibus in rebus auxiliarentur, Cæsar, & quidem inuitus, remittere aliquid de crudelitate sua, nec amplius quemquã fortunis spoliare visus est. Quare non modo apud Senatum, sed etiã apud omnes carus haberi cœpit: milites autẽ grauiter ferre. Idcirco interfecerũt centuriones, aliosq; permultos, qui eorũ tumultum compescere, eosq; placare nitebantur. Parum quoq; abfuit quin ipse Cęsar ab iis fuerit interfectus. Etenim qualibet causa incitati, vim iracundiamq; subibant: neq; prius destiterũt, quam propinquis suis, & patribus liberisq; eorum qui in prœliis cecidissent, *prędia quæ ab aliis possidebãtur, restitui iuberet. Quo impetrato, milites Cæsari fuerunt amiciores: sed populus Romanus iterum acerbe tulit: ita vt ipsi inter se venirent ad manus, & pugnarent continẽter. Quare timore permotus Cæsar, studebat cũ Fuluia & Lucio recõciliari: id tamen per legatos impetrare non potuit, propterea quod multi Senatorii & Equestris ordinis cum Fuluia erant, cum quibus consilia communicabat: *eaque nonnumquam (quod mirum fortasse videbitur) accingebat gladium, *signaque distribuebat inter milites, atque apud eos sæpenumero concionabatur. Quapropter Cæsar ad veteranos confugit. (erant veterani, qui militia dimissi erant, vbi per legitimum tempus militauerant) Cum igitur essent in Italia complures

quæ cũ densa sint, omnes defendunt a telis cuiusuis generis; tantumq; roboris habẽt, vt supra eam testudinem homines non modo ire, sed etiam equos agere possint & vehicula, quoties fuerint in concauo & angusto loco. cui rei propterea *Testudo* nomen est, quod fortissima sit, atque tectissima. Ea duas ob causas vtitur: vna est, cum propugnacula quædam adoriri volunt: sic enim plerumq; nonnullos extollunt, vt eos supra muros collocẽt. altera causa est, quod ita circumuenti a sagittariis, simul omnes subsidunt. (nam equos etiã genua flectere, seq; inclinare docent) Ita hostibus opinionem præbẽt lassitudinis. quibus ob eam causam irruẽtibus, subito insurgunt, eisq; terrorem iniiciunt. Testudo ergo fieri ad hunc modum solet. Antonius porro regem Armeniorum dolo cepit, quod sibi in bello contra Parthos subsidio nõ venisset: quem cũ vinctum primo catenis argenteis *secum adduxisset, post aureis cõstrictum ad Cleopatram duxit: cũ qua deinceps, relictis armis, sese dedidit voluptatibus, atq; filios eius *reges regum* appellauit. Nec solũ inter eos partitus est Armeniam, & quas habebat prouincias, sed etiam Indiam & Parthiam. Interea Cæsar milites exercebat, dũ Pannonios & Dalmatas in suam dicionem & potestatem redigeret. In quibus prœliis & laboribus nonnumquam etiam vulnerib. acceptis periclitabatur. Per id tempus Agrippa Romæ aquam, quæ defecerat vitio aquæductuum, sumptu suo restituit, atq; in complures partes vrbis deduxit: præterea refecit ædificia publica, viasque omnes, sine vllo sumptu publico. Cloacas vero ita purgauit, vt per eas in Tiberim nauigaretur. Cumq; in Circo errare homines animaduerteret, in numero circuituũ, quos Græci *διαύλους* vocant, delphinos & ouata opera fieri iussit: vt ex iis circuitus curriculorum ostẽderentur. Ad hæc oleum salemq; omnibus dedit ciuibus: balneaq; gratis per annum viris mulieribusq; cõcessit, in quibus lauarentur. †Conduxit etiã tonsores ludis: vt nemo quidquam impẽderet de suo. *Locus hic est mancus: vide Dionem nostrum.* Præterea de loco superiore in theatrũ tesseras iecit, quibus argentũ promittebatur, aliæq; res permultę. Res quoque venales multas in medio positas, populo ad diripiendum dedit. Astrologos & magos omnes ex vrbe expulit.

Hæc omnia Agrippa, cum esset Ædilis, fecit. Ceterum rege Medorum a Parthis deuicto, Armenia Mediaq; in potestatem Parthorum venit.

E Dionis libro L.

Quibus rebus gestis, Antonius & Cęsar paulo post bello cōcertare cœperunt, atq; alter alterum multis modis criminari. Cæsar obiiciebat Antonio, quod Cleopatræ daret ea quæ essent populi Romani: quasi præstigiis quibusdā factū esset, vt ei veluti mancipium seruiret. cuius rei causa non plane Antonio, sed Cleopatræ bellum indixit. Antonius Cæsarē accusabat, quod ab eo iniuriā accepisset; a quo Antonii adhuc superstitis tabulas testamenti apertas esse & publicatas ferebatur. Fuerūt & alię causæ. nam cum statuissent longo tempore antè bellū inter se gerere, causæ eis non defuerunt. Huius belli apparatus, omnes vicit superiores. nam vtriq; auxilio fuerunt quam plurimę nationes & gentes. Cum Cæsare erāt Gallia, Hispania, Illyria, atq; Afri qui antea fuerant in dicione populi Romani; (exceptis his qui circum Cyrenen incolebant) itemq; ii apud quos Bogud & Bocchus regnum obtinuerant. Sardinia quoq; & Sicilia, aliæq; insulæ proximæ supradictis regionibus, opē ei ferebant. Antonius secum habebat Asiaticos eos qui parebant populo Romano: item Thraciam, Græciam, Macedoniam, Ægyptios, Cyrenæos, cum finitimis nationibus & insulis: præterea omnes fere reges & principes, aut eorum legatos, qui vicini erāt prouinciis populi Romani, quas Antonius tenebat. Idem Antonius, antequam bellum gereretur, iurauit militibus, se parta victoria in duobus mēsibus proximis imperium depositurum, traditurumq; omnem potestatem senatui populoq; Romano: vixq; ei persuasum est vt id sexto mense faceret, quo facilius res in meliore statu collocarentur. Ante id bellum hæc portenta visa sunt. Bubo primum volauit ad templum Concordiæ, deinde ad reliqua; in quibus etiā considebat: (nisi Dion ridiculus est, qui dicat volatibus bubonū, & simiarum introitibus in tēpla, & si qua sunt eius generis, bella & calamitates tā magnas declarari) Ætnęq; ignis effusissima eruptio finitimas ciuitates vastauit. Porro q; draco biceps visus sit in Etruria, longus pedes LXXXV,

Καὶ Ἀγρίππας μὲν ταῦτα ἐν τῷ τῆς ἀγορανομίας αὐτοῦ χρόνῳ ἔπραξε. τοῦ δὲ Μήδων βασιλέως ἡττηθέντος ὑπὸ τῶν Πάρθων, καὶ ἡ Ἀρμενία σὺν τῇ Μηδίᾳ τῶν Πάρθων ἐγένετο.

[Ἐκ τοῦ ν΄ τῶν Δίωνος βιβλίων]

Μετὰ δέ τινα χρόνον καὶ ὁ Ἀντώνιος καὶ ὁ Καῖσαρ ἐπολέμησαν ἀλλήλοις, ἐγκλήματα κατ᾽ ἀλλήλων κατασκευάσαντες, ὁ μὲν, ὅτι καὶ τὰ Ῥωμαίων ὁ Ἀντώνιος τῇ Κλεοπάτρᾳ ἐδίδου καὶ ἐχαρίζετο, καταγεγοητευμένος καὶ δεδουλωμένος αὐτῇ, ὥσπερ ἀνδράποδον· καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ἄντικρυς πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ πρὸς τὴν Κλεοπάτραν δῆθεν τὸν πόλεμον ἐψηφίσατο· ὁ δὲ Ἀντώνιος, ὡς ὑβρισθεὶς ὑπ᾽ αὐτοῦ, τὰς διαθήκας τὰς ἑαυτοῦ ἔτι ζῶντος ἀνοίξαντός τε καὶ πᾶσιν ἐκφήναντος, καὶ δι᾽ ἄλλα τινά. οὐ γὰρ ἔμελλον ἀπορήσειν αἰτιῶν, πάλαι πολεμῆσαι διεγνωκότες. ἐγένετο δὲ ἡ πᾶσα τοῦ πολέμου παρασκευὴ πολὺ τῶν πρὸ αὐτοῦ μεγίστη. ἔθνη γὰρ τοσάδε ἑκατέρῳ τόνδε τὸν πόλεμον συνήρατο. Καίσαρι μὲν ἥ τε Ἰταλία καὶ Γαλατία, τό τε Ἰβηρικὸν καὶ τὸ Ἰλλυρικὸν, καὶ Λίβυες, οἵ τε ἐκ τοῦ πρὶν ῥωμαΐζοντες, (πλὴν τῶν περὶ τὴν Κυρήνην) καὶ οἱ τοῦ Βογούου τε Βόκχου γεγονότες, Σαρδώ τε καὶ Σικελία, καὶ αἱ ἄλλαι νῆσοι αἱ ταῖς εἰρημέναις ἠπείροις προσεχεῖς, συνεμάχησαν· τῷ δ᾽ Ἀντωνίῳ, τά τε ἐν τῇ Ἀσίᾳ τῶν Ῥωμαίων ἀκούοντα, καὶ τὰ ἐν τῇ Θρᾴκῃ, ἥ τε Ἑλλὰς καὶ ἡ Μακεδονία, καὶ οἱ Αἰγύπτιοι, οἵ τε Κυρηναῖοι μετὰ τῶν περιχώρων, καὶ οἱ νησιῶται οἱ προσοικοῦντες σφίσιν, οἵ τε βασιλεῖς καὶ δυνάσται πάντες (ὡς εἰπεῖν) οἱ τῇ τῶν Ῥωμαίων ἀρχῇ γειτνιῶντες τῇ ὑπὸ τὸν Ἀντώνιον οὔσῃ, οἱ μὲν αὐτοὶ, οἱ δὲ καὶ δι᾽ ἑτέρων. ὁ δὲ Ἀντώνιος, πρὸ τοῦ πολέμου ὤμοσε πρὸς τοὺς αὑτοῦ στρατιώτας, τήν τε ἀρχὴν ἐντὸς δύο μηνῶν μετὰ τὴν νίκην ἀφήσειν, καὶ τὸ πᾶν αὐτοῦ κράτος τῇ γερουσίᾳ καὶ τῷ δήμῳ ἀποδώσειν· μόλις τε δῆθεν τινες ἔπεισαν ἕκτῳ μηνὶ τοῦτο ποιῆσαι, ἵνα δὴ κατὰ σχολὴν τὰ πράγματα καταστήσηται. σημεῖα δὲ πρὸ τοῦ πολέμου ἔδοξε γεγονέναι, ὅ τε βύας ὁ ἐπὶ τὸν τῆς Ὁμονοίας ναὸν ἐπιπτάμενος, καὶ ἐπὶ τοὺς ἄλλους ἐπικαθήμενος· (εἰ μή τι γελοῖος ὁ Δίων τηλικούτων πολέμων καὶ συμφορῶν, βυῶν τε πτήσεις, καὶ πιθήκων εἰς ναοὺς εἰσελεύσεις, καὶ ἄλλ᾽ ἄττα τοιαῦτα προλέγων τε καὶ προσημαινόμενος) καὶ τὸ τῆς Αἴτνης πῦρ πλεῖστον ῥυὲν, καὶ πόλεις λυμηνάμενον. τὸ δὲ τοῦ δικεφάλου δράκοντος τοῦ ἐν τῇ Τυρσηνίδι φανέντος, καὶ ἐς πέντε καὶ ὀγδοήκοντα πόδας ἐξικνουμένου,

πολλά τε

πολλά τε κακώσαντος, εἶτα κεραυνωθέντος, εἰ ἀληθές ἐστι, καὶ θαυμαστὸν πάντως ἐστίν. ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ οἱ παῖδες δίχα γενόμενοι μηδενὸς κελεύσαντος, καὶ οἱ μὲν Ἀντωνείους, οἱ δὲ Καισαρείους σφᾶς ἐπικαλέσαντες, συνέμιξαν ἀλλήλοις ἐπὶ δύο ἡμέρας, καὶ ἡττήθησαν οἱ τὸ τοῦ Ἀντωνίου ὄνομα φέροντες. καὶ τοῦτο μὲν τὴν ἧτταν αὐτοῦ προεσήμηνε· τὸν δὲ ὄλεθρον εἰκών τις αὐτοῦ ἐν τῷ Ἀλβανῷ ἀνακειμένη· λιθίνη γὰρ οὖσα, αἷμα πολὺ ἀνῆκεν.

Καὶ ἐγένετο ἡ μάχη κατὰ τὸ καλούμενον Ἄκτιον, ἔνθα νῦν ἡ Νικόπολίς ἐστι, παρούσης καὶ τῷ Ἀντωνίῳ καὶ συμπολεμούσης τῆς Κλεοπάτρας, δι' ἣν καὶ μάλιστα τοῖς τε φίλοις προσκέκρουκε, καὶ κατὰ τὴν μάχην ἐσφάλη. γέγονε δὲ ἡ ναυμαχία τοιαύτη. τὰ μὲν σκάφη τῷ Ἀντωνίῳ πολὺ τῶν ἐναντίων ὑπερέχοντα ἦν· τριήρεις μὲν γὰρ ὀλίγας, πεντήρεις δὲ, [τετρήρεις τε] καὶ δεκήρεις, καὶ τὰ λοιπὰ τὰ διὰ μέσου πάντα ἐξεποίησε, καὶ ἐπ' αὐτὰ πύργους τε ὑψηλοὺς ἐπικατεσκεύασε, καὶ πλῆθος ἀνθρώπων ἐπανεβίβασε. καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὁ ἀγὼν οὐχ ὁμοιότροπος αὐτοῖς ἐγένετο. οἱ μὲν γὰρ τοῦ Καίσαρος, ἅτε καὶ μικροτέρας καὶ ταχυτέρας τὰς ναῦς ἔχοντες, ῥοθίῳ τε ἐχρῶντο, καὶ ἐνέβαλλον πεφραγμένοι πάντῃ, ὅπως μὴ τιτρώσκωνται. καὶ εἰ μὲν κατέδυσάν τινα· εἰ δὲ μή, ἀνεκρούοντο πρὶν ἐς χεῖρας ἐλθεῖν· καὶ ἤτοι τοῖς αὐτοῖς αὖθις ἐξαίφνης ἐνέβαλλον, ἢ τοὺς μὲν εἴων, ἐπ' ἄλλους δὲ ἐτρέποντο. καί τι καὶ τούτοις ὡς διὰ βραχέος ἐργασάμενοι, πρὸς ἄλλους [καὶ πάλιν μάλα ἄλλους] ἐχώρουν, ὅπως ὡς μάλιστα ἀπροσδοκήτοις πῃ προσφέρωνται. οἷα γὰρ φοβούμενοι μὲν τὴν ἐκ πολλοῦ αὐτῶν ἀλκήν, φοβούμενοι δὲ καὶ τὴν ἐν χερσὶ μάχην, οὔτε ἐν τῷ προσπλῷ, οὔτε ἐν τῇ συμμίξει ἐνεχρόνιζον, ἀλλ' ὑποδραμόντες ἂν αἰφνίδιον, ὥστε τὴν τοξείαν σφῶν φθῆναι, καὶ τρώσαντές τινα, ἢ καὶ συνταράξαντες μόνον, ὥστε τὴν κάθεξιν ἐκφυγεῖν, ἀνεχώρουν ἔξω βέλους. οἱ δ' ἕτεροι τούς τε προσπλέοντας σφίσι, πολλοῖς καὶ πυκνοῖς καὶ λίθοις καὶ τοξεύμασιν ἔβαλλον, καὶ ἐς τοὺς προσμιγνύντας χεῖρας σιδηρᾶς ἐπέρριπτουν· καὶ εἰ μὲν ἐπιτύχοιεν αὐτῶν, κρείττους ἐγίνοντο· εἰ δ' ἁμάρτοιεν, τρωθέντων αὖ σφίσι τῶν σκαφῶν, ἐβαπτίζοντο, ἢ καὶ περὶ τοῦ μὴ παθεῖν τοῦτο ἀποδιατρίβοντες, εὐεπιθετώτεροι ἄλλοις πως ἐγίνοντο. δύο τε γὰρ ἢ καὶ τρεῖς ἅμα τῇ αὐτῇ νηὶ προσπίπτουσαι, αἱ μὲν ἔδρων ὅσα ἐδύναντο, αἱ δὲ ἔπασχον. ἐπονοῦντο δὲ καὶ ἔκαμνον τοῖς μὲν οἵ τε κυβερνῆται καὶ οἱ ἐρέται μάλιστα, τοῖς δὲ οἱ ἐπιβάται· καὶ ἐῴκεσαν οἱ μὲν ἱππεῦσι,

sitque, cum multa vastasset, fulmine percussus: si verum est, mirabile profecto est. Romæ autem pueri sponte sua in duas partes diuisi, ac partim Antoniani, partim Cæsariani nuncupati, cum biduũ certauissent inter se, Antoniani victi sunt. Quæ res casum Antonii futurum premonstrauit. Eidem quoq; statua sua interitum portẽdit: quæ in Albano collocata, cũ lapidea esset, multum sanguinem misit. Pugnatum est apud Actium, vbi nũc est Nicopolis. Antonio amici maxime offensi erant, quod in eo bello sociam sibi adiunxisset Cleopatram: propter quam victus est prœlio nauali; quod in hunc modum factum est. Naues Antonii erant nauibus hostium lõge maiores: in quibus triremes paucæ, quinqueremes & deciremes cõplures: reliquæ erant inter has mediæ. in his altissimas turres ædificari, atque magnum numerũ hominum imponi in turrib. iusserat: ex quo efficiebatur vt pugna dissimilis esset. Nam Cæsariani, quod minores & celeriores naues haberent, impetũ in hostes faciebant, vndiq; tecti, ne sauciarẽtur. Itaq; aut submergebãt naues eorũ; aut, si id non facerent, recedebant, antequam ad manus venirent: rursumq; irruebant in eosdem subito, aut iis relictis, alios aggrediebantur: quibus celeriter confectis, alios atq; alios petebãt; vt, quam maxime possent, offenderent imparatos. nam, quod vires hostium, quodq; pugnare cum iis timerẽt, vbi eos aggressi erant, non exspectabant diutius: sed, vbi de improuiso irruissent, ne tempus darẽt sagittariis cõtra se iaculandi, procul a telis fugiebant, vulneratis aut perturbatis hostibus, ne ab iisdem postea caperẽtur. Antoniani Cæsarianos ad hunc modũ celeriter contra se nauigantes percutiebant, crebris lapidibus telisque in eos cõiectis: q, si accessissent propius, manus ferreas iniiciebant: quæ si opportune cecidissent, ipsi superiores erãt: sin minus, submergebãtur, suis nauibus impetu hostium fractis: quod si in eo prohibendo tempus traherent, aggressionibus aliorum hostium fiebant opportuniores. nam duæ tresve naues contra vnam magno cursu ferebantur, aliæ earum præstabant quod poterant, aliæ affligebantur. Igitur erant ex Cæsarianis gubernatores potissimum & remiges labore defessi: ex Antonianis, milites: atq; Cæsariani, quod celeriter impellerẽt nauigia, ac subito in cõtrarias partes agerent, cõparabantur cũ equitibus,

qui equos concitant & reflectũt: Antoniani, armatis hominibus similes erant: ex quo victores esse videbãtur & victi. Nam illi, ad naues horũ proxime accedentes, remos frangebant: hi, de superiore loco submergebãt illos lapidibus & aliis machinis. Sed cũ diu pariter esset pugnatum, accidit vt Cleopatra, quæ post tergum pugnãtium erat, stabatq; in ancoris, nõ potuerit exitum belli ancipitem atq; incertum exspectare: sed muliebri & Ægyptio animo, propter dubiũ certamen suspensa metu & sollicita exspectatione, in fugã se contulit, suisq; signum dedit: *quos Antonius, postq̃ subito vela fecisse, ac tum forte secũdissimo vento in alto nauigare intellexit, subsecutus est. Qua re cognita, cũ ceteri milites animos demitterẽt, & vehementer conturbarentur, Cæsar superior fuit eo prœlio nauali, ad quartum nonas Septembris cõfecto: quem diẽ, etsi mihi mos nõ est ita faciendi, tamẽ propterea notaui, quod eo die penes vnum Cæsarem summa rerum esse cœpit: vt ex eo, anni principatus eius numerentur.

E Dionis libro LI.

Cæsar vrbem ædificauit in eo loco in quo sibi victoriã pepererat; eamq; *Nicopolim* appellauit: præterea eũ locum in quo castra habuerat, *lapidib. quatuor pedum magnitudinem habentibus exstruxit, ornauitq; rostris nauiũ quas ceperat ab hostibus: & in eo Apollini templum sine tecto fieri iussit. Agrippa in eo bello Cæsari magno vsui fuit. nã & Antonii quasdam vrbes euertit, in quibus habebat bellicos apparatus, & eius aduersarios crebro vicit. Quas ob res ei atq; Mecænati tãtam potestatẽ detulit Cæsar in reb. omnibus, vt litteras, quascũq; ad Senatũ vel ad alios mitteret, ipsi prius legere possent, & ex eis quæ vellent immutare: cuius rei causa annulũ ab eo acceperant, quo litteras obsignarent. nã duo signa fieri iusserat, quib. eo tempore multũ vtebatur; quorũ in vtroq; primo sphinx erat, pariter impressa: sed postea in eis suam imaginẽ imprimi voluit: quib. signis omnia deinceps obsignauit, iisq; reliqui post eum Imperatores, præter Galbam, vsi sunt. Nam is sigillo accepto a maioribus suis vsus fuisse dicitur, quod habebat canem ex prora nauis *caput inclinantem.

τοτὲ μὲν ἐπεξανίοισι, τοτὲ δὲ ἐξαναχωροῦσι, διὰ τὸ τοῖς τε ἐπίπλοις καὶ ταῖς ἀναχωρήσεσιν ἐπ' αὐτοῖς εἶναι· οἱ δὲ, ὁπλίταις. κἀκ τούτου ἐπλεονέκτουν τε ἀλλήλων καὶ ἠλαττοῦντο, οἱ μὲν, ἔς τε τοὺς ταρσοὺς τῶν νεῶν ὑποπίπτοντες, καὶ τὰς κώπας συναράσσοντες, οἱ δὲ ἄνωθεν αὐτοὺς καὶ πέτραις καὶ μηχανήμασι βαπτίζοντες. ἀγωνιζομένων οὖν ἐπὶ πολὺ τῆς μάχης ἰσοπαλοῦς οὔσης, τέλος τοιόνδε τι ἐγένετο· ἡ Κλεοπάτρα, κατόπιν τῶν μαχομένων ἀποσαλεύουσα, οὐκ ἠνέσχε τὴν πολλὴν καὶ ἄκριτον τῆς ἀδήλου μέλλησιν, ἀλλὰ ἀποκναισθεῖσα ἀπό τε τοῦ γυναικείου καὶ ἀπὸ τοῦ Αἰγυπτίου, τῇ τε ἐπὶ πολὺ μετεώρῳ ἀγωνίᾳ, καὶ τῇ ἀεὶ ἐφ' ἑκάτερα παρειδεῖ προσδοκίᾳ, αὐτή τε ἐς φυγὴν ὥρμησε, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ὑπηκόοις σημεῖον ἦρε. καὶ οὕτω τά τε ἱστία αὐτῶν εὐθὺς αἰρομένων, καὶ ἐς τὸ πέλαγος φανέντων, ἀνέμου τινὸς *φοροῦ κατὰ τύχην συμβάντος, ὁ Ἀντώνιος ἰδὼν, ἐφέπετο σφίσι. γενομένου δὲ τούτου, καὶ οἱ λοιποὶ στρατιῶται καὶ ἠθύμησαν καὶ ἐταράχθησαν. καὶ οὕτω λοιπὸν τὰ τοῦ Καίσαρος ἐπικρατέστερα πάντη ἐγένετο. Τοιαύτη μέν τις ἡ ναυμαχία αὐτῶν τῇ δευτέρᾳ τοῦ Σεπτεμβρίου ἐγένετο. τοῦτο δὲ οὐκ ἄλλως εἶπον, (οὐδὲ γὰρ εἴωθα αὐτὸ ποιεῖν) ἀλλ' ὅτι τότε πρῶτον ὁ Καῖσαρ τὸ κράτος πᾶν μόνος ἔσχεν, ὥστε καὶ τὴν ἀπαρίθμησιν τῶν τῆς μοναρχίας αὐτοῦ ἐτῶν ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἀκριβοῦσθαι.

[Ἐκ τοῦ να' τῶν Δίωνος βιβλίων]

Ὁ δὲ Καῖσαρ πόλιν τε ᾠκοδόμησεν ἐν τῷ τόπῳ καθ' ὃν ἐνίκησε, Νικόπολιν αὐτὴν ὀνομάσας· τό τε χωρίον ἐν ᾧ ἐσκήνωσε, λίθοις τετραπέδοις ἐκρηπίδωσε, καὶ τοῖς ἁλοῦσιν ἐμβόλοις ἐκόσμησεν, ἕδος τι ἐν αὐτῷ τοῦ Ἀπόλλωνος ὑπαίθριον ἱδρυσάμενος. Ἐν δὲ τῷ πολέμῳ τούτῳ πολλὰ καὶ μεγάλα ὁ Ἀγρίππας αὐτῷ συνεβάλετο, πόλεις τε τοῦ Ἀντωνίου τινὰς ἐξελὼν, ἐν αἷς ἐκεῖνος τὰς πλείστας εἶχε τοῦ πολέμου παρασκευὰς, καὶ τοὺς ἀντιταχθέντας αὐτῷ πολλάκις νικήσας. ὁ δ' οὖν Καῖσαρ τοσαύτην εἰς πάντα ἐκείνῳ τε καὶ τῷ Μαικήνᾳ ἐξουσίαν ἔδωκεν, ὥστε σφᾶς καὶ τὰς ἐπιστολὰς ἃς τῇ τε βουλῇ καὶ τοῖς ἄλλοις ἔγραφε, προαναγινώσκειν, κἀκ τούτου καὶ μεταγράφειν ὅσα ἐβούλοντο. καὶ διὰ τοῦτο καὶ δακτύλιον ἔλαβον παρ' αὐτοῦ, ἵν' ἐπισφραγίζεσθαι αὐτὰς ἔχωσι. διπλῆν γὰρ δὴ σφραγῖδα, ἣ μάλιστα τότε ἐχρῆτο, ἐπεποίητο. σφίγγα ἐν ἑκατέρᾳ ὁμοίαν ἐκτυπώσας· ὕστερον γὰρ τὴν εἰκόνα τὴν ἑαυτοῦ ἐγγλύψας, ἐκείνῃ τε πάντα ἐσημαίνετο. καὶ αὐτῇ καὶ οἱ μετὰ ταῦτα αὐτοκράτορες, πλὴν Γάλβου, ἐχρήσαντο. οὗτος γὰρ προγονικῇ τινι σφραγῖδι, κύνα ἐκ πρῴρας νεὼς προκύπτοντα ἐχούσῃ, χρῆσθαι, λέγεται.

MONAP-

ΜΟΝΑΡΧΙΑ ΑΥΓΟΥΣΤΟΥ Καίσαρος.

ΜΕΤΑ δὲ τὴν ναυμαχίαν ὁ Ἀντώνιος φυγὼν μετὰ τῆς Κλεοπάτρας εἰς Αἴγυπτον, ὡς ὁ Καῖσαρ *ἐπῆλθε, καὶ ὑπὸ τῶν φίλων ὑπό τε τῶν συμμάχων ἐγκατελείφθη, ἔσφαξεν ἑαυτόν, ἔν τε τοῖς κόλποις τῆς Κλεοπάτρας ἀπέθανε. τοῦ δὲ Καίσαρος ἔχοντος ἤδη τὴν Ἀλεξάνδρειαν, αὐτήν τε τὴν Κλεοπάτραν ἐν φυλακῇ ἀδέσμῳ καὶ ἐν τοῖς βασιλείοις τηροῦντος, ἱκέτευεν αὐτὸν ἐκείνη, εἰς ὄψιν αὐτῇ ἐλθεῖν, ὥς τι πρὸς αὐτὸν βουλομένη διαλεχθῆναι. τοῦ δὲ κατανεύσαντος, ἠμελημένως πως κοσμήσασα ἑαυτὴν (καὶ γὰρ ἐν τῷ πενθίμῳ σχήματι δεινῶς ἐνέπρεπεν) ἐκαθέζετο ἐπὶ τῆς κλίνης, πολλὰς μὲν εἰκόνας τοῦ πατρὸς αὐτοῦ (φημὶ δὲ τοῦ Ἰουλίου Καίσαρος) καὶ παντοδαπὰς παραθεμένη, πάσας δὲ τὰς ἐπιστολὰς τὰς παρ᾽ ἐκείνου πεμφθείσας αὐτῇ, ἐς τὸν κόλπον λαβοῦσα. καὶ μετὰ τοῦτο εἰσελθόντος τοῦ Καίσαρος, ἀνεπήδησέ τε ἠρυθριασμένη, καὶ ἔφη, Χαῖρε ὦ δέσποτα· σοὶ μὲν γὰρ τοῦτο Θεὸς ἔδωκεν, ἐμὲ δὲ ἀφείλετο. ἀλλ᾽ ὁρᾷς μέν που καὶ αὐτὸν τὸν πατέρα σου *τοῦτον, *οἷος πολλάκις πρὸς ἐμὲ εἰσῆλθεν· ἀκούεις δὲ ὅπως τά τε ἄλλα ἐτίμησέ με, καὶ δὴ καὶ βασιλίδα τῶν Αἰγυπτίων ἐποίησεν. ἵνα δ᾽ οὖν τι καὶ αὐτοῦ ἐκείνου περὶ ἐμοῦ πύθῃ, λάβε καὶ ἀνάγνωθι τὰ γράμματα ἅ μοι αὐτοχειρίᾳ ἐπέστελλε. Ταῦτά τε ἔλεγε, τά τε βλέφαρα ἐς τὸν Καίσαρα ἐπενέκλα, καὶ ἐμμελῶς ἀπωλοφύρετο, θρυπτικόν τέ τι προσεφθέγγετο, καὶ ἄλλοτε μὲν λέγουσα, Ποῦ μοι Καῖσαρ ταῦτά σου τὰ γράμματα; ἄλλοτε δ᾽, ὅτι, Ἀλλ᾽ ἐν τούτῳ καὶ σύ μοι ζῇς. εἶτα αὖθις, Εἴθε σοῦ προετεθνήκειν. καὶ μάλα αὖθις, Ἀλλὰ καὶ τοῦτον ἔχουσα, σὲ ἔχω. Ὁ οὖν Καῖσαρ συνίει μὲν αὐτῆς, οὐ μέντοι καὶ προσεποιεῖτο, ἀλλ᾽ εἰς γῆν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐρείσας, τοῦτο μόνον εἶπεν, Θάρσει ὦ γύναι, καὶ θυμὸν ἔχε ἀγαθόν· οὐδὲν γὰρ κακὸν πείσῃ. καὶ ὁ μὲν Καῖσαρ, ἐπιθυμῶν αὐτὴν εἰς τὴν Ῥώμην ἀγαγεῖν, ἵνα θριαμβεύων αἰχμάλωτον δείξῃ Ῥωμαίοις τὴν περίπυστον Κλεοπάτραν, ἐλπίδας τε αὐτῇ ἐνιεὶς χρηστάς, ἐν ἐπιμελείᾳ τε ἐποιεῖτο, καὶ τῆς θεραπείας οὐδὲν ἀφῃρεῖτο. ἡ δέ, ἅτε μὴ ἄκακος οὖσα γυνή, ἀλλὰ δραστηρία καὶ συνετή, τοῦτό τε ὑπετόπησε, καὶ τὴν ἐσθῆτα τὴν περικαλλεστάτην ἐνδῦσα, καὶ ἑαυτὴν εὐπρεπίσασα, εὐθετήσασα, ἀνακλιθεῖσά τε ἐπὶ τῆς κλίνης, ἀπέθανεν, ἀσπίδος αὐτῇ ἐν

MONARCHIA CÆSARIS AVGVSTI.

FACTO prœlio nauali, Antonius, qui fugerat in Ægyptum cum Cleopatra, vbi post aduentum Cæsaris ab amicis sociisque relictus est, mortem sibi consciuit, atq; in sinu Cleopatræ obiit. Cæsar iam ceperat Alexandriam, & Cleopatram *solutam a vinculis, in custodia palatii retinebat. ea supplicabat Cæsari, vt ad se veniret: cupere se pauca cum eo colloqui. Deinde, postquam Cæsar promisit se venturum, *negligenter ornata, in luctu & squalore erat: sed ita, vt valde venusta esse videretur: sedebatque in lecto, statuis Iulii Cæsaris patris eius multis variisque iuxta se collocatis: continebat etiam in sinu litteras omnes, quas ad se olim Iulius miserat. Itaque postquam Cæsar venit, exsiliens subito rubore perfusa; *Domine*, inquit, (*nam id nomen tibi datum a diis immortalibus, mihi ademptum est*) *vides patrem tuum, quemadmodum sæpe ad me venit: intelligis quos honores mihi tribuit, & quomodo mihi regnũ AEgyptiorum dedit. Vt igitur & ipsum audias de me aliquid dicentem, accipe has litteras, & lege, quas ad me sua manu scripsit.* Hęc cum diceret, *oculos coniiciebat in Cæsarem, & lamentabatur suauiter, vtebatur molli & delicato sermone: interdum dicebat; *Quid mihi istæ tuæ litteræ prosunt Cæsar?* mox addebat, *Sed tu tamen mihi es in hoc superstes.* ac rursum, *Vtinam* (inquit) *habuissem te superstitem*: mox contra, *Sed hũc tamẽ cũ habeo, te certe habeo.* Cęsar, licet eam intelligeret, tamen dissimulabat: tandem vero, oculis ad terram deflexis respondit: *Fac* (inquit) *bono animo sis o mulier: nam tibi quidem certe nihil accidet mali.* Cupiebat eam Cęsar Romam adducere, vt nobilẽ Cleopatram, & omnium sermone celebratã, per triumphũ duceret. idcirco eã bene sperare iubebat, & curã eius habebat maximam, neq; eam priuabat suo famulatu. Quã rem Cleopatra (quippe stolida non erat, sed strenua mulier & intelligens) cum esset facile suspicata, pulcherrimam vestem induit: ornataque elegantissime, ac in lectulo recumbẽs, mortua est, aspide ad se in

vrnula portata, vel (vt quidā putant) brachio compuncto acu, qua solebat capillos suos crispos facere; quæ, quod venenata esset, interitū ei perceleremattulit. Cæsar, cognita morte Cleopatræ, grauiter & moleste tulit: voluitq; corpus eius videre: pterea medicamenta parari, & psyllos adhiberi iussit, si forte posset vllo pacto vitam ei restituere. Hi psylli omnes masculi sunt: mulier enim psylla esse non potest. Eorū ea vis est & potestas, vt queant subito venenū serpētium cuiusuis generis sugere, priusquā homo interierit: nec eorū morsu vulnerātur aut læduntur. Solent ex aliis psyllis nasci, atq; infantes suos in hūc modū experiri, vt vel eos, vbi primum nati sunt, coniiciant inter serpentes, vel fascias eorū: quæ res nihil nocet infantibus, a quorū etiam vestib. serpentes torporē concipiūt. Itaq; Psylli huiuscemodi sunt. Sed cum Cæsar nullo pacto posset efficere vt Cleopatra reuiuisceret, eā est admiratus; atq; eius misericordia pmotus, magnā animo molestiā cepit, quod totius victoriæ laude & gloria priuatus esse videretur. Igitur Antonius & Cleopatra hunc finē habuerunt. Cæsar aūt Alexādrinis pepercit, pter Alexādrum conditorem eius vrbis, & pter Areum philosophū, cuius opera vtebatur in studio philosophiæ: sed re vera id fecit, ne graue damnū inferret tantę hominum multitudini, quæ antea sępe seruierat vtilitatib. & commodis populi Romani. Deinde voluit corpus Alexandri videre, viditq; & cōtrectauit: ita vt ferāt nasum illius ab eo paululū fractum esse. Sed cum Alexandrini in primis cuperēt ei corpora Ptolemęorum ostendere, ea non aspexit: *Cupiui enim*, inquit, *regem, non mortuos videre.* Qua de causa Apim quoq; adire noluit, quod *se deos adorare, non boues*, diceret cōsueuisse. Ægyptum vero tributariam fecit, eiq; pręfecit Cornelium Gallum: nam eā Senatori concedere non solū non est ausus, sed neq; Senatorem quēquam in Ægypto passus est cōmorari, nisi si cui hoc ipse nominatim pmisisset. Pecunia vero in Ægypto conflata, partim ad milites peruenit, partim ea imperiū Romanorum locupletatū est, & templa eorū ornata. Itaq; Ægyptus subacta est: quod futurū esse dii ante manifeste ostenderant. Nā in ea loca imber non solū aquæ, sed etiā sanguinis effluxit, in quæ ne stilla quidē aquæ antea ceciderat. Præterea draco miræ magnitudinis, vt primū ab Ægyptiis visus est, statim mirū in modū sibilauit. Stellæ quoq; visæ sunt quas Græci *cometas* vocāt. Apparuerunt etiā imagines hominū mortuorū, & simulacra deorū mœsta fuerūt. postremo ipse Apis

ὑδρίᾳ εἰσκομισθείσης. οἱ δὲ, ὅτι βελόνῃ ᾗ τὰς τρίχας ἀνῄρει, ἰὸν ἐχούσῃ ὠκύμορον, τὸν βραχίονα κεντήσασα. Ἀκούσας δὲ ὁ Καῖσαρ τὴν τελευτὴν αὐτῆς, ἐξεπλάγη, καὶ τό τε σῶμα αὐτῆς εἶδε, καὶ φάρμακα αὐτῷ, καὶ ψύλλους, εἴ πως ἀνασφήλειε, προσήνεγκεν. οἱ δὲ δὴ ψύλλοι οὗτοι, ἄνδρες μέν εἰσι (γυνὴ γὰρ οὐ γίγνεται ψύλλα) δύνανται δὲ πάντα τε ἰὸν παντὸς ἑρπετοῦ παραχρῆμα, πρὶν θνήσκειν τινά, ἐκμυζᾶν, καὶ αὐτοὶ μηδὲν ὑπὸ μηδενὸς αὐτῶν δηχθέντες βλάπτεσθαι. φύονται δὲ ἐξ ἀλλήλων, καὶ δοκιμάζουσι τὰ γεννηθέντα ἤτοι μετ' ὄφεών που εὐθὺς ἐμβληθέντα, ἢ καὶ τῶν σπαργάνων αὐτῶν ἐπιβληθέντων σφίσιν. οὔτε γὰρ τῷ παιδίῳ τι λυμαίνονται, καὶ ὑπὸ τῆς ἐσθῆτος αὐτοῦ ναρκῶσι. Τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτόν ἐστιν. ὁ δ' οὖν Καῖσαρ μηδενὶ τρόπῳ ἀναβιώσασθαι τὴν Κλεοπάτραν δυνηθεὶς, ἐκείνην μὲν καὶ ἐθαύμασε καὶ ἠλέησεν, αὐτὸς δὲ ἰσχυρῶς ἐλυπήθη, ὡς καὶ πάσης τῆς ἐπὶ τῇ νίκῃ δόξης ἐστερημένος. Καὶ τὰ μὲν τοῦ Ἀντωνίου καὶ τῆς Κλεοπάτρας, τοιαύτης ἔτυχε τελευτῆς. Καῖσαρ δὲ, τῶν Ἀλεξανδρείας διά τε τὸν οἰκιστὴν αὐτῆς Ἀλέξανδρον, καὶ διὰ τὸν φιλόσοφον Ἄρειον, ᾧ που φιλοσοφοῦντι ἐχρῆτο, φεισάμενος, (τὸ δὲ ἀληθὲς, ὅτι οὐκ ἠξίωσε τοσούτους τε ἀνθρώπους καὶ χρησιμωτάτους τοῖς Ῥωμαίοις ἐς πολλὰ ἂν γενομένους, ἀνήκεστόν τι δράσαι) ἠθέλησε τὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου σῶμα ἰδεῖν, καὶ εἶδεν αὐτὸ, καὶ προσήψατο, ὥστε τι καὶ τῆς ῥινὸς (ὥς φασι) θραυσθῆναι. τὰ δὲ δὴ τῶν Πτολεμαίων, καίτοι τῶν Ἀλεξανδρέων σπουδῇ βουληθέντων αὐτῷ δεῖξαι, οὐκ ἐθεάσατο, εἰπὼν ὅτι, Βασιλέα ἀλλ' οὐ νεκροὺς ἰδεῖν ἐπεθύμησε. κἀκ τῆς αὐτῆς αἰτίας οὐδὲ τῷ Ἄπιδι ἐντυχεῖν ἠθέλησε, λέγων θεοὺς ἀλλ' οὐχὶ βοῦς προσκυνεῖν εἰθίσθαι. Ἐκ δὲ τούτου τήν τε Αἴγυπτον ὑποτελῆ ἐποίησε, καὶ τῷ Γαλλῳ τῷ Κορνηλίῳ ἐπέτρεψε. βουλευτῇ γὰρ οὐχ ὅπως ἐγχειρίσαι αὐτὴν ἐτόλμησεν, ἀλλ' οὐδὲ ἐνεπιδημεῖν αὐτῇ ἐξουσίαν ἔδωκεν, ἂν μή τινι αὐτὸς ὀνομαστὶ συγχωρήσῃ. ἐκ δὲ τῶν ληφθέντων χρημάτων οἵ τε στρατιῶται πάμπολλα ἔλαβον, τό τε σύμπαν, ἥ τε ἀρχὴ ἡ τῶν Ῥωμαίων ἐπλουτίσθη, καὶ τὰ ἱερὰ αὐτῆς ἐκοσμήθη. Αἴγυπτος μὲν οὕτως ἐδουλώθη, ὥς που καὶ τὸ δαιμόνιον ἐναργέστατα προὐπέδειξεν. ὗσε γὰρ οὐχ ὅπως ὕδατι ἔνθα μηδὲ ἐψέκασέ ποτε, ἀλλὰ καὶ αἵματι· καὶ τις δράκων ὑπερμεγέθης ἐξαίφνης σφίσιν ὀφθεὶς, ἀμήχανον ὅσον ἐξεσύρισε. κἂν τούτῳ καὶ ἀστέρες κομῆται ἑωρῶντο, καὶ νεκρῶν εἴδωλα ἐφαντάζετο· τά τε ἀγάλματα ἐσκυθρώπασε, καὶ ὁ Ἄπις ὀλοφυρ-

ἐλοφυρτικόν τι ἐμυκήσατο, καὶ ἐδάκρυσε. Καῖσαρ δὲ, εἰς τὴν Ῥώμην ἐλθὼν, καὶ πολλῶν αὐτῷ καὶ ὑπερφυῶν (ἃ τί χρή με λέγειν;) παρὰ τῆς βουλῆς ψηφισθέντων, τὰ νικητήρια λαμπρῶς κατήγαγε· τά τε τῆς Κλεοπάτρας κοσμήματα τοῖς ἱεροῖς ἀνέθηκε· καὶ οὕτως ἡ Κλεοπάτρα καὶ ἡττηθεῖσα καὶ ἁλοῦσα, ὅμως ἐδοξάσθη, καὶ αὐτὴ ἐν τῷ Ἀφροδισίῳ χρυσῆ ὁρᾶται.

Καὶ Καῖσαρ μὲν ἐπὶ τούτοις ἑορτὰς ἦγεν ἐφ' ἡμέρας συχνάς. καὶ ἵππος ποτάμιος καὶ ῥινόκερως τότε πρῶτον εἰσηνέχθησαν εἰς τὸ θέατρον. ὁ δὲ ῥινόκερως, ἐλέφαντι πῃ προσέοικε, κέρας δὲ [τι] κατ' αὐτὴν τὴν ῥῖνα προσέχει, καὶ διὰ τοῦτο οὕτω κέκληται). Κράσσος δὲ Μάρκος ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ διὰ τῆς Ἑλλάδος καὶ Μακεδονίας ἐπὶ τὸν Ἴστρον πεμφθεὶς, Μυσούς τε καὶ Βαστέρνας κατεστρέψατο μάχαις συχναῖς, καὶ τόν γε βασιλέα αὐτῶν Δέλδωνα αὐτὸς ὁ Κράσσος ἀπέκτεινε· καὶ μετὰ τοῦτο καὶ τοὺς Θρᾷκας ἐχειρώσατο, καὶ Γέτας ἐκάκωσε. καὶ Καίσαρι καὶ ὑπὲρ τούτων τιμαὶ ἐψηφίζοντο.

[Ἐκ τοῦ ιβʹ τῶν Δίωνος βιβλίων]

Ταῦτα μὲν οὖν ἔν τε τῇ βασιλείᾳ καὶ ἐν τῇ δημοκρατίᾳ, τῶν τε δυναστείαις, πέντε καὶ εἴκοσι καὶ ἑπτακοσίοις ἔτεσι, καὶ ἔπραξαν οἱ Ῥωμαῖοι καὶ ἔπαθον. ἐκ δὲ τούτου αὖθις μοναρχεῖσθαι ἀκριβῶς ἤρξαντο. καίτοι ὁ Καῖσαρ ἐβουλεύσατο μὲν τά τε ὅπλα καταθέσθαι, καὶ τὰ πράγματα τῇ γερουσίᾳ καὶ τῷ δήμῳ ἐπιτρέψαι. ἐποιήσατο δὲ τὴν διάγνωσιν μετὰ τοῦ Ἀγρίππου καὶ τοῦ Μαικήνου (τούτοις γὰρ πάντα τὰ ἀπόρρητα ἀνεκοίνου) καὶ τοῦ Ἀγρίππου συμβουλεύοντος τὰ δικαιότερα, (ἀποθέσθαι γὰρ ἠξίου τὴν δυναστείαν, καὶ ποιῆσαι πάλιν ἰσηγορίαν) τοῦ δὲ Μαικήνου τὰ συμφορώτερα, (συμφέρειν γὰρ μᾶλλον τῷ μεγέθει τοῦ πολιτεύματος μοναρχίαν βασιλικήν τε καὶ ἔννομον) προσέθετο τῷ Μαικήνᾳ ὁ Καῖσαρ, καὶ τὴν μοναρχίαν ἔτι μᾶλλον ἐβεβαιώσατο· τήν τε τοῦ αὐτοκράτορος ἐπίκλησιν (λέγω δὲ οὐ τὴν ἐπὶ ταῖς νίκαις ἐπίκλησιν κατὰ τὸ ἀρχαῖον διδομένην ποτὲ, ἀλλὰ τὴν τὸ κράτος διασημαίνουσαν) ἐπέθετο, ὥσπερ τῷ τε πατρὶ αὐτοῦ τῷ Καίσαρι καὶ τοῖς παισὶ καὶ τοῖς ἐγγόνοις ἐψήφιστο. Καὶ μετὰ ταῦτα τιμητεύσας σὺν τῷ Ἀγρίππᾳ, τήν τε βουλὴν ἀνεκάθηρεν, αὐτὸς μὲν οὐδένα αὐτῶν ἀπαλείψας, προτρεψάμενος δὲ σφᾶς ἐκ τοῦ συνειδότος, τοῦ τε γένους καὶ τοῦ βίου δικαστὰς ἑαυτοῖς γενέσθαι. καὶ προσεπεῖπε τοῖς βουλευταῖς μὴ ἐκδημεῖν ἔξω τῆς Ἰταλίας, ἂν μὴ αὐτός τινι

mugitus ingentes & miserabiles edidit, ac vim lacrymarũ profudit. Post hæc Cæsar Romã venit: de quo multa amplissima & ornatissima decreta a Senatu facta sunt: quæ commemorare non est necesse. Sed ante omnia gloriose triumphauit, & ornamenta Cleopatræ in tẽplo posuit. Itaq; Cleopatra, licet bello victa & capta fuerit, tamen omniũ sermone celebrata est: nam ea in templo Veneris, aurea cõspicitur. Cæsar, ob res feliciter administratas, complures dies festos egit: in quibus equus fluuiatilis, & rhinoceros tũc primum introducti sunt in theatrum. Est autem *rhinoceros*, similis elephanto, cornu *iuxta nasum habẽs; quamobrem hoc nomine appellatus est. Per id tempus M. Crassus per Græciam & Macedoniam ad Danubiũ missus est: vbi crebris prœliis Mysos & Basternas deuicit, Deldonemq; regem eorum ipsemet occidit. Deinde Thraces subegit, ac Getas magnis affecit incommodis. cuius rei causa Cæsari decernebantur honores amplissimi.

E Dionis libro LII.

Itaq; populus Romanus, cum fuisset *vel in dicione regũ, vel in auctoritate reip. ac magistratuum septingentos quinq; & viginti annos, rursum cœpit in regiam potestatẽ venire: quamquam Cæsar in deliberationem venit & cõsultationem de armis deponendis, ac rebus omnib. senatui populoq; Romano permittẽdis: eãq; deliberationem habuit cum Agrippa & Mæcenate, cum quibus communicabat omnia arcana consilia. Ex his Agrippa consulebat iustius, vt imperium deponeret, remq; publicam restitueret: Mæcenas, maiorẽ rationem habebat vtilitatis: aiebat enim, regnũ iustum & legitime comparatum, in primis conducere rerum magnitudini. Cæsar Mæcenati assensus est, magisq; regnum confirmauit, sumpsitq; nomen Imperatorium; nõ illud quidem vetus, quo parta victoria olim Imperatores appellabantur: sed hoc quo significatur summũ imperium; quod & Cæsari patri eius, filiisque, & deinceps nepotibus, decretum fuit.

Anno urbis DCCXXV singulare imperium Romæ institutum.

Post hæc Censor factus cum Agrippa, Senatum correxit: non quod Senatorem quemquam mouerit Senatu, sed quod eos cohortatus sit, vt qui sibi conscii essent sui generis, aut anteactæ vitæ, de se ipsi iudicium facerent. præterea cauit, ne Senatores ex Italia, nisi

iussu aut permissu suo, proficiscerentur: id quod etiã obtinet vsq; ad hæc tempora. Non enim ius est Senatoribus proficisci nisi in Siciliam, aut in prouinciam Narbonensem. Possunt autẽ in has prouincias abire nõ habita licentia; ꝓpterea ꝙ proximæ sunt, & quod eas incolunt homines inermes.

E Dionis libro LIII.

Agrippę Cæsar *sororis suæ filiam in matrimoniũ dedit; & quoties vna in castris erant, ei cõcedebat vt simili tentorio vteretur: quinetiã ab vtroq; signa militib. dabantur. Igitur confectis bellis ciuilibus, accidit vt populus Romanus a Cæsare bene & ratione regeretur; eumq; deinceps sapientissimi quiq; non modo non oderãt vt regem, sed etiam carum habebant, vt optimum & pręstantissimũ virum. Vrbem enim afficiebat beneficiis q̃ plurimis, quod partes eius ruinosas reficeret atq; restitueret, quodq; daret operam vt esset optimus status ciuitatis. Præterea priuatim homines beneficiis sibi deuinciebat: eamq; ob rem erat carissimus. Quibus rebus confisus & *ornatus, conuocato Senatu, cœpit agere de regno deponendo, ac Republ. restituẽda: tamen ei contra volũtatem accidit. nisi id ei magis ex animi sententia dicamus euenisset quod ficta hæc fuerit & simulata postulatio. *Nam qui per vim & iniuriam regnum occupauerunt, cupiunt id videri sibi de voluntate ciuium esse delatum; ob eamq; causam ad hanc delinitionem & simulationem procedunt.* Dũ hæc Cæsar petit, conclamant omnes (partim doloso & malitioso consilio, partim timore adducti, qui eam rẽ suspectam haberent: nonnulli etiam ex animo, qui paulo erant prudẽtiores) principe deinceps opus esse: & quæ eo spectabant, congerebant omnia; quousque eum imperare coegerunt. Nam iam quibusdã odio erat populi principatus, quod sæpe seditionẽ faceret: tum eis Cæsar placebat, & Reipublicæ cõmutatio. Itaque iusserunt stipatoribus Cæsaris duplex stipendium dari eius quod ceteri milites merebantur, *vt se firmiore præsidio defenderet. Quocirca imperium eius hoc modo a Senatu populoque confirmatum est. Sed cum vellet popularis videri, curam eorum quæ publica erant, administrationemque suscepit, quod res ita

κελεύσῃ, ἢ ὡς ἐπιτρέψῃ· καὶ τοῦτο καὶ δεῦρο ἀεὶ φυλάσσεται). πλὴν γὰρ ὅτι ἐς τὴν Σικελίαν καὶ Γαλατίαν τὴν περὶ Νάρβωνα, οὐδαμόσε ἄλλοσε βουλευτῇ ἀποδημῆσαι ἔξεστιν. ἐκεῖσε γὰρ, διά τε τὸ συνέγγυς, καὶ διὰ τὸ ἄοπλοι τῶν ἀνθρώπων, δέδοται καὶ ἄνευ παραιτήσεως ἀπιέναι.

[Ἐκ τοῦ νγ´ τῶν Δίωνος βιβλίων]

Τῷ δ᾽ Ἀγρίππᾳ ὁ Καῖσαρ τήν τε *ἀδελφὴν τῆς ἰδίας συνῴκισε, καὶ σκηνὴν, ὁπότε συστρατεύοιτο, ὁμοίαν *τῇ ἑαυτοῦ παρεῖχε, τό τε σύνθημα παρ᾽ ἀμφοτέρων σφῶν ἐδίδοτο. Συνέβη δὲ τοῖς Ῥωμαίοις μετὰ τὸ τέλος τῶν ἐμφυλίων πολέμων, καλῶς ὑπὸ τοῦ Καίσαρος καὶ σωφρόνως ἀρχθῆναι· καὶ οἱ πολλοὶ τῶν συνετωτέρων ἀνδρῶν οὐκέτι ἐμίσουν ὡς μόναρχον, ἀλλ᾽ ἐφίλουν ὡς ἄριστον. τήν τε γὰρ πόλιν κοινῇ σύμπασαν εὐηργέτησεν, ἐπισκευάζων αὐτῆς τὰ πεπονηκότα καὶ ἀνακτώμενος, καὶ τὴν πολιτείαν πρὸς τὸ βέλτιστον χειρίζων καὶ διεξάγων· καὶ ἰδίᾳ τοὺς ἀνθρώπους εὐποιΐαις ὅτι μάλιστα ἀνηρτᾶτο, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἠγαπᾶτο. ἐθάρρησε γοῦν ποτε, τούτοις ὁμοῦ καὶ καλλωπιζόμενος καὶ θαρρῶν, τὸ συνέδριόν τε τῆς γερουσίας συναγαγεῖν, καὶ παρελθὼν εἰς τὸ μέσον, τήν τε μοναρχίαν ἀποθέσθαι, καὶ τὰ πράγματα τῇ βουλῇ ἐγχειρίσαι. συνέβη δ᾽ αὐτῷ πᾶν τοὐναντίον· εἰ μή τις εἴποι συμβῆναι αὐτῷ μᾶλλον τὸ κατὰ γνώμην, διὰ τὸ πεπλασμένον καὶ μὴ ὁλόψυχον τῶν τοιούτων παραιτήσεων. ἣν γὰρ ἀδίκως καὶ κατὰ βίαν ἔχουσί τινες μοναρχίαν, παρ᾽ ἑκόντων τῶν πολιτῶν δοκεῖν ἔχειν ἐθέλοντες, εἰς τὰς τοιαύτας ἀρεσκείας καὶ ὑποκρίσεις χωροῦσι. καὶ τότε δὴ οὖν οἱ μὲν ἐκ παρασκευῆς, οἱ δὲ ἐκ φόβου, ἅτε καὶ ὑποπτεύοντες τὸ γινόμενον· οἱ δέ τινες τῶν σωφρονεστέρων ἀνδρῶν, καὶ (ὡς εἰπεῖν) ἐκ ψυχῆς, καὶ μεταξὺ αὐτοῦ λέγοντος διεβόων, καὶ μετὰ τοῦτο μοναρχεῖσθαί τε δεόμενοι, καὶ πάντα τὰ ἐς τοῦτο φέροντα ἐπιλέγοντες, μέχρις οὗ *κατηνάγκασαν δῆθεν αὐτὸν αὐταρχῆσαι. τό τε γὰρ *δημοκρατικὸν ἤδη τινὲς ὡς καὶ στασιῶδες ἐμίσουν, καὶ τῇ μεταστάσει τῆς πολιτείας ἤρεσκοντο, τῷ τε Καίσαρι ἔχαιρον. τοῖς γοῦν δορυφορήσουσιν αὐτὸν διπλάσιον τὸν μισθὸν τοῦ τοῖς ἄλλοις στρατιώταις διδομένου, δοθῆναι διεπράξαντο, ὅπως ἀκριβῆ τὴν φρουρὰν ἔχῃ. Τὴν μὲν οὖν ἡγεμονίαν τούτῳ τῷ τρόπῳ καὶ παρὰ τῆς γερουσίας τοῦ τε δήμου ἐβεβαιώσατο. βουληθεὶς δὲ δὴ καὶ ὡς δημοτικός τις εἶναι δόξαι, τὴν μὲν φροντίδα τήν τε προστασίαν τῶν κοινῶν πᾶσαν, ὡς καὶ ἐπιμελείας τινὸς

δεομένων,

δεομένων, ὑπεδέξατο. οὔτε δὲ πάντων αὐτὸς τῶν ἐθνῶν ἄρχειν, οὔθ᾽ ὅσων ἂν ἄρξῃ, διαπαντὸς τοῦτο ποιήσειν ἔφη· ἀλλὰ τὰ μὲν ἀσθενέστερα, ὡς καὶ εἰρηναῖα καὶ ἀπόλεμα, ἀπέδωκε τῇ βουλῇ· τὰ δ᾽ ἰσχυρότερα, ὡς καὶ σφαλερὰ καὶ ἐπικίνδυνα, κατέσχε· λόγῳ μέν, ὅπως ἡ μὲν γερουσία ἀδεῶς τὰ κάλλιστα τῆς ἀρχῆς καρπῶται, αὐτὸς δὲ τούς τε πόνους καὶ τοὺς κινδύνους ἔχῃ· ἔργῳ δέ, ἵνα ἐπὶ τῇ προφάσει ταύτῃ ἐκεῖνοι μὲν καὶ ἄοπλοι καὶ ἀπόλεμοι ὦσιν, αὐτὸς δὲ δὴ μόνος καὶ ὅπλα ἔχῃ, καὶ στρατιώτας τρέφῃ. Ὁ δὲ Καῖσαρ καὶ καταθέσθαι τέλεως τὴν μοναρχίαν, καὶ ἀποδοῦναι καὶ τὰ προσκληρωθέντα τῶν ἐθνῶν [ἐν] τῇ βουλῇ μετὰ δεκαετίαν ὑπέσχετο. οὐ μὴν καὶ ἔργῳ ἐποίησε τοῦτο. τῆς γοῦν δεκαετίας ἐξελθούσης, ἄλλα αὐτῷ δέκα ἔτη καὶ πάλιν ἄλλα προσεψηφίσθη· ὥστε τῇ τῶν δεκαετηρίδων διαδοχῇ, διὰ βίου αὐτὸν μοναρχῆσαι. καὶ διὰ τοῦτο οἱ μετὰ ταῦτα αὐτοκράτορες, καίτοι μηκέτ᾽ ἐς τακτὸν χρόνον, ἀλλ᾽ ἐς πάντα καθάπαξ τὸν βίον ἀποδεικνύμενοι, ὅμως διὰ τῶν δέκα ἀεὶ ἐτῶν ἑώρταζον, ὡς καὶ τὴν ἡγεμονίαν αὖθις τότε ἀνανεούμενοι. Καὶ πολλὰ μὲν ἐψηφίσθη τῷ Καίσαρι ἐπὶ τούτοις. καὶ γὰρ τὸ τὰς δάφνας πρὸ τῶν βασιλείων αὐτοῦ προτίθεσθαι, καὶ τὸν στέφανον τὸν δρύϊνον ὑπὲρ αὐτῶν ἀρτᾶσθαι, ὡς καὶ ἀεὶ τούς τε πολεμίους νικῶντι, καὶ τοὺς πολίτας σώζοντι, ἐψηφίσθη. καλεῖται δὲ τὰ βασίλεια Παλάτιον, οὐχ ὅτι καὶ ἔδοξέ ποτε οὕτως αὐτὰ ὀνομάζεσθαι, ἀλλ᾽ ὅτι ἔν τε τῷ Παλατίῳ ὁ Καῖσαρ ᾤκει, καὶ ἐκεῖ τὸ στρατήγιον εἶχε. Παλάτιον δὲ ἐλέγετο ἡ τοῦ Ῥωμύλου οἰκία, ἀπὸ τοῦ τόπου ἐν ᾧ ᾠκοδόμητο, οὕτως ὀνομασμένου. καὶ διὰ τοῦτο κἂν ἄλλοθί που ὁ αὐτοκράτωρ καταλύῃ, τὴν τοῦ παλατίου ἐπίκλησιν ἡ καταγωγὴ αὐτοῦ ἔχει. Μετὰ δὲ ταῦτα Αὔγουστον αὐτὸν ἥ τε βουλὴ καὶ ὁ δῆμος προσεῖπεν. ὁ γὰρ Καῖσαρ ἐπεθύμει μὲν ἰσχυρῶς Ῥωμύλος ὀνομασθῆναι, αἰσθόμενος δὲ ὅτι ὑποπτεύεται ἐκ τούτου τῆς βασιλείας ἐπιθυμεῖν, οὐκ ἔτ᾽ αὐτοῦ ἀντεποιήσατο, ἀλλ᾽ Αὔγουστος, ὡς καὶ πλεῖόν τι ἢ κατ᾽ ἀνθρώπους ὤν, ἐπεκλήθη. πάντα γὰρ τὰ ἐντιμότατα καὶ ἱερώτατα, αὔγουστα προσαγορεύεται· ἐξ οὗπερ καὶ Σεβαστὸν αὐτὸν ἑλληνίζοντες, οἷάπερ τινὰ σεπτὸν, προσεῖπον. καὶ ταύτην τὴν πρόσρησιν καὶ οἱ μετ᾽ ἐκεῖνον πάντες, ὥσπερ καὶ τὴν τοῦ αὐτοκράτορος, πρὸς δήλωσιν τῆς αὐτοτελοῦς σφῶν ἐξουσίας, ἀντὶ τῆς τοῦ βασιλέως τοῦ τε δικτάτωρος ἐπικλήσεως, ἔχουσιν. αὐτὰς μὲν γὰρ ἐκείνας οὐ τίθενται, ἐπειδήπερ ἅπαξ ἐκ τῆς πολιτείας ἐξέπεσον· τὸ δὲ δὴ

postulare videbatur: tamẽ negauit se omnibus nationibus & gentib. imperare velle, easq; quibus imperabat, se in potestate perpetuo habiturũ. Igitur quarum gentium vires debiles erant & imbecilles, eas in Senatus reliquit potestate; q eas diceret posse absq; armis summo in otio teneri, ac proinde Senatũ ex imperio fructus maximos atq; iucundissimos esse capturũ: potẽtissimas quasq; gẽtes ipse tenere statuit, vt quam plurimos labores susciperet, adiretq; pericula propter otiũ Senatus. Vere autem id fecit, vt illi inermes & imbecilles essent, atq; vt ipse armatus secum milites haberet. Quãquam promisit, post decem annos se nõ modo regnum, sed eas quoq; prouincias quas *antea sortitus fuerat, relicturum, concessurũq; Senatui: tamẽ id nõ fecit; sed elapso eo tempore, alterum decẽnium; eoq; transacto, rursum aliud ei decretum est. Itaq; sæpe prorogato sibi decennio, regnũ quãdiu vixit, obtinuit: ex quo deinceps factum est, vt Imperatores omnes, licet in imperio præfinitũ tempus non habeant, sed in perpetuum facti sint, tamen decimo quoq; anno diem festum celebrent, & sibi prorogent imperiũ. Post hæc, cõplura decreta de Cæsare facta sunt. Decretũ est enim, vt ante palatia sua haberet lauros, ꝑpositas, ex quibus penderet corona quæ facta esset ex quercu: quasi ipse hostes perpetuo vinceret, & ciues cõseruaret. Porro regiæ *Palatia* appellãtur, non q sint ita ex decreto aliquo nominatæ, sed q Cæsar habitabat in Palatio, atq; ibi *suos milites habebat. Domus enim Romuli, *Palatium* dicebatur, a loco in quo esset ædificata. Quamobrẽ licet alibi habitet Imperator, tamẽ domus vbi habitat, Palatii nomen habet. Ad hæc Cæsar AVGVSTVS a Senatu populoque Romano cognominatus est. nã etsi Cæsar valde cupiebat ROMVLVS appellari, tamen sensit ob eam rem suspicionem esse, ab se regnũ affectari. non igitur amplius id nomen vsurpauit, sed AVGVSTVS dictus est: quasi hominũ naturam excederet. nam ea quæ sacrosancta & in maximo honore sunt, augusta esse dicuntur. quamobrem Græci eum σεβαστὸν nominabant; scilicet cultu & honore dignissimum. Cuius nominis appellatio, quemadmodum *Imperatoris*, ad ceteros qui eum subsequuti sunt, pertinuit, propter summum & amplissimum eorum imperium. nec sunt Reges aut Dictatores appellati; quæ nomina semel sunt *profligata e Republica: sed

eorum facta & potestas Imperatoris verbo continentur. Hanc autem vim habent supradicta vocabula, vt ex iis possint conscribere milites, colligere pecuniam, inferre bella, pacem facere, ac postremo Senatoribus mortem afferre. sed quod *Censores* sunt, de moribus nostris iudicium faciunt, censent populum arbitratu suo, legunt in Senatum, & Senatu mouent. Quod autem sunt omnibus *sacerdotiis* consecrati, eo pontifices faciunt, & sacris præsunt. *Tribunicia* vero *potestas* eos facit inuiolabiles: nam si quis eis maledicere, aut vim afferre visus fuerit, indemnatus, vt *sacrilegus, occiditur. Igitur Imperatores his nominibus fulciuntur, vt omnia habere videantur consessu populi. *Id vero sibi vsurpauerunt, quod antea ciuium Romanorum datum est nemini, vt soluti legibus esse dicantur, hoc est, omni legis necessitate liberati, nec iis quæ scripta sunt subiecti. Itaque dempta nominis acerbitate, regiam obtinent potestatem. Nam *Cæsaris* aut *Augusti* appellatio, nullam eis potentiam tribuit; sed altero familia significatur, altero splendor dignitatis. *Patris* vero cognomen, fortasse eam eis potestatem in nos omnes dat, quam patres in liberos habent: neque tamen propter imperium, sed reuerentiæ & honoris causa, ita nominati sunt: vt quos in potestate habent, perinde vt filios diligant, & hi eos vt patres reuereantur. Igitur Respubl. in meliorem statum ac magis salutarē ita tūc commutata est: nam omnino fieri non poterat vt ea, si apud populum fuisset imperium, salua esset. Ceterum ea quæ deinceps gesta sunt, non possunt eodem modo cum iis quæ præcesserunt, narrari; quod ante ad Senatum & ad populum omnia referebantur, licet procul accidissent. Ex quo fiebat vt ea non solum nota essent omnibus, sed etiam a multis scriberentur: tum etiam ex annalium monumentis veritas conquirebatur. Post vero, magna pars rerum occulte geri & administrari cœpit. Quod si qua diuulgata sint, idcirco fidem non habent, quia probari non possunt. nam omnia dici fierive putantur

ἔργῳ αὐτῶν, τῇ τῶν αὐτοκρατόρων προσηγορίᾳ βεβαιοῦνται. καὶ ἐκ μὲν τούτων τῶν ὀνομάτων καταλόγους τε ποιεῖσθαι, καὶ χρήματα ἀθροίζειν, πολέμους τε ἀναιρεῖσθαι, καὶ εἰρήνην σπένδεσθαι, θανατοῦν τε βουλευτὰς δύνασθαι, λαμβάνουσιν. ἐκ δὲ δὴ τοῦ τιμητεύειν, τούς τε βίους καὶ τοὺς τρόπους ἡμῶν ἐξετάζουσι, καὶ ἀπογραφὰς ποιοῦνται· καὶ τοὺς μὲν καταλέγουσι, τοὺς δὲ ἀπαλείφουσιν, ὅπως ἂν αὐτοῖς δόξῃ. ἔκ τε τοῦ ἐν πάσαις ταῖς ἱερωσύναις ἱερῶσθαι, καὶ προσέτι καὶ τοῖς ἄλλοις τὰς πλείους διδόναι, καὶ τῶν ἱερέων κυριεύουσιν. ἥ τε ἐξουσία ἡ δημαρχικὴ καλουμένη, δίδωσιν αὐτοῖς πρὸς τοῖς ἄλλοις, ὃ μὴ ὑβρίζεσθαι· κἂν ἄρα τι καὶ ὃ βραχύτατον μὴ ὅτι ἔργῳ ἀλλὰ καὶ λόγῳ ἀδικεῖσθαι δόξωσι, καὶ ἄκριτον τὸν ποιήσαντα αὐτό, ὡς καὶ ἐναγῆ, ἀπολλύναι. Ταῦτα μὲν οὕτω τε καὶ διὰ τούτων τῶν ὀνομάτων εἰλήφασιν, ὅπως μηδὲν αὐτοδότως τι ὅμως ἔχειν δοκῶσιν. ἤδη δὲ καὶ ἕτερόν τι, ὃ μηδενὶ τῶν πάλαι Ρωμαίων ἐδόθη, προσεκτήσαντο. λέλυνται γὰρ δὴ τῶν νόμων, ὡς αὐτὰ τὰ Λατῖνα ῥήματα λέγει, τουτέστιν, ἐλεύθεροι ἀπὸ πάσης ἀναγκαίας νομίσεώς εἰσι, καὶ οὐδενὶ τῶν γεγραμμένων ἐνέχονται· καὶ πᾶσαν μὲν τὴν τῆς βασιλείας ἰσχὺν περιβέβληνται, πλὴν τοῦ κατὰ τοὔνομα φορτικοῦ. ἡ γὰρ δὴ τοῦ Καίσαρος ἥ τε τοῦ Αὐγούστου πρόσρησις, δύναμιν μὲν οὐδεμίαν αὐτοῖς οἰκείαν προστίθησι, δηλοῖ δ' ἄλλως ὃ μὲν, τὴν τοῦ γένους σφῶν διαδοχὴν, ὃ δὲ, τὴν τοῦ ἀξιώματος λαμπρότητα. ἡ δὲ τοῦ Πατρὸς ἐπωνυμία, τάχα μὲν καὶ ἐξουσίαν τινὰ αὐτοῖς, ἥν ποτε οἱ πατέρες ἐπὶ τοὺς παῖδας ἔσχον, κατὰ πάντων ἡμῶν δίδωσιν· οὐ μέντοι καὶ ἐπὶ τούτῳ ἀρχὴν ἐγένετο, ἀλλ' ἐς τιμὴν, καὶ ἐς παραίνεσιν, ἵνα αὐτοί τε τοὺς ἀρχομένους ὡς καὶ παῖδας *ἀγαπῶεν, καὶ ἐκεῖνοι σφᾶς ὡς πατέρας αἰδῶνται. Η μὲν οὖν πολιτεία οὕτω τότε πρός τε τὸ βέλτιον καὶ πρὸς τὸ σωτηριωδέστερον μετεκοσμήθη. καὶ γάρ που καὶ παντάπασιν ἀδύνατον ἦν δημοκρατουμένους αὐτοὺς σωθῆναι. οὐ μέντοι καὶ ὁμοίως τοῖς πρόσθεν τὰ μετὰ ταῦτα πραχθέντα λεχθῆναι δύναται. πρότερον μὲν γὰρ, ἔς τε τὴν βουλὴν καὶ ἐς τὸν δῆμον πάντα, εἰ καὶ πόρρω που συμβαίη, ἐσεφέρετο· καὶ διὰ τοῦτο πάντες τε αὐτὰ ἐμάνθανον, καὶ πολλοὶ συνέγραφον· ἔν τε τοῖς ὑπομνήμασι τοῖς δημοσίοις ἡ ἀλήθεια εὑρίσκετο. ἐκ δὲ δὴ τοῦ χρόνου ἐκείνου, τὰ μὲν πλείω κρύφα καὶ δι' ἀπορρήτου γίγνεσθαι ἤρξατο· εἰ δέ που τινὰ καὶ δημοσιευθείη, ἀλλὰ *ἀνεξέλεγκτά γε ὄντα ἀπιστεῖται. καὶ γὰρ λέγεσθαι καὶ πράττεσθαι πάντα

πρὸς

πρὸς τὰ τῶν ἀεὶ κρατούντων τῶν τε παραδυναστευόντων σφίσι βουλήματα ὑποπτεύεται) κἀκ τούτου πολλὰ μὲν οὐ γιγνόμενα θρυλεῖται, πολλὰ δὲ καὶ πάνυ συμβαίνοντα ἀγνοεῖται· πάντα δὲ (ὡς εἰπεῖν) ἄλλως πως ἢ ὡς πράττεται διαθροεῖται. καὶ μέντοι καὶ τὸ τῆς ἀρχῆς μέγεθος, τό τε τῶν πραγμάτων πλῆθος, δυσχερεστάτην αὐτοῖς παρέχεται τὴν ἀκρίβειαν. ἔν τε γὰρ τῇ Ῥώμῃ συχνά, καὶ ἔξω ταύτης περὶ τὸ ὑπήκοον, ὡς εἰπεῖν καθ' ἡμέραν γίγνεταί τινα, περὶ ὧν τὸ μὲν σαφὲς οὐδεὶς ῥᾳδίως, ἔξω τῶν πραττόντων αὐτά, γιγνώσκει, πλεῖστοι δὲ ὅσοι οὐδ' ἀκούουσι τὴν ἀρχὴν ὅτι γέγονεν. ὅθεν περ καὶ ἐγὼ πάντα τὰ ἑξῆς, εἴτ' ὄντως οὕτως εἴτε καὶ ἑτέρως ἔχει, φράσω· προσέσται μέντοι τι αὐτοῖς καὶ τῆς ἐμῆς δοξασίας, ὅσον ἐνδέχεται, ἐν οἷς ἄλλο τι μᾶλλον ἢ τὸ θρυλούμενον ἠδυνήθην ἐκ πολλῶν ὧν ἀνέγνων, ἢ καὶ ἤκουσα, ἢ καὶ εἶδον, τεκμήρασθαι. Αὔγουστος μὲν δὴ ὁ Καῖσαρ, ὥσπερ εἶπον, ἐπωνομάσθη· καὶ αὐτῷ σημεῖον οὐ μικρὸν εὐθὺς τότε τῆς νυκτὸς ἐπεγένετο. ὁ γὰρ Τίβερις πελαγίσας,* καὶ πᾶσαν τὴν ἐν τοῖς πεδίοις Ῥώμην κατέλαβεν, ὥστε πλεῖσθαι. καὶ ἀπ' αὐτοῦ οἱ μάντεις, ὅτι τε ἐπὶ μέγα* αὐξήσοι, καὶ ὅτι πᾶσαν τὴν πόλιν ὑποχειρίαν ἕξει, προέγνωσαν.

Αὔγουστος δὲ, τά τε ἄλλα τὰ τῇ ἀρχῇ δὴ προσήκοντα προθυμότερον ἔπραττεν, ὡς καὶ ἐθελοντὶ δὴ παρὰ πάντων αὐτὴν εἰληφώς, καὶ ἐνομοθέτει πολλά, οὐκ ἰδιογνωμονῶν ἐν τούτῳ τῷ μέρει, ἀλλ' ἔστι μὲν ἃ καὶ εἰς τὸ δημόσιον προετίθεις, καὶ παρρησίαν νέμων πολλὴν τοῖς διορθοῦν δυναμένοις· τὰ πολλὰ δὲ μετὰ τῶν ὑπάτων ἢ μετὰ τῶν ἀρίστων ἐπισκοπούμενος. καὶ γὰρ καὶ πεντεκαίδεκα τῶν βουλευτῶν τοὺς κλήρῳ λαχόντας, συμβούλους ἐς ἑξάμηνον παρελάμβανε· καὶ ἔστιν ὅτε καὶ ἐδίκαζε μετ' αὐτῶν. ἔκρινε μὲν γὰρ καὶ καθ' ἑαυτὴν ἡ βουλή, ὡς καὶ πρότερον, καί τισι καὶ πρεσβείαις καὶ κηρυκείαις καὶ δήμων καὶ βασιλέων ἐχρημάτιζεν· ὅ τε δῆμος ἐς τὰς ἀρχαιρεσίας καὶ τὸ πλῆθος αὖ συνελέγετο· οὐ μέντοι καὶ ἐπράττετό τι, ὃ μὴ *ἐκεῖνον ἤρεσκε. τοὺς γοῦν ἄρξοντας, τοὺς μὲν αὐτὸς ἐκλεγόμενος προεβάλλετο, τοὺς δὲ καὶ ἐπὶ τῷ δήμῳ τῷ τε ὁμίλῳ κατὰ τὸ ἀρχαῖον ποιούμενος, ἐπεμελεῖτο ὅπως μήτ' ἀνεπιτήδειοι, μήτ' ἐκ παρακελεύσεως ἢ καὶ δεκασμοῦ *ἀποδεικνύωνται. Τὸ μὲν οὖν σύμπαν, οὕτω τὴν ἀρχὴν *διῴκησε. λέξω δὲ καὶ καθ' ἕκαστον ὅσα ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ νῦν μάλιστα, διὰ τὸ πάμπολυ ἀπηρτῆσθαι τῶν χρόνων ἐκείνων τὸν καθ' ἡμᾶς βίον καὶ τὸ πολίτευμα, μνημονεύεσθαι. λέγω γὰρ τοῦτο, οὐχὶ ὡς ὁ Δίων

in gratiam Imperatorum, aut eorum hominum, qui plurimum apud Imperatores possunt. Itaq; multa, quæ numquam acciderunt, omnium sermone celebrantur: multa quoque silentio prætereuntur, quę acciderunt: cetera fere narrantur aliter quã facta sunt. Nam magnitudo Imperii efficit, & multitudo rerum gestarum, vt nequeant omnia accurate perscribi. siquidem in vrbe multa quotidie pene fiũt, & in prouinciis quæ subiectæ sunt imperio: vt ea nemo certo sciat, præter eos a quibus geruntur: plurimi ne audierunt quidem gesta esse. Quamobrem ea quæ restant, prosequar, quomodocumq; se habeãt: sed ita vti ea putabo accidisse: si quid pręter ea quæ vulgo circumferuntur, ex iis quæ legi, audiui aut vidi, nõnumquam possim cõiicere. Postquam igitur Cæsar (vt paulo ante dixi) Augustus cognominatus est, ei subito de nocte prodigium nõ paruum exstitit. Tiberis enim in æquis & planis locis vrbis ita stagnauit, vt in iis nauigaretur. qua ex re vates Cæsarẽ maiorem in modum auctum iri prædixerunt, vrbemque omnino in eius futuram potestate. Itaq; Augustus ea quæ pertinebant ad imperium, alacrius faciebat & diligentius: quasi id sibi omniũ consensu datum esset. Multas leges condebat, non suo consilio: sed eas ad populum ferebat, atque omnibus iis qui possent, emendandi faciebat potestatẽ. præterea consultabat de multis rebus cum Consulibus & optimatibus. nam & sorte quindecim Senatores adhibebat in consilium in sex menses: cũ quibus nonnumquã ius reddebat. Quinetiam Senatus per se iudicabat, vt antea, dabatq; responsa legatis quorundã regum & populorũ. populus quoq; ad magistratus eligendos congregabatur: etsi nihil fiebat contra Cęsaris voluntatem. Nam partim ꝓponebat eos qui essent magistratus futuri, partim id more maiorum relinquebat in populi & plebis voluntate: sed tamen prouidebat nemin⁹ idonei, aut largitione facta precibusve, designarẽtur. Cũq; cuncta initio administrauerit in hunc modũ, mihi de singulis dicendũ est. id enim necesse esse nunc potissimũ arbitrori quod res valde sunt a nostra memoria remotæ. qđ ego " nõ dico Dionis

nomine, qui fuit Imperatorum Seueri & Alexandri temporibus; sed vt Ioannes Xiphilinus, Ioannis Patriarchæ fratris filius, qui tẽpore Michaelis Imperatoris filii Ducæ, ex multis libris Dionis hãc Epitomen composui. Igitur cum Augustus reb. bene administratis, & latis legibus magnã gloriã cõsequeretur, Cornelius Gallus, cui fuerat Ægyptus cõmissa, propter magnitudinem honoris, cœpit omnibus modis iniuriam facere. nam & vana quædam conuitia iactauit in Augustum, & suas statuas in omnibus fere partibus Ægypti collocauit, iussitq; res ab se gestas in pyramidibus inscribi. Is a Largo amico suo accusatus, magno dedecore affectus est, & suis facultatibus priuatus: quæ cũ decreto Senatus ad Cęsarem peruenissent, mortẽ sibi consciuit. Quo facto, multi in partes Largi transierunt, quod ipsum augeri videbant: in quib. tamen non fuerunt optimates. Nam Proculius, cum primum ei factus esset obuiam, cœpit nares suas & os manu occludere, atque ita significare iis qui aderant præsentes, tutum nõ esse corã eo respirare. Preterea alius quispiam ad eum accessit cum testibus, tametsi erat incognitus; eumq; interrogauit an se cognosceret: & cum ille negasset, iussit id respõsum in libello scribi: quasi nõ liceret homini quantũuis improbo, calumniari eum quẽ antea numquam vidisset. Augustus Astures vicit & Cantabros gẽtes Celticas, opera Terentii Varronis & Titi Carisii; cepitq; multa oppida earum gẽtium. propter quas cum templum Iani apertũ fuisset, ab eo clausum est, quod omni ex parte pacem Romanis peperisset. Idem, postquã domus quæ Antonii antea fuerat, post Agrippæ ac Messalę data, deflagrauit, Messalæ aliam dedit, & Agrippam apud se habitare iussit. Per id tempus Publius Seruilius Pretor percelebre nomen habuit, quod trecentos vrsos, totidemque alias feras Libycas occidisset '' quibusdam ludis. Senatus Cæsarem, a quo magno honore afficiebatur, communicato sæpe cõsilio rerum gerendarum, mutuo colebat, eũque, vt Imperatorem, decreto liberauit omnibus legũ vinculis, vt ea quæ vellet faceret, & ab iis quæ nollet abstineret. Hęc cum Romę gererẽtur, alia expeditio noua populi Romani eodẽ pene tempore principiũ & finem habuit. Cũ enim Largus præfectus Ægypti, exercitũ duxisset in Arabiam quæ Felix

hominē interfici iussit. Per id tempus quidā Clemens nomine, qui fuerat Agrippæ seruus, eique similis erat quodammodo, Agrippam se esse dixit; atque eo pacto magnam hominum manum sibi coniunxit: comprehensusque tandem a Tiberio, interrogatusq; quomodo Agrippa factus esset, *Eodem*, inquit, *modo quo tu Cæsar es factus*. Cum autem in quodam edicto verbo parum Latino vsus esset, idque postea noctu animaduertisset, omnes qui erant in huiusmodi verbis diligenter versati, accersiuit ad se: studebat enim Latine & elegāter loqui. Cumque Ateius Capito dixisset, *Quamquam hoc verbo nemo vsus est antehac, tamen id tua causa recipiemus in posterum & inter vetera referemus*: atque Marcellus quidam ad hæc ita respondisset; *Hominibus*, inquit, *dare potes Cæsar ciuitatem Romanam, verbis nō potes*: hunc Tiberius, quamquam nimia licentia loquēdi vsus fuerat, nullo damno affecit. Archelaum vero regem Cappadociæ, cui iratus erat, accersitum, quasi res nouas moliretur, tradidit Senatui, vt de eo cognosceret; hominem non solum summa senectute, sed etiam podagræ doloribus confectum: fuissetq; Archelaus affectus vltimo supplicio, nisi testis qui cōtra ipsum productus fuerat, asseruisset eum dixisse, se Tiberio ostensurum, postquam domum rediisset, quales sibi nerui essent. Qua ex re risus tā magnus excitatus est, propterea quod ille non solum stare non poterat, sed ne sedere quidem, vt Tiberius eum amplius occidi noluerit. Itaque Archelaus tunc saluus euasit; qui tamen non multo post mortuus est. Post cuius mortem Cappadocia venit in potestatem populi Romani; eique vir equestris ordinis præfuit. Tiberius, quamdiu reliquas etiā virtutes exercuit, magnopere abstinuit ab alienis. Nec item adiuit hereditates quæ sibi erant a propinquis relictæ; multaque impendit in vsus ciuitatum & priuatorū hominum: cuius rei causa nullum honorē postulauit, nullam laudem admisit. Legatis ciuitatum nationumve numquam respondebat solus; sed plerosque, eosq; potissimum qui apud eas gentes cum imperio fuerant, suæ sententiæ participes faciebat. Germanicus autem, exercitu prospere contra Germanos ducto, vsq; ad Oceanū peruenit; barbarisque fortiter deuictis, ossa eorum qui cum Varo interierant, collegit & sepeliuit; ac

postremo signa militaria recuperauit. Tiberius, cū ei instaret Senatus, statueretq; Nouembrē (quo mēse natus erat XVI kal. Decembris) Tiberiū appellandum esse, ita respōdit; *Si vobis*, inquit, *Cæsares erunt* XIII, *quid facietis?* Post hęc Marco Iunio & Lucio Norbano cōsulibus, kalendis ipsis Ianuariis prodigiū nō paruum extitit; quo Germanici interitus prædici quodā modo videbatur. Nam eo die Norbanus Consul, qui semper in id incumbebat vt tuba caneret, in eoq; studiose exercebatur, prima luce, cū iā domi adesset magna hominū multitudo, tuba canere cœpit. quæ res omnes pariter cōturbauit; quasi Consul bellicū cecinisset. Augebat timorē, quod statua Iani ceciderat, quodq; per id tempus quædā oracula canebantur ꝑ Sibyllinis; *quæ licet ad hæc nostra tēpora potius quā ad illa pertinerent, tamen iis omnes valde commouebantur. ea erant; Τρὶς δὲ τριηκοσίων περιτελλομένων ἐνιαυτῶν, Ῥωμαίους ἔμφυλος ὀλεῖ στάσις, ἁ Συβαρῖτις Ἀφροσύνα. id est: *Ast ter tercentum reuolutis protinus annis, Roma intestina perdetur seditione, Et furor exitium Sybariticus afferet vrbi.* Hęc Tiberius vt falsa calumniari cœpit; librosq; oēs scriptos de vaticiniis inspici; ex quib. eos qui inutiles esse videbātur, damnari atq; reiici, ceteros reponi & retineri iussit. Mortuo Germanico, Tiberius & Liuia magna lętitia affecti sunt, ceteri oēs tulerūt grauiter. Erat Germanic⁹ egregia forma, optimo ingenio præditus, omni doctrina ornatissim⁹, magnis virib. corporis; vir perhumanus & modestus. nihil enim cōtra Drusum faciebat inuidiose, nihil cōtra Tiberiū, quod reprehēdi posset. Nam cū sæpenumero potuisset adipisci imperium, noluit. Is Antiochiæ mortu⁹ est, insidiis ei a Pisone & † Plancina factis. Etenim ossa hominū mortuorum defossa in ædibus, in quib. habitabat, & laminæ plūbeæ, in quib. erat nomen eius scriptū cum quibusdam exsecrationibus, eo adhuc viuo inuentæ sunt: eiusq; necis Piso reus a Tiberio factus, introductusq; in Senatū, dilatione postulata, mortē sibi consciuit. Tiberius, postquam neminem habuit aduersariū & competitorem in Imperio, ab iis rebus quas antea bene gerebat, deficere, & cuncta acerbe administrare cœpit. Tum enim reus erat impietatis is, qui non modo in Augustū, sed etiam in eum aut eius matrem fecisse aliquid, aut minus commode dixisse deferretur; ac in eum

† Plautina, al.

τὰ σημεῖα τὰ στρατιωτικὰ ἀνεκτήσατο. Τῷ δὲ Τιβερίῳ τῆς βουλῆς ἐγκειμένης, καὶ τὸν σφῶν μῆνα τὸν Νοέμβριον, ἐν ᾧ τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα ἐγεγέννητο, Τιβέριον καλεῖσθαι ἀξιούσης, Καὶ τί, ἔφη, ποιήσετε, ἂν δεκατρεῖς Καίσαρες γένωνται; Μάρκου δὲ δὴ Ἰουνίου Λουκίου τε Νωρβανοῦ μετὰ ταῦτα ἀρξάντων, τέρας ἐν αὐτῇ τῇ νουμηνίᾳ οὐ σμικρὸν ἐγένετο, ὅπερ που ἐς τὸ Γερμανικοῦ πάθος ἀπεσήμαινεν. ὁ γὰρ Νωρβανὸς ὁ ὕπατος σάλπιγγι ἀεὶ προσκείμενος, καὶ ἐρρωμένως τὸ πρᾶγμα ἀσκῶν, ἠθέλησε καὶ τότε ὑπὸ τὸν ὄρθρον πολλῶν ἤδη πρὸς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ παρόντων σαλπίσαι· καὶ τοῦτό τε πάντας ὁμοίως ἐξετάραξε, καθάπερ ἐμπολέμιόν τι σύνθημα τοῦ ὑπάτου σφίσι παραγγείλαντος, καὶ ὅτι καὶ τὸ τοῦ Ἰανοῦ ἄγαλμα κατέπεσε. λόγιόν τέ τι ὡς καὶ Σιβύλλειον, ἄλλως μὲν οὐδὲν τῷ τῆς πόλεως χρόνῳ προσῆκον, πρὸς δὲ τὰ παρόντα ᾀδόμενον, οὐχ ἡσυχῇ σφᾶς ἐκίνει. ἔλεγε γὰρ ὅτι, Τρὶς δὲ τριηκοσίων περιτελλομένων ἐνιαυτῶν, Ῥωμαίους ἔμφυλος *ἐλεῖ στάσις, ἁ Συβαρῖτις τ' *Ἀφροσύνα. Ὁ οὖν Τιβέριος ταῦτά τε τὰ ἔπη, ὡς καὶ ψευδῆ ὄντα διέβαλε, καὶ τὰ βιβλία πάντα τὰ μαντείαν τινὰ ἔχοντα ἐπεσκέψατο· καὶ τὰ μὲν ὡς οὐδενὸς ἄξια ἀπέκρινε, τὰ δὲ ἐνέκρινε. Τοῦ δὲ δὴ Γερμανικοῦ τελευτήσαντος, ὁ μὲν Τιβέριος καὶ ἡ Λιβία πάνυ ἥσθησαν, οἱ δὲ δὴ ἄλλοι πάντες δεινῶς ἐλυπήθησαν. κάλλιστος μὲν τὸ σῶμα, ἄριστος δὲ καὶ τὴν ψυχὴν ἔφυ· παιδείᾳ τε ἅμα καὶ ῥώμῃ διέπρεπε, πρᾳότατός τε καὶ εὐφρονέστατος ἦν· οὐδὲν δὲ οὔτε πρὸς τὸν Δροῦσον ἐπίφθονον, οὔτε πρὸς τὸν Τιβέριον ἐπαίτιον ἔπραξε. δυνηθεὶς γοῦν πολλάκις τὴν αὐτοκράτορα λαβεῖν ἀρχὴν, οὐκ ἠθέλησεν. ἀπέθανε δὲ ἐν Ἀντιοχείᾳ, ὑπό τε τοῦ Πείσωνος καὶ ὑπὸ τῆς Πλαγκίνης ἐπιβουλευθείς. ὀστᾶ γὰρ ἀνθρώπων ἐν τῇ οἰκίᾳ ἐν ᾗ ᾤκει, κατορωρυγμένα, καὶ ἐλασμοὶ μολύβδινοι ἀράς τινας μετὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ ἔχοντες, ζῶντος ἔτι εὑρέθη. ὁ δὲ Πείσων, ἐπὶ τὸ βουλευτήριον ἐπὶ τῷ φόνῳ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Τιβερίου εἰσαχθείς, ἀναβολήν τινα ἐποιήσατο, καὶ ἑαυτὸν κατεχρήσατο. Τιβέριος δέ, ἐπεὶ τὸ ἔφεδρον οὐκέτ' εἶχεν, ἐς πᾶν τοὐναντίον τῶν πρόσθεν εἰργασμένων αὐτῷ, πολλῶν ὄντων καὶ καλῶν, περιέστη. τά τε γὰρ ἄλλα ἀγρίως ἦρξε, καὶ ταῖς τῆς ἀσεβείας δίκαις, εἴ τις οὐχ ὅσον ἐς τὸν Αὔγουστον ἀλλὰ καὶ ἐς αὐτὸν ἐκεῖνον τήν τε μητέρα αὐτοῦ πράξας τι ἢ καὶ εἰπὼν ἀνεπιτήδειον ἐπεκλήθη,

δεινῶς

δῆλος ἐπεξῄει. ἐβασανίζοντο δὲ οὐχὶ οἰκέται μόνον κατὰ τῶν ἰδίων δεσποτῶν, ἀλλὰ καὶ ἐλεύθεροι καὶ πολῖται. οἵ τε κατηγορήσαντες ἢ καὶ καταμαρτυρήσαντές τινων, τὰς οὐσίας τῶν ἁλισκομένων διελάμβανον, καὶ προσέτι καὶ ἀρχὰς καὶ τιμὰς προσελάμβανον. πολλοὺς δὲ, καὶ τὴν ἡμέραν καὶ ὥραν ἐν ᾗ ἐγεγένηντο ἐξετάζων, καὶ ἐκεῖθεν καὶ τὸν τρόπον καὶ τὴν τύχην αὐτῶν διασκοπῶν, ἀπεκτίννυεν. εἰ γάρ τῳ ὑπεροχήν τι καὶ ἐλπίδα πρὸς δυναστείαν ἐνεῖδε, πάντως ἀπώλλυεν. οὕτω δὴ οὖν τὸ πεπρωμένον ἑκάστῳ τῶν πρώτων καὶ ἐξήταζε καὶ ἠπίστατο, ὥστε καὶ τῷ Γάλβᾳ τῷ μετὰ ταῦτα αὐταρχήσαντι, ἀπαντήσας γυναῖκα ἐγγεγυημένῳ, εἰπεῖν ὅτι, Καὶ σύ ποτε τῆς ἡγεμονίας * γεύσῃ. ἐφείσατο γὰρ αὐτοῦ, ὡς μὲν ἐγὼ δοκῶ, ὅτι καὶ τοῦτ᾽ αὐτῷ εἱμαρμένον ἦν· ὡς δ᾽ αὐτὸς ἔλεγεν, ὅτι καὶ ἐν γήρᾳ καὶ μετὰ πολὺ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ ἄρξοι. Συνῆρχε δὲ καὶ συγκατειργάσατο αὐτῷ πάντα προθυμότατα Λούκιος Αἴλιος Σειανὸς, υἱὸς μὲν τοῦ Στράβωνος ὢν, παιδικὰ δέ ποτε Μάρκου * Σαβίου Ἀπικίου γενόμενος, Ἀπικίου ἐκείνου, ὃς πάντας ἀνθρώπους ἀσωτίᾳ ὑπερεβάλετο, οὕτως ὥστε, ἐπειδὴ μαθεῖν ποτε ἐθελήσας ὅσα ἤδη κατανηλώκει, καὶ ὅσα ἔτ᾽ εἶχεν, ἔγνω ὅτι διακόσιαι καὶ πεντήκοντα αὐτῷ μυριάδες περίεισιν, ἐλυπήθη τε ὡς καὶ λιμῷ τελευτήσειν μέλλων, καὶ ἑαυτὸν διέφθειρεν. τότε οὖν ὁ Σειανὸς χρόνῳ μέν τινι μετὰ τοῦ πατρὸς τῶν δορυφόρων ἦρξεν· ἐπεὶ δ᾽ ἐκείνου ἐς τὴν Αἴγυπτον πεμφθέντος, μόνος τὴν προστασίαν αὐτῶν ἔσχε, τά τε ἄλλα συνέστησεν αὐτὴν, καὶ τοὺς λόχους ἰδίᾳ καὶ χωρὶς ἀλλήλων, ὥσπερ τοὺς τῶν νυκτοφυλάκων, ὄντας, ἐς ἓν τεῖχος συνήγαγεν, ὥστε τὰ παραγγέλματα καὶ ἀθρόως καὶ διὰ ταχέων λαμβάνειν, καὶ φοβεροὺς πᾶσιν, ἅτε καὶ ἐν ἑνὶ τείχει ὄντας, εἶναι. τοῦτον οὖν ὁ Τιβέριος ἐκ τῆς τῶν τρόπων ὁμοιότητος προσλαβὼν, ταῖς τε στρατηγικαῖς τιμαῖς ἐκόσμησεν, (ὃ μήπω πρότερον μηδενὶ τῶν ὁμοίων αὐτῷ ἐγεγόνει) καὶ σύμβουλον καὶ ὑπηρέτην πρὸς πάντα ἐποιεῖτο. Ἐπεὶ δὲ ὁ Τιβέριος τὴν ὕπατον ἀρχὴν ἦρξε μετὰ τοῦ Δρούσου, εὐθὺς οἱ ἄνθρωποι τὸν ὄλεθρον τῷ Δρούσῳ ἐξ αὐτοῦ τούτου προεμαντεύσαντο. οὐ γὰρ ἔστιν ὅστις τῶν ὑπατευσάντων ποτὲ μετ᾽ αὐτοῦ οὐ βιαίως ἀπέθανεν· ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὁ Οὔαρος ὁ Κυιντίλιος, τοῦτο δὲ ὁ Πείσων ὁ Γναῖος, ὅ τε Γερμανικὸς αὐτὸς, κακῶς ἀπώλοντο. τοιούτῳ τινὶ, ὡς ἔοικε, διὰ βίου δαίμονι συνεκεκλήρωτο. ἀμέλει καὶ ὁ Δροῦσος τότε καὶ ὁ Σειανὸς μετὰ ταῦτα συνάρξαντές οἱ ἐφθάρησαν.

animaduertebatur grauiter. Torquebantur nō modo serui contra dominos, sed etiā liberi & ciues. Qui accusauerāt, aut testimoniū cōtra reos dixerant, cōsequebantur eorū bona, adipiscebāturq; honores & magistratus. Multos interfici iussit explorata die & hora qua nati fuissent, atq; inde animaduersa fortuna eorū & moribus. Quē enim excellere videbat, aut sperare principatū, eū funditus perdebat; didiceratq; fatū cuiusq; ciuis primarii: ita vt Galbæ, qui postea principatū obtinuit, factus obuiā, quo die ille spōsalia fecerat, dixerit, *Et tu aliquādo principatū degustabis:* cui propterea pepercit, (vt ego quidē arbitror) quod id ei certū & fatale erat: vt aūt ille dicebat, propterea quod in senectute & lōgo tēpore post mortem suā, esset regnaturus. Aderat ei semper, & diligenter conficiebat omnia Lucius Ælius Seianus, (is erat Strabonis filius) qui olim M. † Sabio Apicio in deliciis fuerat. Hic Apicius luxuriose vixerat supra oēs homines. Cū enim aliquādo voluisset intelligere quantos sumptus fecisset, & quantum restaret, cognouissetq; sibi superesse † centies sestertiū, magna molestia affectus, metuensq; ne fame moreretur, mortē sibi cōsciuit. Igitur Seianus aliquanto tēpore vna cū patre prætorianis præfuit: sed postquā eius pater in Ægyptū missus est, atq; ipse præfectus eorum fuit solus, prçter cetera quæ cōstituit, prętorianos milites* seorsum ante per cohortes cubantes, vnū in locū atq; in eundē murum cōduxit; vt cōferti, celerius possent imperata facere, vtque, quod in eodē muro essent, metuerētur ab omnibus. Huic Tiberius, cōiuncto sibi morū similitudine, Prætorios honores tribuit; quod antea nemini qui similis eius esset, cōtigerat, eumq; consiliariū ac ministrū in reb. omnibus cœpit. Postquā Tiberius Cōsularem dignitatem cū Druso cepit, statim pleriq; omnes ex eo mortem Druso prædixerunt. Nemo enim fuit eorū qui cum Tiberio Consulatū gesserunt, qui non infelicissima morte obierit. Siquidem Quintilius Varus, Cnæus Piso, atq; adeo Germanicus, misere perierūt: idq; ei fato quodam videtur contigisse. Drusus quidem eo tēpore, & Seianus postea, cū collegæ eius fuissent, mortui sunt.

† Gabio est apud Dioné.

† aureorum centum milia, Bl. CCL myriades drachmarum, Gr.

Cum autẽ abesset ab vrbe Tiberius, Caius Lutorius Prisc⁹ eques Romanus, ac poeticæ in primis peritus, qui Germanici epitaphium cõposuerat, ob eamq; rem magnam pecuniã acceperat, accusatus est in Drusum ægrotantẽ carmen scripsisse. Quamobrem cum damnatus a Senatu, occisus esset, Tiberius moleste tulit; nõ quod esset affectus supplicio, sed quod Senatus aliquem interfici iussisset non cognita sua voluntate. Itaq; increpatis patrib. iussit vt decernerent, ne de iis quos ipsi damnauissent, intra decẽ dies supplicium sumeretur; neve decretũ quod de capite alicuius esset factum, intra idẽ tempus publicaretur, quo posset absens decreta eorum intelligere, eaq;, an iure facta essent, cognoscere. Post hæc functus Cõsulatu, atq; in vrbẽ reuersus, vetuit Consulibus ne quemquã in iudicio defenderent. *Nam ego*, inquit, *si Cõsul essem, id non facerem*. Cum aũt vnus ex Prætoribus argueretur cõtra eum impie dixisse aliquid aut fecisse, ac postea de curia decessisset, reuersusque relicta veste magistratus, petiisset vt statim veluti priuatus accusaretur: id Tiberius vehementer doluit, eumque nullo damno affecit. Saltatores autem Roma expulit, vetuitque vt eam artem nusquã exercerẽt, quod notarent ac vituperarẽt mulieres, & quod seditiones concitarent. Plerosque qui excesserant e vita, statuis ornauit & publicis monumentis. Seiano quidem viuenti statuã æneam in theatro collocauit: eiusdemque statuæ multę postea a multis factæ sunt: estq; apud populum & in Senatu maximis laudibus affectus. Hunc Seianum Cõsules, nedum ceteri clari viri, domũ prima luce iugiter veniebãt salutatum, cum eoque communicabant omnia, quæ priuatim essent a Tiberio petituri; itemque ea quæ publica erant, de quibus Tiberium respondere oportebat. omnino enim nihil eiusmodi absque Seiano gerebatur. Per id tempus cum Romæ porticus maxima in alteram partẽ inclinaret, eam quidam architectus contra omnium opinionem erexit; cuius nomen propterea ignoratum est, quod Tiberius permotus inuidia rei admirabilis, id scribi in annalium monumentis noluit. Is igitur, quisquis fuit, fultis vndique fundamentis porticus, ne moueretur, ac superiore eius parte velleribus ouium & crassis vestimentis

Ἐκδημοῦντος δὲ τοῦ Τιβερίου, Γάιος Λουτώριος Πρίσκος ἱππεὺς, ἐπί τε μέγα ἐπὶ ποιήσει φρονῶν, καὶ ἐπιτάφιον ἐπὶ τῷ Γερμανικῷ ἐπιφανῆ συγγράψας, ὥστε καὶ χρήματα δι' αὐτὸ πολλὰ λαβεῖν, αἰτίαν ἔσχεν ὡς καὶ ἐπὶ τῷ Δρούσῳ ποίημα παρὰ τὴν νόσον αὐτοῦ συντεθεικώς· καὶ ἐκρίθη τε διὰ τοῦτο ἐν τῇ βουλῇ, καὶ κατεδικάσθη καὶ ἀπέθανεν. ὁ οὖν Τιβέριος ἀγανακτήσας οὐχ ὅτι ἐκεῖνος ἐκολάσθη, ἀλλ' ὅτι τις ὑπὸ τῆς βουλῆς ἄνευ τῆς ἑαυτοῦ γνώμης ἐθανατώθη, ἐπετίμησέ τε αὐτοῖς καὶ δόγμα τι παραδοθῆναι ἐκέλευσε, μήτ' ἀποθνήσκειν ἐντὸς δέκα ἡμερῶν τὸν καταψηφισθέντα ὑπ' αὐτῶν, μήτε τὸ γράμμα τὸ ἐπ' αὐτῷ γενόμενον, ἐς τὸ δημόσιον ἐντὸς τοῦ αὐτοῦ χρόνου ἀποτίθεσθαι· ὅπως καὶ ἀποδημῶν προπυνθάνηται τὰ δόξαντά σφισι, καὶ ἐπιδιακρίνῃ. Καὶ μετὰ τοῦτο ἐξελθούσης αὐτῷ τῆς ὑπατείας, ἔς τε τὴν Ῥώμην ἦλθε, καὶ τοὺς ὑπάτους συναγορεύειν τισὶν ἐκώλυσεν, εἰπὼν ὅτι, Εἰ ὕπατος ἦν, οὐκ ἂν ἐποίησα τοῦτο. ἐπειδή τε τῶν στρατηγούντων τις αἰτίαν ὡς καὶ ἀσεβές τι ἐς αὐτὸν εἰρηκὼς ἢ καὶ πεποιηκὼς, λαβὼν, ἐξῆλθέ τε ἐκ τοῦ συνεδρίου, καὶ τὴν ἀρχικὴν στολὴν ἐκδὺς, ἐπανῆλθέ τε, καὶ κατηγορηθῆναι παραχρῆμα, ὡς καὶ ἰδιωτεύων, ἠξίωσε, δεινῶς τε ἤλγησε, καὶ οὐκ ἔτ' αὐτοῦ ἥψατο. Τοὺς δὲ ὀρχηστὰς τῆς τε Ῥώμης ἐξήλασε, καὶ μηδαμόθι τῇ τέχνῃ χρῆσθαι προσέταξεν, ὅτι τάς τε γυναῖκας ᾔσχυνον, καὶ στάσεις ἤγειρον. Ἄλλους μὲν δὴ οὖν καὶ πολλούς γε τῶν τελευτώντων καὶ ἀνδριᾶσι καὶ δημοσίαις ταφαῖς ἐτίμα· τὸν δὲ δὴ Σιανὸν ζῶντα ἐν τῷ θεάτρῳ χαλκοῦν ἔστησε. κἀκ τούτου πολλαὶ μὲν ὑπὸ πολλῶν εἰκόνες αὐτοῦ ἐποιήθησαν, πολλοὶ δὲ καὶ ἔπαινοι καὶ παρὰ τῷ δήμῳ καὶ παρὰ τῇ βουλῇ ἐγίγνοντο· ἔς τε τὰς οἰκίας αὐτοῦ οἵ τε ἄλλοι οἱ ἐλλόγιμοι καὶ οἱ ὕπατοι αὐτοὶ ὑπὸ τὸν ὄρθρον συνεχῶς ἐφοίτων, καὶ τά τε ἴδια αὐτῷ πάντα, ὅσα τινὲς ἀξιώσειν παρὰ τοῦ Τιβερίου ἔμελλον, καὶ τὰ κοινὰ, ὑπὲρ ὧν χρηματισθῆναι ἔδει, ἐπεκοίνουν· καὶ (συνελόντι εἰπεῖν) οὐδὲν ἔτι χωρὶς αὐτοῦ τῶν τοιούτων ἐπράττετο. Κατὰ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον καὶ στοὰ μεγίστη ἐν τῇ Ῥώμῃ, ἐπὶ θάτερον ἐκκλινὴς ἐγένετο, θαυμαστὸν δή τινα τρόπον ὠρθώθη. ἀρχιτέκτων τις, οὗ τὸ ὄνομα οὐδεὶς οἶδε (τὴν γὰρ θαυματοποιίαν αὐτοῦ φθονήσας ὁ Τιβέριος, οὐκ ἐπέτρεψεν αὐτὸ ἐς τὰ ὑπομνήματα ἐσγραφῆναι) οὗτος οὖν, ὅστις ποτὲ ὠνομάζετο, τούς τε θεμελίους αὐτῆς πέριξ ἐκρατύνατο, ὥστε μὴ συγκινηθῆναι, καὶ τὸ λοιπὸν πᾶν πόκοις τε καὶ ἱματίοις παχέσι

περιλα-

περιλαβὼν, σχοινίοις τε πανταχόθεν αὐτὴν διέδησε, καὶ ἐς τὴν ἀρχαίαν ἕδραν ἀνθρώποις τε πολλοῖς καὶ μηχανήμασιν ὠσάμενος ἐπανήγαγε. τότε μὲν οὖν ὁ Τιβέριος καὶ ἐθαύμασεν αὐτὸν καὶ ἐζηλοτύπησε, καὶ διὰ μὲν ἐκεῖνο, χρήμασιν ἐτίμησε, διὰ δὲ τοῦτο, ἐκ τῆς πόλεως ἐξήλασε. μετὰ δὲ ταῦτα προσελθόντος οἱ αὐτοῦ, καὶ ἱκετείαν ποιουμένου, καὶ τούτῳ ποτήριόν τι ὑαλινὸν καταβαλόντος ἐξεπίτηδες, καὶ θλασθέν πως ἢ συντριβὲν ταῖς τε χερσὶ διατρίψαντος, καὶ ἄθραυστον παραχρῆμα ἀποφήναντος, ὡς καὶ συγγνώμης διὰ τοῦτο τευξομένου, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν. Δροῦσος δὲ ὁ παῖς αὐτοῦ, φαρμάκῳ διώλετο. ὁ γὰρ Σιαιὸς ἐπί τε τῇ ἰσχύϊ καὶ ἐπὶ τῷ ἀξιώματι ὑπερμαζήσας, τά τε ἄλλα ὑπέρογκος ἦν, καὶ τέλος καὶ ἐπὶ τὸν Δροῦσον ἐξάπτετο, * καί ποτε πὺξ αὐτῷ ἐνέτεινε· φοβηθείς τε ἐκ τούτου καὶ ἐκεῖνον καὶ τὸν Τιβέριον, καὶ ἅμα καὶ προσδοκήσας, ἂν τὸν νεανίσκον ἐκποδὼν ποιήσηται, καὶ τὸν γέροντα ῥᾷστα μεταχειριεῖσθαι, φάρμακόν τι αὐτῷ διά τε τῶν ἐν τῇ θεραπείᾳ αὐτοῦ ὄντων, καὶ διὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ ἣν τινὲς * Λιουίλλαν ὀνομάζουσιν, ἔδωκε· καὶ γὰρ καὶ ἐμοίχευεν αὐτήν. αἰτίαν μὲν γὰρ ὁ Τιβέριος ἔλαβεν, ὅτι μήτε νοσοῦντος τοῦ Δρούσου, μήτ᾽ ἀποθανόντος, ἔξω τι τῶν συνήθων ἔπραξε, μήτε τοῖς ἄλλοις ποιῆσαι ἐπέτρεψεν. οὐ μέντοι καὶ πιστὸς ὁ λόγος· τοῦτό τε γὰρ ἀπὸ γνώμης ἐπὶ πάντων ὁμοίως ἔπραττε, καὶ τῷ υἱεῖ, ἅτε καὶ μόνῳ καὶ γνησίῳ ὄντι, προσέκειτο· τούς τε χειρουργήσαντας τὸν ὄλεθρον αὐτοῦ, τοὺς μὲν εὐθύς, τοὺς δὲ μετὰ ταῦτα ἐκόλασε. τότε δ᾽ οὖν ἐσῆλθέ τε ἐς τὸ συνέδριον, καὶ τὸν προσήκοντα ἐπὶ τῷ παιδὶ ἔπαινον ποιησάμενος, οἴκαδε ἐκομίσθη. Ἀπεῖπε δὲ ὁ Τιβέριος τοῖς πυρὸς καὶ ὕδατος εἰρχθεῖσι, μὴ διατίθεσθαι· καὶ τοῦτο καὶ νῦν φυλάττεται. Αἴλιον δὲ Σατορνῖνον, ὡς καὶ ἔπη τινὰ ἐς αὐτὸν οὐκ ἐπιτήδεια * ἀπορράψαντα, ὑπό τε τὴν βουλὴν ὑπήγαγε, καὶ ἁλόντα ἀπὸ τοῦ Καπιτωλίου κατεκρήμνισε. Πολλὰ δ᾽ ἂν καὶ ἄλλα τοιουτότροπα γράφειν ἔχοιμι, εἰ πάντα ἐπεξίοιμι. τοῦτό τε οὖν ἐν κεφαλαίῳ εἰρήσθω, ὅτι συχνοὶ διὰ τὰ τοιαῦτα ὑπ᾽ αὐτοῦ ἀπώλοντο· καὶ ἐκεῖνο, ὅτι ζητῶν καθ᾽ ἓν ἕκαστον ἀκριβῶς ὅσα τινὲς ᾐτιάζοντο φλαύρως περὶ αὐτοῦ εἰρηκέναι, αὐτὸς ἑαυτὸν πάντα τὰ ἐξ ἀνθρώπων κακὰ ἔλεγε. καὶ γὰρ εἰ ἐν ἀπορρήτῳ τις καὶ πρὸς ἕνα διελέχθη τι, καὶ τοῦτο ἐδημοσίευεν, ὥστε καὶ ἐς τὰ κοινὰ

cincta, & circumligata funibus, eam adhibitis multis hominib. & machinis, in pristinum locum restituit. Tiberius, hominem admiratus, ei inuidit: cui quamquam ob id factum pecuniam largitus est, tamẽ eum ex vrbe per inuidiam expulit. Is aliquanto tempore post ad Tiberiũ reuertitur: atque interim dum eum vehementer obsecrat, cõsulto poculum vitreũ quod gerebat, clam de manibus abiicit, fractumq; primo & collisum, mox integrum illęsumque in suis manibus ostendit: cumque ob eam rem se veniam cõsecuturum putaret, eum Tiberius interfici iussit. Drusus filius eius, veneno sublatus est. Nam cum Seianus propter potentiam & dignitatem quam obtinebat, cetera omnia faceret petulantius atq; insolentius, tandem se ita contra Drusum conuertit, * vt cum eo pugnis aliquando certauerit. Quocirca eum metuens Tiberiumque, simul sperans, si adolescentem de medio sustulisset, se facillime arbitratu suo senẽ esse tractaturum, Druso venenum dedit: vsus opera famulorum eius, vxorisq; (ea Liuilla a quibusdã nominata est) cum qua antea adulterium commiserat. Huius facinoris culpa penes Tiberiũ quoque nonnullorum arbitratu fuit: quod Druso ægrotante mortuoq;, nihil fecit præter consuetudinem, nec aliis vt facerent, permisit. Quæ ratio ideo mihi nõ probatur, quod eodem modo se gerebat erga reliquos omnes, quodq; erga Drusum vnicum filium, & certe legitimum, valde affectus erat, & quod de iis qui eũ necauissent, partim statim, partim postea supplicium sumpsit: venitq; in Senatum, & filiũ, vt par erat, laudauit: inde domum reuectus est. Vetuit Tiberius ne ii quibus aqua & igni interdictum esset, testamentum facerent: quod etiam obtinet hisce temporibus. Ælium vero Saturninũ, a quo carmina quædam in ipsum scripta erant minus commode, reum factum in Senatu, conuictumq;, iussit e Capitolio pręcipitari. Memorare possem cõplura eiusdem generis; si vellẽ omnia persequi. sed in summa, permulti homines ex huiusmodi caussis ab eo interfecti sunt. Id vero prætereundũ non est, Tiberium singula diligenter inuestigare quæ sibi homines exprobrarent, eaq; comperta contra se patefacere consueuisse. Etenim ea quæ nõnulli secreto collocuti essent, ea ipse ita dictitabat palã, vt postea in publicis

commentariis scriberētur. præterea, quo videretur irasci iustius, ea sæpe quæ nemo dixerat, sed quorū erat sibi cōscius, dicta esse mentiebatur. Ex quo fiebat vt contra se delinqueret in iis propter quæ alios vt impios puniebat. Hanc ob caussam ridiculus erat, cum ea quæ rei se negabant dixisse, ipse dicta esse confirmans, iuransq́; sibi verius iniuriam faceret. Qua ex re eum non esse sanæ mentis pleriq́; arbitrati sunt: neq́; tamen demens esse omnino putabatur, cum cetera administraret sapienter. Senatori enim qui petulanter & luxuriose viuebat, curatorem dedit, nō secus ac pupillo: & Capitonem, qui procurator fuerat in Asia, detulit ad Senatum: eumque accusatū quod milites habuisset, fecissetq́; multa, quasi præesset ei prouinciæ cū imperio, in exsilium misit. Nā illis quidem temporib. nihil amplius licebat iis quibus cura pecuniæ Principis mandata erat, quā redditus legitimos colligere: iudicabanturq́; eorū controuersiæ in foro, atq́; ex iure ciuili, pariter cū causis priuatorum ciuium. Itaque in rebus a Tiberio gestis magna fuit varietas, magna inconstantia. Postquam decem anni præterierunt, etsi nō petiuit principatum cōfirmari Senatus cōsulto; (nec enim opus erat, propterea quod non repudiabat eū, vt Augustus) tamē celebrati ludi, qui decimo quoq́; anno fieri consueuerant. Cremutius autem Cordus, quod Seianū offendisset, manus sibi afferre coactus est. nā cum eū Tiberius non posset reū facere alicuius sceleris, (erat enim iam senex, vixeratq́; semper honestissime) propterea condemnauit, quod in historia, quā olim de reb. gestis ab Augusto cōposuerat, & quam Augustus ipse legerat, Cassium & Brutum laudauisset, & Senatum populumq́; Romanum reprehendisset: quodq́; Cæsarem & Augustum, etsi nihil contra eos scripserat, tamen non ornauisset summis laudibus. De iis enim rebus accusatus, occisus est: atque scripta eius in vrbe quidem ædiles cremauerunt, foris autem pręfecti singularum ciuitatum: quæ tamē postea rursum in lucem edita sunt: fuerant enim & ab aliis multis, & a Marcia filia eius occultata: ac tum propter Cordi calamitatē multo cœpere legi studiosius. Eodem tempore Tiberius prætorianos milites coram Senatoribus, tamquam vires eorum ignorarent,

ὑπομνήματα ἐγγράφεσθαι. καὶ πολλάκις ἃ μηδὲ εἶπέ τις, ὡς εἰρημένα, ἐξ ὧν ἑαυτῷ συνῄδει, προσκατεψεύδετο, ὅπως ὡς δικαιότατα ὀργίζεσθαι νομισθείη. κἀκ τούτου συνέβαινεν αὐτῷ, πάντα τε ἐκεῖνα ἐφ' οἷς τοὺς ἄλλους ὡς ἀσεβοῦντας ἐκόλαζεν, αὐτὸν ἐς ἑαυτὸν πλημμελεῖν, καὶ προσέτι καὶ χλευασμὸν ὀφλισκάνειν. ἃ γὰρ ἀπηρνοῦντό τινες μὴ λελαληκέναι, ταῦτα αὐτὸς διισχυριζόμενος εἰρῆσθαι, καὶ καταμνύων, ἀληθέστερον ἑαυτὸν ἠδίκει. ἀφ' οὗ δὴ καὶ ἐξεστηκέναι τινὲς αὐτὸν τῶν φρενῶν ὑπώπτευον· οὐ μέντοι καὶ ὅλως παραφρονεῖν ἐκ τούτου ἐπιστεύετο. τὰ γὰρ ἄλλα καὶ πάνυ πάντα δεόντως διῴκει. τοῦτο μὲν γάρ, βουλευτῇ τινὶ ἀσελγῶς ζῶντι ἐπίτροπον, ὥσπερ τινὶ ὀρφανῷ, προσέταξε· τοῦτο δέ, τὸν Καπίτωνα τὸν τῆς Ἀσίας ἐπιτροπεύσαντα ἐς τὸ συνέδριον ἐσήγαγε· καὶ ἐγκαλέσας αὐτῷ ὅτι καὶ στρατιώταις ἐχρήσατο, καὶ ἄλλα τινά, ὡς καὶ ἀρχὴν ἔχων, ἔπραξεν, ἐφυγάδευσεν. οὐ γὰρ ἐξῆν τότε τοῖς τὰ αὐτοκρατορικὰ χρήματα διοικοῦσι πλέον οὐδὲν ποιεῖν, ἢ τὰς νενομισμένας προσόδους ἐκλέγειν, καὶ περὶ τῶν διαφορῶν ἔν τε τῇ ἀγορᾷ καὶ κατὰ τοὺς νόμους ἐξ ἴσου τοῖς ἰδιώταις δικάζεσθαι. Τοσοῦτον μὲν δὴ τὸ διαλλάττον ἐν ταῖς τοῦ Τιβερίου πράξεσιν ἦν. διελθόντων δὲ τῶν δέκα ἐτῶν τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ, ψηφίσματος μὲν ἐς τὴν ἀνάληψιν οὐδενὸς ἐδεήθη. οὐδὲ γὰρ ἐδίδοτο κατατέμνων αὐτήν, ὥσπερ ὁ Αὔγουστος, ἀρχήν. ἡ μέντοι πανήγυρις ἡ δεκαετηρὶς ἐποιήθη. Κρεμούτιος δὲ δὴ Κόρδος αὐτόχειρ ἑαυτοῦ γενέσθαι, ὅτι τῷ Σειανῷ προσέκρουσεν, ἠναγκάσθη. οὕτω γὰρ οὐδὲν ἔγκλημα ἐπαίτιον λαβεῖν ἠδυνήθη, (καὶ γὰρ ἐν πύλαις ἤδη γήρως ἦν, καὶ ἐπιεικέστατα ἐβεβιώκει) ὥστε ἐπὶ τῇ ἱστορίᾳ, ἣν πάλαι ποτὲ περὶ τῶν τῷ Αὐγούστῳ πραχθέντων συνετεθείκει, καὶ ἣν αὐτὸς ἐκεῖνος ἀνεγνώκει, κριθῆναι ὅτι τόν τε Κάσσιον καὶ τὸν Βροῦτον ἐπῄνεσε, καὶ τοῦ δήμου τῆς τε βουλῆς καθήψατο· τόν τε Καίσαρα καὶ τὸν Αὔγουστον εἶπε μὲν κακὸν οὐδέν, οὐ μέντοι καὶ ὑπερεσέμνυνε. ταῦτά τε γὰρ ᾐτιάθη, καὶ διὰ ταῦτα αὐτός τε ἀπέθανε, καὶ τὰ συγγράμματα αὐτοῦ τότε μὲν ἐν τῇ πόλει εὑρεθέντα, πρὸς τῶν ἀγορανόμων, καὶ τὰ ἔξω πρὸς τῶν ἑκασταχόθι ἀρχόντων ἐκαύθη, ὕστερον δὲ ἐξεδόθη τε αὖθις, (ἄλλοι τε γάρ, καὶ μάλιστα ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ Μαρκία συνέκρυψεν αὐτά) καὶ πολὺ ἀξιοσπουδαστότερα ὑπ' αὐτῆς τῆς τοῦ Κόρδου συμφορᾶς ἐγένετο. Ἐν δὲ οὖν τῷ τότε ὁ Τιβέριος τὴν τοῦ δορυφορικοῦ γυμνασίαν τοῖς βουλευταῖς, ὥσπερ ἀγνοοῦσι τὴν δύναμιν αὐτῶν,

ἐπέδει-

ἐπιδείξειν· ὅπως καὶ πολλοὺς σφᾶς καὶ ἐρρωμένους ἰδόντες, μᾶλλον αὐτὸν φοβῶνται. Τὸν μὲν οὖν χρόνον ἐκεῖνον ταῦτά τε ἐς ἱστορίας ἀπόδειξιν ἐγένετο, καὶ Κυζικηνοῖς ἡ ἐλευθερία αὖθις, ὅτι τε Ῥωμαίους τινὰς ἔδησαν, καὶ ὅτι καὶ τὸ ἡρῷον, ὃ τῷ Αὐγούστῳ ποιεῖν ἤρξαντο, οὐκ ἐξετέλεσαν, ἀφῃρέθη. Πάντως δ' ἂν καὶ τὸν συμπωλήσαντα τῇ οἰκίᾳ τὸν ἀνδριάντα αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τούτῳ κριθέντα ἀπέκτεινεν, εἰ μὴ ὁ ὕπατος αὐτὸν ἐκεῖνον τὴν γνώμην πρῶτον ἀνήρετο. αἰδεσθεὶς γὰρ μὴ καὶ ἑαυτῷ τι χαρίζεσθαι δόξῃ, τὴν ἀπολύουσαν ἔθετο. Λεντούλου δέ τινος βουλευτοῦ, φύσεί τε ἐπιεικοῦς, καὶ τότε ἐν γήρᾳ πολλῷ ὄντος, κατηγόρησέ τις ὡς ἐπιβεβουλευκότος τῷ αὐτοκράτορι. καὶ ὁ μὲν Λέντουλος (παρῆν γὰρ) ἀνεκάγχασεν· ὁ δὲ Τιβέριος, ἐπιθορυβησάσης τι πρὸς τοῦτο τῆς γερουσίας, Οὐδὲ ζῆν ἔτι, ἔφη, ἄξιός εἰμι, εἴγε καὶ Λέντουλός με μισεῖ.

[Ἐκ τοῦ νη' τῶν Δίωνος βιβλίων]

Ἀποδημήσας δὲ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐκ τῆς Ῥώμης, καὶ οὐκέτι τὸ παράπαν ἐς τὴν πόλιν ἀνεκομίσθη, καίτοι μέλλων τε ἀεὶ καὶ ἐπαγγελλόμενος. Ῥαπάριος δέ τις, ἑταῖρος Σαβίνου ἀνδρὸς τῶν πρώτων ἐν Ῥώμῃ, τῷ Σιανῷ χαριζόμενος, ἐς τὴν τοῦ οἰκήματος ἐν ᾧ διῃτᾶτο ὀροφὴν βουλευτὰς κατακρύψας, συνήγαγε τὸν Σαβῖνον ἐς λόγους. καί τι εἰπὼν ὧν εἰώθει, ἐπεσπάσατο καὶ ἐκεῖνον πάνθ' ὅσα ἐφρόνει ἐκλαλῆσαι. τῶν γάρ τοι συκοφαντεῖν ἐθελόντων ἔργον ἐστί, λοιδορίας τέ τινος προκατάρχεσθαι, καὶ ἀπόρρητόν τι ἐκφαίνειν, ἵνα ἀκούσας τι αὐτὸς ἢ καὶ ὅμοιόν τι εἰπὼν, αἰτιαθῇ. τοῖς μὲν γὰρ, ἅτε ἐκ παρασκευῆς τοῦτο δρῶσιν, ἀκίνδυνός ἐστιν ἡ παρρησία· (οὐ γὰρ ὡς καὶ φρονοῦντές τινα, ἀλλ' ὡς ἑτέρους * ἐξελέγξαι βουλόμενοι, λέγειν αὐτὰ πιστεύονται) οἱ δ', * ὅ τι ἂν καὶ τὸ βραχύτατον ἔξω τοῦ καθεστηκότος εἴπωσι, κολάζονται. * ὅπερ καὶ τότε ἐγένετο. ἔς τε γὰρ τὸ δεσμωτήριον αὐθημερὸν ὁ Σαβῖνος κατετέθη, καὶ μετὰ τοῦτο ἀκρίτως ἐφθάρη. τό τε σῶμα αὐτοῦ κατὰ τῶν ἀναβαθμῶν ἐρρίφη, καὶ ἐς τὸν ποταμὸν ἐνεβλήθη. ἐδείνωσε δ' ἐπὶ πλεῖον τὸ πάθος αὐτοῦ κύων τις τοῦ Σαβίνου, * συνεσελθών τε αὐτῷ εἰς τὸ οἴκημα, καὶ ἀποθανόντι παραμείνας, καὶ τέλος καὶ εἰς τὸν ποταμὸν συνεσπεσών. Τοῦτο μὲν τοιοῦτον ἐγένετο. ἐν δὲ τῷ αὐτῷ χρόνῳ ἡ Λιβία μετήλλαξεν, ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη ζήσασα. καὶ αὐτὴν ὁ Τιβέριος οὔτε νοσοῦσαν ἐπεσκέψατο, οὔτ' ἀποθα-

curauit exerceri; vt se magis timerẽt, animaduersa eorum multitudine ac viribus. Quæ cum illis temporibus facta fuerint, & historiæ mãdata, Cyzicenis, quod ciues aliquot Romanos tenuissent in vinculis, nec [7] templum quod Augusto ædificare inceperant, absoluissent, libertas iterũ erepta est. sepulcrũ, Bl. Cum autem quidam simul cum ædibus suis statuam Tiberii vendidisset, eum Tiberius ob hanc causam condemnari iussisset atque interfici; nisi primus esset a Consule sentẽtiam rogatus. nam ita affectus pudore, ne in rem suam dicere videretur, reum sua sententia liberauit. Sed cum Lentulus senator, homo suaui ingenio & modesto, ac iam grandis natu, accusatus Principi insidias fecisse, accusatores (aderat enim præsens) * vehemẽter irrideret: Tiberius, quod ob eam causam commotus fuisset Senatus, *Si quidem, inquit, me Lentulus odit, hac luce me indignum puto.*

E Dionis libro LVIII.

Itaq; Roma profectus eo tempore, numquã in vrbem reuersus est; licet se venturum semper polliceretur. Retiarius vero quidam, amicus & familiaris Sabini, viri primarii in vrbe, vt Seiano rem gratam faceret, Sabinum domum suam in qua habitabat, introduxit, nõnullis Senatoribus sub tecto eius occultatis; cepitq; ibi cum eo conferre sermones, eumque paulatim pellicere, quibus rationib. consueuerat, vt omnem animi sui sententiam explicaret. *Solent enim calumniatores principio alteri maledicere, ac quadam arcana patefacere, vt eos accusent postea qui se maledictis non abstinuerint. Itaque illi, vt qui id consulto faciant, tuto loquuntur & sine periculo: (non. n. ita sentire existimantur, sed propterea obtrectare, quod alios captare & coarguere velint) hi, si paulo dixerint aliter quã deceat, puniuntur subito;* vt tum accidit. Nã Sabinus eodem die coniectus in carcerem, postea est indemnatus occisus; corpusq; eius in Gemonias tractum, inde in flumẽ proiectũ est. Hunc casum grauiorẽ fecit canis eiusdem Sabini; qui cum eo vna in carcere fuit semper, nec reliquit mortuum, seque ad extremum vnã in flumen cõiecit. Iisdem temporibus Liuia, annũ agẽs sextum & octuagesimũ, mortua est. Eam Tiberius neq; visitauit ægrotantẽ, * nec exsequias

funeris eius prosecutus est; nullosq; honores ei tribuit præter funus publicum statuasque, aliaque nonnulla quæ nihil habere momenti videbantur; vetuitque palam ne immortalitate donaretur. Huic Senatus nõ solum decreuit ea quæ Tiberius mãdauerat, sed etiam cẽsuit vt eam matronæ annum lugerẽt, laudato in primis Tiberio quod ne tum quidẽ Reipublicæ curam omitteret: arcumq; ei decreuit, (quod antea fœminæ acciderat numquam) propterea quod multos Senatores conseruauisset, educassetque eorum liberos, ac complures filias eorum in matrimonium elocandas dote iuuisset. Quas ob res nõnulli Liuiam *matrem patriæ* appellauerunt: eaque in monumento Augusti sepulta est. Multa ab ea sapienter dicta referuntur, quæ vocãtur ἀποφθέγματα. Nam cum nudos homines qui sibi facti erant obuiam, mori ob eam causam oporteret, dixit, eos matronis quidẽ honestis & continentibus, nihil a statuis differre; sicque eos seruauit. Cumq; interrogaretur, quibus rationib. Augustũ sibi subiecisset: respõdit, *Multa modestia*; quod ea quę placerent Augusto, faceret libenter; quod res ipsius non inquireret curiose; quodq; se scire dissimularet, quibus ille rebus venereis domi frueretur. Talis ergo Liuia fuit. Ceterum arcus qui Liuiæ decretus fuerat, non est ædificatus; propterea quod Tiberius promittebat se eum ædificaturũ suis sumptibus. nam decretum, quod aperta oratione nõ erat ausus rescindere, hoc pacto irritũ fecit. nec enim opus fieri permisit pecunia publica, nec ipse fecit suis sumptibus. Tum Seianus efferri cœpit insolentius; decretumq; est a Senatu, vt natalis dies eius publice celebraretur. Statuarum vero multitudinem, quas ei Senatus, equestris ordo, tribus omnes, & primarii viri posuerunt, numerare certe nemo potest. Senatus enim legatos separatim, iteq; equites & plebs ipsa ex tribunis suis & ædilibus ad vtrumque mittebant: pro vtroque vota faciebant: sacrificabant vtriq; & per vtriusq; fortunã pariter iurabant. Interea Tiberius Gallũ, qui vxorẽ eius duxerat, quiq; fuerat libere de principatu locutus,[a] nactus occasionẽ, adortus est. Nam cum ad se legatus venisset, ei conuiuium fecit, eumq; excepit perhumaniter; mox contra eundẽ ad Senatũ scripsit; ita vt acciderit ei

νόσῳ αὐτὸς * προσέθετο. οὐ μὴν οὐδὲ ἐς τιμὴν ἄλλο τι αὐτῇ, πλὴν δημοσίας ἐκφορᾶς καὶ εἰκόνων, ἑτέρων τέ τινων οὐδενὸς ἀξίων, ἔνειμεν· ἀθανατισθῆναι δ' αὐτὴν ἄντικρυς ἀπηγόρευσεν. οὐ μέντοι καὶ μόνα οἱ ἡ βουλὴ ὅσα ἐκεῖνος ἐπέστελλεν, ἐψηφίσατο, ἀλλὰ πένθος αὐτῇ παρ' ὅλον τὸν ἐνιαυτὸν ταῖς γυναιξὶν ἐπήγγειλαν, καίτοι τὸν Τιβέριον ἐπαινέσαντες ὅτι τὸ τῆς κοινῆς διοικήσεως οὐδὲ τότε ἀπέσχετο. καὶ προσέτι καὶ ἁψῖδα αὐτῇ (ὃ μηδεμιᾷ ἄλλῃ γυναικὶ) ἐψηφίσαντο, ὅτι τε οὐκ ὀλίγους σφῶν ἐσεσώκει, καὶ ὅτι παῖδας πολλῶν ἐτετρόφει, κόρας τε πολλοῖς συνεξεδεδώκει· ἀφ' οὗ γε καὶ μητέρα αὐτὴν τῆς πατρίδος τινὲς ἐπωνόμαζον. ἐν δὲ τῷ μνημείῳ ἐτάφη τῷ τοῦ Αὐγούστου. καὶ αὐτῆς ἄλλα τε καλῶς εἰρημένα ἀποφθέγματα φέρεται, καὶ ὅτι γυμνούς ποτε ἄνδρας ἀπαντήσαντας αὐτῇ, καὶ μέλλοντας διὰ τοῦτο θανατωθήσεσθαι, ἔσωσεν, εἰποῦσα, ὅτι οὐδὲν ἀνδριάντων ταῖς σωφρονούσαις οἱ τοιοῦτοι διαφέρουσι. πυθομένου τέ τινος αὐτῆς, πῶς καὶ τί δρῶσα οὕτω τοῦ Αὐγούστου κατεκράτησεν, ἀπεκρίνατο, ὅτι αὐτή τε ἀκριβῶς σωφρονοῦσα, καὶ πάντα τὰ δοκοῦντα αὐτῷ ἡδέως ποιοῦσα, καὶ μήτ' ἄλλο τι τῶν ἐκείνου πολυπραγμονοῦσα, καὶ τὰ ἀφροδίσια αὐτοῦ * ἐπιδιώγματα μήτε αἰσθάνεσθαι προσποιουμένη. Τοιαύτη μὲν ἡ Λιβία ἐγένετο. ἡ μέντοι ψηφισθεῖσα αὐτῇ ἁψὶς οὐκ ᾠκοδομήθη, διὰ τὸ τὸν Τιβέριον τοῖς ἑαυτοῦ τέλεσι κατασκευάσειν αὐτὴν ὑποσχέσθαι. κατοκνήσας γὰρ τῷ λόγῳ τὸ δόγμα λῦσαι, τοῦτον τὸν τρόπον ἀνέτρεψεν αὐτό, μήτ' ἐκ τῶν δημοσίων χρημάτων ἐπιτρέψας τὸ ἔργον γενέσθαι, μήτ' αὐτὸς ποιήσας. Ὁ δὲ δὴ Σιανὸς ἔτι καὶ μᾶλλον ἤρετο, καὶ ἐψηφίσθη ὅπως τὰ γενέθλια αὐτοῦ δημοσίᾳ ἑορτάζηται. τὸ γάρ τοι πλῆθος τῶν ἀνδριάντων ὧν ἥ τε βουλὴ καὶ ἡ ἱππὰς, αἵ τε φυλαὶ καὶ οἱ ἄνδρες οἱ πρῶτοι ἔστησαν αὐτοῦ, οὐδὲ ἐξηρίθμησεν ἄν τις. πρέσβεις τε, ἰδίᾳ μὲν ἡ γερουσία, ἰδίᾳ δὲ οἱ ἱππεῖς, τό τε πλῆθος ἔκ τε τῶν δημάρχων καὶ ἐκ τῶν ἀγορανόμων τῶν σφετέρων, πρὸς ἀμφοτέρους αὐτοὺς ἔπεμπον, καὶ εὔχοντο ὑπὲρ ἀμφοῖν ὁμοίως καὶ ἔθυον, τήν τε τύχην αὐτῶν ὤμνυσαν. Τῷ δὲ δὴ Γάλλῳ ὁ Τιβέριος, τῷ τήν τε γυναῖκα αὐτοῦ ἠγμένῳ καὶ τῇ περὶ τῆς ἀρχῆς παρρησίᾳ χρησαμένῳ, καιρὸν λαβὼν ἐπέθετο. προσιόντα γάρ οἱ κατὰ πρεσβείαν ἑστιάσας τε καὶ φιλοφρόνως δεξιωσάμενος, ἔγραψε κατ' αὐτοῦ τῇ βουλῇ· ὥστε συμβῆναι αὐτῷ

πρᾶγμα

πρᾶγμα παραδοξότατον, καὶ ὃ μηδενὶ ἄλλῳ συνηνέχθη. ἐν γὰρ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ παρά τε τῷ Τιβερίῳ εἱστιάθη, καὶ φιλοτησίας ἔπιε, καὶ ἐν τῷ βουλευτηρίῳ κατεψηφίσθη, ὥστε καὶ *στρατηγὸν, τὸν δήσοντά τε αὐτὸν καὶ πρὸς τὴν τιμωρίαν ἄξοντα, πεμφθῆναι. καὶ μέντοι τοῦθ' οὕτως ὁ Τιβέριος πράξας, οὐδ' ἀποθανεῖν αὐτὸν ἐθελήσαντι, ἐπειδὴ τάχιστα τῶν δεδογμένων *ᾔσθετο, ἐπέτρεψεν, ἀλλ' ἐκείνῳ τε, ἵνα ἐπὶ πλεῖον κακωθείη, θαρσεῖν ἐνετείλατο, ὅπως ἐν φυλακῇ ἀδέσμῳ ᾖ, μέχρις ἂν αὐτὸς ἐς τὴν πόλιν ἀφίκηται, ἵν' (ὅπερ εἶπον) ἐπὶ μακρότατον καὶ τῇ ἀτιμίᾳ ἅμα καὶ τῷ φόβῳ ταλαιπωρήσῃ. καὶ ἐγένετο οὕτω. πρός τε γὰρ τῶν ἀεὶ ὑπάτων ἐτηρεῖτο, ἔξω τῆς τοῦ Τιβερίου ἀρχῆς. τότε γὰρ πρὸς τῶν στρατηγῶν ἐφυλάχθη, οὐχ ἵνα μὴ φύγῃ, ἀλλ' ἵνα μὴ τελευτήσῃ. καὶ οὔτε *ἑταῖρός τις, οὔτ' οἰκέτης αὐτῷ συνεγίγνετο· οὔτ' ἐλάλει τινί, οὐχ ἑώρα τινά, πλὴν ὁπότε τὴν τροφὴν λαβεῖν ἠναγκάζετο. καὶ ἦν αὕτη τοιαύτη καὶ τοσαύτη, ὥστε μήτε τινὰ ἡδονὴν ἢ ῥώμην αὐτῷ παρασχεῖν, μήτ' ἀποθανεῖν αὐτὸν ἐᾶν. τοῦτο γὰρ ἦν τὸ δεινότατον. ὃ καὶ ἐπ' ἄλλων συχνῶν ὁ Τιβέριος ἐποίει· δήσας γοῦν τινα τῶν ἑταίρων, ἔπειτα λόγου περὶ τῆς θανατώσεως αὐτοῦ γενομένου, ἔφη ὅτι, Οὐδέπω αὐτῷ διήλλαγμαι. ἕτερον μέντοι τινὰ καὶ πάνυ ἰσχυρῶς βασανίσας, ἔπειτα γνοὺς ὅτι ἀδίκως κατηγορήθη, καὶ πάνυ σπουδῇ ἀπέκτεινεν, εἰπὼν ὅτι Χαλεπωτέρως ὕβρισται ἢ ὥστε καλῶς δύνασθαι ζῆν. Συριακὸς δέ, οὔτ' ἀδικήσας τι, οὔτ' αἰτιαθείς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ παιδείᾳ ἐλλόγιμος ὤν, ἐσφάγη διὰ τοῦτο μόνον ὅτι φίλον αὐτὸν τοῦ Γάλλου ὁ Τιβέριος εἶπεν εἶναι. Ὁ δὲ δὴ Σειανὸς καὶ μείζων καὶ φοβερώτερος ἀεὶ ἐγίγνετο· ὥστε καὶ τοὺς βουλευτὰς καὶ τοὺς ἄλλους ἐκείνῳ μὲν ὡς καὶ αὐτοκράτορι προσέχειν, τὸν δὲ Τιβέριον ἐν ὀλιγωρίᾳ ποιεῖσθαι. μαθὼν οὖν ταῦτα ὁ Τιβέριος, οὔτε ἐν ἐλαφρῷ τὸ πρᾶγμα ἐποιήσατο, φοβηθεὶς μὴ καὶ αὐτοκράτορα ἄντικρυς αὐτὸν ἀποδείξωσιν, οὔτε ἠμέλησεν. ἐκ μὲν δὴ οὖν τοῦ προφανοῦς οὐδὲν ἔδρασε. τό τε γὰρ δορυφορικὸν πᾶν ἰσχυρῶς ᾠκείωτο, καὶ τῶν βουλευτῶν τοὺς μὲν εὐεργεσίαις, τοὺς δὲ ἐλπίσι, τοὺς δὲ καὶ φόβῳ προσπεποίητο· τούς τε περὶ τὸν Τιβέριον ὄντας οὕτω πάντας προσηταιρίσατο, ὥστε τὰ μὲν ἐκείνου πάντα ἁπλῶς, καὶ ὅσα ἔλεγε καὶ ὅσα ἔπραττε, παραυτίκα οἱ ἀγγέλλεσθαι, τὰ δ' ὑπ' αὐτοῦ δρώμενα μηδένα τῷ Τιβερίῳ δηλοῦν. ἄλλως οὖν αὐτὸν μετεπορεύετο, καὶ ὕπατόν τε αὐτὸν ἀπέδειξε, καὶ

res quędã admirabilis, & quã nemini video adhuc contigisse. nam quo die cœnabat apud Tiberiũ, *eiq; propinabat amice, cõdemnatus est a Senatu; ³ missusq; Prætor, qui eum vinctũ ad supplicium duceret. Cumq; id Tiberius fecisset, tamẽ ei mortẽ obire cupienti, cognito decreto Senatus, non permisit: sed eum, quo magis affligeretur, iussit bono animo esse, vtq; solutus a vinculis in custodia teneretur, quousq; ipse in Vrbem veniret; idq; (vt paulo ante dixi) vt hac ignominia affectus & perculsus metu, diutissime miser & calamitosus esset. idq; factũ est. Sẽper enim custodiebatur a Cõsulibus, cum non esset Tiberius Consul; tum autem a Prætoribus; non vt ne fugeret, sed vt ne sibi manus afferret: cum eo nullus amicus, nullus famulus versabatur; loquebatur nemini, videbatq; neminem, nisi quoties cibum capere cogeretur. Cibus vero eiusmodi erat, vt non ei voluptatẽ afferret, nõ vires eius reficeret, &(quod erat omniũ grauissimum) eum nõ sineret mori. Id Tiberius sæpenumero in multis aliis fecit. nam cum teneret amicum constrictũ vinculis, sermoq; de supplicio & morte eius incidisset, negauit se ei adhuc esse reconciliatũ. Cumque magnis tormẽtis quempiã alium affecisset, deinde cognouisset eum non iure accusatũ esse, mox interfici iussit; dixitque eum grauiorem iniuriam accepisse, quã vt posset bene beateque viuere. † Syriacus vero, qui nullã ei iniuriã fecerat, homo doctus & eruditus, occisus est, quod Tiberius diceret eũ Galli amicum & familiarem esse. Seianus autẽ, indies augebatur, & valde formidolosus erat. quẽ cum Senatores ceteriq; quasi Imperatorem sequerentur, & Tiberium parui facerẽt, Tiberius, metuẽs ne aperte eum designarent Imperatorem, etsi non putauit omnino eam rem cõtemni aut negligi oportere: tamẽ nihil egit aperte; propterea quod intelligebat Seianũ in primis sibi deuinxisse Prætorianos milites: ac Senatores partim beneficiis, speque bona iniecta, partim timore sibi cõiunxisse. præterea Tiberii familiares omnes vsq; adeo sibi fecerat beneuolos, vt omnia dicta eius facta ve subito ipsi renuntiarent; quæ autem ipse faceret, ea nemo ad Tiberium perferret. Itaque Tiberius aliam sibi rationem esse ineundam ratus, maturauit eum designare Consulem, vocareque

† Syrianus, al.

socium & participem consiliorũ suorum: sæpe ita dicere, *Seianus meus, Seianus inquam meus*; idque scribere in litteris quas ad Senatum aut ad populum mittere solitus erat. Quibus rebus homines credentes decepti q; vtrique in locis omnibus statuas æneas pariter ponebant, vtriusque nomẽn pariter inscribebant, vtriq; * sellas aureas in theatra inferebant: factumque est Senatusconsultum, vt ambo simul designarentur Consules in quinquennium; faciebantque sacra statuis eius, non aliter quam statuis Tiberii. Rebus Seiano in hunc modum succedentibus, complures alii nobilissimi & clarissimi viri interfecti sunt. In eorum numero fuit Caius Geminius Rufus; qui, cum esset impietatis in Tiberium accusatus, tabulas testamenti sui attulit in Senatum, in quibus filios suos & Tiberium heredes faciebat ex æquis partibus: tamen accusatus quod mollis & effœminatus esset, domum reuertit, antequam aliquid decerneretur. Post vbi intellexit quæstorem adesse ad renuntiandam sententiam, qua fuerat condemnatus, se ipse percussit; ac vulnere quæstori demonstrato, *Refer*, inquit, *ad Senatum, Virum hoc modo mortem oppetere*. Huius vxor Publia Prisca, rea facta alicuius sceleris, in Senatum venit; ibique pugione, quem sub veste condiderat, se ipsa interemit. Seianus autẽ, in tantam arrogantiã venerat propter magnitudinẽ potestatis, vt (quo omnia in summa dicam) ipse Imperator, Tiberius insulæ cuiusdam princeps videretur, quod insulam incoleret cui Capreæ nomen est. Ad Seiani fores frequentes homines assistebant, dimouebantq; se mutuo de loco, & expellebant: quod metuerent ne aut ab eo non conspicerentur, aut ne viderentur in postremis esse; quod ille obseruaret cuncta diligentissime, atque in primis verba nutusque primariorum hominum. *Vt enim ii qui eam dignitatem obtinẽt quam merentur, non magnopere postulant honores sibi ab aliis exhiberi; neque si quid ab illis prætermissum aut peccatum fuerit, reprehendunt; sibi enim conscii sunt se non contemni: ita qui subsidium sibi comparant ad decus atque ornamentum, studiose quærunt omnia quæ spectant ad augendam dignitatem: quæ si nequeunt assequi, moleste ferunt, quasi * illudi videantur; irascunturque, quasi sint magnis iniuriis lacessiti. Ex quo fit, vt maior cura adhibeatur in fouendis eiusmodi hominibus, quam in ipsis Imperatoribus ambiendis.*

κοινωνὸν τῶν φροντίδων ὠνόμαζε· Σηιανός τε ὁ ἐμὸς πολλάκις ἐπαναλαμβάνων ἔλεγε, καὶ τοῦτο καὶ γράφων πρός τε τὴν βουλὴν καὶ πρὸς τὸν δῆμον ἐδήλου. τούτοις οὖν οἱ ἄνθρωποι ἀπατώμενοι καὶ πιστεύοντες, χαλκοῦς τε αὐτοὺς πολλαχοῦ ἐκ τοῦ ἴσου ἵστασαν, καὶ ταῖς γραφαῖς συνέγραφον, δίφρους τε ἐπιχρύσους ἐς τὰ θέατρα ἀμφοῖν ἐσέφερον. καὶ τέλος ἐψηφίσθη ὑπάτους τε σφᾶς διὰ πέντε ἐτῶν ἅμα ἀποδείκνυσθαι, καὶ ἀπάντησιν, ὁπότε ἐς τὴν Ῥώμην ἐσίοιεν, ἀμφοτέροις ὁμοίως γίγνεσθαι· καὶ τέλος, καὶ ταῖς εἰκόσιν αὐτοῦ, ὥσπερ καὶ ταῖς τοῦ Τιβερίου, ἔθυον. Καὶ τὰ μὲν πρὸς τὸν Σηιανὸν τοιαῦτ' ἦν. τῶν δὲ ἄλλων πολλοὶ καὶ ὀνομαστοὶ ἐφθάρησαν, ὧν ἦν καὶ Γάιος Ῥοῦφος Γεμίνιος. ἀσεβείας γὰρ ἐς τὸν Τιβέριον ἐγκληθεὶς, τὰς διαθήκας ἔς τε τὸ συνέδριον ἐσεκόμισε καὶ ἀνέγνω, δηλῶν ὅτι τὸν κλῆρον ἐξ ἴσου τοῖς τέκνοις καὶ ἐκείνῳ καταλελοιπὼς εἴη. καὶ μαλακίας αἰτιαθεὶς, ἀπῆλθεν οἴκαδε, πρὶν ψηφισθῆναί τι. καὶ μαθὼν τὸν ταμίαν ἐπὶ δικαιώσει αὐτοῦ παρόντα, αὐτός τε ἑαυτὸν ἔτρωσε, καὶ ἐκείνῳ τὸ τραῦμα δείξας, Ἀπάγγελλε, ἔφη, τῇ γερουσίᾳ ὅτι ἀνὴρ οὕτως ἀποθνήσκει. καὶ ἡ γυνὴ δὲ αὐτοῦ Πουπλία Πείσκα ἔγκλημά τι λαβοῦσα, εἰσῆλθέ τε εἰς τὸ βουλευτήριον, κἀνταῦθα ἑαυτὴν ἐγχειριδίῳ τινὶ, ὃ λάθρα εἰσεκεκομίκει, ἔσφαξεν. Ὁ δὲ Σηιανὸς τοσοῦτος ἦν τῇ ὑπεροχῇ τε τοῦ φρονήματος καὶ τῷ μεγέθει τῆς ἐξουσίας, ὥστε (συνελόντι εἰπεῖν) αὐτὸν μὲν αὐτοκράτορα, τὸν δὲ Τιβέριον νησίαρχόν τινα εἶναι δοκεῖν, διὰ τὸ ἐν τῇ νήσῳ τῇ λεγομένῃ Καπρίᾳ τὰς διατριβὰς ποιεῖσθαι. σπουδαὶ δὲ καὶ ὠθισμοὶ περὶ τὰς θύρας αὐτοῦ ἐγίγνοντο, ἐκ τοῦ δεδιέναι μὴ μόνον μὴ οὐκ ὀφθῇ τις αὐτῷ, ἀλλὰ μὴ καὶ ἐν τοῖς ὑστάτοις φανῇ. πάντα γὰρ ἀκριβῶς καὶ μάλιστα τὰ τῶν πρώτων ἐτηρεῖτο καὶ τὰ ῥήματα καὶ τὰ νεύματα. οἱ μὲν γὰρ οἰκείᾳ ἀξιώσει προύχοντες, οὔτε τὰ δεξιώματα παρά τινων πάνυ ἀπαιτοῦσι· κἂν ἄρα καὶ ἐκλειφθῇ τι αὐτῶν, οὐκ ἐγκαλοῦσι σφίσιν, ἅτε καὶ ἑαυτοῖς συνειδότες ὅτι μὴ καταφρονοῦνται· οἱ δὲ ἐπακτῷ καλλωπίσματι χρώμενοι, πάντα ἰσχυρῶς τὰ τοιαῦτα, ὡς καὶ εἰς τὴν τοῦ ἀξιώματος σφῶν πλήρωσιν ἀναγκαῖα, ἐπιζητοῦσι· κἂν μὴ τύχωσιν αὐτῶν, ἄχθονταί τε ὡς διαβαλλόμενοι, καὶ ὀργίζονται ὡς ὑβριζόμενοι. καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον περὶ τοὺς τοιούτους, ἢ περὶ αὐτοὺς (ὡς εἰπεῖν) τοὺς αὐτοκράτορας σπουδάζουσιν·

ἐπὶ τοῖς μὲν, κἂν πλημμεληθῇ τι, ἀρετὴν δ' συγγνῶναί τῳ φέρει· τοῖς δὲ τοῦτο μὲν τὴν ἀσθένειαν σφῶν ἐλέγχειν δοκεῖ, τὸ δ' ἐπεξελθεῖν καὶ τιμωρήσασθαι, βεβαίωσιν τοῦ μέγα δύνασθαι, ἔχειν νομίζεται. ἐν δέ τινι νουμηνίᾳ πάντων * συνιόντων εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ Σειανοῦ, ἥ τε κλίνη ἡ ἐν τῷ δωματίῳ, ἐν ᾧ ἠσπάζετο, κλιθὲν, πᾶσα ὑπὸ τοῦ ὄχλου τῶν ἱζησάντων συνετρίβη· καὶ προϊόντος αὐτοῦ ἐκ τῆς οἰκίας, γαλῆ διὰ μέσων σφῶν διῇξεν. ἐπειδή τε καὶ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ θύσας, ἐς τὴν ἀγορὰν κατῄει, οἱ οἰκέται αὐτοῦ οἱ δορυφόροι διά τε τῆς ὁδοῦ τῆς ἐς τὸ δεσμωτήριον ἀγούσης ἐξετράποντο, μὴ δυνηθέντες αὐτῷ ὑπὸ τοῦ ὄχλου ἐπακολουθῆσαι, καὶ κατὰ τῶν ἀναβαθμῶν, καθ' ὧν οἱ δικαιούμενοι ἐρριπτοῦντο, κατιόντες, ὤλισθον καὶ κατέπεσον. οἰωνιζομένου τε μετὰ τοῦτο αὐτοῦ, τῶν μὲν αἰσίων ὀρνίθων ἐπεφάνη οὐδεὶς, κόρακες δὲ δὴ πολλοὶ * περιπτάμενοι καὶ περικρώξαντες αὐτὸν, ἀπέπτησαν ἀθρόοι πρὸς τὸ οἴκημα, καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ ἐκαθέζοντο. τούτων οὖν τῶν τεράτων οὔθ' ὁ Σειανὸς, οὔτ' ἄλλος τις ἐνθύμιον ἐποιήσατο. πρὸς γὰρ τὴν τῶν παρόντων ὄψιν, οὐδ' ἂν εἰ σαφῶς θεός τις προέλεγεν ὅτι τοσαύτη * δι' ὀλίγου μεταβολὴ γενήσοιτο, ἐπίστευσεν ἄν τις. τήν τε οὖν τύχην αὐτοῦ κατακόρως ὤμνυσαν, καὶ συνάρχοντα τοῦ Τιβερίου, οὐκ ἐς τὴν ὑπατείαν, ἀλλ' ἐς τὸ κράτος ὑποσημαίνοντες, ἐπεκάλουν. Τιβέριος δὲ ἠγνόει μὲν οὐδὲν ἔτι τῶν κατ' αὐτόν· βουλευόμενος δὲ ὅντινα τρόπον αὐτὸν ἀποκτείνῃ, καὶ οὐχ εὑρίσκων ὅπως ἀσφαλῶς ἐκ τοῦ φανεροῦ τοῦτο ποιήσῃ, θαυμαστὸν δή τινα τρόπον καὶ αὐτῷ ἐκείνῳ καὶ τοῖς ἄλλοις, ὥστε τὴν γνώμην αὐτῶν ἀκριβῶς μαθεῖν, ἐχρήσατο. περί τε γὰρ ἑαυτοῦ πολλὰ καὶ ποικίλα καὶ τῷ Σειανῷ καὶ τῇ βουλῇ συνεχῶς ἐπέστελλε, νῦν μὲν λέγων ὅτι φλαύρως ἔχει, καὶ ὅσον οὐκ ἤδη τελευτήσει· νῦν δὲ, καὶ σφόδρα ὑγιαίνει, καὶ αὐτίκα δὴ μάλα ἐς τὴν Ῥώμην ἀφίξεσθαι· καὶ τὸν Σειανὸν τοτὲ μὲν πάνυ * ἐπῄνει, τοτὲ δὲ πάνυ καθῄρει, τῶν τε ἑταίρων αὐτοῦ τοὺς μὲν ἐτίμα δι' ἐκεῖνον, τοὺς δ' ἠτίμαζεν. ὥστε ὁ Σειανὸς ἐν τῷ μέρει καὶ τοῦ ὑπερόγκου καὶ τοῦ ὑπερφόβου πληρούμενος, ἀεὶ μετέωρος ἦν. οὔτε γὰρ δεδιέναι αὐτῷ, καὶ διὰ τοῦτο καὶ νεοχμῶσαί τι ἐπῄει (καὶ γὰρ ἐτιμᾶτο) οὔτ' αὖ θαρρεῖν, καὶ ἀπ' αὐτοῦ [καὶ] ἐπιτολμῆσαί τι· καὶ γὰρ ἐκολούετο. καὶ μέντοι καὶ οἱ λοιποὶ πάντες ἐνδελεχῶς καὶ δι' ὀλίγου τὰ ἐναντιώτατα ἀκούοντες, καὶ μήτε τὸν Σειανὸν θαυμάζειν ἔτι, μήτε καὶ καταφρονεῖν ἔχοντες, ἔς τε τὸν Τιβέριον, ὡς καὶ τεθνήξοντα, ἢ

Nam hi, seruare se dignitatem suam putant, & virtutem colere, cum huiusmodi peccatorũ pœnas prætermittunt: illi, dum ignoscunt, existimant argui suam imbecillitatem: dum autem puniunt, tum demum potentiã suam intelligi & cõfirmari putant. Sed cũ calendis quibusdam frequentes domi Seiani cõuenissent, lectus positus in aula, vbi salutabatur, propter multitudinem sedentiũ fractus est; felesque exiens transiuit medius. Cumq; Seianus descenderet in forũ, peractis sacrificiis in Capitolio, satellites eius ea via quæ est ad carcerem, profecti, quod cũ propter multitudinem hominũ consequi non possent, corruerũt ad scalas e quibus damnati præcipitabantur. Seianus ob hanc rẽ egit auspicia: in quib. nullæ aues prosperæ, sed corui multi circũ eũ volare & crocitare, deinde aduolare domũ eius, & super eam cõsidere visi sunt. quæ auguria tamen nec Seianus curare, nec quisquã alius. nam si quis deus ex iis rebus quæ tũ videbantur, certo prædixisset tantã mutationẽ futuram, ei fidẽ habuisset nemo. Tum enim pleriq; fortunam eius iurabãt; eumq; Tiberii collegã appellabant, *nõ in cõsulatu, sed in orbis terræ imperio. Quæ cũ non ignoraret Tiberius, cõsultaretq; quo pacto eum interficeret, nec quemadmodũ id faceret palã tuto reperiret, rationẽ admirabilem Seiano ceterisq; omnib. inire cœpit, quo perspectos animos eorum & cognitos haberet. multa enim de se ad Seianũ atq; ad Senatum crebro scribere; interdum dicere se grauissimo morbo laborare, & in mortis periculo versari; nonnumquã optime valere, seq; Romã prope diẽ esse venturum. Seianum tũ extollere, tum maxime deprimere; nõnullos socios eius, ipsius causa honore, nonnullos dedecore afficere. Quibus reb. Seianus partim elatus, partim de pressus, suspensus semper & incertus erat. nõ ei veniebat in mentẽ timere, ac proinde res nouas moliri; (erat enim in honore) nec rursum vsq; adeo confidere, vt ageret aliqd audacius; siquidẽ imminuebatur eius potẽtia. Ceteri, cũ vicissim ac paruo tẽporis interuallo audirent cõtraria, non amplius Seianum admirari, nec eum omnino contemnere; suspicarique Tiberium aut breui tempore moriturũ, aut esse

in vrbem venturum: itaque dubii omnes & incerti esse. Perturbabatur his rebus omnibus Seianus, ac multo magis, quod ex statua ipsius fumus prodierat; abscissoque eius capite, vt causam cognoscerent, magnus inde serpens prosiluerat: cumque eidem statuæ subito alterum caput repositū esset, atque propter eam causam sibi ipse sacrificare statueret, (sibi enim etiam sacra facere solebat) funiculus in collo eiusdem statuæ religatus repertus est. Hic Seianus multo magis contemni cœpit, manifesteque deseri, & abiectus esse. Quare Tiberius cōfisus, speransq; se populum & Senatum socios habiturum, hominem inuadit sparsis rumoribus, se ei tribuniciam potestatem daturū; quo eum maxime imparatum offenderet. Interim cōtra eum scribit ad Senatum: litteras dat Næuio Sertorio Macroni; quem virum prætorianis militib. secreto præfecerat, docueratque quid se facere oporteret. Is, vbi nocte (quasi ob alias causas) Romā venit, mandatis quæ a Tiberio habebat, cum Memmio Regulo Consule, (nam eius collega fauebat Seiano) & cum Gracino Lacone præfecto vigilū cōmunicatis, prima luce palatium conscendit. (erat enim futurus Senatus in templo Apollinis) ibi Seiano, qui nondum ingressus erat, forte fit obuiam. quē vt videt perturbātū, quod Tiberius nihil ad se scripsisset, eum consolatur; dicit secreto se ei tribuniciam potestatem afferre. Ea re lætus Seianus, in Curiam ingreditur: Macro prætorianos, qui *apud Seianum & Senatum erant, in castra mittit, patefacta eis sua potestate, ostensisque litteris Tiberii, in quibus Tiberium nōnulla eis largiri significabatur: pro his excubias vigilum circum tēplum disponit; dein ipse ingreditur: mox datis litteris Consulibus, exit antequam legantur; præcipitque Laconi vt ibi cuncta tueatur; ipse in castra, ne qua seditio fiat, proficiscitur. Recitātur longæ litteræ in Senatu; in quibus nihil erat perpetuum cōtra Seianum. Harum principium erat de aliis rebus scriptum: subsequebatur breuis contra eum expostulatio; post alia quædam diuersa: rursum in Seianum aliquid: ad extremū scribebat in duos Senatores familiares Seiani ani-

καὶ ἥξοντα, ἀποταλαντεύοντες, ἐν ἀμφιβόλῳ ἐγίγνοντο. Σειανὸν μὲν οὖν ταῦτά τε ἐτάραττε, καὶ πολλῷ μᾶλλον ὅτι ἐξ ἀνδριάντος τινὸς αὐτοῦ τὰ μὲν πρῶτα καπνὸς πολὺς ἀνέθορεν, ἔπειτα διαφαιρεθείσης τῆς κεφαλῆς, ὅπως τὸ γιγνόμενον ἴδωσιν, ὄφις μέγας ἀνεπήδησεν· ἑτέρας τε εὐθὺς ἀντεπιτεθείσης αὐτῷ, καὶ διὰ τοῦτ' ἐκείνου τε θύσειν ἑαυτῷ μέλλοντος (τά τε γὰρ ἄλλα [καὶ] ἑαυτῷ ἔθυε) σχοινίον περὶ τὸν αὐχένα αὐτοῦ περικείμενον εὑρέθη. ἐπεὶ οὖν τούτοις ἔτι καὶ μᾶλλον αὐτοῦ κατεφρόνουν, ὥστε καὶ φανερώτερον ἢ λανθάνειν, καὶ ἐξίστασθαι αὐτοῦ, καὶ ἐγκαταλείπειν. μαθὼν οὖν ταῦτα ὁ Τιβέριος, καὶ θαρσήσας, ὡς καὶ τὸν δῆμον καὶ τὴν βουλὴν συμμάχους ἕξων, ἐπεχείρησεν αὐτῷ· καὶ *προκαθεὶς λόγον, ὅτι καὶ τὴν ἐξουσίαν αὐτῷ τὴν δημαρχικὴν δώσοι, ὅπως ἀπροσδόκητον αὐτὸν ὅτι μάλιστα λάβοι, ἐπέστειλε κατ' αὐτοῦ τῷ συνεδρίῳ διὰ Ναιβίου Σερτωρίου Μάκρωνος, ἄρχειν τε αὐτὸν τῶν σωματοφυλάκων κρύφα προκαταστήσας, καὶ πάνθ' ὅσα ἐχρῆν πραχθῆναι προδιδάξας. καὶ ὅς, νύκτωρ ἐς τὴν Ῥώμην ὡς καὶ κατ' ἄλλο τι ἐλθὼν, τά τε ἐπεσταλμένα αὐτῷ Μεμμίῳ τε Ῥηγούλῳ τῷ ὑπατεύοντι (ὁ γὰρ συνάρχων αὐτοῦ, τὰ τοῦ Σειανοῦ ἐφρόνει) καὶ Γραικίνῳ Λάκωνι τῷ τῶν νυκτοφυλάκων ἄρχοντι ἐπικοινώσας· καὶ ἀναβὰς ἅμα* τε τῇ ἕῳ ἐς τὸ παλάτιον (τὸ γὰρ βουλῆς ἕδρα ἐν τῷ *Ἀπολλωνίῳ γενήσεσθαι ἔμελλε) τῷ τε Σειανῷ μήπω εἰσεληλυθότι περιέπεσε· καὶ ἰδὼν αὐτὸν ταραττόμενον ὅτι μηδὲν αὐτῷ ὁ Τιβέριος ἐπεστάλκει, παρεμυθήσατο εἰπὼν ἰδίᾳ καὶ ἐν ἀπορρήτῳ ὅτι τὴν ἐξουσίαν αὐτῷ τὴν δημαρχικὴν φέρει. καὶ ὁ μὲν, περιχαρὴς ἐπὶ τούτῳ γενόμενος, ἐς τὸ βουλευτήριον ἐσεπήδησε· Μάκρων δὲ, τοὺς μὲν δορυφόρους τοὺς περί τε ἐκεῖνον καὶ τὸ συνέδριον ὄντας, ἐς τὸ στρατόπεδον ἀπέπεμψε, τήν τε ἡγεμονίαν σφίσι τὴν ἑαυτοῦ ἐκφήνας, καὶ γράμματα παρὰ τοῦ Τιβερίου γέρα τινὰ αὐτοῖς διδόντα φέρειν φήσας, τοὺς δὲ δὴ νυκτοφύλακας ἀντ' αὐτῶν περὶ τὸν ναὸν περιστήσας, εἰσῆλθέ τε εἰς αὐτὸν, καὶ τὴν ἐπιστολὴν τοῖς ὑπάτοις δοὺς, ἐξῆλθε πρὶν καὶ ὁτιοῦν ἀναγνωσθῆναι· αὐτῷ τε τῷ Λάκωνι τὴν ταύτῃ φυλακὴν προστάξας, αὐτὸς ἐς τὸ στρατόπεδον, μὴ καὶ νεωτερισθείη τι, ὥρμησε. κἀν τούτῳ ἡ ἐπιστολὴ ἀνεγνώσθη. ἦν δὲ μακρὰ, καὶ οὐδὲν ἀθρόον κατὰ τοῦ Σειανοῦ εἶχεν, ἀλλὰ τὰ μὲν πρῶτα ἄλλο τι, εἶτα μέμψιν κατ' αὐτοῦ βραχεῖαν, καὶ μετ' αὐτὴν ἕτερόν τι, καὶ κατ' ἐκείνου ἄλλο· καὶ ἐπὶ τελευτῆς, δύο τε βουλευτὰς τῶν ᾠκειωμένων οἱ κολασθῆ-

κολασθῆναι, καὶ αὐτὸν ἐν φρουρᾷ τηρεῖσθαι δεῖν ἔλεγεν. ἄντικρυς γὰρ ἀποθανεῖν αὐτὸν ὁ Τιβέριος οὐ προσέταξεν· ἐφοβήθη γὰρ μὴ ταραχή τις ἐκ τούτου γένηται. τοσαῦτα μὲν ἡ γραφὴ ἐδήλου. παρῆν δὲ καὶ ἀκοῦσαι ἐπ' αὐτῇ καὶ ἰδεῖν πολλὰ καὶ ποικίλα. πρότερον μὲν γὰρ, πρὶν ἀναγινώσκεσθαι αὐτήν, ἐπαίνους τε αὐτοῦ ἐποιοῦντο, καὶ ἐπιβοήμασιν ἐχρῶντο, προλαμβάνοντες ὅσα ἤλπιζον· ἐπεὶ δὲ οὐδὲν τούτων εὑρίσκετο, ἀλλὰ καὶ πᾶν τοὐναντίον ἢ προσεδόκων ἤκουον, ἐν ἀπορίᾳ πολλῇ καὶ κατηφείᾳ ἐγίνοντο· καί τινες καὶ ἐξανέστησαν τῶν συγκαθημένων αὐτῷ. κἀκ τούτου καὶ στρατηγοὶ καὶ δήμαρχοι περιέσχον αὐτόν, ἵνα μὴ συνταράξῃ τι ἐκπηδήσας. ὅπερ πάντως ἂν ἐπεποιήκει, εἰ κατ' ἀρχὰς ἀθρόῳ τινὶ ἀκούσματι ἐπεπλήκτο. νῦν δὲ τό τε ἀεὶ ἀναγινωσκόμενον, ὡς καὶ κοῦφον καὶ μόνον ὂν παρορῶν, καὶ μάλιστα μὲν μηδὲν ἄλλο,* εἰ δὲ, μήτοι γε καὶ ἀνήκεστόν [τι] ἐπεστάλθαι περὶ αὐτοῦ ἐλπίζων, διετρίβη καὶ κατὰ χώραν ἔμεινε. καὶ τούτῳ προσκαλεσαμένου αὐτὸν τοῦ Ῥηγούλου, οὐχ ὑπήκουσεν, οὐχ ὅτι ὑπερεφρόνει, (ἤδη γὰρ ἐτεταπείνωτο) ἀλλ' ὅτι ἀήθης τοῦ *προστάττεσθαί [τι] ἦν. ὡς δὲ καὶ δεύτερον καὶ τρίτον ἐκεῖνος ἐμβοήσας αὐτῷ, καὶ τὴν χεῖρα ἅμα ἐκτείνας εἶπε, Σηιανὲ δεῦρο ἐλθὲ, ἐπηρώτησεν αὐτὸν αὐτὸ τοῦτο, Ἐμὲ καλεῖς; ὀψὲ δ' οὖν ἀναστάντι αὐτῷ καὶ ὁ Λάκων ἐπεσελθὼν προσέστη· [καὶ] τέλος διαγνωσθείσης τῆς ἐπιστολῆς, πάντες ἀπὸ μιᾶς γλώττης κατεβόων αὐτοῦ, καὶ δεινὰ ἔλεγον, οἱ μὲν, ἠδικημένοι, οἱ δὲ, πεφοβημένοι, ἄλλοι τινὰ φιλίαν τὴν πρὸς αὐτὸν ἐπηλυγαζόμενοι, ἄλλοι τῇ μεταβολῇ αὐτοῦ ἐπιχαίροντες. ὁ οὖν Ῥηγοῦλος ἐξήγαγέ τε αὐτὸν ἐκ τοῦ συνεδρίου, καὶ ἐς τὸ δεσμωτήριον μετὰ τῶν λοιπῶν ἀρχόντων κατήγαγεν. ἔνθα δὴ καὶ μάλιστα ἄν τις τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν κατεῖδεν, ὥστε μηδαμῇ μηδαμῶς φυσᾶσθαι. ὃν γὰρ τῇ ἕῳ πάντες, ὡς καὶ κρείττω σφῶν ὄντα, ἐς τὸ βουλευτήριον παρέπεμψαν, τοῦτον τότε ἐς τὸ οἴκημα ὡς οὐδενὸς βελτίω κατέσυρον· [καὶ ὃν στεφάνων πρότερον ἠξίουν,] τούτῳ τότε δεσμὰ περιέθεσαν· ὃν δὲ ἐδορυφόρουν ὡς δεσπότην, τοῦτον ἐφρούρουν ὡς δραπέτην, καὶ ἀπεκάλυπτον ἐπικαλυπτόμενον. καὶ αὐτῷ ὁ δῆμος προσπίπτων, πολλὰ μὲν ἐπὶ τοῖς ἀπολωλόσιν ὑπ' αὐτοῦ ἐπεβόα, πολλὰ δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς ἐλπισθεῖσιν ἐπέσκωπτε· τάς τε εἰκόνας αὐτοῦ πάσας κατέβαλλον, καὶ κατέκοπτον, καὶ κατέσυρον, ὡς

maduerti oporteret; ipsum esse in custodia retinendum. nihil enim aperte de morte eius scripsit; veritus ne tumultus ob eam causam concitaretur. Quæ litteræ cum essent eiusmodi, multa, eaque inter se varia, audire licebat ac videre. Nam principio, antequam litteræ legerentur, omnes Seianum laudabant;*acclamabaturque ab omnibus, se iam ea quæ diu sperauerant, adeptos esse: post, vbi nihil horum est in litteris inuentum, atque omnia contra exspectationem audita sunt, dubitare omnes, mœrere, & conturbari: nonnulli quoque, qui vna cum eo consederant, surgere: Prætores & tribuni plebis eum circumstare; ne forte prosiliens foras, concitaret aliquid atque commoueret; id quod initio fecisset, si graui aliqua fuisset oratione perterritus: sed dum ea quæ recitabantur, cōtemneret vt leuia,* nec metueret quidquā, nisi de se grauius scriberetur, non excessit e loco. Interim Regulus eum ad se vocat. is primo non paret; nec id facit superbia, (iam enim erat humilior) sed quod nō consueuerat imperata facere. Consul eum iterum ac tertium vocat; porrectaque manu, *Huc ades*, inquit, *Seiane*. Tum ille, *Mene*, inquit, *vocas?* ita tandem surgit, & ad Consulem pergit;* eumque Laco consequitur. Perlectis litteris, cœpere omnes vno ore cōtra eum vociferari atq; ei maledicere; non solum ii qui ab eo iniuriam acceperant, sed etiam ii qui eum metuebant antea: pleriq; dissimulabant consuetudinem & amicitiam quam cum eo habuerant: multi ista commutatione lætabantur. Regulus educit eum extra Curiam; comitatusq; reliquis magistratibus, in carcerem perducit. *Ex quo intelligi debet imbecillitas rerum humanarum & inconstantia; nec nos vmquam vllo pacto extolli oportere.* nam quem omnes mane, vt potiorem se, comitati fuerant in Senatum, eum paulo post in carcerem trahebant, vt abiectum & nefarium hominem: & cui coronam paulo ante dederant, eundem postea vinculis constringebant: quemq; antea vt dominum satellites stipabant, eum deinde vt fugitiuum custodiebant. Hic plebs commota irridere & vociferari cœpit, propter eos qui ab eo interfecti fuerant; eiq; propter ea quæ sperauerat, illudere; omnesque eius statuas deturbare, affligere, comminuere, trahere; tamquam eo

pacto vulnus homini infligeret. Ex quibus rebus omnibus Seianus iam tum poterat præuidere, quid sibi esset euenturum. Nam nõ multo post decreto Senatus in Gemonias proiectus est; plebsque corpus eius, triduo magnis opprobriis affectum, tandem in flumen proiecit; & liberi eius, Senatusconsulto ad mortem ducti sunt; filia virgine, quæ filio Claudii despõsa fuerat, ° pri° a carnifice vitiata; quod nefas esset virginem in carcere necari. Tunc in Vrbe magnus tumultus cõcitatus est. Plebs enim occidere properabat eos quos intelligebat plurimum apud Seianum potuisse, atq; eius auctoritate fultos, sæpe multis iniuriam fecisse: milites dolere, quod in suspicionem venissent Seiani beneuolẽtiæ, quodq; sibi vigiles in fide erga Imperatorem præpositi essent; ob eamq; rem facere incendia & rapinas. Senatus decreuit locari in foro statuam Libertatis, atq; eum diẽ quo mortuus erat, celebrari certaminibus equorum, & belluarum cædibus annuis; quod antea factum erat numquã: atq; vt nemini in posterũ honores immoderati tribuerentur; neve per alium quã Imperatorem iuraretur. Quibus decretis factis, nihilominus Macronẽ paulo post & Laconẽ adulari cœperunt; quamuis hi, proximo exẽplo perterriti, amplissimos honores repudiarent. Tiberius, nactus occasionẽ ex Seiani delictis, magnum numerum hominum sustulit; quos partim tradidit in manus carnificum, partim afferre sibi manus coegit. Erat idonea causa ad accusandũ, Seiano amicũ fuisse, aut fuisse videri; quasi vero Tiberius eũ non dilexisset plurimum, aut ipsius causa ceteri studiosi eius nõ fuissent. Sed in hac tam magna crudelitate tamen visus est aliquid humaniter agere; quod Cassiano & Lucio Seiano Prætori, ac Marco Terẽtio equiti, pepercit. Hic Seianus, in contumeliã Tiberii, spectaculum per caluos homines præbuerat a mane vsq; ad vesperũ. erat. n. Tiberi° caluus. Præterea, abeuntibus ex theatro, a quinq; milibus puerorum, qui omnes rasi erant, lumina præferri curauerat. Qua de re Tiberius non modo iratus nõ est, sed etiã *principio se intellexisse dissimulauit ea quæ sibi de iis rebus nuntiata essent; quamquam ex eo omnes calui *Seiani* dicti fuerint. Terentius vero, reus factus propter amicitiã Seiani, non solũ eam

καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον αἰκιζόμενοι· καὶ οὕτω διὰ τῆς ὧν πείσεσθαι ἔμελλεν, ἐγίγνετο. ὕστερον δὲ οὐ πολλῷ, ψήφῳ τῆς γερουσίας κατά τι τῶν ἀναβαθμῶν ἐρρίφη, καὶ αὐτὸν ὁ ὅμιλος τρισὶν ὅλαις ἡμέραις ἐλυμήνατο, καὶ μετὰ τοῦτο ἐς τὸν ποταμὸν ἐνέβαλε. τά τε παιδία αὐτοῦ κατὰ δόγμα ἀπέθανε, τῆς κόρης ἣν τῷ τοῦ Κλαυδίου υἱῷ ἐνενεγγυήκει, προδιαφθαρείσης ὑπὸ τοῦ *δημίου* ὡς οὐχ ὅσιον ὂν παρθενευομένην τινὰ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ διολέσθαι. θορυβός τε πολὺς ἐν τῇ πόλει εἰσενεχθη. ὁ γὰρ δῆμος εἴ που τινὰ τῶν μέγα παρὰ τῷ Σιανῷ δυνηθέντων καὶ δι' αὐτοῦ ὑβρισάντων κατεφώρα, ἐφόνευε· καὶ οἱ στρατιῶται, ἀγανακτοῦντες ὅτι αὐτοί τε ἐς τὴν τοῦ Σιανοῦ εὔνοιαν ὑπωπτεύθησαν, καὶ οἱ νυκτοφύλακες σφῶν ἐς τὴν τοῦ αὐτοκράτορος πίστιν προετιμήθησαν, ἐμπρήσεις τε καὶ ἁρπαγὰς ἐποιοῦντο. ἡ μέντοι βουλὴ ἐψηφίσατο ἐλευθερίας ἄγαλμα ἐς τὴν ἀγορὰν ἀνατεθῆναι, καὶ τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ ἐτελεύτησε, καὶ ἵππων ἀγῶσι, καὶ θηρίων σφαγαῖς ἐτησίοις ἀγάλλεσθαι· ὃ οὐδέποτε ἐπεποίητο· καὶ μήτε τιμὰς μηδενὶ ὑπερόγκους δίδοσθαι, μήτε τοὺς ὅρκους ἐπ' ἄλλου τινὸς, πλὴν τοῦ αὐτοκράτορος, ποιεῖσθαι. Ταῦτα δὲ οὕτω ψηφισάμενοι, καὶ τὸν Μάκρωνα καὶ τὸν Λάκωνα κολακεύειν οὐ πολλῷ ὕστερον ἤρξαντο. οὐ μέντοι καὶ ἐκεῖνοι ἐδέχοντο τὰς τιμάς· τὸ γὰρ παράδειγμα σφᾶς ὑπόγυον ἐθορύβει. ὁ δὲ δὴ Τιβέριος πρόφασιν τὰ Σιανοῦ ἐγκλήματα ποιησάμενος, πολλοὺς πάνυ ἀπώλλυε, τοὺς μὲν δημίων χερσὶ παραδιδοὺς, τοὺς δὲ καὶ αὐτόχειρας ἑαυτῶν γίνεσθαι ἀναγκάζων. ἤρκει δὲ καὶ μόνον πρὸς κατηγορίαν τινὸς τὸ [τοῦ] Σιανοῦ φίλον ἢ γενέσθαι ἢ δόξαι· ὥσπερ οὐ καὶ αὐτοῦ Τιβερίου φιλήσαντος αὐτὸν, καὶ δι' ἐκεῖνον καὶ τῶν ἄλλων οὕτω σπουδασάντων. Ὡς δὴ οὖν ἐν τηλικαύτῃ ὠμότητι, ἔδοξέ τι καὶ φιλανθρωπεύσασθαι, ὅτι Κασσιανοῦ ἐφείσατο, Λουκίου τε Σιανοῦ στρατηγοῦ, καὶ Μάρκου Τερεντίου ἱππέως. ὁ μὲν γὰρ Σιανὸς ἔν τινι θέᾳ τά τε ἄλλα πάντα διὰ φαλακρῶν ἕωθεν μέχρι νυκτὸς ἐπὶ τῇ τοῦ Τιβερίου χλευασίᾳ ἐποίησεν, (ἦν γὰρ φαλακρὸς ὁ Τιβέριος) καὶ φῶς τοῖς ἀπιοῦσιν ἐκ τοῦ θεάτρου διὰ πεντακισχιλίων παίδων ἀπεξυρημένων παρέσχε. τοσοῦτον γὰρ ἐδέησε δι' ὀργῆς αὐτῷ γενέσθαι, ὥστ' οὐδὲ προσεποιήσατο τὴν ἀρχὴν ὅτι περὶ αὐτῶν ἠκηκόει· καίτοι Σιανῶν ἐξ ἐκείνου πάντων τῶν φαλακρῶν ὀνομασθέντων. ὁ δὲ δὴ Τερέντιος ἐπὶ τῇ τοῦ Σιανοῦ φιλίᾳ κρινόμενος, οὐχ ὅσον

οὐκ ἠρνήσατο, ἀλλὰ καὶ ἔφη καὶ σπουδάσαι μάλιστα αὐτὸν καὶ θεραπεῦσαι, ἐπειδὴ καὶ ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ Τιβερίου οὕτως ἐτιμᾶτο· ὥστ᾽ εἰ μὲν ἐκεῖνος ὀρθῶς (εἶπεν) ἐποίει τοιούτῳ φίλῳ χρώμενος, οὐδ᾽ ἐγώ τι ἠδίκηκα· εἰ δ᾽ ὁ αὐτοκράτωρ ὁ πάντα ἀκριβῶς εἰδὼς ἐπλανήθη, τί θαυμαστὸν εἰ καὶ ἐγὼ αὐτῷ συνεξηπατήθην; καὶ γάρ τοι προσήκει ἡμῖν πάντας τοὺς ὑπ᾽ αὐτοῦ τιμωμένους ἀγαπᾶν, μὴ *πολυπραγμονοῦσιν ὁποῖοί τινές εἰσιν, ἀλλ᾽ ἕνα ὅρον τῆς φιλίας σφῶν ποιουμένους, τὸ τῷ αὐτοκράτορι αὐτοὺς ἀρέσκειν. οὐ γὰρ ὅτι ἀφῆκεν αὐτὸν ἡ βουλή, ἀλλὰ καὶ τοῖς κατηγορήσασιν αὐτοῦ *προσεζημίωσεν· οἷς καὶ ὁ Τιβέριος συγκατέθετο. Καὶ ἐπὶ τούτῳ μὲν ἐπῃνεῖτο, καὶ μάλιστα ὅτι τοὺς ἐπιβοητοτάτους τῶν τὰς κατηγορίας ποιουμένων ἀποθανεῖν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἐκέλευσεν. ἐκ δὲ δὴ τῶν ἐρώτων, οἷς ἀνέδην καὶ τῶν εὐγενεστάτων καὶ ἀρρένων καὶ θηλειῶν ὁμοίως ἐχρῆτο, διεβάλλετο. ὧν ἑνὸς δεῖγμα ἐρῶ. *Μάρκος Σέξτος ἦν φίλος αὐτοῦ, τοσοῦτον καὶ πλουτήσας καὶ δυνηθείς, ὥστ᾽ ἐπειδὴ γείτονι ὠργίσθη, δειπνίσαι τε αὐτὸν ἐπὶ δύο ἡμέρας, καὶ τῇ μὲν προτεραίᾳ τὴν ἔπαυλιν αὐτοῦ πᾶσαν κατασκάψαι, τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ ἐπί τε τὸ μεῖζον καὶ ἐπὶ τὸ λαμπρότερον αὐτὴν ἀνοικοδομῆσαι· ἀγνοοῦντί τε αὐτῷ τοὺς ταῦτα πεποιηκότας, ἑκάτερον ὁμολογῆσαι, καὶ παραδείξαντα εἰπεῖν ὅτι Οὕτω καὶ ἀμύνεσθαί τινα καὶ ἀμείβεσθαι καὶ οἶδα καὶ δύναμαι. οὗτος οὖν τὴν θυγατέρα εὐπρεπῆ οὖσαν ὑπεκπέμψας ποι, ἵνα μὴ ὁ Τιβέριος αὐτὴν αἰσχύνῃ, αἰτίαν ἔσχεν ὡς συνὼν αὐτῇ, καὶ διὰ τοῦτο συναπώλετο. Ἦν δὲ τῷ Τιβερίῳ ἔκγονος μὲν ὁ Δρούσου παῖς ὁ Τιβέριος, ἔτι παιδίον τὴν ἡλικίαν· προσήκων δὲ ἄλλος ὁ τοῦ Γερμανικοῦ παῖς ὁ Γάιος, ᾧ καὶ ὡς μοναρχήσοντι προσέσχεν, ἅτε ἀκριβῶς καὶ τὰ κατ᾽ ἀμφοτέρους εἰδώς. λέγεται γὰρ εἰπεῖν ποτε τῷ Γαΐῳ διαφερομένῳ πρὸς τὸν Τιβέριον, ὅτι, Σύ τε τοῦτον ἀποκτενεῖς, καὶ σὲ ἄλλοι. ἀλλ᾽ οὔτε ἕτερόν τινα μᾶλλον προσήκοντα ἔχων, καὶ ἐκεῖνον κάκιστον εἰδὼς ἐσόμενον, ἀσμένως, ὥς φασι, τὴν ἀρχὴν αὐτῷ ἔδωκεν, ὅπως τά τε ἑαυτοῦ τῇ τοῦ Γαΐου ὑπερβολῇ συγκρυφθῇ, καὶ τὸ πλεῖον τό τε εὐγενέστατον τῆς λοιπῆς βουλῆς καὶ μετ᾽ αὐτὸν φθαρῇ. λέγεται γοῦν πολλάκις ἀναφθέγξασθαι τοῦτο δὴ τὸ ἀρχαῖον, Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί· πολλάκις δὲ καὶ τὸν Πρίαμον μακαρίσαι, ὅτι ἄρδην καὶ μετὰ τῆς πατρίδος καὶ μετὰ τῆς βασι-

non negauit, verum etiam se studiosum eius fuisse dixit, eumque coluisse maxime, propterea quod apud Tiberium in magno honore haberetur. *Nam si Tiberius*, inquit, *recte fecit vtens eo familiariter, ego certe nihil peccaui: quod si errauit Imperator, omnium rerum peritus; quid mirum si ego vna cum eo, errore ductus sum? quandoquidem nos decet amare & revereri eos quos ille afficit honore; nec quales sint, inuestigare curiosius; sed hac vna regula metiri eorum beneuolentiam, si principi grati sint.* Itaque Senatus non modo liberauit Terentium, sed etiam accusatores acerbe increpauit. Tiberius, comprobata hac sententia Senatus, magnis laudibus affectus est; præsertim quod vno die istos insignes delatores occidi iussit. Ceterum dedecore atque infamia opprimebatur, quod amore nobilissimorum puerorum pariter atq; fœminarum captus esset; cuius rei vnum tantummodo exemplum ponam. Sextus Marius amicus eius erat; ob eamque rem adeo magnas opes & potentiam sibi cōparauerat, vt cum aliquando vicino suo infensus fuisset, eique biduum cōuiuium fecisset, ac primo quidem die villam eius esset demolitus, postridie vero ampliorem magnificentioremque ædificauisset, ignorāti domino, a quibus id esset factū, vtrumque confessus dixerit, se eo pacto homines vlcisci & remunerari posse. Is ergo filiam suam pulcherrimam fœminam alio misit, ne Tiberius eam vitiaret: eapropter ipse cum eadem filia rem habuisse accusatus, simul cū ea occisus est. Tiberio nepos erat ex filio Druso Tiberius, adhuc puer: alter ex Germanico, nomine Caius; cui futuro Imperatori magis fauebat, quod sciret ea quæ ad vtrumque pertinerent. Nam Caio, cum is aliquando cum Tiberio dissideret, fertur dixisse; *Tu hunc occides, alius te.* Cūque non haberet sibi propinquitate coniunctiorem, sciretque eum pessimum & sceleratissimum fore, libenter ei (vt aiūt) Imperium reliquit; quo memoriam scelerum suorum maioribus Caii sceleribus obrueret, vtque maxima atq; nobilissima pars Senatus post mortem suam necaretur. Sæpe enim dictum illud vetus fertur vsurpasse; Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί; *Me mortuo, misceator orbis ignibus*: Sæpenumero Priamum fortunatum dixisse, quod ei vna cum patria & regno

perire contigisset. Quæ de eodem Tiberio vere licet scribere, ex iis quæ tum acciderunt. Tam magna enim multitudo Senatorum interiit, & reliquorum hominum, vt magistratus prouincias quas sortiti fuerant, Prætorii quidem viri, triennium; Consulares autem, sex annos, penuria successorum obtinerent. Gallus fuit in eorũ numero qui mortui sunt. Tum enim Tiberius ei (vt dicebat) vix tandem reconciliatus est. ita ille, præter consuetudinem aliorum, vitam supplicii, mortem beneficii loco ducebat. Marcus quoque Æmilius Scaurus, nullo scelere admisso, captus ob tragœdiam quam composuerat, in atrociorem eo quem scripserat casum incidit. ATREVS poemati nomen erat; in eoq; cohortabatur, ad exemplum Euripidis, eũ qui foret sub imperio, vt principis stultitiam ferret. Qua re cognita, Tiberius rem omnẽ ad se spectare arbitratus, seque propter cædes factas intelligi Atrei nomine; dixit se Scaurum Aiacem facturum; id quod euenit. nam ipsum eo deduxit, vt sibi mortẽ afferre cogeretur. nõ tamen de hac re facta est accusatio, sed quod Liuillæ stuprum intulisset. multi enim ob hãc causam supplicio affecti sunt. Eodem anno (si quid res Ægyptiorũ ad Romanos pertinent) Phœnix in Ægypto visa est. ea Tiberio mortem denuntiare putabatur. Etenim sequenti anno grauiter ægrotauit: cui Caius, metuens ne conualesceret, postulãti cibum nõ suppeditabat; quod ei diceret obfuturũ; quodque assereret eum caloris indigere, ita multis & grauib. vestimentis cooperiebat, vt eum suffocauerit. Macro in hac re Caio præstabat operam; ac propter grauissimum morbum Tiberii, adolescẽtem fouebat; eiusque animũ ad amorem Enniæ Thrasyllæ vxoris suæ pellexerat. Quam rem cũ Tiberius aliquando suspicatus esset, *Tu recte*, inquit, *Macro, occidẽtem deseris, & adorientem festinas.* Itaq; Tiberius, homo magnis virtutibus præditus, coopertusque sceleribus, ac ambobus pariter vsus, quasi tantum in alterutro se exercuisset, mortuus est. Vixit annos septuaginta septem, menses quatuor, dies nouem. Regnauit annos viginti duos, menses septem, dies quinque: publica sepultura affectus, & a Caio laudatus est.

λείας ἀπώλετο. Καὶ τεκμηριοῦταί γε δὴ ἐπὶ τῷ ταῦτα περὶ αὐτοῦ γεγράφθαι, τοῖς τότε γενομένοις· τοσοῦτον γὰρ πλῆθος τῶν τε ἄλλων καὶ τῶν βουλευτῶν ἐξώλετο, ὥστε τοὺς ἄρχοντας τοὺς κληρωτούς, τοὺς μὲν ἐστρατηγηκότας ἐπὶ τρία, τοὺς δὲ ὑπατευκότας ἐπὶ ἓξ ἔτη, τὰς ἡγεμονίας τῶν ἐθνῶν, ἀπορίᾳ τῶν διαδεξομένων αὐτοὺς, ἄρξαι. ἐν δὲ οὖν τοῖς τότε ἀποθανοῦσι καὶ Γάλλος ἐγένετο. τότε γὰρ αὐτῷ μόλις (ὡς αὐτὸς εἶπε) κατηλλάγη. οὕτω που παρὰ τὸ νομιζόμενον, καὶ τὴν ζωὴν τιμωρίαν τισί, καὶ τὸν θάνατον εὐεργεσίαν ἐποίει. καὶ Μάρκος δὲ Αἰμίλιος Σκαῦρος μηδὲν ἀδικήσας, ἑάλω διὰ τραγῳδίαν, καὶ παθήματι δεινοτέρῳ οὗ συνέγραψε περιέπεσεν. Ἀτρεὺς μὲν τὸ ποίημα ἦν· παρῄνει δὲ τῶν ἀρχομένων τινὶ ὑπ' αὐτοῦ, κατὰ τὸν Εὐριπίδην, ἵνα τὴν τοῦ κρατοῦντος ἀβουλίαν φέρῃ. μαθὼν οὖν τοῦτο ὁ Τιβέριος, ἐφ' ἑαυτῷ τε τὸ ἔπος εἰρῆσθαι ἔφη, Ἀτρεὺς εἶναι διὰ τὴν μιαιφονίαν προσποιησάμενος· καὶ ὑπειπὼν ὅτι Καὶ ἐγὼ οὖν Αἴαντα αὐτὸν ποιήσω, ἀνάγκην αὐτῷ προσήγαγεν αὐθεντεὶ ἀπολέσθαι. οὐ μὴν καὶ ἐπὶ τούτῳ κατηγορήθη, ἀλλ' ὡς τὴν Λιουίλλαν μεμοιχευκώς. πολλοὶ γὰρ δὴ καὶ ἄλλοι δι' αὐτὴν ἐκολάσθησαν. Εἰ δέ τι καὶ τὰ Αἰγύπτια πρὸς τοὺς Ῥωμαίους προσήκει, ὁ φοίνιξ ἐκείνῳ τῷ ἔτει ὤφθη, καὶ ἔδοξε τὸν θάνατον τῷ Τιβερίῳ προσημαίνειν. ἐν γὰρ τῷ ἐξῆς ἔτει ἐνόσησε μὲν χαλεπῶς· δείσας δὲ ὁ Γάιος μὴ ἄρα ἀναστῇ, οὔτε ἐμφαγεῖν τι αἰτήσαντι αὐτῷ, ὡς καὶ βλαβησομένῳ, ἔδωκε· καὶ ἱμάτια πολλὰ καὶ παχέα, ὡς καὶ θερμασίας τινὸς δεομένῳ, περιέβαλε· καὶ οὕτως ἀπέπνιξεν αὐτὸν, συναιρομένου τι αὐτῷ καὶ τοῦ Μάκρωνος. ἅτε γὰρ κακῶς ἤδη τοῦ Τιβερίου νοσοῦντος, τὸν νεανίσκον ἐθεράπευε, καὶ μάλιστα ὅτι ἐς ἔρωτα αὐτὸν τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς Ἐννίας Θρασύλλης ὑπηγάγετο. ὅπερ καὶ ὁ Τιβέριος ὑποπτεύσας ποτὲ, Εὖ γε, ἔφη, τὸν δυόμενον ἐγκαταλιπὼν, πρὸς τὸν ἀνατέλλοντα ἐπείγῃ. Τιβέριος μὲν δὴ πλείστας μὲν ἀρετὰς, πλείστας δὲ κακίας ἔχων, καὶ ἑκατέραις αὐταῖς ὡς καὶ μόναις κεχρημένος, οὕτω μετήλλαξεν. ἐβίω δὲ ἑπτὰ καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη, καὶ μῆνας τέσσαρας, καὶ ἡμέρας ἐννέα· ἀφ' ὧν ἐμονάρχησεν ἔτη δύο καὶ εἴκοσι, μῆνάς τε ἑπτὰ καὶ ἡμέρας ἑπτά· καὶ δημοσίας ταφῆς ἔτυχε, καὶ ἐπῃνέθη ὑπὸ τοῦ Γαΐου.

ΓΑΙΟΣ ΚΑΛΙΓΟΛΑΣ.

[Ἐκ τοῦ νθ' τῶν Δίωνος βιβλίων]

Γάιος δὲ, τὴν δυναστείαν παραλαβὼν, τάς τε διαθήκας τοῦ Τιβερίου ἐς τὸ συνέδριον πέμψας, ἀκύρους ἐποίησεν, ὡς καὶ παραφρονήσαντος αὐτοῦ, ὅτι τὸν ἔγγονον αὐτοῦ τὸν Τιβέριον ἐν αὐταῖς, παῖδα κομιδῆ ὄντα, ᾧ μηδὲ εἰσελθεῖν ἐς τὸ βουλευτήριον ἐξῆν, αὐτοκράτορα σὺν αὐτῷ ἀπέδειξε· κἀκεῖνον μετ' ὀλίγον ἀπέκτεινε. τοὺς δὲ ὀρχηστὰς ἐπαναγαγὼν, καὶ ἔς τε τούτους καὶ τοὺς ἵππους τούς τε μονομάχους καὶ τἆλλα τὰ τοιουτότροπα, ἀπλήστως δαπανῶν, τοὺς θησαυροὺς μεγάλους γενομένους, διὰ βραχυτάτου ἐξεκένωσε. πέντε γοῦν μυριάδας μυριάδων καὶ *ἑπτακοσίας καὶ ἑπτακισχιλίας τεθησαυρισμένας εὑρὼν, οὐδὲ ἐς τὸ τρίτον ἔτος μέρος ἀπ' αὐτῶν διέσωσε. μοιχικώτατός τε ἀνδρῶν γεγενημένος, καὶ γυναῖκα μίαν μὲν ἐκδεδομένην ἀνδρὶ ἁρπάσας, ἄλλας δὲ συνοικούσας τισὶν ἀποσπάσας, ἔπειτα αὐτὰς, πλὴν μιᾶς, ἁπάσας ἐμίσησε· πάντως δ' ἂν καὶ ἐκείνην ἤχθηρεν, εἰ ἐπὶ πλέον ἐβεβιώκει. ἀνοσιώτατος δὲ ἀνθρώπων καὶ περὶ τὴν τηθὴν καὶ περὶ τὰς ἀδελφὰς ἐγένετο. κἀκείνην γὰρ, ἐπιτιμήσασάν τι αὐτῷ, ἐς ἀνάγκην ἑκουσίου θανάτου κατέστησε· καὶ τὰς ἀδελφὰς πάσας διαφθείρας, ἐς νῆσον τὰς δύο κατέκλεισεν. ἡ γὰρ τρίτη προαπέθανε. τοσαύτης δὲ ἀνωμαλίας πεπλήρωτο, καὶ μετὰ τηλικαύτης τῆς ἐμπληξίας τοῖς πράγμασι προσεφέρετο, ὥστε μηδένα μήθ' ὅ τι εἴπῃ, μήθ' ὅ τι ποιήσαι χρὴ πρὸς αὐτὸν εἰδέναι, ἀλλ' ὅσοι τι καὶ κατώρθωσαν, ἐκ συντυχίας μᾶλλον ἢ γνώμης τυχεῖν αὐτοῦ. πλήθει τε γὰρ ἀνθρώπων καὶ ἐρημίᾳ αὖ ἔχαιρεν· αἰτούμενός τέ τι καὶ μὴ αἰτούμενος ὠργίζετο· ὀξύτατά τε πρὸς πράξεις τινὰς ἐφέρετο, καὶ νωθέστατα ἔστιν ἃ αὐτῶν μετεχειρίζετο· τά τε χρήματα καὶ ἀφειδέστατα ἀνήλισκε, καὶ ῥυπαρώτατα ἠργυρολόγει· τοῖς τε θωπεύουσιν αὐτὸν καὶ τοῖς παρρησιαζομένοις τι καὶ ἤχθετο ὁμοίως καὶ ἥδετο· καὶ πολλοὺς μὲν μεγάλα ἀδικήσαντας οὐκ ἐκόλασε, πολλοὺς δὲ καὶ μηδὲν ἀδικήσαντας ἀπέσφαξε· τῶν τε ἑταίρων τοὺς μὲν ὑπερεκολάκευε, τοὺς δὲ ὑπερύβριζε. τοιούτῳ μὲν τότε αὐτοκράτορι οἱ Ῥωμαῖοι παρεδόθησαν, ὥστε τὰ τοῦ Τιβερίου ἔργα, καὶ χαλεπώτατα δόξαντα γεγονέναι, τοσοῦτον παρὰ τὰ Γαΐου, ὅσον τὰ τοῦ Αὐγούστου παρ' ἐκεῖνα *παρενεγκεῖν. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον οὕτως ἐδεδούλω-

CAIVS CALIGVLA.

E Dionis libro LIX.

Caivs, factus Imperator, tabulas testamenti Tiberii misit ad Senatum; easq; irritas fecit; quod Tiberius eo tempore sanæ mentis non fuisse videretur; quippe q. Tiberiū nepotem suum, puerū adhuc, cui ne ius quidem erat introire in Senatū, Imperatorem vna cum Caio designauisset: eundemq; Tiberium paulo post sustulit. Restituit saltatores; cœpitq; in eos, equosque ac gladiatores, ita magnos & effusos sumptus facere, vt maximos thesauros breui tempore cōsumpserit: in quibus cum inuenisset †vicies ter millies, & octogies sestertium, ea ante annum tertiū dilapidauit. Adulter præter ceteros homines fuit. nam mulierē iam desponsam viro eripuit, & cōplures alias nuptas, iamq; cum maritis habitantes, abduxit; easque omnes postea, præter vnā, odio habuit; cui etiā inimicus fuisset, si vixisset diutius. Impius fuit plus quā dici possit in auiam & sorores. Nam & illam aliquādo, ab ipsa increpatus, eo deduxit vt sibi mortē voluntariam afferret: & duas sorores, quib. stuprū intulerat, in insulam relegauit: tertia obierat antea. Adeo vero incōstans erat, & difficilis in rebus gerendis, vt nemo sciret quid se apud eum dicere aut facere oporteret: quod si quid illis prospere successisset, id magis eueniebat fortuna quam consilio. Solebat hominum frequentia delectari; mox amare solitudinem: irasci, cū quid ab se peteretur; sæpenumero, cum nihil esset petitum, succensere: accedere ad res gerendas celerrime; in quibusdam *negligentissimus esse: prodigus in profundenda pecunia, in quærenda sordidissimus. Assentatoribus & libere loquentibus hominibus, pariter succensere & delectari: *multos sceleratos homines impunitos relinquere; multos bonos viros interfici iubere: animaduertere in amicos, eisque grauissimas iniurias afferre. Itaque populus Romanus, postquam venit in huiusmodi Imperatoris potestatem, existimare cœpit, Tiberii facta, quæ alioqui crudelissima visa fuerant, tantum a Caio superari, quantum illa a rebus ab Augusto gestis discrepauerant. Igitur Caius primo seruire cœ-

† aureorum ducenties tricies centena milia. *Bl.* quinque myriades myriadum, & septē milia septingentasque drachmas, *Gr.*

pit saltatoribus & scenicis hominibus, Apellemque tragœdum celeberrimum publice secum habere: progrediente vero tempore, eorum etiam facta æmulari, cum iisque contendere, currus agitare, descendere in certamen gladiatorum; denique saltare, & tragœdias agere. Iussit etiam aliquando de nocte accersiri festinato primores Senatus; tamquam de reb. necessariis ab iis esset cōsilium capturus: post vbi conuenerunt, saltauit. Verum initio Senatum modeste alloquebatur, promittebatque se cum eo communicaturum imperium; filiumque atque alumnum eius se esse dicebat. (natus vero erat annos quinque & viginti; mensibus quinque & diebus quatuor exceptis) Eos autem qui erant in carcere, liberauit: in quorum numero fuit Quintus Pomponius; qui iam septem annos, postquam gesserat consulatum, in carcere afflictus erat. Functus est consulari dignitate cum Claudio patruo suo. Is fuerat vsque ad ea tempora equestris ordinis; sed defuncto Tiberio missus ad Caium legatus pro equestri ordine, licet sex & quadraginta annos natus, tum primum simul consulatum gessit ac Senator factus est. Caius hæc omnia modeste & prudenter facere visus est, atque in Senatu eiusmodi orationem habuit, vt Patres veriti ne immutaretur, decreuerint eam singulis annis legi. Prębebantur varia spectacula: in quibus vrsi quadringenti cum aliis Libycis belluis interfecti sunt. Currum triumphalem quo ipse vehebatur, sex equi trahebant; quod ante factum fuerat numquam. Tum primum, ne Senatores sederent in nudis subselliis, puluini adhibiti sunt; iisdemq; concessum est, ad defendendos solis ardores, pileos in theatrum ferre, more Thessalico: cumque essent calores ardentissimi, diribitorio pro theatro vtebantur. Quibus rebus peractis, in morbum incidit; neque tamen mortuus est: sed Tiberium nepotem Tiberii interfici iussit, quod diceret ab eo mortem suam optatam & exspectatam fuisse: qua de re complures alios occidit. Nam cum Publius Afranius Potitus, homo plebeius, stulta quadam adulatione, non modo volens, sed etiam adhibito iureiurando promisisset, si Caius conualesceret, se libenter moriturum; cumque Afranius Secundus,

το καὶ τοῖς ὀρχησταῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς περὶ τὴν σκηνὴν ἔχαιρεν, ὡς καὶ τὸν Ἀπελλῆν τὸν εὐδοκιμώτατον τῶν τότε τραγῳδῶν, καὶ δημοσίᾳ αὐτῷ συνόντα ἔχειν. προϊόντος δὲ δὴ τοῦ χρόνου, καὶ ἐς ζήλωμα καὶ ἐς ἀγώνισμα πολλῶν προῆλθεν. ἅρματά τε γὰρ ἤλασε, καὶ ἐμονομάχησεν· ὀρχήσεις τε ἐχορήσατο, καὶ τραγῳδίας ὑπεκρίνατο. ἅπαξ δέ ποτε τοὺς πρώτους τῆς γερουσίας σπουδῇ νυκτὸς, ὡς καὶ ἐπ' ἀναγκαῖόν τι βούλευμα μεταπεμψάμενος, ὠρχήσατο. Κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν πάνυ μετρίως διελέχθη τῇ γερουσίᾳ. τήν τε γὰρ ἀρχὴν κοινώσειν σφίσιν ὑπέσχετο, καὶ υἱὸς καὶ τρόφιμος αὐτῆς λέγων εἶναι. ἦγε δὲ πέμπτον καὶ εἰκοστὸν ἔτος, ἡμερῶν τεσσάρων καὶ μηνῶν πέντε ἀποδέον. ἔπειτα τοὺς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ [ὄντας] ἀπέλυσεν· ὧν εἷς ἦν Κύϊντος Πομπώνιος, ἑπτὰ ὅλοις ἔτεσιν ἐν τῷ οἰκήματι μεθ' ὑπατείαν κακωθείς. ἦρξε δὲ τὴν ὕπατον ἀρχὴν, τὸν Κλαύδιον τὸν θεῖον προσλαβών. ἐκεῖνος γὰρ ἔν τε τοῖς ἱππεῦσι μέχρι τότε ἐξεταζόμενος, καὶ πρεσβευτὴς πρὸς τὸν Γάϊον μετὰ τὸν τοῦ Τιβερίου θάνατον ὑπὸ τῆς ἱππάδος πεμφθεὶς, τότε πρῶτον, καίπερ ἓξ καὶ τεσσαράκοντα ἔτη βεβιωκὼς, καὶ ὑπάτευσεν ἅμα καὶ ἐβούλευσεν.

Ὁ δ' οὖν Γάϊος ταῦτά τε ἐπιεικῶς ποιῆσαι ἔδοξε, καὶ τοιαῦτα ἐν τῷ βουλευτηρίῳ ἐδημηγόρησεν, ὥστε τὴν γερουσίαν, φοβηθεῖσαν μὴ μεταβάλληται, δόγμα ποιῆσαι, κατ' ἔτος αὐτὰ ἀναγινώσκεσθαι. θέαι τε παντοδαπαὶ ἐγένοντο, καὶ ἄρκτους τετρακοσίας μεθ' ἑτέρων Λιβυκῶν θηρίων ἴσων ἀπέκτεινε· καὶ τὸ ἅρμα τὸ πομπικὸν ἐφ' οὗ ἤχθη, ἓξ ἵπποι εἵλκυσαν· ὃ μὴ πώποτε ἐγεγόνει. τά τε προσκεφάλαια τοῖς βουλευταῖς, ὅπως μὴ ἐπὶ γυμνῶν τῶν σανίδων καθίζωνται, πρῶτον τότε ὑπετέθη. καὶ πίλους σφίσι τὸν Θετταλικὸν τρόπον ἐς τὰ θέατρα φορεῖν, ἵνα μὴ τῇ ἡλιάσει ταλαιπωρῶνται, ἐπετράπη· καὶ εἴ γέ ποτε ἐς ὑπερβολὴν ἐπέφλεξε, τῷ διριβιτωρίῳ ἀντὶ τοῦ θεάτρου ἰκριωθέντι ἐχρῶντο. Μετὰ δὲ τοῦτο νοσήσας, αὐτὸς μὲν οὐκ ἀπέθανε, τὸν δὲ δὴ Τιβέριον τὸν τοῦ Τιβερίου ἔκγονον ἀνεχρήσατο, ἔγκλημα αὐτῷ ἐπαγαγὼν, ὡς καὶ τελευτῆσαι αὐτὸν καὶ εὐξαμένῳ καὶ προσδοκήσαντι. ἀφ' οὗ καὶ ἄλλους συχνοὺς ἐφόνευσε. Πούπλιος δὲ Ἀφράνιος Πότιτος, δημότης τε ὢν, καὶ ὑπὸ μωρᾶς κολακείας οὐ μόνον ἐθελοντὴς, ἀλλὰ καὶ ἔνορκος, ἄν γε ὁ Γάϊος σωθῇ, τελευτήσειν ὑποσχόμενος, Ἀτάνιός τέ τις Σεκοῦνδος,

ἱππεύς

ἱππεύς τε ὤν, καὶ μονομαχήσειν ὑποσχόμενος, ἀντὶ τῶν χρημάτων ἃ ἤλπιζον παρ' αὐτοῦ, ὡς καὶ ἀντίψυχοι οἱ ἀποθανεῖν ἐθελήσαντες, λήψεσθαι, ἀποδοῦναι τὴν ὑπόσχεσιν ἠναγκάσθησαν· ἵνα μὴ ἐπιορκήσωσι. καὶ τούτοις μὲν αὕτη αἰτία τοῦ θανάτου ἐγένετο. ὁ δὲ δὴ πενθερὸς αὐτοῦ Μάρκος Σιλανὸς, οὔθ' ὑποσχόμενός τι, οὔτε κατομόσας, ἐπεὶ βαρὺς αὐτῷ ὑπό τε τῆς ἀρετῆς καὶ ὑπὸ τῆς συγγενείας ἦν, καὶ διὰ τοῦτο περιυβρίζετο, ἑαυτὸν κατεχρήσατο. ὁ μὲν γὰρ Τιβέριος οὕτως αὐτὸν ἐτίμησεν, ὥστε μήτε ἔκκλητόν ποτε ἀπ' αὐτοῦ δικάσασθαι ἐθελῆσαι, ἀλλ' ἐκείνῳ πάντα αὖθις τὰ τοιαῦτα ἐγχειρίσαι. ὁ δὲ δὴ Γάιος τά τε ἄλλα προεπηλάκιζε, καὶ χρυσοῦν αὐτὸν πρόβατον ὠνόμαζεν. τήν τε θυγατέρα αὐτοῦ ἐκβαλὼν, ἔγημε Κορνηλίαν Ὀρεστίναν, ἣν ἥρπασεν ἐν αὐτοῖς τοῖς γάμοις οἷς τῷ ἐγγεγυημένῳ αὐτὴν Γαΐῳ Καλπουρνίῳ Πείσωνι συνεώρταζε. πρὶν δὲ δύο μῆνας ἐξήκειν, ἀμφοτέρους σφᾶς, ὡς καὶ συγγινομένους ἀλλήλοις, ἐξώρισε· καὶ τῷ γε Πείσωνι δέκα δούλους ἐπάγεσθαι ἐπιτρέψας· εἶτ' ἐπεὶ πλείονας ᾐτήσατο, ἐφῆκεν ὅσοις ἂν ἐθελήσῃ χρήσασθαι, εἰπὼν ὅτι καὶ στρατιῶται τοσοῦτοι συνέσονται. ἐν δὲ τῇ νουμηνίᾳ Μάχων τις δοῦλος ἐπί τε τὴν κλίνην τοῦ Διὸς τοῦ Καπιτωλίου ἐπανέβη, κἀντεῦθεν πολλὰ καὶ δεινὰ ἀπομαντευσάμενος, κυνίδιόν τι ὃ ἐσενηνόχει, ἀπέκτεινε, καὶ ἑαυτὸν ἔσφαξε. Τοῦ δὲ αἵματος θέας ἀπλήστως ἔχων ὁ Γάιος, πλείστους ὅσους ὁπλομαχεῖν ἐποίει. καὶ γὰρ καὶ καθ' ἕνα καὶ ἀθρόους, ὥσπερ ἐν παρατάξει τινὶ, συνέβαλε σφᾶς, ὥστε καὶ τῶν ἱππέων ποτὲ ἓξ καὶ εἴκοσιν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ σφαγῆναι. ὑπὸ δὲ δὴ τῆς αὐτοῦ ὠμότητος ἐπιλιπόντων ποτὲ τῶν τοῖς θηρίοις ἐκ καταδίκης διδομένων, ἐκέλευσεν ἐκ τοῦ ὄχλου τοῦ τοῖς ἰκρίοις προσεστηκότος συναρπασθῆναί τινας καὶ παραβληθῆναι σφίσι· καὶ ὅπως γε μήτ' ἐπιβοήσασθαι μήτ' αἰτιάσασθαι δυνηθῶσι, τὰς γλώττας αὐτῶν προαπέτεμε. τῶν τε ἱππέων τινὰ τῶν ἐπιφανῶν μονομαχῆσαί τε, ὡς καὶ ὑβρίσαντα τὴν μητέρα αὐτοῦ τὴν Ἀγριππῖναν, ἠνάγκασε, καὶ νικήσαντα κατηγόροις παρέδωκε, καὶ ἀπέσφαξε. τόν τε πατέρα αὐτοῦ μηδὲν ἀδικήσαντα, ἐς γαλεάγραν, ὥσπερ καὶ ἄλλους συχνοὺς, καθεῖρξε, κἀνταῦθα διέφθειρεν.

Ἐποίησε δὲ τοὺς ἀγῶνας τούτους τὰ μὲν πρῶτα ἐν τοῖς σέπτοις, πᾶν τὸ χωρίον ἐκεῖνο ἐξορύξας καὶ ὕδατος πληρώσας, ἵνα μίαν ναῦν ἐσαγάγῃ· ἔπειτα δὲ καὶ ἑτέρωθι, πλεῖστά τε καὶ μέγιστα οἰκοδομήματα καθελὼν, καὶ ἴκρια πηξάμενος.

vir equestris ordinis, dixisset se velle ob eandem causam in singulare certamen descendere: ambos, pro pecunia quam se sperauerant accepturos, quod vitam pro Caio profundere voluissent, coegit, pmissa facere, ne peierarent. Cumq; hæc fuisset eorum necis causa, Marcus Silanus socer eius, qui neq; promiserat quidquam, neq; iurauerat, postquam sensit se propter virtutem suam, & nobilitatē generis, grauem esse Caio, ob eamque rem ab eo iniuriam accipere, mortē sibi consciuit: quem tamen Tiberius in tanto honore habuerat, vt nollet ab eo ꝓuocari posse: quod si esset prouocatū, rursum ei cognitionem earundem rerum dabat. Caius autem eū vexabat omnibus contumeliis, vocabatq; pecudem aureā: filiaq; eius eiecta, Corneliam Orestinam vxorem duxit, ereptam in nuptiis (quibus intererat ipse) Caio Calpurnio Pisoni, cui ea desponsa erat: ac vtrumque, nondū præteritis duobus mensibus, in exsilium, quod nimirum coiuissent, misit: cūq; concessisset Pisoni decem seruos secū abducere, atque is plures peteret, permisit vt quot vellet seruis vteretur; sed dicens, totidem cum eo milites futuros. Porro ipsis calendis Ianuariis, Macho seruus in lectū Iouis Capitolini conscēdit: deq; eo loco multa, & ea quidem grauia, vaticinatus, catellum quem secum attulerat, occidit: mox se ipse interfecit. Cum autem Caius sanguine expleri nō posset, curabat vt quamplurimi inter se dimicarent: eosque nonnumquam binos, interdum etiam confertos, tamquam in acie, congredi iubebat: ita vt sex & viginti equites vno die cæsi sint. Tāta enim fuit eius crudelitas, vt cum defecissent damnati ad bestias, nōnullos ex ea turba quæ in tabulis cōsederat, corripi iusserit, & bestiis obiici: iisq;, quo minus loqui possent, aut quenquam accusare, linguas præcidi mandauit. Coegit etiam illustrē equitem descendere in certamen gladiatoriū; quasi Agrippinæ matri suæ iniuriam fecisset: eumque postea, cum victor fuisset, accusari & interfici iussit: patremq; eius, qui nihil cōmiserat, coniectum in caueam, sicut alios permultos, interfecit. Primum instituit huiusmodi certamina in septis, eo loco perfosso atque aqua impleto, ita vt in eum nauis introduci posset. Idem fecit in aliis locis, destructis maximis ædificiis, ac tabulatis defixis.

Quibus rebus omnibus, tum etiã propter nimios sumptus, & propter cædes factas, in magnum odium venit: tum vero q Macronem Enniamque, immemor pristinæ illius beneuolentiæ, & amoris huius, acceptiq; ab illo beneficii, coegit mortem voluntariam oppetere cum maximo dedecore ac turpitudine; cuius ipse maximã partem sustinebat. eum enim præter cetera accusauit lenocinii. Occiditque quãplurimos accusatos de variis criminibus: vere autẽ id fecit, vt eorum facultates consequeretur. nãm ei pecunia opus erat, q thesauros suos exhausisset, quodq; nihil ei satis esset. Paucis post diebus, vxorẽ duxit Lolliam Paulinam: cuius virum Memmium Regulum coegit eam sibi despondere, ne eam quæ desponsa non esset, contra ius fasq; duceret: eãdemque paulo post repudiauit. Cũ autem magnam copiam luti cõspexisset in quodam angiportu, id omne in vestem Flauii Vespasiani, cui purgandorum angiportuum cura mãdata erat, coniici iussit. Quod factum etsi tum animaduersum non est, tamen, postq̃ Vespasianus res omnes conturbatas cõfusasq; accepit atq; restituit, visum est diuinitus accidisse, vt tũ ei Caius curam purgandæ vrbis commiserit. Conclamante vero aliquãdo populo, *Adolescens Auguste*, ratus sibi iniuriam illatam esse, quãplurimos occidi iussit, eosq; partim abstrahi a spectaculis, partim abeuntes e theatro corripi. id enim sæpe facere solebat. Quinetiam aliquando vniuerso populo minatus est his verbis: *Vtinam*, inquit, *omnes vnam ceruicem haberetis*. His temporibus in quodã spectaculo quingenti vrsi vno die interfecti sunt: ac postridie eius diei, totidem belluæ Libycæ. Cum autem (vt supra diximus) aurigarũ equorumq; studiosus esset, plerosq; aduersarios palã, nonnullos veneno sustulit. Adeo autem studebat homini viridi veste induto, cui ex colore eius vestis *Prasinus* nomen fuit, vt nostris etiã temporibus locus vbi ille currus agitabat, *Caianus* appelletur. Vnum vero ex equis suis, quem *Incitatum* nominabat, inuitabat ad cœnã, ita vt ei hordeum ex auro apponeret, funderetq; vinum in poculis aureis, ac per salutem eius & fortunam iuraret, seq; eum Consulem facturũ polliceretur: id quod fecisset omnino, si vixisset diutius. Cũ vero frequens conuenisset Senatus, orationẽ habuit in qua laudes Tiberii complexus, Senatores pluribus

Τούτων τε οὖν ἕνεκα καὶ διὰ τὰς δαπάνας καὶ τοὺς φόνους συχνὸς ἦν, καὶ ὅτι τὸν Μάκρωνα μετὰ τῆς Ἐννίας, μήτε τοῦ ταύτης ἔρωτος, μήτε τῆς ἐκείνου εὐεργεσίας μνησθεὶς, ἔς τε ἑκούσιον δὴ θανάτου ἀνάγκην, καὶ ἐς αἰσχύνην ἧς αὐτὸς τὸ πλεῖστον μετεῖχε, κατέστησε. προαγωγείας γὰρ ἔγκλημα αὐτῷ πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐπήγαγεν. ἐφόνευε δὲ ὅτι πλείστους, ἄλλα μὲν αἰτιώμενος, τὸ δ' ἀληθὲς, διὰ τὰς οὐσίας, ἅτε χρημάτων δεόμενος. οἵ τε γὰρ θησαυροὶ ἐξανήλωντο, καὶ οὐδὲν αὐτῷ ἐξήρκει. Διαλιπὼν δὲ ὀλίγας ἡμέρας, ἔγημε Λολλίαν Παυλῖναν, αὐτὸν τὸν ἄνδρα αὐτῆς Μέμμιον Ῥηγοῦλον ἐγγυῆσαί οἱ τὴν γυναῖκα ἀναγκάσας, μὴ καὶ ἀνέγγυον αὐτὴν παρὰ τοὺς νόμους λάβῃ· καὶ δι' ὀλίγου γε καὶ ἐκείνην ἐξήλασε. Πηλὸν δέ ποτε πολὺν ἐν στενωπῷ τινι ἰδὼν, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἐς τὸ τοῦ Οὐεσπασιανοῦ τοῦ Φλαβίου ἱμάτιον, ἀγορανομοῦντος τότε, καὶ τῆς τῶν στενωπῶν καθαρειότητος ἐπιμελουμένου, ἐμβληθῆναι. καὶ τοῦτο οὕτω πραχθὲν, παραχρῆμα μὲν ἐν οὐδενὶ λόγῳ ὤφθη, ὕστερον δὲ, τοῦ Οὐεσπασιανοῦ τὰ πράγματα τεταραγμένα καὶ πεφυρμένα παραλαβόντος τε καὶ καταστησαμένου, ἔδοξεν οὐκ ἀθεεὶ γεγονέναι, ἀλλ' ἄντικρυς αὐτῷ τὴν πόλιν ὁ Γάιος πρὸς ἐπανόρθωσιν ἐγκεχειρικέναι. Ποτὲ δὲ τοῦ δήμου βοήσαντος, Νεανίσκε Αὔγουστε, ὑβρίσθαι νομίσας, πλείστους ὅσους ἀπέκτεινε, τοὺς μὲν μεταξὺ θεωμένους κατασπάσας, συχνοὺς δὲ καὶ ἀπαλλαττομένους ἐκ τοῦ θεάτρου συλλαβών. καὶ τοῦτο μὲν πολλάκις ἐποίει. ποτὲ δὲ παντὶ τῷ δήμῳ ἀπειλῶν, ἔφη, Εἴθε ἕνα αὐχένα εἴχετε. Ἐν δὲ θέᾳ τινὶ ἐπ' αὐτοῦ ἄρκτοι πεντακόσιοι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἐσφάγησαν, καὶ τῇ μετ' ταύτην ἴσα Λιβυκὰ θηρεῖα. Σπουδάζων δὲ, ὡς ἔφην, περὶ τοὺς ἡνιόχους καὶ τοὺς ἵππους, πολλοὺς ἀντιστασιωτῶν, τοὺς μὲν φανερῶς, τοὺς δὲ φαρμάκῳ διέφθειρεν. ἰσχυρῶς γὰρ τῷ τὴν βατραχίδα ἐνδύοντι καὶ διὰ τοῦτ' ἀπὸ τοῦ χρώματος πρασίνῳ καλουμένῳ προσέκειτο, ὥστε καὶ νῦν ἔτι Γαιανὸν ἀπ' αὐτοῦ τὸ χωρίον ἐν ᾧ τὰ ἅρματα ἤσκει, καλεῖσθαι. καὶ ἕνα γε τῶν ἵππων, ὃν Ἰγκιτᾶτον ὠνόμαζε, καὶ ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλει. χρυσᾶς τε αὐτῷ κριθὰς παρέβαλλε, καὶ οἶνον ἐν χρυσοῖς ἐκπώμασι προύπινε· τήν τε σωτηρίαν αὐτοῦ καὶ τὴν τύχην ὤμνυε, καὶ προσυπισχνεῖτο καὶ ὕπατον αὐτὸν ἀποδείξειν· καὶ πάντως ἂν καὶ τοῦτ' ἐπεποιήκει εἰ πλείω χρόνον ἐζήκει. Ἔν τινι δὲ ἐκκλησίᾳ λόγον εἰσήνεγκε, Τιβερίου μὲν ἔπαινον ἔχοντα, τὴν βουλὴν δὲ πᾶσαν κατηγορίαν

μακράν.

μακράν. εἶπε γάρ που πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ταῦτα, Ἀλλ' ὑμεῖς καὶ ἐκεῖνον ἐμπλήκτως μετεχειρίσασθε, καὶ τὸν Σιανὸν φυσήσαντες καὶ διαφθείραντες, ἀπεκτείνατε. ὥστε δὴ καὶ ἐμὲ μηδὲν χρηστὸν παρ' ὑμῶν προσδέχεσθαι. Τοιαῦτά ἄττα εἰπὼν, αὐτὸν τὸν Τιβέριον τῷ λόγῳ *παρήγαγε, λέγοντά οἱ ὅτι Καὶ καλῶς καὶ ἀληθῶς ταῦτα πάντα εἴρηκας· καὶ διὰ τοῦτο μήτε φιλήσῃς τινὰ αὐτῶν, μήτε φείσῃ τινός. πάντες γὰρ μισοῦσί σε, καὶ πάντες ἀποθανεῖν εὔχονται. οὐδεὶς γὰρ ἀνθρώπων ἑκὼν ἄρχεται, ἀλλ' ἐφ' ὅσον μὲν φοβεῖται, θεραπεύει τὸν ἰσχυρότερον· ὅταν δὲ θαρσήσῃ, τιμωρεῖται τὸν ἀσθενέστερον. Ταῦτ' εἰπὼν, ἐκ τοῦ βουλευτηρίου ἐξεπήδησεν, ἔς τε τὸ προάστειον αὐθημερὸν ἐξώρμησεν. ἡ δὲ γερουσία τότε μὲν ὑπ' ἐκπλήξεως καὶ ὑπὸ δέους οὐδὲ φθέγξασθαι ἠδυνήθησαν· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ αὖθις ἀθροισθέντες, ἐπαίνους τε αὐτοῦ πολλοὺς ἐποιήσαντο, χάριν αὐτῷ μεγάλην ἔχοντες ὅτι μὴ προσαπώλοντο, καὶ τῇ φιλανθρωπίᾳ αὐτοῦ βουθυτεῖν κατ' ἔτος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ ταῦτα ἀνεγνώκει, ἐψηφίσαντο. καὶ μετὰ τοῦτο κατὰ πᾶσαν (ὡς εἰπεῖν) ἀφορμὴν πάντως τι αὐτῷ προσετίθεσαν. Γάϊος δὲ τούτων μὲν οὐδὲν προσετίμησε, τὰ δὲ τῆς θαλάττης τρόπον τινὰ διιππεῦσαι ἐπεθύμησε, γεφυρώσας τὸ μεταξὺ τῶν τε Πουτεόλων καὶ τῶν Βαύλων. τὸ γὰρ χωρίον τοῦτο κατ' ἀντιπέραν τῆς πόλεώς ἐστι, διέχον αὐτῆς σταδίους ἓξ καὶ εἴκοσι. πλοῖα δὲ ἐς τὴν γέφυραν τὰ μὲν ἠθροίσθη, τὰ δὲ κατεσκευάσθη. οὐ γὰρ ἐξήρκεσε τὰ συλλεχθέντα· ἐζεύχθη δὲ οὐχ ἁπλῶς δίοδός τις, ἀλλὰ καὶ ἀναπαῦλαι ἐν αὐτῇ καὶ καταλύσεις, ὥστε καὶ ὕδωρ αὐταῖς πότιμον ἐπίρρυτον ἔχειν, ἐποιήθησαν. ἐπεὶ δὲ ἕτοιμα ἦν, τόν τε θώρακα τοῦ Ἀλεξάνδρου, (ὡς ἔλεγε) καὶ ἐπ' αὐτῷ χλαμύδα σηρικὴν ἁλουργῆ, πολὺ μὲν χρυσίον, πολλοὺς δὲ καὶ λίθους Ἰνδικοὺς ἔχουσαν, ἐπενέδυ· ξίφος τε παρεζώσατο, καὶ ἀσπίδα ἔλαβε, καὶ δρυῒ ἐστεφανώσατο. κἀκ τούτου τῷ τε Ποσειδῶνι Φθόνῳ τε θύσας, μὴ καὶ βασκανία τις αὐτῷ (ὡς ἔφασκε) γένηται, ἔς τε τὸ ζεῦγμα ἀπὸ τῶν Βαύλων ἐσέβαλε, παμπληθεῖς καὶ ἱππέας καὶ πεζοὺς ὡπλισμένους ἐπαγόμενος· καὶ σπουδῇ, καθάπερ ἐπὶ πολεμίους τινὰς, ἐς τὴν πόλιν *ἐσέπεσε. κἀνταῦθα τῆς ὑστεραίας ἀναπαυσάμενος ὥσπερ ἐκ μάχης, ἀνεκομίσθη διὰ τῆς αὐτῆς γεφύρας ἐφ' ἅρματος, χιτῶνα χρυσόπαστον ἐνδύς. ἦγον δὲ αὐτὸν ἀθλητικοὶ ἵπποι ἀξιονικότατοι. καὶ ἄλλα τε αὐτῷ πολλὰ, ὡς καὶ λάφυρα, συνηκολούθει,

verbis accusauit: *Vos enim*, inquit, *illum aspere tractastis; Seiano animos inflastis, post eum occidistis. itaque intelligo me nihil boni exspectare a vobis oportere.* Cumque hæc dixisset, ipsum Tiberium ita sibi loquentem fecit: *Tu vero*, inquit, *Cai, omnia vere recteque dixisti: quamobrem diligas eorum neminem, nemini in posterum parcas: omnes te oderunt, te mortuum omnes cupiunt. Nemo enim libenter subiici potest; sed vnusquisque, quamdiu timet, potentiorem colit & obseruat; post, vbi cœpit rebus suis confidere, vlciscitur imbecilliorem.* Cum perorasset, excessit e Senatu; atque eodem die in suburbia profectus est. Senatus hac oratione obstupefactus, ac timore perterritus, ne verbum quidem facere potuit. Postero die rursum cogitur: ibi omnes Caium efferunt summis laudibus, magnas gratias agunt, quod non perierint antea: decernuntque vt quotannis, quo die hæc lecta fuerint, boues immolentur eius humanitati: eumque omnibus fere rationibus fouere in reliquum tempus cœperũt. Sed Caius ea parui pendere, & in mari equitare quodam modo cupere, ponte inter Puteolos & Baulos facto: qui locus oppositus ciuitati, distat ab ea amplius †tria milia passuum. Ad hunc pontem faciẽdum naues coactæ & ædificatæ fuerũt: nec enim sufficiebant collectæ, propterea quod pons ita factus non est, vt liceret tantummodo per eum transire: sed fuere etiam in eo diuersoria quædam ita ædificata, vt in ea aqua bibendi causa deduceretur. Quibus rebus instructis paratisque, Caius thoracem induit Alexandri: (sic enim appellabat) deinde sericam chlamydem purpuream, multo auro, multisq; lapillis Indicis ornatam: tum accinxit gladium, scutũq; accepit, & ex quercu coronatus est: post, factis sacrificiis Neptuno atque Inuidiæ, ne sibi (vt ipse dicebat) inuideretur, Baulis põtem ingreditur, introducta magna equitum ac peditum armatorũ multitudine: atque inde statim, tamquam in hostes, in ciuitatem irruptionem fecit. In qua cum postero die, velut ex prœlio, requieuisset, curru per eundem pontem vectus est, indutus veste auro intexta. Vehebant eum *ferocissimi equi & victores: eumque multa pro spoliis consequebantur.

† stadia XXVI.

In his fuit Darius Arsacides; qui tum erat in obsidib. Parthorum. Sed cum oporteret aliquid eum apud tam magnum exercitũ, ac tam magna parta victoria concionari, tribunal cõscendit supra naues ac in medio ponte factum. Hic cœpit se ipse efferre laudibus, quasi præclari operis auctor fuisset: dein milites extollere, quasi magnis laborib. susceptis, ac periculis aditis; dicereque præter cetera, eos maria ambulauisse. Hac oratione habita, ipse in ponte, tamq̃ in insula, ceteri in reliquis nauibus consistunt, reliquãq; diei partem in conuiuiis consumunt. Ex eo loco atq; ex montibus multus splendor vndiq; relucebat. Nam cum locus natura curuus sit instar falcis, lumina ex omnibus partibus, nõ secus quam in theatro videbantur. Postq̃ fuit cibo vinoq; confectus, plerosque socios de ponte deiecit in mare: multosque, cũ veheretur nauibus rostratis, iaciebat in profundum; ita vt aliquot ex iis interierint. nam magna pars, etsi ebrii erant, euaserunt; quod mare tranquillum & pacatum esset. Qua ex re efferebat se mirifice, seq; a Neptuno dicebat timeri: Dariumq; & Xerxem multis modis irridebat, q̃ pontem multo maiorem, q̃ ipsi vmquam fecerant, in mari faciendũ curauisset. Difficile est enumerare nobiles viros qui ab eo interfecti sunt. dicendum tamen de quibusdam videtur; vt ex iis quanta fuerit Caii insania, constare manifeste possit. Iunius quidẽ Priscus Prætor, de quibusdam aliis rebus accusatus, propterea occisus est q̃ locuples erat: quem vt Caius intellexit nihil dignũ supplicio *commisisse, orationem habuit admirabilem; in qua se a Prisco deceptum esse dixit, eumq; frustra mortuũ esse, cum potuisset viuere. Domitius vero Afer, vt in graue ac mirum periculũ venit, ita salutem multo adeptus est admirabilius. Hic, cũ Agrippina Caii mater olim forte viuo Tiberio facta sibi esset obuiam, decesserat de via; pudore adductus, propterea quod quandam propinquam eius accusauerat: quo cognito Agrippina, eoque ad se vocato, *Bono animo es*, inquit, *Domiti: non enim tu mihi huius causa es, sed Agamemnon.* Hac re Domitius confidens, statuam Caio posuit, subscripto epigrammate, *ex quo intelligebatur, Caium agentem annum †septimum & vigesimum, alterum Consulatum gessisse. Huic Caius succẽsere ob eam causam cœpit; quasi sibi adolescentiã exprobraret, ac ipse contra leges fecisse videretur. Itaq; eũ qui

†sextum, Bl.

καὶ Δαρεῖος αὐτῷ Ἀρσακίδης, ἐν τοῖς ὁμηρεύουσι τότε τῶν Πάρθων ὤν· καὶ (ἔδει γὰρ αὐτὸν, οἷα ἔν τε στρατείᾳ τοιαύτῃ καὶ ἐπὶ νίκῃ τηλικαύτῃ, καὶ δημηγορῆσαί τι) ἀνέβη[τε] ἐπὶ βῆμα, ἐπὶ πλοίων καὶ αὐτὸ κατὰ μέσην πως τὴν γέφυραν πεποιημένον· καὶ πρῶτα μὲν ἑαυτὸν, ὡς καὶ μεγάλων τινῶν ἔργων ἐπιχειρητὴν, ἀπεσέμνυνεν, ἔπειτα δὲ τοὺς στρατιώτας, ὡς καὶ πεπονηκότας καὶ κεκινδυνευκότας, ἐπῄνεσεν, ἄλλα τε καὶ αὐτὸ τοῦτο εἰπὼν, ὅτι πεζῇ διὰ τῆς θαλάσσης διέδραμον. κἀκ τούτου αὐτός τε ἐπὶ τῆς γεφύρας, ὥσπερ ἐν νησῷ τινι, καὶ ἐκεῖνοι ἐν ἑτέροις πλοίοις περιορμοῦντες, τό τε λοιπὸν τῆς ἡμέρας καὶ τὴν νύκτα πᾶσαν εἱστιάθησαν, πολλοῦ μὲν αὐτόθεν φωτὸς, πολλοῦ δὲ ἐκ τῶν ὀρῶν ἐπιλάμψαντος σφίσι. τοῦ γὰρ χωρίου μηνοειδοῦς ὄντος, πῦρ πανταχόθεν καθάπερ ἐν θεάτρῳ τινὶ ἐδείχθη. ὑπερκορὴς δὲ σίτου καὶ μέθης γενόμενος, συχνοὺς μὲν τῶν ἑταίρων ἐς τὴν θάλασσαν ἀπὸ τῆς γεφύρας ἔρριψε, συχνοὺς δὲ καὶ τῶν ἄλλων, ἐν πλοίοις ἐμβόλους ἔχουσι περιπλέων, κατέδυσεν, ὥστε καὶ ἀπολέσθαι τινάς. οἱ γὰρ πλείους, καίπερ μεθύοντες, ἐσώθησαν. αἴτιον δὲ, ὅτι καὶ λειοτάτη καὶ γαληνοτάτη ἡ θάλασσα ἐγένετο. καί τι καὶ ἀπὸ τούτων ὠγκώθη, λέγων ὅτι καὶ ὁ Ποσειδῶν αὐτὸν ἐφοβήθη. ἐπεὶ ἔς γε τὸν Δαρεῖον καὶ τὸν Ξέρξην οὐδὲν ὅ τι οὐκ ἀπέσκωπτεν, ὡς καὶ πολλαπλάσιον αὐτῶν μέζον τῆς θαλάσσης ζεύξας. Ὧν δὲ ἀπέκτεινεν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν, πολὺ μὲν ἔργον ἀριθμῆσαι καὶ τὰ ὀνόματα· ῥητέον δὲ ὀλίγους τινὰς, ἐξ ὧν καὶ μάλιστα διαδηλωθήσεται ἡ τοῦ Γαΐου μανία. Ἰούνιος Πρίσκος στρατηγὸς ᾐτιάθη μὲν ἐπ' ἄλλοις τισὶν, ἀπέθανε δὲ ὡς πλούσιος. καὶ ἐπ' αὐτῷ ὁ Γάϊος, μαθὼν ὅτι οὐδὲν ἄξιον τοῦ θανάτου ἐκέκτητο, θαυμαστὸν λόγον ἐφθέγξατο, εἰπὼν, Ἠπάτησέ με, καὶ μάτην ἀπώλετο· ζῆν γὰρ ἠδύνατο. Δομίτιος δὲ ὁ Ἄφερ καὶ κινδύνῳ παραδόξῳ καὶ σωτηρίᾳ θαυμασιωτέρᾳ ἐχρήσατο. ἡ μὲν γὰρ Ἀγριππῖνα ἡ τοῦ Γαΐου μήτηρ, συναντήσασά ποτε αὐτῷ ἐπὶ τοῦ Τιβερίου, καὶ μαθοῦσα ὅτι ἐξέστη τῆς ὁδοῦ δι' αἰσχύνην, ὅτι γυναικός τινος αὐτῇ προσηκούσης κατηγορήκει, προσεκαλέσατό τε αὐτὸν καὶ ἔφη, Θάῤῥει Δομίτιε· οὐ γάρ σύ μοι αἴτιος εἶ, ἀλλ' Ἀγαμέμνων. τότε δὲ, ἐπειδὴ εἰκόνα τινὰ τοῦ Γαΐου στήσας, ἐπίγραμμα αὐτῇ ἐπέγραψε, δηλῶν ὅτι ἕβδομον καὶ εἰκοστὸν ἔτος ἄγων, δεύτερον ὑπατεύοι, ἠγανάκτησεν, ὡς καὶ προφέροντος αὐτῷ τὸ μειρακιῶδες καὶ τὸ παράνομον· καὶ εὐθὺς ἐπὶ τούτῳ

ἐφ' ᾧ καὶ τιμηθήσεσθαι προσεδόκησεν, ἔς τε τὸ συνέδριον αὐτὸν ἐσήγαγε, καὶ λόγον κατ' αὐτοῦ μακρὸν ἀνέγνω. ὅμως τε γὰρ προέχειν ἁπάντων τῶν ῥητόρων ἠξίου, καὶ ἐκεῖνον δεινότατον εἰπεῖν εἰδὼς ὄντα, ὑπερβαλεῖν ἐσπούδασε. πάντως δ' ἂν αὐτὸν ἀπέκτεινεν, εἰ καὶ ἐφ' ὁποσονοῦν ἀντεπεφιλοτίμητο· νῦν δὲ ἀντεῖπε μὲν οὐδέν, θαυμάζειν δὲ δὴ καὶ καταπεπλῆχθαι τὴν δεινότητα τοῦ Γαΐου προσποιησάμενος, τήν τε κατηγορίαν, καθ' ἓν ἕκαστον ἐπιλέγων, ὥσπερ τις ἀκροατὴς ἀλλ' οὐχ ὑπόδικος ὤν, ἐπῄνει. καὶ ἐπειδὴ ὁ λόγος αὐτῷ ἐδόθη, πρὸς ἀντιβολίαν καὶ ὀλοφυρμὸν ἐτράπετο· καὶ τέλος ἔς τε τὴν γῆν κατέπεσε, καὶ χαμαὶ κείμενος ἱκέτευσεν, ὡς καὶ τὸν ῥήτορα αὐτοῦ μᾶλλον ἢ τὸν Καίσαρα φοβούμενος. ἐφ' οἷς ἐκεῖνος διεχύθη, πιστεύσας ὄντως τῇ τῶν λόγων παρασκευῇ κεκρατηκέναι αὐτοῦ. καὶ διά τε τοῦτο, καὶ διὰ Κάλλιστον τὸν ἀπελεύθερον, ὃν αὐτός τε ἐτίμα, καὶ ὁ Δομίτιος ἐτεθεραπεύκει, ἐπαύσατο ὀργιζόμενος. καὶ τῷ γε Καλλίστῳ αἰτιασαμένῳ αὐτὸν ὕστερον ὅτι καὶ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ κατηγόρησεν, ἀπεκρίνατο ὅτι, Οὐκ ἔδει με τοιοῦτον λόγον ἀποκεκρύφθαι. Δομίτιος μὲν δὴ καταγνωσθεὶς μηκέτι δεινὸς εἶναι λέγειν, ἐσώθη. ὁ δὲ [δὴ] Σενέκας ὁ Ἄννιος Λούκιος, ὁ πάντας μὲν τοὺς καθ' ἑαυτὸν Ῥωμαίους, πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους σοφίᾳ ὑπεράρας, διεφθάρη παρ' ὀλίγον, μήτ' ἀδικήσας τι, μήτε δόξας, ὅτι δίκην τινὰ ἐν τῷ συνεδρίῳ παρόντος αὐτοῦ καλῶς εἶπε. τοῦτον μὲν οὖν ἀποθανεῖν κελεύσας ἀφῆκε, γυναικί τινι ὧν ἐχρῆτο πιστεύσας ὅτι φθόῃ τε ἔχοιτο κακῶς, καὶ οὐκ ἐς μακρὰν τελευτήσοι. τὸν δὲ Δομίτιον ὕπατον εὐθὺς ἀπέδειξε, τοὺς τότε ἄρχοντας καταλύσας, ὅτι ἐπὶ ταῖς τοῦ Αὐγούστου νίκαις, ἃς τὸν Ἀντώνιον νενικήκει, ἑορτήν, ὥσπερ εἴθιστο, ἤγαγον. ἵνα γὰρ συκοφαντήσῃ αὐτούς, τοῦ Ἀντωνίου μᾶλλον ἢ τοῦ Αὐγούστου ἀπόγονος δοκεῖν εἶναι ἠθέλησε, καὶ προεῖπέ γε οἷς καὶ τὰ ἄλλα ἀνεκοίνου, ὅτι πάντως ὁπότερον ἂν τι ποιήσωσιν, ἁμαρτήσουσιν, ἄν τε ἐπὶ τῇ τοῦ Ἀντωνίου συμφορᾷ βουθυτήσωσιν, ἄν τε ἐπὶ τῇ τοῦ Αὐγούστου νίκῃ ἄθυτα δρῶσι) Καρείναν δὲ Σεκοῦνδον ῥήτορα ἐφυγάδευσεν, ὅτι λόγον τινὰ ἐν γυμνασίᾳ κατὰ τυράννων εἶπεν. Ἐπεὶ δὲ τὰ ἐν Ῥώμῃ καὶ Ἰταλίᾳ χρήματα ἀνηλώκει, ἐς τὴν Γαλατίαν ἀφώρμησεν, ὅπως καὶ τὰ ἐκείνων εὐθηνοῦντα τοῖς πλούτοις καὶ τὰ τῶν Ἰβήρων ἐκχρηματίσῃ· πολλοὺς μὲν οὖν ὀρχηστάς, πολλοὺς δὲ μονομάχους, ἵππους, γυναῖκας, τὴν ἄλλην τρυφὴν ἐπαγόμενος.

potius ob id factum magnos honores sperauerat, in Senatu reũ fecit: lectaq; lõga eius accusatione, (credebat enim Caius se eloquentia omnes oratores anteire; atq; hunc, quem sciebat esse eloquentissimum virum, dicẽdo superare conabatur) eundem interfici iussisset, si dicẽdo vel minimum contẽdere instituisset. Sed Domitius non solum nihil respondit, verum etiam se Caii eloquentiam obstupescere & admirari simulauit; cœpitq; actionis singula verba repetere, eaq; vehemẽter laudare, ita ac si auditor eius, non reus fuisset: deinde, postquam ipsi respondendi facultas data est, se ad preces & lamentum cõuertit: postremo etiam in terrã cecidit; atq; in ea iacens supplicabat; quasi Caium oratorem magis quam Cæsarem timeret. Quare gauisus Caius, ratusq; se apparatu orationis eo superiorẽ fuisse, tum etiam propter Callistum libertũ, quem ipse habebat in honore, & Domitius fouebat, iratus esse desiit: quem dum Callistus postea reprehẽderet, quod illum accusauisset, respondit se tã præclaram orationem in occulto habere non potuisse. Itaq; Domitii eloquẽtia cõdemnata, ipse liberatus est. Lucius autẽ Annius Seneca, qui omnes homines suæ ætatis aliosque permultos sapientia antecelluit, pene occisus fuisset, nullo cõmisso delicto, ac ne suspicione quidem facta; sed quod præsente Caio in senatu causam aliquam accurate elegãterq; dixisset: sed eum iussum interfici dimisit, persuasus a muliere cum qua cõsuetudinem habebat, eum tabe misere, nec ita multo post, esse moriturum. Domitium vero statim Consulẽ designauit, *mouitq; magistratus, quod dies festos egissent (vt erat cõsuetudo) propter victoriam quam Augustus contra Antonium obtinuerat. Nam vt eos calumniaretur, maluit Antonio quã Augusto prognatus videri: dixeratq; antea iis cum quibus cõmunicabat cetera, illos, vtrumlibet facerent, omnino esse peccaturos, siue sacrificarent propter cladem Antonii, siue propter victoriam Augusti sacra non facerent. Carinam vero Secundum oratorem exsilio mulctauit; quod exercendi sui causa, contra Tyrannos declamauerat.

Ceterum consumpta vrbis ac totius Italiæ pecunia, Caius in Galliam proficiscitur, ad eam gentem fortunis, quæ tum erant maximæ atque florentissimæ, vna cum Hispanis spoliandam: eoque duxit saltatores, gladiatores, equos, milites, atq; oblectamenta eiusdem generis,

Ibi publicum crimen fuit diuitem esse: atq; horum possessiones cum venderet ipse, inde multo maiorem pecuniam redegit; quod omnes cogebātur pluris quam res essent, emere. Qua de causa iussit thesauros imperii pulcherrimos atq; pretiosissimos afferri, eosque sub præcone subiecit: cumque eos vēderet, dicebat de singulis; *Hoc meus pater, hoc mater, hoc auus, hoc proauus possedit: hoc Antonius ex Ægypto attulit; hæc sunt Augusti spolia.* Neq; vero acquirebat quidquam, aut asseruabat; *sed insumebat omnia vt consueuerat. Magnum exercitum comparauit; in quo erant militum ducenta quinquaginta milia; eorumque magnam partem consumpsit. nam eos sigillatim, nōnumquam etiam confertos occidebat. Cumque aliquando conspexisset magnam hominum multitudinem, siue eorū qui erant in vinculis, siue aliorum quorundam, eos omnes a caluo ad caluum (vt dici solet) occidi iussit. Cū autem luderet alea, sibiq; pecuniam deesse intelligeret, *ob eamque causam Gallos censeri, ac eorum locupletissimos interfici iussisset, ad collusores suos reuersus ait; *Vos quidem de paruo drachmarum numero contenditis: at ego collegi † sexies millies sestertium.* Vtque illi occisi sunt contra ius fasque, ita Iulius Sacerdos locuples, non tamen vsque adeo diues vt propterea deberent ei insidiæ parari, tamen propter *similitudinem nominis interfectus est. adeo Caius faciebat omnia nullo adhibito iudicio. Claudium quoq; sustulisset; nisi contempsisset hominem natura & iudicio segnem. Profectus ad Oceanū, quasi ducturus exercitum in Britāniam, *in litore instructis militibus, triremē conscendit: cumque inde soluisset, paulo post retro cessit, seditque pro tribunali; deditque signum militibus a tubicinibus tamquam ad cōfligendum excitatis: tum imperauit iis vt conchylia colligerent. Quibus spoliis acceptis (scilicet hoc bellum exuuias huiuscemodi ad triumphū postulabat) magnifice gloriabatur, quasi Oceano subacto: deinde multa largitus militibus, conchylia Romā attulit; vt hæc spolia etiā populo Rom. ostēderet. Senatus, quēadmodū de his rebus taceret, (nouerat enim hominis insolentiam) aut quomodo eum laudaret, nescire. *nam qui*

† aureorum sexagies centena milia, Bl. quindecim milia myriadum, Gr.

καὶ ἦν δημόσιον ἔγκλημα πᾶσι τὸ πλουτεῖν· καὶ αὐτῶν τὰ κτήματα αὐτὸς πιπράσκων, πολλῷ καὶ ἐκ τούτου πλείω ἠργυρολόγει. πάντες γὰρ ἠναγκάζοντο καὶ πολύ γε ὑπὲρ τὴν ἀξίαν ὠνεῖσθαι. ἀφ' οὗ περ καὶ τὰ τῆς μοναρχίας κειμήλια τὰ κάλλιστα καὶ τιμιώτατα μεταπεμψάμενος, ἀπεκήρυξεν. ἐπέλεγε δὲ ἐφ' ἑκάστῳ, Τοῦτό μου ὁ πατὴρ ἐκτήσατο, τοῦτο ἡ μήτηρ, τοῦτο ὁ πάππος, τοῦτο ὁ πρόπαππος· Ἀντωνίου τοῦτο Αἰγύπτιον, Αὐγούστου δὲ νικητήριον. οὐ μέντοι καὶ περιεποιεῖτό τι, ἀλλ' ἔς τε τὰ ἄλλα ἐδαπάνα, ὥσπερ εἰώθει, καὶ ἐς τὰ στρατεύματα. πέντε γὰρ *εἴκοσι μυριάδας στρατιωτῶν ἤθροισεν· ὧν καὶ πολὺ μέρος ἀνάλωσε, τοὺς μὲν καθ' ἑκάστους κατακόπτων, τοὺς δὲ ἀθρόους ἅμα πάντας φονεύων. ἰδὼν γάρ ποτε ὄχλον εἴτε δεσμωτῶν, εἴτε καὶ ἄλλων τινῶν, προσέταξε τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον, ἀπὸ τοῦ φαλακροῦ μέχρι τοῦ φαλακροῦ πάντας αὐτοὺς σφαγῆναι. Κυβεύων δέ ποτε, καὶ μαθὼν ὅτι οὐκ εἴη αὐτῷ ἀργύριον, ᾔτησέ τε τὰς τῶν Γαλατῶν ἀπογραφάς, καὶ ἐξ αὐτῶν τοὺς πλουσιωτάτους θανατωθῆναι κελεύσας, ἐπανῆλθέ τε πρὸς τοὺς συγκυβευτάς, καὶ ἔφη ὅτι Ὑμεῖς περὶ ὀλίγων δραχμῶν ἀγωνίζεσθε, ἐγὼ δὲ εἰς μυρίας καὶ πεντακισχιλίας μυριάδας ἤθροισα. καὶ οὗτοι μὲν οὐδενὶ λόγῳ ἀπώλοντο· ἀμέλει εἷς τις αὐτῶν Ἰούλιος Σακερδὼς, ἄλλως μὲν εὖ χρημάτων ἥκων, οὐ μέντοι καὶ ὑπερπλουτῶν ὥστε καὶ ἐπιβουλευθῆναι δι' αὐτά, ὅμως ἐξ ἐπωνυμίας ἀπεσφάγη. οὕτως ἀκρίτως πάντα ἐγίγνετο. καὶ τὸν Κλαύδιον δὲ ἀπέκτεινεν ἄν, εἰ μὴ κατεφρόνησεν αὐτοῦ, τὰ μὲν τῇ φύσει, τὰ δὲ ἐκ προνοίας πολλὴν νωθείαν προσποιουμένου. Ἐς δὲ τὸν Ὠκεανὸν ἐλθών, ὡς καὶ ἐν τῇ Βρεττανίᾳ στρατεύσων, καὶ πάντας τοὺς στρατιώτας ἐν τῇ *ἠϊόνι παρατάξας, τριήρεις τε ἐπέβη, καὶ ὀλίγον ἀπὸ τῆς γῆς ἀπάρας, ἀνέπλευσε· καὶ μετὰ τοῦτο ἐπὶ βήματος ὑψηλοῦ ἱζήσας, καὶ σύνθημα τοῖς στρατιώταις ὡς ἐς μάχην δούς, τοῖς τε σαλπικταῖς ἐξοτρύνας αὐτούς, εἶτ' ἐξαίφνης ἐκέλευσε σφίσι τὰ κογχύλια συλλέξασθαι. λαβὼν δὲ τὰ σκῦλα ταῦτα, (καὶ γὰρ λαφύρων δηλονότι πρὸς τὴν τῶν ἐπινικίων πομπὴν ἐδεῖτο) μέγα τε ἐφρόνησεν, ὡς καὶ τὸν Ὠκεανὸν αὐτὸν δεδουλωμένος, καὶ τοῖς στρατιώταις πολλὰ ἐδωρήσατο. ** Καὶ ὁ μὲν ἐς τὴν Ῥώμην τὰ κογχύλια ἀνεκόμισεν, ἵνα καὶ ἐκείνοις τὰ λάφυρα δείξῃ· ἡ δὲ βουλὴ οὔθ' ὅπως ἐπὶ τούτοις ἡσυχάζοι εἶχεν, ὅτι μεγαλοφρονούμενον αὐτὸν ἐπυνθάνετο, οὔθ' ὅπως αὐτὸν ἐπαινέσειεν. ἂν γάρ τις

ἐπὶ *μη-

ἐπὶ *μηδεμιᾷ ἢ μικρᾷ τινι ἀνδραγαθίᾳ ἤτοι ἐπαίνους μεγάλους ἢ καὶ τιμὰς ἐξαισίους ποιῆται, διαμωκᾶσθαί τε καὶ διασιλλαίνειν αὐτὴν ὑποπτεύει). ὅμως εἰσελθὼν ἐς τὴν πόλιν, τὴν μὲν βουλὴν ὀλίγου ἐδέησεν ἀπολέσαι πᾶσαν, ὅτι μὴ τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον αὐτῷ ἐψηφίσατο· τὸν δὲ δῆμον ἀθροίσας, πολὺ μὲν ἀργύριον ἐκ μετεώρου τινός, πολὺ δὲ χρυσίον ἔρριψε· καὶ πολλοὶ ἀπώλοντο διαρπάζοντες. σιδήρεια γὰρ μικρὰ ἄττα αὐτοῖς (ὥς φασί τινες) ἀναμέμικτο.

*Βετιλλῖνον δὲ Κάσσιον ἀποσφαγῆναι κελεύσας, καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ Καπίτωνα παρεῖναι φονευομένῳ αὐτῷ κατηνάγκασε, μήτ' ἀδικοῦντά τι, μήτ' ἐγκεκλημένον. πυθομένου τε αὐτοῦ εἰ μύσαι γε οἱ ἐπιτρέπει, προσέταξε καὶ ἐκεῖνον σφαγῆναι. Ἦν δέ τις Πρωτογένης πρὸς πάντα αὐτῷ τὰ χαλεπώτατα ὑπηρετῶν ὥστε καὶ βιβλία ἀεὶ δύο *περιφέρειν, καὶ αὐτῶν τὸ μὲν ξίφος, τὸ δὲ ἐγχειρίδιον ὀνομάζειν. οὗτος ἐσῆλθέ ποτε ἐς τὸ συνέδριον, ὡς καὶ κατ' ἄλλο τι· καὶ πάντων (οἷα εἰκὸς) προσειπόντων τε αὐτὸν καὶ δεξιουμένων, δριμύ τι [τῷ] Σκριβωνίῳ Πρόκλῳ ἐνεῖδε, καὶ ἔφη, Καὶ σύ με ἀσπάζῃ, μισῶν οὕτω τὸν αὐτοκράτορα; ἀκούσαντες δὲ τοῦτο οἱ παρόντες, περιέσχον τε τὸν συμβουλευτὴν καὶ διέσπασαν. ἡσθέντος τε ἐπὶ τούτῳ τοῦ Γαΐου, καὶ φήσαντος αὐτοῖς κατηλλάχθαι, ἐψηφίσαντο ὅπως καὶ βήματι ὑψηλῷ, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ βουλευτηρίῳ, ὥστε μηδένα ἐξικνεῖσθαι, καὶ φρουρᾷ στρατιωτικῇ καὶ ἐκεῖ χρῷτο. Ἀνακαλούντων δὲ αὐτὸν τῶν μὲν, ἥρωα, τῶν δὲ, θεόν, δεινῶς ἐξεφρόνησεν. ἠξίου μὲν γὰρ καὶ πρότερον ὑπὲρ ἄνθρωπον νομίζεσθαι, καὶ τῇ τε Σελήνῃ συγγίνεσθαι, καὶ ὑπὸ τῆς Νίκης στεφανοῦσθαι. Ζεύς τε εἶναι ἐπλάττετο· καὶ κατὰ τοῦτο γυναιξὶν ἄλλαις τε πολλαῖς, καὶ ταῖς ἀδελφαῖς μάλιστα συνεῖναι προεφασίζετο. Ἥρα τε καὶ Ἄρτεμις καὶ Ἀφροδίτη πολλάκις ἐγίγνετο. πρὸς γὰρ δὴ τὴν τῶν ὀνομάτων μετάθεσιν καὶ τὸ ἄλλο σχῆμα πᾶν τὸ προσῆκον σφίσιν ἐλάμβανε· καὶ ποτὲ μὲν θηλυδριώδης ἑωρᾶτο, καὶ κρατῆρα καὶ θύρσον εἶχε· ποτὲ δὲ ἀρρενωπός, ῥόπαλον καὶ λεοντῆν ἐφόρει. λειογένειος αὖ, καὶ μετὰ τοῦτο πωγωνίας ἐφαντάζετο· τρίαιναν τέ ἐστιν ὅτε ἐκράτει, καὶ κεραυνὸν αὖθις ἀνέσειε· παρθένῳ τε πολεμικῇ ὡμοιοῦτο, καὶ μετ' οὐ πολὺ ἐγυναικίζετο. οὕτω που καὶ τῷ ῥυθμῷ τῆς στολῆς καὶ τοῖς προσθέτοις τοῖς τε περιθέτοις ἀκριβῶς ἐποικίλλετο· καὶ πάντα μᾶλλον δοκεῖν ἢ ἄνθρωπος εἶναι ἤθελε. καὶ ποτέ τις ἀνὴρ Γαλάτης,

factum perexiguum summis laudibus extollit, eiq; magnos honores tribuit, id ludificari quodãmodo & traducere videtur. Tamen Caius, vt est in vrbem ingressus, fere voluit vniuersum Senatum perdere, quod sibi honores prope diuinos non decreuisset. Congregato vero populo, magnã vim auri argentique profudit de superiore loco: quę pleriq; dum colligerent, mortui sunt: quod ferramenta quędam exigua (vt aiunt) cum iis commixta fuerint. Pręterea 'Cassium Becillinũ occidi iussit; coegitq; Capitonem patrem eius, virum bonum, nullius accusatum delicti, supplicio filii interesse: qui dum a Caio peteret vt sibi oculos claudere liceret, iussus est pariter occidi. Erat Caio Protogenes quidã minister in crudelissimis ac difficillimis rebus. hic ꝑpetuo duos libros ferebat; quorum alterũ *gladium*, *pugionem* alterum nominabat. qui dum aliquando alias ob causas introiisset in Senatum, eũq; Senatores omnes salutarẽt & amplecterẽtur, torue Scribonium Proclum aspiciens, *Tu ne etiam*, inquit, *me salutas, qui tam acerbe Imperatorem odisti?* Quod vbi Senatores qui aderant pręsentes, audiuerunt, Proclum circumsistuntieũq; discerpunt & dilacerant. Qua re lętatus Caius, se patribus reconciliatum esse dixit. Illi decreuerũt vt Caius sederet in Senatu in praecelso atq; edito tribunali; ne quis ad eum accederet; ibiq; custodia militari vteretur. *Heros* autem a multis, & *Deus* a quibusdam vocatus, maxime efferri cœpit: cupiebat enim antea se humana conditionè superiorem videri, cum Luna coiisse, & a Victoria coronatum esse. Iouem etiã se esse fingere, dicereque, ob eam causam se cum mulieribus compluribus, sed pręsertim cum sororibus, rẽ habere. Fiebat sæpenumero Iuno, Diana, Venus; ac præter mutationem nominũ, vestes quoque capiebat diis proprias & accommodatas. Interdum enim mollis & effœminatus, craterem thyrsumq; gerebat, bacchantium ritu: interdum seuero & virili vultu clauam ac pellem leonis ferebat: rursum imberbis, mox barbatus esse videbatur: tridentem aliquando tenebat, nonnũquam iaciebat fulmen: sæpe bellicosæ virgini similis factus, non multo post tempore mulierem repræsentabat. Ita commutatis vestibus, °aliisq; rebus acceptis demptisque, varias formas capiebat, dum cetera omnia potius quam homo cupiebat videri. Itaq; cum Gallus quidam,

vt vidit sedentem in solio eminentissimo, Iouis ornatu, atq; inde respondentem, irridere cœpit. Qua re animaduersa, Caius ad se vocauit hominem, rogauitq; quid sibi videretur. is respondit, (dicendum est enim quod dixit) hanc magnam dementiam videri. sed is, quod sutor erat, nullo damno affectus est. *adeo principes huiusmodi aequiore animo ferre solent plebeios homines liberè loquentes, quam praeditos aliqua dignitate.* Cumq; se Deum esse fingeret, caperetq; formas eius generis, tum vero ei supplicationes fiebāt, votaq; & sacrificia accōmodata adhibebantur: alioqui vestitu serico & triumphali plerumq; procedebat in publicum. Cōplectebatur & osculabatur paucos: manū suam pedemve plurimis, iisq; Senatoribus, ad osculādum præbebat: ita vt ii quos ipse osculatus esset, ei etiam in Senatu gratias agerent: licet saltatores quotidie in conspectu omniū oscularetur. Assentabātur ei etiam ii qui aliquid posse videbantur. Nam Lucius Vitellius, homo non ignobilis, nec stultus, sed clarus propter Syriā; (quam prouinciam obtinuerat, in eaq; cum cetera omnia gloriose administrauerat, tum vero Artabanum, quē nemo propter Armeniā vltus fuerat, quiq; iam tum inhiabat Syriæ, perterrefecerat, dum ei repente ad Euphratem occurrisset, collatisq; sermonib. coegisset statuis Augusti Caiiq; sacra facere, sancireque fœdera ad cōmodum & vtilitatē populi Romani, filiis suis obsidibus datis) vbi accersitus est a Caio ad supplicium, (nam q. Parthi regem suum exegerāt, culpa omnis in ipsum conferebatur) cognouitque odium in se concitatum esse propter inuidiam, ac sibi propter timorem insidias esse factas; simulare cœpit se lōge minorem esse opinione: dein accidere ad pedes Caii, profundere magnam vim lacrymarum, *ei diuinos honores tribuere, venerari, vouereque, si incolumis seruaretur, se ei sacra facturum. Itaq; nō modo euasit saluus; sed cum ita leniuit & placauit his rebus omnibus, vt non solum viueret, sed etiam in familiaribus eius haberetur. Cumq; Caius aliquando se cū Luna coire diceret, interrogaretq; Vitelliū, an deā videret coeuntē secū, obstupefactus tremēsq; cœpit deorsum inspicere: *locutusque pauca, *Licet, inquit, Domine, vobis diis tantummodo vos inter vos videre.* Itaque Vitellius inde facto initio, ceteros assentatores in reliquū tempus

ἰδὼν αὐτὸν ἐπὶ βήματος ὑψηλοῦ ἐν Διὸς εἴδει χρηματίζοντα, ἐγέλασεν· ὁ δὲ Γάιος ἐκάλεσέ τε αὐτὸν, καὶ ἤρετο, Τί σοι δοκῶ εἶναι; καὶ ὃς ἀπεκρίνατο (ἐρῶ γὰρ αὐτὸ ὃ ἔλεξεν) ὅτι Μέγα παραλήρημα. καὶ οὐδὲν μέντοι δεινὸν ἔπαθε. σκυτοτόμος γὰρ ἦν. οὕτω που ῥᾷον τὰς τῶν τυχόντων ἢ τὰς τῶν ἐν ἀξιώσει τινὶ ὄντων παρρησίας οἱ τοιοῦτοι φέρουσι. Ταῦτα μὲν οὖν τὰ σχήματα, ὁπότε τις θεὸς ἐπλάττετο εἶναι, ἐλάμβανε· καὶ αὐτῷ καὶ ἱκετεῖαι καὶ εὐχαὶ καὶ θυσίαι κατὰ τὸ πρόσφορον προσήγοντο. ἄλλως δὲ δὴ ἔν τε τῇ σηρικῇ καὶ ἐν τῇ νικητηρίᾳ στολῇ, ὡς πλήθει ἐδημοσίευεν. ἐφίλει τε ὀλίγους. τοῖς γὰρ πλείοσι καὶ τῶν βουλευτῶν ἢ τὴν χεῖρα, ἢ τὸν πόδα προσκυνεῖν ὤρεγε· καὶ διὰ τοῦτο οἱ φιληθέντες ὑπ᾽ αὐτοῦ χάριν αὐτῷ καὶ ἐν τῇ γερουσίᾳ ἐγίγνωσκον, καίτοι τοὺς ὀρχηστὰς καθ᾽ ἡμέραν φιλοῦντι πάντων ὁρώντων. Ἐκολάκευον δὲ αὐτὸν καὶ οἱ πάνυ *δοκοῦντές τι εἶναι. ὁ δ᾽ οὖν Βιτέλλιος ὁ Λούκιος, οὔτ᾽ ἀγεννὴς οὔτ᾽ ἄφρων ὤν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς ἐν τῇ Συρίᾳ ἀρχῆς ὀνομαστὸς γενόμενος, τά τε γὰρ ἄλλα λαμπρῶς ἡγεμόνευσε, καὶ τὸν Ἀρτάβανον καὶ ἐκείνῃ ἐπιβουλεύοντα, ἐπεὶ μηδεμίαν τιμωρίαν ἐπὶ τῇ Ἀρμενίᾳ ἐδεδώκει, κατέπληξέ τε ἀπαντήσας αὐτῷ ἐξαπιναίως πρὸς τῷ Εὐφράτῃ ἤδη ὄντι, καὶ ἐς τε λόγους αὐτὸν ὑπηγάγετο, καὶ θῦσαι ταῖς τοῦ Αὐγούστου τοῦ τε Γαΐου εἰκόσιν ἠνάγκασε, σπονδάς τε αὐτῷ πρὸς τὸ τῶν Ῥωμαίων συμφέρον δοὺς, καὶ προσέτι καὶ παῖδας αὐτοῦ ὁμήρους λαβών. οὗτος οὖν ὁ Βιτέλλιος μετεπέμφθη μὲν ὑπὸ τοῦ Γαΐου ὡς καὶ ἀπολούμενος. ἐφ᾽ οἷς γὰρ οἱ Πάρθοι τὸν βασιλέα σφῶν ἐξήλασαν, ἐπὶ τούτοις ἔνοχος αἰτίαις ἐγένετο. μισηθεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ φθόνου, καὶ ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ τοῦ φόβου. ἐσώθη δὲ σχηματίσας πως ἑαυτὸν, ὥστε καὶ ἐλάττω αὐτῷ τῆς δόξης φαίνεσθαι· καὶ πρός τε τοὺς πόδας αὐτοῦ προσπεσὼν, καὶ δακρύσι κλαύσας, καὶ τοῦτο καὶ θειάσας αὐτὸν πολλὰ καὶ προσκυνήσας, καὶ τέλος εὐξάμενος, ἂν περισωθῇ, θύσειν αὐτῷ ἐκείνῳ. ἐκ γὰρ τούτων οὕτως αὐτὸν ἐπράϋνε καὶ ἱλεώσατο, ὥστε μὴ μόνον περιγενέσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς πάνυ φίλοις αὐτοῦ νομισθῆναι. *ποτὲ τοῦ Γαΐου συγγίγνεσθαί τε τῇ σελήνῃ λέγοντος, καὶ ἐρωτῶντος αὐτὸν εἰ ὁρῴη τὴν θεὸν συνοῦσαν αὐτῷ, κάτω τε, ὡς καὶ τεθηπὼς, ἔβλεπεν ὑποτρέμων, καὶ μικρόν τι φθεγξάμενος, Ὑμῖν, ἔφη, τοῖς θεοῖς, δέσποτα, μόνοις *ἀλλήλοις ὁρᾶν ἔξεστι. Βιτέλλιος μὲν οὖν ἐκ τούτων ἀρξάμενος, πάντας καὶ μετὰ τοῦτο τοὺς ἄλλους κολακείᾳ ὑπερ-

ὑπερεβάλλετο. Γάιος δὲ ἐπὶ πλεῖον *ἐπαρθεὶς, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ ναὸν ἑαυτοῦ κατεσκεύασεν· ἐπεκτήσατο μὲν γὰρ καὶ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ κατάλυσίν τινα, ἵνα (ὡς ἔλεγε) τῷ Διῒ συνοικοίη· ἀπαξιώσας δὲ δὴ τὰ δευτερεῖα ἐν τῇ συνοικήσει αὐτοῦ φέρεσθαι, καὶ *προσεγκαλέσας αὐτῷ ὅτι τὸ Καπιτώλιον κατέλαβεν, οὕτω δὴ ἕτερόν γε νεὼν ἐν τῷ παλατίῳ σπουδῇ ᾠκοδομήσατο, καὶ ἄγαλμα ἐς αὐτὸν ἠθέλησε τὸ τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου ἐς τὸ ἑαυτοῦ εἶδος μεταρρυθμίσαι· μὴ δυνηθεὶς δὲ (τό τε γὰρ πλοῖον τὸ πρὸς τὴν κομιδὴν αὐτοῦ ναυπηγηθὲν, κεραυνοῖς ἐφθάρη, καὶ γέλως, ὁσάκις τινὲς ὡς καὶ τοῦ ἕδους ἐφαψόμενοι προσῆλθον, πολὺς ἐξηκούετο) ἐκείνῳ μὲν ἐπηπείλει, αὐτὸς δὲ ἕτερον ἐνέστησε. τό τε Διοσκούρειον τὸ ἐν τῇ ἀγορᾷ τῇ Ῥωμαίᾳ ὂν διατεμὼν, διὰ μέσου τῶν ἀγαλμάτων εἴσοδον δι' αὐτοῦ ἐς τὸ παλάτιον ἐποιήσατο, ὅπως καὶ πυλωροὺς τοὺς Διοσκούρους, ὥς γε καὶ ἔλεγεν, ἔχῃ. Διάλιόν τε αὐτὸν ὀνομάσας, τήν τε Καισωνίαν τὴν γυναῖκα, καὶ τὸν Κλαύδιον, ἄλλους τε τοὺς πλουσιωτάτους, ἱερέας προσέθετο· πεντήκοντα καὶ διακοσίας ἐπὶ τούτῳ παρ' ἑκάστου μυριάδας λαβών, καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ ἱερᾶτο, τόν τε ἵππον συνιερέα ἀπέφηνε· καὶ ὄρνιθες αὐτῷ ἁπαλοί τέ τινες καὶ πολυτίμητοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐθύοντο. ταῖς τε βρονταῖς ἐκ μηχανῆς τινὸς ἀντεβρόντα, καὶ ταῖς ἀστραπαῖς ἀντήστραπτε· καὶ ὁπότε κεραυνὸς καταπέσοι, λίθον ἀντηκόντιζεν, ἐπιλέγων ἐφ' ἑκάστῳ τὸ τοῦ Ὁμήρου, -- ἤ μ' ἀνάειρ', ἢ ἐγὼ σέ.

Οὗτος οὖν ὁ θεὸς, οὗτος ὁ Ζεὺς, ἵνα τὶς τά τε ἄλλα τὰ αἴσχιστα ἐξ ὧν ἠργυρίζετο παραλίπῃ, ἀλλὰ τά γε οἰκήματα τὰ ἐν αὐτῷ τῷ παλατίῳ ἀποδειχθέντα, καὶ τὰς γυναῖκας τὰς τῶν πρώτων, τούς τε παῖδας τοὺς τῶν σεμνοτάτων, οὓς ἐς αὐτὰ καθίζων ὕβριζεν, ἐκκαρπούμενος ἐπ' αὐτοῖς πάντας ἁπλῶς, τοὺς μὲν ἐθελοντὰς, τοὺς δὲ καὶ ἄκοντας, ὅπως μὴ καὶ δυσχεραίνειν τι νομισθῶσι, πῶς ἄν τις σιωπήσειεν; ἔς γέ τοι τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον τὸ συλλεγόμενον ἀπ' αὐτῶν ἐμβαίνων ἑκάστοτε ἑαυτὸν, ἐκαλινδεῖτο. Ὡς οὖν πάντα ἔτι πῃ ἐξεμαίνετο, ἐπεβούλευσαν αὐτῷ Κάσιός τε Χαιρέας, καὶ Κορνήλιος Σαβῖνος, καίτοι χιλιαρχίας ἐν τῷ δορυφορικῷ ἔχοντες. συνώμοσαν μὲν γὰρ πλείονες, καὶ συνῄδει τὸ πραττόμενον ἐν οἷς ἦν ὅ τε Κάλλιστος καὶ ὁ Ἔπαρχος· οἱ δ' αὐτόχειρες αὐτοῦ γενόμενοι, ἐκεῖνοι ἦσαν. ἄλλως τε γὰρ ἀρχαιότροπός τις ἀνὴρ ὁ Χαιρέας ἦν, καί τινα καὶ ἰδίαν τῆς ὀργῆς αἰτίαν εἶχε. γύννιν τε γὰρ αὐτὸν, καί περ ἐρρωμενέστατον

superauit. Caius eo deductus est, vt & templum in vrbe faciendum sibi curauerit, & domum in Capitolio; quo posset (sicuti dicebat) vna cũ Ioue habitare: sed indignatus postea, quod sibi habitanti cum Ioue secũdæ partes darẽtur, eum propterea incusare cœpit, quod Capitolium occupauisset: ob hanc causam templum alterum ędificari in Palatio celeriter iussit, eoque volebat statuam Iouis Olympii commutatam in suam formam trãsferre: sed id non potuit, propterea ꝙ nauis quæ ad trãsuectionem eius parata erat, fulmine percussa fracta est: præterea, quoties ibatur ad eam statuam tangendam, multus risus audiebatur. quare Caius minatus Ioui, aliã sibi faciendam curauit; templumque Castoris & Pollucis, quod erat in foro, *demolitus, inter medias statuas eorum aditum sibi ad Palatium patefecit; vt Castorem & Pollucem (sicuti dicebat) ianitores suos haberet. *Dialem* se nominabat: Cæsoniã vxorem, & Claudium, aliosq; locupletissimos homines, sacerdotes creauit: cuius rei causa exegit a singulis † centies sestertiũm. Cumq; *seipse sacerdotem fecisset, equum collegã in sacerdotio designauit: eiq; singulis diebus aues teneræ ac pretiosæ sacrificabãtur. *Tonabat machinis quibusdã, & fulgurabat: ac quoties fulmen de cælo caderet, ipse contra iaciebat lapidem; dicebatq; in singulis iactibus illud Homeri; -- ἤ μ' ἀνάειρ', ἢ ἐγὼ σέ. *Aut tu me tolle*, inquit, *aut ego te*. Igitur is deus atq; Iupiter, vt omittam cetera facinora turpissima, ex quibus pecuniam colligebat, cellas habuit ædificatas in Palatio; in quib. vxores puerosq; primorum ac nobilissimorum hominũ incluserat, ex iisq; fructum capiebat, partim vi, partim de voluntate ipsorum, ne ei molesti esse viderentur: quod facinus silentio prætermittere quis potest? pręsertim cum in auro argẽtoq; ab eis collecto quotidie volutaretur. Cum igitur insaniret in reb. omnibus, Cassius Chærea, & Cornelius Sabinus, etsi erant Tribuni prætorianorum militum, cõtra eum coniurauerunt, fuereq; multi conscii huius cõiurationis; (in quorũ numero fuit Callistus & Eparchus) sed illi percussores fuerũt. Erat Chærea vir antiquæ virtutis morũq; qui Caio certis de causis infensus erat, ꝙ Caius eum, etsi fortissimum

† aureorum centum milia, al. ccL myriades drachmarum, &c.

virum, mulierē vocabat, eique, quoties *ad se veniret, signū dabat Cupidinem, aut Venerem, aut aliud eiusmodi. Caius quidem oraculum acceperat, quo admonebatur vt Cassium caueret. Quod cum ad Caium Cassiū pertinere ratus esset, prognatum illo Cassio percussore Cæsaris, ac tum Asiam obtinentem, eum constrictum vinculis accersiri iussit: quamuis ex oraculo hic Cassius Chærea intelligeretur. Apollonius autem, vir Ægyptius, domi eundem eius casum prædixit: qui ob eam causam Romā missus, ad Caiū eo die perductus est quo ille mortem erat obiturus: sed dilato paululum supplicio, cum futurū esset vt non multo post puniretur, conseruatus est. Negotium vero sic confectum est. Caius dies festos agebat in Palatio, & spectaculum edebat: cūq; ipse epularetur, & aliis epulum daret, Pomponius Secūdus Consul cibum capiebat ad pedes eius, eosq; frequēter osculabatur. Post, vbi Caius saltare & tragœdias agere voluit, Chærea, nihil cunctandum ratus, vt eum animaduertit exeuntem e theatro, inspiciendorum puerorum causa, quos ex Græcia atq; Ionia nobilissimos acciuerat ad canticum de suis laudib. canendum; cōclusum in paruū & angustum locū interfecit. quo facto, nemo eorum qui aderant præsentes, manus ab illo abstinuit; sed mortuum confecerunt vulneribus: nonnulli etiā carnem eius degustauerunt; eiusq; vxorem ac filiam subito occiderunt.

Ita Caius, cum ea quæ supra scripta sunt, fecisset annis tribus, mensib. nouem, diebus octo & viginti, tādem re ipsa se non esse Deum intellexit. Recordabantur qui tum aderant, eius quod aliquādo ad populum dixerat: *Vtinam vnam ceruicem haberetis*: simul ostendebant, sibi complures manus, ei vnā ceruicē esse. Interfecto Caio, Prætoriani milites conturbati concursantesque, quærebant quis eum occidisset. Hos Valerius Asiaticus, vir cōsularis, præter opinionem sedauit. ascēdit enim in excelsum atq; editum locum, atq; inde vociferans, *Vtinam*, inquit, *ego eū interfecissem*. Quib. verbis obstupefacti, tumultuari desierūt.

ἀνδρῶν ὄντα, ὁ Γάϊος ἐπεκάλει, καὶ τὸ σύνθημα αὐτῷ, ὁπότε ἐς ἐκεῖνον καθήκοι, Πόθον, ἢ Ἀφροδίτην, ἢ ἕτερόν τι τοιοῦτον ἐδίδου. θεοπρόπιον δέ τι τῷ Γαΐῳ ὀλίγῳ ἔμπροσθεν ἐγεγόνει, φυλάττεσθαι Κάσσιον. καὶ ὁ μὲν ἐς Γάϊον Κάσσιον τὸν τότε τῆς Ἀσίας ἄρχοντα, ἐπειδὴ τὸ γένος ἀπὸ τοῦ Κασσίου τοῦ τὸν Καίσαρα ἀποκτείναντος εἶχεν, ὑποτοπήσας, μετεπέμψατο αὐτὸν δεδεμένον· προέλεγε δὲ ἄρα αὐτῷ τὸ δαιμόνιον τοῦτον τὸν Κάσσιον τὸν Χαιρέαν. Ἀπολλώνιός τε τὶς Αἰγύπτιος οἴκοι τε τὸ συμβὰν αὐτῷ προεῖπε· καὶ πεμφθεὶς διὰ τοῦτ' ἐς τὴν Ῥώμην, προσήχθη τε αὐτῷ ἐν αὐτῇ ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ τελευτήσειν ἔμελλε· καὶ ἀναβληθεὶς, ὡς καὶ μετ' ὀλίγον κολασθησόμενος, ἐσώθη. ἐπράχθη δὲ ὧδε. ἑορτήν τινα ἐν τῷ παλατίῳ ἦγε, καὶ θέας ἐπετέλει. κἀν τούτῳ καὶ αὐτὸς καὶ ἤσθιε καὶ ἔπινε, καὶ τοὺς ἄλλους εἱστία. ὅτε δὴ καὶ Πομπώνιος Σεκοῦνδος ὁ τότε ὑπατεύων, ἐνεφορεῖτό τε ἅμα τῶν σιτίων παρὰ τοῖς ποσὶν αὐτοῦ καθήμενος, καὶ ἐπικύπτων συνεχῶς αὐτοὺς κατεφίλει. ὡς δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Γάϊος καὶ ὀρχήσασθαι καὶ τραγῳδίαν ὑποκρίνασθαι ἠθέλησεν, οὐκέθ' οἱ περὶ τὸν Χαιρέαν ὑπέμειναν, ἀλλὰ τηρήσαντες αὐτὸν ἐκ τοῦ θεάτρου ἐξελθόντα, ἵνα τοὺς παῖδας θεάσηται οὓς ἐκ τῆς Ἑλλάδος καὶ τῆς Ἰωνίας τῶν πάνυ εὐγενῶν ἐπί τε τὸν ὕμνον τὸν εἰς ἑαυτὸν πεποιημένον ᾆσαι μετεπέμψατο ἐκεῖθεν, ἀπέκτειναν ἐν στενωπῷ τινὶ ἀπολαβόντες. καὶ ὑπὸ *πράσσοντος οὐδεὶς τῶν παρόντων ἀπέσχετο, ἀλλὰ καὶ νεκρὸν αὐτὸν ὄντα ὠμῶς ἐτίτρωσκον, καί τινες καὶ τῶν σαρκῶν αὐτοῦ ἐγεύσαντο, τήν τε γυναῖκα καὶ τὴν θυγατέρα εὐθὺς ἔσφαξαν. Γάϊος μὲν δὴ ταῦτα ἐν ἔτεσι τρισὶ, καὶ μησὶν ἐννέα, ἡμέραις τε ὀκτὼ καὶ εἴκοσι πράξας, τοῖς ἔργοις αὐτοῖς ὡς οὐκ ἦν θεὸς ἔμαθεν· ἐμνημόνευόν τε οἱ παρόντες τοῦ λεχθέντος ποτὲ ὑπ' αὐτοῦ πρὸς τὸν δῆμον, Εἴθε ἕνα αὐχένα εἴχετε· ἐπιδεικνύντες αὐτῷ ὅτι ἐκεῖνος μὲν αὐχένα ἕνα, σφεῖς δὲ δὴ χεῖρας πολλὰς ἔχοιεν. ἐπεὶ δὲ τὸ δορυφορικὸν ἐταράττετο, καὶ διαθέοντες ἐπυνθάνοντο τίς Γάϊον ἔσφαξεν, Οὐαλέριος Ἀσιατικὸς ἀνὴρ ὑπατευκὼς, θαυμαστόν δή τινα τρόπον αὐτοὺς ἡσύχασεν, ἀνελθὼν ἐς περιφανές τι χωρίον, καὶ ἐκβοήσας, Εἴθε ἐγὼ αὐτὸν ἀπεκτόνειν. καταπλαγέντες γὰρ, ἐπαύσαντο τοῦ θορύβου.

ΚΛΑΥΔΙΟΣ.

ΚΛΑΥΔΙΟΣ.

[Ἐκ τοῦ ξ τῶν Δίωνος βιβλίων]

ΚΛΑΥΔΙΟΣ δὲ αὐτοκράτωρ ὧδε ἐγένετο. μετὰ γὰρ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ Γαΐου, φυλακὰς ἑκασταχόσε τῆς πόλεως οἱ ὕπατοι διαπέμψαντες, τήν τε βουλὴν ἐς τὸ Καπιτώλιον ἤθροισαν, καὶ πολλαὶ καὶ ποικίλαι γνῶμαι ἐλέχθησαν. τοῖς μὲν γὰρ δημοκρατεῖσθαι, τοῖς δὲ μοναρχεῖσθαι ἐδόκει. καὶ οἱ μὲν τὸν, οἱ δὲ τὸν ᾑροῦντο, καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἡμέραν τὴν λοιπὴν καὶ τὴν νύκτα πᾶσαν κατέτριψαν μηδὲν τελειώσαντες. κἂν τούτῳ στρατιῶταί τινες εἰς τὸ παλάτιον, ὅπως τι συλήσωσιν, εἰσελθόντες, εὗρον τὸν Κλαύδιον ἐν γωνίᾳ που σκοτεινῇ κατακεκρυμμένον. συνῆν τε γὰρ τῷ Γαΐῳ, καὶ τότε τὴν ταραχὴν φοβηθεὶς ὑπεπτήχει. καὶ αὐτὸν τὸ μὲν πρῶτον, ὡς καὶ ἄλλον τινὰ ὄντα ἢ ἔχοντά τι, ἐξείλκυσαν· ἔπειτα δὲ γνωρίσαντες, αὐτοκράτορα προσηγόρευσαν, καὶ ἐς τὸ στρατόπεδον αὐτὸν ἤγαγον. κἀκ τούτου μετὰ τῶν ἄλλων πάντων τὸ κράτος αὐτῷ, οἷα τοῦ τε βασιλικοῦ γένους ὄντι καὶ ἐπιεικεῖ νομιζομένῳ, ἔδωκαν. οἱ δ' ὕπατοι, τέως ἄλλους μὲν καὶ δημάρχους πέμποντες, ἀπηγόρευον αὐτῷ μηδὲν τοιοῦτον ποιεῖν, ἀλλ' ἐπί τε τῷ δήμῳ καὶ τῇ βουλῇ καὶ τοῖς νόμοις γενέσθαι· ἐπεὶ δὲ αὐτοὺς οἱ συνόντες σφίσι στρατιῶται ἐγκατέλιπον, τότε δὴ καὶ αὐτοὶ ὡμολόγησαν, καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα ἐς τὴν αὐταρχίαν αὐτοῦ ἥκοντα ἦν, αὐτῷ ἐψηφίσαντο. Οὕτω μὲν Τιβέριος Κλαύδιος Νέρων Γερμανικὸς, ὁ τοῦ Δρούσου τοῦ τῆς Λιβίας παιδὸς υἱὸς, τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἔλαβε, μὴ πρὶν ἐν ἡγεμονίᾳ τινὶ ἐξητασμένος, πλὴν ὅτι μόνον ὑπάτευσεν. ἦγε δὲ πεντηκοστὸν ἔτος τῆς ἡλικίας. Οὗτος τὴν μὲν ψυχὴν οὐ φαῦλος ἐγένετο, ἀλλὰ καὶ ἐν παιδείᾳ ἤσκητο, ὥστε καὶ συγγράψαι τινά. τὸ δὲ δὴ σῶμα νοσώδης, ὥστε καὶ τῇ κεφαλῇ καὶ ταῖς χερσὶν ὑποτρέμειν· καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῷ φωνήματι ἐσφάλλετο. καὶ μέντοι καὶ δίφρῳ καταστέγῳ πρῶτος Ῥωμαίων ἐχρήσατο, καὶ ἐξ ἐκείνου καὶ νῦν οὐχ ὅτι οἱ αὐτοκράτορες, ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς οἱ ὑπατευκότες διφροφορούμεθα. πρότερον δὲ ἄρα ὅ τε Αὔγουστος καὶ ὁ Τιβέριος ἐν σκιμποδίοις, ὁποίοις αἱ γυναῖκες ἔτι καὶ νῦν νομίζουσιν, ἔστιν ὅτε ἐφέροντο. Κλαύδιος δὲ τὰ μὲν ἄλλα οὐ κακὸς ἦν· περιφανέστατα δὲ τῶν ὁμοίων [οἰκείων]

CLAVDIVS.

E Dionis libro LX.

CLAVDIVS hoc modo Imperium adeptus est. Sublato Caio, Consules prę sidiis in omnibus locis Vrbis collocatis, Senatum vocauere in Capitoliũ: dictæ sunt ibi multæ & variæ sentẽtię, quod multi existimabant restituendam esse populo Rempublicam; plerisque in regno esse oportere videbatur; & quod alii hunc Imperatorem, alii illum designabant. Quibus in rebus reliqua parte diei noctisque cõsumpta, cum nihil adhuc perfectum esset, pauci milites palatium ingressi prædandi causa, Claudium in obscuro angulo latitantem inuenerũt. nam quod fuerat vna cum Caio, propterea in illo tumultu formidabat. Hunc illi principio alium, quã erat, esse arbitrati, secumq; aliquid habere, foras extrahunt: post vbi agnoscũt, Imperatorem salutant; eumq; ad exercitũ ducũt; ac vna cum ceteris militibus, quod stirpe regia ortus, & vir bonus habitus esset, regnum ei deferunt. Consules statim ad eum nonnullos, atque in primis tribunos plebis mittunt; mandantque nequid eiusmodi committat, vtque velit sub imperio Senatus populiq; Romani, & legum auctoritate viuere. Verum vbi se desertos esse vident ab iis militibus quibus antea fulciebantur, ipsi quoq; assentiri cœperunt, eique decernere omnia quę ad principatũ eius spectare videbantur. Itaque Tiberius Claudius Nero Germanicus, filius Drusi Liuiæ filii, summum principatũ adeptus est; cum ante nullo vnquam in Imperio * cognitus fuisset; nisi quod Consulatum gesserat. Degebat eo tempore annum quinquagesimum; eratque vir nõ malo ingenio, præterea eruditus in litteris: (nã cõmentarios scriptos reliquit) valetudine vero & natura infirmior, tremuloq; capite & manibus; ita vt ob eam causam voce hæsitaret. Is * sella operta primus Romanorum est vsus; atq; ex eo nũc omnes non modo Imperatores, sed nos quoque consulares viri sella vehimur. nam antea quidem Augustus & Tiberius * grabatis quibusdam paruis, qualibus adhuc mulieres vtuntur, interdum vehebantur. Claudius, homo in ceteris minime quidem malus, palam autem familiaribus suis

atque mulieribus plus quã quisquam alius ei similis inseruiuit; quod a puero lãguens & timidus educatus erat; ob eamque causam, plus quam esset reuera, se stupidum esse simulabat: idque ipse aliquando in Senatu confessus est. * Propter vero cõcubitus suos cum mulieribus, nihil libero homine dignum possidebat. Parabantur ei insidiæ in conuiuiis & concubitibus; quibus vtrisque effusissime indulgebat; cũ capi facile posset illis temporibus. Erat vsque adeo timidus, vt perterritus sæpenumero nequiret, quid sibi faciendum esset, animaduertere. Quæ cum familiares eius cognoscerent, eum magis agitabant perterrefaciebantque, vt ex eo fructus caperent maximos. Iidem tam magnum timorem iniiciebant reliquis hominibus, vt (ne pluribus verbis agam) cum multi eodem die ad cœnam essent a Claudio & ab illis vocati, illo quasi ob aliam causam prætermisso, apud istos cœnatum venirent. Itaque Claudius, absque iis sceleribus quæ cõmisit istorum causa, in ceteris cõmodus & bonus Imperator fuit. Chæream vero & paucos alios interfecit, propterea quod rebus suis lõgo tempore ante prospiceret: idque fecit, non vt Caium vlcisceretur, sed quod eos diceret sibi insidias fecisse. Erat Claudius, quod pertinet ad pecuniam faciendam, admirabilis; abstinebat enim ab omni sordida exactione pecuniæ. Modestiamque & temperãtiam populi Romani plurimi faciebat. Nam nimias delicias, quæ fuerãt Caii temporibus, sustulit, latis legibus quæ ad eam rem spectare videntur. Cauponas enim, in quibus compotare solebant, euertit; vetuitque ne caro cocta, aut aqua calida vsquam venderetur; atque in eos qui non obtemperarent, animaduertit. Per id tempus ingens fames fuit. qua in re tanta fuit Claudii prouidẽtia, vt ea non solum iis qui tum erant, sed etiam posteris vilem annonam fecerit. Nam cum fere frumentũ omne aliunde ad populum Romanũ aduheretur, neq; regio quæ erat ad Tiberis ostia, tutas stationes & portus cõmodos haberet, foretque propterea inutile maris imperium: cumque præter id quod aduectum fuerat* opportunis temporibus & in horrea repositum, hieme nihil importaretur; atque ei qui in hac re vellet periculum suscipere, male succederet: Claudius his cognitis rebus, portum ædificare instituit: nec

ἐδουλοκρατήθη τε ἅμα καὶ ἐγυναικοκρατήθη. ὅτε γὰρ ἐκ παίδων ἐν τῇ νοσηλείᾳ καὶ ἐν φόβῳ τραφείς, καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ πλεῖον τῆς ἀληθείας εὐήθειαν προσποιούμενος, (ὅπερ που καὶ αὐτὸς ἐν τῇ βουλῇ ὡμολόγησε) καὶ προσέτι καὶ ἐν συνουσίαις γυναικῶν πλείοσι γενόμενος, οὐδὲν ἐλευθεροπρεπὲς ἐκέκτητο. ἐπετίθεντο δ' αὐτῷ ἔν τε τοῖς πότοις μάλιστα καὶ ἐν ταῖς μίξεσι. πάνυ γὰρ ἀπλήστως ἀμφοτέροις τούτοις προσέκειτο, καὶ ἦν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ εὐαλωτότατος. πρὸς δὲ καὶ δειλίαν εἶχεν, ὑφ' ἧς πολλάκις ἐκπληττόμενος, οὐδὲν τῶν παρεστηκότων ἐξελογίζετο· καὶ αὐτὸ καὶ τοῦτο προσλαμβάνοντες, οὐκ ἐλάχιστα κατειργάζοντο. καὶ ἐκεῖνόν τε γὰρ * φοβοῦντες ἐξεκαρποῦντο, καὶ τοῖς ἄλλοις τοσοῦτο δέος ἐνέβαλλον, ὥσθ' (ἵνα συλλαβὼν εἴπω) πολλοὶ ἐπὶ δεῖπνον ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὑπό τε τοῦ Κλαυδίου καὶ ὑπ' αὐτῶν καλούμενοι, τοῦ μὲν ὡς καὶ κατ' ἄλλο τι παρεῖεντο, πρὸς δὲ ἐκείνους ἐφοίτων. Οὐ μὴν ἀλλ' εἴ τις ὑπεξέλοι τοῦ Κλαυδίου τὰ δι' αὐτοὺς ἁμαρτήματα, τἆλλα δεόντως ἦρξε. τὸν μέντοι Χαιρέαν καί τινας ἄλλους ἀπέκτεινε, πόρρωθεν δὲ καθ' ἑαυτὸν ἀσφαλὲς προορώμενος. ἔπραξε δὲ τοῦτο οὐχ ὡς τῷ Γαΐῳ τιμωρῶν, ἀλλ' ὡς ἑαυτῷ ἐπιβουλεύσοντας τούτους λαβών. καὶ μέντοι καὶ περὶ τὰ χρήματα θαυμαστὸς ἐγένετο, παντὸς ἀπεχόμενος ἀργυρισμοῦ ῥυπαροῦ· τήν τε τοῦ δήμου εὐκοσμίαν καὶ σωφροσύνην περὶ πολλοῦ ποιησάμενος, καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ Γαΐου ἐπιπολάσασαν τρυφὴν * ἐξαίρων, ἄλλα τε ἐνομοθέτησεν εἰς τοῦτο συντείνοντα· τά τε καπηλεῖα, εἰς ἃ συνιόντες ἔπινον, κατέλυσε, καὶ προσέταξε μήτε κρέας που ἑφθόν, μήθ' * ὕδωρ θερμὸν πιπράσκεσθαι, τοὺς μὴ πειθαρχοῦντας κολάζων. λιμοῦ δ' ἰσχυροῦ γενομένου, οὐ μόνον * τοῖς ἐν τῷ τότε παροῦσιν ἀφθονίας τῆς τροφῆς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐς πάντα τὸν μετὰ ταῦτα αἰῶνα προνοίαν ἐποιήσατο. ἐπεισάκτου γὰρ παντὸς (ὡς εἰπεῖν) τοῦ σίτου τοῖς Ῥωμαίοις ὄντος, ἡ χώρα ἡ πρὸς ταῖς τοῦ Τιβέριδος ἐκβολαῖς, οὔτε καταίρσεις ἀσφαλεῖς, οὔτε λιμένας ἐπιτηδείους ἔχουσα, ἀνωφελὲς σφίσι τὸ κράτος τῆς θαλάσσης ἐποίει. ἔξω γὰρ τῶν τῇ τε ὥρᾳ ἐσκομισθέντων, καὶ ἐς * τὴν ἀποθήκην ἀνατεθέντων, οὐδὲν τὴν χειμερινὴν εἰσεφοίτα· ἀλλ' εἴ τις παρεκινδύνευσε, κακῶς ἀπήλλασσε. ταῦτ' οὖν συνιδών, λιμένα * κατασκευάσαι ἐπεχείρησεν, οὐδ'

ἀπετράπη

ἀπετράπη, (καίτοι τῶν ἀρχιτεκτόνων εἰπόντων αὐτῷ πυνθανομένῳ πόσον τὸ ἀνάλωμα ἔσοιτο, ὅτι, Οὐ θέλεις *αὐτὸν ποιῆσαι· οὕτως ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν δαπανημάτων ἀναχαιτισθῆναι αὐτὸν, εἰ προπύθοιτο, ἤλπιζον) ἀλλὰ καὶ ἐνεθυμήθη τὸ πρᾶγμα καὶ τοῦ φρονήματος καὶ τοῦ μεγέθους *τοῖς Ῥωμαίοις ἄξιον. τοῦτο μὲν γὰρ, ἐξορύξας τῆς ἠπείρου χωρίον οὐ σμικρὸν, τό τε πέριξ πᾶν ἐκρηπίδωσε, καὶ τὴν θάλασσαν εἰς αὐτὸ εἰσεδέξατο· τοῦτο δὲ, ἐν αὐτῷ τῷ πελάγει χώματα ἑκατέρωθεν αὐτοῦ μεγάλα χώσας, θάλατταν ἐνταῦθα πολλὴν περιέβαλε, καὶ νῆσον ἐπ' αὐτῇ, πύργον τε ἐπ' ἐκείνῃ φρυκτωρίαν ἔχοντα κατεστήσατο. ὀνομάζεται δὲ τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ, κατὰ τὴν ἐπιχώριον γλῶτταν, Λιμήν. Ἐτίθει δὲ συνεχῶς μονομαχίας ἀγῶνας. πάνυ γὰρ σφίσιν ἔχαιρε. τά τε γὰρ ἄλλα, καὶ τοὺς διὰ μέσου τῆς θέας παρὰ τὸν τοῦ ἀρίστου καιρὸν *κατασφαττομένους ἥδιστα ἐθεώρει· καίτοι λέοντα δεδιδαγμένον ἀνθρώπους ἐσθίειν, καὶ πάνυ γε διὰ τοῦτο τῷ πλήθει ἀρέσκοντα, ἀποκτείνας, ὡς οὐ προσῆκον τοιοῦτόν τι θέαμα ὁρᾶν Ῥωμαίους. Ἐθισθεὶς δὴ οὕτως αἵματος καὶ φόνων ἀναπίμπλασθαι, προπετέστερον καὶ ταῖς ἄλλαις σφαγαῖς ἐχρήσατο. αἴτιοι δὲ τούτου ἐγένοντο οἵ τε Καισάρειοι καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἡ Μεσσαλίνα, διενεγκοῦσα τὰς κατ' αὐτὴν ἁπάσας ἀσελγείᾳ καὶ θράσει. ὁπότε γὰρ ἀποκτεῖναί τινα ἐθελήσειαν, ἐξεφόβουν αὐτὸν, κἀκ τούτου πάνθ' ὅσα ἐβούλοντο ποιεῖν, ἐπετρέποντο. καὶ πολλάκις γε ἐξαπιναίως ἐκπλαγεὶς, καὶ κελεύσας τινὰ ἐκ τοῦ παραχρῆμα παραδόξως ἀπολέσθαι, ἔπειτα ἀνενεγκὼν καὶ ἀναφρονήσας, ἐπεζήτει τε αὐτὸν, καὶ μαθὼν τὸ γεγονὸς ἐλυπεῖτό τε καὶ μετεγίνωσκεν. Ἤρξατο δὲ τῶν φόνων τούτων ἀπὸ Γαΐου Ἀππίου *Σιλβανοῦ. τοῦτον γὰρ εὐγενέστατον ὄντα μεταπεμψάμενος, ἔσφαξεν, ὅτι τῇ Μεσσαλίνῃ προσέκρουσεν, οὐκ ἐθελήσας αὐτῇ συγγενέσθαι πορνικωτάτῃ τε καὶ ἀσελγεστάτῃ οὔσῃ, καὶ τῷ Ναρκίσσῳ τῷ ἀπελευθέρῳ αὐτοῦ δι' ἐκείνην. καὶ συνέπλασεν ὁ Νάρκισσος ὡς σφαττόμενον τὸν Κλαύδιον ὑπ' αὐτοῦ *αὐτοχειρίᾳ ἰδών· ἔτι τε ἐν τῇ εὐνῇ ὄντι αὐτῷ τὸ ὄναρ ὑπότρομος διηγήσατο, καὶ ἡ Μεσσαλίνα παραλαβοῦσα ἐδείνωσε. Καὶ ὁ μὲν οὕτως ἐξ ἐνυπνίου παραπώλετο. τελευτήσαντος δὴ αὐτοῦ οὐκέτι χρηστὴν ἐλπίδα οἱ Ῥωμαῖοι τοῦ Κλαυδίου ἔσχον. ὅθεν αὐτῷ καὶ Ἄννιος *Οὐινικιανὸς καὶ Φούριος

eũ deterruit quod præfecti fabrûm, cum interrogarentur quantos sumptus ea res postularet, responderunt, tam magnos vt nollet eum portum facere: sperabant enim, eum, cognita sumptus magnitudine, si prædixissent, a proposito deterreri. Sed is nihilo minus sibi faciẽdum putauit, induxitq; in animum rem dignam gloria atque magnificentia populi Romani. primum, quod loco non paruo perfosso in continenti, iactisque circum vndiq; fundamentis, eo mare intromisit: deinde, in ipso mari factis vtrimque magnis aggeribus, ac multo mari concluso, in eo insulam fecit; atque in ea turrim ædificauit, ex qua lumen nauigantibus nocturno tempore præberetur. Is locus, vt est, ita patria lingua *Portus* appellatur. Exhibuit crebro ludos gladiatorios; quib. valde delectabatur. *præter cetera libẽter spectabat sub prandii tempus eos qui in medio theatro dilaniabantur: etsi leonem doctum homines comedere, plebiq; ob eam causam gratum, interfecit, quod non deceret populum Romanum huiusmodi spectacula videre. Igitur cum soleret expleri sanguine & cædibus, multas subitas & temerarias cædes fecit. In causa fuerunt domestici, vxorque eius Messalina; quæ temeritate atque intemperantia omnes fœminas suæ ætatis superauit. Nam isti, cum aliquem interfectum esse cuperent, Claudium perterrefacere solebant; vt hac ratione facerent omnia quæ sibi collibuisset. Itaque Claudius cum sæpe repentino metu perterritus occidi aliquem iussisset, eundem paulo post, cum ad se rediisset, requirebat: quem dum iam interfectum esse cognosceret, adeo grauiter dolebat, vt eum facti maxime pœniteret. Harum cædium initium fuit a Caio Appio † Silano; quem virum nobilissimum accersiri atque interfici iussit, † Siluano, al. propterea quod Messalinam offenderat, libidinosam & petulantem fœminam, cũ qua coire noluerat; quodque Narcisso liberto Claudii propter illam inuisus erat. Finxit Narcissus se in somnis vidisse Claudium ab eodem Appio necari; eique in lecto adhuc recumbenti somnium tremebundus narrauit: quo facinore aucto a Messalina & exaggerato, Appius propter somnium occisus est. Post cuius cædem populus Romanus nihil amplius de Claudio bene sperauit. Itaque factum est vt Annius Vinicianus & Furius

Camillus præsides prouinciarũ, contra eum coniurauerint. Qua ex re Claudio tantus timor iniectus est, vt imperium eis vltro fere cesserit: sed illi perierunt deserti a militibus: ob eamque causam complures non solum viri, sed etiam fœminæ, mortem obierũt. Etenim propter crebras calamitates eo ventum erat, vt nihil amplius virtus esse putaretur, quam fortiter & gloriose mortem oppetere. Claudius sane hũc versum idẽtidem signum militibus dabat; Ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ, *Oportere eum vlcisci, qui prius molestiam exhiberet.* Multa eiusdem generis in Senatu Græco sermone dicebat. Sed cum Lyciis aliquando responderet, vnum ex legatis qui olim Lycius, tum ciuis Romanus erat, Latina lingua interrogauit; eique non plane intelligenti quod ipse dixisset, ciuitatem ademit; dixitque, eum qui non haberet huius linguæ scientiam, non oportere ciuem Romanũ esse. Postquam enim Romani externos homines in ciuitatem receperunt, habueruntque in honore, id beneficium a Claudio peti, emique a Messalina & Cæsarianis cœptum est. quod cum primo magno pretio venderetur, postea adeo facile & vile factum est, vt vulgo diceretur, eum qui vasa vitrea, & ea quidem fracta, dedisset, ciuem Romanum fore. Messalina, libidinosa & intemperans fœmina, ceteras quoque mulieres cogebat luxuriose & petulanter viuere; efficiebatque vt multæ in Palatio viris suis præsentibus ac videntib. cum adulteris coirent; earumque viros ipsa diligere, ac honoribus & dignitatibus augere; ceteros qui id non paterentur, odio habere, ac modis omnibus perdere solebat. Claudius multo tempore harum rerum ignarus fuit; propterea quod Messalina ancillulas quasdam ei suggerebat, cum quibus rem haberet: & quos suspicabatur ista Claudio significaturos, partim beneficiis, partim propositis suppliciis, prouidebat ne id facerent. Cum autem seditio in exercitu facta esset, Claudius ad eam sedandã Narcissum misit: sed postquã is in tribunal conscendit orationem habiturus, milites ob eam causam multo magis irati, statim exclamauerunt, *iô Saturnalia*; quod eum diem serui ornatu dominorum celebrent. Itaque indignati Narcissi causa, Plautio imperatori suo

Κάμιλλος ἐπαρχιῶν ἄρχοντες ἐπανέστησαν. ἀλλ' οὗτοι μὲν, εἰς μέγιστον φόβον τὸν Κλαύδιον ἐμβαλόντες, ὡς μικροῦ δεῖν καὶ ἐθελοντὴν ἐκστῆναι τοῦ κράτους αὐτοῖς, ἔπειτα ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἐγκαταλειφθέντες, ἀπώλοντο. πολλοὶ δὲ διὰ τὴν πρόφασιν ταύτην οὐχ ὅτι ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες ἐφθάρησαν. ὑπὸ γὰρ τῆς συνεχείας τῶν κακῶν εἰς τοῦτο τὰ πράγματα περιεληλύθει, ὥστ' ἀρετὴν μηκέτ' ἄλλο μηδὲν ἢ τὸ γενναίως ἀποθανεῖν νομίζεσθαι. Ὁ δ' οὖν Κλαύδιος καὶ σύνθημα τοῖς στρατιώταις τὸ ἔπος τοῦτο συνεχῶς ἐδίδου, τὸ, ὅτι χρὴ Ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ. πολλὰ δὲ καὶ πρὸς τὴν βουλὴν τοιουτότροπα ἑλληνιστὶ παρεφθέγξατο. τοῖς δὲ Λυκίοις χρηματίζων, ἐπυνθάνετο τῇ Λατίνων γλώττῃ τῶν πρεσβευτῶν τινὸς, Λυκίου μὲν τὸ ἀρχαῖον ὄντος, Ῥωμαίου δὲ γεγονότος· καὶ αὐτὸν, ἐπειδὴ μὴ συνῆκε τὸ λεχθὲν, τὴν πολιτείαν ἀφείλετο· εἰπὼν, μὴ δεῖν Ῥωμαῖον εἶναι τὸν μὴ καὶ τὴν διάλεξιν σφῶν ἐπιστάμενον. ἐπειδὴ γὰρ ἐν πᾶσιν (ὡς εἰπεῖν) οἱ Ῥωμαῖοι τῶν ξένων προετετίμηντο, πολλοί [τε] αὐτὴν παρά τε αὐτοῦ ἐκείνου ᾐτοῦντο, καὶ παρὰ Μεσσαλίνης τῶν τε Καισαρείων ὠνοῦντο· καὶ διὰ τοῦτο μεγάλων τὸ πρῶτον λημμάτων πραθεῖσα, ἔπειθ' οὕτως ὑπὸ τῆς εὐχερείας ἐπευωνίσθη, ὥστε καὶ λογοποιηθῆναι ὅτι κἂν ὕαλινα σκεύη δῷ τις συντετριμμένα, πολίτης ἔσται. Μεσσαλίνα δὲ, αὐτή τε ἠσέλγαινε, καὶ τὰς ἄλλας γυναῖκας ἀκολασταίνειν ὁμοίως ἠνάγκαζε. καὶ πολλάς γε καὶ ἐν αὐτῷ τῷ παλατίῳ τῶν ἀνδρῶν παρόντων καὶ ὁρώντων μοιχεύεσθαι ἐποίει· καὶ ἐκείνους μὲν καὶ ἐφίλει καὶ ἠγάπα, τιμαῖς τε καὶ ἀρχαῖς ἤγαλλε· τοὺς δ' ἄλλους τοὺς μὴ συγκαθέντας εἰς τοῦτο σφᾶς, καὶ ἐμίσει καὶ πάντα τρόπον ἀπώλλυε. καὶ τὸν Κλαύδιον ἕως πολλοῦ τινὸς ταῦτα ἐλάνθανεν· ἡ γὰρ Μεσσαλίνα ἐκείνῳ μὲν θεραπαινίδιά τινα παρακατέκλινε· καὶ οὓς ὑπώπτευε μηνύσαι τι αὐτῷ, τοὺς μὲν εὐεργεσίαις, τοὺς δὲ καὶ τιμωρίαις προκατελάμβανε. Τῶν δὲ στρατιωτῶν τι στασιασάντων, ἐπέμφθη μὲν ὁ Νάρκισσος ὑπὸ τοῦ Κλαυδίου καταστῆσαι αὐτούς, καὶ ἐπὶ βῆμα ὡς καὶ δημηγορήσων ἀνέβη· οἱ δὲ, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τούτῳ αὐτοῦ ἀχθεσθέντες, ἐξαίφνης τοῦτο τὸ θρυλλούμενον ἀνεβόησαν, Ἰὼ σατουρνάλια· ἐπειδήπερ ἐν τοῖς Κρονίοις οἱ δοῦλοι τὸ τῶν δεσποτῶν σχῆμα μεταλαμβάνοντες ἑορτάζουσι. καὶ οὕτω διὰ τὴν ἀπαξίωσιν τοῦ Ναρκίσσου, τῷ τε στρατηγῷ σφῶν τῷ Πλαυτίῳ ἐπείσθη-

ἐπείσθησαν, καὶ εἰς τὴν Βρεττανίαν ἐστρατεύθησαν. ὅτι καὶ Οὐεσπασιανὸς τῶν ὑποστρατηγούντων ὢν τῷ Πλαυτίῳ, εὖ ἠνέχθη ἐν τῷ Βρεττανικῷ τούτῳ πολέμῳ· εἰς ὃν καὶ ὁ Κλαύδιος ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἀφικόμενος, καὶ τοὺς εἰς χεῖρας ἐλθόντας αὐτῷ τῶν πολεμίων νικησάμενος, τά τε βασίλεια αὐτῶν χειρωσάμενος, Βρεττανικὸς ἐπωνομάσθη. Ἡ δὲ Μεσσαλίνα, τοῦ Μνηστῆρος τοῦ ὀρχηστοῦ ἐρῶσα, καὶ μηδένα τρόπον συγγενέσθαι οἱ πεῖσαι δυναμένη, διελέχθη τῷ ἀνδρί, ἀξιοῦσα αὐτὸν πειθαρχεῖν αὐτῇ ἀναγκάσαι τὸν Μνηστῆρα, ὡς καὶ ἐπ' ἄλλο τι αὐτοῦ δεομένη. καὶ οὕτως, εἰπόντος αὐτῷ τοῦ Κλαυδίου, πείθεσθαι (ὅσα ἂν προσταχθῇ) ὑπὸ τῆς Μεσσαλίνης ποιεῖν, συνῆν αὐτῇ, ὡς καὶ τοῦθ' ὑπ' ἐκείνου κεκελευσμένος. ὃ δὴ αὐτὸ τοῦτο καὶ πρὸς ἄλλους συχνοὺς ἔπραξεν. ὡς γὰρ εἰδότος τοῦ Κλαυδίου τὰ γινόμενα, καὶ συγχωροῦντος αὐτῇ ἀσελγαίνειν, ἐμοιχεύετο. Κλαύδιος δέ, ἐπειδὴ ὁ ἥλιος ἐν τῇ τῶν γενεθλίων αὐτοῦ ἡμέρᾳ ἐκλείψειν ἔμελλεν, ἐφοβήθη μή τις ἐκ τούτου ταραχὴ γένηται· καὶ προέγραψεν οὐ μόνον ὅτι ἐκλείψει, καὶ πότε, καὶ ἐφ' ὁπόσον, ἀλλὰ καὶ τὰς αἰτίας δι' ἃς ἀναγκαίως γενήσεσθαι τοῦτο ἔμελλεν. εἰσὶ δὲ αἵδε. ἡ σελήνη τὴν κάτω τοῦ ἡλίου περιφοράν, ὥσπερ που πεπίστευται, εἴτ' οὖν ἐφεξῆς αὐτοῦ, εἴτε καὶ μετὰ τὸν Ἑρμῆν αὐτόν, τήν τε Ἀφροδίτην, ἔχει κίνησιν· κινεῖται μὲν κατὰ μῆκος, ὥσπερ [ἴσως] καὶ ἐκεῖνος, κινεῖται δὲ καὶ κατὰ βάθος, ὥσπερ ἴσως καὶ ἐκεῖνος· κινεῖται δὲ καὶ ἐν τῷ πλάτει, ὅπερ οὐδαμῇ οὐδαμῶς τῷ ἡλίῳ ὑπάρχει. ὅταν οὖν κατά τε τὴν αὐτὴν αὐτῷ εὐθυωρίαν ὑπὲρ τὴν ἡμετέραν ὄψιν γένηται, καὶ ὑπὸ τὴν φλόγα αὐτοῦ ὑποδράμῃ, τότε τὴν αὐγὴν αὐτοῦ τὴν εἰς τὴν γῆν καθήκουσαν, τοῖς μὲν ἐπὶ πλεῖον, τοῖς δ' ἐπ' ἔλαττον διεσκέπασεν· οὐδ' ἐπὶ βραχύτατον ἀποκρύπτει. ἴδιον γὰρ ἀεὶ φῶς ὁ ἥλιος ἔχων, οὐκ ἔστιν ὅτε αὐτοῦ ἀπαλλάττεται, καὶ διὰ τοῦθ' οἷς ἂν ἡ σελήνη μὴ ἐπίπροσθεν, ὥστ' αὐτὸν συσκιάζεσθαι, γένηται, ὁλόκληρος ἀεὶ φαίνεται. περὶ μὲν δὴ τὸν ἥλιον ταῦτα συμβαίνει. ἡ δὲ σελήνη, (οὐ γάρ ἐστιν ἀποτρόπαιον καὶ τὸ κατ' ἐκείνην εἰπεῖν, ἐπειδήπερ ἅπαξ τοῦ λόγου τούτου προηψάμην) ὁσάκις ἂν καταντικρὺ τῷ ἡλίῳ γενομένη (ἐν γὰρ ταῖς πανσελήνοις μόνως αὐτῇ τοῦτο, ὥσπερ καὶ ἐκείνῳ ἐν ταῖς νουμηνίαις, συμβαίνει) εἰς τὸ τῆς γῆς σκίασμα κωνοειδὲς ὂν ἐμπέσῃ· γίνεται δὲ τοῦτο, ὅταν διὰ τῶν μέσων ἐν τῇ τοῦ πλάτους κινήσει περιφέρηται. στέρεται γὰρ τοῦ ἡλιοειδοῦς φωτός, καὶ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ὁποία ἐστὶ φαντάζεται.

obedientes, in Britanniam traiecerunt. In eo bello Britānico Vespasianus, vnus ex legatis Plautii, preclare se gessit: atque ad id bellum profectus Claudius, hostibus cū quib. congressus est, superatis, captisquē eorum regiis, *Britannicus* cognominatus est. Messalina vero, amore Mnesteris saltatoris capta, cum ei persuadere non posset vt secum coiret, petiuit a Claudio viro suo, vt illum sibi obsequi iuberet: tamquam ipsi in quibusdam aliis rebus opera eius necessaria foret. Is, postquam ei Claudius præcepit vt omnia quæ Messalina imperaret, libenter faceret, cum illa rem habuit; tamquam id quoque sibi imperatum fuisset. id enim Messalina sæpe in multis aliis fecit. nam quasi Claudio conscio sinenteque ea petulanter viuere, mœchabatur. Claudius, vt præuidit suo natali die defectionem solis futuram, veritus ne tumultus ob eam causam cōcitaretur, scripsit aliquanto tempore ante, non solum defectionem fore, & quando, aut quanta esset futura: sed etiam causas scripsit, propter quas id esset necessario euenturum. Causæ hæ sunt. Luna (vt creditum est) mouetur ad cursum solis, siue statim post eum, siue Mercurius & Venus interiecti sint. Mouetur autem in longitudinem, vt sol; atque in altitudinem, vt etiam ille fortassis: postremo in latitudinem; quod soli nullo modo accidit. Cum igitur ea supra conspectum nostrum simul cum sole fuerit rectis lineis, ac sub ei' splēdore cursum suum habuerit, radios eius, qui terrā attingunt, etsi non eodē modo apud omnes gētes, occultat. nec vero id facit in locis omnib'. nam sol perpetuo splēdorem suū habens, eum numquam deserit: ex quo fit vt totus videatur iis quib. luna ita opposita non est, vt ipsum obscurare possit. Hæc quidem de solis defectione dicūtur. Luna vero (nec enim alienum erit a proposito de ea dicere, postquam in hunc sermonem incidimus) quotiescumque soli opposita fuerit, (id quod ei, cum plena est, tantummodo, perinde atque soli, cum ipsa noua est, contingit) atque in vmbram terræ cono similem inciderit; (quod fit, quoties media in latitudinē mouetur) tunc solis priuatur splendore, & qualis est natura, conspicitur.

Atque hæc eiusmodi sunt. Ceterũ Messalina apud se Mnesterem habebat abductum a Theatro; de quo cũ sermo apud populũ haberetur, quod non saltaret amplius, Claudius miratus, iurabat eum secum nõ fuisse. Itaque omnes magnam molestiam capiebant, quod vnum Claudium nescire intelligerent ea quæ gerebantur in Palatio, quæ iã & apud hostes percrebuerant: tamen ea nihilo magis aperiebant, quod Messalinam reuererentur, & Mnesteri parcerent: cuius ars tantum satisfaciebat populo, quãtum Messalinæ forma eiusdem placebat. erat enim saltator egregi⁹. Hic, cum ab eo populus aliquando magno studio contenderet, vt saltaret in celebri fabula; de scena quasi per trãsennam populũ aspiciens, ita respondit; *Non possum,* inquit: *nam cum Oreste cubui.* Sequenti anno Claudius quartum, Lucius Vitellius tertium Consules facti sunt. Is annus erat ab

Ann. vrbis DCCC.

Vrbe condita octingentesimus. Eo tempore Claudius quosdam Senatu mouit; e quibus complures inopia rei familiaris haud grauatim ea dignitate cesserunt. Idem multos in Senatorium ordinem cooptauit; in quorum numero fuit Surdinius Gallus; qui principio cum posset Senator esse, Carthaginem migrauit. Cui accersito propere Claudius; *Ego te,* inquit, *aureis vinculis constringam.* Itaque ille deuinctus dignitate, in vrbe remansit. Claudius, quamuis libertos alienos, quoties eos deliquisse cognouerat, acriter puniret; tamen erga suos indulgentissimus erat. Nam cum ab histrione tritum illud in theatro quandoque diceretur, Ἀφόρητος ἐστιν εὐτυχῶν μαστιγίας, *Intolerabilis est fortunatus verbero:* & ob eam causam in Polybium libertum eius omnes oculos coniecissent; isq; magno clamore respondisset, dictum esse ab eodem poeta, Βασιλεῖς ἐγένοντο οἱ πρὶν ὄντες αἰπόλοι, *Reges quoque exstitere de caprariis:* in eum ipse non animaduertit. Cumq; ad eum perferretur quosdam ei parare insidias, ceteris pro nihilo habitis respondit, *Non eodem modo pulicem, & feram belluam vlciscendam.* Asiaticus vero apud eũ * condemnatus est; parumque abfuit quin absolueretur. nam cum negaret factum, seque neminem ex iis qui contra se testimoniũ dixerant, nosse confirmaret; miles qui se vna cum eo dicebat fuisse, interrogatus quis esset Asiaticus, caluum quendam, qui tum forte aderat præsens, ostendit:

Ταῦτα μὲν δὴ τοιαῦτά ἐστιν. ἡ Μεσσαλίνα δὲ, τὸν Μνηστῆρα ἀποσπάσασα ἀπὸ τοῦ θεάτρου εἶχε· καὶ ὁπότε λόγος τις ἐν τῷ δήμῳ περὶ αὐτοῦ ὅτι μὴ ὀρχοῖτο γίνοιτο, θαῦμά τι ὁ Κλαύδιος ἐποιεῖτο, ὤμνυε ὅτι μὴ συνείη αὐτῷ· πιστεύοντες δὲ ἀγνοεῖν αὐτὸν τὰ γιγνόμενα, ἐλυποῦντο μὲν ὅτι μόνος οὐκ ἠπίστατο τὰ ἐν τῷ βασιλείῳ δρώμενα, ἅπερ καὶ ἐς τοὺς πολεμίους ἤδη διεπεφοιτήκει· οὐ μὴν καὶ ἐξελέγχειν αὐτὰ ἤθελον, τὸ μὲν τὴν Μεσσαλίναν αἰδούμενοι, τὸ δὲ καὶ τοῦ Μνηστῆρος φειδόμενοι. ὅσον γὰρ ἐκείνη διὰ τὸ κάλλος, τοσοῦτον τῷ δήμῳ διὰ τὴν τέχνην ἤρεσκεν. οὕτω γάρ που δεινὸς σοφιστὴς ἐν τῇ ὀρχήσει ἦν, ὥστε τοῦ ὁμίλου μεγάλῃ ποτὲ σπουδῇ δράματί τι αὐτὸν ἐπιβοώντων ὀρχήσασθαι δεομένου, παρακύψαι τε ἐκ τῆς σκηνῆς, καὶ εἰπεῖν ὅτι Οὐ δύναμαι τοῦτο ποιῆσαι· τῷ γὰρ Ὀρέστῃ συγκεκοίμημαι.

Ἐν δὲ τῷ ἑξῆς ἔτει ὅ τε Κλαύδιος τὸ τέταρτον, καὶ Βιτέλλιος Λούκιος τὸ τρίτον, ὀκτακοσιοστοῦ τῇ Ῥώμῃ ἔτους ὄντος, ὑπάτευσαν. καὶ ἐξήλασε μὲν ὁ Κλαύδιος τινὰς καὶ ἐκ τῆς βουλῆς· ὧν οἱ πλείονες οὐκ ἄκοντες ἐξέπεσον, ἀλλ' ἐθελονταὶ διὰ πενίαν [οὐ] παρέμενον. ἀντεσήγαγε δὲ ὁμοίως πολλούς. ἐπειδή τε Σουρδίνιός τις Γάλλος βουλεῦσαι δυνάμενος ἐς τὴν Καρχηδόνα ἐξῴκησε, σπουδῇ τε αὐτὸν μετεπέμψατο, καὶ ἔφη ὅτι Χρυσαῖς σε πέδαις δήσω. καὶ ὁ μὲν οὕτω τῷ ἀξιώματι πεδηθεὶς, κατὰ χώραν ἔμεινε. Τοὺς μέντοι ἀλλοτρίους ἀπελευθέρους ὁ Κλαύδιος, εἴπου κακουργοῦντας λάβοι, δεινῶς ἐτιμωρεῖτο, τοῖς ἰδίοις οὕτω προσέκειτο, ὥσθ' ὑποκριτοῦ τινὸς ἐν τῷ θεάτρῳ ποτὲ τοῦτο δὴ τὸ θρυλλούμενον εἰπόντος, ὅτι Ἀφόρητός ἐστιν εὐτυχῶν μαστιγίας, καὶ τοῦ τε δήμου παντὸς ἐς Πολύβιον τὸν ἀπελεύθερον αὐτοῦ ἀποβλέψαντος, καὶ ἐκείνου ἐκβοήσαντος ὅτι ὁ αὐτὸς μέντοι ποιητὴς εἶπεν ὅτι Βασιλεῖς ἐγένοντο οἱ πρὶν ὄντες αἰπόλοι, οὐδὲν δεινὸν εἰργάσατο. Μηνυθέντων δέ τινων ὡς ἐπιβουλεύοιεν αὐτῷ, τοὺς μὲν ἄλλους ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἐποιήσατο, εἰπὼν ὅτι οὐ τὸν αὐτὸν χρὴ τρόπον ψύλλαν τε καὶ θηρίον ἀμύνεσθαι· ὁ δὲ Ἀσιατικὸς ἐκρίθη μὲν παρ' αὐτῷ, καὶ ὀλίγου δὲ δεῖν ἀπέφυγεν· ἀρνουμένου γὰρ αὐτοῦ καὶ λέγοντος ὅτι Οὐκ οἶδα οὐδὲ γνωρίζω τῶν καταμαρτυρούντων μου τούτων οὐδένα, ἐρωτηθεὶς ὁ στρατιώτης ὁ φάσκων αὐτῷ συγγεγονέναι, ὅστις ὁ Ἀσιατικὸς εἴη, φαλακρόν τινα προσεστῶτα κατὰ τύχην ἔδειξε.

τοῦτο

τοῦτο γὰρ αὐτοῦ τὸ σύμβολον μόνον ἠπίστατο. γέλωτος οὖν ἐπὶ τούτῳ πολλοῦ γενομένου, καὶ τοῦ Κλαυδίου ἀπολύειν αὐτὸν μέλλοντος, ὁ Βιτέλλιος τῇ Μεσσαλίνῃ χαριζόμενος, παρακεκλῆσθαι ἔφη ὑπ' αὐτοῦ ἵν' ὅπως ἂν βουληθῇ ἀποθάνῃ. ἀκούσας δὲ τοῦτ' ἐκεῖνος, ἐπίστευσέ τε αὐτὸν ὄντως ἑαυτοῦ διὰ τὸ συνειδὸς κατεγνωκέναι, καὶ κατεχρήσατο. Ἀνεφάνη δὲ καὶ νησίδιόν τι ἐν τῷ ἔτει τούτῳ παρὰ τῇ Θήρᾳ τῇ νήσῳ, οὐκ ὂν πρότερον. Ἐπειδή τε πολλοὶ δούλους ἀρρωστοῦντας οὐδεμιᾶς θεραπείας ἠξίουν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐξέβαλλον, ἐνομοθέτησε πάντας τοὺς ἐκ τοῦ τοιούτου περιγιγνομένους, ἐλευθέρους εἶναι. Ἐν δὲ τῇ Βρεττανίᾳ περισχεθέντος τοῦ Οὐεσπασιανοῦ ὑπὸ τῶν βαρβάρων ποτὲ, καὶ κινδυνεύοντος φθαρῆναι, ὁ Τίτος ὁ υἱὸς αὐτοῦ περὶ τῷ πατρὶ δείσας, τήν τε περίσχεσιν αὐτῶν παραλόγῳ τόλμῃ διέρρηξε· κἀκ τούτου φεύγοντας σφᾶς ἐπιδιώξας ἔφθειρεν. ὁ δὲ Πλαύτιος, ἀπὸ τοῦ Βρεττανικοῦ πολέμου, ὡς καὶ καλῶς αὐτὸν χειρίσας καὶ κατορθώσας, καὶ ἐπῃνέθη ὑπὸ τοῦ Κλαυδίου, καὶ ἐθριάμβευσε. Γναῖος δὲ Δομίτιος Κορβούλων, ἐν τῇ Κελτικῇ στρατηγῶν, τά τε στρατεύματα συνεκρότησε, καὶ τῶν βαρβάρων ἄλλους τε καὶ οὓς ἐκάλουν Καύχους ἐκάκωσε. καὶ αὐτὸν ἐν τῇ πολεμίᾳ ὄντα ὁ Κλαύδιος ἀνεκάλεσε. τήν τε γὰρ ἀρετὴν αὐτοῦ καὶ τὴν ἄσκησιν μαθὼν, οὐκ ἐπέτρεψεν αὐτῷ ἐπὶ πλέον αὐξηθῆναι. πυθόμενος δὲ τοῦτο ὁ Κορβούλων ἐπανῆλθε, τοσοῦτον μόνον ἀναβοήσας, Ὦ μακάριοι οἱ πάλαι ποτὲ στρατηγήσαντες· ἐς δήλωσιν ὅτι τοῖς μὲν ἀκινδύνως ἀνδραγαθίζεσθαι ἐξῆν, αὐτὸς δὲ ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος διὰ τὸν φθόνον ἐνεποδίσθη. τῶν μέντοι ἐπινικίων καὶ ὣς ἔτυχε. πιστευθεὶς δὲ πάλιν τὸ στράτευμα, καὶ οὐδὲν ἧττον ἤσκει αὐτό· καὶ ἐπειδή γε εἰρήνευον, διετάφρευσε δι' αὐτῶν πᾶν τὸ μεταξὺ τοῦ τε Ῥήνου καὶ τοῦ * Μόσου, σταδίους ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν μάλιστα· ἵνα μὴ οἱ ποταμοὶ ἐν τῇ τοῦ Ὠκεανοῦ πλημμυρίδι ἀναρρέοντες πελαγίζωσιν. Ἡ Μεσσαλῖνα δὲ, ὥσπερ οὐκ ἐξαρκοῦν αὐτῇ ὅτι καὶ ἐμοιχεύετο καὶ ἐπορνεύετο, (ἤδη γὰρ καὶ ἐπ' οἰκήματος ἐν τῷ παλατίῳ αὐτή τε ἐκαθίζετο, καὶ τὰς ἄλλας τὰς πρώτας ἐκάθιζεν) ἐπεθύμησε καὶ ἄνδρας (τοῦτο * δὴ τὸ τοῦ νόμου) πολλοὺς ἔχειν. διὸ καὶ Σίλιον τὸν Γάιον ἄνδρα ἐπεγράψατο, καὶ τούς γε γάμους πολυτελῶς εἱστίασε, καὶ οἰκίαν αὐτῷ βασιλικὴν ἐχαρίσατο, πάντα τὰ τιμιώτατα τῶν τοῦ Κλαυδίου κειμηλίων συμφορήσασα ἐς αὐτήν· καὶ

nam id ſignũ eius tantummodo didicerat. quamobrem cũ magnus riſus cõcitatus eſſet, Claudiusq; eũ liberare ſtatueret, Vitellius, quo Meſſalinæ rem gratã faceret, ſe ab Aſiatico rogatũ eſſe dixit, vt ſibi liceret mortis genus eligere. * Quod cũ Claudius audiuiſſet, Aſiaticũ necauit: vt quẽ conſcium culpæ, ſe ipſum morte iam damnaſſe exiſtimaret. . Eodem anno parua inſula prope Theram inſulam, quæ numquã antea viſa fuerat, apparuit. Sed cũ multi ſeruos ſuos morbo laborantes nõ modo negligenter tractarent, verũ etiam domo expellerẽt, legem tulit, qua lege oẽs huiuſmodi qui cõualuiſſent, liberos eſſe iuſſit. Cum autẽ Veſpaſianus in Britannia obſideretur a barbaris, atq; in extremum periculũ veniſſet, Titus filius eius, patris ſaluti metuens, incredibili audacia eũ obſidione liberauit, fuditque barbaros, eosq; lõgius inſecutus occidit. Plautius de bello Britannico, quod bene feliciterq; geſſerat, laudatus a Claudio triũphauit. Cnæus vero Domitius Corbulo, qui Prætor in †Germania exercitib. in vnũ conductis vexabat multos, eosq; præſertim qui Cauchi nominãtur, e ſolo hoſtili a Claudio euocat⁹ eſt. Cognita enim eius virtute, exercitationeq; armorũ, amplius eum augeri non permiſit. Quod vbi Corbulo intellexit, in vrbẽ reuerſus eſt; * prius tamen exclamauit, veteres duces fortunatos fuiſſe, quibus licuerit eſſe fortibus ſine periculo; ſe aũt inuidia a Cæſare prohiberi. Claudius tamen ei vt triũpharet conceſſit: eundemq; poſtea exercitui iterum præfecit. Quem cũ ille acce-piſſet, eodẽ modo exercebat milites: & quoniã eo tempore pax erat, agrũ qui inter Rhenũ & Moſam interiacet, ab illis perfodi curauit: (is ager patet ad † milia paſſuũ XXI) idq; fecit ne inundãte Oceano flumina reſtagnarent. Interea Meſſalina, cui nõ ſatis erat adulteria committere & ſcortari, (iam enim * cubiculũ habebat in palatio, in quo ſe & primarias fœminas proſtituebat) cupiuit plurib. viris, tãquam legibus id permiſſum eſſet, nubere. Itaq; nupſit Caio Silio: harumq; nuptiarum conuiuium magnificũ & ſumptuoſum fecit; eiq; regiã domũ donauit, in qua cõgeſſit omnes Claudii theſauros pretioſiſsimos; cumque

Celtica. Gr.

ſtadia potiſſimũ CLXX.

ad extremum Consulem designauit. Quæ cũ audirentur & viderentur ab omnibus, ea solus Claudius ignorabat: qui cum Ostiam esset profectus vt rei frumentariæ prouideret, Messalina, Romæ relicta simulatione ægræ valetudinis, conuiuium ornauit magnifice & splẽdide; in eoq; omnia libidinose & petulanter fecit. Itaque Narcissus Claudio, cũ solus esset, per pellices ipsius omnia quæ gererẽtur, significauit. Quibus cognitis rebus, Claudius in vrbẽ subito reuersus, magnum numerum hominũ, sed in primis Mnesterem occidit: post ipsam quoq; Messalinã iugulauit: nec multo tempore post, Agrippinam fratris sui filiam & matrem eius Domitii qui Nero cognominatus est, in vxorem duxit. Erat enim fœmina egregia forma; ad quam ipse antea sæpenumero accedebat, eaq; cum Claudio vt patruo sola conuersabatur libidinosius quã neptem deceret. Igitur Agrippina, vt primũ regalem potestatẽ habuit, Claudium sibi deuinxit; (erat enim acris fœmina & industria in rebus gerendis) eosq; quos a Claudio diligi animaduerterat, minis atq; beneficiis suos fecit. Ea Claudio, liberos habenti, persuasit vt filium suum adoptaret; eumq; interim ad principatum exercebat, dũ a Seneca institui atq; erudiri curaret. Huic etiã quam maximas opes cõparauit: nihil enim tam paruum erat aut vile, quod pecuniæ causa non faceret; colebatq; eos qui aliquantum locupletes erant, & complures ob eandem causam occidebat: multas illustres & nobiles fœminas nonnulla inuidia perdidit; in quarum numero fuit Lollia Paulina; quæ ab ea propterea necata est, quod se Claudio nupturam esse aliquando sperauerat: cuius caput ad se perlatum cum nõ agnosceret, os eius manu sua aperuit, vt dentes inspiceret, quos illa non perinde vt ceteræ solent habuerat. Itaque Agrippina repente altera Messalina facta est; præsertim cum Senatus amplissimos honores ei decerneret, & in primis, vt in conuentibus publicis carpento vteretur. Sed cum Claudius Neronem filium eius adoptasset, eumq; sibi postea generum faceret emancipata filia, ne fratres matrimonio coniungi viderentur, magnũ prodigium exstitit. nam eo die cœlũ ardere visum est. Cupiuit Claudius nauale prœliũ in quodam lacu apparare: cuius muro de lignea materia ædificato, defixisq; trabibus, eo magnam

τέλος ὕπατον ἀπέφηνε. ταῦτ᾽ οὖν καὶ ὑπὸ πάντων ἀκουόμενα καὶ ὁρώμενα, τὸν γοῦν Κλαύδιον ἐλάνθανεν· ὡς δὲ οὗτός τε ἐς τὰ Ὤστια πρὸς ἐπίσκεψιν σίτου κατέβη, καὶ ἐκείνη ἐν τῇ Ῥώμῃ προφάσει ὡς καὶ νοσοῦσα ὑπελείφθη, συμπόσιόν τι περιβόητον συνεκρότησε, καὶ κῶμον ἀσελγέστατον ἐκώμασεν· ἐνταῦθα ὁ Νάρκισσος μονωθέντι τῷ Κλαυδίῳ μηνύει διὰ τῶν παλλακῶν αὐτοῦ πάντα τὰ γιγνόμενα. ὅθεν ὑποστρέψας παραχρῆμα ἐς τὴν πόλιν, ἄλλους τε πολλοὺς καὶ τὸν Μνηστῆρα ἐθανάτωσε, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ τὴν Μεσσαλῖναν ἀπέσφαξε. Καὶ μετ᾽ ὀλίγον τὴν ἀδελφιδῆν Ἀγριππῖναν ἔγημε, τὴν τοῦ Δομιτίου τοῦ Νέρωνος ἐπονομασθέντος μητέρα. καὶ γὰρ καλὴ ἦν, καὶ συνεχῶς αὐτῇ προσεφοίτα· μόνη τε ὡς καὶ θείῳ συνεγίγνετο, καὶ ἐλευθεριώτερον ἢ κατὰ ἀδελφιδῆν προσεφέρετο. ὡς δὲ ἅπαξ ἐν τῇ βασιλείᾳ ἡ Ἀγριππῖνα ἐγένετο, τόν τε Κλαύδιον ἐσφετερίσατο, δεινοτάτη που οὖσα πράγμασι χρήσασθαι, καὶ τοὺς τινὰ αὐτοῦ εὔνοιαν ἔχοντας, τὰ μὲν φόβῳ, τὰ δὲ εὐεργεσίαις ᾠκειώσατο. τόν τε υἱὸν εἰσποιήσασθαι τὸν Κλαύδιον ἀναπείσασα, καίτοι παῖδας ἔχοντα, ἐς τὸ κράτος ἐξήσκει, καὶ παρὰ τῷ Σενέκᾳ ἐξεπαίδευε. πλοῦτόν τε ἀμύθητον αὐτῷ συνέλεγεν, οὐδὲν οὔτε τῶν σμικροτάτων, οὔτε τῶν ἀτιμοτάτων ἐπὶ ἀργυρισμῷ παραλείπουσα, ἀλλὰ πάντα μὲν καὶ τὸν ὁπωσοῦν εὐπορούντα θεραπεύουσα, πολλοὺς δὲ καὶ δι᾽ αὐτὸ τοῦτο φονεύουσα. ἤδη δέ τινας καὶ τῶν ἐπιφανῶν γυναικῶν ζηλοτυπήσασα ἔφθειρε, καὶ τήν τε Παυλῖναν τὴν Λολλίαν, ὅτι ἐλπίδα τινὰ εἰς τὴν τοῦ Κλαυδίου συνοίκησιν ἐσχήκει, ἀπέκτεινε· τήν τε κεφαλὴν αὐτῆς κομισθεῖσαν αὐτῇ, μὴ γνωρίσασα, τό τε στόμα αὐτῆς αὐτοχειρίᾳ ἤνοιξε, καὶ τοὺς ὀδόντας ἐπεσκέψατο, ἰδίως πως ἔχοντας. καὶ ἡ μὲν ταχὺ καὶ αὐτὴ Μεσσαλῖνα ἐγένετο, καὶ μάλιστα ὅτι καὶ τιμὰς ἄλλας τε, καὶ τὸ καρπεντίῳ ἐν ταῖς πανηγύρεσι χρῆσθαι, παρὰ τῆς βουλῆς ἔλαβεν. Ὁπότε δὲ ὁ Κλαύδιος τὸν Νέρωνα τὸν υἱὸν αὐτῆς εἰσεποιήσατό τε καὶ γαμβρὸν ἐποιήσατο, τὴν θυγατέρα ἐς ἕτερόν τι γένος ἐκποιήσας, ἵνα μὴ ἀδελφοὺς συνοικίζειν δοκῇ, τέρας οὐ μικρὸν ἐγένετο. καίεσθαι γὰρ ὁ οὐρανὸς τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἔδοξεν. Ἐν λίμνῃ δέ τινι ναυμαχίαν ὁ Κλαύδιος ἐπιθυμήσας ποιῆσαι· τεῖχός τε ξύλινον περὶ αὐτὴν κατεσκεύασε, καὶ ἰκρία ἔπηξε· πλῆθός τε

ἀναρίθμη-

ἀνάριθμον ἦν, ἐθεώρει. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι, ὥς που καὶ ἔδοξεν αὐτοῖς· ὁ δὲ δὴ Κλαύδιος, ὅ τε Νέρων, στρατιωτικῶς ἐστάλησαν, ἡ τε Ἀγριππῖνα * χλαμύδι διαχρύσῳ ἐκοσμήθη. οἱ δὲ δὴ ναυμαχήσοντες θανάτῳ [δὴ] καταδεδικασμένοι ἦσαν, καὶ πεντήκοντα ναῦς ἑκάτεροι [illegible], οἱ μὲν Ῥόδιοι, οἱ δὲ Σικελοὶ ὀνομασθέντες. καὶ τὸ μὲν πρῶτον * συστραφέντες καὶ καθ᾽ ἓν γενόμενοι, Κλαύδιον ἅμα προσηγόρευσαν οὕτω, Χαῖρε αὐτοκράτορ· οἱ ἀπολούμενοί σε ἀσπαζόμεθα. ἐπεὶ δὲ οὐδὲν σωτήριον εὕροντο, ἀλλὰ ναυμαχεῖν καὶ ὡς ἐκελεύσθησαν, διέκπλοις τε ἀπλοῖς ἐχρήσαντο, καὶ ἥκιστα ἀλλήλων ἥψαντο, μέχρις οὗ καὶ ἀνάγκῃ κατεκόπησαν. Ὁ δὲ δὴ Νάρκισσος οὕτως ἐνέτρυφα τῷ Κλαυδίῳ, ὥστε λέγεται, ἐπειδή ποτε οἱ Βιθυνοὶ δικάζοντος τοῦ Κλαυδίου Ἰουνίου Κίλωνος τοῦ ἄρξαντος σφῶν πολλὰ κατεβόησαν, ὡς οὐ μετρίως δωροδοκήσαντος, καὶ ἤρετο ἐκεῖνος τοὺς παρεστηκότας ὅ τι λέγουσιν, (οὐ γὰρ συνίει διὰ τὸν θόρυβον αὐτῶν) εἶπέ τε ὁ Νάρκισσος ψευσάμενος ὅτι χάριν τῷ Ἰουνίῳ γινώσκουσι, πιστεῦσαί τε αὐτῷ καὶ εἰπεῖν, Οὐκοῦν ἐπὶ διετὲς ἔτι ἐπιτροπευσάτω. Ἡ δὲ Ἀγριππῖνα καὶ δημοσίᾳ πολλάκις αὐτῷ καὶ χρηματίζοντι καὶ πρεσβείας ἀκροωμένῳ παρῆν, ἐπὶ βήματος ἰδίου καθημένη. καὶ ἦν καὶ τοῦτο οὐδενὸς ἔλαττον θέαμα. Ἰουδαίῳ δέ τινι Γαλλικῷ ῥήτορι δίκην ποτὲ λέγοντι ὁ Κλαύδιος ἀχθεσθείς, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἐς τὸν Τίβεριν ἐμβληθῆναι. ἔτυχε γὰρ πλησίον τοῦ αὐτοῦ δικάζων. ἐφ᾽ ᾧ δὴ Δομίτιος ὁ Ἄφρος, πλεῖστον τῶν καθ᾽ ἑαυτὸν ἐν τῷ συναγορεύειν ποτὲ ἰσχύσας, κάλλιστα ἀπέσκωψε. δεηθέντος γάρ τινος ἀνθρώπου τῆς παρ᾽ αὐτοῦ βοηθείας, ἐπειδὴ ὑπὸ τοῦ Γαλλικοῦ ἐγκατελείφθη, ἔφη πρὸς αὐτὸν ὅτι, Καὶ τίς σοι εἶπεν ὅτι κρεῖττον ἐκείνου νήχομαι; Ὁ δὲ Κλαύδιος τοῖς ὑπὸ τῆς Ἀγριππίνης δρωμένοις, ὧν γε καὶ ᾐσθάνετο ἤδη, ἀχθόμενος, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν Βρεττανικὸν ἐπιζητῶν, ἐξ ὀφθαλμῶν αὐτῷ ἐπίτηδες ὑπ᾽ ἐκείνης τὰ πολλὰ γιγνόμενον, Νέρωνι, οἷα τῷ ἑαυτῆς παιδίῳ ἐκ τοῦ προτέρου ἀνδρὸς αὐτῆς Δομιτίου, πάντα τρόπον προσποιουμένης τὸ κράτος, οὐκ ἤνεγκε τὸ γιγνόμενον, ἀλλ᾽ ἐκείνην τε καταλῦσαι, καὶ τὸν υἱὸν διάδοχον τῆς ἀρχῆς ἀποδεῖξαι παρεσκευάζετο. Μαθοῦσα δὲ ταῦτα ἡ Ἀγριππῖνα, ἐφοβήθη, καὶ αὐτὸν προκαταλαβεῖν φαρμάκῳ ἠθέλησεν. ὡς δὲ ἐκεῖνος οὐδὲν ὑπὸ τοῦ οἴνου, ὃν πολὺν ἀεί ποτε ἔπινε, καὶ ὑπὸ τῆς ἄλλης διαίτης ἣ πρὸς φυλακὴν σφῶν οἱ αὐτοκράτορες χρῶνται, κακοῦσθαι

hominum multitudinē coegit. Ibi ceteri arbitrio suo, Claudius aūt & Nero militari veste induti fuerūt; Agrippina, aurea chlamyde fuit ornata. Qui eo prœlio nauali decertaturi erāt, damnati fuerāt rei capitalis. Erāt vtrimque quinquaginta naues: alteri Rhodii, alteri Siculi nominabātur. Hi principio simul oēs Claudiū salutauerunt his verbis: *Salue imperator; pereūtes salutamus te.* post, vbi salutē impetrare non potuerunt, fuitq; mandatum vt, quemadmodū iussi fuerāt, dimicarēt: eruptione facta, nō se pri⁹ adorti sunt, quā fuerūt necessitate coacti. Narcissus vero adeo Claudiū ludificabatur, vt, cū Bithynii contra Iunium Cilonē qui ipsis præfuerat, exclamarēt, dicerentq; eū magnis munerib. corruptū fuisse, & Claudius eos qui circumstabāt rogaret quid dicerent: (nō enim propter tumultum intellexerat) Narcissus mentiens, eos magnas gratias habere Iunio respōdit: Claudius, Narcissum vera dicere arbitratus, Iuniū eis præesse alterū bienniū iussit. Agrippina sæpenumero sedens in suo tribunali, Claudio assidebat, cū is legatos audiret, aut eis respōderet. quo genere spectaculi nullū erat sane pulchrius. Claudius, iratus aliquando Iudæo Gallico oratori causam apud se agenti, iussit eū in Tiberim proiici, a quo tū, cum ius redderet, non lōge aberat. Hac in re Domitius Afer, qui omnes patronos causarum suæ ętatis superabat, perbelle iocatus est. nam cū is qui erat a Iudæo destitutus, opē ab eo peteret, ita respondit: *Quis tibi nuntiauit*, inquit, *me melius quam illum natare?* Ceterum Claudius, iratus propter ea quæ ab Agrippina fiebant, quęque iam ad ipsum perferebantur, requirebat Britannicum: quē illa sæpenumero de industria in conspectū patris, ꝓpterea venire nolebat, quod Neroni filio suo, quem ex Domitio priore marito habebat, imperiū parare conaretur. Quam rem Claudius cum perferre nō posset, parabat eius potentiam minuere, & filium suum successorem imperii designare. Quo cognito, Agrippina metuēs, eius cōsilium pręuenire statuit. Itaque vt cognouit ei propter vinū noceri nō posse; (multum enim bibebat) tum propter aliā rationem viuendi, qua plurimum Imperatores vtuntur, vt salutē

tueantur; Locustam veneficā mulierem, eamq; celeberrimā, accersiri, ac per eā venenum, cui remediū adhiberi nō poterat, in boleto parari iussit. Quo facto, Agrippina cœpit ex ceteris boletis comedere; illū vero in quo venenū erat, maximū atq; pulcherrimū, vt Claudius comederet, perfecit. Ita ille ex insidiis captus, ex conuiuio, quasi vino cōfectus, exportatus est: id quod antea crebro factū fuerat. Noctu autē, posteaquā obmutuisset atq; obsurduisset, mortuus est, tertio Idus Octobris. Vixit annos LXIII: regnauit annos XIII, menses VIII, dies XX. Id Agrippina facere potuit, q̄ Narcissum præmiserat in Campaniam, vt aquis quę erant in ea regione, ad podagrā vteretur. nec enim id eo præsente confecisset, quod ille domini custos vigilātissimus erat. Idemq; post mortem Claudii sublatus est; homo illis quidē temporibus omniū hominum potētissimus: possidebat enim † quater millies sestertium, eoq; amplius; applicabātq; se ad eū ciuitates regesque. Is, priusquā iugularetur, facinus præclarū fecit. Nam arcanas litteras, quas Claudius cōtra Agrippinam & nonnullos alios scripserat, & quas ipse, cui ea cura incūbebat, apud se habebat, omnes cōbussit. Itaq; Claudius mortuus est. cuius mortē hæc denuntiare videbantur. Nam cometa lōgo tempore visus est; pluitq; sanguinem; & fulmen de cælo in signa Prætorianorum militū cecidit; templumq; Iouis Victoris sua sponte apertū est: *denique ex singulis generibus magistratuum singuli mortui sunt. Claudius eundē honorē sepulturę & reliquorū omniū, qui Augusto habitus fuerat, adeptus est. Tū Agrippina & Nero cum se lugere simulabant, quem necauerant; atq; in cælum efferebāt eum, quem in cōuiuio ex insidiis sustulerant. Itaq; Lucius Iulius Gallio, Senecæ frater, facete & vrbane dixit: (scripsit enim & Seneca librū, quem ἀποκολοκύντωσιν, quasi immortalitatem quādam esu boleti partā, nominauit) sed ille cum multa dixisse fertur, tum hoc breuissimè. Nam cū esset cōsuetudo necatos in carcere trahi a carnificib. in forū magnis quibusdam vncis, deinde in flumen proiici, dixit Claudiū vnco in cælum attractū esse. Ipsius quoque Neronis dictum, non

† aureorum plusquam quadragies cētena milia, Bl. plusquam decies mille myriadas, Gr.

ἠδυνάτο, Λουκοῦσάν τινα φαρμακίδα περιβόητον μετεπέμψατο, καὶ φάρμακόν τι ἄφυκτον προκατασκευάσασα, ἔς τινα τῶν καλουμένων μυκήτων ἐνέβαλε. καὶ αὐτὴ μὲν ἐκ τῶν ἄλλων ἤσθιεν, ἐκεῖνον δὲ ἐκ τοῦ τὸ φάρμακον ἔχοντος (καὶ γὰρ μέγιστος καὶ κάλλιστος ἦν) φαγεῖν ἐποίησε. καὶ ὁ μὲν οὕτως ἐπιβουλευθεὶς, ἐκ μὲν τοῦ συμποσίου, ὡς καὶ ὑπερχορὴς μέθης σφόδρα ὢν, ἐξεκομίσθη· (ὅπερ που καὶ ἄλλοτε πολλάκις ἐγεγόνει) τῆς δὲ νυκτὸς οὐδὲν οὔτ' εἰπεῖν οὔτ' ἀκοῦσαι δυνηθεὶς, μετήλλαξε, τῇ τρίτῃ καὶ δεκάτῃ τοῦ ὀκτωβρίου, ζήσας ἑξήκοντα καὶ τρία ἔτη, αὐταρχήσας δὲ ἔτη ιγ', καὶ μῆνας ὀκτὼ, καὶ ἡμέρας εἴκοσι. Ταῦτα δὲ δὴ ἡ Ἀγριππῖνα ποιῆσαι ἠδυνήθη, ὅτι τὸν Νάρκισσον ἐς Καμπανίαν, προφάσει ὡς καὶ τοῖς ὕδασι τοῖς ἐκεῖ πρὸς τὴν ποδάγραν χρησόμενον, προαπεπέμψαν· ἐπεὶ παρόντος γε αὐτοῦ οὐκ ἄν ποτε αὐτὸ ἐδεδράκει. τοιοῦτός τις φύλαξ τοῦ δεσπότου ἦν. ἐναπώλετο δὲ καὶ αὐτὸς τῷ Κλαυδίῳ, μέγιστον τῶν * ποτὲ ἀνθρώπων δυνηθείς. μυριάδας τε γὰρ πλείους μυρίων εἶχε, καὶ προσεῖχον αὐτῷ καὶ πόλεις καὶ βασιλεῖς. καὶ δῆτα καὶ τότε ἀποσφαγήσεσθαι μέλλων, λαμπρὸν ἔργον διεπράξατο. τὰ γὰρ γράμματα τοῦ Κλαυδίου, ὅσα ἀπόρρητα κατά τε τῆς Ἀγριππίνης καὶ κατ' ἄλλων τινῶν, οἷα τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῦ διοικῶν, εἶχε, πάντα προκατέκαυσεν. Οὕτω μὲν ὁ Κλαύδιος μετήλλαξεν· ἔς τοῦτό τε ἀστὴρ κομήτης ἐπὶ πλεῖστον ὀφθεὶς, καὶ ἡ ψακὰς ἡ αἱματώδης, ὅ τε σκηπτὸς ὁ ἐς τὰ δορυφορικὰ σημεῖα ἐμπεσὼν, καὶ ἡ αὐτόματος τοῦ ναοῦ τοῦ Διὸς τοῦ Νικαίου ἄνοιξις. τό τε σμῆνος τὸ ἐν τῷ στρατοπέδῳ συστραφὲν, καὶ ὅτι ἐξ ἁπασῶν τῶν ἀρχῶν εἷς ἀφ' ἑκάστης ἐτελεύτησεν, ἔδοξε σημῆναι. ἔτυχε δὲ καὶ τῆς ταφῆς καὶ τῶν ἄλλων ὅσων ὁ Αὔγουστος. Ἀγριππῖνα δὲ καὶ ὁ Νέρων πενθεῖν προσεποιοῦντο ὃν ἀπεκτόνεσαν, ἔς τε τὸν οὐρανὸν ἀνήγαγον ὃν ἐκ τοῦ συμποσίου φοράδην ἐξενηνόχεσαν. ὅθεν περ Λούκιος Ἰούλιος Γαλλίων, ὁ τοῦ Σενέκα ἀδελφὸς, ἀστειότατόν τι ἀπεφθέγξατο. συνέθηκε μὲν γὰρ καὶ ὁ Σενέκας σύγγραμμα, ἀποκολοκύντωσιν αὐτὸ, ὥσπερ τινὰ * ἀθανάτωσιν, ὀνομάσας. ἐκεῖνος * γὰρ ἐν βραχυτάτῳ πολλὰ εἰπὼν ἀπομνημονεύεται. ἐπεὶ γὰρ τοὺς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ θανατουμένους ἀγκίστροις τισὶ μεγάλοις οἱ δήμιοι ἔς τε τὴν ἀγορὰν ἀνεῖλκον, κἀνταῦθα ἐς τὸν ποταμὸν ἔσυρον, ἔφη τὸν Κλαύδιον ἀγκίστρῳ ἐς τὸν οὐρανὸν ἀνενεχθῆναι. καὶ ὁ Νέρων δὲ οὐκ

ἀπάξιον

ἀπάξιον μνήμης ἔπος κατέλιπε· τοὺς γὰρ μύκητας, θεῶν βρῶμα ἔλεγεν εἶναι, ὅτι καὶ ἐκεῖνος διὰ τοῦ μύκητος θεὸς ἐγεγόνει.

indignum memoria videtur. Is dicebat, boletos cibum deorū esse, quod Claudius boleto in numerum deorum relatus fuisset.

ΝΕΡΩΝ.

Ἀποθανόντος δὲ τοῦ Κλαυδίου, κατὰ μὲν τὸ δικαιότατον ἡ ἡγεμονία τοῦ Βρεταννικοῦ ἦν· (γνήσιος γὰρ τοῦ Κλαυδίου παῖς ἐπεφύκει, καὶ τῇ τοῦ σώματος ἀκμῇ καὶ ὑπὲρ τὸν τῶν ἐτῶν ἀριθμὸν ἐχρῆτο) ἐκ δὲ δὴ τοῦ νόμου καὶ τῷ Νέρωνι διὰ τὴν ποίησιν ἐπέβαλλεν. ἀλλ' οὐδὲν γὰρ δικαίωμα τῶν ὅπλων ἰσχυρότερόν ἐστι. πᾶς γὰρ ὁ δυνάμει προέχων, δικαιότερος ἀεὶ καὶ λέγειν καὶ πράττειν δοκεῖ. Νέρων οὖν τάς τε διαθήκας τοῦ Κλαυδίου ἠφάνισε, καὶ τὴν ἀρχὴν πᾶσαν διεδέξατο, τόν τε Βρεταννικὸν καὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτοῦ διεχειρίσατο. τί γὰρ ἄν τις καὶ τὰ τῶν ἄλλων παθήματα καταδύραιτο; Σημεῖα δὲ αὐτῷ τῆς αὐταρχίας τάδε ἐγένετο. ἀκτῖνες γὰρ τικτόμενον αὐτὸν ὑπὸ τὴν ἕω ἐξ οὐδεμιᾶς τοῦ ἡλίου φανερᾶς προσβολῆς περιέσχον· καί τις ἀστρολόγος ἔκ τε τούτων, καὶ ἐκ τῆς τῶν ἄστρων φορᾶς τῆς ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ, καὶ πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίας, δύο ἅμα περὶ αὐτοῦ ἐμαντεύσατο, ὅτι τε βασιλεύσει, καὶ ὅτι τὴν μητέρα φονεύσει. (ἀκούσασα δὲ ταῦθ' ἡ Ἀγριππῖνα, παραυτίκα μὲν οὕτως ἐξεφρόνησεν, ὥστε καὶ αὐτὸ τοῦτο ἀναβοῆσαι, Ἀποκτεινάτω με, μόνον βασιλευσάτω. ὕστερον δὲ καὶ πάνυ μετανοήσειν ἐπὶ τῇ εὐχῇ ἔμελλεν. ἐς γὰρ τοῦτο μωρίας ἀφικνοῦνταί τινες, ὥστε ἄν τι προσδοκήσωσιν ἀγαθὸν κακῷ μεμιγμένον λήψεσθαι, εὐθὺς μὲν ἐπιθυμίᾳ τοῦ κρείττονος, καταφρονεῖν τοῦ χείρονος· ἐπειδὰν δὲ καὶ ἐκείνου ὁ καιρὸς ἔλθῃ, δυσχεραίνειν, καὶ μὴ ἂν μηδὲ τὸ βέλτιστον εἰληφέναι βεβουλῆσθαι. καίτοι καὶ τὴν πονηρίαν καὶ τὴν ἀσέλγειαν τὴν τοῦ Νέρωνος καὶ ὁ Δομίτιος ὁ πατὴρ ἱκανῶς οὐκ ἐκ μαντείας, ἀλλ' ἐκ τῶν τρόπων τῶν τε ἑαυτοῦ καὶ τῶν τῆς Ἀγριππίνης προείδετο, καὶ εἶπεν ὅτι Ἀδύνατόν ἐστιν ἄνδρα τινὰ ἀγαθὸν ἔκ τε ἐμοῦ καὶ ἐκ ταύτης γεννηθῆναι) προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου λεβηρὶς περὶ τὸν αὐχένα τοῦ Νέρωνος παιδίου ἔτ' ὄντος εὑρεθεῖσα, παρέδωκε τοῖς μάντεσι λέγειν, ὅτι ἰσχὺν παρὰ τοῦ γέροντος μεγάλην λήψεται)· ἐπειδὴ τὸ γῆρας διὰ ταῦθ' οἱ ὄφεις ἐκδύεσθαι νομίζονται. Ἑπτὰ δὲ καὶ δέκα ἔτη ἦγεν ὅτ' ἦρξεν· ἔς τε τὸ στρατόπεδον ἐσῆλθε·

NERO.

Post Claudii mortem, Britannicū optimo iure Imperio succedere oportebat, quod erat eius naturalis & legitimus filius, quodq; valebat virib. corporis, & flore ætatis vigebat. Iure aūt ciuili, propter ius adoptionis, Imperiū ad Neronem quoq; pertinebat. *Sed nullum ius profecto plus potest, quam arma.* Vt .n. quisq; potentissimus est, ita iustissime dicere omnia & facere videtur. Itaq; Nero, tabulis testamēti Claudii de medio sublatis, non solum est Imperium adeptus, sed etiā Britānicum, & sorores eius interfecit. quis enim calamitates ceterorum hominū facile deploret? Huic aūt Imperiū ante hoc modo significatum est. Cum natus esset prima luce, antequam sol ortus esse videretur, radii circum eum fulserunt: qua ex re, tum etiā animaduerso stellarū cursu, qui tum erat, atq; earum cōiunctione, quidam astrologus duo simul prędixit, eum regnaturum esse, & matrē necaturū. (Quod cum Agrippina intellexisset, demens subito exclamare cœpit; *Me vero*, inquit, *occidat, dum regnet.* Cuius quidē rei futurum erat vt eā maxime pœniteret. *Sed plerique hominum adeo stulti sunt, vt si bona se sperent adepturos, quæ cum malis coniuncta sint, statim incensi cupiditate melioris, quod peius est, negligant: cum autem id quod malum erat, aduenerit, adeo grauiter & moleste ferunt, vt se maxime cupiant ab optimis quibusq; rebus abstinuisse.* Porro nequitiā & petulantiā Neronis Domitius pater nō ex vaticinio, sed ex suis & Agrippinæ moribus prædixit. *Non enim*, inquit, *fieri vllo modo potest, vt ex me & illa vir bonus nascatur*) Progrediente vero tempore, propter exuuias serpētis ad ceruicē Neronis pueri inuētas, vates prędixere, eū ab homine sene magnā potentiam accepturum. serpētes enim positis exuuiis, vna exuere senectutē existimantur. Natus erat decem & septem annos, cum imperare cœpit: deinde profectus ad exercitū,

lectis iis quæ Seneca scripserat, militibus, quantum eis Claudius dederat, promisit. Quæ autem legit in Senatu ab eodem Seneca scripta, tātam vim habuerūt, vt decreto Senatus insculperētur in columna argētea, ac quotannis cum noui consules magistratum inirent, legerentur. Quibus reb. omnibus id agebant, vt tamquam ad certum quoddam præscriptum optime regerentur. Agrippina, principio administrabat omnia quę ad principatum spectabant: ambo vna exibant foras, sępenumero eadem lectica vehebantur: quamquam illa magna ex parte vehi, hic consequi solebat: illa respondebat legatis, litterasque ad populos & principes & reges mittebat. Quod cum diu factū esset, ferre grauiter cœperunt Seneca & Burrus, homines sapiētissimi, & apud Neronem maximę auctoritatis. Horum alter prætorianis militibus præerat, alter, doctor eius erat. Itaq; commodam occasionem nacti, huic rei finem imposuerunt. Cum enim legati Armeniorū venissent, velle'q; Agrippina in tribunal, ex quo Nero cū eis colloquebatur, ascendere, eamq; illi appropinquare viderent, adolescenti, vt ante descenderet, & ad matrem excipiendam procederet obuiā, persuaserunt. Quo facto non sunt reuersi, alia simulata causa, ne barbaris hāc labem ignominiamque Imperii patefacerent: cumq; perfecissent postea vt ne deinceps permitteretur ei cura rerum publicarū, ipsi omnem potentiam consecuti sunt; quam quousq; obtinere potuerūt, omnia sunt ab iis optime & iustissime administrata. Nero enim otiū & tranquillitatē vitæ secutus, nō facile negotiis implicabatur, eumq; illi voluptatibus sinebant indulgere, vt, cum expleuisset cupiditates suas sine magno reipublicæ detrimento, consiliū mutaret: quasi nescirent, *præfractos iuuenum animos, educatosque in secura voluptate & maxima licentia, non modo expleri non posse, sed ex iis multo magis corrumpi.* Is primo tantummodo conuiuia faciebat, cū libidinosis luxuriose viuebat, crebro ebrius erat, amabat. Sed postquam nemo increpauit eius libidinem, nec respublica propterea peius administrabatur, putauit se non solum ea bene gerere, sed etiam posse iisdem in posterum vti. Itaque cœpit partim contemnere; præsertim cum crebro audiret a familiaribus suis, *Tu*

καὶ ἀναγνοὺς ὅσα ὁ Σενέκας ἐγεγράφει, ὑπέσχετο αὐτοῖς ὅσα ὁ Κλαύδιος ἐδεδώκει. τοσαῦτα δὲ καὶ πρὸς τὴν βουλὴν, πρὸς τοῦ Σενέκου καὶ αὐτὰ γραφέντα, ἀνέγνω· ὥστε καὶ ἐς ἀργυρᾶν στήλην ἐγγραφῆναι, καὶ ἐν ταῖς νέαις τῶν ἀεὶ ὑπάτων ἀρχαῖς ἀναγινώσκεσθαι ψηφισθῆναι. καὶ οἱ μὲν ἐκ τούτων, ὡς καὶ κατὰ συγγραφήν τινα καλῶς ἄρξοντες, παρεσκευάζοντο· καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἡ Ἀγριππῖνα πάντα αὐτῷ τὰ τῇ ἀρχῇ προσήκοντα διῴκει, καὶ τὰς ἐξόδους ἅμα ἐποιοῦντο, πολλάκις μὲν καὶ ἐν τῷ αὐτῷ φορείῳ κατακείμενοι· τὸ δὲ δὴ πλεῖον, ἡ μὲν ἐφέρετο, ὁ δὲ συμπαρείπετο. τῇ τε πρεσβείαις ἐχρημάτιζε, καὶ ἐπιστολὰς καὶ δήμοις καὶ ἄρχουσι καὶ βασιλεῦσιν ἐπέστελλεν. ὡς δὲ ἐπὶ πολὺ τοῦτ' ἐγίνετο, ἐδυσχέραινεν ὅ τε Σενέκας καὶ ὁ Βοῦρρος, φρονιμώτατοί τε ἅμα καὶ δυνατώτατοι τῶν περὶ τὸν Νέρωνα ὄντες· ὁ μὲν, ἔπαρχος τοῦ δορυφορικοῦ, ὁ δὲ, διδάσκαλος αὐτοῦ ὤν· καὶ ἔπαυσαν τὸ γινόμενον, τοιᾶσδε ἀφορμῆς λαβόμενοι· πρεσβείας Ἀρμενίων ἐλθούσης, καὶ ἡ Ἀγριππῖνα ἐπὶ τὸ βῆμα, ἀφ' οὗ σφίσιν ὁ Νέρων διελέγετο, ἀναβῆναι ἠθέλησεν. ἰδόντες οὖν αὐτὴν ἐκεῖνοι πλησιάζουσαν, ἔπεισαν τὸν νεανίσκον προκαταβῆναι καὶ προαπαντῆσαι τῇ μητρὶ, ὡς καὶ ἐπὶ δεξιώσει τινί· πραχθέντος δὲ τούτου, οὔτε τότε ἐπανῆλθον, ἐμβαλόντες τινὰ αἰτίαν, ὥστε μὴ καὶ ἐς τοὺς βαρβάρους τὸ νόσημα τῆς ἀρχῆς ἐκφανῆναι· καὶ μετὰ τοῦτ' ἔπραττον ὅπως μηδὲν ἔτ' αὐτῇ τῶν κοινῶν ἐπιτρέπηται. κατεργασάμενοι δὲ τοῦτο, αὐτοὶ τὴν ἀρχὴν ἅπασαν παρέλαβον, καὶ διῴκησαν ἐφ' ὅσον ἠδυνήθησαν ἄριστα καὶ δικαιότατα. ὅ τε γὰρ Νέρων οὔτ' ἄλλως φιλοπράγματος ἦν, καὶ ἔχαιρεν ἐν ῥᾳστώνῃ διάγων. καὶ αὐτοὶ τὸν Νέρωνα τρυφᾶν εἴων, ὅπως διακορὴς, ἄνευ μεγάλου τινὸς τῶν κοινῶν πάντων κακοῦ, ὧν ἐπεθύμει γενόμενος, μεταβάληται· ὥσπερ οὐκ εἰδότες ὅτι ψυχὴ νέα τε καὶ αὐθάδης, ἔν τε τρυφῇ ἀνεπιπλήκτῳ καὶ ἐν ἐξουσίᾳ αὐτοτελεῖ τραφεῖσα, οὐχ ὅσον οὐ κορέννυται αὐτῶν ἴσχει, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῶν τούτων προσδιαφθείρεται. ἀμέλει καὶ ὁ Νέρων τὰ μὲν πρῶτα ἁπλῶς πως δεῖπνά τε ἐποίει, καὶ περὶ κώμους ἐκώμαζε, καὶ ἐμέθυε, καὶ ἤρα· ἔπειτα δὲ, ὡς οὔτε ἐκείνῳ τις ἐπέπληττεν, οὔτε τὰ κοινὰ χεῖρον διὰ τοῦτο διεχειρίζετο, ἐπίστευσεν ὅτι καὶ καλῶς αὐτὰ ποιεῖ, καὶ δύναται καὶ ἐπὶ πλεῖον σφίσι χρῆσθαι. καὶ μετὰ τοῦτο τὰ μὲν καταφρονήσας, οἷά που συνεχῶς παρὰ τῶν συνόντων ἀκούων, Σὺ δὲ

τούτων ἀνέχῃ; σὺ δὲ τούτους φοβῇ; οὐκ οἶσθα ὅτι Καῖσαρ εἶ; καὶ σὺ ἐκείνων ἐξουσίαν, ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνοί σου ἔχουσι; τὰ δὲ καὶ φιλονεικῶν, μήτε τῆς μητρὸς, ὡς καὶ κρείττονος, ἐλαττοῦσθαι, μήτε τοῦ Σενέκου τοῦ τε Βούρρου, ὡς καὶ φρονιμωτέρων, ἡττᾶσθαι· τέλος ἀπηρυθρίασε, καὶ πάντα τὰ παραγγέλματα αὐτῶν συγχέας καὶ καταπατήσας, πρὸς τὸν Γάιον ἔτεινεν. Ὡς δ' ἅπαξ ζηλῶσαι αὐτὸν ἐπεθύμησε καὶ ὑπερεβάλετο, νομίζων τῆς αὐτοκρατορικῆς καὶ τοῦτ' ἰσχύος ἔργον εἶναι, τὸ μηδὲ ἐν τοῖς κακίστοις μηδενὸς ὑστερίζειν, ἐντεῦθεν πολλὰ μὲν (ὡς εἰκὸς) χρήματα ἀνήλισκε, πολλὰ δὲ ἀδίκως ἐπορίζετο, πολλὰ δὲ βιαίως ἥρπαζε. ἦν μὲν γὰρ οὐδ' ὅλως μικρόφρων. τεκμήριον δέ. δορυφόρῳ τῷ τὰ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ βιβλία διέποντι, πεντήκοντα ἅμα καὶ διακοσίας μυριάδας δοθῆναι κελεύσας, εἶτ' ἐπεὶ ἡ Ἀγριππῖνα ἐσώρευσεν αὐτὰς, ἵνα ἀθρόον τὸ ἀργύριον ἰδὼν μεταβάληται, ἤρετο πόσον εἴη τὸ κείμενον· καὶ μαθὼν, ἐδιπλασίασεν αὐτὸ, εἰπὼν ὅτι Ἠγνόηκα ὀλίγον οὕτω κεχαρισμένος.* πολλῷ δὲ δῆλον καὶ ἐκ τοῦ πλήθους τῶν δαπανωμένων . . . γὰρ μὲν τοὺς ἐν τῷ βασιλικῷ κοιτῶνι θησαυροὺς ἐξήντλησε· ταχὺ δὲ πόρων καινῶν ἐδεήθη, καὶ τέλη τε οὐκ εἰθισμένα ἐξελέγετο, καὶ αἱ οὐσίαι τῶν ἐχόντων τι ἐπολυπραγμονοῦντο. καὶ οἱ μὲν ἐκείνας ἐξ ἐπηρείας ἀπέβαλον, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ προσαπώλοντο. Τοιοῦτος μὲν τὸ σύμπαν ὁ Νέρων ἐγένετο. λέξω δὲ καὶ καθ' ἕκαστον. περὶ μὲν οὖν τὰς ἱπποδρομίας τοσαύτῃ σπουδῇ ὁ Νέρων ἐκέχρητο, ὥστε καὶ τοὺς ἵππους τοὺς ἀγωνιστὰς, τοὺς ἐπιφανεῖς, τοὺς παρηβηκότας, στολῇ τε ἀγοραίῳ, ὡς ἄνδρας τινὰς, κοσμῆσαι, καὶ χρήμασιν ὑπὲρ σιτηρεσίου τιμῆσαι. ἐπαιρομένων δὲ δὴ καὶ τῶν ἱπποτρόφων καὶ τῶν ἡνιόχων τῇ παρ' αὐτοῦ σπουδῇ, καὶ δεινῶς τούς τε στρατηγοὺς καὶ τοὺς ὑπάτους ὑβριζόντων, Αὖλος Φαβρίκιος στρατηγῶν, ἐκείνοις μὲν μὴ βουληθεῖσιν ἐπὶ μετρίοις τισὶν ἀγωνίσασθαι, οὐκ ἐχρήσατο· κύνας δὲ διδάξας ἕλκειν ἅρματα, ἀντὶ ἵππων ἐσήγαγε. γενομένου δὲ τούτου, οἱ μὲν τῇ λευκῇ τῇ τε πυρρᾷ σκευῇ χρώμενοι, τὰ ἅρματα εὐθὺς καθῆκαν· τῶν δὲ δὴ πρασίνων τῶν τε *οὐενετίων μηδ' ὡς εἰσελθόντων, ὁ Νέρων τὰ ἆθλα τοῖς ἵπποις αὐτὸς ἔθηκε, καὶ ἡ ἱπποδρομία ἐτελέσθη. Ἐλυπεῖτο δὲ καὶ ἡ Ἀγριππῖνα, μηκέτι τῶν ἐν τῷ παλατίῳ διὰ τὴν Ἀκτὴν μάλιστα

hæc pateris? tu hos times? ignoras te Cæsarem esse? teque illorum potestatem habere, non illos tui? partim contendere, ne matri cederet; tum erubescere, quod Seneca & Burro prudentissimis hominibus inferior esse videretur. denique omnia eorum præcepta prætermittere atque negligere, & ad mores ac instituta Caii se conferre. quem vt primum imitari statuit, facillime superauit: existimans, Imperatoriæ maiestatis ac potestatis esse, efficere vt nemini ne in pessimis quidem rebus cederet. Qua ex re cœpit (vt par est) magnam pecuniã consumere, multa per iniuriam quærere, multa per vim eripere: nec enim illiberali animo erat. Cuius rei argumento est, quod cum prętoriano militi, qui libros imperii eius administrabat, dari iussisset † centies sestertium; eaq; Agrippina, vt ipsum, intuentem summã tantæ pecuniæ, pœniteret, vno in loco coaceruasset; interrogauit quantum esset numeratum; cognitaq; summa, eam duplicari iussit. *Non enim putaui*, inquit, *me tam exiguum munus dedisse.* Id vero multo magis perspicuum est ex magnitudine sumptuum, quos fecit. Siquidem thesauros quos habebat in thalamo regio, ita exhausit, vt ei statim opus fuerit nouis redditibus. Itaq; non solum exegit noua vectigalia: sed etiam inhiauit locupletũ facultatibus, quas per iniuriam abstulit a multis, eorumque nonnullos occidit. Sed cum Nero in summa talis fuerit, superest vt de singulis eius factis dicamus. In primis igitur cursu & certaminibus equorum delectabatur; ita vt ob eam causam insignes equos victores, & iam senio cõfectos, stola forensi non secus quam homines ornaret, eosq; honestaret pecunia stipendii loco. Quamobrem cum propter hoc Neronis studium, ii qui equos alebant, vna cum aurigis superbe extollerentur, ac proinde Prætoribus sæpe & Consulibus graues iniurias facerent, Aulus Fabricius Prætor vti noluit illis, iusta mercede cum quibusdam certare recusantibus: sed canes, doctos currus agere, pro equis introduxit. Quo facto qui albo, quique *fuluo ornatu erant, statim currus dimiserunt: cumque prasini & veneti nihilo magis exirent, Nero præmia equis proposuit; itaque ludi Circenses peracti sunt. Interea grauiter ferebat Agrippina, quod non amplius in eos qui erant in Palatio, præsertim propter Acten,

† aureorum c milia, *al.* CCL myriades drachmarũ, *Gr.*

imperium teneret. Fuerat autem Acte empta ex Asia; cuius amore Nero ita captus erat, vt eam retulerit in familiam Attali, & Octauia vxore multo cariorem habuerit. His de caussis præsertim, aliisque, Agrippina ægre ferens, primo admonere Neronem conatur; eosque qui cum ipso versabantur, partim verberibus castigat, partim procul amouet. Post, vbi se nihil proficere cognouit, multo grauius tulit; aitque, *Ego te Imperatorem feci*: tamquam posset ei principatum arbitratu suo adimere: nesciebat enim, *summum imperium, postquam est a priuato alicui delatum, statim deficere eum qui detulit, & ad eum qui accepit, contra eum qui dedit, transferri.* Tum Nero Britannicum veneno sustulit: cuius corpus vt vidit propter venenum liuore decoloratum esse, gypso oblinendum curauit: cumque per forum funus efferretur, maximo imbri de cælo omne gypsum, quod adhuc molle & tenerum erat, sublatum est; vt nefarium scelus non solum audiretur ab omnibus, sed etiam apertũ ante omnium oculos poneretur. Post hæc incipit palam insanire, multa domi, multa in superiore parte vrbis, noctu atque interdiu latitans libidinose facere; in cauponas ingredi, & vt priuatus, omnia loca peruagari. Qua ex re multis vulnera & graues iniuriæ inferebantur. Iam matri palam & aperte inimicus erat; fiebatque ex eo, vt multa, quæ quotidie fere contra se dicerent facerentve, proferrẽtur extra Palatium; licet *omnia in ore vulgi non versarentur. Multa varie dici, multaq; coniici ex vtriusque nequitia atque libidine solebant: nam quæ facta fuerant nũmquam, pro factis diuulgabantur: quæque aliquo modo credibilia erant, pro veris credebantur. Tum primum multi, cum viderent eam absque satellitibus, cauebant ne facti obuiam, cum ea sermones conferrent. quod si quis ei aliquo casu atque fortuna occurrisset, statim nullo habito sermone discedebat.
Per id tempus editum est spectaculum, in quo homines in equis insidẽtes, magno cursu atque impetu in tauros facto, eos occiderunt: tum ab equitibus stipatoribus corporis Neronis, quadringenti vrsi cum trecentis leonibus, hastis transfixi sunt; viri que equestris ordinis triginta munus gladiatorium obierunt. Cum autem hæc aperte faceret, tum occulte noctu per totam vrbem debacchabatur: mulieribus puerisque stuprum

κυριεύοντος. ἡ δὲ δὴ Ἀκτὴ ἐπέπρατο μὲν ἐκ τῆς Ἀσίας· ἀγαπηθεῖσα δὲ ὑπὸ τοῦ Νέρωνος, ἔς τε τὸ τοῦ Ἀττάλου γένος ἐσήχθη, καὶ πολὺ καὶ ὑπὲρ τὴν Ὀκταουΐαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἠγαπήθη. ἡ οὖν Ἀγριππῖνα διά τε ἄλλα καὶ διὰ ταῦτ᾽ ἀγανακτοῦσα, τὸ μὲν πρῶτον νουθετεῖν αὐτὸν ἐπεχείρει, καὶ τῶν συνόντων αὐτῷ τοὺς μὲν πληγαῖς ᾐκίζετο, τοὺς δὲ ἐκποδὼν ἐποιεῖτο· ὡς δὲ οὐδὲν ἐπέραινεν, ὑπερήλγησε, καὶ εἶπεν αὐτῷ ὅτι, Ἐγώ σε αὐτοκράτορα ἀπέδειξα· ὥσπερ ἀφελέσθαι τὴν μοναρχίαν αὐτοῦ δυναμένη. οὐ γὰρ ἠπίστατο ὅτι πᾶσα ἰσχὺς αὐτάρχος παρ᾽ ἰδιώτου δοθεῖσά τῳ, τοῦ τε δόντος αὐτὴν εὐθὺς ἀπαλλάττεται, καὶ τῷ λαβόντι κατ᾽ ἐκείνου προσγίνεται. Τὸν δὲ Βρεττανικὸν φαρμάκῳ δολοφονήσας ὁ Νέρων, ἐπειδὴ πελιδνὸς ὑπὸ τοῦ φαρμάκου ἐγλυνήθη, γύψῳ ἔχρισεν· ὑετὸς δὲ διὰ τῆς ἀγορᾶς αὐτοῦ *ἀγομένου πολὺς, ὑγρᾶς ἔτι οὔσης τῆς γύψου, ἐπιπεσὼν, πᾶσαν αὐτὴν ἀπέκλυσεν, ὥστε τὸ δεινὸν μὴ μόνον ἀκούεσθαι, ἀλλὰ καὶ ὁρᾶσθαι.
Μετὰ δὲ τοῦτ᾽ ἐκφρονεῖν αὐτίκα ἤρξατο, καὶ πολλὰ μὲν οἴκοι, πολλὰ δὲ ἐν τῇ ἄνω πόλει καὶ νύκτωρ καὶ μεθ᾽ ἡμέραν ἐπικρυπτόμενός πῃ ἠσέλγαινεν· ἔς τε καπηλεῖα εἰσῄει, καὶ πανταχόσε, ὡς καὶ ἰδιώτης, ἐπλανᾶτο· πληγαί τε ἐκ τούτων καὶ ὕβρεις συχναὶ ἐγίνοντο.
Καὶ τῇ μητρὶ δὲ ἤδη φανερῶς ἐκπεπολέμωτο. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ὅσα καθ᾽ ἑκάστην (ὡς εἰπεῖν) ἡμέραν καὶ ἔλεγον ἐς ἀλλήλους καὶ ἔπραττον, ἐξῄει μὲν ἐκ τοῦ παλατίου, οὐ μέντοι καὶ πάντα ἐδημοσιεύετο, ἀλλὰ *κατείκαζον αὐτὰ καὶ ἐλογοποίουν ἄλλα ἄλλως. πρὸς γὰρ δὴ τὴν πονηρίαν τήν τε ἀσέλγειαν σφῶν, τά τε ἐνδεχόμενα *γενέσθαι ὡς γεγονότα διεθροεῖτο, καὶ τὰ πιθανότητά τινα λεχθῆναι ἔχοντα, ὡς καὶ ἀληθῆ, ἐπιστεύετο. τότε δὲ πρῶτον ἰδόντες αὐτὴν ἄνευ δορυφόρων, οἱ μὲν πολλοὶ ἐφυλάττοντο μηδ᾽ ἐκ συντυχίας αὐτῇ συμμῖξαι· εἰ δέ πού τις καὶ συνέτυχε, διὰ ταχέων ἄν, μηδὲν εἰπὼν, ἀπηλλάττετο. Ἐν δέ τινι θέᾳ ἄνδρες ταύρους ἀπὸ ἵππων, συμπαραθέοντες σφίσι, κατέστρεφον· τετρακοσίας τε ἄρκτους καὶ τριακοσίους λέοντας οἱ ἱππεῖς οἱ σωματοφύλακες τοῦ Νέρωνος κατηκόντισαν· ὅτε καὶ ἱππεῖς ἐκ τοῦ τέλους τριάκοντα ἐμονομάχησαν. Ἐν μὲν δὴ οὖν τῷ φανερῷ ταῦτ᾽ ἐποίει· κρύφα δὲ νύκτωρ ἐκώμαζε κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν, ὑβρίζων ἐς τὰς γυναῖκας, ἀσελγαίνων

ἐς τὰ

ἐς τὰ μαγειρεῖα, ἀποδύων τοὺς ἀπαντῶντας, παίων, τιτρώσκων, φονεύων. καὶ ἐδόκει μέν πως λανθάνειν· (καὶ γὰρ ἐσθῆσι ποικίλαις καὶ κόμαις περιθέτοις ἄλλοτε ἄλλως ἐχρῆτο) ἠλέγχετο δὲ ἔκ τε τῆς ἀκολουθίας, καὶ ἐκ τῶν ἔργων. οὐδεὶς γὰρ ἂν τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα ἀδεῶς οὕτως ποιῆσαι ἐτόλμησεν. οὐδὲ γὰρ οὐδ' οἴκοι μένειν ἀσφαλὲς οὐδενὶ ἐγίγνετο, ἀλλὰ καὶ ἐς ἐργαστήρια καὶ οἰκίας ἐσεπήδα. Ἰούλιος οὖν τις* Μοντανὸς βουλευτής, ἀγανακτήσας ὑπὲρ τῆς γυναικὸς, προσέπεσέ τε αὐτῷ, καὶ πληγὰς πολλὰς ἐνεφόρησεν· ὥσθ' ὑπὸ τῶν ὑπωπίων συχναῖς αὐτὸν ἡμέραις κρυφθῆναι· καὶ ἔπαθεν ἐπὶ τούτῳ δεινὸν οὐδέν· ὁ γὰρ Νέρων,* ἐκ συντυχίας ἄλλως ὑβρίσθαι νομίζων, οὐδεμίαν ὀργὴν ἐποιεῖτο· εἰ μὴ ἐπέστειλεν αὐτῷ συγγνώμην αἰτούμενος. ὡς γὰρ ἀναγνοὺς ὁ Νέρων τὰ γράμματα ἔφη, * Οὐκοῦν ᾔδει Νέρωνα τύπτων, αὐτὸν κατεχρήσατο. Ἐν δέ τινι θεάτρῳ θέας ἐπιτελῶν, εἶτα πληρώσας ἐξαίφνης τὸ θέατρον ὕδατος θαλασσίου, ὥστε καὶ ἰχθύας καὶ κήτη ἐν αὐτῷ νήχεσθαι, ναυμαχίαν τε ἐποίησε Περσῶν δή τινων καὶ Ἀθηναίων· καὶ μετ' αὐτὴν τό τε ὕδωρ εὐθὺς ἐξήγαγε, καὶ ξηράνας τὸ δάπεδον, πεζοὺς πάλιν οὐχ ὅπως ἕνα πρὸς ἕνα, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἅμα πρὸς ἴσους συνέβαλεν. Ἐγένοντο δὲ μετὰ ταῦτα καὶ δικανικοὶ ἀγῶνες· ἐξ ὧν καὶ αὐτῶν συχνοὶ καὶ ἔφυγον καὶ ἀπέθανον. ἐνεκλήθη δὲ καὶ ὁ Σενέκας ἄλλα τε καὶ ὅτι τῇ Ἀγριππίνῃ συνεγίνετο. οὐ μόνον δὲ καὶ ἐν τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλοις πάντα τὰ ἐναντιώτατα οἷς ἐφιλοσόφει ποιῶν ἠλέγχθη. καὶ γὰρ τυραννίδος κατηγορῶν, τυραννοδιδάσκαλος ἐγίνετο· καὶ τῶν συνόντων τοῖς δυνάσταις κατατρέχων, οὐκ ἀφίστατο τοῦ παλατίου· τούς τε κολακεύοντάς τινα διαβάλλων, αὐτὸς καὶ τὰς βασιλίδας καὶ τοὺς ἐξελευθέρους ἐθώπευε, καὶ τινῶν καὶ ἐγκώμια συνετίθει· τοῖς τε πλουτοῦσιν ἐγκαλῶν, οὐσίαν ἑπτακισχιλίων καὶ πεντακοσίων μυριάδων ἐκτήσατο· καὶ τὰς πολυτελείας τῶν ἄλλων αἰτιώμενος, πεντακοσίους τρίποδας κεδρίνου ξύλου ἐλεφαντόποδας ἴσους καὶ ὁμοίους εἶχε, καὶ ἐπ' αὐτῶν εἱστιᾶτο. τοῦτο γὰρ εἰπὼν, καὶ τἄλλα τὰ ἀκόλουθα αὐτῷ δεδήλωκα, τὰς ἀσελγείας, ἃς πράττων, γάμον τε ἐπιφανέστατον ἔγημε, καὶ μειρακίοις ἐξώροις ἔχαιρε, καὶ τοῦτο καὶ τὸν Νέρωνα ποιεῖν ἐδίδαξε· καίτοι τοσαύτῃ πρόσθεν αὐστηρότητι τρόπου χρώμενος, ὥστε καὶ αἰτήσασθαι παρ' αὐτοῦ μήτε

inferebat; ſpoliabatque eos qui ſibi fierent obuiam; percutiebat, vulnerabat, occidebat. Cumque hæc faceret, putabat clam homines eſſe, propterea quod variis generib. veſtium & appoſitis comis vteretur: ſed ex comitatu factisq; facile agnoſcebatur. Nec enim eſſet auſus quiſquam tot & tantas res ſecuro animo facere. Nā domi eſſe nulli tutum erat, Nerone in domos atque officinas inſultante. Itaq; Iulius Montanus Senator, commotus vxoris cauſa, facto in Neronem impetu, ei multas plagas inflixit; ita vt per multos dies in conſpectum hominum non venerit. * Quæ res Montano nullum damnum attuliſſet: cui Nero ne iratus quidem omnino fuiſſet, (etſi putabat ſe iniuriam accepiſſe) niſi ipſe veniā per litteras petiuiſſet. Quibus litteris lectis, Nero ita reſpondit; [1] *Non ergo percuſſor Neronis ſeipſum vita iam ſpoliauit?* Cum autem in theatro ſpectacula præberet, primū eodem theatro derepente aqua maris expleto, in qua piſces & alia animalia natabant, bellum nauale Perſarum cum Athenienſibus fecit: deinde ſubito aquam eduxit; exſiccatoque ſolo, rurſum multos pedites, non modo binos, ſed etiam confertos, paribus vtrimque numeris congredi iuſſit. Poſt hæc ſecuta ſunt certamina iudicialia: ex quibus multi exſulauerunt, multi interfecti ſunt. * In his Seneca reus factus eſt multorum ſcelerum, ſed præſertim, quod cum Agrippina rem haberet. Nec enim in hac re ſolum, ſed in pleriſq; aliis cōtra facere viſus eſt, quam philoſophabatur. Cum enim tyrannidem improbaret, tyrāni præceptor erat: cumque inſultaret iis qui cum principibus verſarētur, ipſe a palatio nō diſcedebat. Aſſentatores deteſtabatur; cum ipſe reginas coleret & libertos, ac laudationes quorundam componeret. Reprehēdebat diuites is cuius facultates erant † ter millies ſeſtertium: quique luxum aliorum damnabat, quingentos tripodas habuit de ligno cedrino, pedibus oburneis, ſimiles & pares inter ſe; * in quibus cœnabat. Ex quibus omnibus ea quæ ſunt iis conſentanea, quæq; ipſe libidinoſe fecit, facile intelligi poſſunt. Nuptias enim cū nobiliſſima atq; illuſtriſſima fœmina cōtraxit: delectabatur exoletis; idq; Neronem facere docuerat; etſi antea tanta fuerat morū ſeueritate, vt ab eo peteret ne

† aureorum tricies centena milia, M. Septē millia, quingētę myriades drachmarum, Gr.

se oscularetur, neve vna secũ cœnandi causa discumberet. Cum Nerone aũt M. Saluius Otho tãta morum similitudine & societate scelerũ coniũctus erat, vt Neroni aliquãdo dixerit, * *Tu me quoq; Cæsarẽ videbis*. Quod dictũ ei nihil obfuit; tantum Nero respondit; *Te vero*, inquit, *ne consulẽ quidem videbo*. Huic Sabinam nobilẽ fœminam, abductã a viro vxorẽ dedit; cum qua vterq; pariter rem habebat. Cuius rei causa, Agrippina metuens ne ea Neroni nuberet, (valde enim amare cœperat) facinus nefariũ est ausa. Nam, quasi nõ esset satis graue dictu, quod Claudium patruum prestigiis quibusdã & libidinosis aspectibus atq; osculis in amorem suum illexisset, tẽtauit eodẽ modo Neronem sub suam potestatem subiicere. quod an vere factũ sit, an propter mores eius confictũ, pro certo non habeo: ea vero refero, quæ versantur in ore omnium, *fœminã ęqualem & similem Agrippinæ, ob hãc causam maxime ab eo amatam fuisse: ad quam alludens, atq; rem aliis aperiẽs, dicebat se cum matre cõsuetudinem habere. Hac re cognita, Sabina persuasit Neroni, Agrippinam de medio tollere, quod ab ea diceret ei parari insidias. Ad id facin⁹ quoq; (vt a permultis fide dignis hominibus dictum est) Seneca eũ incitauit; siue crimen a se deriuare cuperet, siue Neronẽ ad nefariam cædẽ faciendam perducere, vt eum quãm celerrime dii hominesq; perderent. Quod facinus cũ palam facere timerent, nec possent eã clam veneno tollere, (cauebat enim diligẽter omnia) cumq; vidissent in theatro nauim per se dissolui, emissisq; ex se belluis quibusdam, rursum integram & firmam consistere, alterã consimilẽ huic ædificari iussit. Qua naui ędificata, Agrippina maxime foueri, & quibuscumq; rebus poterat, coli cœpit, ne quid suspicata caueret. Sed cum Romę nihil facere esset ausus, ne scelus diuulgaretur, procul in Campaniã profectus est; acceptaque matre, in ea ipsa naui magnificẽtissime atq; splendidissime ornata nauigauit. Id faciebat vt illa in reliquum tempus eodem nauigio vti cuperet. Cumq; Baulos venisset, magnificentissima cõuiuia p multos dies egit: in his matrem amice & beneuole accipiebat, simulabatq; se absentis

φιλεῖν αὐτὸν, μήτε συναριστῆν αὐτῷ. Ἦν δέ τις Μάρκος Σαλούϊος Ὄθων, ὃς οὕτως ἔκ τε τῆς ὁμοιότητος τῶν τρόπων καὶ τῆς κοινωνίας τῶν ἁμαρτημάτων τῷ Νέρωνι ᾠκείωτο, ὥστε καὶ εἰπών ποτε πρὸς αὐτὸν, Οὕτω με Καίσαρα ἴδοις, οὐδὲν διὰ τοῦτο κακὸν ἔπαθεν, ἀλλὰ τοσοῦτον μόνον ἀντήκουσεν ὅτι Οὐδὲ ὕπατόν σε ὄψομαι. τούτῳ τὴν Σαβῖναν ἐξ εὐπατριδῶν οὖσαν, ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἀποσπάσας ἔδωκε, καὶ αὐτῇ ἀμφότεροι ἅμα ἐχρῶντο. Φοβηθεῖσα οὖν ἡ Ἀγριππῖνα μὴ γήμηται τῷ Νέρωνι, (δεινῶς γὰρ ἤδη αὐτῆς ἐρᾶν ἤρξατο) ἔργον ἀνοσιώτατον ἐτόλμησεν. ὥσπερ γὰρ οὐχ ἱκανῶς ἐς μυθολογίαν, ὅτι τὸν θεῖον τὸν Κλαύδιον ἐς ἔρωτα αὑτῆς ταῖς τε γοητείαις καὶ ἀκολασίαις καὶ τῶν βλεμμάτων καὶ τῶν φιλημάτων ὑπηγάγετο, ἐπεχείρησε καὶ τὸν Νέρωνα ὁμοίως καταδουλώσασθαι. ἀλλ' * ἐκεῖνο μὲν εἴτ' ἀληθῶς ἐγένετο, εἴτε πρὸς τὸν τρόπον * αὐτῶν ἐπλάσθη, οὐκ οἶδα· ἃ δὲ δὴ πρὸς πάντων ὡμολόγηται, λέγω, ὅτι ἑταίραν τινὰ τῇ Ἀγριππίνῃ ὁμοίαν ὁ Νέρων δι' αὐτὸ τοῦτο ἐς τὰ μάλιστα ἠγάπησε· καὶ αὐτῇ τε ἐκείνῃ προσπαίζων, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐνδεικνύμενος, ἔλεγεν ὅτι καὶ τῇ μητρὶ ὁμιλοίη. Μαθοῦσα δὲ ταῦθ' ἡ Σαβῖνα, ἀνέπεισε τὸν Νέρωνα ὡς καὶ ἐπιβουλεύουσάν οἱ αὐτὴν διολέσαι. καὶ αὐτὸν καὶ ὁ Σενέκας (ὡς πολλοῖς καὶ ἀξιοπίστοις ἀνδράσιν εἴρηται) παρώξυνεν, εἴτ' οὖν τὸ ἔγκλημα τὸ καθ' ἑαυτοῦ * ἐπηλυγάσασθαι βουληθεὶς, εἴτε καὶ τὸν Νέρωνα ἐς μιαιφονίαν ἀνόσιον προσαγαγεῖν ἐθελήσας, ἵν' ὡς τάχιστα καὶ πρὸς θεῶν καὶ πρὸς ἀνθρώπων ἀπόληται. ἐπεὶ δὲ καὶ ἐκ τοῦ προφανοῦς ὤκνουν τὸ ἔργον, καὶ κρύφα διὰ φαρμάκων οὐκ εἶχον αὐτὴν ἀνελεῖν, (πάντα γὰρ ἐκείνη ἰσχυρῶς ἐφυλάσσετο) ναῦν ἰδόντες ἐν τῷ θεάτρῳ διαλυομένην τε αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς, καί τινα θηρία ἀφιεῖσαν, καὶ συνισταμένην αὖ πάλιν ὥστε καὶ ἐρρῶσθαι, τοιαύτην ἑτέραν ταχέως ἐναυπηγήσαντο. ὡς δὲ ἥ τε ναῦς ἐγεγόνει, καὶ ἡ Ἀγριππῖνα * ἐθεραπεύετο· (πάντα γὰρ τὸν τρόπον ἐκολάκευεν αὐτὴν, ἵνα μή τι ὑποτοπήσασα φυλάξηται) ἐν μὲν τῇ Ῥώμῃ οὐδὲν ἐτόλμησε ποιῆσαι, μὴ καὶ ἐκδημοσιευθείη τὸ μίασμα· πόρρω δ' ἐς τὴν Καμπανίαν ἀπάρας, καὶ παραλαβὼν τὴν μητέρα, ἔπλευσεν ἐπ' αὐτῆς ἐκείνης τῆς νεὼς λαμπρότατα κεκοσμημένης, ὡς καὶ ἐπιθυμίαν αὐτῇ ἐμβαλεῖν ἀεί ποτε τῇ νηῒ χρῆσθαι. ἐλθών τε εἰς Βαύλους, δεῖπνά τε πολυτελέστατα ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐποίησε, καὶ τὴν μητέρα ἐν αὐτοῖς φιλοφρόνως εἱστίασεν. ἀποῦσαί τε

πάνυ

πάνυ ποθεῖν ἐπλάττετο, καὶ παροῦσαν ὑπερηγαπάζετο· αἰτεῖν τε ἐκέλευεν ὅ τι βούλοιτο, καὶ μὴ αἰτούσῃ, πολλὰ ἐχαρίζετο. *ἐπεὶ δὲ ἐνταῦθ', οὕτω δὴ ἀπὸ τοῦ δείπνου περὶ μέσας νύκτας περιλαμβάνει τε αὐτὴν, καὶ πρὸς τὸ στέρνον προσαγαγὼν, καὶ φιλήσας καὶ τὰ ὄμματα καὶ τὰς χεῖρας, Μῆτέρ τε εἰπὼν, ἔρρωσό μοι καὶ ὑγίαινε· ἐν γὰρ σοὶ καὶ ἐγὼ ζῶ, καὶ διὰ σὲ βασιλεύω· παρέδωκεν αὐτὴν Ἀνικήτῳ ἀπελευθέρῳ, ὡς καὶ κομιοῦντι οἴκαδε ἐπὶ τοῦ πλοίου οὗ κατεσκευάκει. ἀλλ' (οὐ γὰρ ἠνέσχεν ἡ θάλασσα τὴν μέλλουσαν ἐπ' αὐτῇ τραγῳδίαν ἔσεσθαι, οὐδ' ὑπέμεινε τὴν ψευδολογίαν τῆς ἀνοσιουργίας ἀναδέξασθαι) διελύθη μὲν ἡ ναῦς, καὶ ἡ Ἀγριππῖνα ἐς τὸ ὕδωρ ἐξέπεσεν· οὐ μέντοι καὶ ἀπέθανεν, ἀλλὰ (καίτοι καὶ ἐν σκότῳ καὶ διακορὴς μέθης οὖσα, τῶν τε ναυτῶν ταῖς κώπαις ἐπ' αὐτὴν χρωμένων, ὥστε καὶ Ἀκερωνίαν Πῶλλαν τὴν σύμπλουν αὐτῆς ἀποκτεῖναι) διεσώθη· καὶ ἐλθοῦσα οἴκαδε, οὔτε προσεποιήσατο, οὔτ' ἐξέφηνε τὸ ἐπιβούλευμα, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν υἱὸν ἔπεμψε κατὰ τάχος, καὶ τό τε συμβεβηκὸς αὐτῇ ὡς κατὰ τύχην συμπεπτωκὸς ἔλεγε, καὶ ὅτι σώζοιτο εὐηγγελίζετο δῆθεν αὐτῷ. ἀκούσας δὲ τοῦθ' ὁ Νέρων, οὐκ ἐκαρτέρησεν, ἀλλὰ καὶ τὸν πεμφθέντα, ὡς ἐπὶ τῇ αὐτοῦ σφαγῇ ἥκοντα, ἐκόλασε, καὶ ἐπὶ τὴν μητέρα τὸν Ἀνίκητον εὐθὺς μετὰ τῶν ναυτῶν ἀπέστειλε. τοῖς γὰρ δορυφόροις οὐκ ἐπίστευσε τὸν θάνατον αὐτῆς. ἰδοῦσα δὲ σφᾶς ἐκείνη, ἔγνω τε ἐφ' ἃ ἥκουσι, καὶ ἀναπηδήσασα ἐκ τῆς κοίτης, τήν τε ἐσθῆτα περιερρήξατο, καὶ τὴν γαστέρα ἀπογυμνώσασα, Παῖε ταύτην, ἔφη, Ἀνίκητε, παῖε, ὅτι Νέρωνα ἔτεκεν. οὕτω μὲν ἡ Ἀγριππῖνα ἡ τοῦ Γερμανικοῦ θυγάτηρ, ἡ τοῦ Ἀγρίππου ἔγγονος, ἡ τοῦ Αὐγούστου ἀπόγονος, ὑπ' αὐτοῦ τοῦ υἱέος ᾧ τὸ κράτος ἐδεδώκει, δι' ὃν ἄλλους τε καὶ τὸν θεῖον ἀπεκτόνει, κατεσφάγη. μαθὼν δὲ ὁ Νέρων ὅτι τέθνηκεν, οὐκ ἐπίστευσεν· ὑπὸ γὰρ τοῦ μεγέθους τοῦ τολμήματος ἀπιστία αὐτῷ ὑπεχύθη· καὶ διὰ τοῦτο αὐτόπτης ἐπεθύμησε τοῦ πάθους γενέσθαι. καὶ αὐτήν τε πᾶσαν εἶδε γυμνώσας, καὶ τὰ τραύματα αὐτῆς ἐπεσκέψατο· καὶ τέλος, πολὺ καὶ τοῦ φόνου ἀνοσιώτερον ἔπος ἐφθέγξατο. εἶπε γὰρ ὅτι Οὐκ ᾔδειν ὅτι οὕτω καλὴν μητέρα εἶχον. καὶ τοῖς τε δορυφόροις ἀργύριον ἔδωκεν, ἵνα δηλονότι πολλὰ τοιαῦτα γίνεσθαι εὔχωνται) καὶ τῇ γερουσίᾳ ἐπέστειλεν, ἄλλα τε ὅσα συνῄδει αὐτῇ καταριθμῶν, καὶ ὅτι ἐπεβούλευσέ τε αὐτῷ,

eius magno desiderio teneri: præsentē osculabatur, petere iubebat si quid vellet, eique multa ante quam peteret, concedebat. Post cœnæ tempus, media nocte eam summa beneuolentia complexus, atque oculos eius & manus osculatus, comitatusque abeuntem, dixit; * *Mea mater, vale mea causâ, & cura valetudinem tuā; ego quidem certe tua causa viuo & regno.* Post hæc eā tradidit Aniceto liberto: quasi is eam domum deducturus esset in naui, quam supra ad interitum eius comparatam esse diximus. Sed mare has futuras tragœdias in se perferre non potuit, neq; celare diutius fraudem nefarii sceleris. Licet enim dissoluto nauigio Agrippina in mare ceciderit, non tamen mortua est. Nam cum in tenebris esset, & plena vini, ac nautæ remis sic in eam vterentur, vt Aceroniam Pollam, quę vna nauigabat, interfecerint; tamen ea salua & incolumis euasit. Postquā domū venit, omnia dissimulauit. nec enim patefecit insidias, sed nuntios de iis rebus ad filium celeriter misit; quas sibi casu & fortuna dicebat euenisse; quodque salua esset, ad eum εὐαγγέλια mittere. His auditis rebus Nero impotenti animo nuntium puniuit, tamquam ad se interficiendum venisset. Mox Anicetum vna cum nautis aduersum matrem ire iubet; nec enim hanc cædem Prætorianis credidit. Hos vt vidit Agrippina, cognouitq; quamobrem venissent, repente de lecto desiluit, discissaq; veste, denudataque aluo, ait; *Hanc tu percute Anicete; percute, quoniam peperit Neronem.* Itaque Agrippina Germanici filia, Agrippę neptis, Augusti abneptis, a filio suo cui regnum detulerat, & cuius causa præter alios multos patruum quoque necauerat, interfecta est. Nero, postquam accepit eam mortuam esse, nō credidit: nimirum propter magnitudinem temerarii facinoris diffidebat. Itaque cupiuit eam videre, & denudatam penitus conspexit; tum vulnera eius contemplatus, nefarium sermonem habuit plus quam cædes fuisset: *Nesciebam,* inquit, *me tam pulchram matrem habere.* Deinde pecuniam dedit prætorianis militib⁹; * videlicet vt multa facinora eiusdem generis libenter facerent: scripsitque ad Senatum litteras, in quibus præter cetera enumerabat, quot scelerum conscia sibi fuisset; ab eaque sibi insidias esse factas,

atque in eo deprehensam, mortem sibi consciuisse. Quibus litteris missis ad Senatum, ille nocturno tempore tanto metu conturbabatur, vt de lecto repente prosiliret; interdiu perterrefaciebant eum tubicines audiri bellicum canere cum maximo tumultu, quo in loco Agrippinæ ossa sepulta erant; quamobrem alio migrabat. Cumque ibi idipsum ei accideret, perterritus, alio proficiscebatur. Hęc dum Romam nuntiarentur, ceteri, etsi erant indignati, gaudebant: (putabant enim ob eam causam eum omnino esse periturum) Senatores vero cuncti, se istis operibus Neronis lætari simulabant, congratulabantur ei, decernebantque multa in quibus se putabant ei gratum facturos. Vnus P. Thrasea Pætus, etsi venit in Senatum, ac legi epistolam audiuit, tamen prius surrexit quam aliquid statueretur, exiitque foras; propterea quod ea quæ vellet, dicere non posset; quæ autem posset, nollet. Cetera egit in eandem sententiam: nam ita dicere solebat; *Si me tantum*, inquit, *Nero interfecturus esset, aliquam tribuerem adulatoribus eius veniam: sed si eos a quibus maxime laudabatur, sustulit, sublaturusque est; cur oportet frustra turpiter & seruiliter mori, cum munus naturæ explere liceat retenta libertate? De me enim*, inquit, *aliquis sermo habebitur in posterum: de iis nullus, nisi tantummodo eos interfectos fuisse.* Cumque Thrasea esset eiusmodi, tum ita de se dicere solebat; *Nero me potest occidere; lædere certe non potest.* Neronem in vrbem venientem, matre interfecta, omnes publice colebant: priuatim autem, quoties tuto & libere loqui poterant, carpebant & vellicabant. nam culeum in quadam statua ipsius de nocte suspenderunt; vt ex eo significarẽt, Neronem in culeum coniici oportere: exposueruntque puerulum in foro, alligata ad eum tabella, in qua scriptum erat; *Non te tollo, ne matrem occidas.* Legebatur in plerisq; locis scriptum, Νέρων, Ὀρέστης, Ἀλκμαίων, μητροκτόνοι: *Nero, Orestes, Alcmæon, matricidæ.* Audire licebat qui ita dicerent; *Nero matrem interfecit*; eosq; multi deferebãt, magis vt Neronem criminarentur, quã vt istis interitum afferrent. * Cuius rei ipse nullã pœnam reposcebat;

καὶ φωραθεῖσα ἑαυτὴν διεχειρίσατο· καὶ τῇ μὲν βουλῇ ταῦτα ἀπέστειλεν· αὐτὸς δὲ ταῖς τε νυξὶν ἐξεπλήττετο, ὥστε καὶ ἐκ τῆς εὐνῆς ἐξαπιναίως ἀναπηδᾶν, καὶ μεθ' ἡμέραν ὑπὸ σαλπίγγων δή τινων, πολεμικόν τι καὶ θορυβῶδες ἐκ τοῦ χωρίου ἐν ᾧ τὰ τῆς Ἀγριππίνης ὀστᾶ ἔκειτο, ἠχουσῶν, ἐδειματοῦτο. διὸ καὶ ἄλλοσε ᾔει· καὶ ἐπειδὴ καὶ ταῦτα τὰ αὐτὰ αὐτῷ συνέβαινεν, ἄλλοσε ἐμπλήκτως μεθίστατο. Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ ἄνθρωποι, ἀκούσαντες ταῦτα, καίπερ ἀχθόμενοι, ἔχαιρον, νομίζοντες αὐτὸν ἐκ τούτου γε πάντως ἀπολεῖσθαι. τῶν δὲ βουλευτῶν οἱ μὲν ἄλλοι πάντες προσεποιοῦντο χαίρειν ἐπὶ τοῖς γεγονόσι, καὶ συνήδοντο δῆθεν τῷ Νέρωνι, καὶ ἐψηφίζοντο πολλὰ οἷς ᾤοντο αὐτῷ χαριεῖσθαι. ὁ Πούπλιος δὲ δὴ Θρασέας Παῖτος ἦλθε μὲν ἐς τὸ συνέδριον, καὶ τῆς ἐπιστολῆς ἐπήκουσεν· ἀναγνωσθείσης δὲ αὐτῆς ἐξανέστη τε εὐθύς, πρὶν καὶ ὁτιοῦν ἀποφήνασθαι, καὶ ἐξῆλθε· διότι ἃ μὲν ἤθελεν εἰπεῖν, οὐκ ἠδύνατο, ἃ δὲ ἠδύνατο, οὐκ ἤθελεν. ἐν δὲ τῷ αὐτῷ τρόπῳ καὶ τὰ ἄλλα πάντα διῆγεν· ἔλεγε γὰρ ὅτι Εἰ μὲν ἐμὲ μόνον ὁ Νέρων φονεύσειν ἔμελλε, πολλὴν ἂν εἶχον τοῖς ἄλλοις ὑπερκολακεύουσιν αὐτὸν συγγνώμην· εἰ δὲ καὶ ἐκείνων τῶν σφόδρα αὐτὸν ἐπαινούντων πολλοὺς, τοὺς μὲν ἀνάλωσε, τοὺς δὲ καὶ ἀπολέσει, τί χρὴ μάτην ἀσχημονοῦντα δουλοπρεπῶς φθαρῆναι, ἐξὸν ἐλευθερίως ἀποδοῦναι τῇ φύσει τὸ ὀφειλόμενον; ἐμοῦ μὲν γὰρ πέρι καὶ ἔπειτα λόγος τις ἔσται· τούτων δὲ, πλὴν κατ' αὐτὸ τοῦτο ὅτι ἐσφάγησαν, οὐδείς. τοιοῦτος μὲν ὁ Θρασέας ἐγένετο, καὶ τοῦτο ἀεὶ πρὸς ἑαυτὸν ἔλεγεν, Ὁ μὲν Νέρων ἀποκτεῖναί με δύναται, βλάψαι δὲ οὔ. Νέρωνα δὲ μετὰ τὸν τῆς μητρὸς φόνον ἐσιόντα ἐς τὴν Ῥώμην δημοσίᾳ μὲν ἐθεράπευον, ἰδίᾳ δὲ, ἐν ᾧ γε καὶ παρρησιάσασθαί τινες ἀσφαλῶς ἐδύναντο, καὶ μάλα αὐτὸν ἐσπάραττον. τοῦτο μὲν γὰρ, μολγόν τι τινὰ ἀπ' ἀνδριάντος αὐτοῦ νύκτωρ ἀπεκρέμασαν, ἐνδεικνύμενοι ὅτι ἐς ἐκεῖνον αὐτὸν δέοι ἐμβεβλῆσθαι· τοῦτο δὲ, παιδίον ἐς τὴν ἀγορὰν ῥίψαντες, προσέθηκαν αὐτῷ πινάκιον, λέγον, Οὐκ ἀναιροῦμαί σε, ἵνα μὴ τὴν μητέρα ἀποσφάξῃς. καὶ ἦν μὲν καὶ ἀναγνῶναι πολλαχόθι ὁμοίως γεγραμμένον, Νέρων, Ὀρέστης, Ἀλκμαίων, μητροκτόνοι. ἦν δὲ καὶ ἀκοῦσαι αὐτὸ τοῦτο λεγόντων ὅτι Νέρων τὴν μητέρα διεχειρίσατο. συχνοὶ γὰρ ὡς καὶ λελαληκότας τινὰς αὐτὸ εἰσήγγελλον, οὐχ οὕτως ἵν' ἐκείνους ἀπολέσωσιν, ὡς ἵνα τὸν Νέρωνα διαβάλωσιν. ὅθεν οὐδεμίαν τοιαύτην δίκην προσήκατο,

ἤτοι

ἤτοι μὴ βουλόμενος ἐπὶ πλεῖον δι᾽ αὐτῆς τὴν φήμην ἐπαυξῆσαι, ἢ καὶ καταφρονῶν ἤδη τῶν λεγομένων. ὁ μέντοι ἥλιος σύμπας ἐν μέσαις ταῖς θυσίαις ταῖς ἐπὶ τῇ Ἀγριππίνῃ κατὰ τὸ ψήφισμα γιγνομέναις ἐξέλιπεν, ὥστε καὶ ἀστέρας ἐκφῆναι. καὶ οἱ ἐλέφαντες οἱ τὴν τοῦ Αὐγούστου ἁρμάμαξαν ἄγοντες, ἐς μὲν τὸν ἱππόδρομον ἐσῆλθον, καὶ μέχρι τῆς τῶν βουλευτῶν ἕδρας ἀφίκοντο· γενόμενοι δὲ ἐνταῦθα ἔστησαν, καὶ περαιτέρω οὐ προεχώρησαν. καὶ ὃ δὴ καὶ μάλιστα ἄν τις ἐτεκμήρατο ἐκ τοῦ δαιμονίου γεγονέναι, σκηπτὸς πεσὼν τὸ δεῖπνον αὐτοῦ πᾶν ἐσφερόμενόν οἱ κατέφλεξεν, ὥσπερ τις ἅρπυια τὰ σιτία αὐτοῦ ἀφελόμενος. Οὐ μὴν ἀλλ᾽ αὐτὸς καὶ Δομιτίαν τὴν τηθίδα φαρμάκῳ δολοφονήσας, τὰ ἐν ταῖς Βαίαις τῇ τε Ῥαβεννίδι θαλάσσῃ κτήματα αὐτῆς ἀφείλετο· ἐν οἷς καὶ *νικητήρια εὐθὺς μεγαλοπρεπῆ κατεσκεύασεν, ἃ καὶ δεῦρο ἀνθεῖ.

Ἐπὶ δὲ [δὴ] τῇ μητρὶ καὶ ἑορτὴν μεγίστην δὴ καὶ πολυτελεστάτην ἐποίησεν, ὥστε ἐν πέντε καὶ ἓξ ἅμα θεάτροις ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας πανηγυρίσαι· ὅτε δὴ καὶ ἐλέφας ἀνήχθη ἐς τὴν ἀνωτάτω τοῦ θεάτρου ἁψῖδα· καὶ ἐκεῖθεν ἐπὶ σχοινίων κατέδραμεν ἀναβάτην φέρων. ἐκεῖνο *δ᾽ ἔδοξε καὶ αἴσχιστον καὶ δεινότατον ἅμα ἐγένετο, ὅτι καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες οὐχ ὅπως ἱππικοὶ ἀλλὰ καὶ τοῦ βουλευτικοῦ ἀξιώματος ἐς τὴν ὀρχήστραν, καὶ ἐς τὸν ἱππόδρομον, τό τε θέατρον τὸ κυνηγετικὸν εἰσῆλθον ὥσπερ οἱ ἀτιμότατοι· καὶ ηὔλησάν τινες αὐτῶν, καὶ ὠρχήσαντο, τραγῳδίας τε καὶ κωμῳδίας ὑπεκρίναντο, καὶ ἐκιθαρῴδησαν· ἵππους τε ἤλασαν, καὶ θηρία ἀπέκτειναν, καὶ ἐμονομάχησαν, οἱ μὲν ἐθελονταί, οἱ δὲ καὶ πάνυ ἄκοντες. καὶ εἶδον οἱ τότε ἄνθρωποι τὰ γένη τὰ μεγάλα, τοὺς Φουρίους, τοὺς Φαβίους, τοὺς Πορκίους, τοὺς Οὐαλερίους, τἆλλα πάντα ὧν τὰ τρόπαια, ὧν οἱ ναοὶ ἑωρῶντο, κάτω τε ἑστηκότας καὶ τοιαῦτα δρῶντας, ὧν ἔνια οὐδ᾽ ὑπ᾽ ἄλλων γιγνόμενα ἐθεῶντο· καὶ ἐδακτυλοδείκτουν γε αὐτοὺς ἀλλήλοις, καὶ ἐπέλεγον, Μακεδόνες μέν, Οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ Παύλου ἔκγονος· Ἕλληνες δέ, Οὗτος τοῦ Μυμμίου· Σικελιῶται, ἴδετε τὸν Κλαύδιον· Ἠπειρῶται, ἴδετε τὸν *Ἄππιον· *Ἀσιανοί, τὸν Λούκιον· Ἴβηρες, τὸν Πούπλιον· Καρχηδόνιοι, Ἀφρικανόν· Ῥωμαῖοι δέ, πάντας. τοιαῦτα γάρ που *προοίμια τῆς αὐτοῦ ἀσχημοσύνης ποιῆσαι ἠθέλησεν. Ὠλοφύροντο δὲ πάντες οἱ νοῦν ἔχοντες καὶ ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν ἀναλισκομένων. πάντα μὲν γὰρ τὰ πολυτελέστατα ἃ ἄνθρωποι ἐσθίουσι, πάντα δὲ καὶ τὰ ἄλλα τὰ τιμιώτατα, ἵππους,

ne fama magis omniū sermone percrebresceret, vel q̄ sermones de iis rebus habitos cōtemneret. Ceterum in mediis sacrificiis, quę Agrippinę causa fiebant decreto Senatus, sol omnino defecit, adeo vt stellæ viderentur. Præterea elephāti, qui currū Augusti egerant, in circū ingressi, cum eo vsq; vbi Senatores sedebāt, venissent, non vltra progressi, constiterunt. Et, quod maxime cōiicere licet diuinitus accidisse, cœna, quæ ad eū perferebatur, tota fulmine deflagrauit; quasi harpyia quædā cibos ei eriperet. Porro Domitiā amitam suā veneno sustulit, ac bonis eius, quæ Baiis & in mari Rauennati erāt, ablatis, in iis magnifica tropæa statuit, quæ ad nostrā ætatem vigēt. Ludos maximos & magnificētissimos in honorē matris fecit: nā simul in quinq; sex ve theatris cōplures dies festos egit. Quo tēpore elephas introductus in theatrū, in summum eius fornicem conscendit, atq; inde vehens hominem in fune ambulauit. id vero turpissimū visu atq; grauissimum fuit, quod viri fœminæq;, non solum equestris, sed etiam Senatorii ordinis, in orchestrā, & circū, & amphitheatrū ingressi sunt vt homines turpissimi atq; inhonestissimi: nonnulliq; eorū tibiis cecinerunt, saltauerunt, tragœdias & comœdias egerūt, citharœdi fuerūt, equos agitauerunt, belluas occiderūt, munus gladiatoriū obierūt. Id multi fecere volētes, multi inuiti. Visę sunt eo tempore veteres & illustres familiæ, Furii, Fabii, Porcii, Valerii, ceteriq; omnes quorum tropæa atque templa conspiciebantur, ea de inferiore loco facere, quæ ne ab aliis quidē hominib. fieri vnquam visa fuerant. Itaque vicissim digito commonstrabātur. Dicebant enim Macedones, *Hic est nepos Pauli*: Græci autem, *Ille Memmii*: tum Siculi aiebant, *Videte Claudium*: mox Epirotæ, *Vos vero Appium videte*: Asiatici Lucium ostendebant, Hispani Publium, Carthaginenses Africanum; Romani vero, omnes. Nam hæc exordia turpitudinis suæ facere voluit. Quod cum viderent ii qui mēte præditi erant, tum etiam propter magnitudinē sumptuū ingemiscebant. Etenim magnificentissima quæq; & lautissima, quibus homines vescuntur, ceteraq; omnia pretiosissima, equos,

mācipia, vehicula, aurum, argentum, vestē diuersi generis, in *signis & notis quibusdam dabat: iaciebat enim ad plebem paruos globos inscriptos; tamquam in singulis eorum aliquid inesset; & vt quisq; signum collegerat, ita ei largiebatur. Quamobrem sic cogitabant, eum qui tantos sumptus faceret ad ignominiā, nullo modo lucrifaciendi causa ab indignissimis & insolētissimis rebus abstinentem fore. Post hæc, visis nonnullis portentis, aruspices respondere, interitum Neroni denuntiari: dederéque ei consilium, vt in alios id periculum auerteret. qua ex re complures interfecisset subito, nisi ei Seneca ita dixisset: *Licet*, inquit, *quamplurimos occidas, tamen non potes successorem tuum occidere.* Tunc sacrificia pro accepta salute (sicuti dicebat) fecit; forumque obsoniorum (quod vno verbo *macellum* dicitur) dedicauit.

Post hæc celebrauit festa alterius generis, quæ dicuntur *Iuuenalia*: ea propter barbam eius, quæ tum primum rasa fuerat, facta sunt: cuius pilos in sphæram auream coniectos, Ioui Capitolino consecrauit. His ludis interfuerunt multi, sed in primis nobilissimi viri. cuius rei argumentū est, quod Ælia Catula fœmina nobilissima atque ditissima, ac iam grandis natu, (nata erat annos octoginta) saltauit: ceteri, qui propter senectutem & morbos præcipue nihil poterant facere, *choreas canebant. Se enim exercebat vnusquisq; vt poterat; erantque ob eas res scholæ cōstitutæ; quas frequentabant clarissimi viri, mulieres, puellæ, adolescentuli, vetulæ, senes. Quod siquis nō posset aliter spectaculum præbere, ad choreas ibat. cumque multi pudore adducti, ea facerent personati, Nero petēte populo, ab eis personas auferebat, eosque patefaciebat hominibus, apud quos ipsi paulo ante magistratus gesserant. Tum illi præsertim, ceterique, mortuos beatos esse aiebant. Nam eo anno magnus numerus primorum hominum mortem obierat; atq; eorum nonnullos accusatos Neroni insidias fecisse, milites lapidibus obruerant. Quoniam autem oportebat extrema principiis respondere, ipse quoq; Nero in theatrum prodiit, Gallionis voce nominatim citatus: stetitque Cæsar in scena habitu citharœdi. Quinetiam ipse Imperator dixit; *Domini mei, audite me libenter.* Et Augustus

ἀνδράποδα, ζεύγη, χρυσίον, ἀργύριον, ἐσθῆτα ποικίλην ἐδίδου διὰ συμβόλων. σφαίρια γὰρ μικρὰ γεγραμμένα, ὡς ἕκαστα αὐτῶν ἔχοντα, εἰς τὸν ὅμιλον ἐρρίπτει, καὶ ἐδίδοτο ὅ τι τις δι' ἐκείνων ἥρπασεν. ἐνενόουν γὰρ ὅτι, ὁπότε τοσαῦτα ἀνήλισκεν ἵνα ἀσχημονήσῃ, οὐδενὸς τῶν ἀτοπωτάτων ἀφέξεται ἵνα τι κερδάνῃ. Τεράτων δέ τινων γεγονότων τότε, οἱ μάντεις ὄλεθρον αὐτῷ ταῦτα φέρειν εἶπον, καὶ συνεβούλευσαν ἐς ἑτέρους τὸ δεινὸν ἀποτρέψασθαι. κἂν συχνοὺς εὐθὺς κατεχρήσατο, εἰ μὴ ὁ Σενέκας ἔφη αὐτῷ ὅτι Ὅσους ἂν ἀποσφάξῃς, οὐ δύνασαι τὸν διάδοχόν σου ἀποκτεῖναι. Τότε μὲν δὴ τοσαῦτα σωτήρια (ὡς δὴ ἔλεγεν) ἑώρτασε, καὶ τὴν ἀγορὰν τῶν ὄψων, τὸ μάκελλον ὠνομασμένον, καθιέρωσε. μετὰ δὲ ταῦτα ἕτερον αὖ εἶδος ἑορτῆς ἤγαγεν· ἐπεκλήθη δὲ Ιουβενάλια, ὥσπερ τινὰ νεανισκεύματα· καὶ ἐτελέσθη ἐπὶ τῷ γενείῳ αὐτοῦ. καὶ γὰρ τοῦτο τότε πρῶτον ἐξύρατο· καὶ τάς γε τρίχας ἐς σφαιρίον τι χρυσοῦν ἐμβαλὼν, ἀνέθηκε τῷ Διῒ τῷ Καπιτωλίνῳ· καὶ ἐς τὴν ἑορτὴν οἵ τε ἄλλοι καὶ οἱ εὐγενέστατοι πάντως τι ἐπεδείξαντο. τεκμήριον δέ· Αἰλία Κατέλλα, τοῦτο μὲν γένει καὶ πλούτῳ προήκουσα, τοῦτο δὲ καὶ ἡλικίᾳ προφέρουσα, (ὀγδοηκοντοῦτις γὰρ ἦν) ὠρχήσατο· οἵ τε λοιποὶ οἱ διὰ γῆρας ἢ νόσον ἰδίᾳ μηδὲν ποιῆσαι δυνάμενοι, ἐχορῴδησαν. ἤσκουν μὲν γὰρ πάντες ὅ τι τις καὶ ὁπωσοῦν οἷός τε ἦν· καὶ ἐς διδασκαλεῖα ἀποδεδειγμένα συνεφοίτων οἱ *ἐλλογιμώτατοι ἄνδρες, γυναῖκες, κόραι, μειράκια, γραῖαι, γέροντες· εἰ δέ τις μὴ ἐδύνατο ἐν ἑτέρῳ τῳ θέαν παρασχεῖν, ἐς τοὺς χοροὺς κατεχωρίζετο. καὶ ἐπειδή γε τινὲς αὐτῶν προσωπεῖα ὑπ' αἰσχύνης, ἵνα μὴ γνωρίζωνται, περιέθεντο, περιεῖλεν αὐτὰ, τοῦ δήμου δῆθεν ἀξιώσαντος, καὶ ἐπέδειξε καὶ τοῖς ὀλίγον ἔμπροσθεν ὑπ' αὐτῶν ἀρχθεῖσιν ἀνθρώποις. καὶ τότε δὴ μάλιστα καὶ ἐκεῖνοι καὶ οἱ ἄλλοι τοὺς τεθνηκότας ἐμακάριζον· πολλοὶ γὰρ ἄνδρες τῶν πρώτων ἐν τῷ ἔτει τούτῳ ἐτελεύτησαν· ὧν ἐνίους καὶ τῷ Νέρωνι ἐπιβουλεύειν αἰτιαθέντας οἱ στρατιῶται περιστάντες ἐλιθοβόλησαν. καὶ (ἔδει γὰρ καὶ τὸν κολοφῶνα ἄξιον τῶν πραττομένων ἐπενεχθῆναι) παρῆλθέ τε καὶ αὐτὸς ὁ Νέρων ἐς τὸ θέατρον, ὀνομαστὶ πρὸς τοῦ Γαλλίωνος *ἐσκηρυχθείς· καὶ ἔστη τε ἐπὶ τῆς σκηνῆς ὁ Καῖσαρ, τὴν κιθαρῳδικὴν σκευὴν ἐνδεδυκώς· καὶ, Κύριοί μου, εὐμενῶς μου ἀκούσατε, εἶπεν ὁ αὐτοκράτωρ. *κιθαρῳδήσας τε

Ἄυγ-

Ἄττιν τινὰ ἢ Βάκχας ὁ Αὔγουστος, πολλῶν μὲν στρατιωτῶν παρεστηκότων, παντὸς δὲ τοῦ δήμου ὅσον αἱ ἕδραι ἐχώρησαν, καθημένου· καίτοι καὶ βραχὺ καὶ μέλαν (ὥς γε παραδέδοται) φώνημα ἔχων, ὥστε καὶ γέλωτα ἅμα καὶ δάκρυα πᾶσι κινῆσαι. καὶ αὐτῷ καὶ ὁ Βοῦρρος καὶ ὁ Σενέκας, καθάπερ τινὲς διδάσκαλοι, ὑποβάλλοντές τι παρεστήκεσαν· καὶ αὐτοὶ τάς τε χεῖρας καὶ τὰ ἱμάτια, ὁπότε φθέγξαιτό τι, ἀνέσειον, καὶ τοὺς ἄλλους προσεπεσπῶντο. ἦν μὲν γάρ τι καὶ ἴδιον αὐτῷ σύστημα ἐς πεντακισχιλίους στρατιώτας παρεσκευασμένον· Αὐγούστειοί τε ὠνομάζοντο, καὶ ἐξῆρχον τῶν ἐπαίνων. ἠναγκάζοντο δὲ σφίσι καὶ ἄλλοι πάντες καὶ ἄκοντες, πλὴν τοῦ Θρασέα, ἐκβοᾶν. ἐκεῖνος μὲν γὰρ οὐδέποτε αὐτῷ συνεπέθηκεν· οἱ δὲ δὴ ἄλλοι, καὶ μάλισθ᾽ οἱ ἐπιφανεῖς, σπουδῇ καὶ ὀδυρόμενοι συνελέγοντο, καὶ πάνθ᾽ ὅσα περ οἱ αὐγούστειοι, ὡς καὶ χαίροντες, συνεβόων. καὶ ἦν ἀκούειν πως αὐτῶν λεγόντων, Ὁ καλὸς Καῖσαρ, ὁ Ἀπόλλων, ὁ αὔγουστος, εἷς ὡς Πύθιος· μά σε Καῖσαρ, οὐδείς σε νικᾷ. Ποιήσας δὲ ταῦτα, ἐδείπνισε τὸν δῆμον ἐπὶ πλοίων ἐν τῷ χωρίῳ ἐν ᾧ ἡ ναυμαχία ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου ἐγεγόνει· καὶ ἐξ αὐτοῦ νυκτὸς μεσούσης ἐς τὸν Τίβεριν διὰ τάφρου κατέπλευσε. Ταῦτα μὲν ἐπὶ τῷ γένειον *ψιλωθῆναι ἔπραξεν. ὑπὲρ δὲ δὴ τῆς σωτηρίας τῆς τε διαμονῆς τοῦ κράτους αὐτοῦ (οὕτω γάρ που προεγέγραπτο) ἀγῶνα πενταετηρικὸν κατεστήσατο, Νερώνεια αὐτὸν ὀνομάσας· καὶ ἐπ᾽ αὐτῷ καὶ τὸ γυμνάσιον ᾠκοδόμησεν· ἔλαιόν τε ἐν τῇ καθιερώσει αὐτοῦ καὶ τοῖς βουλευταῖς καὶ τοῖς ἱππεῦσι προῖκα ἔνειμε. τὸν μέντοι στέφανον τὸν τῶν κιθαρῳδῶν ἀκονιτὶ ἔλαβε, πάντων ὡς καὶ ἀναξίων τῆς νίκης ἐκκληθέντων. κἀκ τούτου καὶ οἱ ἄλλοι αὐτῷ στέφανοι οἱ τῆς κιθαρῳδίας, ἐξ ἁπάντων τῶν ἀγώνων, ὡς καὶ μόνῳ ἀξιονίκῳ ἐπέμποντο. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπαίζετο, πάθος ἐν Βρεττανίᾳ δεινὸν συνηνέχθη. δύο τε γὰρ πόλεις ἐπορθήθησαν, καὶ μυριάδες ὀκτὼ τῶν τε Ῥωμαίων καὶ τῶν συμμάχων αὐτῶν ἐφθάρησαν, ἥ τε νῆσος ἠλλοτριώθη. καὶ ταῦτα μέντοι πάντα ὑπὸ γυναικὸς αὐτοῖς συνηνέχθη· ὥστε καὶ κατὰ τοῦτο πλείστην αὐτοῖς αἰσχύνην συμβῆναι, ὥς που καὶ τὸ θεῖον τὴν συμφορὰν αὐτοῖς προεσήμηνεν. ἔκ τε γὰρ τοῦ βουλευτηρίου θρυλιγμὸς νυκτὸς βαρβαρικὸς μετὰ γέλωτος, καὶ ἐκ τοῦ θεάτρου θόρυβος μετ᾽ οἰμωγῆς ἐξηκούετο, μηδενὸς ἀνθρώπων μήτε φθεγγομένου μήτε στένοντος. οἰκίαι τέ τινες ἐν τῷ Ταμέσᾳ ποταμῷ ἔφυδροι ἑωρῶντο· καὶ ὁ Ὠκεανὸς ὁ μεταξὺ

cecinit Attin quędam & Bacchas coram magno militum numero & vniuerso populo, quantum sedes capiebant: etsi (vt traditum est) tam parua obscuraq; voce erat, vt risum fletumque simul omnib. excitaret. Assistebant ei Burrus & Seneca, vt magistri, suggerentes aliquid: cumque dixisset, plaudebāt manibus & vestimentis; vt reliquos ad idem faciendum inducerēt. Erant ob eam causam parata quinque milia militum, *qui *Augustales* nominati, incipiebant eū laudibus extollere: post hos ceteri omnes inuiti acclamare cogebantur, vno Thrasea excepto, qui numquam ei visus est assentiri: reliqui, atque in primis nobiles viri, studiose, simul & ingemiscētes, omnia comprobabant quæ ab Augustalibus dicta essent, atque vna simulata lætitia conclamabant. Tum licebat audire qui ita dicerent, *Quam pulcher Cæsar, Apollo, Augustus, vnus veluti Pythius! nemo te (per Cæsarem) vincit Cæsar.* Peractis his rebus, populo epulum dedit intra naues, in eo loco in quo ab Augusto bellum nauale factū fuerat. Inde media nocte per fossam in Tiberim nauigauit. Hæc sunt facta propterea quod mentum pilis nudasset; postea pro salute ac diuturnitate Imperii sui, (sic enim edixit) certamen quinquennale instituit, quod appellauit *Neronia*; cuius causa gymnasium ædificauit; in cuius dedicatione Equitibus ac Senatoribus oleum gratis distribuit. Hic coronā obtinuit citharœdorum, quos ipse nō vicerat, ceteris omnibus vt indignis victoria iudicatis. Itaque reliquæ citharœdorum coronæ ad eum ex omnibus certaminibus, quasi solus victoria dignus esset, postea mittebantur. Dum hęc Romæ geruntur, in Britannia grauis casus accidit, duabus vrbib. expugnatis, & octoginta milibus ciuium Romanorū aut sociorū peremptis, ipsa insula alienata. Quæ clades a muliere illata est populo Romano, vt maiore ignominia afficeretur: eaq; antea diuinitus denūtiata fuerat. Nā in curia barbaricū murmur cū multo risu, & tumultus in theatro cū magno fletu audiebatur; cum ibi nemo hominum loqueretur aut lugeret. Pręterea ędes quædam infra aquam Tamesis fluuii videbātur; deniq; Oceanus inter

eam insulam & Galliam sanguinolētus inundauit. Causa belli fuit publicatio bonorum; * quæ cum esset primariis eorum a Claudio remissa, Decianus Catus eius insulæ procurator, dicebat eam renouari oportere. Ad hanc causam accessit, quod cum eis inuitis Seneca † quadringenties sestertium sub magnis vsuris credidisset, eam summam omnem simul magna vi atque violentia exigebat: maxime vero excitauit, persuasitque vt bellum cum Romanis gererēt, Bunduica Britannica fœmina, orta stirpe regia: quæ non solum eis cum magna dignitate præfuit, sed etiam bellum omne administrauit; cuius animus virilis potius quam muliebris erat. Cōparato enim exercitu ad centum viginti milia hominum, in tribunal factum ex terra palustri more Romano cōscendit, fœmina procerissimo corpore, forma honestissima, vultu seuero, voce aspera, capillo valde promisso fuluoque; (nam ad nates vsq; demissus erat) ferebat magnum torquem aureū, induebaturque tunica variis coloribus distincta & sinuosa, deinde crassa chlamyde: cumque ita vestita esset semper, ac tum hastam quoque haberet in manibus, vt ea omnes perterrefaceret, in hunc modum dixit: *Equidem vos re ipsa persuasos esse puto, quantum* LIBERTAS *antecellat seruituti. Nam si quis vestrum, ignorans vtra melior esset, blandis promissis populi Romani deceptus sit, nūc quidem certe vtramque expertus, erratum vestrum agnoscere potuistis, quod externam dominationem anteposuistis moribus & institutis patriæ, intellexistis profecto quanto præstātior sit libera paupertas opibus quæ in seruitute possidentur. Quid enim eſt (obsecro) tam turpe, quid tam molestum hominibus, quod nobis, ex quo tempore Britannia ab illis primū conspecta eſt, non acciderit? Nonne maximis atque amplissimis facultatibus priuati sumus? nonne reliquorum tributa pendimus? * nonne præter cetera quæ damus, & agros quos colimus, ad eorum vtilitatem, nostrorum etiam corporum omnia tributa conferimus? At quanto melius fuit, semel fortunatos esse, quam fictis falsisque nominibus libertatis singulis annis redimi? quanto vero honestius mortem occumbere, quam capita tributaria circumferre? Sed quid ego ista commemoro, cum per illos ne mortem quidem liceat immunes cum vita commutare? Etenim quot & quanta pensitemus mortuorum*

† quadringenta milia aureorū. Bl. mille myriadas, Gr.

τῆς τε νήσου καὶ τῆς Γαλατίας, αἱματώδης ποτὲ ἐν τῇ πλημμυρίδι ηὐξήθη. πρόφασις δὲ τοῦ πολέμου ἐγένετο ἡ δήμευσις τῶν χρημάτων, ἃ Κλαύδιος τοῖς πρώτοις αὐτῶν ἐδεδώκει· καὶ ἔδει καὶ ἐκεῖνα, ὥς γε Δεκιανὸς Κάτος ὁ τῆς νήσου ἐπιτροπεύων ἔλεγεν, ἀναπόμπιμα γενέσθαι. διά τε οὖν τοῦτο, καὶ ὅτι ὁ Σενέκας [χιλίας] σφίσι μυριάδας ἄκουσιν ἐπὶ χρησταῖς ἐλπίσι τόκων δανείσας, ἔπειτ' ἀθρόας τε ἅμα αὐτὰς καὶ βιαίως εἰσέπρασσεν. ἡ δὲ μάλιστα αὐτοὺς ἐρεθίσασα, καὶ ἐναντία Ῥωμαίων πολεμεῖν ἀναπείσασα, τῆς τε προστασίας αὐτῶν ἀξιωθεῖσα, καὶ τοῦ πολέμου παντὸς στρατηγήσασα, Βουνδουίκα ἦν, γυνὴ Βρεττανίς, γένους τοῦ βασιλείου, μεῖζον ἢ κατὰ γυναῖκα φρόνημα ἔχουσα. αὕτη γὰρ συνήγαγε τὸ στράτευμα ἀμφὶ δώδεκα μυριάδας ὄν, καὶ ἀνέβη ἐπὶ βῆμα ἐκ γῆς ἐλώδους ἐς τὸν Ῥωμαϊκὸν τρόπον πεποιημένον. ἦν δὲ καὶ τὸ σῶμα μεγίστη, καὶ τὸ εἶδος βλοσυρωτάτη, τό τε βλέμμα δριμυτάτη· καὶ τὸ φθέγμα τραχὺ εἶχε· τήν τε κόμην πλείστην τε καὶ ξανθοτάτην οὖσαν μέχρι τῶν γλουτῶν καθεῖτο, καὶ στρεπτὸν μέγαν χρυσοῦν ἐφόρει· χιτῶνά τε παμποίκιλον ἐνεκεκόλπωτο, καὶ χλαμύδα ἐπ' αὐτῷ παχεῖαν ἐνεπεπόρπητο. οὕτω μὲν ἀεὶ ἐνεσκευάζετο· τότε δὲ καὶ λόγχην λαβοῦσα, ὥστε καὶ ἐκ τούτου πάντας ἐκπλήττειν, ἔλεξεν ὧδε· Πέπεισθε μὲν τοῖς ἔργοις αὐτοῖς ὅσον ἐλευθερία τῆς δουλείας διαφέρει. ὥστ' εἰ καὶ πρότερόν τις ὑμῶν ὑπὸ τῆς τοῦ κρείττονος ἀπειρίας ἐπαγωγοῖς ἐπαγγέλμασι τῶν Ῥωμαίων * ἠπάτητο, ἀλλὰ νῦν γε ἑκατέρου πεπειραμένοι, μεμαθήκατε μὲν ὅσον ἡμαρτήκατε, δεσποτείαν ἐπίσπαστον πρὸ τῆς πατρίου διαίτης προτιμήσαντες· ἐγνώκατε δὲ ὅσῳ καὶ πενία ἀδέσποτος πλούτου δουλεύοντος προφέρει. τί μὲν γὰρ οὐ τῶν αἰσχίστων, τί δ' οὐ τῶν ἀλγίστων, ἐξ οὗπερ ἐς τὴν Βρεττανίαν οὗτοι παρέκυψαν, πεπόνθαμεν; οὐ τῶν μὲν πλείστων καὶ μεγίστων κτημάτων ὅλων ἐστερήμεθα, τῶν δὲ λοιπῶν τέλη καταβάλλομεν; οὐ πρὸς τῷ τἆλλα πάντα καὶ νέμειν καὶ γεωργεῖν ἐκείνοις, καὶ τῶν σωμάτων αὐτῶν δασμὸν ἐτήσιον φέρομεν; καὶ πόσῳ κρεῖττον ἦν, ἅπαξ τισὶ * πεπρᾶσθαι μᾶλλον, ἢ μετὰ κενῶν ἐλευθερίας ὀνομάτων κατ' ἔτος λυτροῦσθαι; πόσῳ δὲ ἐσφάχθαι καὶ ἀπολωλέναι μᾶλλον, ἢ κεφαλὰς ὑποτελεῖς περιφέρειν; καίτοι τί τοῦτο εἶπον; οὐδὲ γὰρ τὸ τελευτῆσαι παρ' αὐτοῖς ἀζήμιόν ἐστιν, ἀλλ' ἴστε ὅσον καὶ ὑπὲρ τῶν νεκρῶν τελοῦμεν·

πελούμεθα. καίτοι τοῖς μὲν γὰρ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις καὶ τοὺς δουλεύοντάς τισιν ὁ θάνατος ἐλευθεροῖ· Ῥωμαίοις δὲ δὴ μόνοις καὶ οἱ νεκροὶ ζῶσι πρὸς τὰ λήμματα. τί δ' ὅτι, κἂν μὴ ἔχῃ τις ἡμῶν ἀργύριον, (πῶς γάρ, ἢ πόθεν;) ἀποδυόμεθα καὶ σκυλευόμεθα ὥσπερ οἱ φονευόμενοι; τί δ' ἂν προϊόντος τοῦ χρόνου μετριάσειεν, οὕτως ἡμῖν κατὰ τὴν πρώτην εὐθὺς (ὅτε πάντες καὶ τὰ θηρία τὰ νεάλωτα θεραπεύουσι) προσενηνεγμένοι; ἡμεῖς δὲ δὴ πάντων τῶν κακῶν τούτων αἴτιοι (ὥς γε τἀληθὲς εἰπεῖν) γεγόναμεν, οἵτινες αὐτοῖς ἐπιβῆναι τὴν ἀρχὴν τῆς νήσου ἐπετρέψαμεν, καὶ οὐ παραχρῆμα αὐτούς, ὥσπερ καὶ τὸν Καίσαρα τὸν Ἰούλιον ἐκεῖνον, ἐξηλάσαμεν· οἵτινες οὐ πόρρωθεν σφίσιν, ὥσπερ καὶ τῷ Αὐγούστῳ καὶ τῷ Γαΐῳ τῷ Καλιγόλᾳ, φοβερὸν τὸ πειρᾶσαι τὸν πλοῦν ἐποιήσαμεν. τοιγαροῦν νῆσον τηλικαύτην, μᾶλλον δ' ἤπειρον τρόπον τινὰ περίρρυτον νεμόμενοι, καὶ ἰδίαν οἰκουμένην ἔχοντες, καὶ τοσοῦτον ὑπὸ τοῦ Ὠκεανοῦ ἀφ' ἁπάντων τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἀφωρισμένοι, ὥστε καὶ γῆν ἄλλην καὶ οὐρανὸν ἄλλον οἰκεῖν πεπιστεῦσθαι, καί τινας αὐτῶν καὶ τοὺς σοφωτάτους γε μηδὲ τὸ ὄνομα ἡμῶν ἀκριβῶς πρότερον ἐγνωκέναι· καταπεφρονήμεθα καὶ καταπεπατήμεθα ὑπ' ἀνθρώπων μηδὲν ἄλλο ἢ πλεονεκτεῖν εἰδότων. ἀλλ' εἰ καὶ μὴ πρότερον, νῦν ἔτι, ὦ πολῖται καὶ φίλοι καὶ συγγενεῖς, (πάντας γὰρ *ὑμᾶς συγγενεῖς, ἅτε καὶ μιᾶς νήσου οἰκήτορας ὄντας, καὶ ἓν ὄνομα κοινὸν κεκτημένους, νομίζω) τὰ προσήκοντα πράξωμεν, *ἕως ἔτι τῆς ἐλευθερίας μνημονεύομεν· ἵνα καὶ τὸ πρόσρημα καὶ τὸ ἔργον αὐτῆς τοῖς παισὶ καταλίπωμεν. ἂν γὰρ ἡμεῖς τῆς συντρόφου εὐδαιμονίας παντελῶς ἐκλαθώμεθα, τί ποτε ἐκεῖνοι ποιήσουσιν, ἐν δουλείᾳ τραφέντες; λέγω δὲ ταῦτα οὐχ ἵνα μισήσητε τὰ παρόντα, (μεμισήκατε γάρ) οὐδ' ἵνα φοβηθῆτε τὰ μέλλοντα, (πεφόβησθε γάρ) ἀλλ' ἵνα ἐπαινέσω τε ὑμᾶς ὅτι καὶ καθ' ἑαυτοὺς πάνθ' ὅσα δεῖ προαιρεῖσθε· καὶ χάριν ὑμῖν γνῶ, ὅτι καὶ ἐμοὶ καὶ ἑαυτοῖς ἑτοίμως συναίρεσθε. φοβεῖσθε δὲ μηδαμῶς τοὺς Ῥωμαίους· οὔτε γὰρ πλείους *ἡμῶν εἰσιν, οὔτ' ἀνδρειότεροι· τεκμήριον δέ, ὅτι καὶ κράνεσι καὶ θώραξι καὶ κνημῖσιν ἐσκέπασθε, καὶ προσέτι καὶ σταυρώμασι καὶ τείχεσι καὶ τάφροις ἐσκεύασθε, πρὸς τὸ μηκέτι πάσχειν ἐξ ἐπιδρομῆς τῶν πολεμίων. τοῦτο γὰρ αἱροῦνται μᾶλλον ὑπὸ τοῦ φόβου, ἢ τὸ καὶ δρᾶσαί τι προχείρως ὥσπερ

nomine, omnes profecto scitis. Cumque ii qui seruitutem seruiunt, apud alias gentes morte liberentur, soli populo Romano mortui viuunt, quaestus & compedii causa. Quid quod & si quis nostrum pecuniam non habet, (quomodo enim aut vnde habere possit?) exuimur, spoliamur, vt ii qui trucidantur? Quam vero continentiam eorum exspectamus in reliquum tempus, qui nos a principio ita tractent illiberaliter? cum tamen omnes homines, feras belluas, quas proxime ceperunt, fouere soleant, & blanditiis delinire. Sed nos ipsi (vt vere dicam) auctores fuimus malorum omnium, qui eis principio pedem in hac insula ponere permisimus: qui non eos statim, vt illum Iulium Caesarem, expulimus: qui non iis, cum adhuc longe abessent, vt contra Augustum & Caligulam egimus, ⁴ nauigationem tentatam periculosam esse ostendimus. Nos igitur tantam insulam, vel potius continentem quodammodo circumfluam, ° diuisam & separatam habitantes, tantumque Oceano a ceteris gentibus disiuncti, vt alias terras, aliud caelum incolere videamur: quorum nomen ne sapientissimis quidem eorum plane fuit cognitum: nunc contempti conculcatiq; sumus ab iis, qui omnino praeterquam aliis superiores esse, nihil agere, nihil moliri videntur. Quamobrem ô ciues, amici, & propinqui, (nam ego omnes, cum eandem insulam habitemus, & commune nomen habeamus, propinquos puto) nunc quidem, (quod antea non fecimus) ac dum adhuc libertatis memoriã tenemus, quod nobis dignum est, censeo esse faciendum; vt non solum libertatis nomen, sed etiam vim & facta posteris relinquamus. nam si nos, honeste & liberaliter educati, prorsus obliuiscamur nostrae felicitatis, quid eos, nutritos in seruitute, facturos esse speramus? Neque vero haec a me idcirco dicuntur, vt hunc statum, qui nunc est, odio habeatis, (odistis enim) neque vt ea quae nobis euentura sunt, magnopere metuatis; (iam enim metuitis) sed vt vos laudib. afficiam, agamque gratias, quod per vos ipsi omnia, quae necessaria esse videntur, facere statuatis; quod mihi atque vobis ipsis promptis animis opem feratis; quodque vobis Romanos metuendos esse non putetis. non enim plures sunt numero quam vos, nõ fortiores. idq; intelligi potest ex galeis, thoracibus, ocreis, quibus muniti estis: praeterea ex aggerib. & muris & fossis, quas fecistis ad propellendas excursiones hostium: quandoquidem malunt excurrere timoris causa, quam pugnare comminus, vt est

nostra consuetudo. Quocirca tantum eos excedimus viribus, vt tētoria nostra muris eorum tutiora, & scuta omni eorū armatura potiora putem. Qua ex re, si apud nos erit victoria, facile eos capiemus: si vero aliqua necessitas obuenerit, effugiemus. Quod si statuerimus nos aliquo recipere, sic nos in paludes abdemus & montes, vt ab iis inueniri aut capi nequeamus. Illi vero, grauitate & pondere armorum impediti, neq; quemquam nostrū insequi poterunt, neq; se in fugam conferre. Quod si excurrent aliquando, mox ad certa loca perfugient, in quæ tamquam in caueam a nobis compellentur. Quibus in rebus cum multo nobis inferiores sint, tum maxime, quod famem, sitim, frigus, calorē perferre nobiscū pariter nō possunt: vmbra, tecto, frumento subacto, vino, oleo, ita indigent, vt si quid eorum deficiat, moriātur: nobis autem quæuis herba & radix cibus est: quilibet succus, oleū: omnis aqua, vinum: omnis arbor, domus. Ad hæc. loca ipsa nobis sunt familiaria & quasi socia ad bellū gerendum, illis incognita & inimica. nos fluuios nudi & nantes transimus; illi ne nauib. quidem facile traiiciuntur. Itaq; (quod felix faustumq; sit) contendamus in eos confidenter; ostendamusq; eos, cum lepores sint atq; vulpes, temere conari canib. & lupis imperare. Hæc cum dixisset, leporem e gremio dimisit, ominis capiendi causa: qui postquam prospere ꝓcessit, vniuersa multitudo lętantib. animis cōclamat. Tum Bunduica passis palmis, *Gratias ago tibi*, inquit, *Adraste, teque mulier mulierē inuoco; nō baiulis Aegyptus imperans, vt Nitocris; nō Assyriis mercatoribus, vt Semiramis; (hæc enim iam a Romanis accepimus) nec rursum populo Romano, vt paulo ante Messalina, post Agrippina, nunc Nero; (qui nomine viri appellatus, re ipsa mulier est: idq; ex eo intelligi potest, quod voce & cithara canit, quodq; ornatur muliebriter) sed Britannis hominib. imperans, qui non agros colere, non opifices esse, sed bella gerere optime didicerunt: qui cum cetera omnia, tum liberos & vxores communes esse inter se putant; atque illæ ob eam causam eandem virtutem cū marib. exercent. Cum igitur ego apud huiusmodi viros atq; fœminas regnū obtineam, peto abs te eorum victoriam, salutem, libertatem, cōtra viros contumeliosos, improbos, insatiabiles, sceleratos: si viri appellandi sunt homines qui calefactis aquis lauantur, cibis laute apparatis vescentes,*

ἡμεῖς. τοσαύτῃ γὰρ περιουσίᾳ ἀνδρίας χρώμεθα, ὥστε καὶ τὰς σκηνὰς ἀσφαλεστέρας τῶν τειχῶν, καὶ τὰς ἀσπίδας πολυαρκεστέρας τῆς ἐκείνων πανοπλίας νομίζειν. ἐξ οὗπερ ἡμεῖς μὲν καὶ κρατοῦντες αἱροῦμεν αὐτοὺς, καὶ βιασθέντες ἐκφεύγομεν. κἂν ἄρα καὶ ἀναχωρῆσαί ποι προελώμεθα, ἐς τοιαῦτα ἕλη καὶ ὄρη καταδυόμεθα, ὥστε μήτε εὑρεθῆναι μήτε ληφθῆναι. ἐκεῖνοι δὲ οὔτε διῶξαί τινα ὑπὸ τοῦ βάρους, οὔτε φυγεῖν δύνανται· κἂν ἄρα καὶ ἐκδράμωσί ποτε, ἔς τε χωρία ἀποδεδειγμένα καταφεύγωσι, κἀνταῦθα ὥσπερ ἐς γαλεάγρας κατακλείονται. ἔν τε οὖν τούτοις παρὰ πολὺ ἡμῶν ἐλαττοῦνται, καὶ ἐκείνοις, ὅτι οὔτε λιμὸν οὔτε δίψος, οὐ ψῦχος οὐ καῦμα ὑποφέρουσιν ὥσπερ ἡμεῖς, ἀλλ' οἱ μὲν καὶ σκιᾶς καὶ σκέπης, σίτου τε μεμαγμένου καὶ οἴνου καὶ ἐλαίου δέονται, κἂν ἄρα τι τούτων αὐτοὺς ἐπιλίπῃ, διαφθείρονται· ἡμῖν δὲ δὴ πᾶσα μὲν πόα καὶ ῥίζα, σῖτός ἐστι· πᾶς δὲ χυμὸς, ἔλαιον· πᾶν δὲ ὕδωρ, οἶνος· πᾶν δὲ δένδρον, οἰκία. καὶ μὴν καὶ τὰ χωρία ταῦτα, ἡμῖν μὲν συνήθη καὶ σύμμαχα, ἐκείνοις δὲ δὴ καὶ ἄγνωστα καὶ πολέμια. καὶ τοὺς ποταμοὺς ἡμεῖς μὲν γυμνοὶ διανέομεν, ἐκεῖνοι δὲ οὐδὲ πλοίοις ῥᾳδίως περαιοῦνται. ἀλλ' ἴωμεν ἐπ' αὐτοὺς, ἀγαθῇ τύχῃ, θαρροῦντες· δείξωμεν αὐτοῖς ὅτι λαγωοὶ καὶ ἀλώπεκες ὄντες, κυνῶν καὶ λύκων ἄρχειν ἐπιχειροῦσι. Ταῦτα εἰποῦσα, λαγὼν μὲν ἐκ τοῦ κόλπου προήκατο μαντείᾳ τινὶ χρωμένη· καὶ ἐπειδὴ ἐν αἰσίῳ σφίσιν ἔδραμε, τό τε πλῆθος πᾶν ἡσθὲν ἀνεβόησε, καὶ ἡ Βουνδουίκα τὴν χεῖρα ἐς τὸν οὐρανὸν ἀνατείνασα εἶπε, Χάριν τε σοὶ ἔχω, [ὦ Ἀνδράστη] καὶ προσεπικαλοῦμαί σε γυνὴ γυναῖκα, οὐκ Αἰγυπτίων ἀχθοφόρων ἄρχουσα, ὡς Νίτωκρις· οὐδ' Ἀσσυρίων τῶν ἐμπόρων, ὡς Σεμίραμις· (καὶ γὰρ ταῦτ' ἤδη παρὰ τῶν Ῥωμαίων μεμαθήκαμεν) οὐ μὴν οὐδὲ Ῥωμαίων αὐτῶν, (ὡς πρότερον μὲν Μεσσαλίνα, ἔπειτ' Ἀγριππῖνα· νῦν δὲ καὶ Νέρων, ὄνομα μὲν ἀνδρὸς ἔχει, ἔργῳ δὲ γυνή ἐστι· σημεῖον δὲ, ᾄδει καὶ κιθαρίζει, καὶ καλλωπίζεται) ἀλλ' ἀνδρῶν Βρεττανῶν, γεωργεῖν μὲν ἢ δημιουργεῖν οὐκ εἰδότων, πολεμεῖν δὲ ἀκριβῶς μεμαθηκότων, καὶ τά τε ἄλλα πάντα κοινὰ, καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας κοινὰς νομιζόντων, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐκείνων τὴν αὐτὴν τοῖς ἄρρεσιν ἀρετὴν ἐχουσῶν. τοιούτων οὖν ἀνδρῶν καὶ τοιούτων γυναικῶν βασιλεύουσα, προσεύχομαί τέ σοι καὶ αἰτῶ νίκην καὶ σωτηρίαν καὶ ἐλευθερίαν κατ' ἀνδρῶν ὑβριστῶν, ἀδίκων, ἀπλήστων, ἀνοσίων· εἴγε καὶ ἄνδρας χρὴ καλεῖν ἀνθρώπους ὕδατι θερμῷ λουομένους, ὄψα σκευαστὰ ἐσθίοντας,

οἶνον ἄκρατον πίνοντας, μύρῳ ἀλειφομένους, μαλθακῶς κοιμωμένους, μετὰ μειρακίων καὶ τούτων ἐξώρων καθεύδοντας, κιθαρῳδῷ, καὶ τούτῳ κακῷ, δουλεύοντας. μὴ γάρ τοι μὴ ἐμοῦ, μήθ' ὑμῶν ἔτι βασιλεύσειεν ἡ Νερωνὶς, ἡ Δομιτία· ἀλλ' ἐκείνη μὲν Ῥωμαίων ᾄδουσα δεσποζέτω· (καὶ γὰρ ἄξιοι τοιαύτῃ γυναικὶ δουλεύειν, ἧς τοσοῦτον ἤδη χρόνον ἀνέχονται τυραννούσης) ἡμῶν δὲ σὺ, ὦ δέσποινα, ἀεὶ μόνη *προστατοίης. Τοιαῦτα ἄττα ἡ Βουνδουίκα δημηγορήσασα, ἐπῆγε τοῖς Ῥωμαίοις τὴν στρατιάν. ἔτυχον γὰρ ἄναρχοι ὄντες, διὰ δὲ Παυλῖνον τὸν ἡγεμόνα σφῶν, εἰς νῆσόν τινα Μῶνναν ἀγχοῦ τῆς Βρεττανίας κειμένην ἐπιστρατεῦσαι. διὰ τοῦτο πόλεις τε δύο Ῥωμαϊκὰς ἐξεπόρθησε καὶ διήρπασε, καὶ φόνον ἀμύθητον (ὡς ἔφην) εἰργάσατο· τοῖς τε ἁλισκομένοις ἀνθρώποις ὑπ' αὐτῶν οὐδὲν τῶν δεινοτάτων ἐστὶν ὅτι οὐκ ἐγένετο. καὶ ὃ δὴ δεινότατον καὶ θηριωδέστατον, ἔπραξαν· τὰς γὰρ γυναῖκας τὰς εὐγενεστάτας καὶ εὐπρεπεστάτας, γυμνὰς ἐκρέμασαν, καὶ τούς τε μαστοὺς αὐτῶν περιέτεμον, καὶ τοῖς στόμασι σφῶν προσέρραπτον, ὅπως ὡς καὶ ἐσθίουσαι αὐτοὺς ὁρῷντο· καὶ μετὰ τοῦτο πασσάλοις ὀξέσι διὰ παντὸς τοῦ σώματος κατὰ μῆκος ἀνέπειραν· καὶ ταῦτα πάντα θύοντές τε ἅμα καὶ ἑστιώμενοι, ὑβρίζοντες, ἔν τε τοῖς ἄλλοις σφῶν ἱεροῖς καὶ ἐν τῷ τῆς *Ἀνδάτης μάλιστα ἄλσει ἐποίουν. οὕτω γὰρ καὶ τὴν νίκην ὠνόμαζον, καὶ ἔσεβον αὐτὴν περιττότατα. Ὁ δὲ Παυλῖνος, ἔτυχε μὲν ἤδη τὴν Μῶναν παραστησάμενος· πυθόμενος δὲ τὴν Βρεττανικὴν συμφοράν, ἀπέπλευσεν εὐθὺς ἐς αὐτὴν ἐκ τῆς Μώνης· καὶ διακινδυνεῦσαι μὲν αὐτίκα πρὸς τοὺς βαρβάρους οὐκ ἤθελε, τό τε πλῆθος αὐτῶν καὶ τὴν ἀπόνοιαν φοβούμενος, ἀλλ' ἐς ἐπιτηδειότερον καιρὸν τὴν μάχην ὑπερετίθετο. ἐπεὶ δὲ σίτου τε ἐσπάνιζε, καὶ οἱ βάρβαροι ἐγκείμενοι οὐκ ἀνίεσαν, ἠναγκάσθη καὶ παρὰ γνώμην αὐτοῖς συμβαλεῖν. ἡ μὲν οὖν Βουνδουίκα ἐς τρεῖς καὶ εἴκοσι μυριάδας ἀνδρῶν στράτευμα ἔχουσα, αὐτὴ μὲν ἐφ' ἅρματος ὠχεῖτο, τοὺς δ' ἄλλους ὡς ἑκάστους διέταξεν. ὁ δὲ δὴ Παυλῖνος, μήτε ἀντιπαρατεῖναί οἱ τὴν φάλαγγα δυνηθεὶς, (οὐδὲ γὰρ οὐδ' εἰ ἐφ' ἕνα ἐτάχθησαν, ἐξικνοῦντο· τοσοῦτον ἠλαττοῦντο τῷ πλήθει) μήτ' αὖ καθ' ἕνα συμβαλεῖν, μὴ καὶ περιστοιχισθεὶς κατακοπῇ, τολμήσας, τριχῇ τε ἔνειμε τὸν στρατὸν, ὅπως πολλαχόθεν ἅμα μάχοιντο, καὶ ἐπύκνωσεν ἕκαστον τῶν μερῶν,

merum bibentes, vnguentis delibuti, molliter cubantes, cum pueris, atque iis exoletis coeuntes, citharædo & quidem malo seruientes. Non mihi, (obsecro) non vobis in reliquum tempus imperet Neronia aut Domitia: sed illa cantãs dominetur populo Romano. dignus est enim huic mulieri seruire, cuius tyrannidem longo temporis spatio sustinet. Tu vero domina vt nobis sola semper adsis, a te vehementer peto.

Hæc atque alia huiusmodi cum Bunduica in concione dixisset, cõtra Romanos omnibus copiis cõtendit; qui per id tempus imperatore destituti erant, quod Paulinus eorum imperator in Monam (quæ insula est finitima Britanniæ) exercitum duxerat: quamobrẽ Bunduica duas vrbes populi Romani expugnauit, atque diripuit; in eisque cædem infinitam, vt supra dixi, fecit. Captis autem hominibus, omnia quæ grauissima esse possunt, facta sunt. Id vero est crudelissimum atque immanissimum, quod fœminas nobilissimas & honestissimas nudas suspenderunt, excisasque mammas earum ad ora ipsarũ adsuerunt, vt eas comedere viderentur; earumque corpora porrecta in longitudinem, palis præacutis transfixerunt. Quæ omnia faciebant contumeliose, dum sacrificarent in suis templis, & epularentur, & maxime in luco Andates: sic enim Victoriam appellabant, eamque colebant studiosissime. Paulinus, qui iam Monam subegerat, statim, vt Britannicam cladẽ intellexit, ex Mona in Britanniam renauigauit. Is belli quod cum barbaris erat, fortunam tentare ac periclitari subito noluit, quod eorum multitudinem & vecordiam timeret: tamen, cum pugnam in tempus magis idoneum differret, vbi inopia frumenti laborare cœpit, instantibus ac vrgentibus barbaris, coactus est contra voluntatem suam prœlium cum eis committere. Bunduica, cuius exercitus erat ad militum ducenta triginta milia, curru vehebatur, suosque porrecta in longum acie instruebat: Paulinus, qui neque extendere ad eandem longitudinem suam phalangem poterat, (neque enim Romani, si vel singuli fuissent collocati, lõgitudine illos æquare potuissent; adeo numero pauciores erant) neque rursum *simul confligere, ne cinctus ab hostibus cæderetur: tandem *audacter exercitum in tres partes distribuit, vt simul in variis locis pugnarent, singulasque partes confertas densasque præstitit,

ne facile frangerentur. Dum eos instruit, & certis locis collocat, ita cohortari incipit: *Agedum, inquit, commilitones & viri Romani, ostendite his pestibus, quantum nos eis etiam afflicta fortuna antecellamus. Turpe enim est, quæ paulo ante virtute peperimus, ea nos hoc tempore turpiter amittere. Sæpenumero vos ipsi, cum pauciores essetis quam nunc, multo plures hostes vicistis; idemq; a maioribus vestris crebro factum est. Nolite igitur multitudinem pertimescere, aut studium nouandarum rerum, eorum qui inermes incõsideratissima & dementissima temeritate confidunt: qui etsi quasdam vrbes incenderunt, tamen id ab iis non vi aut pugnando factum est, sed alteram proditam, alteram desertam ceperunt. quas ob res nunc iustas & meritas pœnas de iis sumite; vt quibus viris quales ipsi iniuriam fecerint, rebus ipsis intelligant ac factis.* Hos ita cohortatus, ad alteros proficiscitur; quibus ait: *Hoc tempus, commilitones, alacritatem atque audaciam vestram postulat: hodierno die non solum viri fortes eritis, sed etiam res amissas recuperabitis; si istos vincetis. Nemo omnium vobis in posterum resistet hoc vno prœlio facto: sed ea quæ vobis nunc adsunt, confirmabitis, ac reliqua subigetis. Ceteri milites, vbicumque erunt, vos æmulabuntur; vos hostes pertimescent. Itaque nunc, dum in vestra manu est,* an tuti ab omnib. hominibus retinere velitis ea quæ vobis a maioribus vestris relicta sunt, quæque vos ipsi antea quæsiuistis; an his rebus omnibus priuati, miseri, afflicti & calamitosi viuere: eligite quæso imperium, opes, felicitatem potius, quam ea quæ sunt iis contraria, socordes & negligentes pati.* Hæc cum dixisset, ad tertios progressus ait: *Audiuistis quæ nobis homines impurissimi ac sceleratissimi fecerũt, vel potius magnam eorum partem vidistis. Itaque statuite, vtrum vos eadem quoque pati malitis, ac penitus Britanniam amittere, quam victores non modo vlcisci eos qui interfecti sunt, sed etiam exemplum relinquere ceteris hominibus, nõ solum grata ad obediendum beneuolentiæ, sed etiam necessariæ cõtra nouarum rerum molitores acerbitatis. Spero equidẽ in primis vos superiores fore; cõfisus beneuolentia atq; societate deorum immortaliũ, qui plurimum auxiliãtur iis qui iniuriã acceperũt: deinde vestra patria fortitudine: vos enim Romani estis: vos virtute atq; experiẽtia vestra omnes homines vicistis; vos eos ipsos qui nũc vobis resistunt, cepistis:*

ὥστε δύσρηκτον εἶ). συντάττων δὲ αὐτοὺς καὶ καθιστὰς, προσπαρῄει, λέγων· Ἄγετε ἄνδρες συστρατιῶται, ἄγετε ἄνδρες Ῥωμαῖοι· δείξατε τοῖς ὀλέθροις τούτοις ὅσον καὶ δυστυχοῦντες αὐτῶν προφέρομεν. αἰσχρὸν γάρ ἐστιν ὑμῖν, ἃ μικρῷ πρόσθεν ὑπ' ἀρετῆς ἐκτήσασθε, νῦν ἀκλεῶς ἀπολέσαι. πολλάκις τοι τῶν νῦν παρόντων ἐλάττους ὄντες, πολὺ πλείονας ἀντιπάλους καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ καὶ οἱ πατέρες ὑμῶν ἐνίκησαν. μήτ' οὖν τὸ πλῆθος αὐτῶν φοβηθῆτε καὶ τὴν νεωτεροποιίαν, (ἐκ γὰρ ἀόπλου καὶ ἀμελετήτου προπετείας θρασύνονται) μήθ' ὅτι πόλεις τινὰς ἐμπεπρήκασιν. οὐ γὰρ κατὰ κράτος οὐδὲ ἐκ μάχης, ἀλλὰ τὴν μὲν προδοθεῖσαν, τὴν δὲ ἐκλειφθεῖσαν εἷλον. ἀνθ' ὧν νῦν τὴν προσήκουσαν παρ' αὐτῶν δίκην λάβετε· ἵνα καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῖς ἐκμάθωσιν, οἵους ὄντας *ὑμᾶς οἷοι ὄντες ἠδικήκασι. Ταῦτα τοῖς εἰπὼν, ἐφ' ἑτέρους ἦλθε, καὶ ἔφη· Νῦν καιρὸς, ὦ συστρατιῶται, προθυμίας, νῦν τόλμης· αὐθήμερον ἄνδρες ἀγαθοὶ *γίνεσθε, καὶ τὰ προειλημμένα ἀναλήψεσθε. ἂν τούτων κρατήσητε, οὐκ ἔτ' οὐδεὶς ὑμῖν οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀντιστήσεται. διὰ μιᾶς *τοιαύτης μάχης, καὶ τὰ ὑπάρχοντα βεβαιώσεσθε, καὶ τὰ λοιπὰ προσκαταστρέψεσθε. πάντες γὰρ καὶ οἱ ἄλλοθί που ὄντες στρατιῶται ζηλώσουσιν ὑμᾶς, καὶ ἐχθροὶ φοβηθήσονται. ὥστε ἐν ταῖς χερσὶν ἔχοντες ἢ πάντων ἀνθρώπων ἀδεῶς ἄρχειν ὧν καὶ οἱ πατέρες ὑμῶν κατέλιπον, καὶ *αὐτοὶ ὑμεῖς προσεπεκτήσασθε, ἢ πάντως αὐτῶν στερηθῆναι, ἕλεσθε ὅτε θέροι εἶ), ἄρχειν, πλουτεῖν, εὐδαιμονεῖν μᾶλλον, ἢ τἀναντία αὐτῶν ῥᾳθυμήσαντες παθεῖν. Τοιαῦτα δὲ καὶ τούτοις εἰπὼν, ἐπὶ τοὺς τρίτους ἐπιπαρῆλθε, καὶ ἔλεξε καὶ ἐκείνοις· Ἠκούσατε μὲν οἷα ἡμᾶς οἱ κατάρατοι οὗτοι δεδράκασι, μᾶλλον δὲ ἔνια αὐτῶν καὶ εἴδετε· ὥσθ' ἕλεσθε πότερον καὶ αὐτοὶ τὰ αὐτὰ ἐκείνοις παθεῖν, καὶ προσέτι καὶ ἐκπεσεῖν παντελῶς ἐκ τῆς Βρεττανίας, ἢ κρατήσαντες καὶ τοῖς ἀπολωλόσι τιμωρῆσαι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἅπασι παράδειγμα ποιῆσαι καὶ πρὸς τὸ πειθαρχοῦν εὐμενοῦς ἐπιεικείας, καὶ πρὸς τὸ νεωτερίζον ἀναγκαίας τραχύτητος. μάλιστα μὲν οὖν ἔγωγε νικήσειν *ὑμᾶς ἐλπίζω καὶ τῇ παρὰ τῶν θεῶν συμμαχίᾳ (τοῖς γὰρ ἀδικουμένοις ὡς τὸ πολὺ συναίρονται) καὶ τῇ πατρίᾳ ὑμῶν ἀνδρίᾳ, Ῥωμαίους τε ὄντας, καὶ ταῖς ἀρεταῖς ἁπάντων ἀνθρώπων κεκρατηκότας καὶ ταῖς ἐμπειρίαις· καὶ γὰρ αὐτοὺς τούτους τοὺς νῦν ἀντικαθεστῶτας ἡττήσαντες κεχειρώμεθα.

τῷ τε

περὶ τὸ ἀξίωμα. οὐ γὰρ ἀντιπάλοις ποιν ἀλλὰ δούλοις ἡμετέροις συμβαλοῦμεν, οὓς καὶ ἐλευθέρους καὶ αὐτονόμους ὄντας εἰάσαμεν. ἂν δὲ δὴ παρ' ἐλπίδα τι συμβῇ, (οὐδὲ γὰρ τοῦτ' εἰπεῖν ὀκνήσω) ἄμεινόν ἐστι μαχομένους ἡμᾶς ἀνδρείως πεσεῖν, ἢ ἁλόντας ἀνασκολοπισθῆναι, τὰ σπλάγχνα τὰ ἑαυτῶν ἐκτμηθέντα ἰδεῖν πασσάλοις διαπύροις ἀναπαρῆναι, καὶ ὕδατι ζέοντι τηκομένους ἀπολέσθαι, καθάπερ ἐς θηρία τινὰ ἄγρια, ἄνομα, ἀνόσια ἐμπεπτωκότας. ἢ οὖν περιγενώμεθα αὐτῶν, ἢ ἐνταῦθα ἀποθάνωμεν· καλὸν δὲ μνημεῖον τὴν Βρεττανίαν ἕξομεν, κἂν πάντες οἱ λοιποὶ Ῥωμαῖοι ἐξ αὐτῆς ἐκπέσωσι. τοῖς γὰρ σώμασι τοῖς ἡμετέροις πάντως αὐτὴν ἀεὶ καθέξομεν. Τοιαῦτα καὶ παραπλήσια τούτοις εἰπὼν, *ἦρετο τὸ σημεῖον τῆς μάχης· κἀκ τούτου συνῆλθον, οἱ μὲν βάρβαροι, κραυγῇ τε πολλῇ καὶ ᾠδαῖς ἀπειλητικαῖς χρώμενοι· οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, σιγῇ καὶ κόσμῳ, μέχρις οὗ ἐς ἀκοντίου βολὴν ἀφίκοντο. ἐνταῦθα δὲ ἤδη *βάδην τῶν πολεμίων προσιόντων σφίσιν *ἐπάραντες ἅμα ἀπὸ συνθήματος, ἐπέδραμον αὐτοῖς ἀνὰ κράτος· καὶ ἐν μὲν τῇ προσμίξει ῥᾳδίως τὴν ἀντίταξιν σφῶν διέρρηξαν· περισχεθέντες δὲ τῷ πλήθει, πανταχόθεν ἅμα ἐμάχοντο. καὶ ἦν ὁ ἀγωνισμὸς αὐτῶν πολύτροπος. τοῦτο μὲν γὰρ, οἱ ψιλοὶ τοὺς ψιλοὺς ἀντέβαλλον· τοῦτο δὲ, οἱ ὁπλῖται τοῖς ὁπλίταις ἀνθίσταντο, οἵ τε ἱππεῖς τοῖς ἱππεῦσι συνεφέροντο. καὶ πρὸς τὰ ἅρματα τῶν βαρβάρων οἱ τοξόται τῶν Ῥωμαίων ἀντηγωνίζοντο. τούς τε γὰρ Ῥωμαίους οἱ βάρβαροι ῥύμῃ τοῖς ἅρμασι προσπίπτοντες, ἀνέτρεπον, καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῶν τοξευμάτων, ἅτε καὶ δίχα θωράκων μαχόμενοι, ἀνεστέλλοντο· ἱππεύς τε πεζὸν ἀνέτρεπε, καὶ πεζὸς ἱππέα κατέβαλλε· πρός τε τὰ ἅρματα συμφραξάμενοί τινες ἐχώρουν, καὶ ἄλλοι ὑπ' αὐτῶν ἐσκεδάννυντο· τούς τε τοξότας οἱ μὲν ὁμόσε σφίσιν ἰόντες ἔτρεπον, οἱ δὲ πόρρωθεν ἐφυλάσσοντο· καὶ ταῦτα οὐ καθ' ἕν, ἀλλὰ τριχῇ πάνθ' ὁμοίως ἐγίνετο. ἠγωνίσαντο δὲ ἐπὶ πολὺ ὑπὸ τῆς αὐτῆς ἀμφότεροι προθυμίας καὶ τόλμης. τέλος δὲ ὀψέ ποτε οἱ Ῥωμαῖοι ἐνίκησαν, καὶ πολλοὺς μὲν ἐν τῇ μάχῃ καὶ πρὸς ταῖς ἁμάξαις τῇ τε ὕλῃ κατεφόνευσαν, πολλοὺς δὲ καὶ ζῶντας εἷλον· συχνοὶ δ' οὖν καὶ διέφυγον, καὶ παρεσκευάζοντο μὲν ὡς καὶ αὖθις μαχούμενοι· ἀποθανούσης δὲ ἐν τούτῳ τῆς Βουνδουίκης νόσῳ, ἐκείνην μὲν δεινῶς ἐπένθησαν, καὶ πολυτελῶς ἔθαψαν· αὐτοὶ δ', ὡς καὶ τότε ὄντως ἡττηθέντες, διεσκεδάσθησαν. Καὶ τὰ μὲν Βρεττανικὰ,

postremo dignitate. non enim cum hostibus, sed cum seruis nostris confligemus: quibus liberis esse, & suo iure viuere concessimus. Quod si quid nobis contra spem euenerit, (neque enim id grauabor dicere) multo melius est pugnantes fortiter occumbere, quam captos in crucem tolli, aut viscera nostra excisa conspicere palis ardentibus transfigi, feruentique aqua consumi & interire: tamquam in feras belluas sceleratas & impias incidamus. Quamobrem, siue superiores fuerimus, siue mortem hic obierimus, tamen Britanniam habebimus clarissimum monumentum: quam si ceteri Romani amiserint, tamen nos eam corporibus nostris perpetuo retinebimus. Hæc cum dixisset, atque alia eiusdem generis, signum pugnæ dat. Tunc omnes vtrimque *conueniunt. Barbari magnos clamores edunt, & cantus minaces: Romanis silentium est & ordo, quousque eo veniunt quo telum adiici posset: mox accedente turba hostium, signo dato simul in eos irruunt, eorumq; ordines primo congressu facile perturbant: post cincti vndique magna multitudine, prœlium ineunt. Ibi varium certamē fuit. cœpere vtrimque milites leuis armaturæ se percutere; milites grauis armaturæ, vtrimque inter se oppositi esse; equites cum equitibus congredi: sagittarii Romani certare cum curribus barbarorum; barbari curribus suis impetum in Romanos facere, eosque deiicere. Illi, quod absque thoracibus pugnarent, telis horum propulsari: pedes ab equite opprimi, eques a pedite exturbari: multi coniuncti simul contra currus contendere; multi ab iisdem curribus fundi ac fugari; alii sagittarios propius accedentes in fugam conuertere: alii procul ab iis cauere. Quæ cum non vno in loco, sed simul in tribus pariter gererentur, diu vtrimque pugnatum est pari alacritate & audacia: tandem Romani superiores discedunt, multis in ipso prœlio, multis ad impedimenta & ad siluam cæsis, denique multis viuis captis. Effugere complures, qui parabant iterum pugnare. Sed interim Bunduica morbo exstincta est; *eamque illi luxerunt & humauerunt magnifice: post, quod vere superati essent, fusi ac dispersi sunt. Sed de Britannicis rebus

hactenus. Romæ autem Nero Octauiam Augustam primo propter Sabinam pellicem repudiauit; post interfecit: cui tamen Burrus in ea re obstiterat, prohibueratque quo minus eam repudiaret: sic enim Neroni dixerat; *Dotem igitur ei, hoc est principatum, redde.* Burrus enim tam magna libertate loquendi vtebatur, vt cum a Nerone rogaretur aliquando iterum de iisdem eius sententiam dicere, plane & aperte responderit: *Ne me,* inquit, *de quibus rebus semel dixero, bis interroges.* eum Nero veneno sustulit: Tigellinumque Sophronium, qui petulans & homicida fuit, supra omnes homines suæ ætatis, vna cum altero, prætorianis militibus præfecit. de hoc Pythiadis ancillæ ἀπόφθεγμα dictum esse fertur. Nam cũ omnes famuli præter Pythiadem vna cum Sabina Octauiam inuaderent, quod eam contemnerent afflicta fortuna, & illi, cuius magna potestas erat, assentarentur; sola Pythias, licet acerrimis tormentis coacta, noluit in eam mentiri: cumque Tigellinus instaret vehementius, faciem eius conspuit: *Mundior est,* inquit, *Tigelline, vulua dominæ meæ, quam os tuum.* Sed Nero mulierum mala risu iocisque excepit. Idem Pluto interfecto, postquam vidit caput eius ad se perlatum; *Nesciebam,* inquit, *hunc hominem magnum nasum habere;* quasi ei pepercisset, si id cognouisset antea. Nero omnem fere vitam degebat in popinis; vetuit tamen vt nihil in eis coctũ aliis hominibus præter olera & *legumina venderetur. Pallantem interfecit, quod magnas opes peperisset, †ad quater millies sestertium; ac ita difficilis & morosus erat, vt neque cum seruis, neque cum liberis sermones conferret; sed iis omnia quæ vellet mandaretve, in libellis scribere cõsueuerat.

†ad aureorum quadragies centena milia, Bl. ad decies mille myriadas, Gr.

Tanta erat Neronis petulantia, vt publice currus agitaret. Is aliquãdo belluis interfectis, ac subito aqua in amphitheatrum deducta, bellum nauale confecit: eodemque amphitheatro exhausto, præbuit certamen gladiatorium: mox aqua rursum introducta, *publice sumptuosam cœnam dedit. Huic cœnæ Tigellinus p̃fectus fuerat: eratque eius cœnæ magnificus apparatus. Fuere in medio amphitheatro & in aqua posita magna vasa vinaria

ἐπὶ τοσοῦτον. ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ ὁ Νέρων Ὀκταουίαν τὴν Αὔγουσταν ἀπεπέμψατο μὲν πρότερον διὰ Σαβίναν τὴν παλλακίδα, ὕστερον δὲ καὶ ἀπέκτεινε· καίτοι τοῦ Βούρρου ἐναντιουμένου αὐτῷ καὶ κωλύοντος ἀποπέμψασθαι, καί ποτε εἰπόντος, Οὐκοῦν καὶ τὴν προῖκα αὐτῇ (τουτέστι τὴν ἡγεμονίαν) ἀπόδος. οὕτω γάρ πως ἐῤῥωμένως *τῇ παῤῥησίᾳ ἐχρῆτο, ὥστε ποτὲ δεύτερον ἐρωτηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ γνώμην περὶ ὧν ἀπεφήνατο, εἶπεν ἄντικρυς ὅτι Περὶ ὧν ἂν ἅπαξ τι εἴπω, μηκέτι μου αὖθις πύθῃ. Τοῦτον μὲν οὖν φαρμάκῳ διώλεσε· Τιγελλῖνον δέ τινα *Σωφρόνιον, ἀσελγείᾳ τε καὶ μιαιφονίᾳ πάντας τοὺς καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώπους ὑπεράραντα, σὺν ἑτέρῳ ἑνὶ ἐπὶ τὴν τῶν δορυφόρων ἀρχὴν κατέστησε. πρὸς τοῦτον καὶ τὸ τῆς Πυθιάδος ἀπόφθεγμα γενέσθαι λέγεται· ἐπεὶ γὰρ τῶν περὶ τὴν Ὀκταουίαν ὄντων οἱ *ἄλλοι πάντες, πλὴν Πυθιάδος, συνεπέθεντο μετὰ τῆς Σαβίνης αὐτῇ, τῆς μὲν, ὅτι ἐδυστύχει, καταφρονήσαντες, τὴν δὲ, ὅτι ἴσχυε, κολακεύοντες· μόνη δὲ ἡ Πυθιὰς οὔτε τι κατεψεύσατο αὐτῆς, καίπερ πικρότατα βασανισθεῖσα, καὶ τέλος ὡς ὁ Τιγελλῖνος ἐνέκειτο αὐτῇ, προσέπτυσέ τε αὐτῷ καὶ εἶπε, Καθαρώτερον, ὦ Τιγελλῖνε, τὸ αἰδοῖον ἡ δέσποινά μου τοῦ σοῦ στόματος ἔχει.
Ὁ δὲ δὴ Νέρων καὶ γέλωτα καὶ σκώμματα τὰ τῶν γυναικῶν κακὰ ἐποιεῖτο. τὸν γοῦν Πλοῦτον ἀποκτείνας, ἔπειτα τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ προσενεχθεῖσάν οἱ ἰδὼν, Οὐκ ᾔδειν, ἔφη, ὅτι μεγάλην ῥῖνα εἶχεν· ὥσπερ φεισάμενος ἂν αὐτοῦ, εἰ τοῦτο προηπίστατο. Πάντα δὲ (ὡς εἰπεῖν) τὸν βίον ἐν καπηλικῇ διαίτῃ ποιούμενος, ἀπεῖπε τοῖς ἄλλοις μηδὲν ἑφθὸν ἐν καπηλείῳ, πλὴν λαχάνων καὶ ἔτνους, πιπράσκειν.
Τὸν δὲ *Πάλλαντα διεχρήσατο ὅτι καὶ πλοῦτον πολὺν ἐκέκτητο, ὥστε καὶ ἐς μυρίας μυριάδας αὐτὸν ἀριθμεῖσθαι· καὶ δυσκολίᾳ τρόπων πολλῇ ἐχρῆτο, ὥστε μήτε τοῖς οἰκέταις μήτε τοῖς ἐλευθέροις διαλέγεσθαί τι, ἀλλ' ἐς γραμματεῖα πάνθ' ὅσα ἐβούλετο καὶ προσέταττέ σφισιν, ἐγγράφειν. Τοσαύτη δὲ ἦν ἡ τοῦ Νέρωνος ἀκολασία, ὥστε καὶ ἅρματα *δημοσίᾳ ἤλαυνε. καί ποτε θηρία ἀποκτείνας, ὕδωρ τε εὐθὺς ἐς τὸ θέατρον ἐπωχέτευσε, καὶ ναυμαχίαν *ἐπετέλεσε. καὶ μετὰ τοῦτο, τὸ ὕδωρ ἀφεὶς, μονομαχίαν ἐπιτέθηκε· [καὶ] τέλος εἰσαγαγὼν αὐτὸ αὖθις, δεῖπνον δημοσίᾳ πολυτελὲς ἐδείπνισεν. ἑστιάτωρ μὲν ὁ Τιγελλῖνος ἀποδέδεικτο, καὶ παρασκευὴ πᾶσα πολλὴ ἐπεποίειτο. ἐσκευάσθη δὲ τόνδε τὸν τρόπον· ἐν μὲν τῷ μέσῳ, καὶ ἐπὶ τῷ ὕδατι τά τε σκεύη τὰ οἰνηρὰ

τὰ ξύλινα

τὰ ξύλινα τὰ μεγάλα περιεκαθεῖτο, καὶ ἐπ' αὐτῶν σανίδες ἐπεπήγεσαν· πέριξ δὲ περὶ αὐτὸ καπηλεῖα καὶ οἰκήματα ἐπεποίητο, ὥστε τὸν Νέρωνα καὶ τὸν Τιγελλῖνον, τούς τε συσσίτους αὐτῶν, τὸ μέσον ἔχοντας, ἐπί τε ταπήτων πορφυρῶν καὶ ἐπὶ στρωμάτων ἁπαλῶν εὐωχεῖσθαι, τοὺς δὲ δὴ ἄλλους πάντας ἐν τοῖς καπηλείοις εὐθυμεῖσθαι. ἔς τε τὰ πορνεῖα εἰσῄεσαν, καὶ συνεγίνοντο πάσαις ἀναίδην ἁπλῶς ταῖς ἐνταῦθα καθημέναις. ἦσαν δὲ αἵ τε *περικαλλέσταται καὶ ἐκφανέσταται δοῦλαί τε καὶ ἐλεύθεραι, ἑταῖραι, παρθένοι, γαμεταί τινων, οὐχ ὅπως δημότιδες, ἀλλὰ καὶ αὐταὶ αἱ εὐγενέσταται, καὶ κόραι, καὶ γυναῖκες. καὶ ἦν ἐξουσία παντὶ τῷ βουλομένῳ ἔχειν ἣν ἤθελεν· οὐ γὰρ ἐξῆν αὐταῖς οὐδένα ἀπαρνήσασθαι. ὥστε, οἷα συρφετώδης ὅμιλος, ἀπλήστως τε καὶ ἅμα ἔπινον, καὶ ἀσελγῶς ὕβριζον. καί τις καὶ δοῦλος τῇ δεσποίνῃ, παρόντος τοῦ δεσπότου, καὶ μονομάχος εὐγενεῖ κόρῃ, ὁρῶντος τοῦ πατρός, συνεγίνοντο. ὠθισμοί τε καὶ πληγαὶ καὶ θόρυβοι, τοῦτο μὲν, ἀπ' αὐτῶν τῶν εἰσιόντων, τοῦτο δὲ, καὶ ἐκ τῶν ἔξωθεν περιεστηκότων, αἰσχροὶ συνέβαινον· καὶ ἄνδρες τε ἐκ τούτων συχνοὶ ἐφθάρησαν, καὶ γυναῖκες, αἱ μὲν ἀποπνιγεῖσαι, αἱ δὲ διαρπαγεῖσαι. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐπεθύμησεν (ὅπερ που ἀεὶ ηὔχετο) τήν τε πόλιν ὅλην καὶ τὴν βασιλείαν ζῶν ἀναλῶσαι. τὸν γοῦν Πρίαμον καὶ αὐτὸς θαυμαστῶς ἐμακάρισεν, ὅτι καὶ τὴν πατρίδα ἅμα καὶ τὴν ἀρχὴν ἀπολομένας εἶδεν. λάθρα γάρ τινας, ὡς καὶ μεθύοντας, ἢ καὶ κακουργοῦντάς τι ἄλλως, διαπέμπων, τὸ μὲν πρῶτον, ἕν που καὶ δύο καὶ πλείονα, ἄλλα ἄλλοθι ὑπεμπίμπρα, ὥστε τοὺς ἀνθρώπους ἐν παντὶ ἀπορίας γενέσθαι, μήτ' ἀρχὴν τοῦ κακοῦ ἐξευρεῖν, μήτε τέλος ἐπαγαγεῖν δυναμένους, ἀλλὰ πολλὰ μὲν ὁρῶντας, πολλὰ δὲ ἀκούοντας ἄτοπα. οὔτε γὰρ θεάσασθαι ἄλλο τι ἦν ἢ πυρὰ πολλὰ, ὥσπερ ἐν στρατοπέδῳ· οὔτε ἀκοῦσαι λεγόντων τινῶν, ἢ ὅτι τὸ καὶ τὸ καίεται· ποῦ; πῶς; ὑπὸ τίνος; βοηθεῖτε. θόρυβός τε οὖν ἐξαίσιος πανταχοῦ πάντας κατελάμβανε, καὶ διέθεον, οἱ μὲν τῇ, οἱ δὲ τῇ, ὥσπερ ἔμπληκτοι. καὶ ἄλλοις τινὲς ἐπαμύνοντες, ἐπυνθάνοντο τὰ οἴκοι καιόμενα. καὶ ἕτεροι, πρὶν καὶ ἀκοῦσαι ὅτι τῶν σφετέρων τι ἐμπέπρησται, ἐμάνθανον ὅτι ἀπόλωλεν. οἵ τε ἐκ τῶν οἰκιῶν, ἐς τοὺς στενωποὺς ἐξέθεον, ὡς καὶ ἔξωθεν αὐταῖς βοηθήσοντες· καὶ οἱ ἐκ τῶν ὁδῶν εἴσω ἐσέθεον, ὡς καὶ ἔνδον τι ἀνύσοντες. καὶ ἦν ἥ τε κραυγὴ καὶ ὀλολυγὴ παίδων ὁμοῦ, γυναικῶν, ἀνδρῶν, γερόντων,

lignea, & super ea tabulæ fixæ: circũ erant vndiq; tabernæ & diuersoria ędificata: cũq; Nero & Tigellinus cum conuiuis suis medium locũ tenerent, ac in tapetis purpureis & mollib. stragulis epularentur, ceteri in tabernis magnam lætitiam capiebant, intrabantq; lupanaria, & cum omnib. mulieribus, quę tum ibi consederant, palam rem habebant & impudenter. Aderant autem pulcherrimæ & clarissimæ ancillæ, liberæ, scorta, virgines, vxores multorum ciuium, nõ solum plebeiæ, sed etiam nobilissimæ, & puellæ, & mulieres. poterat quisq; ea quã cuperet, potiri: negare licebat nemini. multitudo, *cõgregata videlicet ex plebeiis hominibus, largiter potabat, faciebatq; iniuriã libidinose. Tum enim seruus cum domina, præsente domino suo: & gladiator cũ virgine nobili, inspectãte patre, rem habuerunt. Sequebantur inde grauissimæ & turpissimæ altercationes, vulnera, tumultus: nõ solũ ab iis qui intus erant, sed etiã ab iis qui foris remãserant. Quibus ex causis multi homines mortui, multæ mulieres suffocatæ, multæ raptæ sunt. His cõfectis reb. cupiuit (quod antea semp optauerat) vrbẽ atq; Imperiũ viuus funditus perdere. Quã quidẽ ob causam ipse quoque Priamũ mirum in modum beatũ fuisse dicebat, quod patriã simul cum regno perditã vidisset. Igitur paucos homines, quasi ebrii essent, aut alia maleficia facerent, clam in varias partes vrbis dimisit. Hi primo vnum & alterum locum plurave incenderũt: quod cum esset factũ, omnes homines dubitauere maxime, quod neque principium mali, nec finem possent inuenire; quodq; multa viderent & audirent insolentia. nihil enim aliud quam ignes, vt in castris, licebat videre: nihil audire ab aliis quam, hoc aut illud comburi. *vbi? quomodo? a quo? auxiliamini.* Ingens erat vbiq; omnium perturbatio: omnes huc & illuc concursabant obstupefacti: multis, dum opem aliis ferrent, domi omnia sua conflagrare nuntiabatur: multi, antequam res suas audirent incendio deflagrare, eas consumptas esse intelligebant: alii ex ædibus ad angiportus currebant, vt inde ædibus subuenirent: alii de via intro properabant, vt intus aliquid efficerent. Ingens erat clamor & vlulatus puerorũ, mulierũ, virorum, senum:

ac fere æquales, nihilq; vmquam disiuncti & separati fecissent, vt erãt genere & instituto vitæ & facultatibus coniuncti, diuq; simul vtramq; Germaniam administrauerant: ita simul accersiti in Græciam venerunt, tamq̃. Nero eorum opera indigeret. cumq; rei facti criminum, quæ illa tempora ferebant, non possent cum Nerone colloqui, aut in conspectum eius venire, ac proinde ab omnibus pariter despicerentur, mortem obire statuerunt; tandemq; incisis venis mortui sunt. Corbulo autem, accitus honorificentissime, (quem virum Nero prę ter cetera *Patrem* & *Beneficum* appellabat) postquam Cenchreas appulit, ab eodem occidi iussus est, priusquã in conspectum eius veniret. Nero enim, vt aiunt, cum statuisset cithara canere, Orthostadium (*quod est musicæ vestis nomen*) habens, ab eo se videri non sustinuit. sed Corbulo, vt mandatum Neronis intellexit, gladium accipit, seque ipse fortiter percutiens, ait, *Dignus*. Tum enim primum erratum suũ agnouit, quod citharœdo pepercisset, & quod ad eum inermis venisset. Quæ cum ita facta sint in Græcia, quid opus est referre Paridẽ saltatorem iussum esse a Nerone interfici? quod, cum ab eo doceri saltare cuperet, discere nõ potuit. Quid Cæcinam Tuscum? quem mulctauit exsilio, propterea quod, cũ is esset præfectus Ægypti, lotus est in balneo, quod Neroni venturo Alexandriam paratum fuerat. Per id tempus Romæ Helius multas & graues res fecit. nam Sulpicium Camerinum, vnũ ex primis ciuitatis, ac filium eius, interfecit, accusatos, quod cum iam inde a maioribus *Pythici* cognominarentur, non desinerẽt eo cognomine appellari, sed in Pythicas victorias Neronis ex similitudine nominis impii forent. Cumq; statuam eius mille librarũ Augustales se facturos promisissent, omnem equitatum ad eã impensam faciendam conferre coegit. Quę vero facta sunt a Senatu, difficile est singula pcensere. Ab eo enim supplicationes singulis calendis, aliisque dieb. fieri decretæ sunt: vt ad eas peragendas ne annus quidẽ sufficeret. Helius, cũ antea sæpe Neronẽ per litteras hortatus fuisset, vt quã celerrime reuerteretur, neq; is pareret, in Græciam septẽ diebus peruenit, eumq; perterruit, quod magnam coniurationem in vrbe contra ipsum fieri

diceret. quod vbi intellexit Nero, subito in Italiam nauigauit. Spes erat vi †hiemis illum periturum. verum frustra id gaudium fuit: saluus enim euasit: fuitque hoc ipsum multis exitio, quod eius interitū optassent aut sperassent. Cum autem non longe abesset ab vrbe, pars muri diruta est, & portæ aliqua ex parte fractæ sunt. Leges enim iubent, vt quorundā sermo fuit, vtrumque iis qui coronas certaminū ferebant, fieri. Primi omnium introierunt qui coronas quas meruissent, ferebant: hos sequebātur ii qui tabellas longis hastis affixas ferebant; in quibus scriptum erat nomen & genus certaminis, vtq; Nero Cæsar, primus e ciuibus Romanis, qui vnquā exstitissent, victor ex eo rediret. Deinde ipse Nero curru triumphali, in quo Augustus olim tot triumphos egerat, vehebatur. amictus erat veste purpurea auro intexta; & oleastro coronatus, laurum Pythicam præ se ferebat: cum eo vna Diodorus citharœdus vehebatur: eoque pacto per Circum & forum cum militibus, & equitibus, ac Senatoribus trāsiit: tum ascendit in Capitolium; atq; inde in Palatium venit, tota vrbe coronata, lychnisq; ac suffimentis plena. Acclamabāt omnes, & Senatores in primis; *Oua Olympionica, oua Pythionica, Auguste, Auguste: Neroni Herculi, Neroni Apollini: quā solus periodonices, solus ex aeterno tempore: Auguste, Auguste: Sacra vox; beati qui te audiunt.* Nihil enim attinet ea verba silētio inuoluere: neq; ea quę iam dixi, dedecori sunt historiæ; quin potius, dum nihil reticetur, decus atque ornamentum afferunt. His rebus confectis, Circenses imperauit: has coronas & reliquas omnes quas ex curru certando victor obtinuerat, attulit in Circum, & obelisco Ægyptio imposuit. hæ erant numero mille octingentæ octo. Post hæc currum agitauit. Tum quidam Larcius Lydus ad eum venit, obtulitque ei †decies sestertium vt cithara caneret: quos etsi Nero repudiault, ratus sibi turpissimum esse, mercede aliquid facere: tamen hanc summam Tigellinus a Larcio accepit, ne eum interficeret. Itaque Nero ingressus in theatrum, cithara cecinit, egit tragœdias: *ex curru certauit creberrime: nonnumquam etiam sponte vinci se

† tempestatis

† x milia aureorum, Bl. x x v myriades drachmarū. Gr.

αὐτοῦ· ὥστε παραχρῆμα ἐς τὴν Ἰταλίαν ἀποπλεῦσαι. καὶ ἐγένετο μέν τις ἐλπὶς ὑπὸ χειμῶνος αὐτὸν φθαρήσεσθαι, μάτην δὲ πολλοὶ ἥσθησαν· ἐσώθη γάρ. καί τισι καὶ αὐτὸ τοῦτο ὀλέθρου αἴτιον ἐγένετο, ὅτι καὶ εὔξαντο καὶ ἤλπισαν αὐτὸν ἀπολέσθαι. Ἐπεὶ δὴ οὖν ἐς τὴν Ῥώμην ἐσήλασε, τοῦ τε τείχους τι καθῃρέθη καὶ τῶν πυλῶν περιερράγη, νενομίσθαι τινῶν λεγόντων ἑκάτερον τοῖς ἐκ τῶν ἀγώνων στεφανηφόροις γίνεσθαι. καὶ ἐσεφοίτησαν πρῶτοι μὲν οἱ τοὺς στεφάνους οὓς ἀνῃρήκει, κομίζοντες, καὶ μετ᾽ αὐτοὺς ἕτεροι, σανίδας τε ἐπὶ δοράτων ἀνατείνοντες, ἐφ᾽ οἷς ἐπεγέγραπτο τό τε ὄνομα τοῦ ἀγῶνος, καὶ τὸ εἶδος τοῦ ἀγωνίσματος, ὅτι τε Νέρων Καῖσαρ πρῶτος πάντων τῶν ἀπὸ τοῦ αἰῶνος Ῥωμαίων ἐνίκησεν αὐτό· ἔπειτα αὐτὸς ἐφ᾽ ἅρματος ἐπινικίου, ἐν ᾧ ποτε ὁ Αὔγουστος τὰ πολλὰ ἐκεῖνα νικητήρια ἐπεπόμφει, ἁλουργίδα χρυσόπαστον ἔχων, καὶ κότινον ἐστεφανωμένος, τὴν Πυθικὴν δάφνην προτείνων. καὶ αὐτῷ ὁ Διόδωρος ὁ κιθαρῳδὸς παρωχεῖτο· καὶ οὕτω διά τε τοῦ ἱπποδρόμου καὶ διὰ τῆς ἀγορᾶς, μετά τε τῶν στρατιωτῶν καὶ μετὰ τῶν ἱππέων τῆς τε βουλῆς διελθών, ἐς τὸ Καπιτώλιον ἀνέβη, καὶ ἐκεῖθεν ἐς τὸ παλάτιον, πάσης μὲν τῆς πόλεως ἐστεφανωμένης καὶ λυχνοκαιούσης καὶ θυμιώσης· πάντων δὲ τῶν ἀνθρώπων, καὶ αὐτῶν τῶν βουλευτῶν ὅτι μάλιστα συμβοώντων, Ὀλυμπιονῖκα οὐᾶ, Πυθιονῖκα οὐᾶ, Αὔγουστε, Αὔγουστε· Νέρωνι τῷ Ἡρακλεῖ, Νέρωνι τῷ Ἀπόλλωνι, ὡς εἷς περιοδονίκης, εἷς ἀπ᾽ αἰῶνος· Αὔγουστε, Αὔγουστε· ἱερὰ φωνή, μακάριοι οἱ σοῦ ἀκούοντες. τί γὰρ δεῖ περιπλέκειν, καὶ οὐκ αὐτὰ τὰ λεχθέντα δηλοῦν; οὐδὲ γὰρ οὐδὲ αἰσχύνην τινὰ τῇ συγγραφῇ τὰ ῥηθέντα, ἀλλὰ καὶ κόσμον τὸ μηδὲν αὐτῶν ἀποκρυφθῆναι φέρει. Ἐκτελέσας δὲ ταῦτα, ἱπποδρομίας ἐπήγγελλε, καὶ τοὺς στεφάνους, τούτους τε καὶ τοὺς ἄλλους πάντας ὅσους ἅρμασι νικήσας εἰλήφει, ἐς τὸν ἱππόδρομον ἐσήνεγκε, καὶ τῷ ὀβελίσκῳ τῷ Αἰγυπτίῳ περιέθηκε· καὶ ἦσαν ὀκτὼ καὶ ὀκτακόσιοι, καὶ χίλιοι. ποιήσας δὲ ταῦτα, ἡνιόχησε. Λάρκιος δέ τις Λυδὸς προσῆλθεν αὐτῷ, πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας προσφέρων, ἵνα κιθαρῳδήσῃ. καὶ ὃς, τὸ μὲν ἀργύριον οὐκ ἔλαβεν, ἀπαξιώσας μισθοῦ τι ποιῆσαι· καὶ διὰ τοῦτο Τιγελλῖνος αὐτὸ ἐσέπραξεν, ἵνα μὴ αὐτὸν ἀποκτείνῃ. ἐς μέντοι τὸ θέατρον καὶ ὣς εἰσελθών, καὶ ἐκιθαρῴδησε καὶ ἐτραγῴδησεν· ἐπεὶ τοῖς γε ἵπποις οὐκ ἔστιν ὅτε οὐχ ἡμιλλᾶτο, ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ ἑκὼν ἡττᾶτο,

*πλᾶτο, ὅπως τά γε ἄλλα τὰ πλείω πιστεύονται ἐπ' ἀληθείας κρατεῖν. Ὁ μὲν οὖν Νέρων οὕτως τε ἔζη, καὶ οὕτως ἐμονάρχει. λέξω δὲ καὶ ὅπως κατελύθη, καὶ ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐξέπεσεν. [ἦν τις] Γαλάτης ἀνὴρ Γάιος Ἰούλιος Βίνδιξ, ἐκ μὲν προγόνων τοῦ βασιλικοῦ γένους, κατὰ δὲ τὸν πατέρα βουλευτὴς τῶν Ῥωμαίων· τό τε σῶμα ἰσχυρὸς, καὶ τὴν ψυχὴν συνετὸς, τῶν τε πολεμικῶν ἔμπειρος, καὶ πρὸς πᾶν ἔργον μέγα εὔτολμος. οὗτος ὁ Βίνδιξ συναθροίσας τοὺς Γαλάτας πολλὰ πεπονθότας τε ἐν ταῖς συχναῖς εἰσπράξεσι τῶν χρημάτων, καὶ ἔτι πάσχοντας ὑπὸ Νέρωνος· καὶ ἀναβὰς ἐπὶ βῆμα, μακρὰν διεξῆλθε κατὰ τοῦ Νέρωνος ῥῆσιν, λέγων δεῖν ἀποστῆναί τε αὐτοῦ καὶ ἅμα οἱ ἐπιστῆναι· ὅτι (φησὶ) πᾶσαν τὴν τῶν Ῥωμαίων οἰκουμένην σεσύληκεν, ὅτι πᾶν τὸ ἄνθος τῆς βουλῆς αὐτῶν ἀπολώλεκεν, ὅτι τὴν μητέρα τὴν ἑαυτοῦ καὶ ᾔσχυνε καὶ ἀπέκτεινε, καὶ οὐδὲ αὐτὸ τὸ σχῆμα τῆς ἡγεμονίας σώζει. σφαγαὶ μὲν γὰρ καὶ ἁρπαγαὶ καὶ ὕβρεις καὶ ὑπ' ἄλλων πολλαὶ πολλάκις ἐγένοντο· τὰ δὲ δὴ λοιπὰ πῶς ἄν τις κατ' ἀξίαν εἰπεῖν δυνηθείη; εἶδον, ὦ ἄνδρες φίλοι καὶ σύμμαχοι, πιστεύσατέ μοι· εἶδον τὸν ἄνδρα ἐκεῖνον (εἴγε ἀνὴρ ὁ Σπόρον γεγαμηκὼς, ὁ Πυθαγόρᾳ γεγαμημένος) ἐν τῷ τοῦ θεάτρου κύκλῳ καὶ ἐν τῇ ὀρχήστρᾳ, ποτὲ μὲν κιθάραν ἔχοντα καὶ ὀρθοστάδιον καὶ κοθόρνους, ποτὲ δὲ ἐμβάτας καὶ προσωπεῖον. ἤκουσα αὐτοῦ πολλάκις ᾄδοντος, ἤκουσα κηρύττοντος, ἤκουσα τραγῳδοῦντος· εἶδον αὐτὸν δεδεμένον, εἶδον συρόμενον, κύοντα δὴ, τίκτοντα δὴ, πάνθ' ὅσα μυθολογεῖται, καὶ λέγοντα καὶ ἀκούοντα, καὶ πάσχοντα καὶ δρῶντα. εἶτα τίς τὸν τοιοῦτον, καίσαρα καὶ αὐτοκράτορα καὶ αὔγουστον ὀνομάσει; μηδαμῶς μηδεὶς ὑβριζέτω τὰ ἱερὰ ἐκεῖνα ὀνόματα. ταῦτα μὲν γὰρ Αὔγουστος καὶ Κλαύδιος ἔσχον· οὗτος δ' ἂν δὴ, Θυέστης τε καὶ Οἰδίπους, Ἀλκμαίων τε καὶ Ὀρέστης δικαιότατ' ἂν καλοῖτο. τούτους γὰρ ὑποκρίνεται, καὶ ταύτας ἀντ' ἐκείνων τὰς *ἐπιθυμίας ἀντεπιτέθειται. ἀνάστητε οὖν ἤδη ποτὲ, καὶ ἐπικουρήσατε μὲν ὑμῖν αὐτοῖς, ἐπικουρήσατε δὲ τοῖς Ῥωμαίοις, ἐλευθερώσατε πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. Τοιαῦτά τινα τοῦ Βίνδικος εἰπόντος, ἅπαντες συνεφρόνησαν. οὐχ ἑαυτῷ δὲ τὴν ἀρχὴν πράττων ὁ Βίνδιξ, τὸν Γάλβαν τὸν Σερούϊον τὸν Σουλπίκιον, ἐπιεικείᾳ τε καὶ ἐμπειρίᾳ πολέμων διαπρέποντα, καὶ τῆς Ἰβηρίας ἄρχοντα, δύναμίν τε οὐ μικρὰν ἔχοντα, εἰς τὴν ἡγεμονίαν προεχειρίσατο κἀκεῖνος ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν

patiebatur, vt magnam partem aliorum vere viciſſe crederetur. Cum igitur Nero vteretur hoc genere vitæ, & principatum hoc modo teneret, nobis nunc, quemadmodum mortem obierit, & imperium amiſerit, dicendum eſt. Erat Caius Iulius Vindex natione Gallus, propter maiores e ſtirpe regia, propter patrem ordinis Senatorii; homo magnis viribus corporis, & multa præditus prudentia, peritusque rei militaris, & ad omne præclarum facinus audax. Hic igitur congregata Gallorum multitudine, qui crebris pecuniarum exactionibus grauiſſima quæq; a Nerone pertulerant, & adhuc perferebant, in tribunal aſcendit, atq; inde multa contra Neronem dixit; non ſolum ab eo deficere, ſed etiam eũ inuadere oportere. *Omnem enim* (inquit) *orbem terrarum, cuius imperium tenet, compilauit: florentiſsimos quosque Senatores ſuſtulit: matrem, quam inceſto ſtupro polluerat, interfecit: poſtremo nullum decus, nullam dignitatem Imperii ſuſtinet. Nam etſi cædes, rapinæ, iniuria ab aliis multis ſæpenumero facta ſunt, tamen cetera quis vmquam ſatis digne percenſere poteſt? Ego quidem, viri & ſocii cariſsimi, vidi, (mihi credite) vidi inquam illum virum (ſi vir nominandus eſt is qui Sporum duxit vxorem, quique Pythagoræ nupſit) in ipſo theatro, atque adeo in orcheſtra gerentem citharam, orthoſtadium, cothurnos, nonnumquam ſoccos & perſonam. Sæpe illum, cum caneret præconiumque faceret, & tragœdias ageret, audiui: vidi cõſtrictum vinculis,* laceratum, concipientem, parientem: poſtremo, omnia quæ fabulis prodita ſunt, dicentem, audientem, patientem, facientem. Quæ cum ita ſint, quis iſtum Cæſarem, quis Imperatorem, quis Auguſtum appellabit? Ne polluantur (quæſo) tam ſancta nomina, quæ Auguſtus & Claudius habuerunt. Iſte a nobis Thyeſtes, Oedipus, Alcmæon, Oreſtes optimo iure nominetur: illos enim refert, illorum flagrat cupiditatibus. Quamobrem tandem aliquando commoueamini; ſubuenite vobis ipſis; opem ferte populo Romano: denique orbi terrarum libertatem reddite.* Hæc atque alia multa a Vindice in eandem ſententiam dicta, omnes comprobant. Vindex cum principatum ſibi parare minime ſtuderet, Seruio Sulpicio Galbæ (is iuſtitia omnibus præſtabat, ac gloria bellicæ virtutis; præeratque Hiſpaniis, & magnas copias habebat) imperium detulit: idemque Galba ab exercitu

Imperator designatus est. Ferunt eo tempore Neronem per præconem constituisse †centies sestertiûm ei qui Vindicem occidisset: atque eo cognito, Vindicem ita dixisse; *Qui Neronem interfecerit, & ad me caput eius attulerit, is meum accipiet caput in mercedis loco.* Cumque Vindex eo animo esset, Rufus, qui Germaniam obtinebat, inde profectus est vt Vindici bellum inferret. Is postquam Vesontionem venit, cœpit eam vrbem obsidere, quod ab ea non fuisset exceptus. Vindex ad opem vrbi ferendam contendit, nec procul castra posuit. Tandem ambo, missis ad se litteris, in colloquium venerunt remotis arbitris. Ibi suspicio fuit eos vna contra Neronem cõiurasse. Post hæc Vindex properat cum exercitu, quasi statuisset vrbem capere: quorum aduentum vbi cognoscunt milites Rufi, rati eos aperte contra se venire, iniussi impetum faciunt, imparatosque & parum instructos inuadũt, ac postremo magnum numerum eorum concidunt. Quod cum Vindex videret, ferretq; grauiter, ipse sibi manus attulit. id enim verum esse cõstat; quamuis multi, illatis mortuo vulneribus, falsam opinionem iniecerint, eum ab se interfectum fuisse. Rufus casum eius acerbe luxit; & principatum, quem facile poterat adipisci, deferentibus sæpenumero militibus atque vrgentibus, repudiauit. Vir erat in rebus gerẽdis acer & industrius, *in cõficiendis fortis promptusque. Itaque milites, statuis Neronis dissipatis & comminutis, cœperunt illum Cæsarem & Augustum nominare. Cumque persuaderi non posset, quidam e militibus vni ex signis eius idem inscripsit subito; idque Rufus postea deleuit: ac vix tandem sedatis militibus persuadebat vt auctoritatem Senatui populoque restituerent; siue quod indignum putaret imperium cuiquam a militibus deferri, (id enim ad Senatum populumq; pertinere) siue quod vir forti & excelso animo principatum, cuius causa ceteri omnia facerent, ipse despiceret. Nero, cognitis his rebus, primo simulat se ea contemnere; versaturq; in deliciis, ac ludit, vt antea consueuerat. Quinetiam accitis derepente primoribus Senatorii & equestris ordinis, quasi vellet cum

† centũ milia aureorũ, al. CCL myriades drachmarũ, Gr.

αὐτοκράτωρ ἀνηγορεύθη. λέγεται δὲ ὅτι τοῦ Νέρωνος διακοσίας καὶ πεντήκοντα μυριάδας ἐπικηρύξαντος *τῷ Βίνδικα ἀποκτείναντι, ἀκούσας ὁ Βίνδιξ ἔφη ὅτι Ὁ Νέρωνα ἀποκτείνας, τήν τε κεφαλὴν αὐτοῦ κομίσας ἐμοί, τὴν ἐμὴν ἀντιλήψεται. Τοιοῦτος μέν τις ὁ Βίνδιξ ἐγένετο. Ροῦφος δέ, ἄρχων τῆς Γερμανίας, ὥρμησε μὲν ὡς καὶ τῷ Βίνδικι πολεμήσων· γενόμενος δὲ ἐν Βεσοντίωνι, ταύτην ἐπολιόρκει, πρόφασιν ἐπεὶ μὴ ἐδέξατο αὐτόν. τοῦ δὲ Βίνδικος πρὸς βοήθειαν τῆς πόλεως ἀντεπιόντος αὐτῷ, καὶ οὐ πόρρω στρατοπεδεύσαντος, ἀντεπέστειλαν μὲν ἀλλήλοις τινά, καὶ τέλος καὶ ἐς λόγους ἦλθον μόνοι· καὶ [μηδενὸς] σφίσι τῶν ἄλλων παρόντος, καὶ κατὰ τοῦ Νέρωνος (ὡς εἰκάζετο) συνέθεντο πρὸς ἀλλήλους. Μετὰ δὲ τοῦτο ὁ Βίνδιξ ὥρμησε μετὰ τοῦ στρατοῦ, ὡς τὴν πόλιν καταληψόμενος. καὶ αὐτοὺς οἱ τοῦ Ρούφου στρατιῶται προσιόντας αἰσθόμενοι, καὶ νομίσαντες ἐφ' ἑαυτοὺς ἄντικρυς χωρεῖν, ἀντεξώρμησαν αὐτοκέλευστοι· καὶ προσπεσόντες σφίσιν ἀπροσδοκήτοις τε καὶ ἀσυντάκτοις οὖσι, παμπόλλους κατέκοψαν. ἰδὼν δὲ τοῦτο καὶ περιαλγήσας ὁ Βίνδιξ, αὐτὸς ἑαυτὸν ἔσφαξε. καὶ τὸ μὲν ἀληθὲς οὕτως ἔχει· πολλοὶ δὲ δὴ μετὰ ταῦτα τὸ σῶμα αὐτοῦ κατατρώσαντες, δόξαν τισὶ μάτην, ὡς καὶ αὐτοὶ ἀπεκτονότες αὐτόν, παρέσχον. Ροῦφος δὲ τοῦτον μὲν ἰσχυρῶς ἐπένθησε· τὴν δὲ αὐτοκράτορα ἀρχήν, καίτοι τῶν στρατιωτῶν πολλάκις αὐτῷ ἐγκειμένων, οὐκ ἠθέλησε δέξασθαι, δυνηθεὶς ἂν ῥᾳδίως *ἐπιτυχεῖν αὐτῆς. δραστήριός τε γὰρ ἀνὴρ ἦν, καὶ ἰσχὺν μεγάλην καὶ πρόθυμον εἶχε. καὶ οἱ στρατιῶται τὰς μὲν τοῦ Νέρωνος εἰκόνας καθεῖλον καὶ συνέτριψαν· αὐτὸν δέ, καίσαρα καὶ αὔγουστον ὠνόμαζον. ὡς δ' οὐκ ἐπείθετο, ἐνταῦθα τῶν στρατιωτῶν τις ἑνὶ τῶν σημείων αὐτοῦ ταῦτα διαταχέων ἐπέγραψε. καὶ ὅς, ἐκεῖνά τε ἀπήλειψε, καὶ μόλις ποτὲ αὐτοὺς καταστήσας ἔπεισεν ἐπὶ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ ποιήσασθαι· εἴτ' οὖν ὅτι οὐκ ἠξίου τοὺς στρατιώτας τινὶ τὸ κράτος διδόναι, (τῇ τε γὰρ γερουσίᾳ καὶ τῷ δήμῳ προσήκειν τοῦτ' ἔλεγεν) εἴτε καὶ παντελῶς μεγαλογνωμονῶν, ὡς οὐδὲν τῆς αὐτοκρατορικῆς ἀρχῆς, ὑπὲρ ἧς καὶ οἱ [ἄλλοι] πάντες ἔπραττον, καὶ αὐτὸς δεόμενος. Νέρων δέ, ἐπειδὴ τὴν ἀρχὴν ἤκουσε ταῦτα, προσεποιεῖτο καταφρονεῖν αὐτῶν, καὶ διὰ τοῦτ' ἐτρύφα καὶ ἔπαιζε τὰ συνήθη· καὶ ποτὲ νύκτωρ τοὺς πρώτους τῶν βουλευτῶν καὶ τῶν ἱππέων ἐξαπίνης σπουδῇ, ὡς καὶ περὶ τῶν παρόντων σφίσι κοινωσ-

κοινωνήσων, *μεταπέμψασθαι, Ἐξεύρηκα, ἔφη, πῶς ἡ ὕδραυλις (αὐτὸ γὰρ τὸ ῥηθὲν γραφήσεται) καὶ μεῖζον καὶ ἐμμελέστερον φθέγξεται. τοιαῦτα καὶ τότε ἤθυρε τέρας· οὐδὲ ἔμελεν αὐτῷ ὅτι αἱ θύραι *ἀμφότεραι, αἵ τε τοῦ μνημείου τοῦ αὐγουστείου, καὶ αἱ τοῦ κοιτῶνος τοῦ ἐκείνου, αὐτόμαται ἐν τῇ [αὐτῇ] νυκτὶ ἀνεῴχθησαν· οὐδ' ὅτι ἐν τῷ Ἀλβανῷ τοσούτῳ δή τινι αἵματι ὗσεν ὥστε καὶ ποταμοὺς ῥυῆναι· οὐδ' ὅτι ἐκ τῆς Αἰγύπτου ὑπαναχωρήσασα ἐπὶ πολὺ ἡ θάλασσα, μέρος μέγα τῆς *Λυκίας κατέλαβεν.

Ἐπεὶ δὲ περί τε τοῦ Γάλβα ἤκουσεν ὅτι αὐτοκράτωρ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν *ἀνῃρέθη, περί τε τοῦ Ῥούφου ὅτι αὐτοῦ ἀπέστη, ἐν δέει τε μεγάλῳ ἐγένετο, καὶ αὐτός τε ἐν Ῥώμῃ παρεσκευάζετο, καὶ ἐπ' ἐκείνους Ῥούβριον Γάλλον καὶ ἄλλους τινὰς ἔπεμψεν.

Ὑπὸ πάντων δὲ ὁμοίως ἐγκαταλειφθεὶς, ἐβουλεύσατο μὲν τούς [τε] τότε βουλευτὰς ἀποκτεῖναι, καὶ τὴν πόλιν καταπρῆσαι, ἔς τε τὴν Ἀλεξάνδρειαν πλεῦσαι· ὑπειπὼν ὅτι, Ἂν καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκπέσωμεν, ἀλλά τό γε τέχνιον ἡμᾶς ἐκεῖ διαθρέψει. ἐς τοῦτο γὰρ ἀνοίας ἐληλύθει, ὥστε καὶ πιστεῦσαι ὅτι ἄλλως τε ἰδιωτεύσαι καὶ προσέτι καὶ κιθαρῳδεῖν δυνήσεται. ἐπεὶ δὲ ᾔσθετο ὅτι καὶ ὑπὸ τῶν σωματοφυλάκων ἐγκαταλέλειπται (ἐν κήποις δέ *τισιν ἐτύγχανε καθεύδων) φυγεῖν ἐπεχείρησε. ἐσθῆτά τε οὖν φαύλην ἔλαβε, καὶ ἐπὶ ἵππον οὐδὲν βελτίονα ἀνέβη· καὶ ἐπ' αὐτοῦ κατακεκαλυμμένος, πρὸς χωρίον τι Φάωνος Καισαρείου μετά τε αὐτοῦ ἐκείνου, καὶ μετ' Ἐπαφροδίτου τοῦ τε Σπόρου, νυκτὸς ἐπιούσης ἤλασε. καὶ αὐτοῦ ταῦτα πράσσοντος σεισμὸς ἐξαίσιος ἐγένετο, ὥστε καὶ δόκησιν παρασχεῖν ὅτι ἥ τε γῆ πᾶσα διαρρήγνυται, καὶ αἱ τῶν πεφονευμένων ὑπ' αὐτοῦ ψυχαὶ πᾶσαι ἅμα ἐπ' αὐτὸν ἀναθορνύουσι. γνωρισθεὶς οὖν καὶ ὡς, ὑπό τινος (ὥς φασι) τῶν ἀπαντησάντων, καὶ αὐτοκράτωρ προσαγορευθεὶς, ἔκ τε τῆς ὁδοῦ ἀπετράπη, καὶ ἔς καλαμώδη τόπον τινὰ κατεκρύφθη. καὶ ἐνταῦθα μέχρι τῆς ἡμέρας ὑπέμεινεν ἐρριμμένος, ὅπως ὡς ἥκιστα ὁρῷτο. καὶ πάντα μὲν τὸν παριόντα, ὡς καὶ ἐφ' ἑαυτὸν ἥκοντα, ὑποπτεύων, πᾶσαν δὲ φωνὴν, ὡς καὶ ἀναζητοῦσαν αὐτὸν, ὑποτρέμων· εἴ τέ που κυνίδιον ὕλαξεν, ἢ καὶ ὀρνίθιον ἐφθέγξατο, ῥώπιόν τε καὶ κλάδος ὑπ' αὔρας ἐσείσθη, δεινῶς ἐταράττετο· καὶ οὔθ' ἡσυχάζειν ὑπ' αὐτῶν ἠδύνατο, οὔτ' αὖ λαλεῖν τινὶ τῶν παρόντων, μὴ καὶ ἕτερός τις ἀκούσῃ, ἐτόλμα, ἀλλ' αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν τῇ ψυχῇ καὶ ἐθρήνει καὶ ὠλοφύρετο. ἐλογίζετο γὰρ

eis communicare consilia rerum præsentium, *Inueni*, inquit, (scribendum est enim quod dixit) *quomodo hydraula ampliores sonos & magis concinnos efficiet.* Hæc etsi prodigiis ante declarata sunt, tamen ille nihil curabat, neque quod ambæ fores & mausolei Augustalis & cubiculi ipsius, eadē nocte sua sponte apertæ fuerant: neq; quod in Albano tanto sanguine plueret, vt fluuii sanguine fluerent; aut quod mare longo interuallo retrocedens ab Ægypto, magnam partem Lyciæ occupauerat. Sed postquam Galbam a militibus Imperatorem designatum esse, Rufumque ab se defecisse intellexit, magno timore perculsus est: dumque Romæ bellum apparat, contra eos Rubrium Gallum cum paucis mittit. a quibus pariter desertus, deliberauit interficere Senatores, incensaq; vrbe nauigare Alexandriam. *Etsi enim*, inquit, *amittemus imperium, tamen nos alet in illa regione ars nostra & sustinebit:* adeo stultus erat, vt se priuatum viuere, & cithara canere posse arbitraretur. Sed vbi sensit se a suis stipatoribus esse destitutum, (tum enim in quibusdam hortis dormiebat) conabatur fugæ se mandare: vesteq; vili amictus, equum nihilo meliorem conscendit; in quo sedens atque obuolutus, ad prædium Phaonis Cæsariani, vna cū ipso Phaone, & Epaphrodito, & Sporo, sub noctem venit. Tum ingens terræ motus factus est, ita vt terra funditus conquassari, & animæ hominum ab eo interfectorum insultare ipsi putarentur. Ferunt eum agnitum a quodam, qui forte ei in itinere factus est obuiam; Imperatoremque salutatum, diuertisse de via, atque in arundineto, quousque illucesceret, abiectum delituisse, vt a nemine videretur. tum cœpit suspectos habere *eos qui cum ipso erant, quasi contra se impetum facturos; omnemque vocem, quasi ab ea requireretur, perhorrescere. Si catulus paulum latraret, aut caneret gallina; aut si virgultum, vel ramus arboris vento moueretur, grauiter conturbari: quibus ex causis conquiescere nullo modo poterat. Non enim audebat loqui cum iis qui aderant præsentes, ne ab alio intelligeretur: ipse secum animo ingemiscere, plorare, multa

secum reputare: sed præsertim, qui maxima famulorum multitudine superbus fuerat semper, se in præsentia cum tribus libertis iacêre. Hanc enim veluti extremam fabulam Deus ei constituerat atque parauerat, ne iam ceteros matricidas aut errones, sed se ipsum repræsentaret. Hic cœpit illũ pœnitere eorum quæ antea fecerat: quasi vero posset ea infecta facere. cumque Nero has tragœdias ageret, crebro illum versum memoria repetebat: Οἰκτρῶς θανεῖν μ' ἄνωγε σύζυγος, πατήρ: *Misere mori coniux iubet, iubet pater.* Tandem, cum nemo eum perquirere videretur, introierunt in speluncam; in qua, quod esuriebat, panem comedit, aquamq; sitiens bibit, qualem numquam antea. Ita ferens grauiter; *Hæc est*, inquit, *illa mea *præclara potio.* Dum Nero in his rebus esset, populus Romanus ampla sacra faciebat, magnaque lætitia perfruebatur; ferebantque pileos multi, quasi essent libertatem consecuti. Galbæ omnia quæ ad principatum pertinent, decernuntur. Ante omnia Nero studiose perquiritur: ignoratum est aliquamdiu quo profectus fuisset: post, vbi cognitum est, aduersum eum equites mittuntur: quos ille postquam aduentare intellexit, imperauit iis qui secum aderant, vt se interficerent: cumque illi non obedirent, ingemiscens ait: *Ego solus nec amicum, nec inimicum habeo.* Interim appropinquantibus equitibus, ipse sibi manus attulit; dixitque peruulgatum illud, Ὦ Ζεῦ, οἷος τεχνίτης παραπόλλυμαι! *Dii immortales*, inquit, *qualis artifex pereo!* Cumque ægre moreretur, Epaphroditus eum confecit. Vixit annos XXX, menses IX: Regnauit annos XIII, menses VIII: vltimus eorum qui ab Ænea & Augusto genus ducebant. Interitum eius, lauri quæ a Liuia plantatæ fuerant, & genus albarum gallinarum, quæ ante occiderant, non obscure denuntiauerunt.

τά τε ἄλλα, καὶ προσέτι ὅτι πολυανθρωποτάτῃ ποτὲ θεραπείᾳ γαυρωθεὶς, μετὰ τριῶν ἐξελευθέρων ἐκύπταζε. τοιοῦτον γὰρ δρᾶμα τότε τὸ δαιμόνιον αὐτῷ παρεσκευάσειν, ἵνα μηκέτι τοὺς ἄλλους μητροφόνους καὶ ἀλήτας, ἀλλ' ἤδη καὶ ἑαυτὸν ὑποκρίνηται. καὶ τότε μετεγίνωσκεν ἐφ' οἷς ἐτετολμήκει· καθάπερ ἄπρακτόν τι αὐτῶν ποιῆσαι δυνάμενος. Νέρων μὲν δὴ τοιαῦτα ἐτραγῴδει, καὶ τὸ ἔπος ἐκεῖνο συνεχῶς ἐνενόει, *Οἰκτρῶς θανεῖν μ' ἄνωγε σύζυγος, πατήρ. ὀψὲ δ' οὖν ποτε, ἐπειδὴ μηδεὶς αὐτὸν ἀναζητῶν ἑωρᾶτο, μετῆλθεν εἰς τὸ ἄντρον· κἀνταῦθα καὶ ἔφαγε πεινήσας ἄρτον ὁποῖον οὐδεπώποτε ἐβεβρώκει· καὶ ἔπιε διψήσας ὕδωρ ὁποῖον οὐδεπώποτε πεπώκει. ἐφ' ᾧ δυσανασχετήσας εἶπε, Τοῦτό ἐστιν ἐκεῖνο τὸ ποτὸν τὸ ἐμὸν *τὸ ἄφθονον. Καὶ ὁ μὲν ἐν τούτοις ἦν· ὁ δὲ δῆμος τῶν Ῥωμαίων ἐβουθύτει καὶ ὑπερέχαιρε· καί τινες καὶ πίλεα ὡς ἠλευθερωμένοι ἔφερον, καὶ τῷ Γάλβᾳ τὰ τῇ αὐτοκράτορι ἀρχῇ προσήκοντα ἐψηφίσαντο. παρὰ πάντα δὲ ζήτησιν αὐτοῦ τοῦ Νέρωνος ἐποιοῦντο· καὶ χρόνον μέν τινα ἠπόρησαν ὅπου ποτὲ ἀπεληλυθὼς εἴη· ἔπειτα μαθόντες, ἔπεμψαν ἐπ' αὐτὸν ἱππέας. καὶ οὕτως ἐκεῖνος *προσιόντων αὐτῶν αἰσθόμενος, προσέταξε τοῖς παροῦσιν *αὐτὸν ἀποκτεῖναι. ἐπεί τε οὐχ ὑπήκουσαν, ἀνεστέναξέ τε καὶ ἔφη, Ἐγὼ μόνος οὔτε φίλον οὔτ' ἐχθρὸν ἔχω. κἀν τούτῳ πλησιασάντων αὐτῷ τῶν ἱππέων, αὐτὸς ἑαυτὸν ἀπέκτεινε· τὸ θρυλλούμενον ἐκεῖνο εἰπὼν, Ὦ Ζεῦ, οἷος τεχνίτης παραπόλλυμαι! καὶ αὐτὸν δυσθανατοῦντα ὁ Ἐπαφρόδιτος προσκατειργάσατο. Ἐβίω δὲ ἔτη τριάκοντα, καὶ μῆνας ἐννέα· ἀφ' ὧν ἦρξεν ἔτη δεκατρία, καὶ μῆνας ὀκτώ· ἔσχατος τῶν ἀπὸ τοῦ Αἰνείου καὶ ἀπὸ τοῦ Αὐγούστου γεγονότων. *καὶ τοῦτο σαφῶς καὶ αἱ δάφναι αἱ ὑπὸ τῆς Λιβίας φυτευθεῖσαι, τό τε γένος τῶν λευκῶν ὀρνίθων, προδιαφθαρέντα αὐτῷ, ἐσήμαινεν.

ΓΑΛΒΑΣ.

ΓΑΛΒΑΣ.

ΟΥΤΩ μὲν οὖν ὁ Γάλβας αὐτοκράτωρ ἀπεδείχθη, ὥσπερ που προέφη μὲν αὐτῷ καὶ ὁ Τιβέριος, φήσας ὅτι καὶ αὐτὸς τῆς ἡγεμονίας παραγεύσεται). προέφηνε δὲ καὶ σημεῖα ἐναργέστατα. τήν τε γὰρ Τύχην ἔδοξεν αὐτῷ λέγειν, ὅτι χρόνον ἤδη συχνὸν αὐτῷ παραμένοι, καὶ ὅτι οὐδεὶς αὐτὴν ἐς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ εἰσδέχοιτο· καὶ δὴ ἐὰν ἐπὶ πλεῖον εἰρχθῇ, πρὸς ἕτερόν τινα μεταστήσεται. καὶ πλοῖα ὅπλων μεστὰ πρὸς Ἰβηρίαν ὑπ' αὐτὰς ἐκείνας τὰς ἡμέρας αὐτόματα, μηδενὸς ἀνθρώπων ἄγοντος αὐτά, προσωρμίσθη. ἡμίονός τε ἔτεκεν ὅπερ αὐτῷ σύμβολον τοῦ κράτους ἔσεσθαι ἐτεθέσπιστο. καὶ παῖς λιβανωτὸν αὐτῷ θύοντι προσφέρων, πολιὰς ἐξαίφνης ἔφυσε· καὶ οἱ μάντεις τὴν τοῦ νεωτέρου ἀρχὴν πρὸς τὸ γῆρας αὐτοῦ μεταστήσεσθαι ἔφησαν. Ταῦτα μὲν ἐς τὴν ἡγεμονίαν αὐτῷ φέροντα προεδείχθη. αὐτὸς δὲ τὰ μὲν ἄλλα μετρίως ἦρχε, καὶ ἀνεπαχθὴς ἦν, νομίζων οὐκ εἰληφέναι τὴν ἀρχήν, ἀλλὰ δεδόσθαι αὐτῷ. τοῦτο γὰρ συνεχῶς ἔλεγε. πλὴν ὅτι χρήματά γε ἀπλήστως, ἅτε καὶ πολλῶν δεόμενος, ἤθροιζε, καὶ ἀπ' αὐτῶν ἐλάχιστα ἀνήλισκεν, ὥστε μηδὲ δραχμὰς ἔστιν οἷς ἀλλ' ὀβολοὺς χαρίζεσθαι. Οἱ δὲ ἐξελεύθεροι αὐτοῦ, πάμπολλα ἐπλημμέλουν· ὥστε καὶ εἰς ἐκεῖνον αὐτὰ ἀναφέρεσθαι. τοῖς μὲν γὰρ ἰδιώταις ἀπόχρη μηδὲν ἀδικεῖν· τοῖς δὲ δὴ τὰς ἡγεμονίας ἔχουσιν ἀνάγκη προορᾶσθαι ὅπως *μηδ' ἄλλος κακουργῇ. οὐδὲν γὰρ διαφέρει τι τοῖς κακῶς πάσχουσιν ὑφ' ὅτου ἂν καὶ κακῶνται. ὥστ' εἰ καὶ ἔξω τοῦ τι δεινὸν ποιεῖν ὁ Γάλβας ἦν, ἀλλ' ὅτι ἐκείνοις ἀδικεῖν ἐπέτρεπεν, ἢ ὅτι ἠγνόει τὰ γιγνόμενα, οὐ καλῶς ἤκουε. Νυμφίδιος δέ τις καὶ Καπίτων οὕτως ἐξεφρόνησαν ὑπ' αὐτοῦ, ὥστε ὁ Καπίτων, ἐφέντος τινὸς ἀπ' αὐτοῦ ποτε δικάζοντος, μετεπήδησέ τε ἐπὶ δίφρον ὑψηλόν, καὶ ἔφη, Λέγε τὴν δίκην παρὰ τῷ Καίσαρι. διαγνούς τε, ἀπέκτεινεν αὐτόν. Τούτοις μὲν δὴ διὰ ταῦτα ὁ Γάλβας ἐπεξῆλθεν. ὡς δὲ ἐπλησίασε τῇ πόλει, ἀπήντησαν αὐτῷ οἱ δορυφόροι τοῦ Νέρωνος, καὶ ἠξίουν ἐν τῇ αὐτῇ στρατείᾳ φυλαχθῆναι. καὶ ὃς, τὰ μὲν πρῶτα ἀνεβάλετο ὡς καὶ σκεψόμενος περὶ τούτου· ὡς δὲ οὐκ ἐπείθοντο, ἀλλ' ἐθορύβουν, ἐφῆκε σφίσι τὸ στράτευμα. καὶ οἱ μὲν παραχρῆμα ἐς ἑπτακισχιλίους ἀπέθανον, οἱ δὲ καὶ μετὰ τοῦτο δεκατευθέντες. οὕτως, εἰ καὶ τῇ ἡλικίᾳ

GALBA.

IGITVR Galba sic Imperator designatus est: quod ei Tiberius aliquando prædixerat, cum diceret eum quoque Imperium degustaturum: idq; clarissimis signis demonstratum fuit, quãdo sibi visus est audire Fortunã dicentem, se iamdudum ante fores stare, nec dum tamen domum recipi: proinde, si arceretur diutius, ad alium migraturam. Ad hæc, nauigia per eosdem dies onusta armis, sua spõte in Hispaniam sine nautis appulerunt. Insuper mula peperit: quam rem vates ei prædixerãt signum futuri principatus. Eidem quoq; sacrificanti puer thus obtulit, ac subito canos misit. qua ex re dictũ est a vatibus, Imperium a minore natu ad senectutẽ eius esse transiturum. Ita quæ ad principatum spectabant, ei ante denuntiata sunt. *Galba in regno continens erat, inuisusq; nemini: (sibi enim Imperium delatum esse, non se suscepisse arbitrabatur: idque sæpenumero confirmabat) sed erat in coaceruanda pecunia inexplebilis, tamquam multis rebus indigeret: deq; ea ita parum impendebat, vt non drachmas, sed obolos nonnullis largiretur. Liberti vero eius delinquebant in multis: eorumque culpa in ipsum coniiciebatur. *Nam etsi satis est priuatis hominibus nullam iniuriam facere: tamen principem prouidere etiam oportet, ne ceteri faciant: propterea quod nihil interest eorum qui iniuriam patiuntur, a quo eam acceperint.* Itaque Galba, licet ipse nihil per iniuriã faceret; tamen quod sineret illos facere, aut quod ea quæ ab aliis gererentur, ignoraret, male audiebat. Nymphidius autem & Capito, *tanta fuere insolẽtia in Galbam, vt Capito, cum forte quidã reus ab eo ius dicẽte prouocauisset, statim in sellam excelsiorem transilierit, atq; ita dixerit: *Age*, inquit, *dic causam apud Cæsarem*: eumq; causa cognita capite damnauit. In hos Galba has ob causas animaduertit. Cum aũt ad vrbẽ aduentaret, ac iã prope esset, processere ei obuiã prętoriani Neronis, petiereq; ab eo vt se in eodẽ gradu militiæ retineret. Is primo rem distulit, vt deliberaret: sed cum illi non parerent, magisq; tumultuarentur, cõtra eos exercitũ misit: cæsiq; sunt repẽte prætorianorũ septem milia: reliqui postea decimati sunt. Itaq; Galba, licet ætate

& morbo confectus esset, tamẽ mente vigebat & consilio; putabatq; indignum esse, Imperatorem coactum aliquid facere. Hac de causa prætorianis postulantibus pecuniam, non dedit; iisque ita respõdit; *Legere*, inquit, *soleo milites, non emere*. Cumq; populus postularet vt Tigellinus, & ceteri qui ante contumeliosi fuerant, supplicio afficerentur, non concessit: quos fortasse, si non esset ab eo postulatum, interfici iussisset. Helium vero, Narcissum, Patrobium, & Locustam veneficam mulierẽ, cum quibusdam aliis qui sub Nerone valuerant, vinctos per totam vrbem duci, ac postea morte mulctari iussit. Vt Galba his de causis laudabatur, ita ridebatur maxime, quod in itinere gladium semper accingeret, homo iã senex & imbecillis. Ceterum quem exitum vitæ habuerit, nunc dicendũ est. Milites Rufi, qui erãt in vtraq; Germania, ira incensi, quod nullum a Galba beneficium accepissent, cupiditatem suam, quam in Rufo explere non poterãt, in alio explere conabantur. Id fecere præposito Aulo Vitellio, qui per id tempus inferiorem Germaniam obtinebat; defecereq; ad eum, spectata tantũmodo ipsius nobilitate. Nec enim eis curæ fuit quod is Tiberio in deliciis fuerat, quodq; vita eius adhuc cũ pristina libidine consentiebat. quin potius ob eam causam arbitrati sunt, eum sibi magis idoneum & accommodatum fore. Ipse quidẽ Vitellius nequaquam tanti se esse existimabat. nam cũ irrideret astrologos, hoc argumento confirmabat eos nihil scire, quod dicerent ipsum Imperatorem futurum. Idem quoq; Nero cũ intellexisset, ita risit hominem & contempsit, vt nihil grauius cõtra eum admiserit. Galba, cognita seditione Vitellii, adoptauit L. Pisonẽ adolescentem nobilem, magnaque modestia ac prudẽtia præditum; eumq; Cæsarem designauit. Qua de causa indignatus Marcus † Saluius Otho, quod ipse a Galba nõ esset adoptatus, rursum Imperium populi Romani multis incommodis difficultatibusq; affecit. Is erat apud Galbam in tam magno honore, vt ei, quo die mortuus est, sacrificanti solus e Senatoribus præsto fuerit. Quæ res in causa fuit vt rerum potiretur. Cum enim aruspex Galbæ insidias parari diceret, ac proinde moneret ne aliquo prodiret, id Otho intellexit; atque inde subito, alia simulata causa, discessit; receptusque intra murum castrorum a

† Siluius alii dicitur.

τῇ τε νόσῳ ἐκεκμήκει, ἀλλὰ τῇ διανοίᾳ ἤκμαζεν, οὐδ' ἠξίου τὸν αὐτοκράτορα ἀναγκαζόμενόν τι ποιεῖν· ἀμέλει καὶ τοῖς δορυφόροις αἰτοῦσι χρήματα οὐκ ἔδωκε· καὶ ἔφη γε ὅτι Καταλέγειν στρατιώτας, ἀλλ' οὐκ ἀγοράζειν εἴωθα. τῷ δὲ δήμῳ σφόδρα ἀξιοῦντι τόν τε Τιγελλῖνον καὶ ἄλλους τινὰς τῶν προσεπεγερθέντων ὑβρισάντων ἀποθανεῖν, οὐχ ὑπεῖξε· τάχα ἂν ἀποκτείνας αὐτούς, εἰ μὴ ἐκεῖνοι τοῦτ' ᾐτήκεσαν. τὸν μέντοι Ἥλιον, καὶ τὸν Νάρκισσον, τόν τε Πατρόβιον, καὶ τὴν Λουκοῦσταν τὴν φαρμακίδα, καὶ ἄλλους τινὰς τῶν ἐπὶ τοῦ Νέρωνος ἐπιπολασάντων, κατά τε τὴν πόλιν πᾶσαν δεδεμένους περιαχθῆναι, καὶ μετὰ τοῦτο κολασθῆναι ἐκέλευσε. Καὶ ἐπὶ μὲν τούτοις ἐπῃνεῖτο· ὅτι δὲ ξίφος διὰ πάσης τῆς ὁδοῦ ἐξήρτητο καίτοι γέρων καὶ ἀσθενὴς τὰ νεῦρα ὤν, καὶ πάνυ πολὺν γέλωτα ὠφλίσκανε. Λέξω δὲ καὶ ὅπως αὐτῷ τὸ τέλος συνέβη. οἱ ἐν ταῖς Γερμανίαις στρατιῶται, οὓς εἶχε Ῥοῦφος, μηδεμίαν εὐεργεσίαν ὑπὸ τοῦ Γάλβα εὑράμενοι, ἐπὶ πλεῖον ἐφλέγμηναν. τοῦ δὲ δὴ τέλους τῆς ἐπιθυμίας σφῶν ἁμαρτόντες ἐπὶ τοῦ Ῥούφου, ἐζήτουν αὐτὴν ἐφ' ἑτέρου τινὸς ἀποπληρῶσαι· καὶ ἐποίησαν οὕτω. προστησάμενοι γὰρ Αὖλον Βιτέλλιον τῆς κάτω Γερμανίας ἄρχοντα, ἐπανέστησαν, πρὸς μόνην τὴν εὐγένειαν [αὐτοῦ] ἀπιδόντες· ἐπεὶ ὅτι γε παιδικὰ τοῦ Τιβερίου ἐγεγόνει, καὶ ὅτι ἀκολούθως τῇ ἀσελγείᾳ ταύτῃ ἔζη, οὐκ ἐνενόησαν· ἢ καὶ μᾶλλον δι' αὐτὸ τοῦτο προσήκειν σφίσιν αὐτὸν ἐνόμισαν. ἀμέλει οὕτως οὐδ' αὐτὸς λόγου τινὸς ἄξιον ἑαυτὸν ἔκρινεν εἶναι, ὥστε διασκώπτων τοὺς ἀστρολόγους, τεκμηρίῳ κατ' αὐτῶν ἐχρῆτο, λέγων ὅτι, Οὐδὲν ἐπίστανται, οἵγε καὶ ἐμὲ αὐτοκράτορα φασὶ γενήσεσθαι. καὶ αὐτὸ καὶ ὁ Νέρων ἀκούσας ἐγέλασε, καὶ κατεφρόνησεν αὐτοῦ, ὥστε μηδὲν δεινὸν αὐτὸν ἐργάσασθαι. Ὁ οὖν Γάλβας τὴν ἐπανάστασιν αὐτοῦ πυθόμενος, Λούκιον Πείσωνα νεανίσκον εὐγενῆ, ἐπιεικῆ, φρόνιμον, ἐποιήσατο, καὶ Καίσαρα ἀπέδειξεν. ὁ δὲ δὴ Ὄθων Μάρκος ὁ Σαλούϊος, ἀγανακτήσας μὴ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ Γάλβα ἐπεποίητο, ἀρχὴν αὖθις μυρίων τοῖς Ῥωμαίοις κακῶν παρέσχε· καὶ οὕτως ὑπ' αὐτοῦ ἐτιμᾶτο, ὥστε καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ ἀπέθανε, θυομένῳ τι αὐτῷ μόνος τῶν βουλευτῶν παρέστη· ὑφ' οὗπερ καὶ τὰ μάλιστα συνετύγχανεν. ἐπεὶ γὰρ ὁ ἱεροσκόπος ἐπιβουλευθήσεσθαι αὐτὸν ἔφη, καὶ διὰ τοῦτ' αὐτὸν μηδαμῇ μηδαμῶς προελθεῖν παρῄνεσεν· ἀκούσας τοῦτ' ἐκεῖνος, κατέδραμέ τε εὐθὺς ὡς καὶ ἐπ' ἄλλο τι, καὶ ὑπὸ τινων

στρατιωτῶν

στρατιωτῶν ὀλίγων, οἳ συνωμόκεσαν αὐτῷ, ἐς τὸ τεῖχος ἐσήχθη· κἀν τούτῳ καὶ τοὺς ἄλλους, ἅτε καὶ ἀχθομένους τῷ Γάλβᾳ, προσαναπείσας, μᾶλλον δὲ ἐκπριάμενος, παρά τε ἐκείνων τὴν ἀρχὴν παραχρῆμα ἔλαβε, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ παρὰ τῶν ἄλλων. Μαθὼν δὲ ὁ Γάλβας τὰ πρασσόμενα, ἔπεμψέ τινας ἐς τὸ στρατόπεδον, ὡς καὶ μεταπεῖσαι σφᾶς δυνησόμενος. κἀν τούτῳ στρατιώτης τις γυμνὸν τὸ ξίφος καὶ ᾑμαγμένον ἀναφέρων, προσῆλθεν αὐτῷ, καὶ ἔφη, Θάρσει αὐτοκράτορ· Ὄθωνα γὰρ ἀπέκτεινα, καὶ ἔστι σοι δεινὸν ἔτι οὐδέν. πιστεύσας οὖν ὁ Γάλβας, πρὸς μὲν ἐκεῖνον εἶπε, Καὶ τίς σοι τοῦτο ποιῆσαι ἐκέλευσεν; αὐτὸς δὲ ἐς τὸ Καπιτώλιον ὡς καὶ θύσων ὥρμησε· καὶ αὐτῷ ἐν μέσῃ τῇ Ῥωμαίων ἀγορᾷ ἀπαντήσαντες ἱππεῖς καὶ πεζοί, ἐνταῦθα τὸν γέροντα, τὸν ἀρχιερέα, τὸν αὐτοκράτορα, πολλῶν μὲν βουλευτῶν, παμπόλλων δὲ δημοτῶν παρόντων, κατέκοψαν· καὶ τά τε ἄλλα τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐλυμήναντο, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀποκόψαντες, περὶ κοντὸν ἐνέπειραν. Καὶ ὁ μὲν οὕτως ἀκοντισθεὶς ἐς αὐτὸν τὸν δίφρον ἐν ᾧ ἐφέρετο, καὶ προσκύψας ἐξ αὐτοῦ ἐτρώθη, τοῦτο μόνον εἰπών, Καὶ τί κακὸν ἐποίησα; καὶ αὐτῷ Σεμπρώνιος Δῆνσος ἑκατόνταρχος ἐπαμύνας ἐς ὅσον ἠδυνήθη, τέλος, ὡς οὐδὲν ὤνησεν, ἐπεσφάγη. καὶ διὰ τοῦτό γε καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐνέγραψα, ὅτι ἀξιώτατός ἐστι μνημονεύεσθαι. ἀπέθανε μὲν γὰρ καὶ ὁ Πείσων, καὶ ἄλλοι συχνοί, οὐ μέντοι καὶ ἐπικουρήσαντες τῷ αὐτοκράτορι. Ἔζησε δὲ Γάλβας ἔτη δύο καὶ ἑβδομήκοντα· ἀφ' ὧν ἦρξε μῆνας ἐννέα, καὶ ἡμέρας δεκατρεῖς. καὶ αὐτῷ καὶ ὁ Πείσων προσαπώλετο, τιμωρίαν τυχὼν ὅτι Καῖσαρ ἀπεδείχθη.

paucis militibus, qui vna cum eo coniurauerant, ceterisque qui iam Galbę erant infensi, persuasis, vel potius largitione corruptis, emptum principatum occupauit; idq; paulo post a reliquis confirmatum est. Qua re cognita, Galba paucos misit ad exercitum, vt milites de sententia dimoueret. Interea loci vnus ex militib. cum districto cruentoq; gladio ad eum venit; *Bono animo es*, inquit, *Imperator; quando ego Othonem interfeci, vt iam sis sine periculo.* Id Galba credidit pro vero, atque ita militi respondit; *Quis tibi*, inquit, *mādauit vt id faceres?* Post hæc in Capitoliū proficiscitur sacrificandi causa. Occurrunt ei in medio foro equites peditesque: ibique senem, Pontificem, & Imperatorem, occidunt, multis Senatoribus multisque plebeiis hominibus præsentibus: post cadauer afficiunt ignominia cuiusuis generis: caputque ceruicibus abscindunt, idque figunt in pilo. Galba, telis immissis in sellā qua vehebatur, cum ex ea cecidisset, vulneratusque esset, id vnum dixit; *Quid enim mali feci?* Et Sempronius Densus centurio opem tulit, quoad potuit: sed is non solum nihil Galbæ profuit, sed etiam ipse occisus est. cuius viri nomen propterea scribendum putaui, quod mihi memoria dignum esse videbatur. Occisus est Piso quoque, & reliqui multi; qui tamen Imperatori opem non tulerant: sed Piso propterea supplicio est affectus, quod Cæsar fuerat designatus. Vixit Galba annos LXXII: regnauit menses IX, dies XIII.

ΟΘΩΝ.

ΓΑΛΒΑι μὲν δὴ τοῦτο τὸ τέλος ἐγένετο· ἔμελλε δὲ ἄρα καὶ τὸν Ὄθωνα ἡ δίκη οὐκ ἐς μακρὰν μετελθεῖν, ὥς που παραχρῆμα ἔμαθε. θύοντι γὰρ αὐτῷ τὴν θυσίαν πρώτην, τὰ ἱερὰ πονηρὰ ὤφθη· ὥστ' αὐτὸν μεταγνόντα ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις εἰπεῖν, Τί γάρ με ἔδει μακροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν; ἔστι δὲ τοῦτο δημῶδες, ἐς παροιμίαν φέρον, ἐπὶ τῶν ἔξω τι τοῦ προσφόρου σφίσι ποιούντων. καὶ μετὰ τοῦτο τῆς νυκτὸς οὕτω δή [τι] ἐν τοῖς ὕπνοις ἐταράχθη, ὥστε καὶ ἐκ τῆς εὐνῆς ἐκπεσεῖν, τούς τε προσκοιτοῦντας ἐκπλῆξαι. ἐσπηδήσαντες οὖν, εὗρον αὐτὸν χαμαὶ κείμενον. ἀλλ' οὐ γὰρ

OTHO.

GALBA hunc exitum habuit; eiusque cædis pœnam Othonem non ita multo post sequi oportebat; quod ipse statim præsensit. nam vt primum sacrificauit, exta minus felicia visa sunt. Itaque cœpit eum subito facti pœnitere: dixitque, τί γάρ με ἔδει μακροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν; *Quid me*, inquit, *oportebat longis tibiis canere?* est autem vulgatum prouerbium de iis qui faciunt quæ sibi sunt inutilia. Præterea noctu adeo in somnis exterritus est, vt ceciderit de lecto, & excubitores perterruerit. qui cum accurrissent celeriter, eum humi iacentem offenderunt. Neque tamen

potuit ob has causas Imperiū, quod semel susceperat, deponere; sed in eo permansit, ac pœnas dedit: quamuis multa faceret moderate ad conciliandos animos multitudinis; non quod eo ingenio esset aut moribus; sed quod multis ab eo propter Vitellium abalienatis, nolebat ceteros sibi inimicos facere. Othoni decreta sunt a Senatu ea quæ pertinebant ad principatum; quod diceret se coactū a militib. intra murum introductum esse; ibique, cum eis obsisteret, in magnum discrimen venisse. Hic vti cœpit placido ac leni sermone, & ficto simulatoque vultu indicare modestiam: ad hæc, oscula ad singulos ferre † per digitos mittere: postremo multa polliceri. quamquam non erat obscurum, eum multo etiam petulantius atq; acerbius quā Neronem esse regnaturum. Nomen quidem eius sibi statim imposuit; multisque Senatoribus, qui damnati fuerāt, pœnam remisit, ceteris muneribus affectis. Crebro venire in theatrum, fouere multitudinem, peregrinos donare ciuitate, atque alia multa promittere: quibus tamen rebus neminem sibi, præter paucos sui similes, obstringere potuit. Iam enim eo genere vitæ quod instituerat, quodque cum Sporo consuetudinem habebat, ceterisque Neronianis vtebatur, omnes perterriti erant. Milites vero multitudine munerum, blandisque sermonib. in tantam licentiam scelusque induxerat, vt aliquando sint ausi in Palatium irruptionem facere, cū frequentes Senatores apud Othonem cœnarent; interfectisque iis a quibus arcebantur, tandem irruere eo vbi conuiuium agebatur; occidereque omnes qui intus erant, solis iis qui inde abierant, aut se ante aliquo abdiderant, conseruatis. Cuius rei causa Otho & pecuniā eis largitus est; perinde atq; si id facinus in gratiam eius fecissent.

† per annulos, al.

Per id tēpus quidam captus est, qui se Neronem esse simulabat; cuius quidem nomen a Dione ignoratum est: sed is tandem supplicio est affectus. Otho, sępenumero cohortatus Vitellium ad societatem principatus, postquam ei persuadere nō potuit, statuit aperte bellum gerere. Itaque contra eum exercitum misit, eiq; exercitui complures præfecit. quæ res causa fuit Othoni calamitatis. Desiderata sunt vtrimque in prœliis ad Cremonam factis hominum quadraginta milia. Antequam autem prœlium iniretur, ferunt præter

εἶχεν, ἅπαξ [ἐπὶ] τὴν ἀρχὴν εἰσελθών, ἀναδῦναι· καὶ ἐνέμεινεν ἐν αὐτῇ, καὶ δίκην ἔδωκε, καίτοι πολλὰ καὶ μέτρια πρὸς θεραπείαν τῶν ἀνθρώπων ποιήσας· οὐχ ὅτι οὕτως ἐπεφύκει, ἀλλ' ὅτι οἰδούντων αὐτῷ διὰ τὸν Βιτέλλιον τῶν πραγμάτων, οὐκ ἤθελε καὶ τοὺς ἄλλους ἐκπολεμῶσαι. ἡ μέντοι βουλὴ πάντα τὰ πρὸς τὴν ἀρχὴν φέροντα ἐψηφίσατο. βεβιάσθαι μὲν γὰρ καὶ ἐς τὸ τεῖχος ἄκων ἐσῆχθαι· κἀνταῦθα ἀντιλέγων, κεκινδυνευκέναι ἔλεγε. καὶ τά τε ἄλλα ἐπιεικῶς ἐφθέγγετο, καὶ τῇ ὑποκρίσει τοῦ σχήματος ἐμετρίαζε· φιλήματά τε ὡς ἑκάστοις διὰ τῶν δακτύλων ἔπεμπε, καὶ ὑπισχνεῖτο πολλά. οὐκ ἐλάνθανε δὲ ὡς καὶ ἀσελγέστερον καὶ πικρότερον τοῦ Νέρωνος ἄρξειν ἔμελλε. τό γ' οὖν ὄνομα αὐτοῦ αὐτῷ εὐθὺς ἐπέθετο. πλεῖω τότε καὶ τῶν βουλευτῶν συχνοῖς, τοῖς μὲν καταδίκας ἀνίει, τοῖς δὲ ἄλλα ἄττα ἐχαρίζετο. καὶ ἐς τὰ θέατρα συνεχῶς ἐσεφοίτα, θωπεύων τὸ πλῆθος· τοῖς τε ξένοις πολιτείαν * ἀνεδίδου, καὶ ἄλλα πολλὰ ἐπηγγέλετο. οὐ μὴν καὶ οἰκειώσασθαι οὐδένα πλὴν ὀλίγων τινῶν ἠδυνήθη ὁμοίων αὐτῷ. ὅ τε γὰρ βίος αὐτοῦ καὶ ἡ δίαιτα, τό τε τῷ Σπόρῳ συνεῖναι, καὶ τὸ τοῖς λοιποῖς τοῖς Νερωνείοις χρῆσθαι, πάνυ πάντας ἐξεφόβει. τοὺς μέντοι στρατιώτας ἐς τοσοῦτον τόλμης καὶ παρανομίας προήγαγεν, ἔκ τε ὧν ἐδίδου καὶ ὧν καθ' ὑπερβολὴν ἐκολάκευσεν, ὥστε καὶ ἐς τὸ παλάτιόν ποτε, ὥσπερ εἶχον, * ἐσεβιάσαντο· ἐπειδὴ συχνοὶ τῶν βουλευτῶν ἐνταῦθα παρ' [Ὄθωνι συν]εδείπνουν. καὶ τέλος καὶ ἐς αὐτὸ τὸ συμπόσιον, προαποκτείναντες τοὺς εἴργοντας σφᾶς, ἐσεπήδησαν· καὶ πάντας ἂν τοὺς ἔνδον ὄντας ἐφόνευσαν, εἰ μὴ φθάσαντες ἐξανέστησαν καὶ κατεκρύφθησαν. καὶ οἱ μὲν καὶ ἐπὶ τούτῳ χρήματα, ὡς καὶ δι' εὔνοιαν αὐτὸ τοῦ Ὄθωνος πεποιηκότες, ἔλαβον.

Ἑάλω δέ τις καὶ Νέρων εἶναι πλασάμενος κατὰ τόνδε τὸν καιρόν· (οὗ τὸ ὄνομα τῷ Δίωνι ἠγνόηται) καὶ τέλος καὶ δίκην ἔδωκεν. Ὁ δ' Ὄθων, ἐπειδὴ καὶ μὴ ἔπειθε τὸν Βιτέλλιον, ἐς κοινωνίαν αὐτὸν τῆς ἀρχῆς πολλάκις παρακαλῶν, εἰς πόλεμον λοιπὸν φανερὸν καθίστατο. καὶ στρατιώτας ἔπεμπεν, ἡγεμόσιν αὐτοὺς πλείοσι παραδούς· ὃ δὴ καὶ αἰτιώτατον τῶν σφαλμάτων αὐτῷ ἐγένετο. ἔπεσον δὲ τέσσαρες μυριάδες ἀνδρῶν ἑκατέρωθεν ἐν ταῖς μάχαις ταῖς πρὸς τῇ Κρεμώνῃ γενομέναις. ὅπου τε φασὶ πρὸ τῆς μάχης

ἀλλά

ἄλλα τε φανῆναι σημεῖα, καί τινα ὄρνιν ἐξαίσιον, ὁποῖον οὐ πώποτε ἑωράκασιν, ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ὀφθῆναι. Ἐπεὶ δὲ οἱ τοῦ Ὄθωνος ἐκρατήθησαν, ἤγγελλε μὲν ἱππεύς τε τὸ πάθος τῷ Ὄθωνι· καὶ ἐπειδὴ ἠπιστεῖτο πρὸς τῶν παρόντων, (ἔτυχον γὰρ πολλοὶ κατὰ τύχην ἠθροισμένοι) καὶ οἱ μὲν δραπέτην, οἱ δὲ καὶ πολέμιον αὐτὸν ἀπεκάλουν, Εἴθε γὰρ, ἔφη, ψευδῆ ταῦτα Καῖσαρ ἦν· ἥδιστα γὰρ ἂν νικῶντός σου ἐτελεύτησα· νῦν δὲ ἐγὼ μὲν πάντα οἰχήσομαι, ἵνα μή [μέ] τις ἐπὶ σωτηρίᾳ καταπεφευγέναι δόξῃ. σὺ δὲ βούλευε, ὡς τῶν πολεμίων οὐκ ἐς μακρὰν ἡξόντων, ὅ τι χρὴ πρᾶξαι. Καὶ ὁ μὲν, ταῦτ' εἰπὼν, ἑαυτὸν διεχρήσατο. πις δυσάντων δ' αὐτῷ ἐκ τούτου πάντων, καὶ ἑτοίμως ἐχόντων ἀναμαχέσασθαι, (αὐτοί τε γὰρ συχνοὶ ἦσαν, καὶ ἕτεροι ἐκ Παννονίας παρῆσαν· ὅ τε μέγιστον ἐν τοῖς τοιούτοις ἐστὶν, ἐφίλουν τε τὸν Ὄθωνα, καὶ πᾶσαν αὐτῷ εὔνοιαν οὐκ ἀπὸ τῆς γλώττης μόνον ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ψυχῆς εἶχον) ἐπέσχε, μέχρις οὗ καὶ οἱ λοιποὶ πρὸς τὴν ἀγγελίαν συνέδραμον. καί τι πρὸς ἑαυτὸν διαλαλήσας, ἔπειτα πρὸς τοὺς στρατιώτας ἐδημηγόρησεν ἄλλα τε πολλὰ καὶ ταῦτα· Ἀρκεῖ τὰ γεγονότα, ἀρκεῖ. μισῶ πόλεμον ἐμφύλιον, κἂν κρατῶ· φιλῶ πάντας Ῥωμαίους, κἂν μὴ ὁμολογῶσί μοι. νικάτω Βιτέλλιος, ἐπεὶ τοῦτο τοῖς θεοῖς ἔδοξε· σωζέσθωσαν καὶ οἱ ἐκείνου στρατιῶται, ἐπεὶ τοῦτ' ἐμοὶ δοκεῖ. πολὺ γάρ που καὶ κρεῖττον καὶ δικαιότερόν ἐστιν ἕνα ὑπὲρ πάντων, ἢ πολλοὺς ὑπὲρ ἑνὸς ἀπολέσθαι. καὶ γὰρ ἐγὼ Μούκιος καὶ Δέκιος καὶ Κούρτιος καὶ Ῥήγουλος μᾶλλον ἂν ἐθέλοιμι, ἢ Μάριος καὶ Κίννας καὶ Σύλλας (ἵνα μὴ καὶ τοὺς ἄλλους εἴπω) γενέσθαι. μὴ οὖν βιάσησθέ με ἕνα τούτων, ὧν μισῶ, γενέσθαι· μήτε φθονήσητέ μοι ἕνα ἐκείνων ὧν ἐπαινῶ, μιμήσασθαι. ἀλλ' ὑμεῖς μὲν ἐπὶ τὸν κεκρατηκότα ἄπιτε, καὶ ἐκεῖνον θεραπεύετε· ἐγὼ δ' αὐτὸς ἐμαυτὸν ἐλευθερώσω· ὅπως καὶ τῷ ἔργῳ ἅπαντες ἄνθρωποι μάθωσιν ὅτι τοιοῦτον αὐτοκράτορα εἵλεσθε, ὅστις οὐχ ὑμᾶς ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἑαυτὸν ὑπὲρ ὑμῶν δέδωκε. Τοιαῦτα μὲν Ὄθων εἶπεν· οἱ δὲ δὴ στρατιῶται, ἐξ ὧν ἤκουον, καὶ ἐθαύμαζον ἅμα καὶ ἠλέουν εἴ τι πείσοιτο· καὶ δάκρυσί τε ἔκλαιον καὶ ἐθρήνουν, πατέρα τε ἀνακαλοῦντες, καὶ παίδων καὶ γονέων φίλτερον ὀνομάζοντες. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἐπὶ πλεῖστον τῆς ἡμέρας ἐλέχθη, τοῦ τε Ὄθωνος τελευτῆσαι δεομένου, καὶ ἐκείνων μὴ ἐφιέντων αὐτῷ τοῦτο ποιῆσαι· πρὶν δὴ σιγήσας αὐτοὺς ἔφη·

cetera prodigia, quæ tum accidere, auem eximiæ magnitudinis, quanta numquam ante visa fuerat, per multos dies visam esse. Superatis Othonianis, vnus ex equitib. cladē Othoni nuntiauit. cui cum fidem non haberent ii qui aderant præsentes, (nā tum forte multi conuenerant) eumq; fugitiuum atq; hostem appellarent; *Vtinam*, inquit, *hæc falsa essent, Cæsar. libenter enim te victore mortem occumberem. nunc autem, vtcumque sit, moriar, ne videar salutis meæ causa fugisse: tu vero, cum hostes huc non multo post venturi sint, statue quid tibi faciendum putes.* Hæc cum dixisset, manus sibi attulit. Quo facto, id verum esse creditū est ab omnibus, cumq; possent facile bellum renouare, (erant enim permulti, aderantq; aliæ legiones ex Pannonia, &, quod est in tali re maximū, Othonem amplectebantur; singularemq; suam fidem & beneuolentiā in eum non modo verbis ostendebāt, sed etiam ex animo) factū est vt otiose cessaret, quousque ceterorum concursu idem renuntiatū est. Tum demū Otho pauca secum locutus, apud milites concionatur. qua in cōcione multā dicit, sed hæc in primis: *Sufficiunt*, inquit, *ea quæ facta sunt:* ODI *enim bellum ciuile, licet vincam: earumque habeo populum Romanum; licet mecum dissentiat. Vincat Vitellius, postquā ita visum est diis immortalibus: sint incolumes milites eius quando id mihi perplacet. multo enim melius est multoq; iustius,* VNVM *pro multis, quam pro vno multos interire. Ego quidem Mucius esse malim, aut Decius, aut Curtius, aut Regulus, quam Marius, quam Cinna, quam Sylla; ne reliquos numerādo persequar. Quamobrem nolite me cogere vt efficiar vnus ex iis quos odi: nolite etiam inuidere, si velim facta alicuius ex iis quos laudo, æmulari. Vos ad victorem proficiscimini, atque illum colite. Ego me ita liberabo, vt omnes homines intelligant, eum esse Imperatorem a vobis delectum, qui non vos pro se, sed se pro vobis dedit.* Hac habita concione, milites eum propter ea quæ audierant, admirari, miserarique eius fortunam, præsertim si quid ei grauius accideret: tū profundere lacrymas, lamentari, eū Patrem appellare, sibiq; suis liberis ac parentibus cariorem esse dicere. Quæ cum iam in multam diem dicerentur, peteretq; Otho vt sibi liceret mortem cum vita commutare, neque id illi concederent, facto silentio ita dixit:

Non possum peior esse eo milite quem vos mortem sibi propterea tantummodo consciscere vidistis, quod Imperatori suo nuntium acceptæ cladis attulisset. Itaq; ego illum sequar, ne quid tale videam in posterum, aut audiam. Vos, si me amatis, quæso, sinite me mori vt volo: nolite me cogere vt viuã inuitus; sed ad victorem abite, eumq; studiose ac diligenter colite.

Hæc cũ dixisset, secessit in thalamũ, seq; pugione interemit. Corpus eius elatũ milites sepeliuerunt, nõ sine lacrymis: nonnulli propter eũ mortem sibi consciuerunt. Igitur Otho hũc vitæ finem habuit; vixitque annos XXXVII, detractis dieb. vndecim: regnauit dies XC. cumq; pessime omniũ vixisset, mortuus est honestissime: & Imperiũ, quod cũ magno scelere inuaserat, cũ maxima virtute deposuit.

VITELLIVS.

POSTQVAM Romę clades Othonis audita est, populus Roman⁹ statim, vt par erat, sententiam mutare cœpit; Othonique, quem laudauerat antea, & cuius victoriam optauerat, non aliter atque hosti contumeliose maledicere; ac Vitellium, quẽ detestatus fuerat, collaudare, eumque Imperatorem dicere. *Adeo nihil est in rebus humanis fixum ac perpetuum: sed & ii qui florent maxime, & ii qui humiles & abiecti sunt, exitus incertos habent; ac pariter pro fortuna ipsorum, laude, vituperio, honore, & ignominia afficiuntur.* Vitellius, vt Romã venit, cœpit omnia suo arbitratu gerere: sed in primis edicto proposito astrologos expulit ex Vrbe: edixitque vt intra certam diem quam ipse constituerat, ex omni Italia excederent. Illi contra de nocte diem ei in tabulis præscribunt, intra quam excedat e vita: isque *ante eam diem mortuus est. adeo futuros rerum euentus præcognoscebant. Interim Vitellius explere libidinem suam, inseruire voluptatibus, nullam curam habere diuinarum aut humanarum rerum. Nimirum principio talis erat: quippe popinas frequentauerat, & ludos aleatorios; saltatorumq; & aurigarũ studiosus fuerat; consumpseratq; in eos infinitam pecuniam; atq; eius rei causa

Ἐγὼ μὲν οὐκ ἔστιν ὅπως χείρων τοῦ στρατιώτου τούτου γενήσομαι, ὃν αὐτοὶ ἑωράκατε ὅπως ἑαυτὸν διὰ τοῦτο μόνον ἀπέσφαξεν, ὅτι τὴν ἧτταν τῷ ἑαυτοῦ αὐτοκράτορι ἤγγειλεν. ἀλλ᾽ ἀκολουθήσω πάντως αὐτῷ, ἵνα μηδὲν ἔτι τοιοῦτον μήτε ἴδω μήτε ἀκούσω. ὑμεῖς δὲ, εἴπερ ὄντως φιλεῖτέ με, ἐάσατέ με ἀποθανεῖν ὡς βούλομαι· καὶ μή με ζῆσαι ἄκοντα ἀναγκάσητε, ἀλλὰ πρός τε τὸν κεκρατηκότα ἄπιτε, καὶ ἐκεῖνον κολακεύετε. Ταῦτ᾽ εἰπὼν, ἔς τε τὸ δωμάτιον ἀνεχώρησε, καὶ τι ξιφίδιον λαβὼν, ἑαυτὸν διεχρήσατο. καὶ αὐτοῦ τὸ σῶμα οἱ στρατιῶται ἀνείλοντο πενθοῦντες, καὶ ἔθαψαν· καί τινες ἑαυτοὺς ἐπέσφαξαν αὐτῷ. Τοῦτο τὸ τέλος τῷ Ὄθωνι ἐγένετο, ζήσαντι μὲν ἑπτὰ καὶ τριάκοντα ἔτη, ἕνδεκα ἡμερῶν δέοντα· ἄρξαντι δὲ ἡμέρας ἐνενήκοντα. κάκιστα γὰρ μὴν ἀνθρώπων ζήσας, κάλλιστα ἀπέθανε· καὶ κακουργότατα τὴν ἀρχὴν ἁρπάσας, ἄριστα αὐτῆς ἀπηλλάγη.

ΒΙΤΕΛΛΙΟΣ.

Οἱ δ᾽ ἐν τῇ Ῥώμῃ, ὡς ἤκουσαν τὸ τοῦ Ὄθωνος πάθος, παραχρῆμα, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, μετεβάλοντο. τόν τε γὰρ Ὄθωνα, ὃν πρότερον ἐπῄνουν καὶ νικᾶν ηὔχοντο, ἐλοιδόρουν ὡς πολέμιον· καὶ τὸν Βιτέλλιον, ᾧ κατηρῶντο, καὶ ἐπῄνουν καὶ αὐτοκράτορα ἀνηγόρευον. οὕτω που οὐδὲν πάγιόν ἐστι τῶν ἀνθρωπίνων· ἀλλ᾽ ὁμοίως οἵ τε ἐς τὰ μάλιστα ἀνθοῦντες, καὶ οἱ ἐν τῷ ταπεινοτάτῳ ὄντες, ἀστάθμητά τε αἱροῦνται, καὶ πρὸς τὰς τύχας σφῶν καὶ τοὺς ἐπαίνους καὶ τοὺς ψόγους, τάς τε τιμὰς καὶ τὰς ἀτιμίας λαμβάνουσι. Βιτέλλιος δὲ, ἐπεὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐγένετο, πάντα τε διῴκει ὥς που καὶ ἐδόκει αὐτῷ, καὶ πρόγραμμα ἔθετο, δι᾽ οὗ τοὺς ἀστρολόγους ἐξήλασε προειπὼν σφίσιν, ἐντὸς τῆσδε τῆς ἡμέρας (ῥητὴν τινὰ τάξας) ἐξ ἁπάσης τῆς Ἰταλίας *χωρῆσαι. καὶ αὐτῷ ἐκεῖνοι νυκτὸς ἀντιπροθέντες γράμματα, *ἀντιπαρήγγειλαν ἀπαλλαγῆναι ἐκ τοῦ βίου ἐντὸς τῆς ἡμέρας ἐν ᾗ ἐτελεύτησε. Καὶ οἱ μὲν οὕτως ἀκριβῶς τὸ γενησόμενον προέγνωσαν· αὐτὸς δὲ τῇ τε τρυφῇ καὶ τῇ ἀσελγείᾳ προσκείμενος, οὐδὲν ἔτι τῶν ἄλλων οὔτε τῶν ἀνθρωπίνων οὔτε τῶν θείων ἐφρόντιζεν. ἦν μὲν γὰρ καὶ ἀπαρχῆς τοιοῦτος, ὁ ποῖος περί τε τὰ καπηλεῖα καὶ τὰ κυβευτήρια, τούς τε ὀρχηστὰς καὶ τοὺς ἁρματηλάτας ἐσπουδακέναι· καὶ ἀμύθητα εἰς τὰ τοιαῦτα ἀνήλισκε, καὶ διὰ τοῦτο

καὶ δα-

καὶ δανειστὰς πολλοὺς εἶχε· τότε δὲ καὶ μᾶλλον, ἅτε ἐν τοσαύτῃ ἐξουσίᾳ καθεστώς, ὕβριζε, καὶ τὸ πλεῖστον καὶ τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς ἐδαπάνα, ἀπλήστως τε ἐμφορούμενος, καὶ συνεχῶς πάντα ἐξεμῶν, ὡς μόνῃ τῇ παρόδῳ τῶν σιτίων τρέφεσθαι. ἀφ' οὗ γὰρ καὶ αὐταρκεῖν ἠδύνατο· ἐπεὶ οἵ γε συνδειπνοῦντες αὐτῷ πάντες κακῶς ἀπήλλασσον. ὅθεν χαριέστατον λόγον εἷς τις αὐτῶν Οὐΐβιος Κρίσπος ἀρρωστήσας, καὶ διὰ τοῦτο ἡμέρας τινὰς ἀπολειφθεὶς τοῦ συσσιτίου, εἶπεν ὅτι, Εἰ μὴ ἐνενοσήκειν, πάντως ἂν ἀπολώλειν. καὶ ἐγένετο ὁ χρόνος ὁ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ σύμπας οὐδὲν ἄλλο ἢ μέθαι τε καὶ κῶμοι. πάντα τε γὰρ τὰ τιμιώτατα καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Ὠκεανοῦ, (ἵνα μηδὲν εἴπω πλέον) καὶ ἐκ τῆς γῆς καὶ ἐκ τῆς θαλάσσης συνήγετο, καὶ πολυτελῶς οὕτως ἐσκευάζετο, ὥστε Βιτελλιανὰ καὶ νῦν ἐξ ἐκείνου καὶ * πέμματα καὶ τἄλλα τινὰ βρώματα ὀνομάζεσθαι. καὶ τί ἄν τις καθ' ἕκαστον αὐτῶν καταλέγοι; ὁπότε πρὸς πάντων ὁμοίως ὡμολόγηται δύο τε αὐτὸν μυριάδας μυριάδων καὶ δισχιλίας πεντακοσίας ἐν τῷ τῆς ἀρχῆς χρόνῳ ἐς τὰ δεῖπνα δεδαπανηκέναι. ἐπέλιπέ τε γὰρ πάντα τὰ πολυτίμητα δι' ὀλίγου, καὶ ἔδει πάντως αὐτὰ εἶναι. μίαν γοῦν ποτε λοπάδα πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδων ἐσκεύασε, γλώττας τε καὶ ἐγκεφάλους καὶ ἥπατα καὶ ἰχθύων καὶ ὀρνίθων τινῶν ἐμβαλών. καὶ ἐπειδὴ ἀδύνατον ἦν κεραμέαν τηλικαύτην γενέσθαι, ἀργυρᾶ τε ἐποιήθη, καὶ ἔμεινε πολὺν χρόνον, ὥσπερ τι ἀνάθημα, μέχρις οὗ Ἀδριανὸς αὐτὴν ἰδὼν συνεχώνευσεν. Ἐπειδὴ δ' ἅπαξ τούτων ἐμνημόνευσα, καὶ ἐκεῖνο προσθήσω, ὅτι οὐδὲ τῇ οἰκίᾳ τῇ τοῦ Νέρωνος τῇ χρυσῇ ἠρκεῖτο, ἀλλά, καίτοι σφόδρα καὶ τὸ ὄνομα καὶ τὸν βίον τά τε ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ πάντα ἀγαπῶν καὶ ἐπαινῶν, ὅμως ᾐτιᾶτο αὐτὸν κακῶς τε ᾠκηκέναι, καὶ σκευῇ ὀλίγῃ καὶ ταπεινῇ χρῆσθαι λέγων· ἡ γυνὴ δὲ αὐτοῦ Γαλερία, ὡς ὀλίγου ἐν τῷ βασιλικῷ κόσμου εὑρεθέντος, κατεγέλα. Ἀλλ' οὗτοι μὲν ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἀναλίσκοντες, οὐδ' ἠρίθμουν τι ἐκ τῶν δαπανωμένων· οἱ δὲ δειπνίζοντες σφᾶς, ἐν μεγάλῳ κακῷ ἐγίγνοντο. καὶ γὰρ οὐδ' ὅλης τῆς ἡμέρας οἱ αὐτοὶ εἱστίων αὐτόν, ἀλλ' ἄλλοι μὲν ἀκρατίσασθαι παρεῖχον, ἄλλοι δὲ ἀριστῆσαι, ἕτεροι δὲ δεῖπνον, ἕτεροι μεταδόρπια τινὰ πλησμονῆς παραμύθια. ὥστε ὀλίγων ἡμερῶν διελθουσῶν, ἑκατὸν εἰς τὸ δεῖπνον μυριάδας ἀναλῶσαι. Γέλωτα

magnum æs alienum cōtraxerat. Itaque tunc tantam potētiam consecutus, cœpit multo grauiora facere: magnam diei partem noctisque consumere in comissationibus: crebroque vomere omnia, vt solo transitu ciborum nutriretur. Cui quidem rei ipse sufficere poterat: quamuis ceteri qui cum eo cœnabant, omnes misere interirent. ex quibus Vibius Crispus, cū incidisset in morbum, & ob eam causam per multos dies non interfuisset conuiuio, facete dixit, se, nisi ægrotauisset, omnino fuisse periturum. Fuit tempus principatus Vitellii nihil aliud quā ebrietas & comissationes. Etenim pretiosissima quæq;, etiā ab ipso vsq; Oceano, ne dicam vlterius, vndique terra marique conquisita, vsque adeo opipare apparabantur, vt *omnes cupediæ, et iq; eiusdem generis, ex eo etiam nunc *Vitelliani* nominētur. Quæ omnia quis sigillatim queat attingere? quando constet inter omnes, eum, quo tempore principatum tenuit, consumpsisse in cœnas † nouies millies sestertiū. Sed res huiuscemodi pretiosissimæ breui tempore defecerunt, quod omnia pretiosa esse oporteret. Patinam quidem vnam apparauit, in quam impendit †decies sestertium, linguis cerebellisque & iecoribus piscium, & quarundam auiū, in eam coniectis. Hanc patinam, cum fictilis esse nō posset propter magnitudinem, argenteam fecit: eaque diu permansit, veluti res diis consecrata; quousque Adrianus eandem conspicatus conflari iussit. Sed cum de his rebus mētionem fecerim, illud etiam addendū videtur, domum auream Neronis ei nequaquam satisfecisse. Cumq; nomen & vitam moresq; eius laudaret, hac in re tantummodo reprehēdebat, quod diceret eum habitauisse perperam, vsumque fuisse paruo & humili *apparatu. Vitellii vxor Galeria, ridere solebat, quod in regia parum ornatus reperisset. Ceterum quia hos sumptus de alieno faciebant, quamuis eos magnopere non computarent, tamen ii qui epulum dabant vicissim, magno incōmodo afficiebantur, licet conuiuium ab vno minime totum diē ageretur. Dabant enim alii ientacula, alii prandium, alii cœnam, alii *comissationes, veluti solatium pristinę satietatis. Ex quo factum est, vt paucis post diebus consumpta sint in cœnam † quadragies sestertium. Vitellius

† aureorum nonagies cētena milia, Bl. duas myriadas myriadum, & bis mille quingētasque dr. Gr.

† aureorum decem milia, Bl. xxv myriades drachm. Gr.

† aureorum quadraginta milia. Bl. centum myriades drachmarū, Gr.

plerisque risum excitabat. Cum enim videret grauitatem & maiestatem eius in publicis cõuentibus, cuius stupra ante cognouerant; sedereque in equo regio, ornatum chlamyde purpurea eum, quem sciebant veneto vestitu certatores equos in certaminibus abstersisse: deinde cũ tanta manu militum conscendere in Capitolium, quem nemo ante videre poterat in foro propter multitudinẽ creditorũ: postremo * coli ab omnibus, quem ne osculari quidẽ libenter voluerat quisquam: teneri non poterãt quin riderẽt. at ii qui pecunias ei crediderant, proficiscenti quidẽ in Germaniam institerant, ac vix datis fideiussoribus eum dimiserant: tunc autem non modo non ridebant, sed etiam lugentes sese occultabãt. At Vitellius, requisitis postea creditoribus, dicebat se reddidisse salutem pro credita pecunia; reposcebatque tabulas contractuum. Crebro veniebat in theatra, vt ad se plebis animos alliceret. Cœnabat familiariter vna cum optimatibus, vt eos sibi maiorem in modum deuinciret. Sæpe mentionem faciebat veterum sodalium, eosque habebat in honore. Neq; enim turpe aut se indignum putabat, si aliquẽ ex iis agnoscere videretur: quod plerique faciunt, qui elati maximis & insperatis honoribus, oderunt eos a quibus se intelligunt humiles antea & abiectos cognitos fuisse. Dum hæc faceret, exstitere sinistra prodigia. nam & cometes apparuit, & Luna, contra rationem statuti temporis, bis visa est deficere: quarto enim & septimo die obscurata est.* Præterea in oriente atque in occidente duo soles visi sunt eodem tempore: quorum hic imbecillis & pallidus, ille potens & clarus erat. Inuẽta quoq; sunt in Capitolio multa & magna vestigia quorũdam deorum, qui ex eo descendisse videbantur; renuntiatumque est a militibus, qui ea nocte in excubiis eius fuerant, templum Iouis sua sponte cum magno fragore apertum esse, atque ob eam causam nonnullos custodes perterritos & exanimatos fuisse. Quæ cum ita fierent, Vespasianus, qui bellum cum Iudæis gerebat, vt audiuit dissensionem esse inter Othonem & Vitellium, deliberare cœpit quid se facere oporteret. Summa erat in eum beneuolentia omnium, non solum propter gloriam belli Britannici, eiusque quod tum gerebat; sed etiam propter æquitatem & prudentiam ipsius: quibus rebus adducebantur vt se ab eo regi

μέντοι ὁ Βιτέλλιος πολλοῖς παρεῖχεν. ὁρῶντες γὰρ ἄνδρα σεμνοπροσωποῦντα ἐν ταῖς δημοσίαις προόδοις, ὃν ᾔδεσαν πεπορνευκότα· καὶ ἐφ' ἵππου βασιλικοῦ καὶ ἐν χλαμύδι πορφυρᾷ, ὃν ἠπίσταντο τοὺς ἀγωνιστὰς ἵππους ἐν τῇ * οὐενετίῳ ἐσθῆτι ψήχοντα· μετά τε ὄχλου στρατιωτῶν τοσούτου ἐς τὸ Καπιτώλιον ἀνιόντα, ὃν οὐδεὶς οὐδὲ ἐν τῇ ἀγορᾷ πρότερον διὰ τὸ τῶν δανειστῶν πλῆθος ἰδεῖν ἐδύνατο· καὶ προσκυνούμενον πρὸς πάντων ὃν οὐδεὶς οὐδὲ φιλῆσαί ποτε ἡδέως ἠθέλησεν· οὐκ εἶχον ὅπως τὸν γέλωτα κατάσχωσιν. οἵ γε μὴν δεδανεικότες τι αὐτῷ, ἐξορμῶντος μὲν αὐτοῦ ἐς τὴν Γερμανίαν, ἐπελάβοντο, καὶ μόλις ποτὲ κατεγγυηθέντα αὐτὸν ἀπέλυσαν· τότε δὲ οὐχ ὅσον οὐκ ἐγέλων, ἀλλὰ καὶ ἐφοβοῦντο καὶ κατεκρύπτοντο. καὶ αὐτοὺς ἀναζητῶν, τὴν τε σωτηρίαν σφίσιν ἐς τὸ ὀφειλόμενον ἀποδιδόναι ἔλεγε, καὶ τὰ συμβόλαια ἀπῄτει. Ἐπεφοίτα δὲ καὶ τοῖς θεάτροις συνεχῶς, ὥστε καὶ τὸν ὅμιλον ἀπ' αὐτῶν ἀναρτᾶσθαι. συνεσιτεῖτο δὲ καὶ τοῖς δυνατωτάτοις ἁπλοϊζόμενος, ὥστε αὐτοὺς ἔτι καὶ μᾶλλον προσεταιρίζεσθαι. τῶν τε ἀρχαίων συμβιωτῶν ἰσχυρῶς ἐμέμνητο, καὶ πάνυ αὐτοὺς ἐτίμα· οὐκ ἀπαξιῶν γνωρίζειν τινὰ αὐτῶν δοκεῖν, ὥσπερ ἕτεροι. πολλοὶ γὰρ ἐπὶ μέγα παραλόγως ἀρθέντες, μισοῦσι τοὺς συνειδότας σφίσι τὴν ἐν τῷ πρὶν ταπεινότητα. Πράττοντι δ' αὐτῷ ταῦτα, σημεῖα τοιάδε ἐγένετο. καὶ γὰρ κομήτης ἀστὴρ ἐφαντάσθη, καὶ ἡ σελήνη παρὰ τὸ καθεστηκὸς δὶς ἐκλελοιπέναι ἔδοξε· καὶ γὰρ τετάρτῃ καὶ ἑβδόμῃ ἐσκιάσθη. καὶ ἡλίους δύο ἅμα ἔκ τε τῆς ἀνατολῆς καὶ ἐκ τῆς δυσμῶν, τὸν μὲν ἀσθενῆ καὶ ὠχρὸν, ἐκεῖνον δὲ λαμπρὸν καὶ ἰσχυρὸν εἶδον. ἔν τε τῷ Καπιτωλίῳ ἴχνη πολλὰ καὶ μεγάλα δαιμόνων τινῶν, ὡς καὶ καταληλυθότων ἀπ' αὐτοῦ, ἑωράθη· καὶ ἔλεγον οἱ στρατιῶται οἱ τὴν νύκτα ἐκείνην αὐτῷ ἐγκεκοιτηκότες, ὅτι ὁ τοῦ Διὸς ναὸς αὐτόματος σὺν πολλῷ κτύπῳ ἀνεῴχθη, ὥστε τινὰς τῶν φυλάκων ἐκπλαγέντας ἀποψύξαι. Ἐπράχθη δὲ ταῦτα, καὶ ὁ Οὐεσπασιανὸς Ἰουδαίοις πολεμῶν, πυθόμενος τήν τε τοῦ Βιτελλίου καὶ τὴν τοῦ Ὄθωνος ἐπανάστασιν, ἐβουλεύετο ὅ τι χρὴ πρᾶξαι. ἦν τε γὰρ τῶν ἀνθρώπων εὔνοια πολλὴ ἐπ' αὐτόν. ἥ γὰρ ἐκ τῆς Βρεττανίας δόξα, καὶ ἡ ἐκ τοῦ ἐν χερσὶ πολέμου εὔκλεια, τό τε ἐπιεικὲς καὶ φρόνιμον αὐτοῦ, πρὸς ἐπιθυμίαν σφᾶς ἦγε τῆς παρ' αὐτοῦ

προστασίας.

προσταλείας. καὶ ὁ Μουκιανὸς ἰσχυρῶς προσέκειτο, ἐλπίζων τὸ μὲν ὄνομα τῆς ἀρχῆς ἐκεῖνον ἕξειν, καὶ αὐτὸς δὲ διὰ τὴν ἐπιείκειαν αὐτοῦ ἰσομοιρήσειν. αἰσθόμενοι δὲ οἱ στρατιῶται τοῦτον, καὶ περιστάντες τὴν σκηνὴν αὐτοῦ, ἀνεῖπον αὐτὸν αὐτοκράτορα. Ἐγεγόνει μὲν οὖν καὶ σημεῖα καὶ ὄνειροι τῷ Οὐεσπασιανῷ, τὴν μοναρχίαν ἐκ πολλοῦ δηλοῦντα, ἃ καὶ ἐν τῷ αὐτοῦ βίῳ λελέξεται. τηνικαῦτα δὲ τὸν μὲν Μουκιανὸν ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐπὶ τὸν Βιτέλλιον ἔπεμψεν· αὐτὸς δέ, τά τε ἐν τῇ Συρίᾳ ἐπιδών, καὶ τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Ἰουδαίους ἄλλοις τισὶ προστάξας, ἐς τὴν Αἴγυπτον ἐκομίσθη· καὶ συνέλεγε χρήματα, ὧν που καὶ τὰ μάλιστα ἐχρῆζε, καὶ σῖτον, ἵν᾽ ὅτι πλεῖστον ἐς τὴν Ῥώμην ἀποστείλῃ. Οἱ δὲ ἐν τῇ Μυσίᾳ στρατιῶται, τὰ κατ᾽ αὐτὸν πεπυσμένοι, οὐδ᾽ ἀνέμειναν τὸν Μουκιανόν, (ἐπυνθάνοντο γὰρ ἐν ὁδῷ εἶναι) ἀλλ᾽ Ἀντώνιον Πρῖμον, φυγόντα μὲν ἐκ καταδίκης ἐπὶ τοῦ Νέρωνος, καταχθέντα δὲ ὑπὸ τοῦ Γάλβα, καὶ τοῦ Παννονικοῦ στρατοπέδου ἄρχοντα, εἵλοντο στρατηγόν. καὶ εἶχεν οὗτος τὴν αὐτοτελῆ ἀρχήν, μήθ᾽ ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος μήθ᾽ ὑπὸ τῆς γερουσίας αἱρεθείς. τοσαύτη τῶν στρατιωτῶν ἦν πρός τε τὸν Βιτέλλιον ὀργή, καὶ πρὸς τὰς ἁρπαγὰς ὁρμή. οὐ γάρ που καὶ ἐπ᾽ ἄλλο τι ταῦτα ἔπραττον, ἢ ἵνα τὴν Ἰταλίαν διαρπάσωσιν· ὃ καὶ ἐγένετο. Ἀκούσας ταῦτα ὁ Βιτέλλιος, αὐτὸς μὲν κατὰ χώραν ἔμεινε, τῇ τε ἄλλῃ τρυφῇ καὶ τότε χρώμενος, καὶ ἀγῶνας μονομαχίας τιθείς· ἐν οἷς καὶ ὁ Σπόρος, μέλλων ἐν κόρης ἁρπαζομένης σχήματι ἐς τὸ θέατρον εἰσαχθήσεσθαι, οὐκ ἠνέσχετο τὴν ὕβριν, ἀλλ᾽ ἑαυτὸν προαπέσφαξε. τῷ δὲ δὴ Ἀλιηνῷ τὸν πόλεμον μεθ᾽ ἑτέρων προσέταξεν. Ἀλιηνὸς δέ, ἐς μὲν τὴν Κρεμῶνα ἀφίκετο, καὶ προκατέλαβεν αὐτήν· ὁρῶν δὲ τοὺς στρατιώτας τοὺς μὲν ἑαυτοῦ ἔκ τε τῆς τρυφῆς τῆς ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐκδεδιῃτημένους, καὶ ἐκ τῆς ἀγυμνασίας διατεθρυμμένους, τοὺς δὲ ἑτέρους καὶ τοῖς σώμασι γεγυμνασμένους καὶ ταῖς ψυχαῖς ἐρρωμένους, ἐφοβεῖτο. καὶ μετὰ τοῦτο, ἐπεὶ καὶ λόγοι αὐτῷ παρὰ τοῦ Πρίμου φίλιοι ἦλθον, συνεκάλεσε τοὺς στρατιώτας, καὶ τήν τε τοῦ Βιτελλίου ἀσθένειαν, καὶ τὴν τοῦ Οὐεσπασιανοῦ ἰσχύν, τόν τε ἑκατέρου τρόπον εἰπών, μεταστῆναι ἔπεισε. καὶ τότε μὲν τάς [τε] τοῦ Βιτελλίου εἰκόνας ἀπὸ τῶν σημείων καθεῖλον, καὶ ὑπὸ τοῦ Οὐεσπασιανοῦ ἄρξεσθαι ὤμοσαν. διαλυθέντες δὲ καὶ ἐς τὰς σκηνὰς ἀναχωρήσαντες, μετενόησαν· καὶ ἐξαίφνης σπουδῇ καὶ θορύβῳ πολλῷ συστραφέντες, τὸν Βιτέλλιον αὐτοκράτορα

cuperent. Instabat Mucianus vehementer, quod speraret illum quidem nomen Imperatoris habiturum, sed futurum tamen & se, propter illius æquitatem, Imperii participẽ. Quibus cognitis rebus, milites circumsistunt tabernaculum Vespasiani, eumq; Imperatorem renunciant. Neq; vero defuere Vespasiano prodigia & somnia, quibus ei futurum Imperium fuerat longo tempore ante significatum; eaque nos, cum ad vitam eius venerimus, attingemus. Igitur Vespasianus primo quoq; tẽpore Mucianum in Italiam contra Vitellium mittit: ipse, inspectis rebus Syriæ, præfectisque aliis ducibus bello Iudaico, in Ægyptum cõtendit; ibique pecuniam, qua maxime ei opus erat, colligit; cõparatq; frumentum; vt Romã, quam maximum numerum potest, mittat. Legiones quæ erant in Mysia, cognitis iis quæ de Vespasiano perferrentur, Muciano nequaquam exspectato, quẽ audiebant esse in itinere, Antonium Primum ducem suum deligunt. is fuerat a Nerone missus in exsilium; post vero, a Galba restitutus, Pannonico exercitui præerat; eoque tempore neque ab Imperatore, neq; a Senatu delectus, summum Imperium habuit. tanta erat in Vitellium indignatio militum, tanta prædandi cupiditas. Neq; enim milites hæc ob aliam causam agebant, quam vt Italiam diriperent: id quod factum est. Vitellius, cognitis his rebus omnibus, nihilo minus remanet in Vrbe: neque vero a deliciis abstinet, sed præter cetera ludos gladiatorios facit. In his ludis Sporus, cum eum ornatu raptæ puellę oporteret in theatrum venire, neq; posset talem contumeliam pati, mortem sibi consciuit. Vitellius Alienum cum paucis bello præficit. Alienus Cremonam venit, oppidumque occupat. Post, vbi videt suos milites propter delicias Vrbis intemperantes, nimioq; otio molles & effœminatos esse; contraq; hostes corporibus exercitatis, magnisque animis; timere cœpit: dein, vt ei a Primo litteræ amicæ venerunt, conuocauit milites; iisq; exposita imbecillitate Vitellii, viribusq; Vespasiani, ac vtriusq; moribus, persuasit vt in partes Vespasiani transirent. Illi delent imagines Vitellii ex signis, iurantque se sub Imperio Vespasiani fore: vixque dimissi in tentoria reuerterant, cum eos facti pœnitere cœpit. Itaq; repente magno studio ac tumultu congregati, rursum Vitellium

Imperatorem vocant, Alienumque, quasi essent ab eo proditi, vinculis constringunt, nulla consulatus eius habita ratione: quæ præsertim fieri solent in bellis ciuilibus. Cumque iam esset ingens tumultus in exercitu Vitellii, tum lunæ defectio eum longe fecit maiorem; non tantum quod obscurata est, (quamquam hæc terrorem iniiciunt tumultuantibus) sed etiam quod sanguinolenta atraque esse, aliosque horribiles colores emittere visa est. Hi enim nihilo magis decedere de sententia, aut aliquid remittere, sed ad manus venire inter se, pugnareque alacriter: etsi (vt dixi) Vitellianis dux non erat, quod Alienus Cremonæ esset in vinculis. Pugnatur interdiu ac noctu vtrimque æquo Marte. Nox enim inuenit pugnātes; nec ea quidem prœliū dirimere potuit. tanta erat ira, tanta vincendi cupiditas. Agnoscebant se inter se, atque vna colloquebantur: non eos placabat fames, non labor, non frigus, non tenebræ, non accepta vulnera, non cædes, non reliquiæ mortuorū, non multitudo pereuntium: tanta denique insania vtrosque pariter ceperat, vt ne propter noctem quidem quæ superuenit, (vt dixi) aliquid remitterēt. Videre licebat, quoties luna luceret, (nam interdum occultabatur nubibus) pugnare illos nonnumquā, nonnumquam stare, *ad hastas adhærescere, sedere, simul clamorem tollere: hi Vespasianum, illi Vitellium Imperatorem dicere: *vocare se mutuo, conuitiari, laudare: sed & priuatim alter ita alterum admonere; *Mi commilito & ciuis, quid facimus? cur pugnamus? huc transi ad me. Nequaquam*, inquit alter: *tu ad me potius.* Cui vero mirum nō videatur, quod, cum mulieres ex oppido esculenta & poculenta de nocte ad Vitellianos attulissent, non modo se ipsi cibo potuque, sed etiam aduersarios refecerunt. vocabat quisque aduersarium nominatim; (omnes enim fere se nouerant, ac tum agnoscebant) *Accipe*, inquit, *mi commilito, ede: non enim tibi gladium prabeo, sed panem. accipe rursum, & bibe: non enim tibi scutum, sed poculū trado: vt siue tu me interficias, siue ego te, moriamur facilius: atque vt ne me eneruata aut imbecilli manu occidas, aut ego te. hæ nostræ sint exsequiæ, nobis adhuc viuētib.*

αὖθις ἀνεκάλουν· καὶ τὸν Ἀλιηνόν, ὡς καὶ προδιδόντα *σφᾶς, ἔδησαν, οὐδὲν οὐδὲ τῆς ὑπατείας αὐτοῦ προτιμήσαντες. τοιαῦτα γὰρ τὰ τῶν πολέμων τῶν ἐμφυλίων μάλιστα ἔργα ἐστί. Ταραχῆς οὖν καὶ κατὰ τοῦτο πολλῆς ἐν τῷ τοῦ Βιτελλίου στρατοπέδῳ οὔσης, ἐπηύξησεν αὐτὴν ἡ σελήνη τῆς νυκτὸς ἐκλιποῦσα, οὐχ ὅτι καὶ ἐσκιάσθη, (καίτοι τοῖς θορυβουμένοις καὶ τὰ τοιαῦτα φόβον φέρει) ἀλλ' ὅτι καὶ αἱματώδης καὶ μέλαινα, ἄλλα τε τινὰ χρώματα φοβερὰ ἀφιεῖσα ὤφθη. οὐ μέντοι καὶ παρὰ τοῦτο οὔτε μετετίθεντο οὔτε ἐνεδίδοσαν· ἀλλ' ἐς χεῖρας ἀλλήλοις ἐλθόντες, προθυμότατα ἠγωνίσαντο· καίπερ ἀνάρχητοι, ὥσπερ εἶπον, οἱ Βιτέλλειοι ὄντες. ὁ γὰρ Ἀλιηνὸς ἐν τῇ Κρεμώνῃ ἐδέδετο. κἀκ τούτου καὶ ἴση καὶ ἀντίρροπος οὐκ ἐν τῇ ἡμέρᾳ μόνῃ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ νυκτὶ ἡ μάχη αὐτῶν ἐγένετο. καὶ νὺξ αὐτὴν ἐπέλαβε, καὶ οὐδὲ ἐκείνη σφᾶς διέλυσε· τοσαύτη που καὶ ὀργῇ καὶ προθυμίᾳ, καίπερ καὶ γνωρίζοντες ἀλλήλους καὶ λαλοῦντες σφίσιν, ἐχρήσαντο. ὅθεν οὔθ' ὁ λιμὸς αὐτούς, οὔτε ὁ κάματος, οὔτε τὸ ψῦχος, οὔθ' ὁ σκότος, οὐ τὰ τραύματα, οὐχ οἱ φόνοι, οὐ τὰ λείψανα τῶν νεκρῶν, οὐ τὸ πλῆθος τῶν *ἀπολλυμένων ἐτάραττε. τοιαύτη τις μανία ἀμφοτέρους ὁμοίως κατεῖχεν· οὐκουν οὐδὲ τῆς νυκτὸς ἐπελθούσης (ὥσπερ εἶπον) ἐνέδοσαν· καὶ ἦν ἰδεῖν, ὁσάκις γε καὶ ἡ σελήνη διέλαμψε, (νέφη γὰρ αὐτὴν ἔσθ' ὅτε συνέκρυπτεν) ἔστι μὲν ὅτε μαχομένους αὐτούς, ἔστι δ' ὅτε ἑστηκότας, ἢ καὶ ἐπὶ τὰ δόρατα ἐρηρεισμένους, ἢ καθημένους. καὶ τοτὲ μὲν κοινῇ συνεβόων, οἱ μὲν τὸν Οὐεσπασιανόν, οἱ δὲ τὸν Βιτέλλιον ὀνομάζοντες, καὶ ἀντιπροεκαλοῦντο ἀλλήλους, λοιδοροῦντές τε καὶ ἐπαινοῦντες ἑκατέρους· τοτὲ δὲ καὶ ἰδίᾳ ἄλλος ἄλλῳ διελέγετο, Συστρατιῶτα, πολῖτα, τί ποιοῦμεν; τί μαχόμεθα; δεῦρ' ἧκε πρὸς ἐμέ. Μὴ δῆτα, ἀλλὰ σὺ πρὸς ἐμέ. καὶ τί ἄν τις τοῦτο θαυμάσειεν, ὁπότε καὶ σιτία καὶ ποτὰ αἵ τε γυναῖκες ἐκ τῆς πόλεως τοῖς τοῦ Βιτελλίου στρατιώταις τῆς νυκτὸς ἐνεγκοῦσαι ἐδίδοσαν· καὶ ἐκεῖνοι αὐτοί τε ἔφαγον καὶ ἔπιον, καὶ τοῖς ἀντιμαχομένοις ὤρεγον. καί τις αὐτῶν ὀνομαστὶ τὸν ἀντίπαλον ἀνακαλέσας, (πάντες γάρ, ὡς εἰπεῖν, ᾔδεσαν ἀλλήλους καὶ ἐγνώριζον) *Λαβέ, ἔφη, συστρατιῶτα, καὶ φάγε· οὐ γὰρ ξίφος ἀλλ' ἄρτον σοι δίδωμι. λαβὲ καὶ πίε· οὐ γὰρ ἀσπίδα, ἀλλὰ κύλικά σοι προτείνω· ἵνα, ἄν τε σὺ ἀποκτείνῃς ἐμέ, ἄν τε καὶ ἐγὼ σέ, ῥᾷον ἀπαλλάξωμεν, μηδὲ ἐκλελυμένῃ καὶ ἀσθενεῖ τῇ χειρὶ μήτε σὺ ἐμὲ κατακόψῃς, μήτε ἐγὼ σέ. ταῦτα γὰρ ἡμῖν ζῶσιν ἔτι τὰ ἐναγίσματα· καὶ Βιτέλ-

καὶ Βιτέλλιος καὶ Οὐεσπασιανὸς διαμάχονται, ἵν' ἡμᾶς τοῖς πάλαι νεκροῖς καταθύσωσι. Τοιαῦτα δ' οὖν τινες πρὸς ἀλλήλους εἰπόντες, καὶ ἀναπαυσάμενοι χρόνον τινὰ, καὶ ἐμφαγόντες, πάλιν ἀνεμαχέσαντο· εἶτ' ἀνασχόντες, αὖθις συνέβαλλον. Καὶ ταῦθ' οὕτω δι' ὅλης νυκτὸς μέχρι τῆς ἕω ἐγίγνετο. ἔνθα δὴ καὶ τοιόνδε τι δύο ἄνδρες τῶν Οὐεσπασιανείων ἔπραξαν. ἐπειδὴ γὰρ ἰσχυρῶς ἐκ μηχανήματός τινος ἐβλάπτοντο, ἀσπίδας τε ἐκ τῶν Βιτελλείων σκύλων ἥρπασαν, καὶ τοῖς ἀντικαθεστηκόσι μιχθέντες, ἔλαθον μέχρι τῆς μηχανῆς ἐλθόντες ὡς καὶ ἐκείνων ὄντες· καὶ τὰ σχοινία αὐτῆς διέκοψαν, ὥστε μηδὲν ἔτι βέλος αὐτῆς ἀφεῖναι δυνηθῆναι. Ἀνατείλαντος δὲ τοῦ ἡλίου, καὶ τῶν στρατιωτῶν ἐκ τοῦ τρίτου στρατοπέδου τοῦ Γαλατικοῦ καλουμένου, καὶ ἐν τῇ Συρίᾳ χειμάζοντος, τότε δὲ κατὰ τύχην ἐν τῇ τοῦ Οὐεσπασιανοῦ μερίδι ὄντες, ἀσπασαμένων αὐτὸν ἐξαίφνης, ὥσπερ εἰώθεσαν, ὑποτοπήσαντες οἱ τοῦ Βιτελλίου τὸν Μουκιανὸν παρεῖναι, ἠλλοιώθησαν· καὶ ἡττηθέντες ὑπὸ τῆς βοῆς, ἔφυγον. (οὕτω που καὶ τὰ βραχύτατα μεγάλως τοὺς προκεκμηκότας ἐκπλήσσει) καὶ ἐς τὸ τεῖχος ἀναχωρήσαντες, χεῖράς τε προετείνοντο καὶ ἱκέτευον. καὶ ἐπεὶ μηδεὶς αὐτῶν εἰσήκουεν, ἔλυσαν τὸν ὕπατον, καὶ αὐτὸν τῇ τε ἐσθῆτι τῇ ἀρχικῇ καὶ ταῖς ῥάβδοις κοσμήσαντες, ἔπεμψαν ἀνθ' ἱκετηρίας, καὶ ἔτυχον τῶν σπονδῶν. ὁ γὰρ Ἀλιῆνος, διά τε τὸ ἀξίωμα, καὶ διὰ τὴν ξυμφορὰν, ἔπεισε ῥᾳδίως τὸν Πρῖμον τὴν ὁμολογίαν σφῶν δέξασθαι. ὡς μέντοι αἵ τε πύλαι ἀνεῴχθησαν, καὶ ἐν ἀδείᾳ πάντες ἐγίγνοντο, τότε δὴ ἐξαίφνης πανταχόθεν τε ἅμα εἰσέδραμον, καὶ διήρπασαν πάντα καὶ ἐνέπρησαν. καὶ ἐγένετο καὶ τοῦτο τὸ πάθος οὐδενὸς τῶν δυστυχεστάτων σμικρότερον. ἥ τε γὰρ πόλις καὶ μεγέθεσι καὶ κάλλεσιν οἰκοδομημάτων ἤσκητο, καὶ χρήματα παμπληθῆ καὶ τῶν ἐπιχωρίων καὶ τῶν ξένων ἐς αὐτὴν συνεληλύθει. καὶ τά γε πλείω κακὰ οἱ Βιτέλλειοι ἔδρασαν, ἅτε καὶ τὰς οἰκίας τῶν πλουσιωτάτων καὶ τὰς διεξόδους τῶν στενωπῶν ἀκριβῶς εἰδότες. οὐδ' ἔμελεν αὐτοῖς εἰ, ὧν ὑπερεμαχέσαντο, τούτους ἀπώλεσαν, ἀλλ' ὡς καὶ αὐτοὶ καὶ ἠδικημένοι καὶ κεκρατηκότες, ἔπαιον, ἔσφαττον· ὥστε [καὶ] πέντε μυριάδας σὺν τοῖς ἐν τῇ μάχῃ πεσοῦσιν ἀπολέσθαι. Βιτέλλιος δὲ, ὡς ἐπύθετο τῆς ἥττης, τέως μὲν ἐθορυβεῖτο, τὸ μέν τι καὶ ὑπὸ σημείων ταραχθεὶς, (θύσαντος γὰρ αὐτοῦ θυσίαν τινὰ, καὶ ἐπ' αὐτῇ δημηγοροῦντος τοῖς στρατιώταις, γῦπες

Vitellius enim & Vespasianus bellum gerũt inter se, vt nos iis qui iam olim mortui sunt, mactent. Hæc atque alia eiusdem generis cũ inter se dixissent, cessatur aliquamdiu, & comeditur: eoque facto pugnatur iterum: paulo post, pugnam intermittunt: deinde renouant. Hæc totam noctem, quousque illuxit, facta sunt. Tum autem duo ex militibus, qui Vespasiani partes sustinebant, quiddam tale fecerunt. Cum enim graue damnum caperent ex aliqua machina, raptis scutis ex spoliis Vitellianorum qui iam ceciderant, permixtique cum aduersariis, clam ad machinam veniũt pro Vitellianis; funesque eius incidunt, vt ex ea nullum telum amplius emitti posset. *Orto sole, milites tertiæ legionis (ea Gallica nominatur) quæ hibernat in Syria, aderatque tum forte cum iis qui Vespasiani partes tuebantur; † eum illico salutant, vt ante consueuerãt. Qua ex re Vitelliani rati Mucianum venisse, perterriti victique clamore, in fugam se coniiciunt: & cum ante maximos labores sustinuissent, minima re perterrẽtur. Post hæc ad murum se recipiunt, passisq; manibus obtestantur victores: cumque a nemine exaudirentur, Consulem dissoluerunt, eumque ornatum veste consulari miserunt cum fascibus supplicandi causa; ac postulata fœdera per eum impetrauerunt. Alienus enim, propter dignitatem suam, facile Primo persuasit vt conditiones eorum acciperet. Postquam portæ vrbis apertæ, atque ipsi omnes in tuto fuerunt, concurrunt vndiq;, cunctaq; rapinis & incendiis vastant. Fuit hæc grauissima calamitas, propterea quod Cremona erat maximis atque pulcherrimis ædificiis ornata, magnaque vis pecuniæ a ciuibus & peregrinis in eam coacta fuerat. Huic vrbi Vitelliani, vt qui ædes locupletum, & exitus vicorum nouerãt, maiora incommoda attulerunt. Nec enim piguit eos ciues pro quibus pugnauerant, perdere; sed, quasi ab iis iniuriam accepissent, eosque vicissent, violare, percutere, atque occidere ausi sunt; ita vt cum iis qui in prœlio ceciderũt, desiderata sint hominum quinquaginta milia. Vitellius, de hac clade certior factus, vehemẽter tumultuari cœpit, nõ solum perturbatus prodigiis, q; peracto quodã sacrificio, cũ eius causa apud milites cõcionaretur, magnus numerus

solem illico salutant, al.

vulturum irruit, discerpsitq; exta, ac ipsum fere de tribunali deturbauit: sed multo etiã magis propter nuntiũ acceptæ calamitatis. Itaque fratrem suum Tarracinas celeriter mittit, munitumq; oppidũ per eum retinet. Sed cum exercitus Vespasiani Romã aduentaret, ita perterritus obstupuit, vt nihil certi ageret aut sentiret, sed temere sursum deorsum ferretur, velut in maxima tẽpestate. modo enim Imperium arcte tenere, accurateque defendere conabatur; seq; ad bellum gerendum parabat: modo vltro deponebat, quod statueret priuatam vitam agere: interdũ ferebat chlamydẽ purpuream, accingebatq; gladiũ; interdum pulla veste induebatur: concionem habebat in Palatio foroq;, ac milites nonnumquã ad prœliũ, nonnumquam ad pacem faciendam cohortabatur: partim deuouere se pro salute Reipublicę: partim captare misericordiã; eiusq; rei causa filiũ, quem tenebat in manibus, amplexari, & ante oculos eorum ponere: dimittere prætorianos, rursum accersere: domũ fratris se recipere relicto Palatio; mox eodem reuerti: ita vt ex iis rebus permulti studium quod habebant in ipsum, remitterent. Nam cum is maximo furore huc & illuc discursaret, idq; illi viderent, non amplius imperata facere, neq; res eius magis quam suas curare, ridereque eum multis de causis, sed in primis quod in concionibus gladium tradebat Cõsulibus & Senatui, vt ex eo summum Imperiũ deponeret: quem dum nemo ex Senatoribus auderet capere, ii qui aderant, multo magis ridebant. Quas ob res, præsertim cum iam Primus appropinquaret, C. Quintius Atticus, & Cn. Cæcilius Simplex Consules, & Sabinus ꝑpinquus Vespasiani, aliiq; primarii viri, simul cõueniunt, dictisque sentẽtiis, in Palatiũ contendunt cum militibus suarũ partium, vt aut persuaderẽt Vitellio, aut eum cogerent Imperiũ deponere. Sed cũ inci-

Celtas. Gr.

dissent in † Germanos custodes Vitellii, *misere afflicti discedũt, atq; in Capitolium perfugiunt. Eodẽ Domitianum Vespasiani filiũ, propinquósq; eius accersunt, præsidiisq; muniunt. Postridie eius diei, Vitelliani contra eos irruere. hi impetum illorum propulsauere aliquamdiu. sed cũ incẽsis

πολλοὶ περιπεσόντες, τά τε ἱερὰ διεσκέδασαν, καὶ ἐκεῖνον ἀπὸ τοῦ βήματος ὀλίγου δεῖν κατέβαλον) τὸ δὲ δὴ πλέον διὰ τὴν ἀγγελίαν τῆς ἥττης· καὶ τὸν μὲν ἀδελφὸν διὰ ταχέων εἰς Ταρρακίνας ἔπεμψε, καὶ δι' αὐτοῦ τὴν πόλιν κατέσχεν ἰσχυρὰν οὖσαν. Τῶν δὲ δὴ τοῦ Οὐεσπασιανοῦ στρατηγῶν ἐπιόντων τῇ Ῥώμῃ, ἐξεπλάγη τε καὶ ἐξέστη. ἓν μὲν γὰρ οὐδὲν οὔτε ἔπραττεν οὔτε ἐφρόνει, ἐμπλήκτως δὲ ἄνω καὶ κάτω ἐφέρετο, ὥσπερ ἐν κλύδωνι. καὶ γὰρ ἀντείχετο τῆς ἡγεμονίας, καὶ πάντως ὡς καὶ πολεμήσων παρεσκευάζετο· καὶ ἑκὼν αὐτὴν ἠφίει, καὶ πάντως ὡς καὶ ἰδιωτεύσων ἡτοιμάζετο· καὶ ἔστι μὲν ὅτε τὴν χλαμύδα τὴν πορφυρᾶν ἐφόρει, καὶ ξίφος παρεζώννυτο, ἔστι δ' ὅτε ἐσθῆτα φαιὰν ἀνελάμβανεν· * ἐδημηγόρει τε καὶ ἐν τῷ παλατίῳ καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ ἄλλοτε ἄλλα, ἐπί τε μάχην καὶ ἐπὶ διαλλαγὰς αὐτοὺς προτρεπόμενος. καὶ ποτὲ μὲν καὶ ἑαυτὸν ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ δὴ ἐπεδίδου, ποτὲ δὲ καὶ τὸ παιδίον κατέχων καὶ φιλῶν, προέβαλλεν * αὐτοῖς ὡς ἐλεηθησόμενος. * τούτῳ δορυφόρους ἀπήλλαττε, καὶ πάλιν μετεπέμπετο. τό τε παλάτιον ἐκλιπὼν ἂν, καὶ ἐς τὴν τοῦ ἀδελφοῦ οἰκίαν ἀπιὼν, εἶτα ἀνεκομίζετο. ὥστε ἐκ τούτων καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς πλείστους τῆς σπουδῆς παραλῦσαι. ὁρῶντες γὰρ αὐτὸν δεῦρο καὶ ἐκεῖσε ἐμμανῶς ᾄττοντα, οὔτε τι τῶν προσταττομένων σφίσιν ὁμοίως ἔπραττον, οὔτε τὰ ἐκείνου μᾶλλον ἢ τὰ σφῶν διεσκόπουν. καὶ τά τε ἄλλα αὐτὸν ἐκερτόμουν, καὶ μάλιστα ὁπότε τὸ ξίφος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῖς τε ὑπάτοις καὶ τοῖς ἄλλοις βουλευταῖς ὤρεγεν, ὡς καὶ τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν δι' αὐτοῦ ἀποτιθέμενος. οὔτε γὰρ ἐκείνων τις λαβεῖν αὐτὸ ἐτόλμα, καὶ οἱ περιεστηκότες ἐχλεύαζον. Πρὸς οὖν ταῦτα, ἄλλως τε καὶ πελάζοντος ἤδη τοῦ Πρίμου, συνελθόντες οἵ τε ὕπατοι Γάιος Κυΐντιος Ἀττικὸς, καὶ Γναῖος Κεκίλιος Σίμπλιξ, καὶ Σαβῖνος, (συγγενὴς ἐστὶ Οὐεσπασιανοῦ) τῶν τε ἄλλων οἱ πρῶτοι, γνώμας ἐποιήσαντο, καὶ εἰς τὸ παλάτιον ὥρμησαν σὺν τοῖς ὁμογνωμονοῦσι σφίσι στρατιώταις, ὡς ἢ πείσοντες ἢ καὶ καταναγκάσοντες τὸν Βιτέλλιον τὴν ἀρχὴν ἀπειπεῖν· καὶ περιπεσόντες τοῖς Κελτοῖς τοῖς φρουροῦσιν αὐτὸν, κακῶς ἀπήλλαξαν· κἀκ τούτου ἔς τε τὸ Καπιτώλιον ἀνέφυγον· κἀνταῦθα τὸν Δομιτιανὸν τὸν τοῦ Οὐεσπασιανοῦ υἱὸν, καὶ τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ, μεταπεμψάμενοι, ἐν φυλακῇ ἐποιήσαντο. τῇ δ' ὑστεραίᾳ προσβαλόντων σφίσι τῶν ἐναντίων, χρόνον μέν τινα ἀπεκρούσαντο αὐτούς· ἐμπρησθέντων δὲ

τῶν περὶ

τὸ περὶ τὸ Καπιτώλιον, ἀνεκόπησαν ὑπὸ τοῦ πυρός. καὶ οὕτως ἐπαναβάντες οἱ τοῦ Βιτελλίου στρατιῶται, ἐκείνων τε συχνοὺς ἐφόνευσαν, καὶ διαρπάσαντες πάντα τὰ ἀναθήματα, κατέπρησαν ἄλλα τε καὶ τὸν ναὸν τὸν μέγαν· τόν τε Σαβῖνον καὶ τὸν Ἀττικὸν συλλαβόντες, πρὸς τὸν Βιτέλλιον ἔπεμψαν. Δομιτιανὸς δὲ, καὶ Σαβῖνος ὁ τοῦ Σαβίνου παῖς, ἐν τῷ πρώτῳ θορύβῳ διαφυγόντες ἐκ τοῦ Καπιτωλίου, καὶ ἐς οἰκίας τινὰς κατακρυφθέντες ἐλελήθησαν. Ὡς δ' οἱ Οὐεσπασιανοὶ στρατιῶται πλησίον ἐγένοντο, οὓς ὅ τε Κύιντος Πετίλιος Κερεάλιος βουλευτὴς τῶν πρώτων, καὶ τῷ Οὐεσπασιανῷ κατ' ἐπιγαμίαν τινὰ προσήκων, καὶ ὁ *Πρίσκος ὁ Ἀντώνιος ἦγον, (ὁ γὰρ Μουκιανὸς οὔπω ἐπεφθάκει) ἐν πάνυ δέει ὁ Βιτέλλιος ἐγένετο. * οὗτοι γὰρ πρότερον μὲν δι' ἀγγέλων τινῶν, ἔς τε λάρνακας μετὰ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐς ταρίχους ὀπώραν ἔχοντας, ἢ καὶ καλάμους ὀρνιθευτῶν, τὰ γράμματα ἐμβάλλοντες, πάντα τὰ ἐν τῇ πόλει δρώμενα ἐμάνθανον, καὶ πρὸς ἐκεῖνα ἐβουλεύοντο. τότε δὲ, ἰδόντες τὸ πῦρ ἐκ τοῦ Καπιτωλίου ὥσπερ ἐκ φρυκτωρίας ὁρώμενον, ἐπείχθησαν. καὶ πρότερος τῇ πόλει μετὰ τοῦ ἱππικοῦ Κερεάλιος προσέβαλλεν. ὁ δὲ Βιτέλλιος, τὴν βουλὴν συναγαγὼν, *πρέσβεις παρ' αὐτῶν μετὰ τῶν ἀειπαρθένων πρὸς τὸν Κερεάλιον ἔπεμψαν. ὡς δ' οὐδεὶς αὐτῶν εἰσήκουσεν, ἀλλ' ὀλίγου καὶ ἀπέθανον, πρός τε τὸν Πρῖσκον καὶ αὐτὸν ἤδη προσπελάζοντα ἦλθον, καὶ λόγου μὲν ἔτυχον, ἔπραξαν δ' οὐδέν. οἱ γὰρ στρατιῶται ἐπ' αὐτὸν ὀργῇ ἐχώρησαν, καὶ τήν τε φυλακὴν τὴν τῆς *Τιβέριδος γεφύρας ῥᾳδίως ἔλυσαν. ἐπεὶ γὰρ ἐνστάντες ἐς αὐτὴν ἐκώλυσαν σφᾶς διελθεῖν, διενήξαντο τὸν ποταμὸν οἱ ἱππεῖς, καὶ κατὰ τοῦ νώτου σφίσιν ἐπέπεσον. καὶ μετὰ τοῦτο ἄλλοι ἄλλῃ ἐσβαλόντες, οὐδὲν ὅ τι τῶν δεινοτάτων οὐκ ἐποίησαν. πάντα γὰρ ὅσα τῷ Βιτελλίῳ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ οὖσιν ἐπεκάλουν, καὶ δι' ἃ καὶ πολεμεῖν σφίσιν ἐσκήπτοντο, ἔδρασαν καὶ ἀπέκτειναν πολλούς. συχνοὶ δὲ καὶ αὐτῶν ἀπὸ τῶν *τεγῶν τῷ κεράμῳ βαλλόμενοι, καὶ ἐν ταῖς στενοχωρίαις ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἀθροισαμένων ὠθούμενοι, ἀπώλοντο· ὥστε [ἐς] πέντε μυριάδας ἀνθρώπων ὅλας ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις φθαρῆναι. Τῆς οὖν πόλεως πορθουμένης, καὶ τῶν ἀνθρώπων τῶν μὲν μαχομένων, τῶν δὲ φευγόντων, καὶ ἤδη καὶ αὐτῶν ἐκείνων (ὅπως τῶν ἐσεληλυθότων δόξαιεν εἶναι, σφάζωσι) καὶ ἁρπαζόντων τινὰ καὶ φονευόντων, ὁ Βιτέλλιος φοβηθεὶς, χιτωνίσκον τε ῥακώδη καὶ ῥυπαρὸν ἐνέδυ, καὶ ἐς

iis quæ circum Capitolium erant, igni impedirentur, Vitelliani ascendunt in Capitolium, magnumq; numerum eorum concidunt: direptisque iis omnibus quæ in Capitolio reposita erant, ac præter alia loca, magno templo Iouis Opt. Max. incenso, Sabinum & Atticum captos ad Vitellium mittunt: nam Domitianus, & Sabinus filius, in primo tumultu fugerant ex Capitolio, & abditi in quibusdam ædibus, latuerant. Postquã nõ longe abfuerunt Vespasiani milites, quos Q. Petilius Cerealis, vnus ex primis Senatoribus, & Vespasiani affinis; & item Antonius Priscus ducebant, (nam Mucianus nõdum venerat) Vitellius summe pertimuit. Illi enim primũ per nuntios, *deinde per litteras in vrnas inter mortuos coniectas, & in corbes in quibus fructus erant, & item in arundines aucupum, fiebant certiores omniũ quæ in vrbe gererentur; ita vt de iis, quid opus esset facto, consultarent: tunc autem, quia ignẽ viderant in Capitolio, tamquam e specula, iter quam celerrime faciebant; primusq; omnium Cerealis cum equitatu in vrbem cõtendit. Vitellius, conuocato Senatu, legatos ex eo & ex Vestalibus ad Cerealem mittit. hi, cum nemo vellet ipsos audire, fereque in mortis discrimen venissent, ad Primum, qui inde nõ longe aberat, proficiscuntur; vtque cum eo colloqui possint, impetrant: nihil tamen efficiunt, sed a militibus profectis contra Vitellium, maximo furore præsidia pontis Tiberis frangun tur. nam cum transire prohiberentur ab iis qui pontem tuebantur, equites flumen transierunt natando; eosque cum inuasissent a tergo, aliis irruentibus ex aliis partibus, affecerunt acerbissimis & grauissimis incõmodis. Tum ab iis factum est id quod in Vitellio ac Vitellianis criminabantur, cuiusque causa se cum eis bellum gerere *simulabant. Cæsi sunt videlicet quamplurimi mortales, *multiq; contra de tectis fictilibus deiecti, & in angustis locis propter multitudinem hominum oppressi interierunt; ita vt per illos dies obierint hominũ quinquaginta milia. Dũ vrbs hoc modo diriperetur, pugnarentq; alii, aliique fugerent, & iidem postea rapinas & cędes pariter facerent, vt in numero eorum qui vrbem inuaserant, incolumes seruarentur; Vitellius sordido attritoq; sagulo amictus, se abdit

in obscurum locū, vbi canes alebantur; sperans se noctu Tarracinam ad fratrem fugiturum: sed inuestigatus inuentusq; a militibus, (non enim diu latere poterat is qui fuerat Imperator) pannis obsitus, & sanguine perfusus, quod eum canes læserant, deprehenditur: deinde veste eius discissa, vinctisque a tergo manibus, ac laqueo in collo religato, Cęsarem e Palatio, vbi magnas voluptates ceperat, deducunt: trahuntque via Sacra eum Imperatorem, qui superbe plerumq; sella vectus fuerat; ipsumq; Augustū in forum in quo crebro concionatus erat, perducunt: ibi ei colaphos impingunt, alii barbam vellūt, illudunt omnes, ac contumeliose maledicunt, & comissationes exprobrant: ' nam ventre obeso erat. Cumque Vitellius ob has causas magno pudore affectus, demisso capite terram intueretur, milites sub mento eū pungebant, vt caput extolleret inuitus, altumque cerneret. Quod vbi quidā † Germanus animaduertit, non pertulit diutius, sed misericordia permotus; *Ego tibi*, inquit, *qua in re potero, opem feram*: itaq; illum percussit, deinde sibi manus attulit. Neque tamen Vitellius moritur ex eo vulnere, sed trahitur in carcerem *vna cum suis statuis, quib. ridicula multa atq; turpia exprobrabantur. Hic Vitellius summo dolore affectus propter ea quæ pateretur & audiret; *Ego quidem*, inquit, *aliquando Imperator vester fui*. Quamobrem irati milites, eū ad scalas Gemonias perductum obtruncāt, abscissumque caput eius per totam vrbem gestant. Vitellius postea ab vxore sepelitur. Is vixit annos quinquaginta quattuor: regnauit annum vnum, decem dieb. exceptis. Frater eius, cum Tarracina profectus esset vt ei opem ferret, accepissetque in itinere eum mortuum esse, incidit in eos qui contra eū missi erant, cum iisque de salute sua paciscitur; licet & ipse non multo post, & post eum filius Vitellii, occisus fuerit: quamquam Vitellius nullum ex propinquis Othonis aut Vespasiani occiderat. His confectis rebus Mucianus venit; isque omnia vna cum Domitiano administrare cœpit: quem etiam ad milites adduxit, fecitque, quamuis puer esset, vt apud eos concionaretur. tum † viceniquini denarii dati sunt singulis militibus.

Celta, Gr.

singuli aurei, al. XXV drachm. Gr.

οἴκημα σκοτεινόν, ἐν ᾧ ἐτρέφοντο κύνες, ἐκρύφθη. γνώμην ἔχων τῆς νυκτὸς ἐς τὴν Ταρρακίναν πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἀποδρᾶναι. καὶ αὐτὸν ἀναζητήσαντες οἱ στρατιῶται καὶ ἐξευρόντες, (οὐ γάρ που καὶ ἐπὶ πολὺ λαθεῖν ἀκριβῶς ἠδύνατο, ἅτε αὐτοκράτωρ γεγονώς) συνέλαβον ὑφαντοῦ καὶ αἵματος ἀναπεπλησμένον (ὑπὸ γὰρ τῶν κυνῶν ἐλελύμαντο) κἀκ τούτου τὴν μὲν ἐσθῆτα αὐτοῦ περιέρρηξαντες, καὶ τὼ χεῖρε εἰς τοὐπίσω δήσαντες, τῷ τε αὐχένι σχοινίον περιθέντες, κατήγαγον ἐκ τοῦ παλατίου τὸν καίσαρα τὸν ἐν αὐτῷ ἐντρυφήσαντα· καὶ διὰ τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ ἔσυραν τὸν αὐτοκράτορα τὸν ἐν τῷ βασιλικῷ δίφρῳ πολλάκις σοβήσαντα· ἔς τε τὴν ἀγορὰν ἐσεκόμισαν τὸν αὔγουστον, ἐν ᾗ πολλάκις ἐδημηγόρησε. καὶ οἱ μὲν ἐρράπιζον αὐτόν, οἱ δὲ τοῦ γενείου ἔτιλλον, πάντες δὲ ἔσκωπτον, καὶ πάντες ὕβριζον, τά τε ἄλλα καὶ τὴν ἀσωτίαν αὐτοῦ ἐπιλέγοντες, ἐπεὶ καὶ γαστροπίων ἦν. αἰσχυνομένου τε ἐπὶ τούτοις αὐτοῦ καὶ κάτω βλέποντος, οἱ στρατιῶται ξιφιδίοις αὐτὸν ὑπὸ τὸ γένειον ὑπένυττον, ἵνα καὶ ἄκων ἄνω βλέπῃ. ἰδὼν δὲ τοῦτο Κελτός τις, οὐκ ἤνεγκεν, ἀλλ' ἐλεήσας αὐτόν, Ἐγώ σοι, ἔφη, βοηθήσω ὡς μόνος δύναμαι. καὶ ὁ μὲν ἐκεῖνόν τε ἔτρωσε, καὶ ἑαυτὸν ἔσφαξεν· οὐ μέντοι καὶ ὁ Βιτέλλιος ἀπέθανεν ἐκ τοῦ τραύματος, ἀλλ' ἐσύρετο ἐς τὸ δεσμωτήριον, ὥσπερ καὶ οἱ ἀνδριάντες αὐτοῦ, πολλῶν μὲν γελοίων, πολλῶν δὲ καὶ αἰσχρῶν ἐπιλεγομένων σφίσιν. ἐπειδή τε καὶ ὑπεραλγήσας καὶ οἷς ἔπασχε καὶ οἷς ἤκουσεν, Ἀλλ' ἐγώ γε, ἔφη, αὐτοκράτωρ ποτὲ ὑμῶν ἐγενόμην, ὀργισθέντες οἱ στρατιῶται, πρός τε τοὺς ἀναβαθμοὺς αὐτὸν ἤγαγον, κἀνταῦθα κατέσφαξαν. τήν τε κεφαλὴν αὐτοῦ ἀποτεμόντες, κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν περιήγαγον. Καὶ τοῦτον μὲν ὕστερον ἡ γυνὴ ἔθαψε, ζήσαντα μὲν ἐπὶ τέσσαρα ἔτη καὶ πεντήκοντα, ἄρξαντα δὲ ἐνιαυτὸν ἡμερῶν δέκα ἀποδέοντα. ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὥρμησε μὲν ἐκ τῆς Ταρρακίνης ὡς καὶ βοηθήσων αὐτῷ· μαθὼν δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν ὅτι τέθνηκε, καὶ περιπεσὼν ἅμα τοῖς ἐπ' αὐτὸν πεμφθεῖσιν, ὡμολόγησε μὲν σφίσιν ὡς καὶ σωθησόμενος, ἐσφάγη δ' οὐ πολλῷ ὕστερον καὶ αὐτὸς καὶ ὁ τοῦ Βιτελλίου παῖς ἐπαπώλετο, καίτοι τοῦ Βιτελλίου μηδένα μήτε τῶν τοῦ Ὀθωνος μήτε τῶν τοῦ Οὐεσπασιανοῦ συγγενῶν ἀποκτείναντος. Πεπραγμένων δὲ τούτων ἤδη ὡς ἑκάστων, ὁ Μουκιανὸς ἐπῆλθε, καὶ τά τε ἄλλα συνδιῴκει τῷ Δομιτιανῷ, καὶ ἐς τοὺς στρατιώτας αὐτὸν παραγαγὼν δημηγορῆσαι ἐποίησε, καίπερ καὶ παιδίσκον ὄντα· καὶ πέντε καὶ εἴκοσι δραχμὰς τῶν στρατιωτῶν ἕκαστος ἔλαβεν.

ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ.

Ταῦτα μὲν οὕτως ἔσχεν· αὐτοκράτωρ δὲ ἐπ' αὐτοῖς ὁ Οὐεσπασιανὸς καὶ πρὸς τῆς βουλῆς ἀπεδείχθη, καὶ Καίσαρες ὅ τε Τίτος καὶ ὁ Δομιτιανὸς ἐπεδείχθησαν· τήν τε ὕπατον ἀρχὴν ὁ Οὐεσπασιανὸς καὶ ὁ Τίτος ἔλαβον, ὁ μὲν ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, ὁ δὲ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ ὤν. Ἐγεγόνει μὲν οὖν καὶ σημεῖα καὶ ὀνείρατα τῷ Οὐεσπασιανῷ τὴν μοναρχίαν ἐκ πολλοῦ προδηλοῦντα. βοῦς τε γὰρ ἐν τῷ ἀγρῷ ἐν ᾧ τὴν δίαιταν ὡς πλήθει ἐποιεῖτο, δειπνοῦντι προσελθὼν ὤκλασε, καὶ τὴν κεφαλὴν ὑπὸ τοὺς πόδας ὑπέθηκε. καὶ κύων αὖθις, σῖτον αὐτοῦ καὶ τότε αἱρουμένου, χεῖρα ἀνθρωπίνην ὑπὸ τὴν τράπεζαν ὑπέβαλε. κυπάριττός τε περιφανὴς πρόρριζος ὑπὸ σφοδροῦ πνεύματος ἀνασπασθεῖσα, ἔπειτα τῇ ὑστεραίᾳ ὑφ' ἑαυτῆς ἀνέστη, καὶ ἀκμάζουσα διετέλεσε. καὶ παρ' ὀνείρατος ἔμαθεν ὅτι, ὅταν ὁ Καῖσαρ Νέρων ὀδόντα ἀποβάλῃ, αὐτὸς ἄρξει. καὶ τοῦτό τε ὁ κατὰ τὸν ὀδόντα τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ συνηνέχθη· καὶ αὐτὸς ὁ Νέρων ἔδοξέ ποτε ἐν τοῖς ὕπνοις τὸν τοῦ Διὸς ὄχον ἐς τὴν τοῦ Οὐεσπασιανοῦ οἰκίαν εἰσαγαγεῖν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἑρμηνεύσεως ἔχρῃζεν. Ἰώσηπος δὲ ἀνὴρ Ἰουδαῖος, ἀχθείς τε ὑπ' αὐτοῦ πρότερον καὶ δεθείς, ἐγέλασε καὶ ἔφη, Νῦν μὲν με δήσεις, μετ' ἐνιαυτὸν δὲ λύσεις αὐτοκράτωρ γενόμενος. Οὕτω μὲν οὖν καὶ ὁ Οὐεσπασιανὸς εἰς τὴν ἀρχήν, ὡς καὶ ἄλλοι τινές, ἐγεγόνει. ἀπόντος δὲ αὐτοῦ ἔτι ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, ὁ Μουκιανὸς τὰ τοῦ κράτους πάντα μετὰ τοῦ Δομιτιανοῦ διῴκει. μέγα γάρ τι, ὡς καὶ αὐτὸς τὴν ἡγεμονίαν τῷ Οὐεσπασιανῷ δεδωκώς, *ἠγάλλετο, διά τε τἆλλα καὶ ὅτι ἀδελφὸς ὑπ' αὐτοῦ ὠνομάζετο, καὶ ὅτι ἐξουσίαν εἶχε πάνθ' ὅσα ἐβούλετο καὶ ἄνευ τῆς αὐτοῦ προστάξεως διοικεῖν καὶ γράφειν, τὸ ὄνομα αὐτοῦ μόνον ἐπιγραφόμενος. καὶ διὰ τοῦτό γε καὶ δακτύλιον πεμφθέντα ἐφόρει, ἵνα τὸ αὐτοκρατορικὸν σφράγισμα τὰ σημαινόμενα λαμβάνῃ. τό τε σύμπαν, οὕτως πάντα αὐτοὶ ὡς αὐταρχοῦντες ἐποίουν, ὥστε τὸν Οὐεσπασιανὸν ἐπιστεῖλαί ποτε τῷ Δομιτιανῷ ὅτι, Χάριν ἔχω σοι τέκνον, ὅτι με ἐᾷς ἄρχειν, καὶ οὐδέπω με καταλέλυκας. Ὁ δὲ Μουκιανὸς καὶ χρήματα ἀμύθητα πανταχόθεν, ὅθεν ἐνεδέχετο, εἰς τὸ δημόσιον ἤθροιζεν ἑτοιμότατα, τὴν ἐπ' αὐτῷ ἐπήρειαν εἰς ἑαυτὸν ἀντὶ τοῦ Οὐεσπασιανοῦ ἀναδεχόμενος. ἔλεγε γὰρ

VESPASIANVS.

His rebus gestis, Vespasianus etiam a Senatu creatur Imperator, Titusque & Domitianus Cęsares designantur: prætere Vespasianus & Titus absentes consularem dignitatem accipiunt. Horum alter in Ægypto, alter in Palæstina erat. Vespasiano lōgo tempore ante regnum multis prodigiis somniisq; significatum est. Nam bos in agro in quo ipse magnam vitæ partem degebat, cœnanti astitit flexis genibus, ac ceruice pedibus subiecta: rursumque, cum cibum caperet, canis sub mensam eius manum hominis posuit. Itemque eximia cupressus magna vi ventorum euersa radicitus, postero die per se stetit, ac vigere perseuerauit. Præterea accepit in somnis, se principem Romanum fore, cum Cæsar Nero dentem perdidisset: idq; postridie quam somniau t, accidit. Quinetiam ipse Nero *vidit per quietem, currum Iouis in ædes Vespasiani intromitti. Sed hæc quidem omnia egebant interpretatione. At Iosephus natione Iudæus, ante ab eo captus constrictusq; vinculis, ridens ait; *Nunc quidem me vincies; post annum autem solues, cum fueris Imperator factus.* Igitur Vespasianus, *vt alii pauci, ad principatum natus erat. Sed cum is adhuc abesset in Ægypto, Mucianus omnia summa potestate administrabat vna cū Domitiano, iactabatque magnum aliquid esse, quod Vespasianum Imperatorem fecisset, quodque ab eo Frater appellaretur, haberetque magnam potentiam. Nam omnia suo arbitratu absque mandato Vespasiani gerebat, scribebatque de rebus omnibus, tantummodo adscripto Vespasiani nomine: ob eamque causam ferebat annulum, quem ad ipsum Vespasianus miserat, vt ea quæ ediceret, sigillum principis haberent. Igitur eo tempore omnia nutu horum, quasi ipsi Imperatores essent, ita gerebantur vt Vespasianus ad Domitianum sic scripserit; *Ago tibi gratias fili, quod me sinas principatum tenere, quodq; me ex eo nondum expuleris.* Mucianus vndiq; quam maximam pecuniam poterat, referebat in ærariū; eiusq; rei culpam, ne eam Vespasianus subiret, in se deriuabat; dicebatq;

semper, *pecunias neruos esse principatus.* Itaque hortabatur Vespasianum vt vndequaq; pecuniam faceret: quod cum principio fecerit, grandem pecuniam Imperio sibique confecit. Tum aliæ rebelliones contra Romanos in Germania factæ sunt; quarum memoria (vt ego quidem arbitror) nulli vsui est. Id mirum fuit, quod Iulius Sabinus, *qui principatum tenebat in Lingonibus, separatim magnũ exercitum comparauit, fuitque Cæsar cognominatus, quod se Iulio Cæsare prognatum diceret. deinde aliquot prœliis victus, rus abiit; ibique in sepulcrum subterraneum, quod ipse prius incenderat, ingressus est: cumque constans esset opinio illum interiisse, in eo nouem annos cum vxore delituit, ex eaque duos filios sustulit. Has rebelliones Germaniæ Cerealis compescuit, multis prœliis factis: tantaq; in vno ex iis prœliis multitudo Romanorum barbarorumq; cæsa est, vt mortuorũ cadauera profluentis cursum retinuerint. Domitianus, propter ea quæ agebat, (nihil enim nisi magnũ moliebatur) patrem metuens, in Albano monte morabatur. Is animum ad amorem Domitiæ filiæ Corbulonis applicauerat: eamq; a Lucio Lamio Æmiliano viro eius abductam secum habebat in numero amicarum; eandemq; postea vxorem duxit. Interim Titus, præfectus bello Iudaico, cepit Hierosolyma, incẽditque templum; existimantibus Iudæis non suum interitum, sed victoriam, salutem, & felicitatẽ esse, quod vna cum templo caderent. Capti sunt ab eo multi, præsertim Barporas, qui apud eos principatum tenebat: isque solus in triumpho supplicio affectus est. Itaque Hierosolyma die Saturni, quem diẽ in primis Iudæi colunt vsq; ad hæc nostra tempora, conciderunt. Ab eodem Tito iussi sunt quotannis didrachmum pendere Ioui Capitolino ii qui patrias leges eorũ tuerentur. His de causis vterque *Imperatoris* nomen obtinuit; quamuis neuter *Iudaicus* cognominatus sit: sed alia multa, (vt par erat) tam magna parta victoria, atque in primis arcus triumphales, eis decreti sunt. Vespasiano ingresso in Alexandriam, Nilus inundauit vno die vltra quam consueuerat, amplius quatuor digitis: quod numquam antea nisi semel factum esse dicebatur. Idem Vespasianus cæcum hominem, itemque alterum

τῆς ἡγεμονίας τὰ χρήματα ἀεί ποτε εἶναι) ἔλεγε· καὶ κατὰ τοῦτο καὶ ἐκεῖνον πανταχόθεν ποιεῖσθαι παρῄνει, καὶ αὐτὸς ἀπ' ἀρχῆς ἀργυρολογῶν διετέλεσε, καὶ μεγάλα μὲν καὶ τῇ βασιλείᾳ χρήματα παρεσκεύασε, μεγάλα δὲ καὶ αὐτὸς ἐκτήσατο. Ἐν δὲ τῇ Γερμανίᾳ ἄλλαι τε κατὰ Ῥωμαίων ἐπαναστάσεις ἐγένοντο, οὐδὲν ἐς μνήμην ἐμοὶ γοῦν ὄφελος φέρουσαι, καί τι συνηνέχθη καὶ θαύματος ἄξιον. Ἰούλιος γάρ τις Σαβῖνος, ἀνὴρ πρῶτος τῶν Λιγγόνων, δύναμιν καὶ αὐτὸς ἰδίαν ἤθροισε, καὶ Καῖσαρ ἐπωνομάσθη, λέγων ἔγγονος τοῦ Καίσαρος τοῦ Ἰουλίου εἶναι. ἡττηθεὶς δὲ μάχαις τισὶν, ἔφυγεν εἰς ἀγρόν τινα, κἀνταῦθα εἰς μνημεῖον ὑπόγειον, προεμπρήσας αὐτό, κατέδυ· καὶ οἱ μὲν ᾤοντο κἀκεῖνον ἀπολωλέναι, ὁ δὲ ἐκρύφθη τε ἐν αὐτῷ ἐννέα ἔτη μετὰ τῆς γυναικὸς, καὶ παῖδας ἐξ αὐτῆς δύο ἄρρενας ἐποίησε. Καὶ τὰ μὲν ἐν Γερμανίᾳ Κερεάλιος μάχαις πολλαῖς κατεστήσατο, ὧν ἐν μιᾷ τοσοῦτον πλῆθος τῶν τε Ῥωμαίων καὶ τῶν βαρβάρων κατεκόπη, ὥστε τὸν παραρρέοντα ποταμὸν ὑπὸ τῶν πεπτωκότων ἐπισχεθῆναι. ὁ δὲ Δομιτιανὸς, ἐξ ὧν ἔδρασε, καὶ πολλῷ μᾶλλον ἐξ ὧν ἐπεχείρησεν, (οὐδὲν γὰρ μικρὸν ἐπενόει) φοβηθεὶς τὸν πατέρα, πρός τε τῷ Ἀλβανῷ ὄρει τὰ πολλὰ διατρίβων, καὶ τῷ ἔρωτι τῆς Δομιτίας τῆς Κορβούλωνος θυγατρὸς προσέχων ἐτύγχανε. ταύτην γὰρ Λουκίου Λαμίου Αἰμιλιανοῦ τοῦ ταύτης ἀνδρὸς ἀποσπάσας, τότε μὲν ἐν ταῖς ἐρωμέναις ἐποιήσατο, ὕστερον δὲ καὶ ἐγήματο. Ὁ δὲ Τίτος, τῷ πρὸς Ἰουδαίους πολέμῳ ἐπιταχθεὶς, τὰ Ἱεροσόλυμα εἷλε, καὶ τὸν ναὸν ἐνέπρησε. τοῖς δὲ Ἰουδαίοις οὐχ ὅτι ὄλεθρος, ἀλλὰ καὶ νίκη καὶ σωτηρία εὐδαιμονία τε εἶναι ἐδόκει ὅτι τῷ ναῷ συναπώλοντο. ἑάλωσαν δ' οὖν καὶ ὡς, ἄλλοι τε καὶ ὁ Βαρπορᾶς ὁ ἄρχων αὐτῶν· καὶ μόνος γε οὗτος ἐν τοῖς ἐπινικίοις ἐκολάσθη. οὕτω μὲν τὰ Ἱεροσόλυμα ἐν αὐτῇ τῇ τοῦ Κρόνου ἡμέρᾳ, ἣν μάλιστα ἔτι καὶ νῦν Ἰουδαῖοι σέβουσιν, ἐξώλετο· καὶ ἀπ' ἐκείνου δίδραχμον ἐτάχθη τοὺς τὰ πάτρια αὐτῶν ἔθη περιστέλλοντας, τῷ Καπιτωλίῳ Διῒ κατ' ἔτος ἀποφέρειν. καὶ ἐπ' αὐτοῖς τὸ μὲν [τοῦ] αὐτοκράτορος ὄνομα ἀμφότεροι ἔλαβον, τὸ δὲ δὴ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ οὐδ' ἕτερος ἔσχε. καίτοι τά τε ἄλλα αὐτοῖς, ὅσα ἐπὶ τηλικαύτῃ νίκῃ εἰκὸς ἦν, καὶ ἀψῖδες τροπαιοφόροι ἐψηφίσθησαν. Τοῦ δὲ Οὐεσπασιανοῦ εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν εἰσελθόντος, ὁ Νεῖλος παλαιστῇ πλέον παρὰ τὸ καθεστηκὸς ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἐπελάγισεν· ὅπερ οὔπω ποτὲ, πλὴν ἅπαξ, γεγονέναι ἐλέγετο. καὶ Οὐεσπασιανὸς δὲ αὐτὸς τυφλόν τέ τινα, καὶ ἕτερον

χεῖρ-

ἐκ *ἀρτίχειρα, προσελθόντας οἱ ἐξ ὄψεως ὀνειράτων, τοῦ μὲν τὴν χεῖρα πατήσας, τοῦ δὲ τοῖν ὀφθαλμοῖν *προσεπτύσας, ὑγιεῖς ἀπέφηνε. Τὸ μὲν θεῖον τούτοις αὐτὸν ἐσέμνυνεν· οὐ μέντοι καὶ οἱ Ἀλεξανδρεῖς ἔχαιρον αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ πάνυ ἤχθοντο· ὥστε μὴ μόνον ἰδίᾳ, ἀλλὰ καὶ δημοσίᾳ, καὶ σκώπτειν αὐτὸν καὶ λοιδορεῖν. προσδοκήσαντες γὰρ μέγα τι παρ' αὐτοῦ λήψεσθαι, ὅτι πρῶτοι αὐτὸν αὐτοκράτορα πεποιήκεσαν, οὐ μόνον οὐδὲν εὕροντο, ἀλλὰ καὶ προσεπράσσοντο χρήματα. πολλὰ μὲν γὰρ καὶ ἄλλως παρ' αὐτῶν ἐξέλεξε, μηδένα πόρον, μηδ' εἰ ἐπαίτης τις ἦν, παραλιπών, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἄλλων καὶ ἐκ τῶν ἱερῶν ὁμοίως χρηματιζόμενος. πολλὰ δὲ καὶ τέλη, τὰ μέν τινα ἐκλελειμμένα ἀνενεώσατο, τὰ δὲ καὶ νομιζόμενα προσεπηύξησε. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ ὑπηκόῳ, ἔν τε τῇ Ῥώμῃ μετὰ τοῦτ' ἐποίησεν. οἱ γοῦν Ἀλεξανδρεῖς ἄλλα τε ἐς αὐτὸν ἀπερρίπτουν, καὶ ὅτι, Ἓξ ὀβολοὺς προσαιτεῖς. ὥστε καὶ τὸν Οὐεσπασιανόν, καίπερ ἐπιεικέστατον ὄντα, χαλεπῆναι, καὶ κελεῦσαι μὲν καὶ τοὺς ἓξ ὀβολοὺς κατ' ἄνδρα εἰσπραχθῆναι, βουλεύσασθαι δὲ καὶ τιμωρίας αὐτῶν ποιήσασθαι. τοῦ γοῦν Τίτου ἐξαιτησαμένου αὐτούς, οὐδὲν αὐτῶν ἐφείσατο. ἐκεῖνοι δ' αὐτοῦ οὐκ ἀπέσχοντο, ἀλλὰ μέγα πάνυ ἀθρόοι ἐν συνόδῳ τινὶ κοινῇ πρὸς τὸν Τίτον ἐξεβόησαν, εἰπόντες αὐτὸ τοῦτο, Συγγινώσκομεν αὐτῷ· οὐ γὰρ οἶδε καισαρεύειν. Καὶ οἱ μὲν οὕτω τότ' ἐρριψοκινδύνευον, καὶ τῆς ἀσελγείας, ὑφ' ἧς ἀεί ποτε κακῶς ἀπαλλάττουσιν, ἀδεῶς ἐνεφορῶντο, τῇ τοῦ αὐτοκράτορος ἐπιεικείᾳ ἀποχρώμενοι. ὁ δὲ Οὐεσπασιανὸς μετὰ ταῦτα ἐς τὴν Ῥώμην ἐληλύθει, καὶ Μυκιανῷ μὲν ἄλλοις τε τῶν πρώτων ἐν τῷ Βρεντεσίῳ ἐνέτυχε, Δομιτιανῷ δ' ἐν Βενεβέντῳ· ὑπὸ γὰρ τοῦ συνειδότος ὧν τε ἐφρόνει καὶ ὧν ἐπεποιήκει, οὔτε ἐθάρσει, καὶ προσέτι καὶ μωρίαν ἔστιν ὅτε προσεποιεῖτο. ἐν γοῦν τῷ Ἀλβανῷ χωρίῳ τὰ πλεῖστα διάγων, ἄλλα τε πολλὰ καὶ γελοῖα ἔπραττε, καὶ τὰς μυίας γραφείοις κατεκέντει. τοῦτο γὰρ εἰ καὶ ἀνάξιον τοῦ τῆς ἱστορίας ὄγκου ἐστίν, ἀλλ' ὅτι γε ἱκανῶς τὸν τρόπον αὐτοῦ ἐνδείκνυται, ἀναγκαίως ἔγραψα, καὶ μάλισθ' ὅτι καὶ μοναρχήσας ὁμοίως αὐτὸ ἐποίει. ὅθεν οὐκ ἀχαρίτως τις εἶπε πρὸς τὸν ἐρωτῶντα τί πράττει Δομιτιανός, ὅτι Ἰδιάζει τι, καὶ οὐδὲ μυῖα αὐτῷ παρακάθηται. ὁ δὲ Οὐεσπασιανὸς ἐκείνου μὲν ἐταπείνου τὸ φρόνημα, τοῖς δὲ ἄλλοις πᾶσιν οὐχ ὡς αὐτοκράτωρ, ἀλλ' ὡς ἰδιώτης, μνήμην τῆς προτέρας αὐτοῦ τύ-

cui imbecilla manus erat, (qui per quietem ipsum adire iussi fuerant) sanauit, oculis alterius sputo conspersis, & manu alterius *conculcata: quæ opinio diuinitatis eum celeberrimum fecit. Neque tamen Alexandrinis gratus erat: cui adeo grauiter infensi erant, vt ei priuatim publiceque illuderent atque maledicerent. In causa erat quod, cum sperauissent se ab eo, quem primi omnium imperatorem fecerant, magnum aliquod munus accepturos, non solum nihil eis largitus est, sed etiā ab iis pecuniā exegit; *atque tam multam collegit, nullo genere tributi prætermisso, vt ne mendicis quidem pepercerit, ac de diuinis humanisque rebus pecuniam fecerit. Multa enim vectigalia quæ iam solui desierant, renouauit, auxitq; multa ex iis quæ obtinebant: idque in ceteris prouinciis subditis imperio Romano, ac postea in Vrbe fecit. Hanc ob causam Alexandrini multa in eum conuitia iactabant, dicebantque præter cetera, eum sex obolos exigere. Quamobrem Vespasianus, vir alioqui mitissimus, tanta ira commotus est, vt viritim sex obolos persolui iusserit, statueritque supplicium de iis capere. *Quorum pœnam cum Titus deprecaretur, eis nihilo magis pepercit. Neque vero Alexandrini ob eam causam desistebant. Nam ita apud Titum frequentes exclamauere in publico conuentu; *Ignoscimus ei*, inquiunt: *non enim nouit imperare.* Ita hi maledicendi libidinem suam, qua semper laborarunt, abunde explebant, abusi Imperatoris comitate. Vespasianus post hæc Romam venit. Huic Mucianus cum viris primariis Brundisium processit obuiam. Domitianum Beneuenti conuenit; qui conscientia mentis, & rerum ante gestarum, ita diffidebat, vt interdum simularet stultitiam. Nam cum magnam vitæ partem degeret in Albano, faceretque multa ridicule, tum muscas stylo trāsfigebat. Quod etsi indignum est grauitate historiæ; tamen, quod abunde eius mores ostendit, necessario scribēdum putaui; potissimum cū factus Imperator, idē fecerit. Ex quo facete respōsum est a quodam interroganti quid ageret Domitianus; *Solus*, inquit, *est; ne musca quidem cū eo.* Vespasianus, vt deprimebat huius superbiam, ita ceteros omnes non vt Imperator, sed vt priuatus, memorque pristinæ

fortunæ, excipiebat. Templum in Capitolio statim ædificare cœpit, primusque inde terram extulit, iussitq; ceteris illustrissimis & clarissimis viris vt idem facerent; quo minus cetera multitudo operam suam denegare posset. Cumque sumptus publicos, qui necessarii erant, magnificentissimos semper faceret, publicosq; conuentus sumptuosos præstaret, in ceteris rebus ob eas causas parcissimus erat, nihilque impendebat, nisi necessario: ita vt nihil cocti in popinis præter legumina vendi pateretur. Qua ex re perspicuum esse cœpit, eum tam magnam pecuniam non ad suas voluptates, sed ad vsus publicos collegisse. Porro Vespasianus ita vitam instituerat. raro habitabat in Palatio; in hortis autem Sallustianis plurimũ erat; eoq; recipiebat quemcumque, non solum Senatorii, sed etiam cuiusuis ordinis. Ante lucem, cum etiam adhuc esset in lecto, colloquebatur cum iis qui sibi valde erant familiares: cumque ceteri in viis salutabant. Portæ *regiarum interdiu semper apertæ, ac omni custodia destitutæ erant. Veniebat in Senatum semper; & cum Patribus communicabat omnia: *sæpe etiã ius reddebat in foro. Quod si forte *de quibusdam rebus non posset cognoscere propter senectutem, aut siquid absens scripserat ad Senatum, ea filiis, vt in Senatu legerent, plurimum iubebat. Neq; vero in hac re solum Senatum affecit honore, sed etiam quod ex eo ordine frequentes & quotidianos conuiuas acciperet: ipse quoque crebro apud amicos & familiares suos cœnabat. In summa, quod ad curam reipublicæ pertinet, Imperator habebatur: in ceteris rebus, æquabili iure cum reliquis viuebat. Nec enim tantum iocabatur populariter, verum etiam iocose ludi se libenter patiebatur. *Cumq; scripta quædam in principes sine nomine (vt assolet) atq; in contumeliam eius proponerentur, ipse cõtra, nihil commotus, ea quæ conducerent, proponebat. Cum autem Phœbus ad eum venisset purgãdi sui causa, in eo quod Neronis temporibus in Græcia atq; in theatro, *cum Vespasianus, videns Imperatorem contra decorum facere, frontem contraxisset, iratus iusserat eum abire: dein roganti quo iuberet, respondit *in malam crucem*: itaque Phœbo defendenti se in hac causa, non modo nullum damnum attulit, sed neque aliud quam hoc ipsum respondit, *Abi in malam crucem*. Vologæsum, qui ad se scripserat

χης ἐδέξατο. τόν τε νεὼν τὸν ἐν Καπιτωλίῳ εὐθὺς οἰκοδομεῖν ἤρξατο, αὐτός *τι τοῦ χοῦ πρῶτος ἐκφορήσας, καὶ δηλονότι καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐπιφανεστάτοις *τὰ αὐτὰ τοῦτο ποιῆσαι κελεύσας, ἵνα καὶ τὸ λοιπὸν πλῆθος ἀπαραίτητον τὸ διακόνημα σχῇ. Μεγαλοπρεπέστατα δὲ ἀεί ποτε ἐς τὸ κοινὸν ὅσα ἐχρῆν ἀναλώσας, καὶ τὰς πανηγύρεις πολυτελέστατα διαθεὶς, εὐτελέστατα· διὰ τοῦτο καὶ οὐδὲν ἔξω τῶν πάνυ ἀναγκαίων ἐδαπάνα. καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐν τοῖς καπηλείοις ἑφθόν τι πλὴν ὀσπρίων πιπράσκεσθαι ἐπέτρεπε. κἀκ τούτου καὶ τὰ μάλιστα διέδειξεν ὅτι τὰς συλλογὰς τῶν χρημάτων οὐκ εἰς τὰς ἑαυτοῦ ἡδονὰς, ἀλλ' ἐς τὰς τοῦ δήμου χρείας ἐποιεῖτο. Καταστάσει δὲ τοῦ βίου τοιᾷδε ἐχρῆτο. ὀλίγα μὲν ἐν τῷ παλατίῳ ᾤκει, τὸ δὲ δὴ πλεῖστον ἐν τοῖς κήποις τοῖς καλουμένοις Σαλουστίοις διέτριβεν· κἀνταῦθα τοὺς βουλομένους οὐχ ὅτι τῶν βουλευτῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων, ἐσεδέχετο. καὶ τοῖς πάνυ φίλοις καὶ πρὸ τῆς ἕω ἔν τε τῇ εὐνῇ κείμενος συνεγίνετο, καὶ ἕτεροι ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτὸν ἠσπάζοντο. αἵ τε θύραι τῶν βασιλείων ἀνεῳγμέναι διὰ πάσης τῆς ἡμέρας ἦσαν, καὶ φρουρὸς οὐδεὶς ἐν αὐταῖς ἐκαθέστηκει. ἔς τε τὸ συνέδριον διὰ παντὸς ἐφοίτα, καὶ περὶ πάντων αὐτοῖς ἐπεκοίνου, *καὶ τῇ ἀγορᾷ πολλάκις ἐδίκαζεν. ὅσα τε μὴ ἐδύνατο αὐτὸς ὑπὸ τοῦ γήρως ἀναλέγεσθαι, ἢ καὶ ὅσα ἀπὼν ἐπέστελλε τῇ βουλῇ, διὰ τῶν υἱέων αὐτοῦ ὡς τὸ πολὺ ἐκέλευεν ἀναγινώσκεσθαι, τιμῶν καὶ τούτῳ αὐτήν. συσσίτους τε ἔκ τε αὐτῶν ἐκείνων καὶ ἐκ τῶν ἄλλων καθ' ἑκάστην ἡμέραν συχνοὺς ἐποιεῖτο, καὶ πολλάκις καὶ αὐτὸς παρὰ τοῖς πάνυ φίλοις ἐδείπνει. τό τε σύμπαν, τῇ προνοίᾳ τῶν κοινῶν, αὐτοκράτωρ ἐνομίζετο· ἐς δὲ δὴ τἆλλα πάντα, κοινὸς καὶ ἰσοδίαιτος σφίσιν ἦν. καὶ γὰρ ἔσκωπτε δημοτικῶς καὶ ἀντεσκώπτετο ἡδέως· εἴ τε τινὰ γράμματα, οἷα εἴωθεν, ἀνώνυμα εἰς τοὺς αὐτοκράτορας προπηλακισμὸν αὐτοῦ φέροντα ἐξετέθη ποτὲ, ἀντεξετίθει τὰ πρόσφορα, μηδὲν ταραττόμενος. τοῦ τε Φοίβου προσελθόντος αὐτῷ καὶ ἀπολογουμένου ὅτι ἐπὶ τοῦ Νέρωνος ἐσκυθρωπακότα ποτὲ [αὐτὸν] ἐπὶ τῷ θεάτρῳ ἐν τῇ Ἑλλάδι, ἐφ' οἷς ἀσχημονοῦντα ἑώρα τὸν αὐτοκράτορα, ἐκέλευσε πρὸς ὀργὴν ἀπελθεῖν· τοῦ δὲ ἐρομένου, Ὅποι; Ἐς κόρακας, εἶπεν. ἀπὸ τούτου οὖν ἀπολογουμένου τοῦ Φοίβου, οὔτε τι κακὸν αὐτὸν εἰργάσατο, οὔτε ἀπεκρίνατο αὐτῷ ἄλλο οὐδὲν, πλὴν αὐτὸ τοῦτο ὅτι, Ἐς κόρακας ἄπιθι. τοῦ δὲ Ὀλογαίσου ἐπιστείλαντος αὐτῷ

οὕτως,

οὕτως, Βασιλεὺς βασιλέων Ἀρσάκης Φλαβίῳ Οὐεσπασιανῷ χαίρειν, οὔτε τι αὐτὸν ᾐτιάσατο, καὶ ἀντέγραψε τὸν αὐτὸν τύπον, μηδὲν τῶν τῆς ἀρχῆς ὀνομάτων προσθείς. ἐπεὶ δὲ Πρίσκος Ἑλουΐδιος ὁ τοῦ Θρασέου γαμβρὸς, τοῖς τε Στωϊκοῖς δόγμασιν ἐντραφεὶς, καὶ τὴν τοῦ Θρασέου παρρησίαν οὐ σὺν καιρῷ μιμούμενος, στρατηγῶν δὲ τηνικαῦτα, οὔτε τι πρὸς τιμὴν αὐτοκράτορος ἔδρα, καὶ προσέτι καὶ βλασφημῶν αὐτὸν οὐκ ἐπαύετο· καί ποτε διὰ τοῦτο οἱ δήμαρχοι συλλαβόντες αὐτὸν, τοῖς ὑπηρέταις παρέδοσαν· συνεχύθη τε ὁ Οὐεσπασιανὸς, καὶ δακρύσας ἐκ τοῦ βουλευτηρίου ἐξῆλθε· τοσοῦτον μόνον εἰπὼν ὅτι, Ἐμὲ μὲν υἱὸς διαδέξεται, ἢ οὐδεὶς ἄλλος. Ὡς δ' οὖν καὶ ἄλλοι πολλοὶ ἐκ τῶν Στωϊκῶν καλουμένων λόγων προαχθέντες, μεθ' ὧν καὶ Δημήτριος ὁ κυνικὸς, συχνὰ καὶ οὐκ ἐπιτήδεια τοῖς παροῦσι δημοσίᾳ, τῷ τῆς φιλοσοφίας προσχήματι καταχρώμενοι, διελέγοντο, κἀκ τούτου καὶ ὑποδιέφθειρόν τινας, ἔπεισεν ὁ Μουκιανὸς τὸν Οὐεσπασιανὸν πάντας τοὺς τοιούτους ἐκ τῆς πόλεως ἐκβαλεῖν, εἰπὼν ὀργῇ μᾶλλον ἢ φιλολογίᾳ τινὶ πολλὰ κατ' αὐτῶν. καὶ πάντας αὐτίκα τοὺς φιλοσόφους ὁ Οὐεσπασιανὸς, πλὴν τοῦ Μουσωνίου, ἐκ τῆς Ῥώμης ἐξέβαλε· τὸν δὲ [δὴ] Δημήτριον καὶ τὸν Ὁστίλιον ἐς νήσους κατέκλεισε· καὶ ὁ μὲν Ὁστίλιος, εἰ καὶ τὰ μάλιστα μὴ ἐπαύσατο περὶ τῆς φυγῆς ἀκούσας, (ἔτυχε γὰρ διαλεγόμενός τινι) ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλείω κατὰ τῆς μοναρχίας κατέδραμεν, ὅμως παραχρῆμα μετέστη· τῷ δὲ Δημητρίῳ μηδ' ὣς ὑπείκοντι, ἐκέλευσεν ὁ Οὐεσπασιανὸς λεχθῆναι ὅτι Σὺ μὲν πάντα ποιεῖς ἵνα σε ἀποκτείνω, ἐγὼ δὲ κύνα ὑλακτοῦντα οὐ φονεύω. Τότε δὲ καὶ Καινὶς ἡ τοῦ Οὐεσπασιανοῦ παλλακὴ μετήλλαξεν. ἐμνημόνευσα δὲ αὐτῆς, ὅτι τε πιστοτάτη ἦν, καὶ ὅτι μνήμης ἄριστα ἐπεφύκει· πρὸς γοῦν τὴν δέσποιναν τὴν Ἀντωνίαν τὴν τοῦ Κλαυδίου μητέρα, κρύφα τι δι' αὐτῆς τῷ Τιβερίῳ περὶ τοῦ Σειανοῦ γράψασαν, καὶ αὐτὸ ἀπαλειφθῆναι εὐθὺς, ὅπως μηδεὶς αὐτοῦ ἔλεγχος ὑπολειφθῇ, κελευσάσαν, Μάτην, ὦ δέσποινα, ἔφη, τοῦτο προσέταξας. πάντα γὰρ καὶ ταῦτα καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ὑπαγορεύσῃς μοι, ἔν τε τῇ ψυχῇ ἀεὶ φέρω, καὶ οὐδέ ποτε ἐξαλειφθῆναι δύναται. τοῦτό τε οὖν αὐτῆς ἐθαύμασα, καὶ προσέτι ὅτι καὶ ὁ Οὐεσπασιανὸς αὐτῇ ὑπερέχαιρε· πλεῖστόν τε διὰ τοῦτο ἴσχυσε, καὶ πλοῦτον ἀμύθητον ἤθροισεν· ὥστε καὶ νομισθῆναι ὅτι δι' αὐτῆς ἐκείνης ἐχρηματίζετο. πάμπολλα γὰρ παρὰ πολλῶν ἐλάμβανε, τοῖς μὲν ἀρ-

his verbis; *Rex Regum Arsaces Flauio Vespasiano salutem*; ne reprehendit quidem, sed ei iisdem verbis, non adscriptis Imperatoriis nominibus, respondit. Cum autem Heluidius Priscus, Thraseæ gener, ac in præceptis Stoicorum ab ineunte ætate versatus, Thraseæ loquendi libertatem imitaretur, quāuis minus opportunis temporibus, ac tunc cum esset Prætor, nihil faceret in honorem Imperatoris, sed ei semper malediceret, atque ob eam causam captus, a tribunis plebis lictoribus traditus esset: confusus Vespasianus fleuit, eque Senatu exiit, hoc vnum inquiens, *Aut mihi filius meus succedet, aut nemo.* Sed cum alii multi excitati ex Stoica disciplina, in quorum numero fuit Demetrius Cynicus, multa ignominiosa publice dissererent prætextu philosophiæ, atque ita multos occulte in varias sententias traherent; Mucianus Vespasiano persuasit vt omnes qui essent eius sectæ, ex vrbe expelleret; dixitq; in eos multa, ira magis incitatus quā studio doctrinæ. Itaque Vespasianus statim philosophos, præter Musoniū, Roma expulit: Demetrium vero & Hostilium in insulas relegauit. Hic Hostilius, cum de suo exsilio intelligeret, ac tum forte cum alio dissereret, magisque contra regnum loqueretur, tamen subito sententiam mutauit. Demetrio vero nondū quiescenti Vespasianus mandari iussit his verbis: *Tu quidem*, inquit, *nihil prætermittis vt ego te interfici subeam: ego tamen canem latrantem non occido.* Per id tempus mortem obiit Cænis, pellex Vespasiani: cuius propterea mentionem feci, quod maxima fide, & excellenti memoria fuit. Hæc enim heræ suæ Antoniæ, matri Claudii, quæ ad Tiberium per eam nonnihil de Seiano scripserat, iusseratque vt id, ne quis forte deprehenderet, statim deleretur, *Frustra*, inquit, *domina iussisti: hæc enim atque cetera omnia quæ mihi imperas, ita semper in memoria habeo, vt ex ea deleri non possint.* Id igitur in ea admiratus sum; tum etiam quod Vespasianus valde delectabatur eius consuetudine: cuius etiam causa magnam potentiam assecutus est, ac per eam opes innumerabiles (vt creditum est) comparauit. Hæc enim multa accipiebat a multis, cum magistra-

tus, procurationesq́; prouinciarum, & officia militum, ac sacerdotia, ipsa quoq; responsa principis, nonnullis venderet. Vespasianus quidem neminem occidi iussit pecuniæ causa; sed plerosque, quod pecuniam darẽt, incolumes seruauit. Quas omnes cũ Cænis caperet, id fieri de voluntate Vespasiani, suspicio erat ex ceteris quæ gerebat; quorum pauca exempli causa ponam. Cum aliquot homines statuissent ei ponere statuam †pretio decies sestertiûm, porrecta manu; *Vos vero*, inquit, *mihi argentum date: hoc enim eius fundamentum est.* Preterea Tito grauiter ferenti propter vectigal quod ex lotio atq; aliis rebus capiebat, aureos ex eo vectigali quæsitos ostendit, dixitque; *Vide*, inquit, *fili, num oleant.* Vespasiano sextum, & Tito quartum consulibus, templum Pacis dedicatum est: & colossus Sacra via collocatus, quem ferunt fuisse altum pedes centum: huic imago Neronis erat, vel Titi, vt ab aliis traditum est. Cædes belluarũ Vespasianus fecit in amphitheatris: ludis autem gladiatoriis non magnopere delectabatur. quamquam Titus ludis Iuuenalibus, qui in patria eius facti erant, armis certauit cum Alieno, videlicet ficto certamine. Parthis bellum cum quibusdam populis gerentibus, opemque ab eo postulantibus, auxilia non misit; negauitq; conuenire sibi curam rerum alienarum.

† ad aureorũ x milia, Bl. xxv myriades drachmarum, Gr.

Per id tempus Beronice maxime florebat; ob eamq; causam cum Agrippa fratre Romam venit. Is Prætoriis honoribus auctus est: ipsa habitauit in Palatio, cœpitque cum Tito coire: spes erat eam Tito nuptum iri: iam enim omnia, ita vt si esset vxor, gerebat. Sed Titus, cum intelligeret populum Romanum id moleste ferre, eam repudiauit; præsertim quod de iis rebus magni rumores perferrentur. Eodem tempore *molesti quidam sophistæ clam in vrbem ingressi sunt: ex quibus Diogenes cum prior in theatrum venisset refertum magna hominum multitudine, ac populum vexasset multis contumeliis, virgis cæsus est. Post hunc Eras venit; qui, ratus nihil sibi grauius euenturum, multo exclamauit insolentius atque impudentius: quamobrem ei caput detruncatum est. Iisdem temporibus in quadam taberna vas plenum vini vsque adeo redundauit, vt in viam proflueret. Itemq; *Sabinus Gallus, qui se Cæsarem esse dixerat, atq;, cum ad

χὰς, τοῖς δ' ἐπιτροπείας, στρατείας, ἱερωσύνας. ἤδη δέ τισι καὶ ἀποφάσεις αὐτοῦ πιπράσκουσα· ἀπέκτεινε μὲν γὰρ ὁ Οὐεσπασιανὸς χρημάτων ἕνεκα οὐδένα, ἔσωσε δὲ πολλοὺς τῶν διδόντων. καὶ ἡ μὲν λαμβάνουσα ἐκείνη ἦν, ὑπωπτεύετο δὲ ὁ Οὐεσπασιανὸς ἑκὼν αὐτῇ ἐπιτρέπειν τοῦτο ποιεῖν, ἐκ τῶν ἄλλων ὧν *ἔπραττεν, ὧν ὀλίγα δείγματος ἕνεκα διηγήσομαι. ἀνδριάντα γάρ ποτε πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδων στῆσαί οἱ ψηφισαμένων τινῶν, προέτεινε τὴν χεῖρα καὶ ἔφη, Δότε μοι τὸ ἀργύριον· ἡ γὰρ βάσις αὐτοῦ αὕτη ἐστί. καὶ πρὸς τὸν Τίτον ἀγανακτοῦντα περὶ τοῦ οὔρου τέλους, ὃ καὶ *αὐτὸ μετὰ τῶν ἄλλων κατεδείχθη, εἶπε λαβὼν ἐξ αὐτοῦ χρυσοῦς πεπορισμένους, καὶ δείξας αὐτῷ, Ἰδοὺ τέκνον εἴ τι ὄζουσιν. Ἐπὶ δὲ τοῦ Οὐεσπασιανοῦ ἕκτον καὶ ἐπὶ τοῦ Τίτου τέταρτον ἀρχόντων, τὸ τῆς Εἰρήνης τέμενος καθιερώθη· ὅ τε κολοσσὸς ὠνομασμένος ἐν τῇ ἱερᾷ ὁδῷ ἱδρύθη. φασὶ δ' αὐτὸν τό τε ὕψος ἑκατὸν ποδῶν, καὶ τὸ εἶδος, οἱ μὲν τὸ τοῦ Νέρωνος, οἱ δὲ τὸ τοῦ Τίτου ἔχειν. Σφαγὰς δὲ ὁ Οὐεσπασιανὸς θηρίων μὲν ἐποιεῖτο ἐν τοῖς θεάτροις· μονομαχίαις δὲ ἀνδρῶν οὐ πάνυ τι ἔχαιρε, καίτοι τοῦ Τίτου ἐν ταῖς τῶν νεανίσκων παιδιαῖς ταῖς ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ τελουμέναις σκιαμαχήσαντός ποτε πρὸς τὸν Ἀλιηνὸν ὅπλοις. Τοῖς δὲ Πάρθοις πολεμηθεῖσι πρός τινας, καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ συμμαχίας δεηθεῖσιν, οὐκ ἐβοήθησεν, εἰπὼν ὅτι οὐ προσήκει αὐτῷ τὰ ἀλλότρια πολυπραγμονεῖν. Βερενίκη δ' ἰσχυρῶς τε ἤνθει, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐς τὴν Ῥώμην μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Ἀγρίππα ἦλθε· καὶ ὁ μὲν στρατηγικῶν τιμῶν ἠξιώθη, ἡ δ' ἐν τῷ παλατίῳ ᾤκησε, καὶ τῷ Τίτῳ συνεγίνετο. προσεδόκα δὲ γαμηθήσεσθαι αὐτῷ, καὶ πάντα ἤδη ὡς καὶ γυνὴ αὐτοῦ οὖσα ἐποίει· ὥστ' ἐκεῖνον, δυσχεραίνοντας τοὺς Ῥωμαίους ἐπὶ τούτοις αἰσθόμενον, ἀποπέμψασθαι αὐτήν. ἄλλως τε γὰρ πολλὰ ἐθρυλλεῖτο, καί τινες καὶ τότε σοφισταὶ κυνικοὶ ἐς τὸ ἄστυ πως παρεισδύντες, Διογένης μὲν πρότερος ἐς τὸ θέατρον πλῆρες ἀνδρῶν ἐσῆλθε, καὶ πολλὰ αὐτοὺς λοιδορήσας, ἐμαστιγώθη· Ἥρας δὲ μετ' αὐτὸν, ὡς οὐδὲν πλέον πεισόμενος, πολλὰ καὶ ἄτοπα κυνηδὸν *ἐξέκραγε, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη. Καθ' ὃν δὴ καιρὸν καὶ ταῦτα ἐγένετο· οἶνός τε γὰρ ἐν καπηλείῳ τινὶ τοσοῦτος ὑπὲρ τὸ ἀγγεῖον ὑπερεχύθη, ὥστε καὶ ἐς τὴν ὁδὸν προχωρῆσαι. καὶ ὁ *Σαβῖνος ἐκεῖνος ὁ Γαλάτης ὁ Καίσαρά ποτε ἑαυτὸν ὀνομάσας, καὶ ἐς

ὅπλα

ὅπλα χωρήσας, ἡττηθείς τε καὶ ἐς τὸ μνημεῖον κατακρυφθεὶς, ἐφανερώθη τε καὶ ἐς τὴν Ῥώμην ἀνήχθη. συναπέθανε δὲ αὐτῷ καὶ ἡ γυνὴ Πεπονίλα, ἥπερ που καὶ διεσεσώκει αὐτόν· καίτοι καὶ τὰ παιδία τῷ Οὐεσπασιανῷ προβαλοῦσα, καὶ ἐλεεινότατον ἐπ' αὐτοῖς λόγον εἰποῦσα ὅτι, Ταῦτα, καῖσαρ, καὶ ἐγέννησα ἐν τῷ μνημείῳ καὶ ἔθρεψα, ἵνα σε πλείονες ἱκετεύσωμεν. δακρῦσαι μὲν γὰρ αὐτόν τε καὶ τοὺς ἄλλους ἐποίησεν· οὐ μέντοι καὶ ἠλεήθησαν. Κἀν τούτῳ ἐπεβουλεύθη μὲν ὑπό τε τοῦ Ἀλιηνοῦ καὶ ὑπὸ τοῦ Μαρκέλλου, καίπερ φίλους τε αὐτοὺς ἐν τοῖς μάλιστα νομίζων, καὶ πάσῃ εἰς αὐτοὺς ἀφθονωτάτῃ τιμῇ χρώμενος. οὐ μέντοι καὶ ὑπ' ἐκείνων ἀπέθανε. φωραθέντες γάρ, Ἀλιηνὸς μὲν αὐτοῦ ἐν τῷ βασιλείῳ ἐξαναστὰς ἐκ τοῦ συσσιτίου, εὐθὺς ἀπεσφάγη τοῦ Τίτου κελεύσαντος, μὴ καὶ φθάσῃ τι τῆς νυκτὸς νεοχμῶσαι· (τῶν γὰρ στρατιωτῶν συχνοὺς προπαρεσκεύαστο) Μάρκελλος δὲ δή, κριθεὶς ἐν τῷ συνεδρίῳ καὶ καταδικασθεὶς, ἀπέτεμε τὸν λαιμὸν αὐτὸς ἑαυτοῦ ξυρῷ. οὕτω που τοὺς φύσει κακοὺς οὐδ' αἱ εὐεργεσίαι νικῶσιν, ὁπότε κἀκεῖνοι τὸν τοσαῦτα εὐεργετηκότα σφᾶς ἐπεβούλευσαν. Ταῦτα μὲν οὕτως ἔσχεν. Οὐεσπασιανὸς δὲ, ὡς μὲν [ἡ] ἀλήθεια ἔχει, νοσήσας οὐ τῇ ποδάγρᾳ τῇ συνήθει, ἀλλὰ πυρετοῖς, μετήλλαξεν ἐν τοῖς ὕδασι τοῖς Σαβίνων τοῖς Κουτιλίοις ὀνομασμένοις· ὡς δέ τινες, καταψευδόμενοι τοῦ Τίτου, ἄλλοι τε καὶ Ἀδριανὸς [ὁ αὐτοκράτωρ] ἐφήμισαν, φάρμακον ἐν συμποσίῳ τινὶ λαβών. Ἐγεγόνει δὲ σημεῖα αὐτῷ φέροντα εἰς τοῦτο, ὅ τε ἀστὴρ κομήτης ἐπὶ πολὺ φαντασθεὶς, καὶ τὸ μνημεῖον τὸ τοῦ Αὐγούστου αὐτόματον ἀνοιχθέν. Τῶν δὲ ἰατρῶν ἐπιτιμώντων αὐτῷ ὅτι τῇ τε ἄλλῃ διαίτῃ ὁμοίᾳ νοσῶν ἐχρῆτο, καὶ πάντα τὰ προσήκοντα τῇ ἀρχῇ ἔπραττε, Τὸν αὐτοκράτορα δεῖ, ἔφη, ἑστῶτα ἀποθνήσκειν. καὶ πρὸς τοὺς περὶ τοῦ κομήτου τι διαλαλοῦντας, Οὐκ ἔμοιγε, εἶπεν, ἀλλὰ τῷ τῶν Πάρθων βασιλεῖ προσημαίνει. ἐκεῖνος γὰρ κομᾷ, ἐγὼ δὲ φαλακρός εἰμι. ἐπειδή τε ἐπίστευσεν ὅτι τελευτήσει, ἔφη, Θεὸς ἤδη γίνομαι. Ἔζησε δὲ ἔτη ἐννέα καὶ ἑξήκοντα, καὶ μῆνας ὀκτώ· ἐμονάρχησε δὲ ἔτη δέκα ἡμερῶν ἓξ δέοντα. Κἀκ τούτου συμβαίνει ἐνιαυτόν τε καὶ δύο καὶ εἴκοσιν ἡμέρας ἀπὸ τοῦ θανάτου τοῦ Νέρωνος μέχρι τῆς τοῦ Οὐεσπασιανοῦ ἀρχῆς διελθεῖν. ἔγραψα δὲ τοῦτο, τοῦ μή τινας ἀπατηθῆναι, τὴν ἐξαρίθμησιν τοῦ χρόνου πρὸς τοὺς τὴν ἡγεμονίαν ἔχοντας ποιουμένους. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ οὐ διεδέξαντο ἀλλήλους, ἀλλὰ ζῶντος

arma venisset, victusque esset, in monumentum se abdiderat, agnitus & Romam adductus est: cum eoq; occisa est Peponila vxor, quæ eum incolumem seruauerat: quamuis ea Vespasiano filios suos proposuerit, dixeritq; ad captandam misericordiam: *Ego, inquit, Cæsar, hos in monumento peperi, aluiq;, vt plures tibi supplices essemus.* Qua oratione etsi ei ceterisque qui aderant, exciuit lacrymas: tamen ipse eis non pepercit. Dum hæc gererentur, Alienus & Marcellus contra Vespasianum coniurant; quos ipse sibi amicissimos esse arbitrabatur, summisq; auxerat honoribus: neque tamē ab iis interficitur, propterea quod patefacta coniuratione, Alienus in Palatio, statim vt surrexit e conuiuio, iussu Titi occisus est, ne quid noctu moliretur: iam enim magnū numerum militum comparauerat. Marcellus autem, damnatus in Senatu, guttur sibi nouacula pręcidit. *Adeo homines malo ingenio præditi, nullis beneficiis vincuntur: quando isti parauere insidias ei a quo tot beneficia acceperant.* Quæ cum ita sint, constat Vespasianum morbo, non quidem podagra, qua laborare consueuerat, sed febribus exstinctum esse in aquis Sabinis quæ Cutiliæ appellãtur. Alii Titum falso criminantur, præsertim Adrianus; dicuntq; cum veneno in conuiuio sublatū esse. Plane prodigia, quæ eo pertinebant, præcessere: nam cometes diu visus fuit, & monumētum Augusti sua sponte apertum est. Cum autem increparetur a medicis, quod morbo correptus, nihil de quotidiana victus ratione immutaret, faceretque omnia quæ ad principatū spectarent, respondit, † *Imperatorem stantem mori oportere.* Iis vero qui de comete nescio quid inter se colloquebantur, ait: *Non mihi, sed regi Parthorum mortem portendit: ille enim comatus est, ego caluus sum.* Posteaquam autem credidit se moriturum, *Ego*, inquit, *deus efficiar.* Vixit annos LXIX, menses VIII: regnauit annos decem, sex diebus exceptis. Ex quo fit, vt a morte Neronis, vsque ad principatum Vespasiani, annus vnus intercedat, diesq; viginti duo. Quod idcirco scribendum putaui, ne errore ducerentur ii qui numerum temporis ad eos qui principatum obtinuerunt, referrent. Non enim sibi successere inuicem, sed viuo

† Idem etiā Turbo, pręfectus prætorio Adriani Imperatoris, dixisse fertur.

adhuc & regnante altero, quisque eorum Imperatorem se tum esse credidit, cum primum Imperium quodammodo occepit. Itaq; dies eorum non ex successione mutua numerãdi sunt, sed accurata exactaque ratione temporis; vt a me dictum est.

TITVS.

Titvs, ex quo tempore principatum solus obtinuit, nec cędes fecit, nec amoribus inseruiuit: sed comis, quamuis insidiis peteretur; & cõtinens, Beronice licet in vrbẽ reuersa, fuit. adeo mores statim mutauit. *Neq. enim eodem modo se gerũt ii qui * socii tãtummodo regni sunt, & ii qui soli regnũ tenent: propterea quod illi, neglecta gloria principatus, immoderate eius potestate abutuntur, multaq. ad inuidiam & calumniam eius faciunt: qui autem intelligunt omnia ex sese pendere, magnopere existimationi student.* Id qđ Titus aliquando dixit ei cuius antea studiosus fuerat. *Dissimile est,* inquit, *egere opera alterius, & iudicem esse; perinde ac postulare ab alio, & dare.* Is perpaucos annos ita principatum tenuit, vt in eo nullum scelus ediderit. Vixit enim in eo dumtaxat annos II, menses II, dies XX: ante vero quam esset Imperator, annos XXXIX, menses V, dies XXV. Quamobrem eum pleriq; in hac re ita cum Augusto comparãt, vt negent & illum, si celerius obiisset; & hunc, si vixisset diutius, caros vmquam fuisse: propterea quod Augustus, cum coactus inimicorum multitudine & seditionibus principio asper fuisset, postea, cum diu vixerit, multitudine beneficiorum clarus esse potuit: Titus vero, quod eo tempore, quo comiter regnare cœperat, & ob eam causam magnam gloriam habebat, mortuus est: quam fortasse amisisset, si vixisset diutius, 'manifestato, eum feliciorem quã virtuosiorem fuisse. Igitur Titus non modo Senatorem, quamdiu principatum tenuit, nullum interfici iussit; sed nec alius quisquã sub eius Imperio morte affectus est. De crimine impietatis numquam cognouit, neq; permisit aliis vt cognoscerẽt. *Nemo enim,* inquit, *iniuria me afficere, aut insequi contumelia potest, propterea quod nihil ago quod reprehendi mereatur: ea vero quæ falso de me dicuntur, prorsus negligo. Porro principes qui vitam cum morte commutarunt, ipsi se, si vere heroes sunt, aut si*

τε καὶ ἔτι ἄρχοντος ἑτέρου, ἕκαστος αὐτῶν ἐπίστευσεν αὐτοκράτωρ, ἀφ᾽ οὗ γε καὶ ἐς τοῦτο παρέκυψεν, εἶ[ναι]. δεῖ δὴ οὐ πάσας σφῶν τὰς ἡμέρας, ὡς καὶ ἐφεξῆς ἀλλήλαις ἐκ διαδοχῆς γινομένας ἀριθμεῖν, ἀλλ᾽ ἐφάπαξ πρὸς τὴν ἀκρίβειαν τοῦ χρόνου, καθάπερ εἴρηταί μοι, λογίζεσθαι.

ΤΙΤΟΣ.

Ὁ δὲ δὴ Τίτος οὐδὲν οὔτε φονικὸν, οὔτε ἐρωτικὸν μοναρχήσας ἔπραξεν, ἀλλὰ χρηστὸς, καίπερ ἐπιβουλευθεὶς, καὶ σώφρων, καίτοι καὶ τῆς Βερενίκης ἐς Ῥώμην αὖθις ἐλθούσης, ἐγένετο. τάχα μὲν γὰρ καὶ μετεβάλετο. οὐ γὰρ ὁμοίως *ἄλλοι τε τινὲς παραδυναστεύουσι καὶ αὐτοὶ αὐταρχοῦσιν· ἀλλ᾽ ἐκεῖνοι μὲν ἀφροντιστοῦντες τῆς τοῦ κράτους δόξης, τῇ τε ἐξουσίᾳ αὐτοῦ ἀπλήστως ἀποχρῶνται, καὶ πολλὰ ἐπί τε φθόνῳ καὶ διαβολῇ αὐτοῦ ποιοῦσιν· οἱ δὲ, ἐπ᾽ αὐτοὺς πάντα ἀνακείμενα εἰδότες, προνοοῦνταί τι καὶ τῆς εὐδοξίας. ὥσπερ που καὶ ὁ Τίτος πρός τινα, *ὃν πρότερον ἐσπουδάκει, εἶπεν ὅτι Οὐχ ὅμοιόν [ἐστιν] ἑτέρου τι δεῖσθαι, καὶ αὐτὸν δικάζειν· οὐδὲ παρ᾽ ἄλλου τι αἰτεῖν, καὶ αὐτὸν διδόναι τινί. ἤδη δὲ καὶ ὅτι ἐπὶ βραχύτατον (ὥς γε ἐς ἡγεμονίαν εἰπεῖν) *ἐπεβίου, ὥστε μηδὲ ἁμαρτίαν τινὰ αὐτῷ ἐγγενέσθαι. δύο τε γὰρ αὐτῷ ἔτη μετὰ τοῦτο καὶ μῆνας δύο, ἡμέρας τε εἴκοσιν ἔζησεν, καὶ ἐπ᾽ ἐννέα καὶ τριάκοντα ἔτεσι, καὶ μησὶ πέντε, καὶ ἡμέραις πέντε καὶ εἴκοσι. καὶ αὐτὸν ἐξίσου κατὰ τοῦτο τῇ τοῦ Αὐγούστου πολυετίᾳ ἄγουσι, λέγοντες ὅτι οὔτ᾽ ἂν ἐκεῖνος ἐφιλήθη ποτὲ, εἰ ἐλάττω χρόνον ἔζήκει, οὔτ᾽ ἂν οὗτος, εἰ πλείονα· ὁ μὲν, ὅτι τραχύτερος κατ᾽ ἀρχὰς διά τε τοὺς πολεμίους καὶ διὰ τὰς στάσεις γενόμενος, ἠδυνήθη μετὰ ταῦτα εὐεργεσίαις ἐν τῷ χρόνῳ λαμπρυνθῆναι· ὁ δὲ, ὅτι ἐπιεικῶς ἄρξας, ἐν ἀκμῇ τῆς δόξης ἀπέθανε· τάχα ἂν ἐλεγχθεὶς, εἴγε ἐπὶ μακρὸν ἐβεβιώκει, ὅτι εὐτυχίᾳ πλείονι ἢ ἀρετῇ ἐχρήσατο. Οὐ μὴν ἀλλ᾽ ὁ Τίτος οὐδένα τῶν βουλευτῶν ἐν τῇ αὐτοῦ ἡγεμονίᾳ ἀπέκτεινεν, ἀλλ᾽ οὐδὲ ἄλλος τις αὐτοῦ ἐπὶ τῆς αὐτοῦ ἀρχῆς ἐτελεύτησε. τάς τε δίκας τὰς τῆς ἀσεβείας οὔτ᾽ αὐτός ποτε ἐδέξατο, οὔτ᾽ ἄλλοις ἐπέτρεψεν· λέγων ὅτι Ἐγὼ μὲν οὐδὲν οὐθ᾽ ὑβρισθῆναι, οὔτε προπηλακισθῆναι δύναμαι. οὔτε γὰρ ἄξιόν τι ἐπιτιμίας ποιῶ, οὔτέ μοι μέλει τῶν ψευδῶς λεγομένων. οἱ δὲ μετηλλαχότες τῶν αὐτοκρατόρων, αὐτοὶ ἑαυτοῖς, ἄνπερ ὡς ἀληθῶς ἥρωές τε ὦσι καὶ

δυνάμιν

δύναμίν τινα ἔχωσι, τιμωρήσουσιν, ἄν τις αὐτοὺς ἀδικήσῃ. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα πρός τε τὸ ἀσφαλὲς καὶ πρὸς τὸ ἄλυπον τῶν ἀνθρώπων κατεστήσατο. καὶ γὰρ γράμματα ἐξέθηκε, βεβαιῶν πάντα τὰ ὑπὸ τῶν προτέρων αὐτοκρατόρων *βεβαιωθέντα τισίν, ὥστε μὴ καθ' ἑκάστους σφᾶς αἰτοῦντας αὐτὸν πράγματα ἔχειν· τούς τε μηνυτὰς ἐξήλασεν ἐκ τῆς πόλεως. Καὶ τούτῳ πολέμου αὖθις ἐν τῇ Βρεττανίᾳ γενομένου, τά τε τῶν ἐκεῖ πολεμίων Γναῖος Ἰούλιος Ἀγρικόλας πάντα κατέδραμε, καὶ πρῶτός γε Ῥωμαίων, ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, ἔγνω τοῦθ' ὅτι ἡ Βρεττανία περίρρυτός ἐστι. στρατιῶται γάρ τινες στασιάσαντες, καὶ ἑκατοντάρχους χιλίαρχόν τε φονεύσαντες, ἐς πλοῖα κατέφυγον· καὶ ἐξαναχθέντες περιέπλευσαν τὰ πρὸς ἑσπέραν αὐτῆς, ὥς που τό τε κῦμα καὶ ὁ ἄνεμος αὐτοὺς ἔφερε· καὶ ἔλαθον ἐκ τοῦ ἐπὶ θάτερα, πρὸς τὰ στρατόπεδα τὰ ταύτῃ ὄντα προσσχόντες. κἀκ τούτου καὶ ἄλλους ὁ Ἀγρικόλας πειράσοντας τὸν περίπλουν πέμψας, ἔμαθε καὶ παρ' ἐκείνων ὅτι νῆσός ἐστιν. Ἐν μὲν τῇ Βρεττανίᾳ ταῦτ' ἐγένετο, καὶ ἀπ' αὐτῶν ὁ μὲν Τίτος αὐτοκράτωρ τὸ πεντεκαιδέκατον ἐπεκλήθη· ὁ δὲ Ἀγρικόλας ἔν τε ἀτιμίᾳ τὸ λοιπὸν τοῦ βίου καὶ ἐν ἐνδείᾳ, ἅτε καὶ μείζονα ἢ κατὰ στρατηγὸν καταπράξας, ἔζησε· καὶ τέλος ἐσφάγη *διὰ ταῦτα ὑπὸ Δομιτιανοῦ, καίπερ τὰς ἐπινικίους τιμὰς παρὰ τοῦ Τίτου λαβών. Ἐν δὲ τῇ Καμπανίᾳ φοβερά τινα καὶ θαυμαστὰ συνηνέχθη. πῦρ γὰρ μέγα κατ' αὐτὸ τὸ φθινόπωρον ἐξαπιναίως ἐξήφθη. τὸ γὰρ ὄρος τὸ Βέσβιον ἔστι μὲν πρὸς τῇ θαλάσσῃ κατὰ Νέαν πόλιν, ἔχει δὲ πυρὸς πηγὰς ἀφθόνους. καὶ ἦν μέν ποτε πᾶν ὁμοίως ὑψηλόν, καὶ ἀπ' αὐτοῦ μέσου τὸ πῦρ ἀνέτελλε (ταύτῃ γὰρ πεπύρωται μόνον) τὰ δὲ ἔξωθεν αὐτοῦ πάντα ἄπυρα καὶ νῦν ἔτι διαμένει. ἐκ δὲ τούτου ἐκείνων μὲν ἀκαύστων ἀεὶ ὄντων, τῶν δὲ ἐν τῷ μέσῳ κραυρουμένων καὶ τεφρουμένων, αἱ πέριξ κορυφαὶ τὸ ἀρχαῖον ὕψος ἐς δεῦρο ἔχουσι· τὸ δὲ ἔμπυρον πᾶν, δαπανηθὲν ἐν τῷ χρόνῳ, κοῖλον ἐκ τοῦ συνίζειν γέγονεν, ὥστε κυνηγετικῷ τινι θεάτρῳ τὸ ὄρος σύμπαν (ὡς μικρὰ μεγάλοις εἰκάσαι) ἐοικέναι· καὶ αὐτοῦ τὰ μὲν ἄκρα, καὶ δένδρα καὶ ἀμπέλους πολλὰς ἔχει, ὁ δὲ δὴ κύκλος ἀνεῖται τῷ πυρί, καὶ ἀναδίδωσι τῆς μὲν ἡμέρας καπνόν, τῆς δὲ νυκτὸς φλόγα· ὥστε δόξαι πολλὰ ἐν αὐτῷ καὶ παντοδαπὰ θυμιᾶσθαι θυμιάματα. καὶ τοῦτο μὲν οὕτως ἀεί, ποτὲ μὲν ἐπὶ μᾶλλον, ποτὲ δὲ

quidquam possunt, vlciscentur, siquis eis iniuriam faciat. Multa quoq; constituit ad securitatem & tranquillitatem omnium, propositis edictis, quibus omnia beneficia quæ superiores principes dederant, confirmabãtur, ne, dum quemq; pro se postulare oporteret, molestiam caperent. Delatores quoq; ex vrbe expulit. Eodem tempore alterũ bellum exstitit in Britannia: quo bello Cnæus Iulius Agricola regionem hostium vastauit, primusq; omnium Romanorum (quod sciamus) Britanniã circumfusam esse mari vndique cognouit. Cum enim pauci milites facta seditione, interfectisq; centurionibus *tribunisq; suis, ad naues confugissent, atq; inde soluissent, nauigauere eam partẽ Britanniæ quæ spectat ad occidentẽ solem, vt fluctibus ventoq; ferebantur: cũq; id fecissent, atq; ad altera castra Romanorum, quæ tum ibi erant, appulissent imprudentes, Agricola alios misit, qui nauibus eũdem cursum tenerent; ex quibus etiam insulam esse comperit. His rebus gestis in Britannia, Titus Imperator x v appellatus est: Agricola, reliquum vitæ tempus in ignominia & paupertate trãsegit; scilicet quod maiora quam Prętori par esset, effecerat; ob easq; caussas a Domitiano tandem interfectus est; quamuis permissu Titi triumphauisset. Per id tempus accidere in Campania horribilia quædam, quæ magnam admirationem habẽt. Nam sub autumni tempus ingens incendiũ repente excitatum est, eoque mons Vesèuus conflagrauit. Is mons mare spectat ad Neapolim, habetq; fontes ignis maximos; ac olim quidem ex omni parte pariter excelsus erat; sed tunc ex medio eius ignis exstitit: nam ea parte tantum exustus est: extrinsecus enim intactus integerq; permanet ad hæc tempora. ex quo fit vt, cũ ignis externas partes non exurat, eaq; quæ sunt in medio, cõsumantur igni, rediganturq; in cineres, vertices qui circum sunt, vsq; adhuc veterem altitudinem habeant; & quæ pars igni consumpta est, *dum in se coit, concaua facta sit; ita vt totus mons (si licet parua cum magnis conferre) formam habeat amphitheatri. Culmina eius montis multas arbores habent, vitesque: ipse interius circuitu propter ignem decliuis est: vtq; fumum interdiu, ita noctu flammam reddit; ita vt in eo suffimenta cuiusuis generis fieri semper videantur. Quod cum ita se habeat, nec semper eodem modo, id magis aliquando, interdum

minus facit: ad hæc & cinerem nonnumquam proiicit, quoties simul aliquid subsidit; emittitque saxa facto impetu ventorum: tum resonat mugitque; quod minime densas atque constipatas, sed raras & occultas respirationes habet. Cũ igitur Vesevus eiusmodi sit, hæc in eo quotannis fere fieri solent. Quæ cum illis temporibus præter morem evenerint, magnaq; adhuc esse videantur iis qui ea semper inspiciũt; tamen, licet omnia simul cum ceteris, quæ tum quoque evenerunt, comparentur, parva habeantur necesse est. *Etenim eo tempore magnus numerus hominum inusitata magnitudine, quales gigantes finguntur, in eodem monte regioneque finitima, ac proximis civitatibus, interdiu noctuque vagari, versarique in aere visus est. Post hæc consecuta est maxima siccitas; ac repẽte ita graves terræmotus facti, *vt & omnis ea planities fervida esset, & culmina mõtium subsiderent. Ad hęc sonitus subterranei tamquam tonitrua, & super terram mugitibus similes exstiterunt. Dein mare simul fremere, omne cælum resonare, ingensque & repentinus fragor, quasi montes simul considerent, exaudiri. Tum exsilire primum immensi lapides, & ad summos vertices pervenire: deinde magna copia ignis fumique; ita vt omnẽ aerem obscuraret, occultaretq; solem non aliter quam si defecisset. Igitur nox ex die, & tenebræ ex luce factæ erant, putantibus nonnullis gigantes seditionem inter se facere; quod multæ imagines eorum in fumo conspicerentur, quodque clangor tubarum audiretur. Alii existimabãt aut mundum in chaos redigi, aut igni consumi: ob eamque causam properabant alii ex ædibus in vias; alii de viis in ędes confugere: atque e mari in continentem, & ex continenti in mare se recipere. Alii conturbati, ea quę nondum venerant, existimare tutiora rebus præsentibus. Tanta vero erat copia cineris, vt terram, mareque, atque adeo ipsum aerem cõpleret. quæ res multa damna, vt cuiq; sors tulit, importavit, non solum hominibus, prædiisq; ac pecoribus; sed etiam pisces volucresq; omnes peremit: duasque vrbes, Herculanũ & Põpeios, populo sedente in theatro, penitus obruit. Postremo tantus fuit cinis, vt inde pervenerit in Africam,

ἐπὶ πλεῖον γῆς· πολλάκις δὲ [καὶ] τέφραν ἀναβάλλει, ὅταν ἀθρόον τι ὑφιζήσῃ· καὶ λίθους ἀναπέμπει, ὅταν ὑπὸ πνεύματος ἐκβιασθῇ. ἠχεῖ τε καὶ βοᾷ, ἅτε μὴ συμπεπιλημένας, ἀλλ' ἀραιὰς καὶ λαθραίας τὰς ἀναπνοὰς ἔχων. Τοιοῦτον μὲν τὸ Βέσβιόν ἐστι, καὶ ταῦτα ἐν αὐτῷ κατ' ἔτος ὡς πλήθει γίγνεται. ἀλλὰ τὰ μὲν ἄλλα ὅσα ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ συνηνέχθη, εἰ καὶ μεγάλα παρὰ τὸ καθεστηκὸς τοῖς ἀεὶ ὁρῶσιν αὐτὰ εἶναι ἔδοξε, σμικρὰ ἂν πρὸς τὰ τότε συμβάντα, καὶ τὰ πάντα εἰς ἓν συναχθέντα, νομισθείη. ἄνδρες γὰρ πολλοὶ καὶ μεγάλοι πᾶσαν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὑπερβεβληκότες, οἷοι οἱ γίγαντες γράφονται, τοῦτο μὲν ἐν τῷ ὄρει, τοῦτο δὲ ἐν τῇ περὶ αὐτὸ χώρᾳ ταῖς τε πόλεσι μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ ἐν τῇ γῇ περινοστοῦντες, καὶ ἐν τῷ ἀέρι διαφοιτῶντες ἐφαντάζοντο. καὶ μετὰ τοῦτο αὐχμοί τε δεινοὶ καὶ σεισμοὶ ἐξαίφνης σφοδροὶ ἐγένοντο, ὥστε καὶ τὸ πεδίον ἐκεῖνο πᾶν ἀναβράττεσθαι, καὶ τὰ ἄκρα ἀναπηδᾶν. ἠχαί τε, αἱ μὲν ὑπόγειοι, βρονταῖς ἐοικυῖαι· αἱ δὲ ἐπίγειοι, μυκηθμοῖς ὅμοιαι συνέβαινον· καὶ ἥ τε θάλασσα συνέβρεμε, καὶ ὁ οὐρανὸς συνεπήχει. κἀκ τούτου κτύπος τε ἐξαίσιος ἐξαπιναίως, ὡς καὶ τῶν ὀρῶν συμπιπτόντων, ἐξηκούσθη· καὶ ἀνέθορον πρῶτον μὲν λίθοι ὑπερμεγέθεις, ὥστε καὶ ἐς αὐτὰ τὰ ἄκρα ἐξικέσθαι· ἔπειτα πῦρ πολὺ καὶ καπνὸς ἄπλετος, ὥστε πάντα μὲν τὸν ἀέρα συσκιασθῆναι, πάντα δὲ τὸν ἥλιον συγκρυφθῆναι, καθάπερ ἐκλελοιπότα. Νύξ τε οὖν ἐξ ἡμέρας, καὶ σκότος ἐκ φωτὸς ἐγένετο· καὶ ἐδόκουν οἱ μὲν τοὺς γίγαντας ἐπανίστασθαι, (πολλὰ γὰρ καὶ τότε εἴδωλα αὐτῶν ἐν τῷ καπνῷ διεφαίνετο, καὶ προσέτι καὶ σαλπίγγων τις [βοὴ] ἠκούετο) οἱ δὲ [καὶ] ἐς χάος ἢ καὶ πῦρ τὸν κόσμον πάντα ἀναλίσκεσθαι. καὶ διὰ ταῦτ' ἔφυγον, οἱ μὲν ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐς τὰς ὁδούς, οἱ δὲ ἔξωθεν, εἴσω· ἔκ τε τῆς θαλάσσης ἐς τὴν γῆν, καὶ ἐξ ἐκείνης ἐς τὴν θάλασσαν· οἱ ἄλλοι τε ταραττόμενοι, καὶ πᾶν τὸ ἀπὸ σφῶν ἀπὸν ἀσφαλέστερον τοῦ παρόντος ἡγούμενοι. Ταῦτά τε ἅμα ἐγίγνετο, καὶ τέφρα ἀμύθητος ἐφυσήθη· καὶ τήν τε γῆν τήν τε θάλασσαν καὶ τὸν ἀέρα πάντα κατέσχε· καὶ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα (ὥς που καὶ ἔτυχε) καὶ ἀνθρώποις καὶ χώραις καὶ βοσκήμασιν ἐλυμήνατο, τοὺς δὲ δὴ ἰχθύας τά τε ὄρνεα πάντα διέφθειρε· καὶ προσέτι καὶ πόλεις δύο ὅλας, τό τε Ἡρκουλάνεον καὶ τοὺς Πομπηίους, ἐν θεάτρῳ τοῦ ὁμίλου αὐτῆς καθημένου, κατέχωσε. τοσαύτη γὰρ ἡ πᾶσα κόνις ἐγένετο, ὥστ' ἀπ' αὐτῆς ἦλθε μὲν [καὶ ἐς Ἀφρικὴν

καὶ Συρίαν

καὶ Συρίαν καὶ ἐς Αἴγυπτον, ἐσῆλθε δὲ καὶ ἐς τὴν Ῥώμην, καὶ τόν τε ἀέρα τὸν ὑπὲρ αὐτῆς ἐπλήρωσε, καὶ τὸν ἥλιον ἐπεσκίασε. καὶ συνέβη κἀνταῦθα δέος οὐ μικρὸν ἐπὶ πολλαῖς ἡμέραις, οὔτ᾽ εἰδόσι τοῖς ἀνθρώποις τὸ γεγονός, οὔτ᾽ εἰκάσαι δυναμένοις· ἀλλ᾽ ἐνόμιζον καὶ ἐκεῖνοι πάντα ἄνω τε καὶ κάτω καταστρέφεσθαι, καὶ τὸν μὲν ἥλιον ἐς τὴν γῆν ἀφανίζεσθαι, τὴν δὲ γῆν ἐς τὸν οὐρανὸν ἀνιέναι. ἡ μὲν οὖν τέφρα αὕτη οὐδὲν μέγα τότε κακὸν αὐτοὺς εἰργάσατο· ὕστερον γὰρ νόσον σφίσι λοιμώδη δεινὴν ἐνέβαλε·

Πῦρ δὲ δὴ ἕτερον ἐπίγειον τῷ ἑξῆς ἔτει πολλὰ πάνυ τῆς Ῥώμης, τοῦ Τίτου πρὸς τὸ πάθημα τὸ ἐν τῇ Καμπανίᾳ γενόμενον ἐκδημήσαντος, ἐπενείματο. καὶ γὰρ τὸ Σεραπεῖον, καὶ τὸ Ἰσεῖον, τά τε Σεπτὰ, καὶ τὸ Ποσειδώνιον, τό τε βαλανεῖον τὸ τοῦ Ἀγρίππου, καὶ τὸ Πάνθεον, τό τε *Διριβιτώριον, καὶ τὸ τοῦ Βάλβου θέατρον, καὶ τὴν τοῦ Πομπηίου σκηνὴν, καὶ τὰ Ὀκταουία οἰκήματα καὶ μετὰ τῶν βιβλίων, τόν τε νεὼν τοῦ Διὸς τοῦ Καπιτωλίου μετὰ τῶν συννάων αὐτοῦ κατέκαυσεν. οὕτω τε τὸ κακὸν οὐκ ἀνθρώπινον, ἀλλὰ δαιμόνιον ἐγένετο. πάρεστι γὰρ ἐκ τούτων ὧν κατέλεξα, πάντι τῳ τεκμήρασθαι καὶ τἄλλα τὰ ἀπολλύμενα. Ὁ δ᾽ οὖν Τίτος τοῖς μὲν Καμπανοῖς δύο ἄνδρας ἐκ τῶν ὑπατευκότων οἰκιστὰς ἔπεμψε, καὶ χρήματα ἄλλα τε, καὶ τὰ χρήματα τῶν ἄνευ κληρονόμων τεθνηκότων ἐδωρήσατο· αὐτὸς δὲ οὐδὲν οὔτε παρ᾽ ἰδιώτου, οὔτε παρὰ πόλεως, οὔτε παρὰ βασιλέως, καίτοι πολλῶν πολλὰ διδόντων αὐτῷ καὶ ὑπισχνουμένων, ἔλαβεν. ἀνέστησέ τοι καὶ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων πάντα· καὶ ἐπὶ μὲν τοῖς ἄλλοις οὐδὲν ἐξαίρετον ἔπραξε, τὸ δὲ δὴ θέατρον τὸ κυνηγετικὸν, τό τε βαλανεῖον τὸ ἐπώνυμον αὐτοῦ ἱερώσας, πολλὰ καὶ θαυμαστὰ ἐποίησε. γέρανοί τε γὰρ ἀλλήλοις ἐμαχέσαντο, καὶ ἐλέφαντες τέσσαρες· *ἄλλα τε ἐς ἐνακισχίλια καὶ βοτὰ καὶ θηρία ἀπεσφάγη, καὶ αὐτὰ καὶ γυναῖκες οὐ μέντοι ἐπιφανεῖς συγκατειργάσαντο. ἄνδρες τε πολλοὶ μὲν ἐμονομάχησαν, πολλοὶ δὲ καὶ ἀθρόοι ἔν τε πεζομαχίαις καὶ ἐν ναυμαχίαις ἠγωνίσαντο. τὸ γὰρ θέατρον αὐτὸ ἐκεῖνο ὕδατος ἐξαίφνης πληρώσας, εἰσήγαγε μὲν καὶ ἵππους καὶ ταύρους καὶ ἄλλα τινὰ χειροήθη, δεδιδαγμένα πάνθ᾽ ὅσα ἐπὶ τῆς γῆς πράττειν, καὶ ἐν τῷ ὑγρῷ. εἰσήγαγε δὲ καὶ ἀνθρώπους ἐπὶ πλοίων. καὶ οὗτοι μὲν ἐκεῖ, ὡς οἱ μὲν, Κερκυραῖοι, οἱ δὲ Κορίνθιοι ὄντες, ἐναυμάχησαν· ἄλλοι δὲ ἔξω ἐν τῷ ἄλσει τῷ τοῦ Γαΐου τοῦ τε Λουκίου, ὅ ποτε ὁ Αὔγουστος ἐπ᾽ αὐτὸ τοῦτ᾽ ὠρύξατο. καὶ γὰρ ἐνταῦθα

Syriam, & Ægyptum; introieritque Romam, eiusque aerem compleuerit, & solem obscurauerit. Id Romæ accidit paucis post diebus, cũ omnes ignorarent id quod factum erat in Campania, nec, quid esset, cõiectura assequi possent. Itaq; etiam ii putare cœperunt, omnia sursum deorsum ferri, solemque in terram cadere, ac terrã in cælum conscendere. *Quamquam autem hic cinis non tunc statim attulit grauia incommoda populo Romano, tamen postea morbum pestilentem & grauem immisit. Insequenti anno, Tito ad visendam calamitatem Campanię profecto, multa Romæ conflagrauerunt: quod incendium tamen *exstiterat ex terra. Nam Serapidis ac Isidis fana, Septa, templum Neptuni, balnea Agrippæ, Pantheon, Diribitorium, theatrum Balbi, Scena Pompeii, Octauiana ædificia vna cum libris, templum Iouis Capitolini, cũ proximis templis, igni consumpta sunt. Ita id malũ diuinum potius quam humanum fuit. Licet enim ex iis quæ commemoraui, cetera quæ eo incendio perierunt, coniicere. Titus ad Cãpanos misit duos viros consulares, *qui colonias eo deducerent; iisque grandem pecuniam dedit, atque eam potissimum, quam reliquissent ii qui sine heredib. mortui essent. Ipse nihil a priuatis, aut ciuitatibus, aut regibus, cum ei multa darẽt ac pollicerẽtur, accepit: *quinetiam ea quæ adhuc apud se habebat, restituit. Quod pertinet ad cetera, nihil præcipuum gessit: tantum amphitheatrum venationum causa, & balnea suo nomine dedicauit: tum ibi multa eaque admirabilia fecit. Grues enim certauerunt inter se, præterea quatuor elephanti: ac pecorum ferarumq; milia nouem interfecta sunt: *quæ mulieres quoq; ignobiles confecerunt. multi obierunt munus gladiatorium: multi quoque conferti pedestria ac naualia prœlia cõmiserunt. Nã amphitheatro de repẽte aqua impleto, in ipsum equos taurosq;, aliaq; mansueta animalia introduxit, quæ facere didicerant ea, quę in terra consueuerant. In hanc aquam introducti sunt homines in nauibus; qui in Corcyrenses & Corinthios diuisi, prœlio nauali certauerũt. Extra hũc locũ pugnatũ est ab aliis in horto Caii & Lucii, quẽ Augustus pfodi ob eandẽ causam iusserat. Ibi n.

primo die *bellum nauale, cædesque belluarum facta est, lacu, qua parte statuas spectat, tabulis inædificato, ac fixis vndique trabibus. Postridie eius diei, ludi Circẽses facti sunt. Tertio die nauale prœlium factum est hominum trium milium: post hæc, pedestris pugna consecuta est. Nam Atheniẽses superatis Syracusanis (his enim nominibus vsi pugnauerunt) cũ in paruam insulam descẽdissent, magno impetu celeriter facto, monumentum quod ibi factum erat, inuadunt, capiuntque. Fuere per centum dies spectacula eius generis. Sed & plebi vtile fuit, quod Titus paruos globos ligneos de superiore loco iaceret in amphitheatrum, in quibus scripta erat nota alicuius esculenti, vestisve, aut vasis argentei, aut aurei, equorumq; & iumentorum ac mancipiorum: quos globos qui rapuisset, attulissetq; ad dispẽsatores Titi, quod scriptum erat, consequebatur. His confectis rebus, postremo die fleuit, inspectãte vniuerso populo; nec amplius quidquam magnum gessit: sed insequenti anno, Flauio & Pollione consulibus, dedicatis iis quę supradicta sunt, in iisdem aquis, in quibus pater obierat, mortuus est. Fama est fratrem mortem ei attulisse: præsertim quod ei insidias ante parauerat: alii morbo exstinctum tradunt. Cum enim adhuc respiraret, possetq; forsan conualescere, Domitianus ipsum in arcam plenam niuis coniecit, quo celerius moreretur. Eo quidem certe viuo Romam venit, introiitque in castra, ac nomen & potentiam Imperatoris accepit, deditq; militibus quantum eis frater dederat. Titus moriens, se vnius tantummodo rei pœnitere dixit: id autem quid esset, non aperuit, nec quisquam certo nouit, aliud aliis conicientibus. Cõstans fama fuit, (vt nonnulli tradunt) quod Domitiam vxorem fratris habuisset: alii putant, (quib. ego assentior) quod Domitianum, a quo certo sciebat sibi insidias parari, non interfecisset, sed id ab eo pati maluisset: & quod traderet Imperium Romanum tali viro, qualem eum fuisse referemus. Regnauit (vt supradictum est) annos II, menses II, dies XX.

τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ *μονομαχία καὶ θηρίων σφαγὴ, καταικοδομηθείσης σανίσι τῆς κατὰ πρόσωπον τῶν εἰκόνων λίμνης, καὶ ἰκρία πέριξ λαβούσης· τῇ δὲ δευτέρᾳ, ἱπποδρομία· καὶ τῇ τρίτῃ, ναυμαχία τρισχιλίων ἀνδρῶν· καὶ μετὰ τοῦτο καὶ πεζομαχία ἐγένετο. νικήσαντες γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς Συρακουσίους (τούτοις γὰρ τοῖς ὀνόμασι χρησάμενοι ἐναυμάχησαν) ἐπεξῆλθον ἐς τὸ νησίδιον, καὶ προσβαλόντες τείχει τινὶ περὶ τὸ μνημεῖον πεποιημένῳ, εἷλον αὐτό. Ταῦτα μὲν ἐς ὄψιν ἥκοντα καὶ ἐφ' ἑκατὸν ἡμέρας ἐγένετο· παρέσχε δέ τινα καὶ ἐς ὠφέλειαν φέροντα αὐτοῖς· σφαιρία γὰρ ξύλινα μικρὰ ἄνωθεν ἐς τὸ θέατρον ἐρρίπτει, σύμβολον ἔχοντα, τὸ μὲν ἐδωδίμου τινὸς, τὸ δὲ ἐσθῆτος, τὸ δὲ ἀργυρῶν σκευῶν, ἄλλο χρυσοῦ, ἵππων, ὑποζυγίων, βοσκημάτων, ἀνδραπόδων· ἃ διαρπάσαντάς τινας ἔδει πρὸς τοὺς δοτῆρας αὐτῶν ἀπενεγκεῖν, καὶ λαβεῖν τὸ ἐπιγεγραμμένον. Διατελέσας δὲ ταῦτα, καὶ τῇ γε τελευταίᾳ ἡμέρᾳ καταδακρύσας, ὥστε πάντα τὸν δῆμον ἰδεῖν, οὐδὲν ἔτι μέγα ἔπραξεν, ἀλλὰ τῷ ἐπιγιγνομένῳ ἔτει ἐπί τε τοῦ Φλαβίου καὶ ἐπὶ τοῦ Πωλίωνος τῶν ὑπάτων, καθιερώσας ὅσα εἴρηται, μετήλλαξεν ἐν τοῖς ὕδασιν, ἐν οἷς καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ· ὡς μὲν ἡ φήμη λέγει, πρὸς τοῦ ἀδελφοῦ, ἄλλως θ' ὅτι καὶ πρότερον ἐπεβεβούλευτο ὑπ' αὐτοῦ· ὡς δέ τινες γράφουσι, νοσήσας. ἔμπνουν γάρ τοι αὐτὸν ὄντα, καὶ τάχα περιγενέσθαι δυνάμενον, ἐς λάρνακα χιόνος πολλῆς γέμουσαν ὁ Δομιτιανὸς ἐνέβαλεν, ἵνα θᾶσσον ἀποθάνῃ. ἔτι γοῦν ζῶντος αὐτοῦ ἔς τε τὴν Ῥώμην ἀφίππευσε, καὶ ἐς τὸ στρατόπεδον εἰσῆλθε, τήν τε ἐπίκλησιν καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ αὐτοκράτορος ἔλαβε, δοὺς αὐτοῖς ὅσονπερ καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἐδεδώκει. Ὁ δ' οὖν Τίτος ἀποψύχων, εἶπε μὲν ὅτι Ἓν μόνον ἐπλημμέλησα. τί δὲ δὴ τοῦτο εἴη, οὐ διεσάφησεν, ἀλλ' οὐδ' ἄλλος οὐδεὶς ἀκριβῶς ἀνέγνω· οἱ μὲν γὰρ τὸ, οἱ δὲ τὸ κατείκαζον. κρατεῖ δ' οὖν, ὡς μέν τινες λέγουσιν, ὅτι τὴν Δομιτίαν τὴν τοῦ ἀδελφοῦ γυναῖκα ἔσχεν· οἱ δ' ἕτεροι, (οἷς ἐγὼ πείθομαι) ὅτι τὸν Δομιτιανὸν σαφῶς ἐπιβουλεύσαντά οἱ λαβὼν, οὐκ ἀπέκτεινεν, ἀλλ' αὐτός τε ὑπ' ἐκείνου παθεῖν τοῦτο μᾶλλον εἵλετο, καὶ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἀνδρὶ τοιούτῳ ἐξέδωκεν οἷον ἡ διέξοδος τοῦ λόγου δηλώσει. Ἦρξε δὲ δύο ἔτη καὶ μῆνας δύο, ἡμέρας τε εἴκοσιν, ὡς προείρηται.

ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ.

ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ δὲ, ἦν μὲν καὶ θρασὺς καὶ ὀργίλος, ἦν δὲ καὶ ἐπίβουλος καὶ κρυψίνους· ὥστε ἀφ' ἑκατέρων τῶν μὲν τὸ προπετὲς, τῶν δὲ τὸ δόλιον ἔχων, πολλὰ μὲν ὡς σκηπτὸς ὀξέως ἐμπίπτων τισὶν, ἐλυμαίνετο, πολλὰ δὲ καὶ ἐκ παρασκευῆς ἐκακούργει. *θεῶν μὲν γὰρ τὴν Ἀθηνᾶν ἐς τὰ μάλιστα ἤγαλλε, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰ Παναθήναια μεγάλως ἑώρταζε· καὶ ἐν αὐτοῖς ἀγῶνας καὶ ποιητῶν καὶ λογογράφων μονομάχων τε κατ' ἔτος (ὡς εἰπεῖν) ἐν τῷ Ἀλβανῷ ἐποίει. τοῦτο γὰρ τὸ χωρίον ὑπὸ τὸ ὄρος τὸ Ἀλβανὸν, ἀφ' οὗπερ οὕτως ὠνομάσθη, ὂν, ὥσπερ τινὰ ἀκρόπολιν ἐξείλετο. ἀνθρώπων δὲ ἐφίλησε μὲν ἀληθῶς οὐδένα, πλὴν γυναικῶν τινῶν· ἐπλάττετο δὲ ἀγαπᾶν ἀεὶ ὃν ἀεὶ μάλιστα ἀποσφάξαι ἤθελεν. οὕτω γὰρ ἄπιστος καὶ πρὸς αὐτοὺς τοὺς χαριζομένους τι, ἔς τε [τὰ] δεινότατα ὑπηρετοῦντας αὐτῷ, ἐγίνετο, ὥσθ', ὁπότε τινὲς ἢ χρήματα αὐτῷ πολλὰ πορίσαιεν, ἢ ἀνθρώποις πολλοῖς συκοφαντήσαιεν, πάντως αὐτοὺς ἔφθειρε, καὶ μάλιστα τοὺς δούλους τοὺς κατὰ δεσποτῶν μηνύσαντας. Τοιοῦτος δὲ δὴ πρὸς πάντας παρ' ὅλην τὴν ἡγεμονίαν γενόμενος, πολὺ καὶ ἑαυτὸν ὑπερεβάλετο ἐν τῇ τῶν τοῦ πατρὸς τοῦ τε ἀδελφοῦ φίλων ἀτιμίᾳ τε καὶ ὀλεθρίῳ μεταχειρίσει. ἐμίσει τε γὰρ αὐτοὺς, ὅτι μὴ πάνθ' ὅσα ᾔτει, πολλά τε καὶ οὐ προσήκοντα [ὄντα,] παρέσχον αὐτῷ· καὶ ὅτι ἐν τιμῇ τινὶ ἐγεγόνεσαν. καὶ διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς Εαρίνου τινὸς εὐνούχου ἐρῶν, ὅμως, ἐπειδὴ καὶ ὁ Τίτος ἰσχυρῶς περὶ τοὺς ἐκτομίας ἐσπουδάκει, ἀπηγόρευσεν ἐπὶ ἐκείνου ὕβρει, μηδένα ἔτι ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων ἀρχῇ ἐκτέμνεσθαι. Τὸ δ' ὅλον, ἔλεγε τοὺς αὐτοκράτορας τοὺς μὴ πολλοὺς κολάζοντας, οὐκ ἀγαθοὺς, ἀλλ' εὐτυχεῖς εἶναι. καὶ *τι καὶ σκηνοποιίᾳ τινὶ ἐοικὼς ἐγίνετο· αὐτός τε γὰρ καὶ φιλεῖν τὸν ἀδελφὸν καὶ πενθεῖν προσεποιεῖτο, καὶ τούς τε ἐπαίνους τοὺς ἐπ' αὐτῷ μετὰ δακρύων ἔλεξε, πάντα τὰ ἐναντιώτατα ὧν ἐβούλετο σκηπτόμενος. ἀμέλει καὶ τὴν ἱπποδρομίαν τὴν τῶν γενεσίων αὐτοῦ κατέλυσε· καὶ οἱ ἄλλοι οὔθ' ὅπως συνάχθοιντο, οὔθ' ὅπως συνήδοιντο, ἀσφαλῶς εἶχον· τὸ μὲν, ὅτι τὴν γνώμην αὐτοῦ λυπεῖν, τὸ δ', ὅτι τὴν προσποίησιν ἐλέγξειν ἔμελλε. Τὴν δὲ γυναῖκα τὴν Δομιτίαν ἐβουλεύσατο μὲν σφάξαι ἐπὶ μοιχείᾳ· παρακληθεὶς δὲ

DOMITIANVS.

DOMITIANVS, homo audax erat & iracūdus, pręterea insidiator & vafer: itaque ex altero temerarius, ex altero fraudulentus erat. Multa enim vastabat irruens celeriter instar fulminis: cōtra, multa damna paratus & præmeditatus inferebat. Mineruam præcipue ex omnibus diis coluit; atque ob eam causam Quinquatria magnifice celebrauit: in quibus certamina poetarum, oratorū, gladiatorumq; quotannis fere exhibebat in Albano. nam eum locum sub Albano monte, ex quo ita cognominatus est, tamquam arcem aliquam elegerat. Neminem vnquā vere & ex animo dilexit, præter paucas mulieres: quamquā cum se diligere simulabat semper, quē maxime interfectū cupiebat. Adeo vero diffidebat iis qui ei aliquid gratificabantur, aut obsequebantur in molestissimis atque grauissimis rebus, vt eos qui ei maximam pecuniam * darent, aut qui multos homines calumniarētur, penitus perderet; præsertim seruos, si quid contra dominos detulissent. Cumq; se talem erga oēs præstiterit semper in suo principatu, tum vero seipsum in eo longe superauit,* quod patrem fratremq; & amicos ignominiose & perdite tractauit. Eos enim oderat; propterea quod ei non concessissent omnia quæ postulauerat, præstitissentque multa quæ non satis idonea aut recta esse videbantur, & quod antea in aliquo honore fuissent. Quas ob res etsi Earinum eunuchū amabat, tamen, quod Titus quoque exsectos dilexerat, vetuit in eius contumeliam, ne quis in posterum intra fines Romani imperii castraretur. Omnino dicebat, Imperatores a quibus permulti homines non punirentur, fortunatos magis quam bonos esse: & quasi in scena esset, simulabat se fratrem amare ac lugere, laudabatque non sine lacrymis; cum tamen omnia contra quā vellet, præ se ferret. nam Circenses ludos, qui natali die illius fiebant, diremit: ceteri, quemadmodum cōdolerent, aut ei congratularentur tuto, nesciebant; ne aut ei molestiā afferrent, aut eius dissimulationem percipere viderentur. Cum autem de cæde Domitiæ vxoris suæ consultaret, propter admissum adulteriū, capto consilio

de sententia Vrsi, eam repudiauit: & propter eandem etiam Paridem saltatorem in media via occidit: ac postquam accepit eum locum a multis hominibus floribus* frondibusq; & virgultis ornari, eos interfici iussit: Quibus confectis rebus, palam cum fratris sui filia Iulia, tamquam cum vxore, coibat. Multos primarios viros compluribus de causis morte & exsilio de medio sustulit. Sed neque Vestalibus pepercit; in quas animaduertit, quasi cum viris consuetudinem habuissent: de quibus cum esset aspere & acerbe quæsitũ, ac multi qui accusati fuerant, supplicio afficerentur, id vnus e pontificibus Eluius Agrippa non ferens, atque eo perterritus, in Senatu, vbi tum erat, exstinctus est. Domitianus profectus in Germaniam cum exercitu, hoste nusquam viso, reuertit. Hoc loco mihi commemorare non necesse est ea quæ tum ob eam causam ei, ceterisque Imperatoribus eius simillimis, semper tributa sunt, ne paruos honores adepti, ac proinde rati se contemni, moleste & grauiter ferrẽt. Illud fuit in eo grauissimũ, quod, cum se adulari cuperet, vtrisque, & colentibus eum, & non colentibus, pariter succensebat: illis, quod assentari; his, quod negligere viderentur. Adeo vero stulte elatus est & insolenter, vt Consul decem annos perpetuos, & Censor, quamdiu viueret, primus solusque ex priuatis ciuibus atque Imperatoribus designatus sit. Lictores cepit quatuor & viginti: vtque veste triumphali vteretur, quoties veniret in Senatum, obtinuit. Mensem Octobrem, quod in eo natus erat, Domitianum cognominauit. Aurigarum duo genera adiunxit; quorum vnum aureum, alterum argenteum appellauit. Spectatoribus multa crebro largiebatur in sphæris paruulis: nonnumquam conuiuium faciebat eis in eodem loco sedentibus, præbebatque sæpenumero vinum fluens nocturno tempore. Quę res vt multitudini erat voluptati, vt par est; ita potentibus viris causa erat interitus. Multos enim occidebat, cum non haberet vnde tantos sumptus faceret; partim reos factos in Senatu, partim absentes accusatos: nonnullos quoque ex insidiis, clamdestinis venenis sustulit. Per id tempus maximum bellũ fuit populo Romano cũ Dacis, apud quos Decebalus regnum obtinebat. Is erat in cognoscendis rebus

ὑπὸ τοῦ Οὔρσου, ἀπεπέμψατο, τὸν Πάριν τὸν ὀρχηστὴν ἐν μέσῃ τῇ ὁδῷ δι᾽ αὐτὴν φονεύσας. ἐπεὶ δὲ πολλοὶ καὶ ἄνθεσι καὶ μύροις τὸν τόπον ἐκεῖνον ἐτίμων, ἐκέλευσε τούτους σφάττεσθαι. Κἀκ τούτου τῇ ἀδελφιδῇ τῇ ἰδίᾳ, ἤγουν τῇ Ἰουλίᾳ, ἀπαρακαλυπτότερον ὡς γαμετῇ συνῴκει. Πολλοὺς δὲ τῶν πρώτων ἀνδρῶν κατὰ πολλὰς προφάσεις φόνοις τε καὶ ὑπερορίαις ἐκποδὼν ποιούμενος, οὐδὲ τῶν ἀειπαρθένων ἐφείσατο, ἀλλ᾽ ὡς καὶ ἀνδρωμένας ἐτιμωρήσατο. Ὅτε καὶ λέγεται, σκληρᾶς καὶ βαρείας τῆς περὶ αὐτὰς ἐξετάσεως γινομένης, καὶ πολλῶν αἰτιαθέντων καὶ κολαζομένων, οὐκ ἐνεγκὼν εἷς τῶν ποντιφίκων Ἐλούιος Ἀγρίππας, ἀλλ᾽ ἐκπλαγείς, αὐτοῦ ἐν τῷ συνεδρίῳ, ὥσπερ εἶχεν, ἀποψύξαι. Ἐκστρατεύσας δὲ εἰς τὴν Γερμανίαν, καὶ μηδ᾽ ἑωρακώς που πόλεμον, ἐπανῆκε. τί γὰρ δεῖ καὶ λέγειν ἃ διὰ τοῦτο καὶ ἐκείνῳ τότε καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ὁμοίοις αὐτῷ αὐτοκράτορσιν αἰεὶ ἐδόθη, ἵνα μή, προσυποπτεύοντες ἔκ τε τῆς ὀλιγότητος καὶ ἐκ τῆς σμικρότητος τῶν τιμῶν ἐλέγχεσθαι, χαλεπαίνωσι. Καίτοι καὶ τοῦτο δεινότατον εἶχεν, ὅτι καὶ κολακεύεσθαι ἤθελε, καὶ ἀμφοτέροις ὁμοίως ἤχθετο, καὶ τοῖς θεραπεύουσι, καὶ τοῖς μή· τοῖς μέν, ὅτι θωπεύειν, τοῖς δέ, ὅτι καταφρονεῖν ἐδόκουν. Οὐ μὴν ἀλλ᾽ ἐπὶ πλεῖον ἐπαρθεὶς ὑπ᾽ ἀνοίας, ὕπατος μὲν ἔτη δέκα ἐφεξῆς, τιμητὴς δὲ διὰ βίου πρῶτος δὴ καὶ μόνος καὶ ἰδιωτῶν καὶ αὐτοκρατόρων ἐχειροτονήθη. ῥαβδούχοις τε τέσσαρσι καὶ εἴκοσι καὶ τῇ στολῇ τῇ ἐπινικίῳ, ὅταν ἐς τὸ βουλευτήριον ἐσίῃ, χρῆσθαι ἔλαβε. τόν τε Ὀκτώβριον Δομιτιανὸν ἀντωνόμασεν, ὅτι ἐν αὐτῷ ἐγεγένητο. Τοῖς δὲ ἁρματηλάταις δύο γένη ἕτερα, τὸ μὲν χρυσοῦν, τὸ δὲ ἀργυροῦν ὀνομάσας, *προσκατέστησε. τοῖς τε θεωμένοις συχνὰ διὰ τῶν σφαιρίων ἐδίδου· καί ποτε καὶ ἐδείπνισεν αὐτοὺς κατὰ χώραν καθημένους, οἶνόν τε σφίσι πολλαχῇ ῥέοντα νυκτὸς παρέσχεν. ἃ δὴ τοῖς μὲν πολλοῖς ἐν ἡδονῇ, ὡς εἰκὸς ἦν, τοῖς δὲ δυνατοῖς ὀλέθρου* αἴτια καθίστατο. οὐ γὰρ ἔχων ὁπόθεν ἀναλώσῃ, συχνοὺς ἐφόνευε, τοὺς μὲν ἐσάγων ἐς τὸ βουλευτήριον, τῶν δὲ καὶ ἀπόντων κατηγορῶν· ἤδη δὲ καὶ ἐξ ἐπιβουλῆς ἐνίους λαθραίοις φαρμάκοις ἀπήλλαξε. Μέγιστος δὲ δὴ πόλεμος Ῥωμαίοις τότε πρὸς τοὺς Δάκους ἐγένετο· ὧν τότε Δεκέβαλος ἐβασίλευε, δεινὸς μὲν συνεῖναι

τὰ πολέ-

τὰ πολέμια, δεινὸς δὲ καὶ ἐπεξᾶξαι ἐπελθεῖν εὔστοχος, ἀναχωρῆσαι τέλειος· ἐνέδρας τεχνίτης, μάχης ἐργάτης· καὶ καλῶς μὲν νίκῃ χρήσασθαι, καλῶς δὲ καὶ ἧτταν διαθέσθαι εἰδώς· ἀφ' οὗ δὴ καὶ ἀνταγωνιστὴς ἀξιόμαχος ἐπὶ πολὺ τοῖς Ῥωμαίοις ἐγένετο. Δάκους δὲ αὐτοὺς προσαγορεύω, ὥσπερ που καὶ αὐτοὶ ἑαυτοὺς καὶ οἱ Ῥωμαῖοι σφᾶς ὀνομάζουσιν· οὐκ ἀγνοῶν ὅτι Ἑλλήνων τινὲς Γέτας αὐτοὺς λέγουσιν, εἴτ' ὀρθῶς, εἴτε καὶ μὴ λέγοντες. ἐγὼ γὰρ οἶδα Γέτας τοὺς ὑπὲρ τοῦ Αἵμου παρὰ τὸν Ἴστρον οἰκοῦντας. Ὁ Δομιτιανὸς μὲν οὖν ἐξεστράτευσε μὲν ἐπ' αὐτούς, οὐ μέντοι καὶ τοῦ πολέμου προέστη· (οὐ γὰρ ὅτι τό τε σῶμα ἄπονος, καὶ τὴν ψυχὴν ἄτολμος, ἀλλὰ καὶ ἀσωτότατος καὶ ἀσελγέστατος καὶ πρὸς γυναῖκας καὶ πρὸς μειράκια ἦν) ἄλλους δὲ πέμπων εἰς τὸν πόλεμον στρατηγούς, τὰ πλείω κακῶς ἀπήλλασσεν· ἐς δὲ τὴν Ῥώμην ὡς καὶ κεκρατηκὼς ἐπέστελλε· καὶ τοσαῦτα αὐτῷ ἐψηφίσθη, ὥστε πᾶσαν ὀλίγου δεῖν τὴν οἰκουμένην τὴν ὑπ' αὐτὸν οὖσαν, εἰκόνων αὐτοῦ καὶ ἀνδριάντων καὶ ἀργυρῶν καὶ χρυσῶν ἐμπλησθῆναι. Ἐποίησε δὲ καὶ θέαν πολυτελῆ, ἐν ᾗ ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐς ἱστορίαν ἐπίσημον παρελάβομεν, πλὴν ὅτι καὶ παρθένοι τὸν δρομικὸν ἠγωνίσαντο. Μετὰ δὲ ταῦτα ἑορτάς τινας νικητηρίους [δῆθεν] ἐπιτελῶν, ἀγῶνας συχνοὺς ἐποίησε. τοῦτο μὲν γάρ, ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ μάχας καὶ πεζῶν πρὸς ἀλλήλους καὶ ἱππέων αὖ συνέβαλε· τοῦτο δέ, καὶ ἐν καινῷ τινὶ χωρίῳ ναυμαχίαν ἐπετέλεσε. καὶ ἀπέθανον ἐν αὐτῇ πάντες μὲν ὀλίγου δεῖν οἱ ναυμαχήσαντες, συχνοὶ δὲ καὶ ἐκ τῶν θεωμένων. ὑετοῦ γὰρ πολλοῦ καὶ χειμῶνος σφοδροῦ ἐξαίφνης γενομένου, οὐδενὶ ἐπέτρεψεν ἐκ τῆς θέας ἀπαλλαγῆναι, ἀλλ' αὐτὸς μανδύας ἀλλασσόμενος, ἐκείνους οὐδὲν εἴασε μεταβαλεῖν· καὶ ἐκ τούτου ἐνόσησαν οὐκ ὀλίγοι καὶ ἐτελεύτησαν. ἐφ' ᾧ [που] παραμυθούμενος αὐτούς, δεῖπνον σφίσι δημοσίᾳ διὰ πάσης τῆς νυκτὸς παρέσχε. πολλάκις δὲ καὶ τοὺς ἀγῶνας νύκτωρ ἐποίει· καὶ ἔστιν ὅτε καὶ νάννους καὶ γυναῖκας συνέβαλε.

Τὸ μὲν οὖν πλῆθος οὕτως τότε εἱστίασεν· αὖθις δὲ τοὺς πρώτους τῆς γερουσίας καὶ τῶν ἱππέων, τόνδε τὸν τρόπον. οἶκον μελάντατον ἀπανταχόθεν ἔκ τε τῆς ὀροφῆς καὶ ἐκ τῶν τοίχων τοῦ τ' ἐδάφους παρασκευάσας, καὶ κλισίας ἐπ' αὐτοῦ τοῦ δαπέδου γυμνὰς ὁμοίως ἑτοιμάσας, ἐσεκάλεσεν αὐτοὺς μόνους νυκτὸς ἄνευ τῶν ἀκολούθων. καὶ πρῶτον μὲν

bellicis perspicax; in agendo sollers, promptusque ad inuadendum, & ad regrediendum, si res ita postulabat. Nouerat enim optime insidias facere, prœlium committere, optime vti victoria, & acceptam cladem ferre moderate. Quamobrem diutissime aduersarius grauis fuit populo Romano. Porro eam gentem *Dacos* appello: nam ita se ipsi nominant, eodemque nomine a Romanis appellantur; etsi non ignoro eos a quibusdā Græcis *Getas* esse dictos. Quod an recte factum sit, nescio: illud quidem scio, Getas trans Hæmū apud Danubium incolere. At Domitianus, ducto in eos exercitu, quamquam ipse bellum nulla ex parte attigit; (erat enim non solum impatiēs laboris corporis, sed etiam animo timido & imbelli; petulansque & libidinosus non modo in mulieribus, sed etiam in pueris) tamen missis ducibus ad bellum gerendum, ac magna parte militum turpiter amissa, vt victor Romā litteras misit. Quamobrem ei tot & tāta decreta facta sunt, vt in omni fere orbe terrarum qui sub dicione eius erat, statuæ aureæ atq; argenteæ positæ sint. Edidit sumptuosum spectaculum; ex quo nihil dignū historia accepimus, præterquā quod virgines cursu certauerunt. Post hæc dies festos egit, videlicet triumphales: exhibuit crebra certamina, prœliis peditum, ac deinde equitum commissis in circo; tum etiam in nouo quodā loco bello nauali facto; in quo non solum omnes fere qui pugnauerunt, mortui sunt, sed etiā multi ex spectatoribus; propterea quod maximo imbri, & vehementi tempestate repente commota, nemini permisit abire ex spectaculo: & quamquam ipse pænulam mutauit, tamen ceteros nihil mutare passus est. Qua ex re non pauci in graues morbos inciderunt, & mortui sunt. Itaq; populo nocturnum epulum dedit, eius consolandi causa. Noctu enim sæpe exhibebat certamina; interdum vero & nonnas & mulieres cōmittebat. Vtq; plebi eo tempore, ita post primorib. Senatorii & equestris ordinis conuiuium in hunc modū fecit. Apparauit ædes nigerrimas ex omnib. partibus: erant enim atra laquearia, parietes ac pauimētum; in eoq; sedes nudæ eodem modo collocatæ erant. Quibus paratis rebus, eos de nocte introduci iubet absque comitibus: ac primum omnium

iuxta vnumquemque columnā collocat, factam instar sepulcri, in qua nomen eius scriptum erat; pendebatque de ea lychnuchus paruus, vt assolet in monumentis: tū nudi pueri, atramentoq; obliti, tamquam spectra quædam ingrediuntur, ipsosque horribili saltatione circumeunt; eoque facto ante pedes ipsorum consistunt; ad extremum, omnia quæ in exsequiis mortuorū adhiberi solent, in vasis eodem modo eis apposita fuerunt. Quas ob res quisque maxime reformidare cœpit & perhorrescere; quod se iam exspectarent interfectum iri; præsertim quod ceteris magnum silētium erat, quasi iam mortui essent, quodque Domitianus sermonem habebat de iis rebus quæ ad mortes, quæve ad cædes pertinerent. Tandem vero illos dimittit, *præmissis famulis ipsorum qui in vestibulis ædium remanserāt. Cumque præparasset alios incognitos homines, a quibus domum reducerentur, vehiculis & lecticis datis, iis metum multo maiorem incussit. Iam quisque domum venerat, iamque respirare quodam modo cœperat; cum nuntiatum est, nonnullos ab Augusto venire. Qua ex re eis mori omnino exspectantibus, ab vno horū oblata est columna argentea, ab altero aliud quidpiam, ab alio vas ex iis quæ in cœna apposita fuerant, quæque erāt pretiosissima: postremo, puer ille qui antè dæmonem repræsentauerat, vnicuique lotus & ornatus oblatus est: eoque pacto illi totam noctem magno timore perculsi, munera acceperunt. *Et Domitianus hos triumphos egit, vel (vt vulgo loquebantur) exsequias eorum qui in Dacia Romæq; mortem obierant. Iisdem temporibus interfecit quosdam primarios viros; priuauitque facultatibus eum qui vnum ex iis in prædiis suis defunctum sepultura affecerat.

Ceterum Dacico bello hæc accidere memoria digna. Iulian⁹, cui cura belligerendi ab Imperatore mandata erat, ceteris reb. bene constitutis, iussit militibus vt sua & cēturionum nomina in scutis inscriberent, quo facilius ii qui præclare aliquid aut turpiter fecissent, agnoscerentur: congressusque cum hostibus in Tapis, magnum numerum eorum concidit. ex quibus Vezinas, qui secundum locum post Decebalum obtinebat apud suos, cum viuus non posset se in fugam conicere, de industria pro mortuo cecidit: deinde noctu

στήλην *τάφοειδῆ ἑκάστῳ σφῶν παρέστησε, τό τε ὄνομα αὐτοῦ ἔχουσαν καὶ λυχνοῦχον μικρὸν, *οἷοι ἐν τοῖς μνημείοις κρεμάννυνται· ἔπειτα παῖδες εὐπρεπεῖς γυμνοὶ, μέλανι καὶ αὐτοὶ κεχρισμένοι εἰσῆλθον ὥσπερ εἴδωλα· καὶ περιελθόντες αὐτοὺς μετ᾽ ὀρχήσεώς τινος φοβερᾶς, πρὸ τῶν ποδῶν ἱδρύθησαν. καὶ μετὰ τοῦτο πάνθ᾽ ὅσαπερ ἐν τοῖς ἐναγίσμασι καθαγίζεται, καὶ ἐκείνοις μέλανα ἐν σκεύεσιν ὁμοίως προσενεχθη· ὥστε καὶ φοβεῖσθαι καὶ τρέμειν καθ᾽ ἕκαστον αὐτῶν πάντας, ἀεί τε ὅσον οὐκ ἤδη σφαγήσεσθαι προσδέχεσθαι, ἄλλως τε καὶ ὅτι παρά τε τῶν ἄλλων σιωπὴ πολλὴ, ὥσπερ ἐν τεθνηκόσιν ἤδη, ἦν, καὶ αὐτὸς ὁ Δομιτιανὸς πάντα ἔς τε θανάτους καὶ ἐς σφαγὰς φέροντα διελέγετο· τέλος δὲ ἀφῆκε μὲν αὐτούς· προαπαλλάξας δὲ δὴ τοὺς οἰκέτας σφῶν τοὺς ἐν τοῖς προθύροις ἑστηκότας, δι᾽ ἑτέρων τινῶν ἀγνώστων τοὺς μὲν ὀχήμασι, τοὺς δὲ φορείοις παραδοὺς, πολὺ πλέον δέος αὐτοῖς ἐνέβαλε. Ἄρτι δὲ ἕκαστος σφῶν οἴκαδε ἐσεληλύθει, καὶ τρόπον τινὰ ἀναπνεῖν ἤρχετο, καὶ αὐτῷ ἐσηγγέλθη ὅτι παρὰ τοῦ αὐγούστου τις ἥκοι· προσδοκώντων τε ἐκ τούτου τότε δὴ πάντως ἀπολεῖσθαι, εἰσεκόμισέ τις τὴν στήλην ἀργυρᾶν οὖσαν, εἶτ᾽ ἄλλος ἄλλό τι, καὶ ἕτερος ἕτερον τῶν σκευῶν τῶν ἐν τῷ δείπνῳ παρατεθέντων, πολυτελεστάτου τινὸς σφίσι πεποιημένα· καὶ τέλος ὁ παῖς ἐκεῖνος ὁ δαιμόνιον ἑκάστῳ, λελουμένος τε καὶ κεκοσμημένος. καὶ οὕτω διὰ πάσης τῆς νυκτὸς φοβούμενοι, τὰ δῶρα ἔλαβον. Ὁ μὲν οὖν Δομιτιανὸς *τοιαῦτα νικητήρια, ἢ (ὥς γε ὁ ὅμιλος ἔλεγε) τοιούτοις ἐναγισμοὺς ἐπί τε τοῖς ἐν τῇ Δακίᾳ, καὶ ἐπὶ τοῖς ἐν [τῇ] Ῥώμῃ τεθνηκόσιν ἐποίησε. καί τινας καὶ τότε τῶν πρώτων ἀπέσφαξε· τοῦ τε θάψαντος τὸ σῶμα ἑνὸς αὐτῶν, ὅτι ἐν τοῖς ἐκείνου χωρίοις ἐτεθνήκει, τὴν οὐσίαν ἀφείλετο. Ἐν δὲ τῷ Δακικῷ πολέμῳ καὶ τάδε συνεχώρησεν ἀξιόλογα. ὁ γὰρ Ἰουλιανὸς, ἐπιταχθεὶς ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος τῷ πολέμῳ, τἆλλά τε παρεσκευάσατο εὖ, καὶ τοὺς στρατιώτας τά τε ἑαυτῶν ὀνόματα καὶ τὰ τῶν ἑκατοντάρχων ἐπὶ τὰς ἀσπίδας ἐπιγράψαι ἐκέλευσεν, ἵνα ἐκφανέστεροι οἱ τι ἀγαθὸν αὐτῶν ἢ κακὸν ποιοῦντες γίγνωνται. συμβαλὼν δὲ ἐν ταῖς Τάπαις τοῖς πολεμίοις, πλείστους αὐτῶν ἀπέκτεινεν. ἐν οἷς καὶ Οὐεζίνας, τὰ δεύτερα μετὰ Δεκέβαλον ἔχων, ἐπεὶ οὐκ ἐδυνήθη διαφυγεῖν ζῶν, πέπτωκεν ἐξεπίτηδες ὡς καὶ τετελευτηκὼς κἀκ τούτου λαθὼν,

τῆς νυκτὸς

τῆς νυκτὸς ἔφυγεν. δείσας δ' οὖν ὁ Δεκέβαλος μὴ καὶ ἐπὶ τὰ βασίλεια αὐτοῦ οἱ Ῥωμαῖοι ἅτε κεκρατηκότες ὁρμήσωσι, τά τε δένδρα τὰ ἐν τῷ * αὐτοῖς ὄντα ἔκοψαν, καὶ ὅπλα τοῖς στελέχεσι περιέθηκεν, ἵνα φοβηθέντες, ὡς καὶ στρατιωτῶν ὄντων, ἀναχωρήσωσιν· ὃ καὶ ἐγένετο. Ἀντώνιος δέ τις ἐν Γερμανίᾳ ἄρχων κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον, τῷ Δομιτιανῷ ἐπανέστη· ὃν Λούκιος Μάξιμος κατηγωνίσατο καὶ καθεῖλεν· ὃς ἐπὶ μὲν τῇ νίκῃ οὐ πάνυ ἄξιος ἐπαινεῖσθαι· ὅτι δὲ τὰ γράμματα ὅσα ἐν τοῖς τοῦ Ἀντωνίου κιβωτίοις εὑρέθη, παρὰ βραχὺ τὴν ἑαυτοῦ ἀσφάλειαν, πρὸς τὸ μηδένα ἐξ αὐτῶν συκοφαντηθῆναι, θέμενος, ἔκαυσεν, οὐχ ὁρῶ πῶς ἂν αὐτὸν ἀξίως ὑμνήσαιμι. Ὁ δὲ Δομιτιανὸς, ἀφορμῆς ἐντεῦθεν εὐπορήσας, ἐπὶ τοὺς φόνους καὶ τῶν γραμμάτων χωρὶς ὁρμήσας, οὐδ' ἂν εἴποι τις ὅσους ἀπέκτεινεν. εἷς δ' οὖν τις νεανίσκος Ἰούλιος Καλουάστρος, κεχιλιαρχηκὼς ἐς βουλείας ἐλπίδα, παραδοξότατα ἐσώθη. ἐπειδὴ γὰρ πολλάκις κατὰ μόνας συμμεμιγὼς ἠλέγχετο, καὶ οὐκ εἶχεν ὅπως ἄλλως τὴν αἰτίαν τῆς συνωμοσίας ἀπολύσηται, ἔφη κατ' ἐρωτικὴν χρείαν αὐτῷ συγγεγονέναι· καὶ γὰρ ἦν οἷος ἐρᾶσθαι δύνασθαι. καὶ ὁ μὲν οὕτως ἀφείθη· * ἓν ἔτι τοῦτο εἰπὼν περὶ τῶν τότε γενομένων παύσομαι· Λουκιανὸς Πρόκλος βουλευτὴς γέρων, ἐν ἀγρῷ τὰ πολλὰ διατρίβων, συνεξῆλθε μὲν αὐτῷ ἐκ τῆς Ῥώμης καταναγκασθεὶς, ἵνα μὴ δόξῃ κινδυνεύοντα αὐτὸν προλιπεῖν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἀποθάνῃ· τῆς δ' ἀγγελίας ἐλθούσης, ἔφη τε, Ἐνίκησας αὐτοκράτωρ, ὥσπερ ηὐχόμην· ἀπόδος οὖν με τῷ ἀγρῷ. καὶ ἐγκαταλιπὼν αὐτὸν, ἀπῆλθεν εἰς τὸ χωρίον· καὶ οὐκέτι μετὰ τοῦτο, καίτοι πολὺν ἐπιζήσας χρόνον, προσῆλθεν αὐτῷ. Ἐν δὲ τῷ χρόνῳ τούτῳ ἐπετήδευσάν τινες, φαρμάκῳ βελόνας χρίοντες, κεντεῖν αὐταῖς οὓς ἐβούλοντο· καὶ πολλοὶ μὲν ἐκείνων μηδὲ αἰσθόμενοι ἔθνησκον, πολλοὶ δὲ καὶ μηνυθέντες ἐτιμωρήθησαν. καὶ τοῦτο οὐκ ἐν τῇ Ῥώμῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν πάσῃ (ὡς εἰπεῖν) τῇ οἰκουμένῃ ἐγένετο. Τραϊανῷ δὲ δὴ τῷ Οὐλπίῳ καὶ * Ἀκυλίῳ Γλαβρίωνι ὑπατεύσασι τότε, τὰ αὐτὰ σημεῖα λέγεται γενέσθαι· καὶ ἀπ' αὐτῶν τῷ μὲν Γλαβρίωνι ὄλεθρος, τῷ δὲ Τραϊανῷ ἡ τῆς αὐτοκρατορίας ἀρχὴ προερρέθη. Γυνὴ δέ τις, ὅτι ἀπεδύσατο ἐναντίον εἰκόνος τοῦ Δομιτιανοῦ, ἐκρίθη τε καὶ ἀπώλετο. Ἐν δὲ τοῖς τότε τελευτήσασι πολλοῖς οὖσι, καὶ Μέτιος Πομπουσιανὸς ἐγένετο· ὃν ὁ μὲν Οὐεσπασιανὸς

clam profugit. Decebalus, veritus ne Romani quasi victores in *regias eius irruerent, arbores, quæ prope eas erant, excidi mãdauit, & arma truncis imponi; vt hostes, veriti ne milites adessent, regrederentur; id quod factũ est. Per id tẽpus Antonius, qui Germaniæ præerat, insurgere contra Domitianum est ausus. Hũc Lucius Maximus deuicit, & bello cepit: qui etsi propter victoriã non est magna laude dignus, tamẽ, quod litteras omnes inuentas in arcis Antonii combussit, neglecto proprio periculo, vt ceteri calumniam effugerent, laudari digne numquã potest. Sed Domitianus inde nactus occasionẽ, etiã absque litteris animũ induxit ad cædes faciendas; nec quot homines interfici iusserit, dici potest. ex quorũ numero Iulius Caluaster adolescens, qui fuerat tribunus militũ spe Senatoriæ dignitatis obtinendæ, cõtra opinionẽ euasit. Nam cũ sæpenumero solus cũ eo sermones cõferre deprehensus fuisset, nec posset alio pacto causam coniurationis eluere, cũ eo se cõsuetudinem habuisse, & amore coniunctum fuisse dixit: erat .n. talis vt amari posset. itaque liberatus est. Cetera quæ facta sunt illis tẽporibus, prætermittã, si hoc vnũ dixero, Lucianũ Proclum Senatorẽ ætate prouectũ, ac plerumque ruri vitã agentem, coactũ fuisse proficisci ex Vrbe cũ Domitiano, ne, si videretur eũ in periculis deserere, morte afficeretur. sed postquã nuntium de parta victoria allatum esse intellexit, *Vicisti*, inquit, *Imperator, vt optabam: quamobrem, vt ruri me restituas, peto.* Itaque dimissus rus abiit: cũque longo tẽpore diutissime vixerit, postea tamen amplius ad eũ reuersus non est. Per id tempus cœpere nonnulli acubus oblitis veneno, quos collibitũ esset, pungere: qua ex re multi eorum, ne sentientes quidẽ, moriebantur. Multi ex illis, cum delati essent, supplicio sunt affecti: idque non solum Romæ, sed etiam in omni fere orbe terrarum factũ est. Vlpio vero Traiano, & Acilio Glabrioni, qui tũ vna Consulatũ gerebant, eadem prodigia dicuntur euenisse; ex quib. Glabrioni interitus, Traiano summũ imperium prædictum est. Mulier, quod exuta fuerat ante statuam Domitiani, damnata & interfecta est. In numero eorũ qui tum interfecti sunt, quorum est magna multitudo, fuit Metius Pompusianus; quẽ Vespasianus

propterea nullo vmquam damno affecerat, quod acceperat ex aliquo responso eum regnaturum; sed ob eam causam habuerat in honore, deq; dicere solebat; *Pompusianus memor erit officii mei, & remunerabitur.* Hunc Domitianus ante in Cyrnum relegauit, ac tum interfecit; accusatum præter cetera, quod haberet orbem terræ pictum in parietibus cubiculi, quodque conciones regum & ceterorum principum, quæ sunt apud Liuiũ scriptæ, *euolueret, & studiose legeret. Maternum sophisten occidit, quod exercendi sui causa in tyrannos dixerat. Cum accusatoribus & testibus vna aderat præsens, confingebatque & comminiscebatur omnia quæ dici ab iis oporteret; sæpe etiam cum iis qui vincti essent, colloquebatur, remotis arbitris, eorumque vincula tenebat in manibus; quod nec aliis crederet ea quæ dicenda esse existimaret, *quodq; illos vinculis constrictos timeret. Ceterum Domitianus, vt Censor, rem memoria dignam fecit. Nam Cæcilium Rufinum propterea Senatu mouit, quod saltaret: & Claudium Pacatum, etsi Centurio fuerat, domino reddidit, quod eum seruum esse constaret. Porro quæ sequuntur, dissimilia sunt: quippe quę ab eo facta sunt summa Imperatoris potestate. Nam Rusticum Arulinum interfici iussit, propterea quod philosophabatur, quodque Thraseam diuinum fuisse hominem dicebat. itemq; Herennium Senecionem; quod cum vixisset diutissime post *Quæsturam, nullum magistratum petiuisset, quodq; Eluidii Prisci vitam cõscripsisset: compluresque alii ex eadem causa, quod studio philosophiæ operã darent, occisi fuerunt, ceteris omnibus ex vrbe iterum expulsis. Iuuenius vero Celsus, qui *cum quibusdã primariis viris contra eum coniurauerat, fueratque ob eam causam delatus, saluus nec opinato conseruatus est. Iam enim damnandus, petiit vt sibi liceret cum Domitiano secreto colloqui. ac deinde eum adorans, Dominum & Deum (quibus nominibus iam ab aliis quoq; appellabatur) crebro nominans, *Ego quidem*, inquit, *nihil tale commisi: quod si differre tibi placuerit omnia inuestigabo curiose: deinde multos ad te deferam, multosque coniuratos indicabo* ita ob hanc causam dimissus, neminem in posterum indicauit: sed allatis aliis atq; aliis caussis, rem in id tẽpus distulit quo Domitianus mortuus est. Iisdem temporibus ea via quæ inter Sinuessam est & Puteolos, fuit lapidib. strata.

μαθὼν ἐκ φήμης τινὸς ὅτι μοναρχήσει, οὐδὲν κακὸν εἰργάσατο, *ὅτι καὶ ἐτίμα, λέγων ὅτι, Πάντως μου μνημονεύσει, καὶ πάντως με ἀντιτιμήσει. ἐκεῖνος δὲ, πρότερον μὲν ἐς Κύρνον ἐξώρισε, τότε δὲ καὶ ἐφόνευσεν, ἐγκληθέντα ἄλλα τε, καὶ ὅτι τὴν οἰκουμένην ἐν τοῖς τοῦ κοιτῶνος τοίχοις εἶχεν ἐγγεγραμμένην, καὶ τὰς δημηγορίας τὰς τῶν βασιλέων τῶν τε ἄλλων ἀνδρῶν τῶν πρώτων τὰς παρὰ τῷ Λιβίῳ γεγραμμένας, ἐξελέγετο καὶ ἀνεγίνωσκε. Μάτερνον δὲ σοφιστὴν, ὅτι κατὰ τυράννων εἰπέ τι ἀσκῶν, ἀπέκτεινε. *συνεγίνετο δὲ καὶ αὐτὸς τοῖς κατηγοροῦσι καὶ [τοῖς] καταμαρτυροῦσι· καὶ συνέπλαττε καὶ συνετίθει πάνθ' ὅσα λεχθῆναι ἔδει· καὶ πολλάκις καὶ τοῖς δεσμώταις κατὰ μόνας ἐλάλει, τὰ δεσμὰ αὐτῶν ἐν ταῖς χερσὶ κατέχων· (οὔτε γὰρ ἄλλοις τὰ λεχθησόμενα ἐπίστευε) καὶ ἐκείνους καὶ δεδεμένους ἐδεδίει. Ἔπραξε δέ τι καὶ [ὡς] τιμητὴς ἀξιόλογον. Κεκίλιον γὰρ Ῥουφῖνον ἀπήλασεν ἐκ τοῦ συνεδρίου, ὅτι ὠρχεῖτο. Κλαύδιόν τε Πακάτον τῷ δεσπότῃ καίπερ ἑκατονταρχηκότα ἀπέδωκεν, ὅτι ἠλέγχθη δοῦλος ὤν. Οὐ μὴν καὶ τὸ μέλλον ῥηθήσεσθαι, τούτοις ὅμοιόν ἐστιν· ὅσα ὡς αὐτοκράτωρ ἐπεποιήκει. τὸν γὰρ δὴ Ῥούστικον τὸν Ἀρουλῆνον ἀπέκτεινεν, ὅτι ἐφιλοσόφει, καὶ ὅτι τὸν Θρασέαν ἱερὸν ὠνόμαζε· καὶ *Ἐρέννιον Σενεκίωνα, ὅτι τε οὐδεμίαν ἀρχὴν ἐν πολλῷ βίῳ μετὰ τὴν *ταμιείαν ᾐτήκει, καὶ ὅτι τοῦ Πρίσκου τοῦ Ἑλβιδίου τὸν βίον συνέγραψεν. ἄλλοι τε ἐκ τῆς αὐτῆς ταύτης τῆς κατὰ τὴν φιλοσοφίαν αἰτίας συχνοὶ διώλοντο· καὶ οἱ λοιποὶ πάντες ἐξηλάθησαν αὖθις ἐκ τῆς Ῥώμης. Ἰουένιος μέντοι τις Κέλσος, συνομόσας τε ἅμα πρώτοις μετά τινων ἐπ' αὐτῷ, καὶ κατηγορηθεὶς ἐπὶ τούτῳ, θαυμαστῶς ἐσώθη. μέλλων γὰρ ἁλίσκεσθαι, ᾐτήσατο δι' ἀπορρήτων εἰπεῖν τι αὐτῷ· κἀν τούτῳ προσκυνήσας αὐτὸν, δεσπότην τε καὶ θεὸν (ἃ παρὰ τῶν ἄλλων ἤδη προσηγορεύετο) πολλάκις ὀνομάσας, Οὐδὲν μὲν, ἔφη, τοιοῦτον πεποίηκα· ἂν δὲ ἀναβολὴν λάβω, πολυπραγμονήσω πάντα, καὶ συχνούς σοι καὶ μηνύσω καὶ ἐξελέγξω. ἀφεθείς τε ἐπὶ τούτῳ, οὔτε ἐνεδείξατό τινα, καὶ ἄλλας ἐξ ἄλλων προφάσεις προφέρων, διήγαγε, μέχρις οὗ Δομιτιανὸς ἀπέθανεν. Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἡ ὁδὸς ἡ ἀπὸ Σινοέσσης ἐς Ποτιόλους ἄγουσα, λίθοις ἐστρώθη.

Καὶ τῷ

Καὶ τῷ αὐτῷ ἔτει ἄλλους τε πολλοὺς καὶ τὸν * Φάβιον Κλήμεντα ὑπατεύοντα, καίπερ ἀνεψιὸν ὄντα, καὶ γυναῖκα καὶ αὐτὴν συγγενῆ ἑαυτοῦ Φλαβίαν Δομιτίλλαν ἔχοντα, κατέσφαξεν ὁ Δομιτιανός. ἐπηνέχθη δὲ ἀμφοῖν ἔγκλημα ἀθεότητος· ὑφ᾽ ἧς καὶ ἄλλοι ἐς τὰ τῶν Ἰουδαίων ἤθη ἐξοκέλλοντες πολλοὶ κατεδικάσθησαν. καὶ οἱ μὲν, ἀπέθανον· οἱ δὲ, τῶν γοῦν οὐσιῶν ἐστερήθησαν· ἡ δὲ Δομιτίλλα, ὑπερωρίσθη μόνον εἰς Πανδατερίαν. τὸν δὲ δὴ Γλαβρίωνα τὸν μετὰ τοῦ Τραιανοῦ ἄρξαντα, κατηγορηθέντα τά τε ἄλλα καὶ οἷα οἱ πολλοὶ, καὶ ὅτι καὶ θηρίοις ἐμάχετο, ἀπέκτεινεν. ἐφ᾽ ᾧ που καὶ τὰ μάλιστα ὀργὴν αὐτῷ ὑπὸ φθόνου εἶχεν, ὅτι ὑπατεύοντα αὐτὸν, ἐς τὸν Ἀλβανὸν ἐπὶ τὰ νεανισκεύματα ὠνομασμένα καλέσας, λέοντα ἀποκτεῖναι μέγαν ἠνάγκασε· καὶ ὃς οὐ μόνον οὐδὲν ἐλυμάνθη, ἀλλὰ καὶ εὐστοχώτατα αὐτὸν κατειργάσατο. ὑποπτεύων οὖν ἐκ τούτων πάντας ἀνθρώπους, οὐκέτι οὐδὲ ἐν τοῖς ἐξελευθέροις, ὥσπερ οὐδὲ ἐν τοῖς ἐπάρχοις, οὕς γε καὶ παρ᾽ αὐτὴν τὴν ἡγεμονίαν κρίνεσθαι ἐποίει, ἐλπίδας ἀσφαλείας εἶχε. καὶ τὸν Ἐπαφρόδιτον δὲ τὸν τοῦ Νέρωνος πρότερον μὲν ἐξεδίωξε, τότε δὲ καὶ ἔσφαξεν, ἐπικαλέσας αὐτῷ ὅτι μὴ ἤμυνε τῷ Νέρωνι· ἵν᾽ ἐκ τῆς τιμωρίας, ἣν ὑπὲρ ἐκείνου ἐποιεῖτο, πόρρωθεν τοὺς ἰδίους * ἐλευθέρους ἐκφοβήσῃ μηδὲν τοιοῦτον τολμῆσαι. οὐ μὴν ὠφελήθη τι ἐκ τούτου, ἀλλὰ καὶ ἐπεβουλεύθη τῷ ἑξῆς ἔτει, ἐπί τε Γαΐου Οὐάλεντος (ὃς ἐνενηκοστῷ ἔτει ὑπατεύσας ἐτελεύτησε) καὶ ἐπὶ Γαΐου Ἀντιστίου ὑπάτων ἀπώλετο. Ἐπέθεντο δὲ αὐτῷ καὶ συνεσκευάσαντο τὴν πρᾶξιν, Παρθένιός τε ὁ πρόκοιτος αὐτοῦ, καίπερ οὕτω τιμώμενος παρ᾽ αὐτοῦ ὡς καὶ ξιφηφορεῖν, καὶ Σιγηρὸς ἐν τῇ προκοιτίᾳ καὶ αὐτὸς ὤν, Ἔντελλός τε ὁ τὰ τῆς ἀρχῆς βιβλία διέπων, μετὰ Στεφάνου ἀπελευθέρου. καὶ αὐτὸ οὔτε ἡ Δομιτία ἡ γυνὴ αὐτοῦ, οὔτε δὲ ὁ Νορβανὸς ὁ ἔπαρχος, οὐδ᾽ ὁ συνέπαρχος Πετρώνιος Σεκοῦνδος ἠγνόησαν, ὥς γε καὶ λέγονται. ἥ τε γὰρ Δομιτία ἀεί ποτε ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐμισεῖτο, καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἐφοβεῖτο μὴ καὶ ἀποθάνῃ. καὶ οἱ ἄλλοι οὐκέτ᾽ αὐτὸν ἐφίλουν· οἱ μὲν, ὅτι ἐνεκαλοῦντό τινα· οἱ δὲ, ὅτι προσεδέχοντο. ἤκουσα δὲ ἔγωγε καὶ ἐκεῖνο, ὅτι πάντας ἅμα αὐτοὺς ὁ Δομιτιανὸς ὑποπτεύσας, ἀποκτεῖναι ἠθέλησε, καὶ σφῶν τὰ ὀνόματα ἐς σανίδιον φιλύρινον δίθυρον ἐγγράψας, ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον ἐν τῇ κλίνῃ ἐν ᾗ ἀνεπαύετο, ὑπέθηκε, καὶ αὐτὸ παιδίον τι τῶν γυμνῶν τῶν ψιθύρων, καθεύδοντος αὐτοῦ

Eodem anno Domitianus cum alios multos, tum vero * Fabium Clementem consulē, * etsi patruelis eius erat, & Flauiam Domitillam, Domitiani cōsanguineam, vxorē habebat, morte affecit, illato ambob. crimine impietatis. * Cuius rei causa multi, qui in mores Iudæorum trāsierant, damnati sunt: quorum pars occisa est, pars spoliata facultatibus: Domitilla, tantummodo in Pandateriam relegata est. Glabrionem quoque, qui cū Traiano magistratum gesserat, accusatū præter cetera superioris criminis, & quod cum bestiis pugnauisset, interfici iussit; cui præsertim propter inuidiam infensus erat. Nam cum eum Consulem in Albanum vocasset ad Iuuenalia, coegissetq; immanem leonem expugnare, Glabrio non solum a leone læsus non est, sed etiam eum egregie cōfecit. His de causis Domitiano omnes homines suspecti esse cœperunt: non enim amplius in libertis, nō in præfectis prætorio, quos etiam in præfectura curabat damnari, spem firmam habebat. Nam Epaphroditum libertum Neronis, quem antea relegauerat, tunc interfecit; criminatus, cum opem Neroni non tulisse; vt sumpto de illo supplicio, libertos suos, ne quid tale committere auderent, multo ante deterreret. Quæ res tamē nihil ei profuit: siquidem insequenti anno ex insidiis occisus est, Caio Valente (qui cum nonaginta annos habens consulatū gessisset, mortuus est) & Caio Antistio cōsulibus. Inuasere eum homines insidias moliti, Parthenius cubicularius eius, licet ab eo magno honore ferendi gladii affectus esset: & Sigerus, qui & ipse cubicularius erat: itēq; Entellus, cui incumbebat cura libellorum Imperii; cum Stephano liberto, sed neq; Domitia vxor, neq; Norbanus præfectus prętorio, neque collega eius Petronius Secundus, id dicuntur ignorasse. Nam & Domitia in odium eius venerat, timebatque ne se interfici iuberet; & ceteri amplius eum carum non habebant, quod iam quibusdam eorum nōnulla crimina inferebantur, quod'q; ceteri, ne idem sibi eueniret, metuebant. Equidem illud etiam accepi, Domitianum statuisse eos omnes interficere, quod iam ei suspecti forent; atque eorum nomina scripta in tabulis tiliaceis, iisdemq; duplicibus, sub puluinari eius lecti in quo requiescebat, abdidisse: quas cum inde nudus & garrulus puer forte * dormiente eo

accepisset, easque interdiu haberet in manibus, ignorans quid ferret; Domitiam forte occurrisse, eaq; quę scripta erant, legisse, ac postremo rem omnem illis significauisse. Qua re animaduersa, maturauere insidias: etsi ante ad rem gerendam non sunt aggressi, quam successorem imperii cōfirmauerint. Qua de re cū sermonem habuissent cū multis, nec vellet quisquam Imperium suscipere, quod omnes tentari se ab iis metuebant; tandem ad Neruam venerunt: is erat vir nobilissimus atq; humanissimus, veneratque in periculum, calumniantibus cum astrologis: ita vt ex hac re multo facilius ei persuaserint vt Imperium reciperet. Nam Domitianus, indagatis diebus horisq; in quib. principes viri nati essent, plerosque etiam ex iis qui potentiam numquam sperauerant, sustulerat: adeoq; Neruam occidi iussisset, nisi vnus ex astrologis pro sua erga ipsum beneuolentia dixisset, eum paucis post diebus moriturum. Sed nihil est in talib. quod non ante prospectum & præuisum sit. Euenere enim Domitiano prodigia, quod Rusticum ad se cum gladio accedere; & Mineruam, quæ in cubiculo eius collocata erat, arma abiicere; * eandemque ex curru, qui nigris equis trahebatur, in magnū hiatum descendere in somnis vidit. Illud vero maxime est admirādum, quod Larginus Proculus publice prædixit in Germania, Domitianum, quo die excessit e vita, mortē obiturū: cumque esset ob hanc causam ab eo qui prouinciæ præerat, Romam missus, introductusque ad Domitianum, id ita etiam tunc confirmauit fore. itaque rei capitalis damnatus est: sed dilato supplicio, quo tum demum afficeretur, cum ille periculum effugisset, tādem necato Domitiano saluus euasit, & a Nerua † quadringenta sestertia accepit. Fuit alius, qui cū Domitiano tempus & genus mortis prędixisset, ab eoque vicissim interrogatus quem exitum vitæ ipse esset habiturus, respondisset, fore vt à canibus dilaniaretur, viuus exuri iussus est: sed admoto igni, tantus imber aquæ defluxit subito, vt rogus exstingueretur; in quo canes eum cū vinctis a tergo manib. reperissent, dilacerauerūt. Possum referre præterea aliud quod dictu est inopinatum atq; mirabile; idq; ego, posteaquam de Domitiani morte dixero, exponam. Igitur postquā Domitianus de tribunali surrexit, voluitq;

† aureorum quatuor milia, Al. decē myriades drachm. Gr.

μεθ' ἡμέραν, ἀφελόμενον * εἶχεν, οὐκ εἰδὼς ὅ τι φέροι. περιτυχοῦσα δ' αὐτῷ ἡ Δομιτία, τά τε γεγραμμένα ἀνέγνω, καὶ ἐμήνυσε καὶ ἐκείνοις. κἀκ τούτου, καὶ ἄλλως διανοούμενοι, συνετάχυναν τὴν ἐπιβουλήν. οὐ μέντοι πρότερον ἐπεχείρησαν ἔργῳ, πρὶν τὸν διαδεξόμενον τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ βεβαιώσασθαι. διελέξαντο μὲν δὴ καὶ ἄλλοις τισί· μηδενὸς δὲ ἐκείνων δεξαμένου, (πάντες γὰρ αὐτοὺς ὡς διαπειρωμένους σφῶν ἐφοβήθησαν) ἐπὶ τὸν Νερούαν ἦλθον, ἐπειδὴ καὶ εὐγενέστατος καὶ ἐπιεικέστατος ἦν, καὶ προσέτι καὶ ἐκινδύνευσε διαβληθεὶς ὑπὸ ἀστρολόγων· ἐξ οὗπερ ῥᾷον ἔπεισαν αὐτὸν ἀναδέξασθαι τὴν ἡγεμονίαν. πάντως γὰρ καὶ ὁ Δομιτιανὸς τῶν πρώτων τάς τε ἡμέρας καὶ τὰς ὥρας ἐν αἷς ἐγεγέννηντο, διασκοπῶν, οὐκ ὀλίγους οὐδὲ ἐκ τούτων ἐλπίζοντων ἐν δυνάμει τινὶ ἔσεσθαι, προανήλισκε· καὶ τόν γε Νερούαν ἀπέσφαξεν ἄν, εἰ μή τις τῶν ἀστρολόγων εὔνοιαν αὐτῷ ἔχων, ἔφη ὅτι ἐντὸς ὀλίγων ἡμερῶν τελευτήσει. Καὶ (οὐ γάρ ἐστιν οὐδὲν τῶν τηλικούτων ἀπροσδόκητον) ἄλλα τε αὐτῷ σημεῖα ἐγένετο, καὶ αὐτὸς ἐν τῷ ὕπνῳ τόν τε Ῥούστικον ξίφει προσιέναι οἱ, καὶ τὴν Ἀθηνᾶν, ἣν ἐν τῷ κοιτῶνι ἱδρυμένην εἶχε, τὰ ὅπλα ἀποβεβληκέναι, καὶ ἐπὶ ἅρματος ἵππων μελάνων ἐς χάσμα ἐσπίπτειν ἔδοξεν. ὃ δὲ δὴ μάλιστα διαπρεπόντως ἄξιον θαυμάσαι ἐστί, * Λαργῖνός τις Πρόκλος δημοσίᾳ * εἰπὼν ἐν Γερμανίᾳ ὅτι τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐν ᾗ ἀπέθανε, τελευτήσει, ἀνεπέμφθη τε ἐς τὴν Ῥώμην ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος· καὶ ἐσαχθεὶς πρὸς τὸν Δομιτιανόν, ἔφη καὶ τότε τοῦθ' οὕτως ἕξειν· καὶ καταδικασθεὶς τὴν ἐπὶ θανάτῳ, ἀνεβλήθη τε, ὅπως διαφυγόντος αὐτοῦ τὸν κίνδυνον ἀποθάνῃ· κἀν τούτῳ τοῦ Δομιτιανοῦ σφαγέντος, ἐσώθη, καὶ δέκα μυριάδας δραχμῶν παρὰ τοῦ Νερούα ἔλαβεν. ἕτερός τέ τις, πρότερόν ποτε εἰπὼν αὐτῷ καὶ ὁπότε καὶ ὅπως φθαρήσοιτο), ἔπειτα ἐρωτηθεὶς ὁποίῳ αὐτὸς τέλει τοῦ βίου χρήσεται, καὶ ἀποκρινάμενος ὅτι ὑπὸ κυνῶν ἀναλωθήσεται, ἐκελεύσθη μὲν ζῶν κατακαυθῆναι, καὶ τὸ πῦρ αὐτῷ προσήχθη· ὑετοῦ δὲ ἐν τούτῳ πολλοῦ καταρρυέντος, ἥ τε πυρὰ ἐσβέσθη, καὶ ἐκεῖνον κύνες ὀπίσω τὼ χεῖρε δεδεμένον καὶ ἐπικείμενον ἐπ' αὐτῆς εὑρόντες, διεσπάραξαν. Ἔχω δὲ καὶ ἄλλο τι εἰπεῖν παραδοξότατον· ὃ ἐπειδὰν περὶ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ φράσω, σημανῶ. ἐπεὶ γὰρ τάχιστα ἐκ τοῦ δικαστηρίου ἀνέστη, καὶ

ἀναπαύ-

ἀναπαύσασθαι τὸ * μεσημβρινὸν, ὥσπερ εἰώθει, ἔμελλε, πρῶτον μὲν τὸ ξίφος, ὃ ἀεί ποτε ὑπὸ τῷ προσκεφαλαίῳ αὐτοῦ ἔκειτο, τὸ σιδήρεον ὁ Παρθένιος ἐξεῖλεν, ὅπως μὴ χρήσηται· ἔπειτα τὸν Στέφανον ἐρρωμενέστερον τῶν ἄλλων ὄντα εἰσέπεμψε· καὶ ἐκεῖνος ἔπληξε μὲν τὸν Δομιτιανὸν, οὐ μὴν * καιρίαν, ἀλλὰ καταβληθεὶς ὑπ' αὐτοῦ ἔκειτο. * οὗτος δὲ, δείσας μὴ διαφύγῃ, ἐπεισεπήδησεν, ἢ, ὥς γέ τισι δοκεῖ, Μάξιμον ἐξελεύθερον ἐπεισέπεμψε. καὶ ὅ τε Δομιτιανὸς οὕτω κατεσφάγη, καὶ ὁ Στέφανος, παραχρῆμα συνδραμόντων ἐπ' αὐτὸν τῶν οὐ συμμετεσχηκότων τῆς συνωμοσίας. Ὃ δ' εἶπον ὅτι ὑπὲρ πάντα τἆλλα θαυμάσας ἔχω, τόδε ἐστίν· Ἀπολλώνιός τις Τυανεὺς, ἔν τε τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ καὶ τῇ ὥρᾳ αὐτῇ ἐκείνῃ ἐν ᾗ ὁ Δομιτιανὸς ἐσφάττετο, (τοῦτο γὰρ ὕστερον ἐκ τῶν ἑκατέρωθι γενομένων ἠκριβώθη) ἀναβὰς ἐπί τινα λίθον ὑψηλὸν ἐν Ἐφέσῳ, ἢ καὶ ἑτέρωθι, καὶ συγκαλέσας τὸ πλῆθος, ταῦτα εἶπε, Καλῶς Στέφανε, εὖγε Στέφανε, παῖε τὸν μιαιφόνον. ἔπληξας, ἔτρωσας, ἀπέκτεινας. Τοῦτο μὲν οὕτως ἐγένετο, κἂν μυριάκις τις ἀπιστήσῃ. Δομιτιανὸς δὲ ἔζησε μὲν ἔτη τέσσαρα καὶ τεσσαράκοντα, μῆνας δέκα, καὶ ἡμέρας ἓξ καὶ εἴκοσιν· ἐμονάρχησε δὲ ἔτη πέντε καὶ δέκα καὶ ἡμέρας πέντε· καὶ αὐτοῦ τὸ σῶμα Φυλλὶς ἡ τροφὸς κλέψασα ἔθαψεν.

interdiu, vti cõsueuerat, requiescere, primũ Parthenius * gladiũ ferreum, q sub eius puluinari erat semper, accepit, ne eo Domitianus vteretur: mox Stephanũ virum robustiorem ceteris omnib. intromisit; isq; vulnus ei inflixit, non letale illud quidẽ, [1] sed a Domitiano ad terrã prostratus est: tũ Parthenius, veritus ne Domitianus euaderet, irrupit, aut Maximũ libertum (vt quidã putant) immisit. Ita Domitianus occisus est; tũ etiã Stephanus, accurrentib. subito irruentibusq; iis qui cõscii coniurationis nõ fuerant. Quod vero paulo ante dicebam mihi omnino admirabile videri, est, quod Apollonius Tyaneus eo ipso die & hora, qua Domitianus occidebatur, (nã id postea rescitum est ex iis qui vtrobiq; fuerunt) cũ in præcelsum atq; editũ saxum siue Ephesi, siue alibi cõscendisset, multitudine hominũ conuocata, in hũc modũ dixit; *Recte Stephane, euge Stephane; percute homicidã; percussisti, vulnerasti, occidisti.* Quæ etsi plerisq; videntur esse incredibilia, tamen ita facta sunt. Vixit Domitianus annos quatuor & XL, menses X, dies sex & XX. Regnauit annos XV, dies V. Corpus eius Phyllis nutrix furata sepeliuit.

ΝΕΡΟΥΑΣ.

Μετὰ δὲ Δομιτιανὸν, Νερούαν Κοκκήιον οἱ Ῥωμαῖοι ἀπέδειξαν αὐτοκράτορα. μίσει δὲ τοῦ Δομιτιανοῦ, αἱ εἰκόνες αὐτοῦ, πολλαὶ μὲν ἀργυραῖ, πολλαὶ δὲ καὶ χρυσαῖ οὖσαι, συνεχωνεύθησαν, καὶ ἐξ αὐτῶν μεγάλα χρήματα συνελέγη· καὶ αἱ * ἁψῖδες, πλεῖσται δὴ ἑνὶ ἀνδρὶ ποιούμεναι, καθῃρέθησαν. καὶ ὁ Νερούας τούς τε κρινομένους ἐπ' ἀσεβείᾳ ἀφῆκε, καὶ τοὺς φεύγοντας κατήγαγε· τούς τε δούλους καὶ τοὺς ἐξελευθέρους τοὺς τοῖς δεσπόταις σφῶν ἐπιβουλεύσαντας, πάντας ἀπέκτεινε· καὶ τοῖς μὲν τοιούτοις οὐδ' ἄλλο τι ἔγκλημα ἐπιφέρειν ἐπὶ τοὺς δεσπότας ἐφῆκε, τοῖς δὲ δὴ ἄλλοις οὔτ' ἀσεβείας, οὔτ' Ἰουδαϊκοῦ βίου καταιτιᾶσθαί τινας συνεχώρησε. πολλοὶ δὲ καὶ τῶν συκοφαντησάντων, θάνατον κατεδικάσθησαν· ἐν οἷς καὶ * Σέρας ἦν ὁ φιλόσοφος. ταραχῆς οὖν γινομένης οὐ τῆς τυχούσης ἐκ τοῦ πάντας πάντων κατηγορεῖν, λέγεται Φρόντωνα τὸν ὕπατον εἰπεῖν, ὡς κακὸν μέν ἐστιν αὐτοκράτορα ἔχειν

NERVA.

POST cædẽ Domitiani, Nerua Cocceius Romę Imperator designat⁹ est: deinde pleræque statuæ Domitiani, argẽteæ atq; aureę, (quippe odjo apud omnes erat) sublatæ ac dissipatæ sunt; ex quib. grãdis pecunia redacta est. Fuere quoq; arcus triumphales, quos ei plurimos fecerãt, disturbati. Nerua aũt eos qui rei facti erant impietatis, absoluit, exsulesq; restituit. Seruos vero ac libertos, qui insidias dominis patronisve suis fecerant, oẽs interfici iussit; cauitque ne eis liceret crimẽ vlli⁹ facinoris dominis inferre: neminẽ quoq; impietatis aut ritus Iudaici accusari permisit. * Tam multi. n. per calumniam damnati fuerãt; (in quorum numero [1] Seras philosophus fuit) ob eamq; rẽ ingẽs tumultus cõcitatus erat, (omnes enim accusabantur ab omnib.) vt ferant Frontonem Consulem dixisse, *malum quidem esse, Imperatorem habere*

sub quo nemini licet quidquam facere: sed multo peius esse, cum omnia licent omnibus. Quibus cognitis rebus Nerua talia fieri in reliquum tempus vetuit.

Erat Nerua senectute & languenti stomacho imbecillior: nam ex eo cibum, quē ceperat, euomebat. Statuas aureas aut argenteas sibi fieri vetuit; bonaque, quæcumq; adhuc inuenta sunt in Palatio, restituit iis quibus ea Domitianus per iniuriam ademerat. Ciuibus Romanis, qui in summa forent egestate, agrum dedit † ad sexcenties sestertium; eius agri emptione diuisioneque quibusdam viris Senatorii ordinis imperata. Cūque egeret pecuniā, magnum numerum vestium, multaque vasa argentea atque aurea, & reliquam supellectilem, non modo de priuatis suis, sed etiam de principalibus rebus; multa etiam prædia, multasque domos, atque in summa omnia, præter ea quæ necessaria erant, vendidit. Neq; vero in pretiis harum rerum sordidus, sed in hoc ipso benignus erga multos & liberalis fuit. Multa sacrificia, multosque ludos Circenses, aliaq; nonnulla spectacula sustulit; vt sumptus, quoad eius fieri posset, minueret.

ad aureorũ sexcenta millia, al. mille quingentas myriades drachm. Gr.

Iurauit in Senatu, nullũ e Senatorib. suo iussu interfectum iri: idque iusiurandũ, facta etiam coniuratione contra se, ratum fecit. Cumque nihil absque primariis viris gereret, multas leges tulit, præsertim ne quis eunuchũ faceret, neve quis neptem in vxorem duceret. Virginium Rufum, qui sæpe Imperator appellatus fuerat, nō est grauatus collegam in Consulatu assumere: in cuius mortui sepulcro inscriptum fuit, eum superato Vindice, nequaquā sibi Imperium asseruisse, sed patriæ. Nerua quidem vsque adeo bonus princeps fuit, vt aliquando dicere ausus sit, se nihil fecisse, quo minus posset deposito imperio priuatus tuto viuere. Cum autem Calpurnius Crassus, e celebri illa Crassorum familia oriundus, atque alii nonnulli, contra eum coniurassent, eos, cum nondum rescirent patefactam esse coniurationē, in spectaculo iuxta se collocauit, iisque gladios tradidit in manus, vt (sicuti dicebat) an satis acuti essent, inspicerent, quemadmodū fieri solet: reuera autē id fecit, vt eis ostenderet sibi nequaquam curæ esse, si vel in eodem loco statim necaretur. Casperius quoq; Ælianus, quem, vt antea factum erat a Domitiano, prætorianis præfecerat, milites in eum cōcitauit, efficiens vt quosdam ad suppliciū deposcerent.

ἐφ' οὗ μηδενὶ μηδὲν ἔξεστι ποιεῖν, χεῖρον δὲ ἐφ' οὗ πᾶσι πάντα. καὶ ὁ Νερούας ἀκούσας ταῦτα, ἀπηγόρευσε τὸ λοιπὸν γίνεσθαι τὰ τοιαῦτα. Ἦν δὲ ὁ Νερούας ὑπό τε τοῦ γήρως καὶ ὑπ' ἀρρωστίας (ἀφ' ἧς καὶ τὴν τροφὴν ἀεί ποτε ἤμει) ἀσθενέστερος. Ἀπεῖπε δὲ καὶ ἀνδριάντας αὐτῷ χρυσοῦς ἢ ἀργυροῦς γίνεσθαι. τοῖς δὲ τὴν οὐσίαν ἐπὶ τοῦ Δομιτιανοῦ μάτην ἐστερημένοις, πάντα ἀπέδωκεν ὅσα ἐν τῷ βασιλείῳ ἔτι ὄντα εὑρέθη. τοῖς τε πάνυ πένησι τῶν Ῥωμαίων ἐς χιλιάδα καὶ πεντακοσίας μυριάδας, γῆς κτῆσιν ἐχαρίσατο, βουλευταῖς τισὶ τήν τε ἀγορασίαν αὐτῶν καὶ τὴν διανομὴν προστάξας. Χρημάτων δὲ ἀπορῶν, πολλὰ μὲν ἱμάτια καὶ σκεύη καὶ ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ, ἄλλα τε ἔπιπλα καὶ ἐκ τῶν ἰδίων καὶ τῶν βασιλικῶν, πολλὰ δὲ καὶ χωρία καὶ οἰκίας, μᾶλλον δὲ πάντα, πλὴν τῶν ἀναγκαίων, ἀπέδοτο. οὐ μέντοι καὶ περὶ τὰς τιμὰς αὐτῶν ἐμικρολογήσατο, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ τούτῳ πολλοὺς εὐηργέτησε. καὶ πολλὰς μὲν θυσίας, πολλὰς δὲ ἱπποδρομίας, ἄλλας τε τινὰς θέας κατέλυσε, συστέλλων ὡς οἷόν τε τὰ δαπανήματα. Ὤμοσε δὲ καὶ ἐν τῷ συνεδρίῳ, μηδένα τῶν βουλευτῶν φονεύσειν· ἐβεβαίωσέ τε τὸν ὅρκον, καίπερ ἐπιβουλευθείς. Ἔπραττε δὲ οὐδὲν ὅτι μὴ μετὰ τῶν πρώτων ἀνδρῶν. ἐνομοθέτησε δὲ ἄλλα τε καὶ περὶ τοῦ μὴ εὐνουχίζεσθαί τινα, μήτε ἀδελφιδῆν γαμεῖν. Τὸν δὲ Ῥοῦφον τὸν Οὐεργίνιον, καίπερ πολλάκις αὐτοκράτορα ὀνομασθέντα, οὐκ ὤκνησεν ὑπατεύσας συνάρχοντα προσλαβεῖν. ἐφ' οὗ τῷ μνήματι τελευτήσαντος ἐπεγράφη ὅτι νικήσας Βίνδικα, τὸ κράτος οὐχ ἑαυτῷ περιεποιήσατο, ἀλλὰ τῇ πατρίδι. Νερούας δὲ οὕτως ἦρχε καλῶς, ὥστε [ποτε] εἰπεῖν, Οὐδὲν τοιοῦτον πεποίηκα, ὥστε μὴ δύνασθαι τὴν ἀρχήν τε καταθέσθαι, καὶ ἀσφαλῶς ἰδιωτεῦσαι. Κράσσου τε Καλπουρνίου, τῶν Κράσσων ἐκείνων ἐγγόνου, ἐπιβουλεύσαντος μετ' ἄλλων αὐτῷ, παρεκαθίσατό τε αὐτοὺς ἔν τινι θέᾳ ἀγνοοῦντας ἔτι ὅτι καταμεμήνυνται, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ξίφη, λόγῳ μὲν, ἵν' ἐπισκέψωνται αὐτὰ (ὅπερ εἰώθει γίνεσθαι) εἰ ὀξέα εἰσὶν, ἔργῳ δὲ ἐπιδεικνύμενος ὅτι οὐδὲν αὐτῷ μέλει, κἂν αὐτοῦ παραχρῆμα ἀποθάνῃ. Αἰλιανὸς δὲ ὁ Κασπέριος, ἄρχων καὶ ὑπ' αὐτοῦ, καθάπερ ὑπὸ τοῦ Δομιτιανοῦ, τῶν δορυφόρων γενόμενος, τοὺς στρατιώτας ἐστασίασε κατ' αὐτοῦ, παρασκευάσας ἐξαιτῆσαί τινας ὥστε θανατωθῆναι.

πρὸς οὓς ὁ Νερούας τοσοῦτον ἀντέσχεν, ὥστε καὶ τὴν κλεῖν ἀπογυμνῶσαι, καὶ τὴν σφαγὴν αὐτοῦ προδεῖξαι. οὐ μὴν τι καὶ ἤνυσεν, ἀλλ' ἀνῃρέθησαν οὓς ὁ Αἰλιανὸς ἐβουλήθη. ὅθεν ὁ Νερούας διὰ τὸ γῆρας οὕτω καταφρονούμενος, ἀνέβη τε ἐς τὸ Καπιτώλιον, καὶ ἔφη γεγωνήσας, Ἀγαθῇ τύχῃ τῆς τε βουλῆς, καὶ τοῦ δήμου τῶν Ῥωμαίων, καὶ ἐμοῦ αὐτοῦ, Μάρκον Οὔλπιον Νερούαν Τραϊανὸν ποιοῦμαι. καὶ μετὰ ταῦτα ἐν τῷ συνεδρίῳ καίσαρά τε αὐτὸν ἀπέδειξε, καὶ ἐπέστειλεν αὐτοχειρίᾳ, (ἦρχε δὲ τῆς Γερμανίας ἐκεῖνος) Τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσιν. Οὕτω μὲν ὁ Τραϊανὸς καίσαρ καὶ μετὰ τοῦτο αὐτοκράτωρ ἐγένετο, καίτοι συγγενῶν τοῦ Νερούα ὄντων τινῶν. ἀλλ' οὐ γὰρ τῆς τῶν κοινῶν σωτηρίας ὁ ἀνὴρ τὴν συγγένειαν προετίμησεν· οὐδ' αὖ, ὅτι Ἴβηρ ὁ Τραϊανὸς, ἀλλ' οὐκ Ἰταλὸς, οὐδ' Ἰταλιώτης ἦν, ἧττόν τι παρὰ τοῦτο αὐτὸν ἐποιήσατο, ἐπειδὴ μηδεὶς πρόσθεν ἀλλοεθνὴς τὸ τῶν Ῥωμαίων κράτος ἐσχήκει. τὴν γὰρ ἀρετὴν, ἀλλ' οὐ τὴν πατρίδα τινὸς, ἐξετάζειν δεῖν ᾤετο. Πράξας δὲ ταῦτα, μετήλλαξεν, ἄρξας ἔτει ἑνὶ, καὶ μησὶ τέσσαρσι, καὶ ἡμέραις ἐννέα· προβεβιώκει πέντε καὶ ἑξήκοντα ἔτη καὶ μῆνας δέκα καὶ ἡμέρας δέκα.

Quibus adeo restitit Nerua, vt etiam nudũ iugulum præbuerit; quãuis nihil egerit. Ii quidẽ certe quos voluit Ælianus, interfecti sunt. Hac de causa Nerua, qui propter senectutem minime honorabatur, sed cõtemptus erat, in Capitoliũ cõscẽdit, ibiq; magna voce; *Quod felix faustumq; sit*, inquit, *Senatui populoq; Romano, mihiq; ipsi, M. Vlpium Neruam Traianũ adopto*: eundemq; postea in Senatu Cęsarem designauit; atq; ad eũ sua manũ scripsit, (is tum præerat Germaniæ) *Τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσιν*: *Telis Nerua tuis lacrymas vlciscere nostras.* Itaque Traianus, quamquã Neruæ propinqui nõ deerant, tunc Cæsar, ac postea Imperator factus est. Nec. n. ille coniunctionem sanguinis anteposuit publicæ vtilitati: neq; rursum eũ deterruit quod Traianus homo Hispanus, nec Italus erat, nec Italicus; quodque ante eũ nemo alterius nationis Imperium Romanũ obtinuerat. Censebat enim, *virtutem cuiusq; non patriam existimari & ponderari oportere.* His cõfectis rebus, mortuus est. Regnauit annum vnum, menses IIII, dies IX. Vixit annos LXV, menses X, dies X.

ΤΡΑΙΑΝΟΣ.

ΤΡΑΙΑΝῼ δὲ ὄναρ ἐγεγόνει, πρὶν αὐταρχῆσαι, τοιόνδε· ἔδοξεν ἄνδρα πρεσβύτην ἐν ἱματίῳ καὶ ἐσθῆτι περιπορφύρῳ, ἔτι δὲ καὶ στεφάνῳ ἐστολισμένον, (οἷά που καὶ τὴν γερουσίαν γράφουσι) δακτυλίῳ τινὶ σφραγῖδα αὐτῷ ἔς τε τὴν ἀριστερὰν σφαγὴν, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ ἐς τὴν δεξιὰν ἐπιβεβληκέναι. Ὡς δ' αὐτοκράτωρ ἐγένετο, ἐπέστειλε τῇ βουλῇ αὐτοχειρίᾳ ἄλλα τε, καὶ ὡς οὐδένα ἄνδρα ἀγαθὸν ἀποσφάξοι ἢ ἀτιμάσοι· καὶ ταῦτα καὶ ὅρκοις οὐ τότε μόνον, ἀλλὰ καὶ ὕστερον ἐπιστώσατο. Αἰλιανὸν δὲ καὶ τοὺς δορυφόρους τοὺς κατὰ Νερούα στασιάσαντας, ὡς καὶ χρησόμενός τι αὐτοῖς, μεταπεμψάμενος, ἐκποδὼν ἐποιήσατο. Εἰς δὲ τὴν Ῥώμην εἰσελθὼν, πολλὰ ἐποίει πρός τε διόρθωσιν τῶν κοινῶν, καὶ πρὸς χάριν τῶν ἀγαθῶν· ἐκείνων τε διαφερόντως ἐπιμελούμενος, ὡς καὶ ταῖς πόλεσι ταῖς ἐν Ἰταλίᾳ πρὸς τὴν τῶν παίδων τροφὴν πολλὰ χαρίσασθαι, καὶ τούτους εὐεργετῶν. Πλωτίνα δὲ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, ὅτε πρῶτον ἐς τὸ παλάτιον ἐσῄει, ἐπὶ τοὺς

TRAIANVS.

TRAIANO, priusquã Imperium adipisceretur, visum est in somnis, virũ iã grandem natu, veste purpurea & corona ornatũ, (qualis pingitur Senatus) primũ in sinistram partẽ iuguli ipsius, post in dextram annulo sigillum impressisse.

Vt aũt Imperator factꝰ est, multa sua manu scripsit ad Senatũ, atq; illud in primis, se nullũ vmquam virum bonum interfecturũ, aut notaturũ ignominia: idq; nõ tunc solum, sed etiam postea iureiurando cõfirmauit. Ælianũ prætorianosq; milites, qui contra Neruã seditionem fecerant, quasi vti vellet eorũ opera, accersiri iussit, eosque de medio sustulit. Postq̃ Romã venit, *multa fecit ad emendandũ corrigendũq; statũ reipublicę, atq; in gratiam bonorũ, quorũ in primis curã gessit. Nam ciuitatib. Italiæ multa largitus est ad educationẽ liberorũ; in quos magna beneficia contulit. Huius vxor Plotina, cum primum ingrederetur in Palatium, essetq; adhuc

in gradibus: conuersa ad multitudinem, *Talis*, inquit, *huc ingredior, qualē me exire cupio.* Ea quidem sic se gessit in principatu, vt iusta reprehensione caruerit. Traianus autem, cū Romæ aliquamdiu commoratus esset, in Dacos cum exercitu proficiscitur; quod secum ea quæ ab illis gesta essent, reputaret; quodq; pecunia quā ipsi quotannis capiebant, grauaretur; & quod eorum copias indies augeri, efferrique animos animaduerteret. Cognita eius profectione, Decebalus pertimuit: quippe sciebat antea nō populum Romanum, sed Domitianum ab se superatū esse: tunc autem bellum sibi fore cū populo Romano, Traianoque Imperatore, qui iustitia, fortitudine, bonitate longe antecelleret, ac viribus corporis prędiтus esset, (quippe regnare cœpit agens annum secundū & quadragesimum) & ita vigeret animo, vt non eum iuuentus temerarium, non tardum efficeret senectus. Traianus quidem nulli inuidebat, perdebatq; neminem: bonos omnes ornabat honoribus, & dignitatibus augebat. Ex quo fiebat, vt neque timeret quemquam, nec haberet odio. Nullā fidem habebat calumniatoribus; nulla ira tenebatur: abstinebat ab aliena pecunia non minus quam ab iniquis cędibus. Magnos sumptus fecit belli pacisq; temporibus. Multa eaq; apprime necessaria ædificauit: cuius generis sunt viæ, portus, ædificia publica; quorum tamen causa nullius vmquā sanguinem effudit. Magnificus enim natura & magnanimus erat. Itaque postquam Circum collapsum restituit, maioremq; reddidit atque pulchriorem, inscripsit in eo, perfecisse se vt populo Romano sufficeret. Amari a ciuibus cupiebat magis quam honore affici. Cum populo humaniter, cū Senatu honorifice versabatur. Carus ciuibus, hosti formidolosus erat. * Venationibus, conuiuiis, seriisq; ac iocosis rebus ciuium intererat. sæpe quartus discumbebat; veniebatq; in ędes eorum, interdum nulla munitus custodia; ibiq; nonnumquam requiescebat. Bonarum artiū expers & ignarus fuit; licet vere ea quæ ad virum doctū pertinēt, intelligere ac facere videretur. Cuncta in eo viro optima atq; præstantissima erant. nā etsi erat amorib. puerorum & vino deditus, tamen nihil ob eam causam turpiter aut nequiter fecit, passusve est,

ἀναβαθμοῖς καὶ πρὸς τὸ πλῆθος μεταστραφεῖσα εἶπε, Τοιαύτη μέντοι ἐνταῦθα εἰσέρχομαι, οἵα καὶ ἐξελθεῖν βούλομαι. καὶ οὕτω γε ἑαυτὴν διὰ πάσης τῆς ἀρχῆς διήγαγεν, ὥστε μηδεμίαν ἐπηρείαν σχεῖν. Διατρίψας δὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ χρόνον τινὰ, ἐστράτευσεν ἐπὶ Δάκους, τά τε πεπραχθέντα αὐτοῖς λογιζόμενος, τοῖς τε χρήμασιν, ἃ κατ' ἔτος ἐλάμβανον, βαρυνόμενος· τάς τε δυνάμεις αὐτῶν αὐξανομένας καὶ τὰ φρονήματα ὁρῶν. πυθόμενος δὲ ὁ Δεκέβαλος τὴν ὁρμὴν αὐτοῦ, ἐφοβήθη, ἅτε καὶ εὖ εἰδὼς ὅτι πρότερον μὲν οὐ Ῥωμαίους, ἀλλὰ Δομιτιανὸν ἐνενικήκει· τότε δὲ ὡς πρός τε Ῥωμαίους καὶ πρὸς Τραϊανὸν αὐτοκράτορα πολεμήσοι. πλεῖστον γὰρ ἐπί τε δικαιότητι καὶ ἐπ' ἀνδρίᾳ τῇ τε ἁπλότητι τῶν ἠθῶν διέπρεψε· τῷ τε γὰρ σώματι ἔρρωτο, (δεύτερον γὰρ καὶ τεσσαρακοστὸν ἔτος ἄγων ἦρξε) καὶ τῇ ψυχῇ ἤκμαζεν, ὡς μήθ' ὑπὸ νεότητος θρασύνεσθαι, μήθ' ὑπὸ γήρως ἀμβλύνεσθαι· καὶ οὔτ' ἐφθόνει, οὔτε καθῄρει τινὰ, ἀλλὰ καὶ πάνυ πάντας τοὺς ἀγαθοὺς ἐτίμα καὶ ἐμεγάλυνε· καὶ διὰ τοῦτο οὔτε ἐφοβεῖτό τινα αὐτῶν, οὔτε ἐμίσει. διαβολαῖς τε ἥκιστα ἐπίστευε, καὶ ὀργῇ ἥκιστα ἐδουλοῦτο· τῶν τε χρημάτων τῶν ἀλλοτρίων ἴσα καὶ φόνων τῶν ἀδίκων ἀπείχετο. καὶ ἐδαπάνα πάμπολλα μὲν ἐς τοὺς πολέμους, πάμπολλα δὲ ἐς τὰ τῆς εἰρήνης ἔργα· καὶ πλεῖστα καὶ ἀναγκαιότατα καὶ ἐν ὁδοῖς καὶ ἐν λιμέσι καὶ ἐν οἰκοδομήμασι δημοσίοις κατασκευάσας, οὐδενὸς αἷμα εἰς οὐδὲν αὐτῶν ἀνάλωσεν. οὕτω γάρ που καὶ μεγαλόφρων καὶ μεγαλογνώμων ἔφυ, ὥστε καὶ τῷ ἱπποδρόμῳ ἐπιγράψαι, ὅτι ἐξαρκοῦντα αὐτὸν τῷ τῶν Ῥωμαίων δήμῳ ἐποίησεν, ἐπειδὴ διαφθαρέντα πῃ, καὶ μείζω καὶ περικαλλέστερον ἐξειργάσατο. Φιλούμενός τε οὖν ἐπ' αὐτοῖς μᾶλλον ἢ τιμώμενος ἔχαιρε· καὶ τῷ τε δήμῳ μετ' ἐπιεικείας συνεγίνετο, καὶ τῇ γερουσίᾳ σεμνοπρεπῶς ὡμίλει· ἀγαπητὸς μὲν πᾶσι, φοβερὸς δὲ μηδενὶ, πλὴν πολεμίοις, ὤν. καὶ γὰρ θήρας, καὶ συμποσίων, ἔργων τε καὶ βουλευμάτων σκωμμάτων τε συμμετεῖχε σφίσι· καὶ πολλάκις καὶ τέταρτος ὠχεῖτο· ἔς τε τὰς οἰκίας αὐτῶν καὶ ἄνευ γε φρουρᾶς ἔστιν ὧν εἰσιὼν εὐθυμεῖτο. Παιδείας μὲν γὰρ ἀκριβοῦς, ὅση ἐν λόγοις, οὐ μετέσχε· τό γε μὴν ἔργον αὐτῆς καὶ ἠπίστατο καὶ ἐποίει· οὐδ' ἔστιν ὅ τι οὐκ ἄριστον εἶχε· καὶ οἶδα μὲν ὅτι καὶ περὶ μειράκια καὶ περὶ οἶνον ἐσπουδάκει· ἀλλ', εἰ μέν τι ἐκ τούτων ἢ αἰσχρὸν ἢ κακὸν ἢ ἐδεδράκει ἢ ἐπεπόνθει,

ἐπηρείαν

ἐπηγορείαν δ᾽ εἶχε· καίτοι τοῦ τε οἴνου διακόρως ἔπινε, καὶ νήφων ἦν· ἔν τε τοῖς παιδικοῖς οὐδένα ἐλύπησεν. Εἰ δὲ καὶ φιλοπόλεμος ἦν, ἀλλὰ τῇ τε κατορθώσει, καὶ τοῦ ἐχθίστου μὲν καθαιρέσει, τοῦ οἰκείου δὲ αὐξήσει ἠρκεῖτο. οὐδὲ γὰρ οὐδ᾽ ὅπερ εἴωθεν ἐν τοῖς τοιούτοις γίγνεσθαι, τὸ τοὺς στρατιώτας ἐξογκοῦσθαί τε καὶ ὑπερφρονεῖν, συνέβη ποτὲ ἐπ᾽ αὐτοῦ· οὕτως ἐγκρατῶς αὐτῶν ἦρχε. Διὰ ταῦτα μὲν οὖν οὐκ ἀπεικότως ὁ Δεκέβαλος αὐτὸν ἐδεδίει. στρατεύσαντι δὲ τῷ Τραϊανῷ κατὰ τῶν Δακῶν, καὶ * ταῖς Τάπαις ἔνθα ἐστρατοπέδευον οἱ βάρβαροι πλησιάσαντι, μύκης μέγας προσεκομίσθη, γράμμασι Λατίνοις λέγων, ὅτι ἄλλοι τε τῶν συμμάχων καὶ Βοῦρροι παραινοῦσι Τραϊανῷ ὀπίσω ἀπιέναι καὶ εἰρηνῆσαι. συμβαλὼν δὲ αὐτοῖς ὁ Τραϊανὸς, πολλοὺς μὲν τῶν οἰκείων τραυματίας εἶδε, πολλοὺς δὲ τῶν πολεμίων ἀπέκτεινεν· ὅτε καὶ ἐπιλιπόντων τῶν ἐπιδέσμων, οὐδὲ τῆς ἑαυτοῦ ἐσθῆτος λέγεται φείσασθαι, ἀλλ᾽ ἐς τὰ λαμπάδια ταύτην * κατατεμεῖν· τοῖς δὲ τελευτήσασι τῶν στρατιωτῶν ἐν τῇ μάχῃ, βωμόν τε στῆσαι καὶ κατ᾽ ἔτος ἐναγίζειν κελεῦσαι. ὡς δὲ καὶ ἐς [αὐτὰ] τὰ ἐπ᾽ ἄκρα ἐπεχείρησεν ἀναβῆναι, λόφους ἐκ λόφων μετὰ κινδύνων καταλαμβάνων, καὶ τοῖς τῶν Δακῶν βασιλείοις ἐπέλασε· ὅ τε Λούσιος ἑτέρωθι προσβαλὼν, καὶ ἐφόνευσε πολλοὺς, καὶ ἐζώγρησε πλείονας· τηνικαῦτα ὁ Δεκέβαλος πρέσβεις πέμψας τοὺς ἀρίστους τῶν πιλοφόρων, καὶ δι᾽ αὐτῶν τὸν αὐτοκράτορα δεηθεὶς, οὐδὲν ὅ τι οὐχ ἑτοίμως τῶν * προσταχθέντων ἔχειν συνθέσθαι. τὰ γὰρ ὅπλα καὶ τὰ μηχανήματα τούς τε μηχανοποιοὺς παραδοῦναι, καὶ τοὺς αὐτομόλους ἀποδοῦναι, τά τε ἐρύματα καθελεῖν, καὶ τῆς χώρας τῆς ἑαλωκυίας ἀποστῆναι, τοὺς αὐτούς τε ἐχθροὺς καὶ φίλους τοῖς Ῥωμαίοις νομίζειν, καὶ ἄκων ὡμολόγησε, πρός τε τὸν Τραϊανὸν εἰσελθὼν, καὶ ἐς τὴν γῆν πεσὼν, καὶ προσκυνήσας αὐτόν. Τραϊανὸς δὲ ἐπὶ τούτοις εἰς τὴν Ἰταλίαν ἀνεκομίσθη, καὶ οἱ παρὰ τοῦ Δεκεβάλου πρέσβεις εἰς τὸ συνέδριον ἐσήχθησαν· τά τε ὅπλα καταθέντες, συνῆψαν τὰς χεῖρας ἐν αἰχμαλώτου σχήματι, καὶ εἶπόν τε τινὰ, καὶ ἱκέτευσαν· καὶ οὕτω τήν τε εἰρήνην ἐσπείσαντο, καὶ τὰ ὅπλα ἀπέλαβον. Τραϊανὸς δὲ τά τε νικητήρια ἤγαγε, καὶ Δακικὸς ἐπωνομάσθη· ἔν τε τῷ θεάτρῳ μονομάχους συνέβαλε (καὶ γὰρ ἔχαιρεν αὐτοῖς) καὶ τοὺς ὀρχηστὰς ἐς τὸ θέατρον ἐπανήγαγε. καὶ γὰρ ἑνὸς αὐτῶν τοῦ Πυλάδου ἤρα. Οὐ μέντοι, οἷα πολεμικὸς ἀνήρ,

quamobrem iure reprehenderetur. Licet enim vinū largiter biberet, tamen sobrius erat; & quod ad pueros attinet, nemini molest᷒ fuit. Cumque esset auidus belli, ita sibi in eo tēperabat, vt hostes frangeret, amicos autē augeret. Non enim ei vnquam accidit, (quod euenire in huiusmodi solet) vt milites feroces se & insolentes præbuerint. vsque adeo bene & ratione imperabat. His de causis Decebalus merito eum verebatur. Postquam Traianus in Dacos exercitum duxit, nec lōge abfuit ab iis locis in quibus barbari castra posuerāt, fungus ingens ad eum allatus est, in quo scriptū erat Latinis litteris: *Burros sociosque omnes a Traiano petere, vt pace facta domum reuerterentur. sed Traianus nihilo minus conflixit. Quo in prœlio quamquā magna cædes hostium facta est, tamen multos ex suis saucios vidit. Cumque deficerēt ea quibus vulnera militum obligarentur, fertur ne vesti quidem suæ pepercisse, sed etiam discidisse ad obliganda militum vulnera: cæsisque in prœlio statuisse aram; in qua quotannis parentari iussit. Post contendit ad editiora loca montium; indeque aliis atque aliis occupatis collibus non sine magno periculo, ad regiam Dacorū peruenit: quos † Lucius ex altero latere adortus, magnum numerum eorum concidit cepitque. (Lusius, Bl.) Decebalus continuo primores eorum qui † pileos gestabant, ad Traianū mittit; pacemq; per eos ab ipso postulat; seque imperata facturum pollicetur. (pila gest. Bl.) Is iubet arma machinasque, & earum artifices tradere, trāsfugas dedere, diruere propugnacula; de regione quam ex finitimis cepisset, decedere; & amicos hostesque eosdem quos populus Romanus haberet, existimare. Has cōditiones Decebalus deductus ad Traianum, inuitus accipit, eumque prostratus ad pedes veneratur. His confectis rebus, Traianus in Italiam reuertitur. Tum legati Decebali intromittuntur in Senatum; depositisque armis, iunctisq; manibus, more * seruorū, pauca supplices loquuntur: dein confirmata pace arma recipiunt. eoq; facto Traianus de Dacis triumphauit, & *Dacicus* cognominatus est. Post in theatrū gladiatores, quib. delectabatur, saltatoresq; reduxit; ex quorū numero Pylades ei præsertim carus erat. Porro in tanto armorum studio

curam habuit & ceterarũ rerum. nam in foro Augusti, & in porticu Liuiæ, ac in plerisq; aliis locis, ius ꝑ tribunali dicebat. Dũ hæc geruntur, nuntiatur Decebalũ multa contra fœdus facere, arma cõparare, transfugas recipere, arces instaurare, finitimas nationes per legatos ad defectionẽ sollicitare; *eosq; qui ipsi ante nõ paruerãt, diripere: iãq; Iazygum nõnullam partẽ regionis occupauisse: quã cum illi postea repeterẽt, Traianus eã non restituit. Ob has causas Decebal⁹ hostis iterum a Senatu iudicatur. Traianus id bellũ per se, nõ per alios duces cõfecit. Et quamquã Decebalus Traiano multo erat imbecillior, tamẽ parũ abfuit quin eũ ex insidiis tolleret. Misit enim trãsfugas in Mysiam, qui Traianũ occiderent: ad quem cũ antea semper facilis erat accessus, tũ vero belli temporib. cũ quibusuis facillime colloquebatur. sed id facinus trãsfugæ facere nõ sunt ausi, propterea quod vnus ipsorũ, cũ in suspicionem venisset, captus, magna vi tormẽtorum, insidias patefecerat. 'Sed Decebalus Longino, quem Romani ducẽ habebant peritissimũ rei militaris, persuasit vt se adiret, quasi statuisset imperata eius facere. Hunc, cũ venisset, comprehendi iussit, rogauitq; publice Traiani cõsilia. Post, vbi nihil potuit ex eo cognoscere, mandauit ipsum solutũ vinculis in custodia retineri: deinde petiit a Traiano per litteras, vt recepto Longino secũ recõciliari vellet. *Cui Traianus ita respõdere visus est, vt Longinũ neq; multi facere, neq; prorsus cõtemnere videretur: cuius mortẽ licet nõ expeteret, tamen eiusdẽ salutem nõ magnopere postularet. Quæ dum animaduerteret Decebalus, dispiceretq; quid sibi faciẽdum esset, Longinus sumpto veneno, *quod forte nactus erat, moritur. Interim Traianus pontẽ lapideum in Danubio faciendũ curauit: quem ego quidẽ digne admirari non queo. nã etsi Traiani sunt alia opera magnifica, tamẽ is pons lõge omnib. antecellit. Eius pontis pilæ sunt XX, ex lapide quadrato; singulæ, absq; fundamentis, altitudine pedũ CL, latitudine pedum LX. distant inter se intervallo CLXX pedum, suntque fornicibus coniunctæ. Cuius operis sumptus licet sit incredibilis, tamen plus

τἄλλα ἧττον διῆγεν, ἢ καὶ ἧττον ἐδίκαζεν, ἀλλὰ τοτὲ μὲν ἐν τῇ ἀγορᾷ τῇ Αὐγούστου, τοτὲ [δὲ] ἐν τῇ στοᾷ τῇ *Ἰουλίᾳ ὠνομασμένῃ, πολλάκις δὲ καὶ ἄλλοθι ἔκρινεν e ἐπὶ βήματος. Ἐπεὶ δὲ ὁ Δεκέβαλος πολλὰ παρὰ τὰς συνθήκας ἀπηγγέλλετο αὐτῷ ποιῶν, καὶ ὅπλα τε κατεσκευάζετο, καὶ τοὺς αὐτομολοῦντας ἐδέχετο, τά τε ἐρύματα ἐπεσκεύαζε, παρά τε τοὺς ἀστυγείτονας ἐπρεσβεύετο, καὶ τοῖς τἀναντία οἱ φρονήσασι προσέπεσεν ἐλυμαίνετο· καὶ τὴν Ἰαζύγων καὶ χώραν τινὰ ἀπετέμετο, ἣν μετὰ ταῦτα ἀπαιτήσασιν αὐτοῖς Τραϊανὸς οὐκ ἀπέδωκεν· οὕτω δὴ καὶ αὖθις πολέμιον αὐτὸν ἡ βουλὴ ἐψηφίσατο· καὶ ὁ Τραϊανὸς δι' ἑαυτοῦ καὶ αὖθις, ἀλλ' οὐ δι' ἑτέρων στρατηγῶν, τὸν πρὸς ἐκεῖνον πόλεμον ἐποιήσατο. καὶ ὁ Δεκέβαλος κατὰ μὲν τὸ ἰσχυρὸν κακῶς ἔπραττε· δόλῳ δὲ δὴ καὶ ἀπάτῃ ὀλίγου μὲν καὶ τὸν Τραϊανὸν ἀπέκτεινε, πέμψας ἐς τὴν Μυσίαν αὐτομόλους τινάς, εἴ πως αὐτόν, εὐπρόσοδον ὄντα καὶ ἄλλως, τότε δὲ καὶ διὰ τὴν τοῦ πολέμου χρείαν πάντα ἁπλῶς τὸν βουλόμενον εἰς λόγους δεχόμενον, κατεργάσαιντο. ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐκ ἐδυνήθησαν πρᾶξαι, συλληφθέντος τινὸς ἐξ ὑποψίας, καὶ πᾶν τὸ ἐπιβούλευμα αὐτοῦ ἐκ βασάνων ὁμολογήσαντος. Λογγῖνον δέ τινα στρατοπέδου Ῥωμαϊκοῦ ἐξηγούμενον, καὶ δεινὸν ἐν τοῖς πολεμίοις αὐτῷ γεγενημένον, προσκαλεσάμενος, καὶ ἀναπείσας συμμῖξαί οἱ, ὡς καὶ τὰ προσταχθησόμενα ποιήσων, συνέλαβε, καὶ ἀνέκρινε δημοσίᾳ περὶ τῶν τοῦ Τραϊανοῦ βουλευμάτων. ἐπειδή τε μηδὲν ὁμολογῆσαι ἠθέλησεν, ἐν ἀδέσμῳ φυλακῇ περιεῖπε, καὶ πρὸς τὸν Τραϊανὸν ἐπέστελλεν, ἀξιῶν διαλλαγῆναί οἱ ἐπὶ τῷ τὸν Λογγῖνον ἀνακομίσασθαι. ἀποκριναμένου δέ τινα αὐτῷ τοῦ Τραϊανοῦ μέσα, ἐξ ὧν οὔτ' ἐν μεγάλῳ οὔτ' ἐν μικρῷ λόγῳ τὸν Λογγῖνον ποιεῖσθαι δόξειν ἔμελλε, τοῦ μήτ' ἀπολέσθαι αὐτόν, μήτ' ἐπὶ πολλῷ σφίσιν ἀνασωθῆναι, Δεκέβαλος μὲν ἀνεῖχεν ἔτι διασκοπῶν ὅ τι πράξει· Λογγῖνος δὲ ἐν τούτῳ φαρμάκου εὐπορήσας, ἔπιε καὶ ἀπέθανε. Τραϊανὸς δὲ γέφυραν λιθίνην ἐπὶ τοῦ Ἴστρου κατεσκευάσατο· περὶ ἧς οὐκ ἔχω πῶς ἂν ἀξίως αὐτὸν θαυμάσω. ἔστι μὲν γὰρ καὶ τἄλλα αὐτοῦ ἔργα διαπρεπέστατα, τοῦτο δὲ καὶ ὑπὲρ ἐκεῖνα. ὡς γὰρ κρηπῖδες εἰσὶ λίθου τετραπέδου εἴκοσι, τὸ μὲν ὕψος πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ποδῶν, πλὴν τῶν θεμελίων, τὸ δὲ πλάτος ἑξήκοντα· καὶ αὗται ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν ἀπ' ἀλλήλων πόδας ἀπέχουσαι, *ἁψῖσι συνῳκοδόμηνται· πῶς οὖν ἄν τις τὸ ἀνάλωμα τὸ ἐς αὐτὰς δαπανηθὲν, θαυμάσειε; πῶς δ' οὐκ ἄν τις

τὸν τρόπον

τὸ ἔργον ὃν ἕκαστα αὐτῶν ἔν τε ποταμῷ [πολλῷ] καὶ ἐν ὕδατι δινώδει, ἐδάφει τε ἰλυώδει ἐγένετο· οὐ γάρ τι καὶ *παρατρέψαι ποι τὸ ῥεῦμα ἠδυνήθη. τὸ δὲ δὴ πλάτος τοῦ ποταμοῦ εἶπον, οὐχ ὅτι διὰ τοσούτου ῥεῖ, (καὶ γὰρ ἐπὶ διπλάσιον ἔστιν οὗ καὶ ἐπὶ τριπλάσιον αὐτοῦ πελαγίζει) ἀλλ' ὅτι τό τε στενώτατον καὶ τὸ ἐπιτηδειότατον ἐς τὸ γεφυρωθῆναι τῶν ἐκείνῃ χωρίων τοσοῦτόν ἐστιν· ὅσῳ δὲ δὴ ἐς στενὸν ταύτῃ ἐκ πελάγους μεγάλου καταβαίνων, καὶ ἐς πέλαγος αὖθις μεῖζον προεχωρῶν *κατακλείεται, τόσῳ που καὶ ῥοωδέστατος καὶ βαθύτατος γίγνεται· ὥστε καὶ τοῦτο ἐς τὴν χαλεπότητα τῆς κατασκευῆς τῆς γεφύρας τείνειν. Ἡ μὲν οὖν μεγαλόνοια τοῦ Τραιανοῦ καὶ ἐκ τούτων δείκνυται· οὐ μέντοι καὶ *εἰ ὠφέλειάν τινα ἡμῖν ἡ γέφυρα παρέχεται, ἀλλ' ἑστᾶσιν αἱ κρηπῖδες ἄλλως διόδον οὐκ ἔχουσαι, καθάπερ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ μόνον γεγονέναι, ἵν' ἐπιδείξωσι τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν οὐδὲν ὅ τι οὐ δυναμένην ἐξεργάσασθαι. ὁ μὲν γὰρ Τραιανὸς, δείσας μή ποτε παγέντος τοῦ Ἴστρου, πόλεμος τοῖς πέραν Ῥωμαίοις γένηται, ἐποίησε τὴν γέφυραν, ἵνα αἱ ἐπιβασίαι ῥᾳδίως δι' αὐτῆς διεξίωσιν· Ἀδριανὸς δὲ τοὐναντίον, φοβηθεὶς μὴ καὶ τοῖς βαρβάροις τοὺς φρουροὺς αὐτῆς βιασαμένοις ῥᾳδία διάβασις ἐς τὴν Μυσίαν ᾖ, ἀφεῖλε τὴν ἐπιπολῆς κατασκευήν. Τραιανὸς δὲ, διὰ ταύτης τῆς γεφύρας τὸν Ἴστρον περαιωθεὶς, καὶ δι' ἀσφαλείας μᾶλλον ἢ διὰ σπουδῆς τὸν πόλεμον ποιούμενος, σὺν χρόνῳ καὶ μόλις ἐκράτησε τῶν Δακῶν, πολλὰ μὲν αὐτὸς στρατηγίας ἔργα καὶ ἀνδρίας ἐπιδειξάμενος, πολλὰ δὲ καὶ τῶν στρατιωτῶν αὐτοῦ κινδυνευσάντων καὶ ἀριστευσάντων. ἔνθα δὴ καὶ ἱππεύς τις κακῶς πληγεὶς, ἐξήχθη μὲν ἐκ τῆς μάχης ὡς καὶ θεραπευθῆναι δυνάμενος· αἰσθόμενος δὲ ὡς ἀνιάτως ἔχοι, ἔκ τε τοῦ σκηνώματος ἐξεπήδησεν, (οὐ γάρ πω τὸ κακὸν αὐτοῦ καθίκετο) καὶ ἐς τάξιν αὖθις καταστὰς ἑαυτὸν, ἀπέθανε, μεγάλα ἐπιδειξάμενος. Δεκέβαλος δὲ, ὡς καὶ τὸ βασίλειον αὐτοῦ καὶ ἡ χώρα κατείληπτο σύμπασα, καὶ αὐτὸς ἐκινδύνευεν ἁλῶναι, διεχρήσατο ἑαυτὸν, καὶ ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ ἐς τὴν Ῥώμην ἀπεκομίσθη· καὶ οὕτως ἡ Δακία Ῥωμαίων ὑπήκοος ἐγένετο, καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ ὁ Τραιανὸς κατῴκισεν. εὑρέθησαν δὲ καὶ οἱ τοῦ Δεκεβάλου θησαυροὶ, καίτοι ὑπὸ τὸν ποταμὸν τὸν Σαργετίαν τὸν παρὰ τοῖς βασιλείοις αὐτοῦ, κεκρυμμένοι. διὰ γὰρ αἰχμαλώτων τινῶν τόν τε ποταμὸν ἐξέτρεψε, καὶ τὸ ἔδαφος αὐτοῦ ὤρυξε· καὶ ἐς αὐτὸ πολὺν μὲν ἄργυρον, πολὺν δὲ χρυσὸν, τά τε ἄλλα τὰ τιμιώτατα

admirationis habet, quod hęc in *fluuio gurgitibus pleno, limosoq; alueo facta sunt; quodq; fluxus eius fluminis alio auerti nõ potuit. Neq; vero latitudo ipsius idcirco a me dicta est, q *permagna sit: (nonnumquam enim duplo triploque maius inundat) sed quod tãta sit in eo loco angustissimo: quo tamen nullus erat ad faciendos põtes accommodatior. Quo in loco quanto magis flumen ex lato in angustũ fluit, rursumq; ex angusto multo fit latius, tãto rapidius fertur, altiusque est; vt id pontis faciendi difficultatem maxime augeat. Ex quo Traiani magnitudo animi intelligi facile potest. Is pons nobis quidem nulli est vsui: (nec enim transitur) extant pilæ eius ostentationis causa; quasi tantummodo factæ sint vt constet ex iis, *nihil esse quod humano ingenio effici non possit*. Hunc pontem Traianus fecit, metuens ne Danubio cõglaciato frigoribus, Romanis qui trans flumen essent, bellum inferretur: quod si eueniret, vt posset per eum copias facile traducere. Sed Adrianus contra metuens, ne barbari oppressis custodib. pontis, in Mysiam facile transirẽt, superiores partes eius disturbari iussit. Igitur Traianus, eo ponte facto, Danubium transiit: dein secure bellum gessit magis quã celeriter; ac Dacos vix tandẽ subegit. Multa in eo bello ipse strenui Imperatoris, ac viri fortis facinora edidit; multaq; pericula milites eius adierunt, seque fortes viros præstiterũt. Ex quib. vnus eques saucius exportatus ex prœlio ad sananda vulnera, vbi desperatam esse salutem cognouit, ex tabernaculo (nondum enim vis mali eũ oppresserat) iterum in aciem processit: magnisque rebus gestis, mortuus cõcidit. Decebalus, postquam regiam regionemq; suam omnem captam esse cognouit, immineret; periculum ne ipse quoque caperetur, manus sibi attulit. Eius caput Romam perlatum est, & Dacia in potestatem venit populi Romani, in eamq; Traianus coloniam deduxit. Thesauri Decebali, quamquam in Sargetia flumine, non procul a regia eius repositi erãt, inuenti sunt. Decebalus enim, flumine opera captiuorũ auerso, perfossoque alueo, magnam vim argenti aurique, tum pretiosissimas quasque res atq; delicatissimas,

quæ conseruari poterant, eo congesserat; iisq; rebus magnis lapidib. aggeribusq; tectis, flumẽ pristino alueo restituerat. Præterea vestes, & alia quæ sunt eiusdem generis, abdiderat in speluncas per eosdem seruos; eosque peracto negotio iusserat occidi, ne, quod actum erat, patefacerẽt. Sed Bicilis, socius & familiaris Decebali, cui res erat cognita, captus, hos thesauros indicauit. Per id tẽpus Palma præfectus Syriæ, cepit eã Arabiæ partem quæ Petram attingit, redegitque in dicionem populi Romani.

Ad Traianum reuersum in vrbem, quam plurimæ legationes a barbaris gentibus, & in primis ab Indis venerunt. Is spectacula edidit dierũ centũ vigintitrium; *in quib. interdum cæsæ sunt feræ mãsuetæq; bestiæ mille, interdum etiã ad decẽ milia: itemq; gladiatorũ decem milia inter se certauerunt. Iisdem temporib. strauit paludes Põtinas lapidibus; exstruxitque iuxta vias ædificia, pontesq; magnificentissimos fecit: ac nummum omnẽ adulterinũ conflauit. Suram Licinium, qui tum decesserat, affecit publica sepultura, eique statuam collocari iussit. Hic adeo diues fuerat & potens, vt Gymnasium ædificauerit populo Romano suis sumptibus; tantaque fide atque amicitia fuerat cum Traiano coniunctus, vt cum sæpe esset apud eum ab inuidis & inimicis accusatus, Traianus nihilo minus domum eius inuocatus ad cœnam venerit, dimissaque custodia medicum Suræ primum omnium ad se vocauerit, eique permiserit vt suos oculos . . . Quo facto, tonsorem eiusdem venire iussit; isque mentum Imperatoris rasit. nam hæc vetus cõsuetudo ciuium Romanorum ac principum fuit: Adrianus enim primus barbam nutriuit. Post hæc Traianus cœnauit lotus; posteroq; die amicis suis, qui Suræ maledicere semper, eumque calumniari cõsueuerant, respondit: *Si me, inquit, Sura interficere voluisset, heri quidem certe interfecisset.* Itaq; permagnum fuit, quod Traianus in homine accusato insidiarum, periclitari voluerit: sed multo profecto maius, quod numquã timuerit vt quidquam tale ab illo sibi accideret. *Cuidam etiam principio, cum præficeret eum prętorianis cohortibus, atque ipsum ob eam causam gladium accingere oporteret; Traianus nudum porrexit, dixitque; *Accipe gladium, quem pro me, si bene atque ratione imperauero, distringes:*

καὶ ὑγρότητά τινα ἐνδέχεσθαι δυνάμενα ἐμβαλὼν, λίθοις τε ἐπ' αὐτοῖς ἐπέθηκε, καὶ χοῦν ἐπεφόρησε· καὶ μετὰ τοῦτο τὸν ποταμὸν ἐπήγαγε· καὶ ἐς τὰ σπήλαια διὰ τῶν αὐτῶν ἐκείνων τά τε ἱμάτια καὶ τὰ ἄλλα τὰ ὁμοιότροπα κατέθετο. ποιήσας δὲ ταῦτα, διέφθειρεν αὐτοὺς, ἵνα μηδὲν ἐκλαλήσωσι. Βίκιλις δέ τις ἑταῖρος αὐτοῦ, τὸ γεγονὸς εἰδὼς, ἑάλω τε καὶ κατεμήνυσε ταῦτα. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον καὶ Πάλμας τῆς Συρίας ἄρχων, τὴν Ἀῤῥαβίαν τὴν πρὸς τῇ Πέτρᾳ ἐχειρώσατο, καὶ Ῥωμαίων ὑπηκόους ἐποιήσατο. Παρὰ [δὲ] τὸν Τραϊανὸν ἐς τὴν Ῥώμην ἐλθόντα, πλεῖσται πρεσβεῖαι ἄλλων τε βαρβάρων καὶ Ἰνδῶν ἀφίκοντο. καὶ θέας ἐν τρισὶ καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἡμέραις ἐποίησεν· ἐν αἷς θηρία τε καὶ βοτὰ χίλιά που καὶ μύριά που ἐσφάγη, καὶ μονομάχοι μύριοι ἠγωνίσαντο. Καὶ κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τά τε ἕλη τὰ *Ποντικὰ ὡδοποίησε λίθῳ, καὶ ταῖς ὁδοῖς παρῳκοδομημένας καὶ γεφύραις μεγαλοπρεπεστάταις ἐξεποίησε. τό τε νόμισμα πᾶν τὸ ἐξίτηλον ἐξεχώνευσε. Τῷ δὲ Σύρρᾳ τῷ Λικινίῳ καὶ ταφὴν δημοσίαν καὶ ἀνδριάντα ἔδωκεν τελευτήσαντι· ὅστις ἐς τοῦτο καὶ πλούτου καὶ αὐχήματος ἀφίκετο, ὥστε καὶ γυμνάσιον Ῥωμαίοις οἰκοδομῆσαι. τοσαύτῃ δὲ φιλίᾳ καὶ πίστει πρὸς ἀλλήλους ἐκέχρηντο, ὥστε πολλάκις αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτοκράτορα διαβεβλημένου, καὶ τῶν φθονούντων αὐτῷ ἐπὶ πολὺ ἐγκειμένων, ὁ Τραϊανὸς οἴκαδε πρὸς αὐτὸν ἄκλητος ἐπὶ δεῖπνον ἦλθε· καὶ πᾶσαν τὴν φρουρὰν ἀποπέμψας, ἐκάλεσε πρῶτον μὲν τὸν ἰατρὸν αὐτοῦ, καὶ δι' ἐκείνου τοὺς ὀφθαλμοὺς . . . ἔπειτα τὸν κουρέα, καὶ δι' ἐκείνου τὸ γένειον ἐξύρατο. τοῦτο γὰρ ἐκ παλαιοῦ πάντες οἱ ἄλλοι καὶ αὐτοὶ οἱ αὐτοκράτορες ἐποίουν· Ἀδριανὸς γὰρ πρῶτος γενειᾶν κατέδειξε. πράξας δὲ ταῦτα, καὶ μετὰ ταῦτα καὶ λουσάμενος καὶ δειπνήσας, ἔπειτα τοῖς φίλοις τοῖς εἰωθόσιν ἀεί τι περὶ αὐτοῦ φαῦλον λέγειν, ἔφη τῆς ὑστεραίας ὅτι Εἰ ἤθελέ με Σύρρας ἀποκτεῖναι, χθὲς ἂν ἀπεκτόνει. Μέγα μὲν οὖν ἐποίησε καὶ τὸ κινδυνεῦσαι πρὸς διαβεβλημένον ἄνθρωπον· πολὺ δὲ μεῖζον, ὅτι ἐπίστευσε μηδὲν ἂν ποτε ὑπ' αὐτοῦ παθεῖν. ἀλλὰ καὶ ὅτε *πρῶτον τῷ μέλλοντι τῶν δορυφόρων ἐπάρξειν, τὸ ξίφος, ὃ παραζώννυσθαι αὐτὸν ἐχρῆν, ὤρεξεν, ἐγύμνωσέ τε αὐτὸ, καὶ ἀνατείνας ἔφη, Λαβὲ τοῦτο τὸ ξίφος· ἵνα, ἂν μὲν καλῶς ἄρχω, ὑπὲρ ἐμοῦ,

ἂν δὲ

ἂν δὲ κακῶς, κατ᾽ ἐμοῦ αὐτῷ χρήσῃ. Ἔστησε δὲ καὶ τοῦ Σοσσίου τοῦ τε Πάλμου καὶ τοῦ Κέλσου εἰκόνας· οὕτω που αὐτοὺς τῶν ἄλλων προετίμησε. τοὺς μέντοι ἐπιβουλεύοντας αὐτῷ, ἐν οἷς ἦν καὶ Κράσσος, ἐτιμωρεῖτο, εἰσάγων εἰς τὴν βουλήν. Κατεσκεύασε δὲ καὶ βιβλίων ἀποθήκας· καὶ ἔστησεν ἐν τῇ ἀγορᾷ καὶ κίονα μέγιστον, ἅμα μὲν ἐς ταφὴν ἑαυτῷ, ἅμα δὲ εἰς ἐπίδειξιν τοῦ κατὰ τὴν ἀγορὰν ἔργου. παντὸς γὰρ τοῦ χωρίου ἐκείνου ὀρεινοῦ ὄντος, κατέσκαψε τοσοῦτον ὅσον ὁ κίων ἀνίσχει, καὶ τὴν ἀγορὰν ἐκ τούτου πεδινὴν κατεσκεύασε. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐστράτευσεν ἐπ᾽ Ἀρμενίους καὶ Πάρθους, πρόφασιν μὲν, ὅτι μὴ τὸ διάδημα ὑπ᾽ αὐτοῦ εἰλήφει, ἀλλὰ παρὰ τοῦ Πάρθων βασιλέως ὁ τῶν Ἀρμενίων βασιλεύς· τῇ δ᾽ ἀληθείᾳ, δόξης ἐπιθυμίᾳ. ἐπεὶ δὲ ἐνέβαλεν εἰς τὴν πολεμίαν, ἀπήντων αὐτῷ οἱ τῇδε σατράπαι καὶ βασιλεῖς μετὰ δώρων· ἐν οἷς καὶ ἵππος ἦν δεδιδαγμένος προσκυνεῖν. τοῖς τε γὰρ ποσὶ τοῖς προσθίοις ὤκλαζε, καὶ τὴν κεφαλὴν ὑπὸ τοὺς τοῦ πέλας πόδας ὑπετίθει.

Τραϊανὸς δὲ, ἀμαχεὶ πάντα χειρούμενος, ἐς Σάταλα ἦλθε καὶ ἐς Ἐλέγειαν τῆς Ἀρμενίας χωρία· καὶ τὸν Ἡνιόχων βασιλέα ἐτίμησε, Παρθαμασίριν δὲ τὸν Ἀρμενίων ἐτιμωρήσατο. Ἐπεὶ δὲ πᾶσαν τὴν Ἀρμενίων χώραν εἷλε, καὶ πολλοὺς τῶν βασιλέων τοὺς μὲν ὑποπεσόντας ἐν τοῖς φίλοις ἦγε, τοὺς δέ τινας καὶ ἀποθανόντας ἀμαχεὶ ἐχειροῦτο· ταῦτά τε ἄλλα ἐψηφίζετο αὐτῷ πολλὰ ἡ βουλὴ, καὶ Ὄπτιμον, εἴτ᾽ οὖν ἄριστον, ἐπωνόμασεν. Ἐβάδιζεν ἀεὶ μετὰ παντὸς τοῦ στρατοῦ πεζῇ, διεκόσμει τε αὐτοὺς κατὰ πᾶσαν τὴν πορείαν καὶ διέταττεν, ἄλλοτε ἄλλως ἄγων· τούς τε ποταμοὺς, ὅσους γε καὶ ἐκεῖνοι, πεζῇ διέβαινε. καὶ ἔστιν ὅτε καὶ ἀγγελίας ψευδεῖς καὶ τὰ τῶν προσκόπων ἐποίει, ἵν᾽ ἅμα τε τὰ τακτικὰ μελετῷεν, καὶ ἕτοιμοι πρὸς πάντα καὶ ἀνέκπληκτοι εἶεν. καὶ ὠνομάσθη μὲν, ἐπειδὴ καὶ τὴν Νίσιβιν εἷλε καὶ τὰς Βάτνας, Παρθικός· πολλῷ δὲ μᾶλλον ἐπὶ τῇ τοῦ Ὀπτίμου προσηγορίᾳ, ἢ ταῖς ἄλλαις ξυμπάσαις, ἅτε καὶ τῶν τρόπων αὐτοῦ μᾶλλον ἢ τῶν ὅπλων οὔσῃ, ἐσεμνύνετο. Διατρίβοντος δὲ αὐτοῦ ἐν Ἀντιοχείᾳ, σεισμὸς ἐξαίσιος γίνεται· καὶ πολλαὶ μὲν ἔκαμον πόλεις, μάλιστα δὲ ἡ Ἀντιόχεια ἐδυστύχησεν. ἅτε γὰρ τοῦ Τραϊανοῦ ἐκεῖ χειμάζοντος, καὶ πολλῶν μὲν στρατιωτῶν, πολλῶν δὲ ἰδιωτῶν κατά τε δίκας καὶ κατὰ πρεσβείας, ἐμπορίας τε καὶ

sin minus, eo ad interitum meum vtere. Sossio quoq;, & Palmæ, & Celso statuas posuit; quos viros habuit in honore præ ceteris omnibus. In eos vero qui cōtra se cōiurauerant, (in quorum numero Crassus fuit) *causa cognita a Senatu, animaduertit. Bibliothecas exstruxit, ac in foro suo columnam maximā collocauit, partim sepeliēdi sui causa, partim vt opus quod ipse circa forū fecerat, posteris ostenderet. nam cum locum montosum, quāta est altitudo columnę, perfodit, forumq; eo pacto cōplanauit. Post hęc bellū intulit Armeniis, Parthisq;, propterea quod (vt ipse dicebat) rex Armeniorum nō ab se, sed a rege Parthorū diadema accepisset: sed reuera id bellum suscepit adductus gloriæ cupiditate. Postquam in fines hostiū peruenit, satrapę qui regionem tenebant, regesq;, cum magnis munerib. ei processerunt obuiam, in primisq; adduxerunt equum doctū hominem venerari, ita vt flecteret anteriora genua, & ceruicem pedib. eius qui prope adesset, submitteret. Traianus cepit cūcta nullo facto prœlio: dein Satala & Elegiam, quæ sunt vrbes Armeniæ, profectus, Heniochorum regem honore affecit, & Parthamasirem regem Armeniorū puniuit: captaque Armenia, reges qui deditionem fecerāt, habuit in numero amicorum; ceteros etiam mortuos absque pugna cepit. Tū ei multa decreta sunt a Senatu; sed in primis *Optimus* cognominatus est. Pedib. iter faciebat semper cū exercitu; instruebatq; milites, quoties proficisceretur; eosque variis modis ductabat. Pedibus non aliter quam illi, transibat flumina: nonnunquam falsos rumores pro veris, & maxime de iis reb. quas exploratores retulissent, spargebat; vt *milites celeriter imperata facere assuescerent, promptique ad omnia & intrepidi essent. Ad hæc Nisibi Batnisque captis, *Parthicus* cognominatus est: sed cognomine Optimi multo magis gloriari videbatur; ex quo natura mores que eius suauissimi magis quam arma cognoscerentur.

Dum moraretur Antiochiæ, ingens terræmotus factus est; quo multis ciuitatibus, sed Antiochiæ præsertim, magna clades allata est. In qua vrbe cum Traianus hiemaret, cumque eo magnus numerus militum; magnaq; priuatorum hominum multitudo, litium, legationum, negotiationis, &

spectaculorum causa vndiq; cōuenisset, id damnū ad omnes nationes populosque ita pertinuit, vt in vrbe Antiochia omnis orbis terrarū subiectus imperio Romano detrimentū acceperit. Hunc terręmotū multa pręcessere fulmina, flauereq; vehementes venti atq; insolentes: sed ex iis tāta calamitas numq̄ sperabatur futura. Primum. n. de improuiso mugitus terræ maximus; * post fremit* horribilis auditus est. Terra sublime tolli cœpit, ędificia sursum erigi, erecta partim ruere & cōquassari, partim velut in summa tempestate nutare huc atq; illuc cōmota: loca destituta ædificiis mirū in modū agitari, materies ædificiorū frangi, lateres collidi, lapides cōquassari, ac postremo eorū omnium horribilis fragor esse. Tātus vero puluis excitatus fuit, vt nō videre, non alloqui, non audire quemquā per eū liceret. Multi mortales extra ædes afflicti esse, q; agitati iactatiq;, tandē velut ex locis superiorib. præcipitati colliderentur. Qua ex re alii mutilari, alii interire, q; arbores etiā conuellerentur radicitus. Eorum vero qui in vrbe remanserant, infinita multitudo periit. Multi. n. impetu hominū cadentium aggerumve occiderunt: multi quoq; casu lapidum oppressi, exstincti sunt. Qui parte aliqua corporis pressa lapidibus lignisve iacebant, miserrimi erant; q; neque viuere, neq; mori possent subito. Et quamquā multi ex infinita scilicet eorū multitudine euaserunt, tamen eorundē magna pars læsa & mutila fuit; cū alii fractis cruribus, alii priuati humeris, nōnulli fracta ceruice esse, complures sanguinē euomere viderentur. In eorum numero fuit Pedo Cōsul; q statim mortuus est. In summa, nulla fuit grauis calamitas, quæ nō sit illis hominib. illata; ꝓpterea quod in hoc terręmotu facto diuinitus, homines inopes cōsilii nesciebāt huic malo mederi; quod alii cadentibus ædificiis opprimerentur, alii fame interirent; id quod accidit iis q in vacuis locis, lignis forte superstantibus, aut in fornicib. & peristyliis, incolumes seruabātur. Cū iam cessasset terræmotus, fuit qui ruinas audacter conscenderet; qui postquā in iis vocem viuæ mulieris intellexit, quæ secū habebat infantē, eumq; ac seipsam lacte suo sustentabat, loco in

θεωρίας πολλαχόθεν συμπεφοιτηκότων, οὔτε ἔθνος οὐδέν, οὔτε δῆμος οὐδεὶς ἀβλαβὴς ἐγένετο· καὶ οὕτως ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ πᾶσα ἡ οἰκουμένη ἡ ὑπὸ τοῖς Ῥωμαίοις οὖσα, ἐσφάλη. ἐγένοντο μὲν οὖν καὶ κεραυνοὶ πολλοί, καὶ ἀλλόκοτοι ἄνεμοι· ἀλλ' οὔτι καὶ προσεδόκησεν ἄν τις ἐκ τούτων τοσαῦτα κακὰ γενήσεσθαι. πρῶτον μὲν γὰρ μύκημα ἐξαπίνης μέγα ἐβρυχήσατο· ἔπειτα βρασμὸς ἐπ' αὐτῷ βιαιότατος ἐπεγίνετο· καὶ ἄνω μὲν ἡ γῆ πᾶσα ἀνεβάλλετο, ἄνω δὲ καὶ τὰ οἰκοδομήματα ἀνεπήδα· καὶ τὰ μέν, ἀνέκαθεν ἐπαιρόμενα συνέπιπτε καὶ κατερρήγνυτο· τὰ δέ, καὶ δεῦρο καὶ ἐκεῖσε κλονούμενα ὥσπερ ἐν σάλῳ περιετρέπετο, καὶ ἐπὶ πολὺ καὶ τοῦ ὑπαίθρου προσκατελάμβανεν. ὅ τε κτύπος θραυομένων καὶ καταγνυμένων ξύλων ὁμοῦ, κεράμων, λίθων, ἐκπληκτικώτατος ἐγίνετο· καὶ ἡ κόνις πλείστη ὅση ἠγείρετο, ὥστε μήτε ἰδεῖν τινα, μήτε εἰπεῖν, μήτ' ἀκοῦσαί τι δύνασθαι. τῶν δὲ δὴ ἀνθρώπων πολλοὶ μὲν καὶ ἐκτὸς τῶν οἰκιῶν ὄντες ἐπόνησαν. ἀναβαλλόμενοί τε γὰρ καὶ ἀναρριπτούμενοι βιαίως, εἶθ' ὥσπερ ἀπὸ κρημνοῦ φερόμενοι, προσεπαίοντο· καὶ οἱ μὲν ἐπηρῶντο, οἱ δὲ ἔθνησκον· καί τινα καὶ δένδρα αὐταῖς ῥίζαις ἀνέθορε. τῶν δὲ ἐν ταῖς οἰκίαις καταληφθέντων ἀνεξεύρετος ἀριθμὸς ἀπώλετο. παμπόλλους μὲν γὰρ καὶ αὐτὴ ἡ τῶν συμπιπτόντων ῥύμη ἔφθειρε, παμπληθεῖς δὲ καὶ τὰ χώματα ἔπνιξεν. ὅσοι δὲ δὴ μέρους τοῦ σώματος σφῶν ὑπὸ λίθων ἢ ξύλων κρατούμενοι ἔκειντο, δεινῶς ἐταλαιπώρησαν, μήτε ζῆν ἔτι μήτ' ἀποθανεῖν αὐτίκα δυνάμενοι. καὶ ἐσώθησαν γὰρ ὅμως καὶ ἐκ τούτων· ἅτε καὶ ἐν ἀμυθήτῳ πλήθει, συχνοί· οὐδ' ἐκεῖνοι πάντες ἀπαθεῖς ὑπεχώρησαν. συχνοὶ μὲν γὰρ σκελῶν, συχνοὶ δὲ ὤμων ἐστερήθησαν, ἄλλοι κεφαλῆς. ἄλλοι αἷμα ἤμουν· ὧν εἷς καὶ ὁ Πέδων ὁ ὕπατος ἐγένετο· καὶ εὐθύς τι γὰρ ἀπέθανε. συνελόντι δ' εἰπεῖν, οὐδὲν τὸ παράπαν βιαίου πάθους τότε τοῖς ἀνθρώποις ἐκείνοις οὐ συνηνέχθη. καὶ ἐπὶ πολλὰς μὲν ἡμέρας καὶ νύκτας σείοντος τοῦ θεοῦ ἐν ἀπορίαις καὶ ἀμηχανίαις ἦσαν οἱ ἄνθρωποι, οἱ μὲν ὑπὸ τῶν ἐρειπομένων οἰκοδομημάτων καταχωννύμενοι καὶ φθειρόμενοι, οἱ δὲ καὶ λιμῷ ἀπολλύμενοι, ὅσοις συνέβη ἐν διακένῳ τινὶ τῶν ξύλων οὕτω κλιθέντων, ἢ καὶ ἐν ἀψιδοειδεῖ τινι μεταστηλίῳ σωθῆναι. καταστάντος δέ ποτε τοῦ κακοῦ, θαρσήσας τις ἐπιβῆναι τῶν πεπτωκότων, γυναικὸς ζώσης ᾔσθετο· αὕτη δὲ ἦν οὐ μόνη, ἀλλὰ καὶ βρέφος εἶχε, καὶ τρέφουσα τῷ γάλακτι καὶ ἑαυτὴν καὶ τὸ παιδίον αὐτήρκεσεν· ἐκείνην τε ἀνο-

ρύξαντες

ῥύξαντες ἀνέσωσαν μετὰ τοῦ τέκνου· κἀκ τούτου καὶ τἆλλα ἀνηρεύνων, ἐν οἷς ζῶντα μὲν οὐδένα ἔτι, πλὴν παιδίου πρὸς *μαστοῖς τῆς μητέρα καὶ τεθνηκυίας θηλάζοντος, εὑρεῖν ἠδυνήθησαν. τοὺς δὲ νεκροὺς ἐξέλκοντες, οὐκέτ' οὐδὲ ἐπὶ τῇ σφετέρᾳ σωτηρίᾳ ἔχαιρον. Τοσαῦτα μὲν τότε πάθη τὴν Ἀντιόχειαν κατέλαβε· Τραϊανὸς δὲ διέφυγε μὲν διὰ θυρίδος ἐκ τοῦ οἰκήματος ἐν ᾧ ἦν, προσελθόντος αὐτῷ μείζονός τινος ἢ κατ' ἄνθρωπον, καὶ ἐξαγαγόντος αὐτόν, ὥστε μικρὰ ἄττα πληγέντα περιγενέσθαι. ὡς δ' ἐπὶ πλείους ἡμέρας ὁ σεισμὸς ἐπεῖχεν, ὑπαίθριος ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ διῆγεν. ἐσείσθη δὲ καὶ αὐτὸ τὸ *Κοράσιον οὕτως, ὥστε τὰ ἄκρα αὐτοῦ καὶ ἐπικλίνεσθαι καὶ ἀπορρήγνυσθαι, καὶ ἐς αὐτὴν τὴν πόλιν ἐσπίπτειν δοκεῖν. ὄρη τε ἄλλα ὑφίζησε, καὶ ὕδωρ πολὺ οὐκ ὂν μὲν πρότερον ἀνεφάνη, πολὺ δὲ καὶ ῥέον ἐξέλιπε.

Τραϊανὸς δὲ ἐς τὴν [τῶν] πολεμίων ὑπὸ τὸ ἔαρ ὑπήχθη. ἐπεὶ δ' ἡ χώρα ἡ πρὸς τῷ Τίγριδι ἄφορος ναυπηγησίμων ξύλων ἐστί, τὰ πλοῖα ἃ ἐν ταῖς ὕλαις ταῖς περὶ τὴν Νίσιβιν ἐπεποίητο, ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἤγαγεν ἐφ' ἁμάξαις. οὕτω γάρ πως κατεσκεύαστο ὥστε διαλύεσθαι καὶ συμπήγνυσθαι. καὶ ἔζευξεν *αὐτὰ κατὰ τὸ Καρδύνον ὄρος ἐπιπονώτατα. οἱ γὰρ βάρβαροι ἀντιπαραστάντες, ἐκώλυον. ἀλλ' (ἦν γὰρ πολλὴ τῷ Τραϊανῷ καὶ τῶν νεῶν καὶ τῶν στρατιωτῶν περιουσία) αἱ μὲν ἐζεύγνυντο πολλῷ τάχει, αἱ δὲ πρὸ ἐκείνων ἀνεκώχευον ὁπλίτας τε καὶ τοξότας φέρουσαι· ἕτεραι δὲ ἔνθεν καὶ ἔνθεν ὡς διαβησόμεναι ἐπείρων. ἔκ τε οὖν τούτων καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς ἐκπλήξεως τοῦ τοσαύτας ἅμα ναῦς ἀθρόας ἐξ ἠπείρου ἀξύλου ἀποφανῆναι, ἐνέδοσαν οἱ βάρβαροι, καὶ ἐπεραιώθησαν οἱ Ῥωμαῖοι· καὶ τήν τε Ἀδιαβηνὴν ἅπασαν παρεστήσατο (ἔστι δὲ τῆς Ἀσσυρίας τῆς περὶ Νῖνον μέρος αὕτη) καὶ τά τε Ἄρβηλα, καὶ τὰ Γαυγάμηλα, παρ' οἷς ὁ Ἀλέξανδρος τὸν Δαρεῖον ἐνίκησε. ταῦτα τῇ σφῶν ἐστί· καί που καὶ Ἀτυρία διὰ τοῦτο βαρβαρισί, τῶν σίγμα ἐς τὸ ταῦ μεταπεσόντων, ἐκλήθη. Καὶ μετὰ ταῦτα καὶ μέχρι τῆς Βαβυλῶνος αὐτῆς ἐχώρησαν, κατὰ πολλὴν τῶν κωλυόντων αὐτοὺς ἐρημίαν, ἅτε καὶ τῆς τῶν Πάρθων δυνάμεως ἐκ τῶν ἐμφυλίων πολέμων ἐφθαρμένης, καὶ τότε ἔτι στασιαζούσης. ἐνταῦθα μέντοι τήν τε ἄσφαλτον εἶδε Τραϊανός, ἐξ ἧς τὰ τείχη Βαβυλῶνος ᾠκοδόμητο· τοσαύτην γὰρ ἀσφάλειαν, πλίνθοις ὀπταῖς ἢ καὶ λίθοις λεπτοῖς συμμιχθεῖσα, παρέχεται, ὥστε καὶ πέτρας καὶ σιδήρου παντὸς

quo erat, perfosso, vtrumq; incolumē seruauit. Quo facto, indagare cœperunt cetera; neminē tamen amplius viuū inuenire potuerunt, pręter puerum alterū, qui matris mortuæ vbera sugebat. Cumq; inde mortuos eruerent, nequaquā præ dolore saluos se esse lætabantur. tanta calamitas Antiochiam inuaserat. Traianus autē fenestra ex ædibus, in quibus erat, effugit. nam eū quidam inusitatæ & plus quam humanæ magnitudinis, cū ad ipsum venisset, eduxit foras. *Quibus rebus omnib. magno est timore perterritus: cumq; per multos dies terręmotus cessauisset, tamē sub dio vitam agebat in Circo. Corasius quoq; mōs ita cōcussus est, vt eius culmina subsidere & cōquassari, atq; in ipsam ciuitatē cadere viderentur. Subsedere pręterea alii montes: & aquæ, vbi antea visę fuerant numquā, exstiterunt: contra, nonnullæ, vbi fluxerāt, defecerunt. Ineunte vere Traianus in hostilem terrā ingreditur. Cumq; ea regio quæ ad Tigrim fluuium spectabat, materiā ad ædificandas naues nō ferret, ea nauigia quæ in siluis apud Nisibin fecerat, plaustris in flumen cōuehi iussit: (sic enim cōparata fuerant, vt dissolui & coniungi possent) ægreque ad radices Cardyni montis pontē fecit in flumine cōtinuatis nauibus; quāuis hostes ex aduerso collocati prohiberent. Nā Traiano tanta erat nauiū copia, tantaq; multitudo militū, vt aliæ celerrime cōiungerentur, aliæ plenæ grauis armaturæ militibus atq; sagittariis, vim hostiū ante prohiberent, aliæ huc & illuc ferrentur, quasi transituræ essent. His rebus perterriti barbari, simul quod tanta multitudo nauigiorū in regione vacua arboribus conspiceretur, ipsi terga dant. Romani flumen transeunt, Adiabenenq; omnem (quæ pars Assyriæ ad Ninum pertinuit) in suam potestatem redigunt. Ad hæc, Arbela atque Gaugamela, vbi Alexander olim Darium superauerat, capiunt: ea Attyria nominatur, littera S in T a barbaris cōmutata. Post Babylonem vsq; veniunt, propter hostium a quibus prohiberētur, solitudinem. Nam Parthorum vires comminutæ erant bellis ciuilibus: eratque inter eos adhuc seditio. Ibi Traianus vidit lacum bituminis, ex quo mœnia Babylonis ædificata fuerant. cuius tanta vis est, vt permixtum cum lateribus aut minutis lapidibus, quouis saxo sit

aut ferro* potentius. Ostium quoque eiusdem spectauit; vnde tam grauis halitus manat, vt eum nulla animalia terrestria, nullæque volucres perferant; cuius solo olfactū intereunt. Quod si is halitus sese altius efferret, habitari certe circa eum locum non potuisset: nunc, quasi in se reuolutus ille, in suo loco continetur. Ego quidem alterum huic consimilem vidi Hierapoli, quod est oppidum Asiæ; fecique periculum in auibus, & procubui vt inspicerem eum halitū; qui in cisterna quadam concluditur, vbi theatrum ædificatum fuerat. Is spiritus omnibus animantibus pestilens est, præterquam castratis hominibus: cuius rei causam equidem afferre nequeo; ea tantum, vt vidi audiuiq;, refero. Constituerat Traianus Euphratem facta fossa in Tigrim deriuare, vt per eam naues ad pontem faciendum duceret. Sed vbi eum altiorem Tigri esse intellexit, mutauit cōsiliū; veritus ne, si id faceret, Euphrates nauigari non posset, quod fluxus eius in decliuem partem ferretur. Itaque* cōuectis nauibus, quod paruum spatium inter vtrumq; flumen intercedebat, (nam Euphrates totus in paludem fluit, indeque cum Tigri coniungitur) Tigrim traiicit; post, Ctesiphontem ingreditur. Qua vrbe capta, *Imperator* appellatus est, confirmato *Parthici* cognomine. Multa ei decreuit Senatus, sed in primis, vt triumphos festosque dies ageret, quam plurimos vellet. Postquam Ctesiphontem cepit, statuit mare rubrum traiicere. Sinus est maris Oceani, quē sinum Erythræum, ab Erythra qui regnum illic tenuit, appellant. Messanam quoque insulam Tigris, in qua Athambilus regnabat, nullo labore cepit; atque iis in locis, propter vim hiemis, & rapidum Tigrim, æstumque maris, in magnum periculum venit.* Sed & qui Spasinis vallum (vrbem ita dictam) habitabant, erantque in dicione Athambili, Traianū amice receperunt. Inde venit ad Oceanum: cuius cognita natura, in eoque viso nauigio, quod cursum in Indiam tenebat, ita dixit; *Ego quidem si iuuenis essem, in Indiam traiicerem.* De Indis enim cogitare cœpit, ac de rebus eius gentis curiose quærere: tum Alexandrum beatum dicere; nonnumquam tamen asserere, se longius progressum esse: idque scripsit ad Senatum: cum tamen ea quæ

ἰσχυρότερα αὐτὰ ποιεῖ. καὶ τὸ στόμιον ἐθεάσατο ἐξ οὗ τὸ πνεῦμα δεινὸν ἀναδίδοται, ὥστε πᾶν μὲν ἐπίγειον ζῷον, πᾶν δὲ πετεινὸν ἀποφθείρειν, εἰ καὶ ἐφ' ὁποσονοῦν ὀσφραίνοιτό τι αὐτοῦ. καὶ εἴ γε ἐπὶ πολὺ ἄνω ἐχώρει, ἢ καὶ πέριξ ἐσκεδάννυτο, οὐδ' ἂν ᾠκεῖτο ὁ χῶρος· νῦν δὲ αὐτὸ ἐν ἑαυτῷ ἀνακυκλούμενον κατὰ χώραν μένει. εἶδον ἐγὼ τοιοῦτον ἕτερον ἐν Ἱεραπόλει τῆς Ἀσίας, καὶ ἐπειράθην αὐτοῦ δι' ὀρνέων, αὐτός τε ὑπερκύψας καὶ αὐτὸς ὑπεριδὼν τὸ πνεῦμα. κατακέκλεισται γὰρ ἐν δεξαμενῇ τινι, καὶ θέατρον ὑπὲρ αὐτοῦ ᾠκοδόμηται. φθείρει τε πάντα τὰ ἔμψυχα, πλὴν τῶν ἀνθρώπων τῶν τὰ αἰδοῖα ἀποτετμημένων. οὐ μέντοι καὶ τὴν αἰτίαν αὐτοῦ συννοῆσαι ἔχω. λέγω δὲ ἅ τε εἶδον ὡς εἶδον, καὶ ἃ ἤκουσα ὡς ἤκουσα. Τραϊανὸς δὲ ἐβουλεύσατο μὲν τὸν Εὐφράτην κατὰ διώρυχα εἰς τὸν Τίγριν εἰσαγαγεῖν, ἵνα τὰ πλοῖα δι' αὐτῆς κατεχθέντα τὴν γέφυραν αὐτῷ ποιῆσαι* παράσχῃ. μαθὼν δὲ ὅτι πολὺ ὑψηλότερος τοῦ Τίγριδός ἐστι, τοῦτο μὲν οὐκ ἔπραξε, φοβηθεὶς μὴ καὶ ἄπλουν τὸν Εὐφράτην ἀπεργάσηται, ἀθρόου τοῦ ῥεύματος ἐς τὸ κάταντες φερομένου. ὑπερενεγκὼν δὴ τὰ πλοῖα ὁλκοῖς, διὰ τοῦ μέσου τῶν ποταμῶν ἐλαχίστου ὄντος (τὸ γὰρ ῥεῦμα τὸ τοῦ Εὐφράτου πᾶν ἐς θ' ἕλος ἐκπίπτει, καὶ ἐκεῖθέν πως τῷ Τίγριδι συμμίγνυ) τὸν Τίγριν ἐπεραιώθη, καὶ ἐς τὴν Κτησιφῶντα εἰσῆλθε. παραλαβών τε αὐτήν, αὐτοκράτωρ ἐπωνομάσθη, καὶ τὴν ἐπίκλησιν τοῦ Παρθικοῦ ἐβεβαιώσατο. ἐψηφίσθη δὲ αὐτῷ παρὰ τῆς βουλῆς τά τε ἄλλα καὶ ἐπινίκια ὅσα ἐθελήσῃ διεορτάσαι. Ἑλὼν δὲ τὴν Κτησιφῶντα, ἐπεθύμησεν ἐς τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν καταπλεῦσαι· αὕτη δὲ τοῦ τε Ὠκεανοῦ μοῖρά ἐστι, καὶ ἀπό τινος ἐνδυναστεύσαντος ἐν αὐτῇ οὕτω κέκληται. καὶ τὴν μὲν νῆσον τὴν ἐν τῷ Τίγριδι τὴν Μεσήνην, ἧς Ἀθάμβηλος ἐβασίλευεν, ἀπόνως ᾠκειώσατο· ὑπὸ δὲ δὴ χειμῶνος, τῆς τε τοῦ Τίγριδος ὀξύτητος, καὶ τῆς τοῦ Ὠκεανοῦ ἀναρροίας, ἐκινδύνευσε. καὶ οἱ τὸν Χάρακα δὲ* τὸν Σπασίνου καλούμενον οἰκοῦντες (ἐν δὲ δὴ τῇ τοῦ Ἀθαμβήλου ἐπικρατείᾳ ἦσαν) φιλικῶς αὐτὸν ὑπεδέξαντο. Κἀντεῦθεν ἐπ' αὐτὸν τὸν Ὠκεανὸν ἐλθών, τήν τε φύσιν αὐτοῦ καταμαθών, καὶ πλοῖόν τι ἐς Ἰνδίαν πλέον ἰδών, εἶπεν ὅτι πάντως ἂν καὶ ἐπὶ τοὺς Ἰνδούς, εἰ νέος ἔτι ἦν, ἐπεραιώθην. Ἰνδούς τε γὰρ ἐνενόει, καὶ τὰ ἐκείνων πράγματα ἐπολυπραγμόνει· τόν τε Ἀλέξανδρον ἐμακάριζε, καὶ ἔλεγε καὶ ἐκείνου περαιτέρω προκεχωρηκέναι· καὶ τοῦτο καὶ τῇ βουλῇ ἐπέστελλε, μὴ δυνηθεὶς μηδὲ ἃ

* κεχείρωται

* κεχείρωται σῶσαι. καὶ ἐπ' αὐτῷ ἄλλα τέ ἔλαβε, καὶ ἐπινίκια ὅσων ἂν ἐθελήσῃ ἐθνῶν πέμψαι. διὰ γὰρ τὸ πλῆθος τῶν ἀεὶ σφίσι γραφομένων, οὔτε συνεῖναί τινα αὐτῶν, οὔτε ὀνομάσαι καλῶς ἐδύναντο. Καὶ οἱ μὲν ἁψῖδα αὐτῷ τροπαιοφόρον πρὸς πολλοῖς ἄλλοις ἐν αὐτῇ τῇ ἀγορᾷ αὐτοῦ παρεσκεύαζον, καὶ ἡτοιμάζοντο ὡς πορρωτέρω ἀπαντήσοντες εἰ ἐπανίοι. ἔμελλε δὲ ἄρα μήτε ἐς τὴν Ῥώμην ἔτι ἀφίξεσθαι, μήτε ἄξιόν τι τῶν προκατειργασμένων πρᾶξαι, καὶ προσέτι καὶ αὐτὰ ἐκεῖνα ἀπολέσαι. ἐν γὰρ τῷ χρόνῳ ἐν ᾧ ἐπὶ τὸν Ὠκεανὸν κατέπλει, καὶ ἐκεῖθεν αὖθις ἀνεκομίζετο, πάντα τὰ ἑαλωκότα ἐταράχθη καὶ ἀπέστη· καὶ τοὺς παρὰ σφίσιν ἕκαστοι φρουροὺς οἱ μὲν ἐξέβαλον, οἱ δὲ ἀπέκτειναν. Μαθὼν δὲ ταῦτα ὁ Τραϊανὸς ἐν πλοίῳ, (καὶ γὰρ ἐκεῖσε ἦλθε κατά τε τὴν φήμην, ἧς οὐδὲν ἄξιον εἶδεν ὅτι μὴ χώματα καὶ λίθους καὶ ἐρείπια, καὶ διὰ τὸν Ἀλέξανδρον, ᾧ καὶ ἐνήγισεν ἐν τῷ οἰκήματι ἐν ᾧ ἐτετελευτήκει) μαθὼν δὲ ταῦτα, τόν τε Λούσιον καὶ τὸν Μάξιμον ἐπὶ τοὺς ἀφεστηκότας ἔπεμψε. καὶ οὗτος μὲν ἀπέθανεν, ἡττηθεὶς μάχῃ· Λούσιος δὲ ἄλλα τε πολλὰ κατώρθωσε, καὶ τὴν Νίσιβιν ἀνέλαβε, τήν τε Ἔδεσσαν ἐξεπολιόρκησε, καὶ διέφθειρε καὶ ἐνέπρησε. ἑάλω δὲ καὶ ἡ Σελεύκεια πρός τε Ἐρυκίου Κλάρου καὶ πρὸς Ἰουλίου Ἀλεξάνδρου ὑποστρατήγων, καὶ ἐκαύθη. Τραϊανὸς δὲ, φοβηθεὶς μὴ καὶ οἱ Πάρθοι τι νεοχμώσωσι, βασιλέα αὐτοῖς ἴδιον δοῦναι ἠθέλησε· καὶ ἐς Κτησιφῶντα ἐλθὼν, συνεκάλεσεν ἐς πεδίον τι μέγα πάντας μὲν τοὺς Ῥωμαίους, πάντας δὲ τοὺς Πάρθους τοὺς ἐκεῖ τότε ὄντας· καὶ ἐπὶ βῆμα ὑψηλὸν ἀναβὰς, καὶ μεγαληγορήσας ὑπὲρ ὧν κατειργάσατο, Παρθαμασπάτην τοῖς Πάρθοις βασιλέα ἀπέδειξε, τὸ διάδημα αὐτῷ ἐπιθείς. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐς τὴν Ἀρραβίαν ἦλθε, καὶ τοῖς * Ἀγαρηνοῖς, ἐπειδὴ καὶ αὐτοὶ ἀφεστήκεσαν, ἐπεχείρησε. καὶ ἔστι μὲν οὔτε μεγάλη οὔτε εὐδαίμων ἡ πόλις· ἥ τε πέριξ χώρα ἔρημος ἐπὶ πλεῖστόν ἐστι, καὶ οὔθ' ὕδωρ, ὅτι μὴ βραχὺ, καὶ τοῦτο δυσχερὲς, οὔτε ξύλον, οὔτε χιλὸν ἴσχει· καὶ * πρός τι αὐτῶν τούτων ἀδύνατον τὴν προσεδρίαν πλήθει ποιουμένων, πρός τε τοῦ ἡλίου, ᾧπερ που καὶ ἀνάκειται, ῥύεται. οὔτε γὰρ ὑπὸ Τραϊανοῦ τότε, οὔτε ὑπὸ Σεβήρου ὕστερον ἥλω, καίτοι καὶ καταβαλόντων μέρη τινὰ τοῦ τείχους αὐτῆς. Τραϊανὸς δὲ τούς τε ἱππέας πρὸς τὸ τεῖχος προπέμψας, ἐσφάλη, ὥστε καὶ ἐς τὸ στρατόπεδον αὐτοὺς * ἐσαρραχθῆναι· καὶ αὐτὸς παριππεύων βραχυτάτου ἐδέησε τρωθῆναι,

ceperat, tueri nō posset. Cui⁹ rei causa Senatus præter alia multa decreuit vt triumphos quotquot vellet, ageret. Nam cū Traianus tot gentes ab se superatas esse scriberet, Senatus eas neque cognoscere, neq; nominare satis poterat. Itaq; cū alia multa, tum vero arcū triumphalē in foro ipsius ædificari iussit. Parabāt ciues redeunti longius obuiā procedere: sed is numquā in Vrbem reuersus est, neq; vt extrema principiis responderent, efficere potuit. ea.n. quæ subegerat, amisit. Dū enim nauigat Oceanū, atq; inde reuehitur, ea quę ceperat, omnia maximo tumultu defecerunt, præsidiis, quæ apud eas gētes reliquerat, deiectis cæsisq;. Atq; hæc ad Traianū, dū esset in naui, perferuntur. Nauigabat aūt adductus fama eorū quæ illic esse ferebantur; (quæ tamē opinioni non responderūt: nihil.n. vidit præter aggeres, fabulas, ruinas) itemq; propter Alexandrū, cui etiam parētauit in iis ædibus in quibus mortem obierat. Igitur cognita defectione, † Luciū & Maximum cōtra rebelles mittit. Maximus, prœlio superat⁹, obiit: Lucius, præclare se gessit; recuperauitq; Nisibin, Edessam expugnauit, direptāq; incendit. Seleucia ab Erycio Claro & Iulio Alexādro legatis capta & incēsa est. Traianus, metuens ne Parthi quoq; aliquid molirentur, regem eis dare cōstituit. Itaq; vt Ctesiphontem venit, conuocatis in magnam planiciem Romanis omnibus, Parthisque qui tū aderant, excelsum tribunal cōscendit. Ibi apud eos de reb. ab se gestis gloriatur: deinde Parthis regem Parthamaspatē designat, eiq; diadema imponit. Inde ꝓfectus in Arabiam, adoritur * Agarenos. qui & ipsi defecerant; quorū ciuitas neq; magna est, nec diues; finitimaq; regio magna ex parte deserta est, ꝙ in ea aquæ raro inueniātur, atq; illæ parum salubres; quodq; in ea ligni pabuliq; magna sit penuria. ex quo fit vt ibi magna hominum multitudo diu esse nō possit. tum vero ardētissimis caloribus, quib. exposita est, defenditur. Itaque eā neq; Traianus tunc, neque postea Seuerus cepit; cū tamen partem aliquam muri diruerint. Traianus quidē, præmissis ad muros equitibus; qui graui damno affecti, in castra reuerterūt; eosq; ipse cōsecutus,

† Lusium, R

quamquam vestem regiam deposuerat, ne ex ea agnosceretur, tamen vix vulnera effugit. Barbari enim caniciei dignitate, vultusque grauitate animaduersa, rati Traianũ esse, vt erat, non desinebant contra eum iaculari; equitemq;, qui erat ei proximus, occiderunt. Ibi cælũ tonitru cõtremuit, irides visę sunt; fulgura, procellæ, turbines, grando, fulmina in Romanos cadere, quoties in illos impetũ facerẽt: cumq; cœnarẽt, muscę in cibis & poculis omnem molestiam exhibere. Itaq; Traianus inde proficiscitur, nec multo tempore post in morbum incidit. Interim Iudæi qui circum Cyrenen habitabant, Andrea quodá duce, Romanos pariter atque Gręcos cõcidunt, vescunturq; eorum carnibus, eduntq; viscera; tum oblinuntur eorum sanguine, & pellibus induuntur. Multos a vertice serris discidere medios, multos obiecere bestiis; multos etiam certare inter se coegerunt; ita vt interierint hominũ ad ducenta viginti milia. Præterea in Ægypto Cyproq;, Artemione duce, Cypriorum cædes consimilis facta est; vbi desiderata sunt hominum ducenta quadraginta milia. Ex quo fit vt Iudæo in Cyprũ venire nõ liceat: quod si forte vi tempestatis in insulam appulerit, interficitur. Sed Iudæi & ab aliis, & maxime a Lucio, quem Traianus miserat, subacti sunt. Traianus cogitabat iterum exercitũ in Mesopotamiam traducere; sed ingrauescente morbo, iter in Italiam cepit, ᵃP. Ælio Adriano in Syria cum exercitu relicto. Itaq; Romani, capta Armenia, ac magna parte Mesopotamiæ, superatisque Parthis, frustra tot labores suscepisse, totque adiisse pericula visi sunt; propterea quod Parthi Parthamaspatem detestati, regi suis moribus cœperunt. Traianus morbi sui causam venenum fuisse existimauit: alii sanguinem putant; qui, dum ex inferiorib. eius partib. quotannis profluere cõsueuisset, tum sisti cœpit. quin & apoplexia correptus est; vt parte aliqua corporis sensum amiserit: sed omnino aqua intercute laborauit. Tandem perlatus Selinuntem vrbem Cilicię, quam nos Traianopolim appellamus, mortem ilico obiit. Regnauit annos decem & nouem, menses VI, dies XV.

καίπερ τὴν βασιλικὴν στολὴν ἀποθέμενος, ἵνα μὴ γνωρισθῇ. τὴν δὲ πολιὰν αὐτοῦ τὸ γαῦρον καὶ τὸ σεμνοπρεπὲς τοῦ προσώπου ἰδόντες, ὑπετόπησάν τε εἶναι ὃς ἦν, καὶ ἐπετόξευσαν αὐτῷ, καὶ ἱππέα τινὰ τῶν συνιόντων οἱ ἀπέκτειναν. ἐγίνοντο δὲ βρονταί, καὶ ἴριδες ὑπεφαίνοντο· ἀστραπαί τε καὶ ζάλη, χάλαζα καὶ κεραυνοὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἐνέπιπτον, ὁπότε προσβάλοιεν. καὶ ὁπότε δὴ δειπνοῖεν, μυῖαι τοῖς βρώμασι καὶ τοῖς πόμασι προσιζάνουσαι, δυσχερείας ἁπανταχοῦ ἐνεπίμπλων. Καὶ Τραϊανὸς μὲν ἐκεῖθεν οὕτως ἀπῆλθε, καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον ἀρρωστεῖν ἤρξατο. Καὶ ἐν τούτῳ οἱ κατὰ Κυρήνην Ἰουδαῖοι, * Ἀνδρέαν τινὰ προστησάμενοι σφῶν, τούς τε Ῥωμαίους καὶ τοὺς Ἕλληνας ἔφθειρον, καὶ τάς τε σάρκας αὐτῶν ἐσιτοῦντο, καὶ τὰ ἔντερα ἀνεδοῦντο, τῷ τε αἵματι ἠλείφοντο, καὶ τὰ ἀπολέμματα ἐνεδύοντο· πολλοὺς δὲ καὶ μέσους ἀπὸ κορυφῆς διέπριον· θηρίοις ἑτέρους ἐδίδοσαν, καὶ μονομαχεῖν ἀλλήλους ἠνάγκαζον· ὥστε τὰς πάσας δύο καὶ εἴκοσι μυριάδας ἀπολέσθαι. ἔν τε Αἰγύπτῳ πολλὰ ἔδρασαν ὅμοια, καὶ ἐν τῇ Κύπρῳ, ἡγουμένου σφίσιν Ἀρτεμίωνος· καὶ ἀπώλοντο καὶ ἐκεῖ μυριάδες τέσσαρες καὶ εἴκοσι. καὶ διὰ τοῦτ' * οὐδενὶ Ἰουδαίῳ ἐπιβῆναι αὐτῆς ἔξεστιν, ἀλλά, κἂν ἀνέμῳ τις βιασθεὶς εἰς τὴν νῆσον ἐμπέσῃ, θανατοῦται. Ἀλλ' Ἰουδαίους μὲν ἄλλοι τε καὶ Λούσιος ὑπὸ Τραϊανοῦ πεμφθεὶς κατεστρέψατο· Τραϊανὸς δέ, παρεσκευάζετο μὲν αὖθις ἐς τὴν Μεσοποταμίαν στρατεῦσαι· ὡς δὲ τῷ νοσήματι ἐπιέζετο, αὐτὸς μὲν ἐς τὴν Ἰταλίαν ὥρμησε πλεῖν, Πόπλιον δὲ Αἴλιον Ἀδριανὸν ἐν τῇ Συρίᾳ κατέλιπε μετὰ τοῦ στρατοῦ. Οὕτω μὲν οἱ Ῥωμαῖοι τῆς τε Ἀρμενίας καὶ τῆς Μεσοποταμίας τῆς πλείονος τῶν τε Πάρθων κρατήσαντες, μάτην ἐπόνησαν καὶ μάτην ἐκινδύνευσαν. καὶ γὰρ καὶ οἱ Πάρθοι τὸν Παρθαμασπάτην ἀπαξιώσαντες, ἐν τῷ σφετέρῳ τρόπῳ ἤρξαντο βασιλεύεσθαι. Ἐνόσησε δὲ ὁ Τραϊανός, ὡς μὲν αὐτὸς ὑπώπτευσεν, ἐκ φαρμάκου λήψεως· ὡς δέ τινες λέγουσιν, ἐπισχεθέντος αὐτῷ τοῦ αἵματος, ὃ κατ' ἔτος κάτω διεχώρει. ἐγένετο μὲν γὰρ καὶ ἀπόπληκτος, ὥστε καὶ τοῦ σώματός τι παρεθῆναι, τὸ δὲ ὅλον ὑδρωπίασε. καὶ ἐς Σελινοῦντα τῆς Κιλικίας ἐλθών, ἣν δὴ καὶ Τραϊανούπολιν καλοῦμεν, ἐξαίφνης ἀπέψυξε, μοναρχήσας ἔτη δεκαεννέα, καὶ μῆνας ἕξ, ἡμέρας [τε] πέντε καὶ δέκα.

ΑΔΡΙΑΝΟΣ.

ΑΔΡΙΑΝΟΣ δὲ, ὑπὸ μὲν Τραϊανοῦ οὐκ ἐσεποιήθη. ἦν μὲν γὰρ πολίτης αὐτοῦ, καὶ ἐπετροπεύθη ὑπ᾽ αὐτοῦ, γένους θ᾽ οἱ ἐκεκοινώνει, καὶ ἀδελφιδῆν αὐτοῦ ἐγεγαμήκει· τό τε σύμπαν, συνῆν αὐτῷ καὶ συνδιητᾶτο, τῇ τε Συρίᾳ ἐπὶ τῷ Παρθικῷ πολέμῳ προσετετάχθη. οὐ μέντοι οὔτ᾽ ἄλλο τι ἐξαίρετον παρ᾽ αὐτοῦ ἔλαβεν, οὔθ᾽ ὕπατος ἐν πρώτοις ἐγένετο· ἀλλὰ καὶ Καῖσαρ αὐτὸν καὶ αὐτοκράτορα, τοῦ Τραϊανοῦ ἄπαιδος μεταλλάξαντος, ὅ τε Ἀττιανὸς, πολίτης αὐτοῦ ὢν, καὶ ἐπίτροπος γεγονὼς, καὶ ἡ Πλωτίνα ἐξ ἐρωτικῆς φιλίας πλησίον τε ὄντα, καὶ δύναμιν πολλὴν ἔχοντα, ἀπέδειξαν. ὁ γὰρ πατήρ μου Ἀπρωνιανὸς, τῆς Κιλικίας ἄρξας, πάντα τὰ κατ᾽ αὐτὸν ἐμεμαθήκει σαφῶς· ἔλεγε δὲ τά τε ἄλλα ὡς ἕκαστα, καὶ ὅτι ὁ θάνατος τοῦ Τραϊανοῦ ἡμέρας τινὰς διὰ τοῦτο συνεκρύφθη, ἵν᾽ ἡ ποίησις προεκφοιτήσοι. ἐδηλώθη δὲ τοῦτο καὶ ἐκ τῶν πρὸς τὴν βουλὴν γραμμάτων αὐτοῦ. ταῖς γὰρ ἐπιστολαῖς οὐκ αὐτὸς, ἀλλ᾽ ἡ Πλωτίνα ὑπέγραψεν· ὅπερ ἐπ᾽ οὐδενὸς ἄλλου ἐπεποιήκει. Ἦν δὲ, ὅτε ἀνηγορεύθη αὐτοκράτωρ, Ἀδριανὸς ἐν τῇ μητροπόλει Συρίας Ἀντιοχείᾳ, ἧς ἦρχεν. ἔδοξε δὲ ὄναρ πρὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔν τε αἰθρίᾳ καὶ ἐν εὐδίᾳ πολλῇ ἐς τὴν ἀριστερὰν αὐτοῦ σφαγὴν ἐμπεσεῖν, ἔπειτα καὶ ἐπὶ τὴν δεξιὰν παρελθεῖν, μήτε ἐκφοβῆσαι αὐτὸν, μήτε βλάψαι. Ἔγραψε δὲ πρὸς τὴν βουλὴν ὁ Ἀδριανὸς, ἀξιῶν βεβαιωθῆναι αὐτῷ τὴν ἡγεμονίαν καὶ παρ᾽ ἐκείνης, καὶ ἀπαγορεύων μηδὲν αὐτῷ μήτε τότε μήτε ἄλλοτε τιμὴν δή τινα φέρειν (οἷα εἰώθει γίγνεσθαι) ψηφισθῆναι, πλὴν ἄν τι αὐτός ποτε ἀξιώσῃ.

Τὰ δὲ τοῦ Τραϊανοῦ ὀστᾶ ἐν τῷ κίονι αὐτοῦ κατετέθη, καὶ αἱ θέαι αἱ *Παρθικαὶ ὀνομασθεῖσαι ἐπὶ πολλὰ ἔτη ἐγένοντο. ὕστερον γὰρ καὶ αὕτη, ὥσπερ καὶ ἄλλα πολλὰ, κατελύθη. Ἀδριανὸς δὲ, καίτοι φιλανθρωπότατα ἄρξας, ὅμως διά τινας φόνους ἀρίστων ἀνδρῶν, οὓς ἐν ἀρχῇ τε τῆς ἡγεμονίας καὶ πρὸς τῇ τελευτῇ τοῦ βίου πεποίητο, διεβλήθη· καὶ ὀλίγου διὰ ταῦτ᾽ οὐδὲ εἰς τοὺς ἥρωας ἀνεγράφη. καὶ οἱ μὲν ἐν τῇ ἀρχῇ φονευθέντες, Πάλμας τε καὶ Κέλσος, Νιγρῖνός τε καὶ Λούσιος ἦσαν, *ὡς ἐν θήρᾳ δῆθεν ἐπιβεβουλευκότες αὐτῷ· οἱ δὲ, ἐφ᾽ ἑτέροις δή τισιν ἐγκλήμασιν, οἷα μεγάλα δυνάμενοι, καὶ πλούτου καὶ δόξης

ADRIANVS.

ADRIANVS a Traiano adoptatus non est; erat autem municeps eius, fueratque in eius curatione; ac cum eo vinculis propinquitatis & affinitatis cõiunctus erat: neptẽ enim eius in vxorem duxerat, degebatque cum eo omne tempus ętatis, ab eoque Parthico bello Syrię pręfectus fuerat: a quo tamen nihil aliud pręcipuum vmquã obtinuit. neque enim principio consul factus est; sed eũ, defuncto Traiano sine liberis, Attianus, qui municeps eius erat, curatorque fuerat; & Plotina, quæ amore ipsius capta erat, *Imperatorem designauerunt; quod non procul abesset, quodq; magnas copias haberet. Apronianus enim pater meus, qui Ciliciæ præfuit, quique res eius omnes certo cognouit, mihi singula recensuit, atque illud in primis, mortem Traiani per aliquot dies in occulto fuisse, vt adoptio procederet; idq; ex litteris eius ad Senatũ cognitum fuisse: quibus litteris nõ ipse, sed Plotina subscripsit; quod in alio factũ fuerat numquã. Erat Adrianus, quo die Imperator designat⁹ est, Antiochiæ; quæ vrbs est metropolis Syriæ, cui præerat: pridie vero eius diei, cũ cælum maxime serenũ esset, visum est ei in somnis, ignem de cælo in sinistram partẽ iuguli ipsius cadere, mox serpere in dexteram; quo igne neq; perterritus, neque lęsus esse sibi videretur. Adrianus a Senatu petiit per litteras, vt sibi Imperiũ confirmaret; negauitque velle sibi vllos vmquã honores decerni, vt erat antea consuetudo, nisi eos ipse a Senatu peteret. Traiani ossa in columna ipsius sepulta fuerunt, & spectacula quæ *Parthica* nominabantur, per multos annos celebrata sunt: postea vero, vt alia multa, in vsu esse desierunt. Adrianus, quamquã fuit princeps humanissimus, tamen propter cędes quorundam bonorum ciuium, quas & initio principatus, & paulo ante quam moreretur, fecit, culpa nõ caruit; parumq; abfuit quin ob eam causam ne in heroũ quidem numerũ referretur. Ii quos statim vt adeptus est principatũ, interfici iussit, fuere Palma, Celsus, Nigrinus, & *Lusius; quod insidias ei in venatione fecisse dicerentur: itemq; alii potentissimi & præclarissimi viri ob alias causas

occisi sunt: propter quos Adrianus, cum vulgo murmurari intelligeret, non modo se purgare voluit, verum etiam interposito iureiurando negauit eos suo iussu fuisse interfectos. Paulo vero ante quã discederet e vita, *Seuerianum, Fuscumq; nepotem eius necari iussit. Adrianus, quod ad gentem pertinet, fuit Adriani Afri filius; sed ingenio ad studia bonarum artium & vtriusque linguæ prompto. Itaq; nonnullos libros soluta oratione, * & complures versib. scriptos reliquit: erat enim gloriæ & honoris cupidissimus; ob eamque causam ceteris vel minimis rebus operam dedit. Nam & statuas fecit, & tabulas pinxit: tum ea quæ in pace belloque gerantur, quæque ad regem priuatumve pertineant, se profitebatur scire; multosque, propterea quod in aliqua arte aut facultate excellerent, oppressit, multosq; sustulit; cupiens scilicet ipse omnibus antecellere. Ea causa fuit cur Fauorinum Gallum, ac Dionysium Milesiũ sophistas tollere conatus sit, *dum sectatores eorum perderet. Dionysius quidem Heliodoro magistro epistolarum Adriani ita fertur dixisse: *Cæsar tribuere tibi honores, & largiri pecuniam potest; oratorem vero facere non potest.* Fauorinus autem, cum causam immunitatis, quam habere in patria volebat, apud Adrianum agere statuisset, veritusque esset ne in eo iudicio superaretur, iniuriamq; acciperet, postquam in ius venit, nihil dixit quam, præceptorem suum ea nocte sibi in somnis astitisse, monuisseque ne in patria, in qua natus esset, obire publica munera grauaretur. Adrianus vtrique quamuis grauiter iratus erat, tamen ignoscendum putauit; propterea quod idoneã causam ad mortem eis afferendam non habebat. Apollodorum vero architectũ, qui Forum & Odêum & Gymnasiũ opera Traiani Romę fecerat, primũ exsilio, deinde etiã morte mulctauit, propter admissa scelera, sicuti dicebat: sed tamen vera causa fuit, quod, cum Traianus cum illo quædã de his operib. communicaret, atq; interim Adrianus inepte, nescio quid, diceret, ei Apollodorus ita respondit: *Abi, inquit, & cucurbitas pinge: nam tu hac quidem certe ignoras.* Adrianus enim tũ forte tali pictura sese iactabat. Itaq; postquã imperium adeptus est, memor veteris iniuriæ, *licentiam qua tũ ille vsus fuerat, nõ pertulit; sed formã templi Veneris, quod Romæ fecit, ad eum misit, vt magnum opus absque opera eius fieri posse ostenderet: tum quæsiuit ex eo,

ἀπήχθησαν. ἐφ' οἷς Ἀδριανὸς οὕτω τῶν λογοποιουμένων ἤσθετο, ὥστε καὶ ἀπελογήσατο, καὶ ἐπώμοσε μὴ κεκελευκέναι ἀποθανεῖν αὐτούς. οἱ δὲ ἐν τῇ τελευτῇ, *Σερβιανός τε ὑπῆρχον καὶ ὁ ἔγγονος αὐτοῦ Φοῦσκος. Ἦν δὲ Ἀδριανὸς γένος μὲν, Ἀδριανοῦ Ἄφρου υἱός, φύσει δὲ φιλολόγος ἐν ἑκατέρᾳ τῇ γλώσσῃ. καί τινα πεζὰ καὶ ἐν ἔπεσι ποιήματα παντοδαπὰ καταλέλοιπε. φιλοτιμίᾳ τε γὰρ ἀπλήστῳ ἐχρῆτο, καὶ κατὰ τοῦτο καὶ τἆλλα πάντα καὶ τὰ βραχύτατα ἐπετήδευε. καὶ γὰρ ἔπλασσε καὶ ἔγραφε, καὶ οὐδὲν ὅ τι οὐκ εἰρηνικὸν καὶ πολεμικὸν, καὶ βασιλικὸν καὶ ἰδιωτικὸν εἰδέναι ἔλεγεν. ἐκ τούτου καὶ τοὺς ἔν τινι προεχόντων πολλοὺς μὲν καθεῖλε, συχνοὺς δὲ καὶ ἀπώλεσε, βουλόμενος πάντων ἐν πᾶσι περιεῖναι. κἀκ τούτου καὶ τὸν Φαβωρῖνον τὸν Γαλάτην, τόν τε Διονύσιον τὸν Μιλήσιον τοὺς σοφιστὰς, καταλύειν ἐπεχείρει, τῷ τοὺς *ἀνταγωνιστὰς σφῶν ἐξαίρειν. ὅτε Διονύσιος πρὸς τὸν αὐτοῦ ἴδιον Ἡλιόδωρον τὸν τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῦ διαγαγόντα, εἰπεῖν λέγεται, ὅτι Καῖσαρ χρήματα μέν σοι καὶ τιμὴν δοῦναι δύναται, ῥήτορα δέ σε ποιῆσαι οὐ δύναται. καὶ ὁ Φαβωρῖνος μέλλων παρ' αὐτῷ περὶ τῆς ἀτελείας, ἣν ἐν τῇ πατρίδι ἔχειν ἤξιου, δικάσασθαι, ὑποτοπήσας καὶ ἐλαττωθήσεσθαι καὶ προσυβρισθήσεσθαι, ἐσῆλθε μὲν ἐς τὸ δικαστήριον, εἶπε δὲ οὐδὲν ἄλλο ἢ ὅτι Ὁ διδάσκαλός μου ὄναρ τῆς νυκτὸς ταύτης ἐπιστάς μοι, ἐκέλευσε λειτουργεῖν τῇ πατρίδι, ὡς καὶ ἐν ἐκείνῃ γεγεννημένον. Ἀδριανὸς δὲ, τούτων μὲν, καίπερ ἀχθεσθεὶς σφίσιν, ἐφείσατο, μηδεμίαν εὔλογον ὀλέθρου κατ' αὐτῶν ἀφορμὴν λαβών· τὸν δὲ Ἀπολλόδωρον τὸν ἀρχιτέκτονα, τὸν τὴν ἀγορὰν καὶ τὸ ᾠδεῖον τό τε γυμνάσιον, τὰ τοῦ Τραϊανοῦ ποιήματα, ἐν τῇ Ῥώμῃ κατασκευάσαντα, τὸ μὲν πρῶτον ἐφυγάδευσεν, ἔπειτα δὲ καὶ ἀπέκτεινε, λόγῳ μὲν ὡς πλημμελήσαντά τι, τὸ δὲ ἀληθὲς, ὅτι τοῦ Τραϊανοῦ κοινουμένου τι αὐτῷ περὶ τῶν ἔργων, εἶπε τῷ Ἀδριανῷ παραλαλήσαντί τι, ὅτι Ἄπελθε, καὶ τὰς κολοκύντας γράφε· τούτων γὰρ οὐδὲν ἐπίστασαι. ἐτύγχανε δὲ ἄρα τότε ἐκεῖνος τοιούτῳ τινὶ γράμματι σεμνυνόμενος. ἀγανακτήσας οὖν τότε, ἐμνησικάκησε, καὶ τὴν παρρησίαν αὐτοῦ οὐκ ἤνεγκεν. αὐτὸς μὲν γὰρ τὸν τῆς Ἀφροδίτης, τόν τε Ῥώμης ναὸν τὸ διάγραμμα αὐτῷ πέμψας, δι' ἔνδειξιν ὅτι καὶ ἄνευ ἐκείνου μέγα ἔργον γίγνεσθαι δύναται, ἤρετο

εἰ δὲ ἔχοι τὸ κατασκεύασμα. ὁ δὲ ἀντεπέστειλε περί τε τοῦ ναοῦ, καὶ ὅτι καὶ μετέωρον αὐτὸν καὶ ὑποκεκενωμένον γενέσθαι ἐχρῆν· ἵν' ἔς τε τὴν Ἱερὰν ὁδὸν *ἐκφανέστερος ἐξ ὑψηλοτέρου εἴη, καὶ ἐς τὸ κοῖλον τὰ μηχανήματα ἐσδέχοιτο, ὥστε καὶ ἀφανῶς συμπήγνυσθαι, καὶ ἐξ οὐ προειδότος εἰς τὸ θέατρον εἰσάγεσθαι· καὶ περὶ τῶν ἀγαλμάτων, ὅτι μείζονα ἢ κατὰ τὸν τοῦ ὕψους τοῦ μεγάλου λόγον ἐποιήθη. ἂν γὰρ αἱ θεαί, ἔφη, ἐξαναστῆναί τε καὶ ἐξελθεῖν ἐθελήσωσιν, οὐ *δυνηθήσονται. ταῦτα γὰρ ἄντικρυς αὐτοῦ γράψαντος, καὶ ἠγανάκτησε καὶ ὑπερήλγησεν, ὅτι καὶ ἐς ἀδιόρθωτον ἁμαρτίαν ἐπεπτώκει· καὶ οὔτε τὴν ὀργὴν οὔτε τὴν λύπην κατέσχεν, ἀλλ' ἐφόνευσεν αὐτόν. καὶ οὕτω γε τοιοῦτος ἦν, ὡς καὶ τὸν Ὅμηρον καταλύων, Ἀντίμαχον ἀντ' αὐτοῦ εἰσάγει· οὗ μηδὲ τὸ ὄνομα πολλοὶ πρότερον ἠπίσταντο.

Ἠτιῶντο μὲν δὴ ταῦτά τε αὐτοῦ, καὶ τὸ [πάνυ] ἀκριβές, τό τε περίεργον καὶ τὸ πολύτροπον. ἐθεράπευε δὲ αὐτὰ καὶ ἀνελάμβανε τῇ τε ἄλλῃ ἐπιμελείᾳ καὶ προνοίᾳ καὶ μεγαλοπρεπείᾳ καὶ δεξιότητι, καὶ τῷ μήτε τινὰ πόλεμον ταράξαι, καὶ τοὺς ὄντας παῦσαι· μήτε τινὸς χρήματα ἀδίκως ἀφελέσθαι, καὶ πολλοῖς πολλὰ καὶ δήμοις καὶ ἰδιώταις καὶ βουλευταῖς τε καὶ ἱππεῦσι χαρίσασθαι. οὐδὲ γὰρ ἀνέμενεν αἰτηθῆναι, ἀλλὰ πάνυ πάντα πρὸς τὴν ἑκάστου χρείαν ἐποίει· καὶ τά τε στρατιωτικὰ ἀκριβέστατα ἤσκησεν, ὥστ' ἰσχύοντα μήτ' ἀπειθεῖν, μήτε ὑβρίζειν· καὶ τὰς πόλεις τάς τε συμμαχίδας καὶ τὰς ὑπηκόους μεγαλοπρεπέστατα ὠφέλησε. πολλὰς μὲν γὰρ καὶ εἶδεν αὐτῶν, ὅσας οὐδεὶς ἄλλος αὐτοκράτωρ, πάσαις δὲ (ὡς εἰπεῖν) ἐπεχούρησε, ταῖς μὲν ὕδωρ, ταῖς δὲ λιμένας, σῖτόν τε καὶ ἔργα, καὶ χρήματα, καὶ τιμὰς ἄλλαις ἄλλας διδούς. Ἦγε δὲ καὶ τὸν δῆμον τῶν Ῥωμαίων ἐμβριθῶς μᾶλλον ἢ θωπευτικῶς· καί ποτε ἰσχυρῶς αἰτοῦντι ἐν ὁπλομαχίᾳ, οὔτι εἶξε, καὶ προσέτι ἐκέλευσε τοῦτο δὴ τὸ τοῦ Δομιτιανοῦ κηρυχθῆναι, Σιωπήσατε. οὐκ ἐλέχθη *μὲν γάρ· ὁ γὰρ κῆρυξ, ἀνατείνας τὴν χεῖρα, καὶ ἐξ αὐτοῦ *τούτου ἡσυχάσας, (ὥσπερ εἰώθασι ποιεῖν· οὐ γάρ ἐστιν ὁπότε ὑπὸ κηρύγματος σιγάζονται) ἐπεὶ ἐσιώπησαν, ἔφη, Τοῦτο θέλει. καὶ οὐχ ὅτι τινὰ ὀργὴν τῷ κήρυκι ἔσχεν, ἀλλὰ καὶ ἐτίμησεν αὐτόν, ὅτι τὴν δυσχέρειαν τοῦ κελεύσματος οὐκ ἐξέφηνεν. ἔφερε γὰρ τὰ

num id templum bene & ratione ædificatum esse videretur. Is rescripsit, altius ampliusq; multo fieri oportuisse; quo magis & propter altitudinem ipsius in Viam sacrã emineret, & propter amplitudinẽ machinas reciperet, quæ clam in eo compactæ, de improuiso in theatrum perducerentur. Porro simulacra maiora facta esse dicebat, quam ratio altitudinis amplitudinisque templi pateretur. *Etenim*, inquit, *si deæ surgere, atq; inde exire voluerint, non poterunt*. Quæ cum Apollodorus aperte rescripsisset, Adrianus ira incitatus, magnũ animo dolorem cepit; propterea ꝙ inciderat in eum errorem, quem iam corrigere nõ poterat. Itaq; hęc res tantũ ei cruciatum doloremq; attulit, vt illum ob eã causam interfici iusserit. Cumq; esset Adrianus tali ingenio prędit[u]s, Homerum e medio tollere, atque Antimachum, cuius ne nomen quidem ante a plerisq; cognitum erat, pro eo introducere cogitabat. Quæ cum in eo reprehenderẽtur, tum vero ei vitio dabatur, quod nim[i]s magnũ studium in inuestigatione rerũ poneret, quodq; homo versutus & callidus esset.

Hæc autem vitia leuiora faciebat, & compensabat quodammodo sedulitate, prouidentia, magnificentia, sollertia: tum quod nõ modo bellũ nullum mouit, sed etiam mota cõposuit: neq; vllius bona per iniuriã proscripsit; quodq; m[u]lta populis priuatisq; hominibus, multa etiam Senatoribus & equitibus largitus est. Nec enim exspectabat quousq; rogaretur, sed agebat omnia vt cuiusque necessitas postulabat. *Rem militarem diligẽter exercuit: cumq; potens esset, nec pertinax, nec contumeliosus erat. Socias vrbes, atq; subditas imperio Romano, ex quibus multo plures quã vllus vmquam Imperator vidit, magnifice iuuit: easq; aquis, portubus, frumẽto, operib. publicis, pecunia, honoribus, ceterisq; rebus auxit atq; ornauit.

Populum vero Romanũ seuere magis q̃ blande tractabat: cui roganti aliquid vehementius in iis ludis in quib. armis dimicabatur, non modo non concessit, sed etiam iussit imperari illud Domitiani, *Silete*: quod verbum tamen non est a præcone dictum. nam is, cum manum porrexisset, essetque ob eam causam silentium consecutum, vt est consuetudo, (*vox enim præconis audiri solet magno silentio) *Hoc vero*, inquit, *Princeps vult*. Qua ex re Adrianus non modo præconi iratus non est, sed etiam eum collaudauit: propterea qđ iussus seuere imperata pronuntiare, noluisset. Etenim ea quę sunt

eius generis, ferebat æquissimo animo; neq; succēsebat vmquam, si qua in re præter opinionem vel a plebeiis hominibus iuuaretur. Nā cum ei mulier forte occurrisset in via, ab eoque vt se audiret, contenderet: quāquam primo sibi esse otium negauit, tamen vbi mulier ita exclamare cœpit, *Noli igitur regnare:* conuersus, libēter eam audiuit. Res vero maximas atque necessarias non gerebat, nisi interposita Senatus auctoritate: dicebatq; ius cum primis ciuitatis in Palatio, foro, & Pantheo: sæpe etiam in aliis locis, pro tribunali: vt quæ fierent, omnia diuulgarentur. Nonnumquam assidebat Consulibus, cum ius redderēt: *eosq; tāto afficiebat honore in ludis Circensibus, vt ipsos domum reduceret. Vehebatur lectica, ne ei molesti essent qui ipsum comitarentur. Cum autem populus dies festos ageret, neq; domi manebat, neq; quemquam, ne familiarem quidem, nisi res accidisset necessaria, admittebat salutatum; vt ne perpetuis laboribus defatigaretur. Romæ semper & foris habere solebat apud se optumates viros; cū quibus versabatur: *quos cum cōuiuas adhiberet, sæpe quartus discumbebat. Venabatur, quoties dabatur occasio: prandebat sine vino, cœnabat cū omnibus primis & optimatibus: neque aberat inter cœnandum varii sermonis delectatio. Familiares suos ægrotantes inuisere; cumq; dies festos celebrarent, ipse interesse; eorumque prædiis ac domibus libenter vti consueuerat. Plerisq; eorum mortuis, nonnullis etiam viuis statuas in foro posuit. Neque tamen hi ob eam causam iniuriam cuiquam facere visi sunt, aut ea quæ ab ipso dicerētur fierentve, habere venalia; quod a Cæsarianis libertis, ceterisque qui aliquid apud principes possunt, fieri solet.
Quæ cum in summa de moribus Adriani dicta sint, nūc plenius singula, quæ mihi memoria digna esse videbuntur, attingam. Igitur vt primū Romam venit, quidquid *fisco ærario ve debebatur, remisit, definito tempore annorū sedecim, ex quo id beneficiū collatum esse voluit. Præterea spectacula suo natali die populo gratis dedit: vbi ita magnus numerus bestiarum cæsus est, vt simul leones centum, ac totidem leænę confectæ fuerint. Dona in theatro & circo viris atque mulieribus separatim in sphæris missilibus dedit. & ne mulieres cū viris lauarētur, vetuit. Quo anno hæc facta sunt, Euphrates

quod eorũ equi in huiuſmodi glacie currere tuto didicerant. Qua re animaduerſa Romani nihilo magis timent; ſed cõuerſi, aduerſiq; facti hoſtibus, magna pars ſcuta deponũt: atque, quo minus cadant, in iis alterum pedẽ firmant. Hoc pacto eorũ impetũ primo ſuſtinent: arreptisq; alii frenis, alii ſcutis & contis, eos ad ſe trahunt; atq; ita implicatos homines equosque pariter deiiciunt. nec enim poterãt in lubrico loco virib. noſtrorum reſiſtere. quamquã enim etiam Romani cadebant; tamen, ſiue quis eorũ caderet ſupinus, hoſtem pedib. trahebat, atq; (vt in lucta fieri ſolet) ita retro proiiciebat, vt eo ſuperior eſſet: ſiue pronus caderet, hoſtem qui ante ceciderat, carpebat dentibus. Nam barbari, ignari & rudes pugnæ huius generis, quodq; leuioris erant armaturæ, reſiſtere minus poterãt. Ex quo factum eſt vt pauci de multis effugerint. Igitur Marcus multis magnisq; prœliis factis, aditisq; periculis, Marcomanos & Iazygas ſubegit. Poſt hæc prœliũ acre, bellumq; magnum cũ iis qui Quadi appellãtur, fuit: quo ex bello victoria præter ſpem, vel potius Dei beneficio, cõſecuta eſt; propterea q; Romani, cum eſſent in prœlio, atq; in maximum periculũ veniſſent, mirabiliter ſane ac diuinitus cõſeruati ſunt. Cum enim intercluſi a Quadis in locis opportunis conferti pugnarent fortiter, atq; interim barbari differrent prœlium, ſperãtes eos calore & ſiti perituros, quos circũ occupatis locis omnib. ſic cõcluſerant, (erant enim multo plures) vt aquam habere nullo pacto poſſent: cumque Romani in tantas difficultates incurriſſent, vt morbo, vulneribus, ardore ſolis, ac ſiti vexarentur, nec ob eas res pugnare poſſent, aut alio ſecedere, ſed in acie ſtãtes, atq; in locis cõſtitutis, arderent; nubes derepente ita coactæ ſunt, vt maximus imber aquæ ceciderit, non ſine Dei beneficio. Fama eſt Arnuphin magũ Ægyptium, qui vna cũ Marco fuerit, Mercuriũ illũ qui eſt in aere, aliosq; dæmonas, quibuſdam artibus magicis inuocauiſſe, ac per eos pluuiã extorſiſſe. Hęc quidem a Dione dicuntur; ſed is mihi mentiri videtur; volens an inuitus, neſcio: volentẽ magis arbitror; cum non ignoraret, legionem militum quæ

οἱ γὰρ ἵπποι σφῶν δεδιδαγμένοι καὶ ἐν τῷ τοιούτῳ θεῖν ἀσφαλῶς ἦσαν. ἰδόντες δὲ τοῦτο οἱ Ῥωμαῖοι, οὐκ ἐφοβήθησαν, ἀλλὰ συστραφέντες, καὶ πᾶσιν ἅμα αὐτοῖς ἀντιμέτωποι γενόμενοι, τάς τε ἀσπίδας οἱ πλείους ἔθηκαν, καὶ τὸν ἕτερον πόδα ἐπ' αὐτῶν, ὅπως ἧττον ὀλισθαίνωσιν, ἀπερείσαντες, ἐδέξαντο σφᾶς προσπεσόντας· καὶ ἀντιλαμβανόμενοι οἱ μὲν τῶν χαλινῶν, οἱ δὲ τῶν ἀσπίδων τῶν τε κοντῶν, ἐπεσπῶντο αὐτούς· κἀκ τούτου συμπλεκόμενοι, κατέβαλλον καὶ τοὺς ἄνδρας καὶ τοὺς ἵππους. οὐκ γάρ τοι τῆς βίας οὐκέτ' ἀντέχειν πρὸς τὸν ὄλισθον ἐδύναντο. ὠλίσθαινον μὲν γὰρ καὶ οἱ Ῥωμαῖοι· ἀλλ' εἴθ' ὕπτιός τις αὐτῶν ἔπεσε, συνεφείλκετο τὸν ἀντίπαλον, καὶ τοῖς ποσὶν ἐς τοὐπίσω ἀνερρίπτει, ὥσπερ ἐν πάλῃ, καὶ οὕτως ἐπάνωθεν αὐτοῦ ἐγίγνετο· εἴτε καὶ ἐπὶ στόμα, κατελάμβανεν αὐτὸν προκαταπίπτοντα τῷ στόματι. οἱ γὰρ βάρβαροι, καὶ ἄπειροι τοιουτοτρόπου ἀγωνίας, καὶ κουφότεροι ὄντες, οὐχ οἷοί τε ἦσαν ἀντέχειν· ὥστε καὶ ἀπὸ πολλῶν ὀλίγοι διέφυγον. Μαρκομάνους μὲν οὖν καὶ Ἰάζυγας πολλοῖς καὶ μεγάλοις ἀγῶσι καὶ κινδύνοις Μάρκος ὑπέταξεν. * Ἔπειτα ἐκ παρατάξεως τοὺς καλουμένους Κουάδους· καὶ πόλεμος αὐτῷ συνέστη μέγας, καὶ νίκη * παράδοξος εὐτυχήθη, μᾶλλον δὲ παρὰ Θεοῦ ἐδωρήθη. κινδυνεύσαντας γὰρ ἐν τῇ μάχῃ τοὺς Ῥωμαίους παραδοξότατα τὸ θεῖον ἐξέσωσε. κυκλωσάντων γὰρ αὐτοὺς τῶν Κουάδων ἐν τόποις ἐπιτηδείοις, συνασπίσαντες οἱ Ῥωμαῖοι, προθύμως ἠγωνίζοντο· καὶ οἱ βάρβαροι τὴν μὲν μάχην ἐπέσχον, προσδοκήσαντες σφᾶς ῥᾳδίως ὑπό τε τοῦ καύματος καὶ ὑπὸ τοῦ δίψους αἱρήσειν· πάντα δὲ τὰ πέριξ διαλαβόντες ἀπέφραξαν, ὅπως μηδαμόθεν ὕδωρ λάβωσι. πολὺ γὰρ καὶ τῷ πλήθει περιῆσαν. τῶν οὖν Ῥωμαίων ἐν παντὶ κακοῦ καὶ ἐκ τοῦ καμάτου καὶ ἐκ τῶν τραυμάτων, τοῦ τε ἡλίου καὶ τοῦ δίψους, γενομένων, καὶ μήτε μάχεσθαι διὰ ταῦτα μήτε χωρῆσαί πῃ δυναμένων, ἀλλ' ἔν τε τῇ τάξει καὶ τοῖς τόποις ἑστηκότων καὶ καταφλεγομένων, νέφη πολλὰ ἐξαίφνης συνέδραμε, καὶ ὑετὸς πολὺς οὐκ ἀθεεὶ κατερράγη. καὶ γάρ τοι λόγος ἔχει, * Ἀρνοῦφίν τινα μάγον Αἰγύπτιον, συνόντα τῷ Μάρκῳ, ἄλλους τέ τινας δαίμονας καὶ τὸν Ἑρμῆν τὸν ἀέριον ὅτι μάλιστα μαγγανείαις τισὶν ἐπικαλέσασθαι, καὶ δι' αὐτῶν τὸν ὄμβρον ἐπισπάσασθαι. Ταῦτα μὲν περὶ τούτων ὁ Δίων φησίν· ἔοικε δὲ ψεύδεσθαι, εἴτε ἑκὼν, εἴτε ἄκων· οἶμαι δὲ τὸ πλεῖον ἑκών. καὶ πῶς γὰρ οὔ; ὅστις οὐκ ἠγνόει τὸ τάγμα τῶν στρατιωτῶν τὸ κεραυνο-

κεραυνοβόλον ἰδίως καλούμενον (ἐν γὰρ τῷ τῶν λοιπῶν καταλόγῳ καὶ αὐτὸ μνημονεύεται) ὅπερ ἀπ' οὐδεμιᾶς ἑτέρας αἰτίας (οὐδὲ γὰρ ἄλλη τις λέγεται) ἢ ἀπὸ τοῦ κατὰ τόνδε συμβάντος τὸν πόλεμον οὕτω προσηγορεύθη· ὃ καὶ αἴτιον τότε τοῖς τε Ῥωμαίοις τῆς σωτηρίας ἐγένετο, καὶ τοῖς βαρβάροις τῆς ἀπωλείας, ἀλλ' οὐχ ὁ Ἀρνοῦφις ὁ μάγος· οὐδὲ γὰρ μάγων συνουσίαις καὶ γοητείαις ὁ Μάρκος χαίρειν ἱστόρηται. ἔστι δὲ ὃ λέγω, τοιοῦτον· τάγμα ἦν τῷ Μάρκῳ (καλοῦσι δὲ τὸ τάγμα οἱ Ῥωμαῖοι λεγεῶνα) τῶν ἀπὸ Μελιτηνῆς στρατιωτῶν. εἰσὶ δὲ τὸν Χριστὸν πρεσβεύοντες ἅπαντες. ἐν οὖν τῇ μάχῃ ἐκείνῃ προσιόντα τῷ Μάρκῳ τὸν ἔπαρχον, ἀμηχανοῦντι πρὸς τὴν περίστασιν καὶ δεδιότι περὶ σύμπαντι τῷ στρατῷ, εἰπεῖν λέγεται ὡς οἱ καλούμενοι Χριστιανοὶ οὐκ ἔστιν ὅ τι οὐ δύνανται ταῖς εὐχαῖς, καὶ ὅτι παρὰ σφίσι τάγμα ὅλον τυγχάνει ὂν τούτου τοῦ γένους. τὸν οὖν Μάρκον ἀκούσαντα, παρακλήσει χρήσασθαι πρὸς αὐτούς, ὡς ἂν εὔξωνται τῷ σφετέρῳ Θεῷ. εὐξαμένων δὲ αὐτῶν παραχρῆμα ἐπακούσαντα τὸν Θεόν, τοὺς μὲν πολεμίους κεραυνῷ βαλεῖν, τοὺς δὲ Ῥωμαίους ὄμβρῳ παραμυθήσασθαι. ἐφ' οἷς καταπλαγέντα τὸν Μάρκον ἰσχυρῶς, τούς τε Χριστιανοὺς κατὰ δόγμα τιμῆσαι, καὶ τὴν λεγεῶνα κεραυνοβόλον προσαγορεῦσαι. λέγεται δὲ καὶ ἐπιστολήν τινα περὶ τούτων εἶναι τοῦ Μάρκου. ἀλλ' οἱ [μὲν] Ἕλληνες, ὅτι μὲν τὸ τάγμα κεραυνοβόλον λέγεται, ἴσασι, καὶ αὐτοὶ μαρτυροῦσι, τὴν δὲ αἰτίαν τῆς προσηγορίας ἥκιστα λέγουσι. Προστίθησι δὲ ὁ Δίων, ὅτι τοῦ ὄμβρου καταρραγέντος, πρῶτον μὲν ἄνω πάντες ἀνέκυπτον, καὶ ἐς τὰ στόματα αὐτὸν ἐδέχοντο· ἔπειτα οἱ μὲν τὰς ἀσπίδας, οἱ δὲ καὶ τὰ κράνη ὑποβάλλοντες, * αὐτοί τε χανδὸν ἔσπων, καὶ τοῖς ἵπποις πιεῖν ἐδίδοσαν. καὶ τῶν βαρβάρων σφίσιν ἐπιδραμόντων, ἔπινόν τε ὁμοῦ καὶ ἐμάχοντο· καὶ ἤδη γέ τινες τιτρωσκόμενοι, τό τε αἷμα περιχεόμενοι ἐς τὰ κράνη καὶ τὸ ὕδωρ ἅμα ἀνερρόφουν. κἂν ἔπαθόν τι δεινὸν ὑπὸ τῶν πολεμίων ἐπικειμένων αὐτοῖς περὶ τὸ πίνειν οἱ πλείους ἠσχολημένοι, εἰ μὴ χάλαζα ἰσχυρὰ καὶ κεραυνοὶ οὐκ ὀλίγοι τοῖς πολεμίοις ἐνέπεσον. ἦν οὖν ὁρᾶν ἐν τῷ αὐτῷ χωρίῳ ὕδωρ τε ἅμα καὶ πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ φερόμενα· καὶ οἱ μὲν ὑγραίνοντό τε καὶ ἔπινον, οἱ δὲ ἐπυροῦντο καὶ ἔθνησκον. καὶ οὔτε τῶν Ῥωμαίων τὸ πῦρ ἥπτετο, *ἀλλ' εἴπου καὶ προσέμιξε σφίσιν, εὐθὺς ἐσβέννυτο· οὔτε τοὺς βαρβάρους ὁ ὑετὸς ὠφέλει, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ μᾶλλον τὴν φλόγα αὐτῶν, ὥσπερ ἔλαιον, ἤγειρεν· ὕδωρ τε ὑόμενοι ἐζήτουν. καὶ οἱ μὲν,

Fulminatrix appellatur ꝓprio nomine, (eius enim mentionē facit in recēsione ceterarum) ex nulla alia causa (neq; enim alia circumfertur) quā ex ea quæ in isto bello accidit, id nomen accepisse: quæ causa etiam tunc Romanis saluti, barbaris exitio fuit: *nō enim Arnuphis magus erat: cum nusquam memoriæ proditū sit Marcum magorū societate aut præstigiis fuisse delectatum. Quod igitur in hac re dico, tale est. Cum Marcus legionem vnā haberet ex militibus Melitenis, (hi omnes Christum colunt) ad eum præfectus prætorianorum venit, nescientē in illo prœlio quid consilii caperet, timentemq; toti exercitui; eiq; fertur dixisse, nihil esse quod ii qui Christiani nominantur, precibus impetrare non possint; esseq; legionem vnā in exercitu hominū huius generis. Qua re cognita, Marcum ab iis petiisse vt Deo suo supplicarēt. Quod cū fecissent, Deum eos exaudisse subito; percussisseq; hostes fulmine, ac Romanos pluuia recreasse. his reb. Marcū vehementer obstupefactū, edicto Christianos honore affecisse, ipsamq; legionem *Fulminatricem* appellasse: atq; his de reb. epistola Marci exstare dicitur. Græci quidē sciūt eam legionem κεραυνοβόλον appellari, eiusq; rei testes sunt: causam vero cur ita appellata sit, non dicunt. Dion addit, Romanos, cum primum pluuia caderet, omnes suspexisse in cælum, eamq; in ora recepisse: deinde scutis galeisq; subiectis inde sorbisse largiter, equisq; ad bibēdū dedisse: cumq; barbari in ipsos impetū facerent, eos simul bibisse & pugnasse; compluresq; saucios sanguinem infusum in galeas, simul cū aqua absorbuisse. Hi ꝓpterea grauia damna accepissent vrgentib. hostibus, quod magna ex parte in bibendo erant occupati; nisi vehemens grando, compluraque fulmina, in hostes cecidissent. Itaque licebat videre in eodem loco aquā ignemq; simul de cælo cadere; atq; ob eā causam * valere alios & bibere, alios exuri ac prorsus interire. Non enim ignis attingebat Romanos: aut, si forte interdum cum eis misceretur, exstinguebatur subito: neq; imber iuuabat barbaros, sed eos non secus inflammabat atq; oleū; ita vt aquam requirerent pluuia perfusi,

inffigerentq; sibi vulnera, quo ignem sanguine restinguerent. Pars confugiebat ad Romanos; quasi illis tãtummodo aqua salutaris esset; ita vt eorum Marcus etiam misertus sit: eoq; facto a militibus septimum *Imperator* appellatur. Quod etsi admittere non consueuerat, prius quam esset decretum a Senatu; tamen nõ repudiauit, quasi id diuinitus acciperet: de quo etiam ad Senatum scripsit. Faustina quoq; *Mater exercituum* appellata est. Pertinax autem, ob res præclare gestas cõsul est factus: cuius causa multi indignati sunt; propterea quod erat obscuro loco natus; canebantq; illud tragicum, Τοιαῦθ' ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται, *Talia infelix bellum efficit*: videlicet ignorãtes eundem principem Romanum esse futurum. Cum autẽ Cassius res nouas moliretur in Syria, Marcus vehementer perterritus, Cõmodum filium (is iam ephebus erat) accersiri ex Vrbe iubet. Erat Cassius Syrus ex Cyro ciuitate, vir optimus, qualem Imperatorem habere esset optabile; nisi quod erat filius cuiusdam Heliodori, qui propter multã Rhetorices artis scientiam, ad præfecturã Ægypti peruenerat. Id facinus graue Cassius fecit, deceptus a Faustina; quę, cum virum suum imbecillũ esse animaduerteret, (ea erat Antonini Pii filia) putaretq; breui tempore moriturum, timuit ne, si principatus ad aliũ deueniret, quod Commodus adolescens erat, & stolidus quodammodo, ipsa priuatam vitam agere cogeretur. Itaque Casśio secreto persuasit vt se compararet, quo, si quid Antonino accidisset, ipsum simul cum Imperio caperet. Hæc dum secum Cassius reputat, nuntius de interitu Marci perfertur; vt solent ista semper in deteriorẽ partẽ diuulgari. Quamobrẽ statim affectauit Imperiũ, nulla adhibita maiore diligẽtia in veri cognitione; quasi vero fuisset ante ab exercitu qui tum erat in Pannonia, Imperator designatus. Et quãquam nõ ita multo post verũ resciuit; tamen, quod semel motũ fecerat, de sententia decedendum sibi esse non putauit: sed omnia quæ intra Taurũ erant, cepit breui temporis spatio, & sibi Imperium armis cõparare statuit. Marcus, cognita Cassii rebellione per Verum qui Cappadociam obtinebat, primo rem dissimulat, celatque: post, vbi milites perlato rumore vehementer cõmoueri cœperunt, ac

ἑαυτοὺς ἐτίτρωσκον, ὡς καὶ τῷ αἵματι τὸ πῦρ κατασβέσοντες· οἱ δὲ, καὶ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους προσέτρεχον, ὡς καὶ μόνους σωτήριον ὕδωρ ἔχοντας. ἠλέησε γοῦν αὐτοὺς καὶ ὁ Μάρκος· παρὰ δὲ τῶν στρατιωτῶν τὸ ἕβδομον Αὐτοκράτωρ προσηγορεύθη. καίπερ δὲ οὐκ εἰωθὼς, πρὶν τὴν βουλὴν ψηφίσασθαι, τοιοῦτόν τι προσίεσθαι, ὅμως ἐδέξατό τε αὐτὸ, ὡς καὶ παρὰ Θεοῦ λαμβάνων, καὶ τῇ γερουσίᾳ ἐπέστειλεν. ἡ μέντοι Φαυστῖνα Μήτηρ τῶν στρατοπέδων ἐπεκλήθη. Τοῦ δὲ Περτίνακος ἐπὶ ταῖς ἀνδραγαθίαις ὑπατείαν λαβόντος, ὅμως ἦσαν οἱ νεμεσῶντες ἐπὶ τῷ εἶναι αὐτὸν τὸ γένος ἐξ ἀφανῶν, τὸ τῆς τραγῳδίας ἐπέλεγον, Τοιαῦθ' ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται· οὐκ εἰδότες ὅτι καὶ μοναρχήσει.

Τοῦ δὲ Κασσίου κατὰ τὴν Συρίαν νεωτερίσαντος, σφόδρα ἐκπλαγεὶς ὁ Μάρκος, τὸν Κόμμοδον τὸν υἱὸν ἐκ τῆς Ῥώμης, ὡς καὶ ἐς ἐφήβους ἤδη τελεῖν δυνάμενον, μετεπέμψατο. ὁ δὲ δὴ Κάσσιος, Σύρος μὲν ἐκ τῆς Κύρου ἦν, ἀνὴρ δὲ ἄριστος ἐγένετο, καὶ ὁποῖον ἄν τις αὐτοκράτορα ἔχειν εὔξαιτο· πλὴν καθ' ὅσον Ἡλιοδώρου τινὸς ἀγαπητῶς εἰς τὴν τῆς Αἰγύπτου ἡγεμονίαν ἐξ ἐμπειρίας ῥητορικῆς προχωρήσαντος υἱὸς ἦν. τοῦτο δὲ [δὴ] δεινῶς ἡμάρτεν, ὑπὸ Φαυστίνης ἀπατηθείς· αὕτη γὰρ τὸν ἄνδρα ἀρρωστήσαντα (ἦν δὲ τοῦ Εὐσεβοῦς Ἀντωνίνου θυγάτηρ) προσδοκήσασα ὅσον οὐκ ἤδη τελευτήσειν, ἐφοβήθη μὴ τῆς ἀρχῆς ἐς ἄλλον τινὰ (ἅτε τοῦ Κομμόδου καὶ νέου καὶ ἁπλουστέρου τοὺς τρόπους ὄντος) περιελθούσης, ἰδιωτεύσῃ· καὶ ἔπεισε τὸν Κάσσιον δι' ἀπορρήτων παρασκευάσασθαι, ἵν', ἄν τι ὁ Ἀντωνῖνος πάθοι, καὶ αὐτὴν καὶ τὴν αὐταρχίαν λάβῃ. ταῦτ' οὖν αὐτῷ διανοουμένῳ ἀγγελία ἦλθε τὸν Μάρκον τεθνηκέναι· (οἷά που φιλεῖ τοιαῦτα ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀεὶ θρυλλεῖσθαι) καὶ εὐθὺς, οὐκ ἀναμείνας αὐτὴν ἀκριβῶσαι, ἔφεσιν τῆς ἀρχῆς ἐποιήσατο, ὡς καὶ πρὸς τῶν στρατιωτῶν τῶν ἐν τῇ Παννονίᾳ τότε ὄντων προκεχειρισμένος. καὶ ὁ μὲν, εἰ καὶ τὰ μάλιστα μὴ ἐς μακρὸν τἀληθὲς ἔμαθεν, ὅμως ἐπειδήπερ ἅπαξ ὑποκεκινήκει, οὐ μετεβάλλετο· ἀλλὰ τά τε ἐντὸς τοῦ Ταύρου πάντα διὰ βραχέος προσεποιήσατο, καὶ παρεσκευάζετο ὡς καὶ πολέμῳ τὸ κράτος ἕξων. Ὁ δὲ δὴ Μάρκος, παρὰ τοῦ Βήρου τοῦ τῆς Καππαδοκίας ἄρχοντος, τὴν ἐπανάστασιν αὐτοῦ μαθὼν, τέως μὲν συνέκρυπτεν αὐτά· ἐπεὶ δὲ οἱ στρατιῶται τῇ τε φήμῃ ἰσχυρῶς ἐταράσσοντο, καὶ

ἐλογοποίουν

ἐλογοποίουν πολλὰ, συνεκάλεσεν αὐτοὺς, καὶ ἀνέγνω τοιάδε· Οὐκ ἀγανακτήσων, ὦ συστρατιῶται, ἢ ὀδυρόμενος παρελήλυθα. χαλεπαίνειν μὲν γὰρ τί δεῖ πρὸς τὸ δαιμόνιον, ᾧ πάντα ἔξεστιν; ὀλοφύρεσθαι δὲ ἴσως ἀνάγκη τοὺς ἀδίκως δυστυχοῦντας· ὃ καὶ ἐμοὶ νῦν συμβέβηκε. πῶς γὰρ οὐ δεινὸν, πολέμοις ἡμᾶς ἐκ πολέμων συμφέρεσθαι; πῶς δὲ οὐκ ἄτοπον καὶ ἐμφυλίῳ συμπλακῆναι; πῶς οὐκ ἀμφότερα καὶ δεινότητι καὶ ἀτοπίᾳ νικᾷ, τὸ μηδὲν πιστὸν ἐν ἀνθρώποις εἶναι, ἀλλ' ἐπιβεβουλεῦσθαί τε μὲ ὑπὸ τοῦ φιλτάτου, καὶ εἰς ἀγῶνα ἀκούσιον καθίστασθαι, μήτε τι ἠδικηκότα, μήτε τι πεπλημμεληκότα; τίς μὲν γὰρ ἀρετὴ ἀσφαλὴς, τίς δὲ φιλία ἔτι νομισθήσεται, ἐμοῦ ταῦτα πεπονθότος; πῶς δὲ οὐκ ἀπόλωλε μὲν πίστις, ἀπόλωλε δὲ ἐλπὶς ἀγαθή; ἀλλ' εἰ μὲν μόνος ἐγὼ ἐκινδύνευον, παρ' οὐδὲν ἂν τὸ πρᾶγμα ἐποιησάμην· (οὐ γάρ που καὶ ἀθάνατος ἐγεννήθην) ἐπεὶ δὲ δημοσία τε ἀπόστασις, μᾶλλον δὲ ἐπανάστασις γέγονε, καὶ ὁ πόλεμος πάντων ὁμοίως ἡμῶν ἅπτεται, ἐβουλόμην, εἰ οἷόν τε ἦν, προσκαλέσασθαι τὸν Κάσσιον, καὶ δικαιολογήσασθαι πρὸς αὐτὸν παρ' ὑμῖν ἢ παρὰ τῇ γερουσίᾳ· καὶ ἡδέως ἂν ἀμαχεὶ παρεχώρησα αὐτῷ τῆς ἡγεμονίας, εἰ τοῦτο τῷ κοινῷ συμφέρειν ἐδεδόκει. ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ γὰρ καὶ πονῶν καὶ κινδυνεύων διατελῶ· τοσοῦτόν τε ἐνταυθοῖ χρόνον ἔξω τῆς Ιταλίας πεποίηκα ἄνθρωπος καὶ γέρων ἤδη καὶ ἀσθενὴς, καὶ οὔτε τροφὴν ἄλυπον, οὔθ' ὕπνον ἀφρόντιδα λαβεῖν δυνάμενος. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἄν ποτε συγκαθεῖναι εἰς τοῦτο ὁ Κάσσιος ἐθελήσειε, (πῶς γὰρ ἂν πιστεύσειέ μοι, ἄπιστος οὕτω περὶ ἐμὲ γεγενημένος;) ὑμᾶς γε ὦ συστρατιῶται χρὴ θαρρεῖν. οὐ γάρ που κρείττους Κίλικες, καὶ Σύροι, καὶ Ιουδαῖοι, καὶ Αἰγύπτιοι ὑμῶν οὔτε ἐγένοντό ποτε, οὔτε ἔσονται, οὐδ' ἂν μυριάκις πλείους ὑμῶν, ὅσῳ νῦν ἐλάττους εἰσὶν, ἀθροισθῶσιν. οὐ μὴν οὐδ' αὐτὸς ὁ Κάσσιος, εἰ καὶ τὰ μάλιστα καὶ στρατηγικὸς εἶναι καὶ πολλὰ κατωρθωκέναι δοκεῖ, λόγου τινὸς ἄξιος νῦν ἂν φανείη. οὔτε γὰρ ἀετὸς κολοιῶν, ἢ καὶ λέων νεβρῶν ἡγησάμενος, ἀξιόμαχος γίγνεται· καὶ τὸν Ἀρραβικὸν τόν τε Παρθικὸν ἐκεῖνον πόλεμον οὐ Κάσσιος, ἀλλ' ὑμεῖς κατειργάσασθε. ἄλλως τε εἰ καὶ ἐκεῖνος ἐκ τῶν πρὸς Πάρθους πραχθέντων εὐδόκιμός ἐστιν, ἔχετε καὶ ὑμεῖς Βῆρον, ὃς οὐδὲν ἧττον ἀλλὰ καὶ μᾶλλον αὐτοῦ καὶ ἐνίκησε πλείω καὶ κατεκτήσατο. ἀλλὰ τάχα μὲν καὶ ἤδη μετανενόηκε, ζῶντά με μεμαθηκώς· οὐ γάρ που καὶ ἄλλως ἢ ὡς τετελευτηκότος μου, τοῦτ' ἐποίησεν. ἂν δὲ καὶ

multa colloqui, eos conuocari iubet, atque apud ipsos pauca in hanc sententiam exponit. *Etsi, inquit, huc veni, commilitones, non succensendi aut lamentandi causa: (cur enim Deo succensere oportet, in cuius potestate sunt omnia?) tamē eos qui immerito infelices sunt, aduersam fortunā lamētari necesse est: quod mihi euenit hoc tempore. Quā enim graue est & molestū bella nobis ex bellis exsistere? quam porro calamitosum, ciuili bello nos implicari? quam vero vtroque grauius est, atque calamitosius, fidem in hominibus nullam esse, fieriq; mihi insidias ab homine amicissimo, meq; inuitum nulla facta iniuria, nulloque commisso delicto, in certamē venire? Quæ virtus umquam tuta, aut quæ amicitia firma existimabitur, si mihi hæc facta est iniuria? nōne fides, nōne spes omnis amissa est? Quod si meum tantum esset periculū, nihili cerse facerem: (nec enim natus sum immortalis) nūc autem cum publica facta sit defectio, vel rebellio potius, bellumq; ad nos omnes pariter pertineat, vellem, si fieri vllo modo posset, euocare Caßium, cumeoque apud vos, aut apud Senatum iure contendere: tum enim ego nullo prælio facto Imperium ei libenter cederem, si ita publicæ vtilitati conducere videretur. Etenim pro republica perpetuos labores sustineo, qui tamdiu hic longe ab Italia commoratus sum, homo iam senex & imbecillis, vt neq; cibum suauem, neque somnum vacuum curis poßim capere. Sed quoniam Caßius mecum nollet in hac causa conuenire, (quo pacto enim mihi credat is, qui mihi tam infidus fuerit?) vos oportet cōmilitones forti animo esse: nec enim Cilices, Syri, Iudæi, Aegyptii vobis fuerunt vmquam aut erunt potiores; non si millies, quanto nunc pauciores sunt quam vos, tanto plures congregentur. Sed neq; Caßii ipsius, quamquam videtur esse optimus imperator, multaque prospere geßisse, ratio vlla haberi debet. Non enim aquila graculorū dux, aut leo hinnulorum aptus esse ad bellum gerēdum potest. Iam vero illud Parthicum & Arabicum bellum non Caßius, sed vos confecistis. Quod si ille præsertim ex rebus contra Parthos gestis habet gloriam, vos quoque Verum habetis non modo non inferiorem illo, sed multo etiam potiorem, a quo longe plura bello victa & parta sunt. Quinetiam iam illum pœnitere fortasse cœpit, quod me viuere intelligit: numquam enim id nisi mortuo me fecisset. Quod si manet*

adhuc in proposito, susceptoque consilio; tamen, cum profectionem nostram intellexerit, omnino resipiscet: vos enim metuet, me reuerebitur. Itaque tantum illud vereor, commilitones, (licet enim apud vos verum dicere) ne aut ipse manus sibi afferat, quod pudore scilicet adductus nō audebit in conspectum nostrum venire; aut alius cognito aduentu meo, quod contra illum proficiscor, id faciat. mihi enim permagnum præmium belli atque victoriæ, quantum vmquam accepit nemo, auferet. Quod vero præmium ditet aliquis? Homini qui iniuriam fecerit, ignoscere; eique qui amicitiam fidemque violauerit, amicum & fidelem permanere. Quæ etsi vobis fortasse videntur esse incredibilia, tamen ea vobis oportet persuaderi. non enim bona omnia ex hominib. prorsus exterminata sunt; sed sunt adhuc apud nos antiquæ virtutis reliquiæ. Quod si quis mihi fidem non habeat, tanto cupio vehementius ea quæ videntur fieri non posse, facta ante oculos omnium ponere. Hæc enim sola mihi ex malis præsentibus foret vtilitas, si possem re optime confecta ostendere cunctis hominibus, nos quoque bellis ciuilib. bene vti posse. Hæc Marcus & apud milites concionatus est, & ad Senatum scripsit, nihil Cassium criminatus, nisi quod illum crebro ingratum vocabat. Cassius quoque de Marco nihil vmquam dixit contumeliose, aut scripsit. Dum Marcus se ad bellum ciuile cōparat, multæ ei victoriæ ex diuersis barbaris nationibus, ac mors ipsius Cassii nuntiatur. Nam Cassio *iter facienti Antonius centurio occurrit, eumque de improuiso secundum ceruicem vulnerauit: quamquam id vulnus non fuit mortiferū, propterea quod Antonius impetu equi concitatus, facinus imperfectum reliquit; ita vt ille fere euasisset, nisi eum decurio interim confecisset. Hi, abscisso eius capite, ad Imperatorem proficiscuntur. Ita Cassius, qui hoc pacto tres mēses & dies sex imperium somniauerat, iugulatur: filiusque item eius, qui tum erat absens, interfectus est. Marcus autem, cum eo venisset, nationes omnes quę rebellionem fecerant, tractauit perhumaniter; neque quemquam ex obscuris hominibus aut ex illustribus interfecit. Sub id tēpus Faustina moritur, siue dolorib. podagræ, quibus laborabat; siue alia ex causa, ne ob ea de quibus cum Cassio conuenerat,

ἐπὶ πλέον ἀντίσχῃ, ἀλλ' ὅταν γε καὶ προσιόντας ἡμᾶς πύθηται, πάντως γνωσιμαχήσει, καὶ ὑμᾶς φοβηθεὶς, καὶ ἐμὲ αἰδεσθείς. ἐγὼ γοῦν ἓν μόνον ὦ συστρατιῶται δέδοικα (εἰρήσεται γὰρ πᾶσα πρὸς ὑμᾶς ἡ ἀλήθεια) μὴ ἤτοι αὐτὸς ἑαυτὸν ἀποκτείνῃ, αἰσχυνθεὶς ἐς τὴν ἡμετέραν ὄψιν ἐλθεῖν, ἢ ἕτερός τις μαθὼν ὅτι τε ἥξω καὶ ὅτι ἐπ' αὐτὸν ὁρμῶμαι, τοῦτο ποιήσῃ. *μέγα γάρ μου ἆθλον καὶ τοῦ πολέμου καὶ τῆς νίκης, καὶ ἡλίκον οὐδεὶς πώποτε ἀνθρώπων ἔλαβεν, ἀφαιρήσεται. τί δὲ τοῦτό ἐστιν; ἀδικήσαντα ἄνθρωπον ἀφεῖναι, πρὸς φιλίαν ὑπερβάντα φίλον μεῖναι, *πίστιν καταλύσαντα πιστὸν διαγενέσθαι. παράδοξα μὲν ἴσως ταῦθ' ὑμῖν φαίνεται· ἀλλ' οὐκ ἀπιστεῖν ὑμᾶς αὐτοῖς δεῖ. οὐ γάρ που καὶ ἁπλῶς πάντα τὰ ἀγαθὰ ἐκ τῶν ἀνθρώπων ἀπόλωλεν, ἀλλ' ἔστι καὶ παρ' ἡμῖν ἔτι τῆς ἀρχαίας ἀρετῆς λείψανον. ἂν δέ που ἀπιστῇ τις, καὶ διὰ τοῦτο μεῖζόν ἐστί μοι τὸ ἐπιθύμημα, ἵνα ὃ μηδεὶς ἂν πιστεύσειε γενέσθαι δύνασθαι, τοῦτο ἴδῃ γενόμενον. ὡς ἔγωγε τοῦτ' ἂν μόνον ἐκ τῶν παρόντων κακῶν κερδάναιμι, εἰ δυνηθείην καλῶς θέσθαι τὸ πρᾶγμα, καὶ δεῖξαι πᾶσιν ἀνθρώποις ὅτι καὶ ἐμφυλίοις πολέμοις ἔστιν ὀρθῶς χρήσασθαι. Ταῦτα μὲν ὁ Μάρκος καὶ πρὸς τοὺς στρατιώτας εἶπε, καὶ πρὸς τὴν γερουσίαν ἔγραψεν, οὐδὲν οὐδαμοῦ τοῦ Κασσίου *κατηγορήσας, πλὴν ὅτι ἀχάριστον αὐτὸν συνεχῶς ἀνεκάλει. οὐ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνος ὑβριστικόν τι οὔτε εἶπέ ποτε ἐς τὸν Μάρκον, οὔτ' ἔγραψε. Παρασκευαζομένῳ δὲ Μάρκῳ πρὸς τὸν ἐμφύλιον πόλεμον, ἀγγελαί τε πολλαὶ νίκαι κατὰ διαφόρων βαρβάρων ἐν ταὐτῷ, καὶ ὁ Κασσίου θάνατος ἀπηγγέλθη. προσπεσὼν γὰρ βαδίζοντι τῷ Κασσίῳ Ἀντώνιος ἑκατόνταρχος, ἐξαίφνης ἔτρωσε κατὰ τοῦ αὐχένος οὐ πάνυ πληγῇ καιρίᾳ· καὶ ὁ μὲν τῇ ῥύμῃ τοῦ ἵππου ἐξαχθεὶς, ἀτελὲς τὸ τόλμημα κατέλιπεν, ὥστ' ὀλίγου διαφυγεῖν αὐτόν. ὁ δὲ δέκαρχος ἐν τούτῳ τὸ λοιπὸν προσκατειργάσατο. καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀποτεμόντες, πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ὥρμησαν· καὶ ὁ μὲν οὕτω μῆνάς τε τρεῖς καὶ ἡμέρας ἓξ ὀνειρώξας, ἐσφάγη, καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἑτέρωθι ὢν ἐφονεύθη. καὶ ὁ Μάρκος ἐπιὼν τὰ ἔθνη τὰ τῷ Κασσίῳ συνεξαναστάντα, πάνυ φιλανθρώπως πᾶσιν ἐχρήσατο, καὶ οὐδένα οὔτε τῶν ἐλαττόνων οὔτε τῶν ἐπιφανεστέρων διεχρήσατο. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον μετήλλαξε καὶ ἡ Φαυστῖνα, εἴτε ὑπὸ τῆς ποδάγρας ἣν εἶχεν, εἴτε ἄλλως, ἵνα μὴ ἐλεγχθῇ ἐφ' οἷς πρὸς τὸν Κάσσιον

συνετέ-

συνετέθειτο. καίτοι ὁ Μᾶρκος τὰ γράμματα διέφθειρε μηδὲ ἀναγνούς, ἵνα μὴ καὶ ἄκων ἀναγκασθῇ μισῆσαί τινα. λέγεται δὲ ὅτι καὶ Βῆρος εἰς τὴν Συρίαν, ἧς καὶ τὴν ἀρχὴν ἔλαβε, προπεμφθείς, καὶ εὑρὼν αὐτὰ ἐν τοῖς σκεύεσι τοῦ Κασσίου, ἠφάνισεν, εἰπών, ὅτι μάλιστα μὲν ἐκείνῳ τοῦτ' * ἔσται κεχαρισμένον· ἂν δὲ καὶ χαλεπήνῃ τι, ἄμεινόν γε ἔσται ἕνα * ἑαυτὸν ἀντὶ πολλῶν ἀπολέσθαι. Μᾶρκος γε μὴν οὕτω τι φόνοις οὐκ ἔχαιρεν, ὥστε καὶ τοὺς μονομάχους ἐν τῇ Ῥώμῃ ὥσπερ ἀθλητὰς ἀκινδύνως ἑώρα μαχομένους. σιδήρεον γὰρ οὐδέποτε οὐδενὶ αὐτῶν ὀξὺ ἔδωκεν, ἀλλὰ καὶ ἀμβλέσιν ὥσπερ ἐσφαιρωμένοις πάντες ἐμάχοντο. Τὴν δὲ Φαυστῖναν ἀποθανοῦσαν ἰσχυρῶς πενθήσας, ἔγραψε τῇ βουλῇ μηδένα τῶν Κασσίῳ συναραμένων τεθνάναι, ὡς καὶ ἐκ μόνου τούτου, παραμυθίαν τινὸς ἐπὶ τῇ Φαυστίνῃ τυχεῖν δυνησόμενος. Μὴ γὰρ γένοιτο, ἔφη, μηδένα ὑμῶν * ἐπ' ἐμοί, μήτε τῇ ἐμῇ μήτε τῇ ὑμετέρᾳ ψήφῳ σφαγῆναι. καὶ τέλος ἔφη ὅτι, Ἂν μὴ τούτου τύχω, * σπεύσω πρὸς τὸν θάνατον. οὕτω τι καθαρὸς διὰ πάντων καὶ χρηστὸς καὶ εὐσεβὴς ἐγένετο. καὶ γὰρ πολλοὺς καὶ εὐηργέτησε τῶν σφαγέων, ὅσον τὸ ἐπ' αὐτοῖς, αὐτοῦ τε καὶ τοῦ υἱέος αὐτοῦ. ἐνομοθετήθη δὲ * τόδε, μηδένα ἐν τῷ ἔθνει ὅθεν τὸ ἀρχαῖόν ἐστιν ἄρχειν, ὅτι ὁ Κάσσιος ἐν τῇ Συρίᾳ τὴν πατρίδα αὐτοῦ ἐχούσῃ ἡγεμονεύων ἐνεόχμωσε. Τῷ δὲ Μάρκῳ καὶ τῇ Φαυστίνῃ ἐψηφίσατο ἡ βουλὴ ἔν τε τῷ Ἀφροδισίῳ τῷ Ῥωμαίῳ εἰκόνας ἀργυρᾶς ἀνατεθῆναι, καὶ βωμὸν ἱδρυθῆναι, καὶ ἐπ' αὐτοῦ πάσας τὰς κόρας τὰς ἐν τῷ ἄστει γαμουμένας μετὰ τῶν νυμφίων θύειν, καὶ ἐς τὸ θέατρον χρυσῆν εἰκόνα τῆς Φαυστίνης ἐπὶ δίφρου ἀεί, ὁσάκις γ' ἂν ἐκεῖνος θεωρῇ, ἐσφέρεσθαί τε, καὶ ἐν τῇ προεδρίᾳ ἐξ ἧς ζῶσα ἐθεᾶτο, τίθεσθαι, καὶ περὶ αὐτὴν τὰς γυναῖκας τὰς δυνάμει προεχούσας συγκαθίζεσθαι. Ὁ δὲ Μᾶρκος, ἐλθὼν ἐς τὰς Ἀθήνας, καὶ μυηθείς, ἔδωκε μὲν τοῖς Ἀθηναίοις τιμάς, ἔδωκε δὲ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις διδασκάλους ἐν ταῖς Ἀθήναις ἐπὶ πάσης λόγων παιδείας μισθὸν ἐτήσιον φέροντας. Ἐλθὼν δὲ ἐς τὴν Ῥώμην, καὶ πρὸς τὸν δῆμον διαλεγόμενος, ἐπεὶ μεταξὺ λέγοντος αὐτοῦ τά τε ἄλλα, καὶ ὅτι πολλοῖς ἔτεσιν ἀποδεδημηκὼς ἦν, ἀνεβόησαν Ὀκτώ· καὶ τοῦτο καὶ ταῖς χερσίν, ἵνα δὴ καὶ χρυσοῦς τοσούτους ἐς τὸ δεῖπνον λάβωσι, προσενεδείξαντο· * διεμειδίασε, καὶ ἔφη καὶ αὐτὸς Ὀκτώ. καὶ

argueretur: quamquam Marcus litteras, ante quam eas legeret, cōſciderat, ne cogeretur quemquam inuitus odiſſe. Ferunt nonnulli Verum, antea præmiſſum in Syriam, quā obtinuerat, litteras in ſupellectili Caſsii inuētas aboleuiſſe, quod eas nihil ad Marcum pertinere diceret. Quod ſi forte ob eam cauſam Marcus ſuccenſeret, longe fore melius, ſe vnum pro multis interire. Sed Marcus non delectabatur cædibus; idque ex eo licet animaduertere, quod Romæ ſpectabat gladiatores tamquā athletas certantes ſine periculo. Nec enim gladiatoribus cōceſsit acuto ferro dimicare; ſed obtuſis gladiis & teretibus omnes dimicabant. Mortem Fauſtinæ vehementer luxit: ſcripſitq; ad Senatum, ne quis eorum qui opem Caſsio tuliſſent, morte afficeretur; tamquam in eo dolore quem ceperat ex interitu Fauſtinæ, hoc vno ſolatio vti poſſet. *Abſit enim*, inquit, *vt me tenente principatum, veſtrum quiſquā meo veſtrove decreto capite damnetur.* Ad extremū addidit: *Quod ſi a vobis non impetrabo, ad mortem ibo celeriter.* vſque adeo a cędibus alienus, mitis & bonus & pius erat. Quinetiam in pleroſque beneficia contulit qui ipſi filioque necem machinati eſſent. Cōſtituit autem vt nemo cum imperio eſſet apud eam gētem ex qua *orsus eſſet; propterea quod Caſsius, cū in Syria patria ſua imperium haberet, res nouas molitus fuerat. Senatus Marco & Fauſtinæ decreuit ſtatuas argenteas Romæ in templo Veneris collocari, aramq; exſtrui, in qua virgines omnes quæ nuberent in vrbe, vna cū ſponſis ſacrificarent: præterea vt in Theatro ſtatua Fauſtinæ aurea in ſella eſſet ſemper, quæ, quoties Marcus ſpectaret, in principali loco, vnde ipſa ſpectare cōſueuerat viuēs, poneretur, eiq; omnes pręſtantiſsimę fœminæ aſsiderent. Marcus, poſtquam Athenas venit, initiatusq; fuit, magnos honores tribuit Athenienſibus; quorum in vrbe doctores omnis doctrinæ annua mercede conductos conſtituit ad omnium gentium vtilitatem. Cum autem Romam veniſſet, concionareturq; apud populū, ac ſubinde diceret inter cetera, ſe multos annos peregrinatum abfuiſſe, cōclamaretq; multitudo *Octo*; idq; ſignificaret porrectis manibus, vt totidem aureos in cœnam acciperet, ſubriſit: tum ipſe etiam, *Octo*, inquit: ac

c c drachm. postea † octo aureos viritim dedit; quantam summā numquam ceperāt antea. * Quibus confectis rebus omnibus, remisit id quod fisco ærariove publico debebant, ab annis quadraginta, absq; sedecim annis Adriani; iussitq; syngraphas omnes scriptas de iis rebus in foro comburi. Pecuniam multis ciuitatibus largitus est; in quarū numero fuit Smyrna, quæ ingenti terræmotu conquassata fuerat; * eamq; Senatori & prętorio viro, vt reficeret, mandauit. Ex quo fit vt mirer eos qui Marcū reprehendunt, negātq; magno animo fuisse. Is enim etsi reuera frugalissimus erat, tamen nulla in re deerat sumptibus necessariis; licet in exigenda pecunia (vt supra dixi) nemini molestus esset: atque in rebus necessariis, præter quam in re familiari, maximos sumptus sustinebat. Postquam res Scythicæ præsentiam eius iterum postulare visæ sunt, Crispinam celerius quam vellet ob hanc causam filio in matrimonium collocauit. Nam Quintilii, etsi vterque eorum valebat prudentia & fortitudine, ac vsu maximarum rerum; tamen id bellum conficere nō potuerunt. Quamobrem ipsi Imperatores necessario profecti sunt. Tum Marcus pecuniam ex ęrario petiuit a Senatu; non quod ea non esset in Principis potestate; sed quod diceret eam ceteraque omnia esse Senatus populique Romani. *Nos enim*, inquit, (id dicebat in Senatu) *vsque adeo nihil habemus proprium, vt etiam vestras ædes habitemus.* Cumque hæc dixisset, hastam sanguinolētam, quæ in templo * Martis reposita erat, versus agrum hostium (vt accepi ex iis qui aderant præsentes) contorsit: deinde contra hostes proficiscitur. Paterno magnas copias dat, eumque ad prœlium committendum mittit. Restitere barbari totam diem: tandem vero omnes a Romanis cæsi sunt. Marcus decimum *Imperator* appellatus est: qui si vixisset diutius, ea quæ in Scythia erant, omnia in suam potestatem redegisset: sed is decessit e vita XVII kal. April. non morbo quo laborabat, sed (vt ego certo accepi) peremptus a medicis qui Commodo gratificabantur. Cumque esset morti proximus, Cōmodum militib. cōmendauit: (nolebat enim videri vt mors sibi ab illo afferretur) tribunoque militum signum postulanti ita respondit; *Abi*, inquit, *ad Orientem: ego*

μετὰ ταῦτα ἀνὰ διακοσίας δραχμὰς αὖθις κατειλεγμένοι, ὅσον οὔπω πρότερον εἰλήφεσαν. Ταῦτά τε ἔπραξε, καὶ τοῖς ὀφείλουσί τι τῷ βασιλικῷ καὶ τῷ δημοσίῳ, πᾶσι πάντα τὰ ὀφειλόμενα ἀφῆκεν, ἀπὸ ἐτῶν ἓξ καὶ τεσσαράκοντα, χωρὶς τῶν ἑκκαίδεκα τοῦ Ἀδριανοῦ· καὶ πάντα τὰ περὶ αὐτῶν γράμματα ἐν τῇ ἀγορᾷ καυθῆναι ἐκέλευσε. χρήματά τε πολλαῖς πόλεσιν ἔδωκεν, ἐν αἷς καὶ τῇ Σμύρνῃ δεινῶς ὑπὸ σεισμοῦ φθαρείσῃ· καὶ αὐτὴν καὶ βουλευτῇ ἐστρατηγηκότι ἀνοικοδομῆσαι προσέταξεν. Ἀφ' οὗπερ καὶ νῦν θαυμάζω τῶν αἰτιωμένων αὐτὸν ὡς οὐ μεγαλόφρονα γενόμενον. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα οἰκονομικώτατος ὡς ἀληθῶς ἦν, τῶν δὲ ἀναγκαίων ἀναλωμάτων οὐδὲ ἓν ἐξίστατο, καίπερ μήτε τινὰ εἰσπράξει χρημάτων (ὥσπερ εἶπον) λυπῶν, καὶ πλεῖστα ὅσα ἐξ ἀνάγκης ἔξω τῶν ἐγκυκλίων δαπανῶν. Ἐπειδὴ δὲ τὰ Σκυθικὰ αὖθις αὐτοῦ ἐδεήθη, γυναῖκα τῷ υἱεῖ θᾶττον δι' αὐτὰ ἢ ἐβούλετο Κρισπῖναν συνῴκισεν. οἱ γὰρ Κυιντίλιοι οὐκ ἠδυνήθησαν, καίπερ δύο τε ὄντες καὶ φρόνημα καὶ ἀνδρείαν ἐμπειρίαν τε πολλὴν ἔχοντες, τὸν πόλεμον παῦσαι· καὶ διὰ τοῦτ' ἀναγκαίως αὐτοὶ οἱ αὐτοκράτορες ἐξεστράτευσαν. ὁ δὲ Μάρκος καὶ χρήματα ἐκ τοῦ δημοσίου ᾔτησε τὴν βουλήν, οὐχ ὅτι μὴ ἔκειντο ἐπὶ τῇ τοῦ κρατοῦντος ἐξουσίᾳ, ἀλλ' ὅτι ὁ Μάρκος πάντα τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου καὶ αὐτὰ καὶ τἆλλα ἔλεγεν εἶναι. Ἡμεῖς γάρ, ἔφη, (πρὸς τὴν βουλὴν λέγων) οὕτως οὐδὲν ἴδιον ἔχομεν, ὥστε καὶ ἐν τῇ ὑμετέρᾳ οἰκίᾳ οἰκοῦμεν. Ταῦτά τε εἰπὼν, καὶ τὸ δόρυ τὸ αἱματῶδες παρὰ τῷ Ἐνυείῳ ἐς τὸ πολέμιον δὴ χωρίον (ὥς γε καὶ τῶν συγγινομένων αὐτῷ ἤκουσα) ἀκοντίσας, ἐξωρμήθη· καὶ τῷ Πατερίῳ δοὺς χεῖρα μεγάλην, ἔπεμψεν αὐτὸν εἰς τὸν τῆς μάχης ἀγῶνα. καὶ οἱ βάρβαροι ἀντέτειναν μὲν διὰ τῆς ἡμέρας ἁπάσης, κατεκόπησαν δὲ ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων πάντες. καὶ ὁ Μάρκος τὸ δέκατον Αὐτοκράτωρ προσηγορεύθη. καὶ εἴγε πλέον ἐβεβιώκει, πάντα τὰ ἐκεῖ ἂν ἐκεχείρωτο· νῦν δὲ τῇ ἑπτακαιδεκάτῃ τοῦ Μαρτίου μετήλλαξεν, οὐχ ὑπὸ τῆς νόσου ἣν καὶ τότε ἐνόσησεν, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἰατρῶν, ὡς ἐγὼ σαφῶς ἤκουσα, τῷ Κομμόδῳ χαριζομένων. Μέλλων οὖν ἀποθνήσκειν, τοῦτόν τε τοῖς στρατιώταις παρακατέθετο, (οὐ γὰρ ἤθελε δοκεῖν ὑπ' αὐτοῦ θνήσκειν) καὶ τῷ χιλιάρχῳ τὸ σύνθημα αἰτοῦντι ἔφη, Ἄπελθε πρὸς τὸν ἀνατέλλοντα· ἐγὼ γὰρ ἤδη

γὰρ ἤδη δύομαι. Τελευτήσας δὲ, ἄλλα τε πολλὰ εἰς τιμὴν ἔλαβε, καὶ χρυσοῦς ἐς αὐτὸ τὸ συνέδριον ἔστη. Ὁ μὲν οὖν Μάρκος ἄριστα δὴ πάντων τῶν ἐν κράτει τινὶ γενομένων ἄρξας, οὕτω μετήλλαξεν· εἶχε μὲν γὰρ καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς, πλεῖστον δὲ ἐν εὐεργεσίᾳ διῆγεν. ὅθεν που καὶ ναὸν αὐτῆς ἐν τῷ Καπιτωλίῳ ἱδρύσατο, ὀνόματί τινι ἰδιωτάτῳ καὶ μήπω ἀκουσθέντι προσκαλέσας αὐτήν. αὐτὸς μὲν γὰρ ἁπάντων τῶν ἁμαρτημάτων ἀπείχετο· τὰ δὲ δὴ τῶν ἄλλων ἁμαρτήματα, καὶ μάλιστα τὰ τῆς γυναικὸς ἔφερε, καὶ οὔτε ἐπολυπραγμόνει, οὔτε ἐκόλαζε. καὶ εἰ μέν τις χρηστόν τι ἔπραττεν, ἐπῄνει, καὶ ἐχρῆτο εἰς ἐκεῖνο αὐτῷ· τῶν δὲ ἑτέρων οὐ προσεποιεῖτο. καὶ ὅτι οὐ προσποιητῶς ἀλλ' ἐξ ἀρετῆς πάντα ἔπραττε, πρόδηλον. ἔτη γὰρ ὀκτὼ καὶ πεντήκοντα, καὶ μῆνας δέκα, ἡμέρας τε εἴκοσι καὶ δύο ζήσας, κἀν τούτοις τῷ τε πρὶν Ἀντωνίνῳ συχνὸν χρόνον ὑπάρξας, καὶ αὐτὸς ἐννέα καὶ δέκα ἔτη, καὶ ἕνδεκα ἡμέρας αὐταρχήσας, ὅμοιος διὰ πάντων ἐγένετο, καὶ ἐν οὐδενὶ ἠλλοιώθη. οὕτως ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸς ἀνὴρ ἦν, καὶ οὐδὲν προσποιητὸν εἶχε. πάμπολλα μὲν γὰρ καὶ ὑπὸ παιδείας ὠφελήθη, ἔν τε τοῖς ῥητορικοῖς, ἔν τε τοῖς ἐκ φιλοσοφίας λόγοις ἀσκηθείς. τῶν μὲν γὰρ, τόν τε Φρόντωνα τὸν Κορνήλιον καὶ τὸν Ἡρώδην τὸν Κλαύδιον διδασκάλους εἶχε· τῶν δὲ, τόν τε Ῥούστικον τὸν Ἰούνιον, καὶ Ἀπολλώνιον τὸν Νικομηδέα, τοὺς Ζηνωνείους λόγους μελετῶντας. ἀφ' οὗ δὴ παμπληθεῖς φιλοσοφεῖν ἐπλάττοντο, ἵν' ὑπ' αὐτοῦ πλουτίζωνται. πλεῖστον δὲ ὅμως ὑπὸ τῆς φύσεως ἐξήρθη. καὶ γὰρ πρὶν ἐκείνοις ὁμιλῆσαι, ἰσχυρῶς πρὸς ἀρετὴν ὥρμητο. τοῖς τε γὰρ συγγενέσι πᾶσι πολλοῖς καὶ δυνατοῖς πλουσίοις τε οὖσιν, οὕτω τι ἔτι παῖς ὢν ἤρεσεν, ὥσθ' ὑπὸ πάντων [αὐτῶν] ἀγαπηθῆναι· καὶ διὰ τοῦτο ὑπὸ τοῦ Ἀδριανοῦ ὅτι μάλιστα εἰς τὸ γένος ποιηθεὶς, οὐχ ὑπερεφρόνησεν. Ἑλληνικῶν τε καὶ Λατίνων, ῥητορικῶν τε καὶ φιλοσόφων λόγων ἀεὶ διεπίμπλατο. καὶ πρὶν ἢ καῖσαρ ἀποδειχθῆναι, ὄναρ ἔδοξεν ὤμους τε καὶ χεῖρας ἐλεφαντίνους ἔχειν, καὶ αὐταῖς πάντα ὅσα τοῖς ἀνθρώποις χρῆσθαι. Ἐκ δ' οὖν τῆς πολλῆς ἀσχολίας τε καὶ ἀσκήσεως ἀσθενέστατον τὸ σῶμα ἔσχε· καίτοι τοσαύτῃ εὐεξίᾳ ἀπ' ἀρχῆς χρησάμενος, ὥστε καὶ ὁπλομαχεῖν, καὶ σῦς ἀγρίους ἐν θήρᾳ καταβάλλειν ἀπὸ ἵππου. Οὐ μέντοι καὶ ἐπαξίως

enim iam ad Occasum commeo. Mortuus, cum aliis magnis honoribus afficitur, tum vero statuitur aureus in curia. Itaq; Marcus omnium hominum qui vmquam principatũ tenuerunt, optimus, mortuus est. Multis enim virtutibus præditus fuit, sed præsertim beneficentia, cui etiã templum ædificauit in Capitolio, eamq; proprio atque inaudito antea nomine nũcupauit. Nec vero se solum ab omnibus vitiis abstinuit, sed etiam aliorum vitia, & maxime vxoris tulit, dũ ea nec inuestigaret curiosius, nec puniret. Si quis autem rem vtilem faceret, eum collaudabat, eoq; homine ad eam rem vtebatur; cum interim aliena facta numquam sibi vindicaret. Ac Marcum quidem nihil simulate, sed omnia cum virtute egisse, perspicuum esse potest ex eo quod, cum octo & quinquaginta annos, mensesq; decem, ac dies viginti vixerit, in iisque cum Antonino patre diu fuerit cum imperio, ipseq; decem annos & dies vndecim regnauerit, tamen æquabilis in omni vita, nec vlla vmquam in re immutatus fuit. Itaque vere fuit vir bonus; cum in eo nihil fictum, nihil simulatum esset. Magnum ei adiumentum attulerunt bonę artes. nam Rhetoricis & Philosophiæ pręceptis exercitatus fuit; habuitque illorum Cornelium Frontonem, & Claudium Herodem præceptores; horum autem, Iunium Rusticum, & Apollonium Nicomedensem, homines in præceptis Zenonis exercitatos. ex quo factũ est vt magna hominũ multitudo philosophari simulauerit, vt ab eo locupletarentur. Multum vero ei contulit natura. antequam enim cum iis versaretur, magnopere contendebat ad studium virtutis. qua in re propinquis suis, qui multi erant, & potentes & locupletes, ita satisfaciebat puer, vt omnibus maxime carus esset; atque ob eam causam præsertim ab Adriano adoptatus in familiam, nihilo magis insolens fuit. Græco autem & Latino sermone, tum Rhetoricis ac Philosophiæ pręceptis semper imbuebatur. Is ante quam Cęsar designaretur, humeros eburneos manusq; habere in somnis visus est, iisq; ad omnes humanos vsus vti. Sed ex illo vehementi studio atq; exercitatione factum est, vt esset valde infirmo & imbecilli corpore; etsi principio fuerat bona valetudine, ita vt armis certaret, aprosque ex equo in venatione conficeret: sed ea, vt meri-

tum erat ipsius, non successit. Nam homo æger, toto fere tempore principatus in plurimos morbos incidit. Quas ob res eum magis admirari soleo, & quod superfuit alienissimis grauissimisque negotiis, & quod Imperium conseruauit. Id vnum fortunæ eius defuit atque felicitati, quod spe filii, quē optime, quoad eius fieri potuit, educari atque institui curauerat, frustratus est: de quo deinceps dicēdum est. Historia autem ex aureo regno in ferreum (nam ea tum accidit rerū Romanarū mutatio) delabitur.

COMMODVS.

Commodvs nec vafer, nec malitiosus erat; sed præter omnes homines apertus & simplex. Cuius rei causa, tum etiam quod timidus erat, seruiebat iis cum quibus versabatur. a quibus inductus ignorantia meliorum, primo in malam consuetudinem, post in immanem naturam, & mores nefarios desciuit. Erat natus nouem & decē annos, cū pater eius mortuus est, multis ei Senatoribus optimis viris curatoribus relictis; quorum consiliis & admonitionib. multā salutem dixit; factaq; pace cum barbaris, Romā contendit; homo otii & vrbanæ trāquillitatis cupidissimus. Paratæ sunt ei sæpenumero insidiæ a multis: ipse magnum numerum virorum & mulierum partim palam interfecit, partim clam veneno sustulit, & maxime eos omnes fere, qui & patris temporibus, & suis florentes erant; præter Pompeianum, & Pertinacem, & Victorinum. hos enim nescio quibus de causis non interfecit. Hæc autem ego, ceteraq; omnia quæ sequuntur, nō ab aliis tradita, sed a me obseruata notaui. Postquam Romam venit; orationem habuit in Senatu, in eaq; meras nugas dixit. etenim præter cetera posuit in suis laudibus,* quod, cū equitaret aliquādo, patrem ex multo cœno, in quo ceciderat, liberauit. scilicet huius generis erat gloriosa ipsius oratio. Ingrediēti in Amphitheatrū Claudius Pompeianus insidias parauit, atq; in angusto quodam introitu porrecto ei gladio; *Ecce*, inquit, *hunc tibi mittit Senatus*. Hic, cum vxorē duxisset filiam Lucillæ, & cum vtraq; simul rem haberet,

ἑαυτὸν εὐδαιμόνησεν. οὔτε γὰρ ἔρρωτο, καὶ κακοῖς πλείστοις παρὰ πᾶσαν (ὡς εἰπεῖν) τὴν ἡγεμονίαν περιέπεσεν. ἀλλ' ἔγωγε ἐξ αὐτῶν τούτων μᾶλλον αὐτὸν τεθαύμακα, ὅτι ἔν τε ἀλλοκότοις καὶ ἐν ἐξαισίοις πράγμασιν αὐτός τε διεγένετο, καὶ τὴν ἀρχὴν διεσώσατο. ἓν δ' οὖν [τοῦτο] ἐς τὴν οὐκ εὐδαιμονίαν αὐτοῦ συνηνέχθη, ὅτι τὸν υἱὸν καὶ θρέψας καὶ παιδεύσας ὡς οἷόν τε ἦν ἄριστα, πλεῖστον αὐτοῦ ὅσον διήμαρτε· περὶ οὗ ἤδη ῥητέον, ἀπὸ χρυσῆς τε βασιλείας ἐς σιδηρᾶν καὶ *κατιωμένην τῶν τε πραγμάτων τοῖς τότε Ῥωμαίοις, καὶ ἡμῖν νῦν καταπεσούσης τῆς ἱστορίας.

ΚΟΜΜΟΔΟΣ.

Οὗτος, πανοῦργος μὲν οὐκ ἔφυ, ἀλλὰ * καί τις ἀνθρώπων ἄκακος· ὑπὸ δὲ δὴ τῆς πολλῆς ἁπλότητος καὶ δειλίας ἐδούλευσε τοῖς συνοῦσι· καὶ ὑπ' αὐτῶν, ἀγνοίᾳ δὲ πρῶτον τοῦ κρείττονος ἁμαρτὼν, ἐς ἔθος, κἀκ τούτου ἐς φύσιν ἀσελγῆ καὶ μιαιφόνον προήχθη. ἦν δὲ ἐννεακαιδεκέτης ὅτε μετήλλαξεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ, πολλοὺς αὐτῷ καὶ τοὺς κρατίστους τῶν βουλευτῶν ἐπιτρόπους καταλιπών· ὧν ὁ Κόμμοδος τὰς ὑποθήκας καὶ συμβουλίας χαίρειν εἰπὼν, καὶ τοῖς βαρβάροις σπεισάμενος, εἰς τὴν Ῥώμην ἠπείχθη, μισόπονός τε ὢν καὶ τῆς ἀστικῆς ῥᾳστώνης ἐπιθυμῶν. καὶ ἐπεβουλεύθη μὲν πολλάκις ὑπό τινων, πλείστους δὲ ἐφόνευσε καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας, τοὺς μὲν φανερῶς, τοὺς δὲ λάθρα φαρμάκοις· καὶ (ὡς εἰπεῖν) πάντας τοὺς ἐπὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ καὶ ἐπ' αὐτοῦ ἐκείνου ἀνθήσαντας, πλὴν τοῦ τε Πομπηιανοῦ καὶ τοῦ Περτίνακος καὶ τοῦ Βικτωρίνου. τούτους γὰρ οὐκ οἶδ' ὅπως οὐκ ἀπέκτεινε. λέγω δὲ ταῦτά τε καὶ τὰ λοιπὰ οὐκ ἐξ ἀλλοτρίας ἔτι παραδόσεως, ἀλλ' ἐξ οἰκείας ἤδη τηρήσεως. Ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ πρὸς τὴν γερουσίαν διαλεχθεὶς, ἄλλα τέ τινα ἀπελήρησε, καί τι καὶ τοιοῦτον ἐν τοῖς αὐτοῦ ἐπαίνοις εἶπεν, ὅτι τὸν πατέρα ποτὲ ἐς πηλὸν βαθὺν ἐμπεσόντα ἱππεύων ἐρρύσατο. τοιαῦτα μὲν τὰ σεμνολογήματα αὐτοῦ ἦν. Εἰσιόντι δὲ αὐτῷ ἐς τὸ θέατρον τὸ κυνηγετικὸν Κλαύδιος Πομπηιανὸς ἐπεβούλευσε. ξίφος γάρ τι ἐν αὐτῇ τῇ τῆς εἰσόδου στενοχωρίᾳ ἀνατείνας, Ἰδοὺ, ἔφη, τοῦτό σοι ἡ βουλὴ [οὐ] πέπομφεν. οὗτος ἐγεγάμει μὲν τὴν θυγατέρα Λυκίλλης, ἐχρῆτο δὲ καὶ αὐτῇ ταύτῃ, καὶ τῇ τῆς κόρης μητρί· καὶ διὰ ταῦτα

τοῦ Κομ-

τῷ Κομμόδῳ ᾠκείωτο, ὡς καὶ συνεστιᾶσθαι καὶ συννεανιεύεσθαι αὐτῷ. ἡ γὰρ Λουκίλλα οὐδὲν ἐπιεικεστέρα οὐδὲ σωφρονεστέρα τοῦ ἀδελφοῦ Κομμόδου ὑπάρχουσα, ἤχθετο μὲν τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς τῷ Πομπηιανῷ· ὅθεν καὶ ἀνέπεισε τὸν εἰρημένον ἐπιθέσθαι τῷ Κομμόδῳ, καὶ αὐτόν τε ἀπώλεσε, καὶ αὐτὴ φωραθεῖσα ἐτιμωρήθη. ἀπέκτεινε δὲ καὶ τὴν Κρισπῖναν ὁ Κόμμοδος, ἐπὶ μοιχείᾳ δή τινι ὀργισθεὶς αὐτῇ. πρὸ δὲ τοῦ ἀναιρεθῆναι, καὶ ἀμφότεραι ἐς τὴν νῆσον τὴν Καπρίαν ὑπερωρίσθησαν. Μαρκία δέ τις Κουαδράτου τῶν τότε φονευθέντων ἑνὸς παλλακὴ, καὶ Ἔκλεκτος πρόκοιτος, ὁ μὲν καὶ τοῦ Κομμόδου πρόκοιτος, ἡ δὲ, παλλακὴ ἐγένετο, καὶ τοῦ Ἐκλέκτου μετὰ ταῦτα γυνή· καὶ ἐπεῖδε δὲ καὶ ἐκείνους βιαίως ἀποθνήσκοντας. ἱστορεῖται δὲ αὐτὴ πολλά τε ὑπὲρ τῶν Χριστιανῶν σπουδάσαι, καὶ πολλὰ αὐτοὺς εὐηργετηκέναι, ἅτε καὶ παρὰ τῷ Κομμόδῳ πᾶν δυναμένη. ἀπέκτεινε δὲ ὁ Κόμμοδος καὶ Ἰουλιανὸν τὸν Σερούιον, καὶ τὸν Πάτερνον, καίτοι δυνηθέντας ἄν, εἴπερ ἠθελήκεσαν, ῥᾳδίως αὐτὸν καταλῦσαι. ὁ μὲν γὰρ, ἐλλογιμώτατος ὢν, καὶ στρατιᾷ μεγάλῃ ἐπετέτακτο, Πάτερνος δὲ τῶν δορυφόρων ἦρχεν. ἐφόνευσε δὲ καὶ τοὺς *Κυιντιλίους τόν τε *Καρδιανὸν καὶ τὸν Μάξιμον. μεγάλην γὰρ εἶχον δόξαν ἐπὶ παιδείᾳ καὶ ἐπὶ στρατηγίᾳ καὶ ὁμοφροσύνῃ καὶ πλούτῳ. ἐκ γὰρ δὴ τῶν προσόντων σφίσιν ὑπωπτεύοντο καλῶν, εἰ καὶ μηδὲν νεώτερον ἐνενόουν, ἄχθεσθαι τοῖς παροῦσι. καὶ οὕτως αὐτοὶ, ὥσπερ ἔζησαν ἅμα, οὕτω καὶ ἀπέθανον μεθ' ἑνὸς τέκνου. διαπρεπέστατα γὰρ τῶν πώποτε ἐφίλησαν ἀλλήλους, καὶ οὐκ ἔστιν ὅτε οὐδὲ ἐν ταῖς ἀρχαῖς διεχωρίσθησαν. ἐγένοντο δὲ καὶ πολυκτήμονες καὶ παμπλούσιοι, καὶ ἦρχον ὁμοῦ καὶ παρήδρευον ἀλλήλοις. Κονδιανὸς δὲ Σέξτος ὁ τοῦ Μαξίμου υἱὸς, φύσει τε καὶ παιδείᾳ τῶν ἄλλων διαφέρων, ἐπειδὴ ᾔσθετο καὶ τῆς ἐς αὐτὸν φερούσης θανατηφόρου ψήφου, (διέτριβε δὲ ἐν Συρίᾳ) αἷμα λαγὼ ἔπιε, καὶ μετὰ τοῦτ' ἐπί τε ἵππον ἀνέβη, καὶ κατέπεσεν ἀπ' αὐτοῦ ἐπίτηδες· τό τε αἷμα ἤμεσεν ὡς ἴδιον, καὶ ἀρθεὶς ὡς καὶ παραχρῆμα τελευτήσων ἐς οἴκημα ἐκομίσθη· καὶ αὐτὸς μὲν ἀφανὴς ἐγένετο, κριοῦ δὲ σῶμα ἐς λάρνακα ἀντ' αὐτοῦ ἐμβληθὲν, ἐκαύθη. καὶ ἐκ τούτου ὁ μὲν ἀμείβων ἀεὶ τὸ σχῆμα καὶ τὴν ἐσθῆτα, ἄλλοτε ἄλλῃ ἐπλανᾶτο. διαδοθέντος δὲ τοῦ λόγου τούτου, (οὐ γὰρ οἷόν τε ἐστὶ τὰ τηλικαῦτα ἐπὶ πολὺν χρόνον λανθάνειν) ζήτησις αὐτοῦ μεγάλη πανταχοῦ ὁμοίως ἐγένετο· καὶ πολλοὶ μὲν ἀντ'

Commodo ita familiaris erat, vt vna epularentur, & iuuẽtutem vna transigerent. Lucilla vero, fœmina nihilo melior aut continentior quam Commodus frater, Pompeiano viro suo infensa persuasit, vt Commodo insidias faceret: eumq; ita perdidit: mox tamẽ & ipsa patefacto scelere interfecta est. Crispinam quoq; Commodus iratus adulterii causa occidit. Harum vtraque antè Capreas relegata fuerat.* Occisa fuit etiã Marcia Quadrati, vnius ex iis qui tunc interfecti sunt, pellex; & Electus cubicularius Commodi, quo officio Quadratus quoque fungebatur; cuius Commodi hæc pellex primo, post Electi vxor fuit; quorum vtrumque postea morte acerba affecit. Hanc Christianorum studiosam fuisse, &, quod esset apud Commodum magnę auctoritatis, multa in eos beneficia contulisse, memoriæ proditum est. Occidit præterea Commodus Seruium Iulianum, & Paternum; a quibus, si quidem voluissent ipsi, facile poterat occidi; quod ille, cum esset vir clarissimus, præerat magno exercitui; hic, prætorio præfectus erat. Insuper occidi iussit *Cardianum & Maximum Quintilios, qui & doctrina & scientia rei militaris, concordiaque & opibus percelebres erant. Hi enim, etsi nihil moliebantur noui, tamen existimabantur, propter multitudinem bonorum quę habebant, statum rerum qui tum erat, dolere: vtque vna vixerant semper, ita simul cum vno filio mortui sunt. Fuere enim maximo amore coniuncti inter se, neque *dissensere vnquam in gerendis magistratibus, . copiosi plane & locupletes: cumque simul magistratus gererent, sibi vicissim assidebant. Sextus vero Condianus Maximi filius, qui ingenio & eruditione pręstabat ceteris, vt intellexit se quoq; condemnatum iri, (is erat in Syria) poto leporis sanguine, equum conscendit; ex eoque paulo post cecidit consulto, & sanguinem quem biberat, euomere pro suo cœpit: mox erectus a suis, quasi esset statim moriturus, domũ allatus * delituit: tum arietes pro eius corpore in arcam coniectus combustusq; est. Ipse ex eo tempore vario semper habitu, mutataque veste, huc & illuc vagari cœpit. Hac de re cum essent rumores sparsi, (nec enim ea quæ sunt huius generis diu latêre possunt) vbique gentium diligenter perquiritur, multique pro

eo partim propter similitudinē, partim quod conscii esse, eumque recepisse putabātur, supplicio affecti sunt: multo vero plures, qui fortassis eum ne viderāt quidem vmquam, priuati sunt facultatibus: ipse quidem an vere occisus fuerit, (multa enim capita pro eius capite Romā allata sunt) an effugerit, constat nemini. Fuit qui post mortem Commodi Sextum se esse diceret, ac proinde recuperare facultates eius & dignitatem niteretur. Qui quamquam sæpe, cum examinaretur a multis, scite respondebat, tamen postquam eum Pertinax Græce, cuius linguæ ille peritus fuerat, interrogauit, *errauit maxime, dū non posset intelligere id quod a Pertinace quæreretur.* idq; ego præsens audiui. Est autem Malli, quod est oppidum Ciliciæ, oraculum Apollinis, & somniorum interpretatio; vbi Apollo Sexto respōsum dedit, & pictura, quid futurū esset, significauit. Pictus erat in tabella puer, a quo duo serpentes suffocabantur: itemque leo hinnulum persequens. Quam rem ego, cum essem in Cilicia cum patre, qui ei prouinciæ præerat, non potui coniicere, ante quam fratres a Commodo, qui Herculem postea imitatus est, quodammodo suffocatos esse intelligerem; vt Herculem infantem adhuc, memoriæ proditum est serpentes a Iunone immissos suffocasse: (Quintilii enim strāgulati sunt) iamque Sextum fugere, eumque potentiorem Cōmodum persequi cœpisse. Equidem cōfunderem & perturbarem historiam, si scriberem accurate de singulis, quos ille adductus nō solum falsa calumnia, & suspicione non vera, verum etiam propter opes maximas, nobilitatemque generis, & excellentem præstantiam doctrinæ, atq; ob alias virtutes interfecit. Fuere Commodo quædā bella cum barbaris qui vltra Daciam incolunt; ex quibus Albinus & Niger, qui postea bellū gesserunt cum Seuero Imperatore, magnam gloriā consecuti sunt. Sed bellum Britannicum omnium longe maximū fuit. Quamobrem cum Britāni essent eum murum trāsgressi, qui inter ipsos & Romanorum castra intercedit, vastassentq; multa, Romano duce, & militib. quos secum habebat, cæsis; Commodus timore perterritus, contra eos Vlpium Marcellum misit. is erat homo modestus & frugi. nam quod ad cibum ceteraque pertinet, viuebat more ceterorum

αὐτοῦ δὲ ὁμοιότητα, πολλοὶ δὲ ὡς καὶ συνεγνωκότες τι αὐτῷ, ἢ καὶ ὑποδεδεγμένοι πη αὐτὸν, ἐκολάσθησαν· ἔτι δὲ πλείους οὐδὲ ἑωρακότες ποτὲ ἴσως αὐτὸν, τὴν οὐσίαν ἐστερήθησαν. καὶ ὁ μὲν εἴτε ὄντως ἐσφάγη, (πλεῖσται γὰρ κεφαλαὶ, ὡς ἐκείνου οὖσαι, ἐς τὴν Ῥώμην ἐκομίσθησαν) εἴτε καὶ ἀπέφυγεν, οὐδεὶς οἶδεν. ἕτερος δέ τις ἐτόλμησεν μετὰ τὸν τοῦ Κομμόδου θάνατον Σέξτος τε εἶναι φῆσαι, καὶ πρὸς ἀνάληψιν τοῦ τε πλούτου καὶ τοῦ ἀξιώματος αὐτοῦ ὁρμῆσαι· καὶ πολλά γε ὑπὸ πολλῶν ἀνακριθεὶς, ἐκομψεύσατο· ὡς μέντοι καὶ ἑλληνικῶς τι αὐτὸν ὁ Περτίναξ, ὧν ἐκεῖνος διεπεφύκει, ἀνήρετο, πλεῖστον ἐσφάλη, μηδὲ συνεῖναι τὸ λεγόμενον δυνηθείς. τοῦτό τε οὖν αὐτὸς ἤκουσα παρὼν, καὶ ἕτερον τοιόνδε [εἶδον.] ἔστιν ἐν Μαλλῷ πόλει τῆς Κιλικίας Ἀμφιλόχου χρηστήριον, καὶ χρᾷ δι' ὀνειράτων· ἔχρησεν οὖν καὶ τῷ Σέξτῳ ὁ διὰ γραφῆς ἐκεῖνος ἐδήλωσε. παιδίον γὰρ τῷ πίνακι ἐνεγέγραπτο δύο δράκοντας ἀποπνῖγον, καὶ λέων νεβρὸν διώκων. οὐδ' ἐγὼ αὐτὰς συμβαλεῖν, τῷ πατρὶ συνὼν ἄρχοντι τῆς Κιλικίας, πρὶν πυθέσθαι τούς τε ἀδελφοὺς ὑπὸ τοῦ Κομμόδου, ὃς μετὰ ταῦτα τὸν Ἡρακλέα ἐζήλωσε, τρόπον τινὰ πνιγέντας, ὥσπερ καὶ ὁ Ἡρακλῆς ἔτι νήπιος ὢν ἱστόρηται τοὺς ὑπὸ τῆς Ἥρας ἐπιπεμφθέντας αὐτῷ δράκοντας ἀποπνῖξαι, (καὶ γὰρ οἱ Κυϊντίλιοι ἀπηγχονίσθησαν.) καὶ τὸν Σέξτον φεύγοντα καὶ διωκόμενον ὑπὸ τοῦ κρείττονος. πάμπολυν ἂν ὄχλον τῇ συγγραφῇ παράσχοιμι, εἰ ἀκριβῶς καθ' ἕκαστον τοὺς θανατωθέντας ὑπ' αὐτοῦ γράφοιμι, ὁπόσους ἐκεῖνος ἢ διὰ συκοφαντίας ψευδεῖς, ἢ δι' ὑποψίας οὐκ ἀληθεῖς, ἢ διὰ πλοῦτον λαμπρὸν, ἢ διὰ γένος δόκιμον, ἢ διὰ παιδείας ὑπεροχὴν, ἢ δι' ἄλλην τινὰ ἀρετὴν διεχρήσατο. Ἐγένοντο δὲ καὶ πόλεμοί τινες αὐτῷ πρὸς τοὺς ὑπὲρ τὴν Δακίαν βαρβάρους· ἐν οἷς ὅ τε Ἀλβῖνος καὶ ὁ Νίγρος, οἱ τῷ αὐτοκράτορι Σεβήρῳ μετὰ ταῦτα ἀντιπολεμήσαντες, εὐδοκίμησαν· μέγιστος δὲ ὁ Βρεττανικός· τῶν γὰρ ἐν τῇ νήσῳ ἐθνῶν ὑπερβεβηκότων τὸ τεῖχος τὸ διεῖργον αὐτούς τε καὶ τὰ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδα, καὶ πολλὰ κακουργούντων, στρατηγόν τε τινὰ μετὰ τῶν στρατιωτῶν οὓς εἶχε κατακοψάντων, φοβηθεὶς ὁ Κόμμοδος, Μάρκελλον Οὔλπιον ἐπ' αὐτοὺς ἔπεμψεν. οὗτος δὲ ὁ ἀνὴρ, μέτριος καὶ εὐτελὴς ὢν, στρατιωτικῶς τε ἀεὶ καὶ περὶ τὴν τροφὴν καὶ περὶ

τἆλλα

τἆλλα ζῷα, ὅτε ἐπολέμει, ὑψηλόφρων καὶ φρονηματώδης ἐγίγνετο, χρημάτων τε διαφανῶς ἀδωρότατος ἦν, οὐ μὴν καὶ ἡδὺς τὸ ἦθος ἢ φιλάνθρωπος. ἀϋπνότατος δὲ τῶν στρατηγῶν γενόμενος, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς συνόντας αὐτῷ *ἐγρηγορέναι βουλόμενος, δώδεκα *γραμματεῖα, οἷά γε ἐκ φιλύρας ποιεῖται, καθ᾽ ἑκάστην ἑσπέραν *συνέγραφε, καὶ προσέταττέ τινι ἄλλο ἄλλῃ ὥρᾳ κομίζειν τισίν, ἵν᾽ ἐγρηγορέναι τὸν στρατηγὸν ἀεὶ νομίζοντες, μηδὲ αὐτοὶ ἀδεῶς καθεύδοιεν. ἦν μὲν γὰρ καὶ ἄλλως ὑπνομαχεῖν πεφυκώς, ἐπὶ πλέον δὲ *τοῦτο ἐκ τῆς ἀσιτίας ἠσκήκει. ὅπως γὰρ μηδὲ τῶν ἄρτων διαπίμπλαται, ἐκ τῆς Ῥώμης αὐτοὺς μετεπέμπετο, ἵν᾽ ὑπὸ τῆς παλαιότητος αὐτῶν, μὴ δύνηται μηδὲ μικρὰ πλέον τοῦ πάνυ ἀναγκαίου φαγεῖν. Μάρκελλος μὲν δὴ τοιοῦτος ὤν, τούς τε βαρβάρους τοὺς ἐν Βρεττανίᾳ δεινῶς ἐκάκωσε· καὶ μικροῦ δεῖν ὑπὸ τοῦ Κομμόδου μετὰ ταῦτα διὰ τὴν ἰδίαν ἀρετὴν ἀποθανεῖν μελλήσας, ὅμως ἀφείθη. Περέννιον δὲ τῶν δορυφόρων μετὰ τὸν Πάτερνον ἄρχοντα, συνέβη διὰ τοὺς στρατιώτας στασιάσαντας ἀναιρεθῆναι. τοῦ γὰρ Κομμόδου ἁρματηλασίαις καὶ ἀσελγείαις ἐκδεδωκότος ἑαυτόν, καὶ τῶν τῇ ἀρχῇ προσηκόντων οὐδὲν (ὡς εἰπεῖν) πράττοντος, ὁ Περέννιος ἠναγκάζετο οὐχ ὅτι τὰ στρατιωτικά, ἀλλὰ καὶ τἆλλα διὰ χειρὸς ἔχειν, καὶ τοῦ κοινοῦ προεστάναι. οἱ οὖν στρατιῶται, ὁπότε τι σφίσι μὴ καταθύμιον *ἀπαντήσαι, τὴν αἰτίαν ἐπὶ τὸν Περέννιον ἀναφέροντες, ἐμήνιον αὐτῷ. καὶ οἱ ἐν Βρεττανίᾳ τοίνυν ὑπάρχοντες, ἐπειδή τι ἐπετιμήθησαν ἐφ᾽ οἷς ἐστασίαζον, (οὐ γὰρ πρὶν ἡσύχασαν ἢ αὐτοὺς τὸν Περτίνακα παῦσαι) χιλίους καὶ πεντακοσίους ἀκοντιστὰς ἀπὸ σφῶν ἀπολέξαντες, ἐς τὴν Ἰταλίαν ἔπεμψαν· ὧν μηδενὸς κωλύοντος τῇ Ῥώμῃ πλησιασάντων, ὁ Κόμμοδος ἀπήντησέ τε αὐτοῖς καὶ ἐπύθετο, Τί ταῦτα ὦ *συστρατιῶται; τί βουλόμενοι πάρεστε; εἰπόντων δ᾽ αὐτῶν, Ἥκομεν· Περέννιος γάρ σοι ἐπιβουλεύει, ἵνα αὐτοκράτορα τὸν υἱὸν ἀποδείξῃ· ἐπείσθη τε αὐτοῖς, ἄλλως τε καὶ τοῦ Κλεάνδρου ἐνάγοντος, (ὃς κωλυόμενος ὑπὸ τοῦ Περεννίου ποιεῖν ὅσα ἠβούλετο, δεινῶς αὐτὸν ἐμίσει) καὶ ἐξέδωκε τὸν *ὕπαρχον τοῖς στρατιώταις ὧν ἦρχεν· οὐδὲ ἐτόλμησε *καταφρονῆσαι χιλίους καὶ πεντακοσίους, πολλαπλασίους αὐτῶν δορυφόρους ἔχων. καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον καὶ ᾐκίσαντο καὶ κατέκοψαν· καὶ

militum; eratque fortis ac magnanimus, quoties bella gereret: pecunia quidem certe non corrūpebatur: minime tamen lenis aut humanus erat. Dux fuit omnium vigilantissimus: cumq; vellet ceteros qui cum ipso erant, vigilantes esse, duodecim tabulas, quales ex tilia fieri solēt, quotidie perscribebat vesperi, mandabatque vni ex suis, vt alias aliis atq; aliis horis perferret ad diuersos milites: quo imperatorem suum vigilare semper rati, ipsi minus dormirent. Et quamquam somno alioqui resisteret natura, tamen quo magis id facere posset, inedia perfecerat. nam vt ne pane repleretur, eum Roma ad se iubebat exportari, ne paulo plus quam esset necesse, posset propter vetustatem comedere. Igitur Marcellus tali ingenio præditus, maximis atque grauissimis damnis barbaros affecit. quo facto, quamquam parum abfuit quin virtutis ipsius ergo Commodus eum necaret, tamen ipsum dimisit. Perenni vero, qui post Paternum præfuit prętorianis cohortibus, accidit vt propter seditionem militum necaretur. Cum enim Commodus se studio agitandorum curruum, & libidinibus cuiusuis generis dedidisset, nec quidquam fere ageret eorū quę ad principatum spectarent: Perenni nō solum cura militum, sed etiam reliquorum omnium esse cœpit, & maxime publicę vtilitatis. Sed milites, quoties eis aliquid ex sententia parum eueniret, coniecta in Perennem culpa, eidem grauiter irascebantur. Idem fecere hi qui erant in Britānia: ob iurgati quod seditionē fecissent: (ii ante sedati non sunt, quam eos Pertinax placauerit) miserunt enim in Italiam mille quingentos milites delectos ex ipsorum numero: quibus, cum a nemine prohibiti iam Romam aduentarent, occurrit Commodus, eosque ita interrogauit, *Quid hoc rei est, commilitones? quamobrem venistis?* Illi respondere: *Propterea*, inquiunt, *quod Perennis tibi insidias parat, vt filium suū Imperatorem designet.* Quod vbi Commodus credidisset facile, instante potissimū Cleandro, qui Perēnem grauiter oderat, a quo omnia agere pro libidine vetabatur, præfectum prætorio militibus, quibus ipse præerat, dedidit: nec est ausus mille quingentos milites contemnere, cum ipse multo plures prætorianos haberet. Illi Perennem cæsum verberibus obtruncant; eius-

demque vxorem ac sororem cum filiis duobus interficiunt. Ita Perennis occisus est, indignus eo genere mortis, tum sua, tũ Romani Imperii causa: nisi quod, vt præesset solus prætorianis militibus, Paterno collegæ auctor interitus fuerat: cũ alioqui numquam incũberet ad opes & gloriam, sed continẽtissimus ac modestissimus esset, tutumq; Imperium Commodi præstaret. Hoc mortuo, Cęsariani, quorum Cleander princeps fuit, nullum sceleris genus omittere, omnia incẽdere, iniuria omnes afficere, vexareque contumeliis cœperunt: cum interim Commodus indulgeret voluptatibus, equorum studiosus esset, pugnas hominum ferarumque committeret. Nam præter ea quæ faciebat domi, magnum numerum hominum & belluarum publice sæpe interfecit. Quinque enim equos fluuiatiles simul, ac duos elephantos variis diebus solus ipse suis manibus confecit: præterea rhinocerotes & camelopardalim occidit. Sed de his studiis Commodi hactenus. Mortuo autem Victorino, qui fuerat præfectus vrbis, statua posita est: etsi eum Commodus sæpenumero interficere voluerat. Quod cum differret vereretur que facere, (nam Victorinus sua tempestate virtute animi & sermonis elegantia nemini secundus erat) ipse ad Perennem accessit, aitque, *Audio, iam esse a vobis constitutum me interficere. quid igitur cunctamini? aut quid præterea, cum id vobis hodierno die facere liceat, exspectandum putatis?* Hic, cum aliquando præesset Germaniæ, conatus est domi remotis arbitris persuadere legato suo, ne se pecunia corrumpi sineret: cumque ille non pareret, in tribunal conscendit, iurauitq; in eo, se numquam accepisse munera, neque, quamdiu viueret, accepturum: mox præcepit illi, vt se eodem iureiurando obstringeret: cumque legatus peierare nollet, iussit vt se abdicaret magistratu. Victorinus quidem tali ingenio præditus erat.

Cleander autem, cuius post mortem Perẽnis magna fuit auctoritas, seruus inter seruos venumdatus, vna cũ iis, vt baiulus esset; Romam deductus est. Progrediente vero tempore vsque adeo est auctus, vt cubicularius Commodi factus sit, pellicemque eius Damostratiam vxorem duxerit, & præter alios multos Saoterum Nicomediensem, qui ante ipsum eundem honorem habuerat, interfecerit; quan quam

ἡ γυνὴ αὐτοῦ καὶ ἡ ἀδελφὴ καὶ υἱεῖς δύο προσδιεφθάρησαν. ὁ μὲν οὕτως ἐσφάγη, ἥκιστα δὲ τοῦτο παθεῖν καὶ δι' ἑαυτὸν καὶ διὰ τὴν πᾶσαν τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν ὀφείλων, πλὴν καθ' ὅσον διὰ τὴν φιλαρχίαν αἰτιώτατος τῷ Πατέρνῳ τῷ συνάρχοντι τοῦ ὀλέθρου ἐγένετο. ἰδίᾳ μὲν γὰρ οὐδενὶ πώποτε οὔτε πρὸς δόξαν οὔτε πρὸς πλοῦτον περιεβάλετο, ἀλλὰ καὶ ἀδωρότατα καὶ σωφρονέστατα διῆγε. τοῦ δὲ Κομμόδου καὶ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ πᾶσαν ἀσφάλειαν ἐποιεῖτο. Καὶ οἱ καισάρειοι, τούτου ἀπαλλαγέντος, (ὧν δὲ αὐτῶν κορυφαῖος ὁ Κλέανδρος) οὐδὲν ὅ τι κακὸν οὐκ ἔδρων, πωλοῦντες πάντα, ὑβρίζοντες, ἀσελγαίνοντες. Κόμμοδος δὲ τὸ πλεῖστον τοῦ βίου περί τε τὰς ῥαστώνας καὶ τοὺς ἵππους, περί τε τὰς μάχας τῶν τε θηρίων καὶ τῶν ἀνδρῶν εἶχεν. ἄνευ γὰρ ὧν οἴκοι ἔδρα, πολλοὺς μὲν ἄνδρας ἐν τῷ δημοσίῳ, πολλὰ δὲ καὶ θηρία πολλάκις ἔφθειρε· καὶ πέντε γοῦν ἵππους ποταμίους ἅμα, καὶ δύο ἐλέφαντας ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ ἡμέρᾳ χωρὶς αὐτὸς τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ κατεχρήσατο· καὶ προσέτι καὶ ῥινοκέρωτας ἀπέκτεινε, καὶ καμηλοπάρδαλιν. Ταῦτα μέν μοι κατὰ παντὸς τοῦ περὶ αὐτὸν λόγου γέγραπται. Βικτωρίνῳ δὲ τῷ πολιαρχήσαντι τελευτήσαντι ἀνδριὰς ἐδόθη. οὗτος, βουλομένου πολλάκις ἀνελεῖν αὐτὸν τοῦ Κομμόδου, ἀναβαλλομένου δὲ καὶ ὀκνοῦντος τὴν πρᾶξιν, (ὁ γὰρ Βικτωρῖνος τῇ τε τῆς ψυχῆς ἀρετῇ καὶ τῇ τῶν λόγων παρασκευῇ οὐδενὸς τῶν καθ' ἑαυτὸν δεύτερος ἐγένετο) προσελθὼν τῷ Περεννίῳ ποτέ, Ἀκούω, ἔφη, ὅτι με ἀποκτεῖναι ἐθέλετε· τί οὖν μέλλετε; τί δὲ ἀναβάλλεσθε, ἐξὸν ὑμῖν ἤδη καὶ τήμερον αὐτὸ δρᾶσαι; τῆς δὲ Γερμανίας ποτὲ ἄρχων, τὸ μὲν πρῶτον οἴκοι καθ' ἑαυτὸν ἐπειράθη τὸν ὑποστράτηγον πεῖσαι μὴ δωροδοκεῖν· ἐπεὶ δ' οὐκ εἰσήκουεν αὐτοῦ, ἀνέβη τε ἐπὶ τὸ βῆμα, καὶ ὤμοσε μήτ' εἰληφέναι δῶρά ποτε, μήτε λήψεσθαι· ἔπειτα καὶ ἐκεῖνον ὀμόσαι ἐκέλευσεν. ὡς δ' οὐκ ἠθέλησεν ἐπιορκῆσαι, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀπαλλαγῆναι τῆς ἀρχῆς. Τοιοῦτος μέν τις ὁ Βικτωρῖνος ἦν. ὁ δὲ δὴ Κλέανδρος, ὁ μετὰ τὸν Περέννιον μέγιστον δυνηθείς, καὶ ἐπράθη μετὰ τῶν ὁμοδούλων, μεθ' ὧν καὶ ἀχθοφορήσων ἐς τὴν Ῥώμην ἐκεκόμιστο. χρόνου δὲ προϊόντος οὕτως ηὐξήθη, ὥστε καὶ τοῦ Κομμόδου προκοιτῆσαι, τήν τε παλλακίδα αὐτοῦ Δαμοστρατίαν γῆμαι, καὶ τὸν Σαώτερον τὸν Νικομηδέα τὸν πρὸ αὐτοῦ τὴν τιμὴν ἔχοντα ταύτην, ἀποκτεῖναι πρὸς πολλοῖς καὶ ἄλλοις· καίτοι

καὶ ἐκεῖ-

καὶ ἐκεῖνος μέγιστον ἠδυνήθη, καὶ διὰ τοῦτο καὶ οἱ Νικομηδεῖς καὶ ἀγῶνα ἄγειν, καὶ νεὼν τοῦ Κομμόδου ποιήσασθαι παρὰ τῆς βουλῆς ἔλαβον. ὁ γοῦν Κλέανδρος μέγας ὑπὸ τῆς τύχης ἀρθεὶς, καὶ ἐχειρίσατο καὶ ἐπώλησε βουλείας, στρατείας, ἐπιτροπείας, ἡγεμονίας, πάντα πράγματα. καὶ ἤδη τινὲς πάντα τὰ ὑπάρχοντα σφίσιν ἀναλώσαντες, βουλευταὶ ἐγένοντο· ὥστε καὶ λεχθῆναι ἐπὶ Ἰουλίου Σόλωνος ἀνδρὸς ἀφανεστάτου, ὅτι εἰς τὸ συνέδριον, τῆς οὐσίας στερηθεὶς, ἐξωρίσθη. ταῦτά τε ὁ Κλέανδρος ἐποίει, καὶ ὑπάτους ἐς *ἐνιαυτὸν πέντε καὶ εἴκοσιν ἀπέδειξεν· ὃ μὴ πρότερόν ποτε μήθ' ὕστερον ἐγένετο. καὶ ἐν αὐτοῖς καὶ Σεβῆρος ὁ μετὰ ταῦτα αὐταρχήσας, ὑπάτευσεν. ἠργυρολόγει μὲν οὖν πανταχόθεν, καὶ ἐκτήσατο πλεῖστα τῶν πώποτε ὀνομασθέντων προκοίτων, καὶ ἀπ' αὐτῶν πολλὰ μὲν τῷ Κομμόδῳ ταῖς τε παλλακαῖς αὐτοῦ ἐδίδου, πολλὰ δὲ καὶ ἐς οἰκίας, καὶ ἐς βαλανεῖα, ἄλλα τε τινὰ χρήσιμα καὶ ἰδιώταις καὶ πόλεσιν, ἐδαπάνα. Οὗτος οὖν ὁ Κλέανδρος εἰς τοσοῦτον ὄγκον ἀρθεὶς, ἔπεσε καὶ αὐτὸς ἐξαίφνης, καὶ ἀπώλετο μετ' ἀτιμίας. ἀπέκτειναν δὲ αὐτὸν οὐχ οἱ στρατιῶται, ὥσπερ τὸν Περέννιον, ἀλλ' ὁ δῆμος. ἐγένετο μὲν γὰρ καὶ ἄλλως ἰσχυρὰ σιτοδεία, ἐπὶ πλεῖστον δ' αὐτὴν Παπίριος Διονύσιος ἐπὶ τοῦ σίτου τεταγμένος ἐπηύξησεν, ἵν' ὡς αἰτιώτατον αὐτῆς τὸν Κλέανδρον ἀπὸ τῶν κλεμμάτων ὄντα, καὶ μισήσωσιν οἱ Ῥωμαῖοι καὶ διαφθείρωσι. καὶ ἔσχεν οὕτως. ἱπποδρομία τις ἦν· μελλόντων δὲ τὸ ἕβδομον τῶν ἵππων* ἀγωνίσασθαι, πλῆθός τι παιδίων εἰς τὸν ἱππόδρομον εἰσέδραμε, καὶ αὐτῶν παρθένος τις μεγάλη καὶ βλοσυρὰ ἡγεῖτο, ἣν δαίμονα ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα συμβάντων ἐνόμισαν γεγονέναι. τά τε γὰρ παιδία συνεβόησαν πολλὰ καὶ δεινὰ, καὶ ὁ δῆμος παραλαβὼν αὐτὰ, οὐδὲν ὅ τι οὐκ ἐξέκραγε· καὶ τέλος καταπηδήσας, ὥρμησε πρὸς τὸν Κόμμοδον, ἐν τῷ Κυιντιλίῳ *ἀστείῳ ὄντα, πολλὰ μὲν ἐκείνῳ κἀγαθὰ ἐπευχόμενος, πολλὰ δὲ καὶ κατὰ τοῦ Κλεάνδρου καταρώμενος. καὶ ὃς, στρατιώτας τινὰς ἐπ' αὐτοὺς ἔπεμψε, καὶ ἔτρωσάν τινας καὶ ἀπέκτειναν. οὐ μέντοι καὶ ἀνείρχθη διὰ τοῦτο ὁ δῆμος, ἀλλὰ τῷ τε πλήθει σφῶν καὶ τῇ τῶν δορυφόρων ἰσχύι θαρρήσας,* ἔτι μᾶλλον ἠπείχθη. πλησιαζόντων δὲ αὐτῶν τῷ Κομμόδῳ, καὶ μηδενός σφισι μηνύοντος τὸ γιγνόμενον, Μαρκία ἐκείνη ἡ τοῦ Κυαδράτου,

& ille potentissimus erat, & per eundem Nicomedienses impetrauerant a Senatu, vt certamina celebrarent, templumque Commodo facerent. Hunc Cleandrum fortuna ita euexerat, vt suo arbitratu dignitatem Senatoriam daret, nec eam solum haberet venalem, sed etiam officia militaria, procurationes, imperia, ac postremo res omnes. Iamq; multi cōsumptis omnib. suis facultatibus cooptabantur in ordinem Senatoriū: ita vt dictū sit de Iulio Solone homine ignobili, eū spoliatum facultatibus, in Senatum esse relegatum. Neque vero Cleander hæc solum fecit, sed etiam consules XXV in annum vnum designauit: quod neque ante id tempus, neq; post vmquam factum est. in quorum numero Seuerus, qui postea factus est Princeps, consulatum gessit. Quamobrem colligebat vndique grandem pecuniam, multoque plura quæsiuit quam vmquam ab vllis cubiculariis factum sit. Ex his multa largiebatur Commodo, eiusque pellicibus: multa in ædificationem ædium & balneorum, ceterasque res priuatim publiceque vtiles impendebat. Sed vt eum fortuna extulerat, ita celeriter depressit; cui mortem cum ignominia & dedecore attulit. Neque enim a militibus, vt Perennis, sed a plebe interfectus est. Nam cum esset forte magna inopia rei frumentariæ, eamq; Dionysius Papirius præfectus annonæ fecisset maiorem, vt populus Romanus culpam in Cleandrum, propter furta quæ faciebat, coniiceret, haberetque odio, eumque (id quod accidit) interficeret: ludis Circensibus, equis septimo loco certare cunctantibus, magna multitudo puerorum in Circum accurrit: eos procera virgo & terribilis aspectu ducebat, quæ dea fuisse ex iis quæ postea acciderunt, existimata est. hi pueri cum primo maximos clamores edidissent, eosque statim populus excepisset, conclamassetque vna; tandem exsiliens vniuersus, recta ad Commodum (is erat in suburbano Quintilii) proficiscitur: ibi Commodo, vt bene atque feliciter eueniat, precatur; Cleandrum exsecratur maxime. hic paucos milites contra illos mittit; a quibus pars vulnerata, pars interfecta est. verum cum plebs ea re non modo non prohiberetur, sed multo etiam magis contenderet, confisa multitudine sua & prętorianorum viribus: cumq; iam non longe abesset a Commodo, quem huius rei certiorē faciebat nemo, Marcia pellex Quadrati,

ei rem omnem significauit: eaque re Cōmodus adeo perterritus est, (quippe timidissimus erat) vt Cleandrum statim eiusque filium, qui in manibus Commodi educabatur, interfici iusserit. puer quidem solo allisus interiit: sed plebs corpore Cleandri tracto & lacerato, caput eius per totam Vrbem gestauit in pilo; nonnullosque ex eorum numero qui ipsius potentia nitebantur, interfecit. Commodus autem, vbi expleuerat animum voluptatibus ludisque, tum demum cędes meditabatur, occidebatque nobiles viros: in quorum numero fuit Iulianus præfectus, quem publice amplecti atq; osculari, patremque appellare consueuerat. itemque Iulius Alexander: *(is cōfoderat leonem ex equo) qui postquam interfectores adesse cognouit, eos de nocte trucidauit, Emesenosque nonnullos, ex quorum gente erat ipse, inimicos sibi factos interemit. Quo facto admisso equo contendit ad barbaros: effugissetque omnino, nisi puerum quem habebat in deliciis, comitem cepisset. Cum enim incitato equo iter sine vlla mora faceret, adolescentulum defessum labore atque itinere non est passus a se relinqui; & deprehensus ab insecutoribus, & illi & sibi mortē attulit. Dionysius quoque præfectus annonæ a Commodo occisus est. Per id tempus tanta pestilentia fuit, quantam numquam fuisse cognoui: nam vno die moriebātur sæpenumero ad duo milia hominum. Multi non solum in Vrbe, sed etiam sub omni fere Imperio Romano, necabantur a maleficis hominibus: quod acus oblitas venenis quibusdam, pretio atque mercede adducti, in alios conicerent: (quod malum exstiterat etiam Domitiani temporibus) ob eamque causam innumerabiles homines interibant. Sed nulla vis morbi aut maleficiorum grauior erat populo Romano, quam Commodus, cum alias ob causas, tum vero quod ea quæ patri eius pro sua in ipsum beneuolentia decreuerat, eadem huic tribuere iussus cogebatur timoris causa. Iussus est autem Romam ipsam Commodianam, & exercitus Commodianos; denique diem quo hęc decernebantur, Commodianum appellare. Multa enim cognomina sibi sumpsit Commodus, sed præsertim Herculis: Romamque immortalem fortunatam coloniam, *orbem terrarum appellauit. volebat enim omnino Vrbem suam esse coloniam videri.

ἐσήγγελλε τὸ γεγενημένον· καὶ ὁ Κόμμοδος οὕτως ἔδεισεν, ἄλλως [τε] καὶ δειλότατος ὤν, ὥστε αὐτίκα καὶ τὸν Κλέανδρον καὶ τὸ παιδίον αὐτοῦ, ὃ καὶ ἐν τ[αῖς τοῦ] Κομμόδου χερσὶν ἐτρέφετο, σφαγῆναι κελεῦσαι. καὶ τὸ μὲν παιδίον προσουδισθὲν καὶ διεφθάρη, τὸ δὲ τοῦ Κλεάνδρου σῶμα παραλαβόντες οἱ Ῥωμαῖοι ἔσυραν καὶ ᾐκίσαντο, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ διὰ πάσης τῆς πόλεως ἐπὶ τοῦ κοντοῦ περιήνεγκαν, καί τινας καὶ ἄλλους τῶν μέγα ἐπ' αὐτοῦ δυναμένων ἐφόνευσαν. Κόμμοδος δὲ, ἀπὸ τῶν ἐνθυμιῶν καὶ παιδιῶν ἀνανεύων, ἐφόνα. καὶ τοὺς ἐπιφανεῖς ἄνδρας διεχειρίζετο· ὧν ἦν καὶ Ἰουλιανὸς ὁ ἔπαρχος, ὃν καὶ δημοσίᾳ περιελάμβανέ τε καὶ κατεφίλει, καὶ πατέρα ὠνόμαζεν. Ἰούλιός τε Ἀλέξανδρος. οὗτος μὲν, ὡς καὶ λέοντα ἀπὸ τοῦ ἵππου κατακοντίσας. ὅστις, ἐπειδὴ καὶ τοὺς σφαγέας παρόντας ᾔσθετο, ἐκείνους τε τῆς νυκτὸς ἐφόνευσε, καὶ τῶν Ἐμεσηνῶν, ὅθεν ἦν, τοὺς ἐχθροὺς *τοὺς ἑαυτοῦ πάντας προσκατεχρήσατο. ποιήσας δὲ ταῦτα, ἵππον τε ἀνέβη, καὶ πρὸς τοὺς βαρβάρους ὥρμησε· κἂν ἐξέφυγεν, εἰ μὴ παιδικά τινα συνεπήγετο. αὐτὸς μὲν [γὰρ] κράτιστα ἵππευε, τὸ δὲ μειράκιον κάμνον οὐχ ὑπέμεινε καταλιπεῖν, ἀλλ' ὡς κατελαμβάνετο, ἀπέκτεινε καὶ ἐκεῖνο καὶ ἑαυτόν. ἀνῃρέθη δὲ καὶ Διονύσιος πρὸς τοῦ Κομμόδου, ὁ ἐπὶ τοῦ σίτου ταχθείς. Γέγονε δὲ καὶ νόσος *μεγάλη ὧν ἐγὼ οἶδα. δισχίλιοι γοῦν πολλάκις ἡμέρας μιᾶς ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐτελεύτησαν. πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλως οὐκ ἐν τῷ ἄστει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν ὅλῃ (ὡς εἰπεῖν) τῇ ἀρχῇ ὑπ' ἀνδρῶν κακούργων ἀπέθανον. βελόνας γὰρ μικρὰς δηλητηρίοις τισὶ φαρμάκοις ἐγχρίοντες, ἐνίεσαν δι' αὐτῶν ἐς ἑτέρους ἐπὶ μισθῷ τὸ δεινόν· ὅπερ που καὶ ἐπὶ τοῦ Δομιτιανοῦ ἐγεγόνει. Καὶ οὗτοι μὲν ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἀπώλλυντο· ἦν δὲ ἁπάντων νοσημάτων καὶ ἁπάντων κακουργημάτων χαλεπώτερος Ῥωμαίοις ὁ Κόμμοδος, διά τε τἆλλα, καὶ ὅτι ἠναγκάζοντο ἃ τῷ πατρὶ αὐτοῦ κατ' εὔνοιαν ἐψηφίζοντο, ταῦτ' ἐκείνῳ διὰ φόβον ἀπονέμειν ἐξ ἐπιτάγματος. Κομμοδιανὴν γοῦν τήν τε Ῥώμην αὐτὴν, καὶ τὰ στρατόπεδα Κομμοδιανά, τήν τε ἡμέραν ἐν ᾗ ταῦτα ἐψηφίζετο, *Κομμοδίαν καλεῖσθαι προσέταξεν. ἑαυτῷ δὲ ἄλλας τε *παμπόλλας ἐπωνυμίας καὶ τὴν Ἡρακλέους ἀπένειμε· τὴν δὲ Ῥώμην ἀθάνατον εὐτυχῆ κολωνίαν, οἰκουμένην τῆς γῆς (καὶ γὰρ ἄποικον αὐτὴν ἑαυτοῦ δοκεῖν ἐβούλετο) ἐπωνόμασε.

καὶ αἱ-

καὶ ἀνδριάς τε αὐτῷ χρυσοῦς χιλίων λιτρῶν μετά τε ταύρου καὶ βοὸς θηλείας ἐγένετο· καὶ τέλος καὶ οἱ μῆνες ἀπ' αὐτοῦ πάντες ἐπεκλήθησαν, ὥστε καταριθμεῖσθαι αὐτοὺς οὕτως, Ἀμαζόνιος, Ἀνίκητος, Εὐτυχὴς, Εὐσεβὴς, Λούκιος, Αἴλιος, Αὐρήλιος, Κόμμοδος, Αὔγουστος, Ἡράκλειος, Ῥωμαῖος, Ὑπεραίρων. αὐτὸς μὲν γὰρ ἄλλοτε ἄλλα μετελάμβανε τῶν ὀνομάτων· τὸν δὲ Ἀμαζόνιον καὶ τὸν Ὑπεραίροντα παγίως ἑαυτῷ ἔθετο, ὡς καὶ ἐν πᾶσιν ἁπλῶς πάντας ἀνθρώπους καθ' ὑπερβολὴν νικῶν· οὕτω καθ' ὑπερβολὴν ἐμεμήνει τὸ κάθαρμα· καὶ τῇ βουλῇ οὕτως ἐπέστελλεν· Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Λούκιος Αἴλιος Αὐρήλιος Κόμμοδος Αὔγουστος, Εὐσεβὴς, Εὐτυχὴς, Σαρματικὸς, Γερμανικὸς, Μέγιστος, Βρεττανικὸς, Εἰρηνοποιὸς τῆς οἰκουμένης, Ἀνίκητος, Ῥωμαῖος, Ἡρακλῆς, Ἀρχιερεὺς, Δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ ὀκτωκαιδέκατον, Αὐτοκράτωρ τὸ ὄγδοον, Ὕπατος τὸ ἕβδομον, Πατὴρ πατρίδος· ὑπάτοις, στρατηγοῖς, δημάρχοις, γερουσίᾳ Κομμοδιανῇ εὐτυχεῖ, χαίρειν. καὶ ἀνδριάντες αὐτοῦ παμπληθεῖς ἐν Ἡρακλέος σχήματι ἔστησαν. καὶ τὸν αἰῶνα τὸν ἐπ' αὐτοῦ, χρυσοῦν τε ὀνομάζεσθαι, καὶ ἐς τὰ γράμματα πάντα ὁμοίως ἐγγράφεσθαι ἐψηφίσθη. Οὗτος οὖν ὁ χρυσοῦς, οὗτος ὁ Ἡρακλῆς, οὗτος ὁ θεὸς, (καὶ γὰρ τοῦτ' ἤκουεν) ἐξαίφνης ποτὲ μετὰ μεσημβρίαν ἐκ τοῦ προαστείου σπουδῇ ἐς τὴν Ῥώμην ἐλάσας, τριάκοντα ἵππων ἁμίλλας ἐν δυσὶν ὥραις ἐποίησεν. ὅθεν οὐχ ἥκιστα καὶ τὰ χρήματα αὐτὸν ἐπέλιπεν. ἦν μὲν γὰρ καὶ φιλόδωρος, καὶ πολλάκις τῷ δήμῳ *κατ' ἄνδρα δραχμὰς ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα ἔδωκε· τὸ δὲ πλεῖστον εἰς ἐκεῖνα ἃ εἶπον ἐδαπάνα. ὅθεν καὶ ἐγκλήματα καὶ γυναιξὶ καὶ ἀνδράσιν ἐπιφέρων, οὓς μὲν ἐφόνευσεν, οἷς δὲ τὴν σωτηρίαν τῆς οὐσίας αὐτῶν ἐπίπρασκε. καὶ τέλος ἐν τοῖς γενεθλίοις τοῖς ἑαυτοῦ, ἡμᾶς τε καὶ γυναῖκας ἡμῶν καὶ τοὺς παῖδας, δύο χρυσοῦς ἕκαστον, ὥσπερ τινὰ ἀπαρχὴν, ἐκέλευσεν οἱ ἀποφέρειν· τούς τε ἐν ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις πόλεσι βουλευτὰς, *καὶ τὰς πέντε δραχμάς. καὶ ἐν μὲν τῷ δημοσίῳ οὐδαμόθεν ἅρματα ἤλασε, πλὴν εἰ μή που ἐν ἀσελήνῳ νυκτί· ἐπιθυμήσας μὲν καὶ δημοσίᾳ *ἁρματηλατῆσαι, αἰσχυνθεὶς δὲ καὶ ὀφθῆναι τοῦτο ποιῶν· οἴκοι [δὲ] συνεχῶς τοῦτ' ἔπραττε, τῇ πρασίνῳ σκευῇ χρώμενος. θηρία μέντοι πολλὰ μὲν οἴκοι ἀπέσφαξε, πολλὰ δὲ καὶ ἐν τῷ δημοσίῳ. καὶ μέντοι καὶ ἐμονομάχει, οἴκοι μὲν, ὥς [τε] καὶ φονεύειν τινὰ ἐν ξυρῷ τε ἑτέρων, ὡς καὶ τὰς τρίχας ἀφαιρῶν, παρέτεμνε τῶν

Ad hæc ei statua aurea mille librarum cũ tauro & vacca facta est; mensesque omnes ex eo nominati, atque ita numerati sunt; Amazonius, Inuictus, Felix, Pius, Lucius, Ælius, Aurelius, Commodus, Augustus, Herculeus, Romanus, *Superans. Quæ nomina cum sibi sumeret, mutaretq; sæpenumero; tamen cognomen Amazonii & Superantis perpetuo retinebat; quasi omnes homines longe in rebus omnibus superaret. Vsque adeo insaniebat scelus. Scribebat ad Senatum his verbis; IMPERATOR *Cæsar Lucius AElius Aurelius Commodus Augustus, Pius, Felix, Sarmaticus, Germanicus, Maximus, Britannicus, Pacator orbis terrarum, Inuictus, Romanus, Hercules, Pontifex Max. Tribuniciæ potestatis* XVIII, *Imperator* VIII, *Consul* VII, *Pater patriæ; Consulibus, Prætoribus, Tribunis plebis, Senatuique Commodiano felici salutem*. Pleræque statuæ habitu Herculis ei collocatę sunt, decretumq; fuit vt id tempus quo principatũ teneret, nominaretur seculum aureum, idque in omnibus litteris scriberetur. Hic vero aureus, hic Hercules & Deus, (iam enim audiebat hæc nomina) aliquando de improuiso post meridiem ex suburbio celeriter Romam venit, ac triginta equorum certamen duabus horis perfecit. Quibus ex rebus fiebat vt ei pecunia deficeret: erat enim liberalis. nã & populo sæpe aureos quinque, †denariosque quindecim viritim dedit. drachmasque xv, Bl. Maximam vero partẽ impendebat in ea quæ supra dixi: ob eamq; causam inferebat crimina non solum viris, sed etiam mulieribus: quibus partim mortem afferebat, partim seruabat incolumes, acceptis eorum facultatibus. Natali suo die nobis, vxoribusq; nostris, liberisque singulis binos aureos, tamquam aliquas primitias, imperauit; idq; tributum pendere coegit. Itemque ex Senatoribus qui in reliquis ciuitatibus erant, quinque denarios exegit. Currus numquam agitauit publice: nisi si quando nocte obscura id facere cupiuisset: pudebat enim eum multitudinis. Id vero domi faciebat assidue prasino ornatu: nam & domi magnum numerum belluarum confecit, multas etiam interfecit publice. *Munus vero gladiatorium ita obibat domi, vt crebro aliquem occideret: nam & suis, quasi vellet eorũ capillos radere,

nasum, aut aurē, aut aliud quidpiam nouacula præcidebat. Publice absq; ferro aut humano sanguine non erat. Solebat, ante quam veniret in theatrum, amictus esse tunica manicata serica, alba: eumq; nos ita ornatum salutabamus. Cum autem ingressus esset, induebatur purpurea auro intexta, accepta pari chlamyde more Grę co, & corona aurea illuminata gemmis Indicis. Ferebat etiā caduceum, quale Mercurius solet. Pellis quidem leonis clauaq; gestabantur ante eum, cum iter faceret: in theatris autem, siue adesset ipse pręsens, siue abesset, in sella aurea collocabantur. Itaq; habitu Mercurii introibat in theatrum; abiectisque ceteris quæ ferebat, præter tunicam, nudis pedibus ad rē gerendam aggrediebatur: ac primo quidē die centum vrsos de superiore loco iaculis confecit. Erat enim diuisum theatrum omne, cōnexis quibusdam diametris tectum habētibus, circum quod inambulari poterat, ac sese bifariam secantibus, quo facilius vndiq; ex angusto loco belluæ diuisæ in partes quatuor iaculis traiicerentur. Bibebat defessus in medio certamine, *capiebatq; poculum vini dulcissimi refrigerati de manibus mulieris. Quo exhausto, statim multitudo, nosq; omnes, id quod in conuiuiis dici solet, dicebamus magno clamore, Ζήσειας, *Viuas.* Neque vero quisquam existimare debet, me propterea minuere grauitatē historiæ, quod hæc scribo. nam cū ea ab Imperatore facta sint, affuerimq; ipse præsens, viderimque singula, audiuerim & collocutus sim, nihil reticēdum putaui: sed ea perinde volui, atq; si maxima essent, apprimeque necessaria, posteris memoriæ prodita relinquere. Itaq; cetera quæ hac ætate facta sunt, accuratius diligentiusq; perscribam quam superiora; partim quod ego eis interfui, *partim q, illa nemini eorum qui aliquid memoria dignū possunt scribere, melius quam mihi cognita esse putem. His igitur rebus primo die confectis, reliquis diebus descendit de superiore loco in solum theatri, mansuetasque bestias, quæcumque propius accederent, aut ad eum adductę, vel retibus admotæ essent, occidit; tigrimque & equum fluuiatilem, & elephantum interfecit. His perfectis rebus abiit. Post prandii tempus fungebatur muneribus gladiatoriis; *exercebatque se, dum vteretur armis secutoris, teneretque scutum dextera, gladium

μὲν ῥίνα, τῶν δὲ οὖς, τῶν δὲ ἄλλο τι· ἐν δὲ τῷ κοινῷ, ἄνευ σιδήρου καὶ ἄνευ αἵματος ἀνθρωπείου. ἐνέδυνε δέ, πρὶν μὲν εἰς τὸ θέατρον εἰσιέναι, χιτῶνα χειριδωτὸν σηρικόν, λευκόν, *σάχρυσον· καὶ ἐν τούτῳ γε αὐτὸν τῷ σχήματι ὄντα ἠσπαζόμεθα· ἐσιὼν δέ, ὁλοπόρφυρον χρυσόπαστον, χλαμύδα τε ὁμοίαν τὸν Ἑλληνικὸν τρόπον λαμβάνων, καὶ στέφανον ἔκ τε λίθων Ἰνδικῶν καὶ ἐκ χρυσοῦ πεποιημένον, κηρύκειόν τε τοιοῦτον φέρων ὁποῖον ὁ Ἑρμῆς. ἡ γὰρ λεοντῆ τό τε ῥόπαλον ἔν τε ταῖς ὁδοῖς προεφέρετο αὐτῷ, καὶ ἐν τοῖς θεάτροις ἐπὶ δίφρου ἐπιχρύσου, εἴτε παρείη, εἴτε καὶ ἀπείη, ἐτίθετο. αὐτὸς δὲ ἐν τῷ τοῦ Ἑρμοῦ σχήματι εἰσῄει τε ἐς τὸ θέατρον, καὶ ἀπορρίψας τὰ ἄλλα, οὕτως ἐν τῷ χιτῶνι ἀνυπόδετος ἔργου εἴχετο. καὶ ἐν μὲν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ἄρκτους τε ἑκατὸν αὐτὸς μόνος ἄνωθεν ἀπὸ τῆς περιβολῆς τῆς κρηπῖδος ἀκοντίζων, ἀπέκτεινε. διείληπτο γὰρ τὸ θέατρον πᾶν συμπήκτοις τισὶ διαμέτροις, τήν τε στέγην περίδρομον ἔχουσι, καὶ διχῇ τέμνουσιν ἀλλήλας, ἵν' ἐξ ὀλίγου πανταχόθεν τετραχῇ τὰ θηρία μεμερισμένα, ῥᾷον ἀκοντίζηται. καὶ ἔπιεν ἐν μέσῃ τῇ ἀγωνίᾳ καμών, κύλικι *ῥοπαλωτῇ παρὰ γυναικὸς γλυκὺν οἶνον ἐψυγμένον λαβών, ἀμυστί· ἐφ' ᾧ καὶ ὁ δῆμος καὶ ἡμεῖς παραχρῆμα πάντες τοῦτο δὴ τὸ ἐν τοῖς συμποσίοις εἰωθὸς λέγεσθαι, ἐξεβοήσαμεν, Ζήσειας. Καὶ μή μέ τις κηλιδοῦν τὸν τῆς ἱστορίας ὄγκον, ὅτι καὶ τὰ τοιαῦτα συγγράφω, νομίσῃ. ἄλλως μὲν γὰρ οὐκ ἂν εἶπον αὐτά· ἐπεὶ δὲ πρός τε τοῦ αὐτοκράτορος ἐγίνετο, καὶ παρὼν αὐτὸς ἐγὼ καὶ εἶδον ἕκαστα καὶ ἤκουσα καὶ ἐλάλησα, δίκαιον ἡγησάμην μηδὲν αὐτῶν ἀποκρύψασθαι, ἀλλὰ καὶ αὐτά, ὥσπερ τι ἄλλο τῶν μεγίστων καὶ ἀναγκαιοτάτων, τῇ μνήμῃ τῶν εἰς ἔπειτα ἐσομένων παραδοῦναι. καὶ μέντοι καὶ τἆλλα πάντα τὰ ἐπ' ἐμοῦ πραχθέντα καὶ λεπτουργήσω καὶ λεπτολογήσω μᾶλλον ἢ τὰ πρότερα, ὅτι τε συνεγενόμην αὐτοῖς, καὶ ὅτι μηδένα ἄλλον οἶδα τῶν τι δυναμένων ἐς *γραφὴν ἀξίαν λόγου καταθέσθαι, διηκριβωκότα αὐτὰ ὁμοίως ἐμοί. Ἐν μὲν οὖν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ταῦτ' ἐγένετο· ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις τοτὲ μὲν βοτά, κάτω ἐς τὸ τοῦ κύκλου ἔδαφος καταβαίνων ἄνωθεν, ὅσα ἐπλησίαζε, τὰ δὲ καὶ προσαγόμενα, ἢ καὶ ἐν δικτύοις αὐτῷ προσφερόμενα, κατέκοπτε, καὶ τίγριν ἔσφαξεν, ἵππον τε ποτάμιον καὶ ἐλέφαντα. πράξας δὲ ταῦτα ἀπηλλάττετο· καὶ μετὰ τοῦτο ἐξ ἀρίστου ἐμονομάχει. ἤσκει δὲ καὶ ἐχρῆτο τῇ ὁπλίσει τῇ τοῦ σεκούτορος καλουμένου, τὴν μὲν ἀσπίδα ἐν τῇ δεξιᾷ, τὸ δὲ ξίφος

τὸ ξύλινον

τὸ ξύλινον ἐν τῇ ἀριστερᾷ ἔχων. καὶ πάνυ καὶ ἐπὶ τούτῳ μέγα ἐφρόνει ὅτι ἦν ἐπαρίστερος. ἀντηγωνίζετο δ' αὐτῷ γυμναστής τις, ἢ καὶ μονομάχος, νάρθηκα ἔχων· ἔστι μὲν ὅτε ὃν αὐτὸς προεκαλεῖτο, ἔστι δ' ὅτε ὃν ὁ δῆμος ᾑρεῖτο. καὶ γὰρ τοῦτο καὶ τἆλλα ἐξ ἴσου τοῖς ἄλλοις μονομάχοις ἐποίει, πλὴν καθ' ὅσον ἐκεῖνοι μὲν ὀλίγον τι λαμβάνοντες ἐσίασι, τῷ δὲ δὴ Κομμόδῳ πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδες καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐκ τῶν μονομαχικῶν χρημάτων ἐδίδοντο. παρειστήκεσαν δὲ αὐτῷ μαχομένῳ Αἰμίλιός τε Λαῖτος ὁ ἔπαρχος, καὶ ὁ Ἔκλεκτος ὁ πρόκοιτος· καὶ σκιαμαχήσας καὶ νικήσας δηλονότι, ἐφίλει ὥσπερ εἶχε διὰ τοῦ κράνους. καὶ μετὰ τοῦτο καὶ οἱ ἄλλοι ἐμάχοντο. καὶ τῇ γε πρώτῃ ἡμέρᾳ αὐτὸς πάντας σφᾶς κάτωθεν, τό τε τοῦ Ἑρμοῦ σχῆμα πᾶν μετ' ἐπιχρύσου ῥάβδου λαβών, καὶ ἐπὶ βῆμα ὅμοιον ἀναβάς, συνέβαλεν ὅσπερ που καὶ ἐν τέρατος λόγῳ ἔχομεν. καὶ μετὰ τοῦτο ἐπί τε τὴν συνήθη ἕδραν αὐτοῦ, καὶ ἐκεῖθεν τὰ λοιπὰ μεθ' ἡμῶν ἐθεώρει· ἐπράττετο δ' οὐδὲν ἔτι παιδιᾶς ἐχόμενον, ἀλλ' ὥστε πάνυ πολλοὺς ἀποθνήσκειν. καὶ δή ποτε βραδυνάντων περὶ τὰς σφαγάς, τούς τε ἀντιπάλους συνέδησεν ἀλλήλοις, καὶ πάντας ἅμα μάχεσθαι ἐκέλευσε. κἀκ τούτου ἠγωνίσαντο μὲν εἷς πρὸς ἕνα οἱ συνδεδεμένοι, ἔσφαξαν δέ τινες καὶ τοὺς οὐδὲν προσήκοντας σφίσιν, ὑπό τε τοῦ ὄχλου καὶ τῆς στενοχωρίας ἐμπελασθέντες αὐτοῖς. Τοιαύτη *μὲν τὸ σύμπαν ἡ θέα ἐκείνη τέσσαρσι καὶ δέκα ἡμέραις ἐγένετο. ἀγωνιζομένου δ' αὐτοῦ, ἡμεῖς μὲν οἱ βουλευταὶ ἀεὶ μετὰ τῶν ἱππέων συνεφοιτῶμεν, χωρὶς ἢ ὅτι Πομπηϊανὸς Κλαύδιος ὁ γέρων οὐκ ἔστιν ὅτε ἀπήντησεν, ἀλλὰ τοὺς μὲν υἱεῖς ἔπεμπεν, αὐτὸς δὲ οὐδέποτε ἀφίκετο, αἱρούμενος ἀποσφαγῆναι ἐπὶ τούτῳ μᾶλλον, ἢ τὸν αὐτοκράτορα τὸν τοῦ Μάρκου παῖδα ἐπιδεῖν τοιαῦτα ποιοῦντα. πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις καὶ ἐπεβοῶμεν τά τε ἄλλα ὅσα ἐκελευόμεθα, καὶ αὐτὸ τοῦτο συνεχῶς, Καὶ κύριος εἶ, καὶ πρῶτος εἶ, καὶ πάντων *εὐτυχέστατος. νικᾷς, νικήσεις· ἀπ' αἰῶνος, Ἀμαζόνιε, νικᾷς. τοῦ δὲ δὴ λοιποῦ δήμου πολλοὶ μὲν οὐδὲ ἐσῆλθον ἐς τὸ θέατρον, εἰσὶ δ' οἳ παρακύψαντες ἀπηλλάττοντο, τὸ μέν τι αἰσχυνόμενοι τοῖς ποιουμένοις, τὸ δὲ καὶ δεδιότες *ἐπεὶ λόγος διῆλθεν ὅτι τοξεῦσαί τινας ἐθελήσει, ὥσπερ ὁ Ἡρακλῆς τὰς Στυμφαλίδας. καὶ ἐπιστεύθη γε οὗτος ὁ λόγος, ἐπειδή ποτε πάντας τοὺς τῶν ποδῶν ἐν τῇ πόλει ὑπὸ νόσου ἢ ἑτέρας τινὸς συμφορᾶς ἐστερημένους ἀθροίσας,

ligneum sinistra; ob eamque causam maxime gloriabatur, quod scæua esset. Certabat cũ eo eius ludimagister, vel etiam gladiator, cui ferula erat in manibus; eumq; ipse prouocabat interdum, interdũ deligebat populus. Id enim ceteraq; omnia pariter cum reliquis gladiatoribus faciebat. quãquam hoc vno differebat, quod illi parua accepta pecunia descendebant in certamen; Commodo autem numerabantur singulis diebus de pecunia gladiatorum, †decies sestertium. Assistebant pugnanti Æmilius Lætus præfectus prætorio, & Electus cubicularius: *quos pugnata ea falsa pugna, victor scilicet, osculabatur per galeam quam gerebat. Post eum pugnabant ceteri; *quos omnes primo die coegerat de inferiore loco, ornatu Mercurii caduceoque aureo accepto, vbi in consimile tribunal ascendisset; eorumq; pugnam commiserat. quam rem nos habuimus prodigii loco. Post reuertit in sellam in qua sedere consueuerat; indeq; vna nobiscum spectabat cetera; etsi nihil gerebatur quod ludis conueniret, præsertim quod multi necarentur. Quinetiam nonnullos aliquãdo, quod cunctarẽtur aduersarios interficere, vna cũ eis colligari, atq; ita simul omnes pugnare iussit. Quo facto, vincti certauere inter se, occidereq; multos ex spectatoribus, cum quibus certamen non erat; quod, a multitudine & angustiis loci compulsi, propius accessissent. Quatuordecim dierũ fuere spectacula huius generis; eoque nos Senatores conueniebamus cũ equitibus separatim. Claudius tamen Pompeianus homo senex, numquam interfuit; licet filios suos ad spectãdum mitteret; quod mallet ob eam causam occidi, quam eo venire vbi Imperatorem Marci filium talia facientem spectaret. Tum nos magna voce dicebamus multa, vt iussi eramus; illud autem crebro; *Dominus es, Primus es, Vincis omniũ felicissime ex æterno tempore, Amazonie vincis.* *Multi ex reliqua plebe ne introibant quidẽ in theatrũ: pleriq;, vbi paulum spectassent, discedebãt, partim pudore adducti, partim ꝙ rumores sparsi erãt, cõstituisse Imperatorẽ tela in aliquot plebeios conicere, vt Hercules olim in Stymphalidas fecerat: idq; ex eo credebatur futurum, ꝙ antè omnes qui in vrbe morbo aut alia de causa pedibus carebant, vnum in locum conduxerat:

† [illegible] decem [illegible] drach. Gr.

cumq; eorum genua quibusdam rebus serpentibus simillimis complicauisset, dedissetq; eis spongias quas iacerēt pro lapidibus, omnes claua, ita vt si gigantes essent, percussit atq; interfecit. Is timor nobis erat cū ceteris communis: *nam & nobis Senatorib. id fecit: cuius causa certissimum interitum exspectauimus. Abscisso enim capite *struthocameli quem occiderat, eo venit vbi sedebamus: cumq; id caput sinistra, dextera gladium cruētum porrigeret, nihil dixit; tātum caput suum ferox mouit; vt ostenderet, idem se nobis facturū. Quamobrem cum multi riderēt, gladio fuissent occisi, (nam ea res primo nobis non modo non fecerat timorem, sed etiam risum mouerat) nisi ego folia lauri quæ habebam ex corona, comedissem, persuasissemq; ceteris qui iuxta sedebant, vt idem facerent; videlicet vt facto oris motu cōtinuo, indicium risus celaremus. His perfectis rebus, magnum nobis solatium dedit, quod, cū esset rursus obiturus munus gladiatoriū, nos equestri veste & pænula indutos venire in theatrum iussit: quo ornatu numquam ante theatrū ingredi cōsueueramus, nisi princeps e vita decessisset. Ad illud accessit etiam, quod postremo die ludorū, galea eius elata fuit per portas per quas mortui efferri solent. Quibus ex rebus opinio cūctis iniecta fuit, mortem eius instare. Ipse quidem certe non multo post obiit, vel potius occisus est. nam Lætus & Electus, qui ei infensi erant, partim quod versaretur in huiusmodi rebus, partim quod ipsum timerēt, (quippe eis minabatur, quod hæc se facere prohiberent) in eū coniurauerūt. Statuerat Commodus vtrumq; Consulem, Erycium Clarū, & Syssium Flaccum interficere; atq; ipse kalendis ex eo loco in quo gladiatores aluntur, vna & Consul & Secutor exire. *nō longe enim a gladiatoribus, ita vt si esset vnus ex eorū numero, præcipuam domum habebat. Idque mihi omnes credent facilius, si intelligent, eum abscisso Colossi capite, sui capitis imaginem reposuisse, data ei claua, leoneque æneo subiecto, vt Herculi similis esset: atq; præter supradicta nomina ita inscripsisse: *Primus pugnator inter secutores; qui solus sinistra manu vicit hominum* (vt opinor) *duodecim milia.* His permoti rebus Lætus & Electus, in eum coniurant, communicato cum Marcia consilio. Itaque postremo die anni, cum

δρακόντων τέ τινα αὐτοῖς εἴδη περὶ τὰ γόνατα περιέπλεξε, καὶ σπόγγους αὐτοῖς ἀντὶ λίθων βάλλειν δούς, ἀπέκτεινε σφᾶς ῥοπάλῳ παίων ὡς γίγαντας. Κοινὸς δὲ ὁ φόβος πᾶσι καὶ ἡμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις ἦν. Ἔπραξε δὲ καὶ ἕτερον τοιόνδε πρὸς ἡμᾶς τοὺς βουλευτάς· ἐξ οὗ οὐχ ἥκιστα ἀπολεῖσθαι προσεδοκήσαμεν. στρουθὸν γὰρ ἀποκτείνας, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀποτεμών, προσῆλθεν ἔνθα ἐκαθήμεθα, τῇ τε ἀριστερᾷ χειρὶ ἐκείνην, καὶ τῇ δεξιᾷ τὸ ξίφος ἡματωμένον ἀνατείνας· καὶ εἶπε μὲν οὐδέν, τὴν δὲ κεφαλὴν τὴν ἑαυτοῦ σεσηρὼς ἐκίνησεν, ἐνδεικνύμενος ὅτι καὶ ἡμᾶς τὸ αὐτὸ τοῦτο *δράσει. καὶ συχνοὶ παραχρῆμα ἐπ' αὐτῷ γελάσαντες, ἀπηλλάγησαν τῷ ξίφει, (γέλως γὰρ ἡμᾶς, ἀλλ' οὐ λύπη ἔλαβεν) εἰ μὴ δάφνης φύλλα, ἃ ἐκ τοῦ στεφάνου εἶχον, αὐτός τε διέφαγον, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς πλησίον μου καθημένους διαφαγεῖν ἔπεισα· ἵν' ἐν τῇ τοῦ στόματος συνεχεῖ κινήσει, τὸ τοῦ γελᾶν ἔλεγχον ἀποκρυψώμεθα. Τοιούτων δὲ οὕτω τούτων γενομένων, παρεμυθήσατο ἡμᾶς, ὅτι μέλλων αὖθις μονομαχῆσαι, παρήγγειλεν ἡμῖν ἔν τε τῇ στολῇ τῇ ἱππάδι καὶ ἐν *ταῖς μανδύαις εἰς τὸ θέατρον εἰσελθεῖν· ὅπερ οὐκ ἄλλως ποιοῦμεν εἰσιόντες εἰς τὸ θέατρον, εἰ μὴ τῶν αὐτοκρατόρων τις μεταλλάξειε· καὶ ὅτι ἐν τῇ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ τὸ κράνος αὐτοῦ κατὰ τὰς πύλας καθ' ἃς οἱ τελευτῶντες ἐκφέρονται, ἐξεκομίσθη. ἐκ γὰρ τούτων καὶ πάνυ πᾶσι πάντως ἀπαλλαγή τις αὐτοῦ γενήσεσθαι ἐνομίζετο. ἀπέθανε γέ τοι, μᾶλλον δὲ ἀνῃρέθη οὐκ ἐς μακράν. ὁ γὰρ Λαῖτος καὶ ὁ Ἔκλεκτος, ἀχθόμενοι αὐτῷ δι' ἃ ἐποίει, καὶ προσέτι καὶ φοβηθέντες, (ἠπείλει γὰρ σφίσιν ὅτι ἐκωλύετο ταῦτα ποιεῖν) ἐπεβούλευσαν αὐτῷ. ὁ γὰρ Κόμμοδος ἀμφοτέρους ἀνελεῖν ἐβούλετο τοὺς ὑπάτους, Ἐρύκιόν τε Κλάρον καὶ *Σύσσιον Φλάκκον, καὶ ὕπατός τε ἅμα καὶ σεκούτωρ ἐν τῇ νουμηνίᾳ ἐκ τοῦ χωρίου ἐν ᾧ οἱ μονομάχοι τρέφονται, προελθεῖν. καὶ γὰρ τὸ οἴκημα τὸ πρῶτον παρ' αὐτοῖς, ὡς καὶ εἷς ἐξ αὐτῶν ὤν, εἶχε. καὶ μηδεὶς ἀπιστήσῃ· καὶ γὰρ τοῦ κολοσσοῦ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμών, καὶ ἑτέραν ἑαυτοῦ ἀντιθείς, καὶ ῥόπαλον δούς, λέοντά τέ τινα χαλκοῦν ὑποθείς, ὡς Ἡρακλεῖ ἐοικέναι, ἐπέγραψε πρὸς τοῖς δηλωθεῖσιν αὐτοῦ ἐπωνύμοις καὶ τοῦτο, Πρωτόπαλος σεκουτόρων, ἀριστερὸς μόνος νικήσας δωδεκάκις οἶμαι χιλίους. Διὰ μὲν δὴ ταῦτα ὅ τε Λαῖτος καὶ ὁ Ἔκλεκτος ἐπέθεντο αὐτῷ, κοινωσάμενοι καὶ τῇ Μαρκίᾳ τὸ βούλευμα. ἐν γοῦν τῇ τελευταίᾳ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ, ἐν

τῇ νυκτί,

τῇ νυκτὶ, τῶν ἀνθρώπων ἀσχολίαν περὶ τὴν ἑορτὴν ἐχόντων, φάρμακον διὰ τῆς Μαρκίας ἐν κρέασι βοείοις αὐτῷ ἔδωκαν. ἐπεὶ δ' οὐκ ἠδυνήθη διαχρῆμα ὑπό τε τοῦ οἴνου, ὑπό τε τῶν λουτρῶν, οἷς ἀεὶ ἀπλήστως ἐχρῆτο, φθαρῆναι, ἀλλὰ καὶ ἐξήμεσέ τι, κἀκ τούτου ὑποτοπήσας αὐτὸ, ἠπείλει τινὰ, οὕτω δὴ Νάρκισσόν τινα γυμναστὴν *ἔπεμψαν αὐτῷ, καὶ δι' ἐκείνου λουόμενον αὐτὸν ἀπέπνιξαν. Τῷ μὲν οὖν Κομμόδῳ τοῦτο τὸ τέλος ἐγένετο, ἔτη δώδεκα, καὶ μῆνας ἐννέα, καὶ ἡμέρας τεσσαρεσκαίδεκα ἄρξαντι. *ἐβίω δὲ ἔτη τριάκοντα ἕν, καὶ μῆνας τέσσαρας· καὶ ἐς αὐτὸν ἡ οἰκία ἡ τῶν ὡς ἀληθῶς Αὐρηλίων αὐταρχοῦσα ἐπαύσατο. Πόλεμοι δὲ μετὰ τοῦτο καὶ στάσεις μέγισται συνέβησαν. Συνέθηκα δ' ἐγὼ τούτων τὴν συγγραφὴν ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. βιβλίον τι περὶ τῶν ὀνειράτων καὶ τῶν σημείων, δι' ὧν ὁ Σεβῆρος τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἤλπισε, γράψας ἐδημοσίευσα· καὶ αὐτῷ καὶ ἐκεῖνος πεμφθέντι παρ' ἐμοῦ ἐντυχὼν, πολλά μοι καὶ καλὰ ἀντεπέστειλε. Ταῦτ' οὖν ἐγὼ τὰ γράμματα πρὸς ἑσπέραν ἤδη λαβὼν, κατέδαρθον· καί μοι καθεύδοντι προσέταξε τὸ δαιμόνιον ἱστορίαν γράφειν. καὶ οὕτω δὴ ταῦτα περὶ ὧν νῦν καθίσταμαι, ἔγραψα. καὶ ἐπειδή γε τοῖς τε ἄλλοις καὶ αὐτῷ τῷ Σεβήρῳ μάλιστα ἤρεσε, τότε δὴ καὶ τἆλλα πάντα τὰ τοῖς Ῥωμαίοις προσήκοντα συνθεῖναι ἐπεθύμησα· καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἔτι ἰδίᾳ ἐκεῖνο ὑπολιπεῖν, ἀλλ' εἰς τήνδε τὴν συγγραφὴν ἐμβαλεῖν ἔδοξέ μοι, ἵν' ἐν μιᾷ πραγματείᾳ ἀπ' ἀρχῆς πάντα, μέχρις ἂν καὶ τύχῃ δόξῃ, γράψας καταλίπω. τὴν δὲ δὴ θεὸν ταύτην, ἐπιρρωννύουσάν με πρὸς τὴν ἱστορίαν, ὀκλάζοντα πρὸς αὐτὴν καὶ ὀκνηρῶς διακείμενον, καὶ πονούμενον ἀπαγορεύοντά τε, ἀνακτωμένην δι' ὀνειράτων, καὶ καλὰς ἐλπίδας περὶ τοῦ μέλλοντος χρόνου διδοῦσάν μοι, ὡς *ὑπολειψόμενος τὴν ἱστορίαν, καὶ οὐδαμῶς ἀμαυρώσοντος, ἐπίσκοπον τῆς τοῦ βίου διαγωγῆς (ὡς ἔοικεν) εἴληχα, καὶ διὰ τοῦτο αὐτῇ ἀνάκειμαι. συνέλεξα δὲ πάντα ἀπ' ἀρχῆς τοῖς Ῥωμαίοις μέχρι τῆς Σεβήρου μεταλλαγῆς πραχθέντα, ἐν ἔτεσι δέκα, καὶ συνέγραψα ἐν ἄλλοις δώδεκα. τὰ γὰρ λοιπὰ, ὅπου ἂν καὶ προχωρήσῃ, γεγράψεται. Πρὸ δὲ τῆς τοῦ Κομμόδου τελευτῆς, σημεῖα τάδε ἐγένετο· αἐτοί τε γὰρ περὶ τὸ Καπιτώλιον πολλοὶ καὶ ἔξεδροι ἐπλανῶντο, προσεπιφθεγγόμενοι οὐδὲν εἰρηναῖον· καὶ βύας ἀπ' αὐτοῦ ἔβυξε· πῦρ τε νύκτωρ ἀρθὲν ἐξ οἰκίας τινὸς, καὶ εἰς τὸ Εἰρηναῖον

homines in eo die festo celebrando essent occupati, venenum ei noctu per Marciam dant in carnibus bouinis: cumque non posset interire subito, propter vinum, quod largiter bibere; & balneas, quibus vti abunde semper consueuerat; iamque vomere inciperet, ac suspicatus id quod erat, minaretur: Narcissum athletam ad eum interficiendum mittunt, lauantemque eius opera suffocant. Hunc exitum Cõmodus habuit, cum regnasset annos XII, menses IX, dies XIIII. Vixit annos XXXI, menses IIII. in quo domus vere Aureliorum principatum amisit: post cuius mortem bella & seditiones maximæ exstiterunt. Ceterum ad componendam historiam de his rebus, hæc me causa impulit. Cum librũ de somniis & prodigiis scripsissem, quorum causa Seuerus principatum sperabat, eũque editum in lucem misissem ad Seuerum, illeque legisset, & ad me multa rescripsisset commode; litteris sub vesperum acceptis, cubitum discessi. Tum dormienti mihi imperatum est diuinitus, vt historiam conficerem: quamobrem ea de quibus nunc ago, scripsi. Quæ cum ipsi Seuero & ceteris placerent maxime, statui ilico cetera omnia quæ spectarent ad populum Romanum, perscribere: neque solum illa scripta relinquere; sed ita ad hanc historiam aggredi mihi visum est, vt cuncta a principio, quousque fortuna sineret, vno opere complecterer. Nam cum ego grauate hãc confectionem historiæ reciperem, omninoque recusarem, Dea me confirmauit in somnis, ac in spem bonam adduxit; hanc historiam quam relinquerem, nullo vmquã temporis spatio esse perituram: quam ego deam vitæ meæ curatricem esse censeo. Quod cum mihi videatur obtigisse, diligenter in hoc studium incumbo. Itaq; collegi omnia quæ populus Romanus gessit ab vrbe condita vsque ad mortem Seueri: eaq; collecta decem annorum spatio, postea duodecim annis composui: cetera enim, quemadmodum succedunt, perscribam. * Porro ante mortem Commodi huiuscemodi ꝓdigia visa sunt. Aquilæ circa Capitolium multæ & *inauspicatæ errabant, pacem cantu suo nullam significantes fore. itemque bubo in eodem Capitolio cecinit. Præterea incendium excitatũ in quibusdam ædibus, ad templum Pacis

peruenit: consumptisque tabernis in quibus merces Ægyptiorum & Arabum erant, conscendit Palatium: vbi adeo exusta sunt multa, vt libelli qui *ad principatum pertinebant, omnes fere interierint. Ex quo cœpit esse perspicuum, fore vt id malum non contineretur inclusum in vrbe, sed inde ad vniuersum orbem terrarum emanaret. Nec enim id incendium restingui potuit humanis viribus, licet eo magna vis aquæ & a plerisque priuatis hominibus, & ab ipsis militibus comportaretur, venissetque Commodus ex suburbio, atque vt incendium restingueretur, instaret: quod tamen, nisi consumptis rebus omnibus quibus adhæserat, finem non habuit.

PERTINAX.

Pertinax vir bonus fuit, sed principatũ tenuit paruo tempore; propterea quod est a militibus occisus. Cum autem nondum diuulgata esset cædes Commodi, Electus Lætusque ad Pertinacem veniunt, eique non solum quod factum erat, significant, sed etiam, propter virtutem & dignitatem ipsius, libenter ei principatum deferunt. Hos ille vt vidit, statim audita ipsorum oratione, vnum ex familiaribus suis, quẽ fidelissimum habebat, misit ad inspiciendum corpus Commodi: a quo posteaquam res confirmata est, clam ad exercitum venit, aduentuque suo milites perterruit. Sed quod Lætus aderat, quodque ipse multa pollicebatur, (singulis enim daturum se con-
aureos cxx. Bl. tria milia drachm. Gr.
stituit †duodena sestertia) omnes sibi facile deuinxit: acquieuissentque penitus, nisi ille perorasset in hæc verba: *Multa sunt*, inquit, *commilitones, in hoc statu qui nunc est, peruersa & difficilia: sed ea aliquando vestra ope corrigentur.* Qua oratione intellecta, suspicati sunt milites, ea sibi ablatum iri quæ ipsis Commodus contra morem dedisset. Itaq; tulere grauiter; licet tunc dissimulata ira acquieuerint. Post egressus ex castris, nocte in Senatum venit: salutatisque nobis, vt quisque in tanta turba atque multitudine ad eum accedere potuit, pauca ex tempore in hanc sententiam dixit: *Ego*, inquit, *a militib. Imperator appellatus sum: non tamẽ egeo imperio: quo me hodierno die propter ætatem*

ἐμπεσὸν, τάς τε ἀποθήκας τῶν τε Αἰγυπτίων καὶ τῶν Ἀῤῥαβίων φορτίων ἐπενείματο· ἔς τε τὸ παλάτιον μετεωρισθὲν εἰσῆλθε, καὶ πολλὰ πάνυ αὐτοῦ κατέκαυσεν· ὥστε καὶ τὰ γράμματα τὰ τῇ ἀρχῇ προσήκοντα ὀλίγου δεῖν πάντα φθαρῆναι. ἀφ᾽ οὗ δὴ καὶ τὰ μάλιστα δῆλον ἐγένετο ὅτι οὐκ ἐν τῇ πόλει τὸ δεινὸν στήσεται, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην αὐτῆς *ἐφίξεται. οὐδὲ γὰρ κατασβεσθῆναι ἀνθρωπίνῃ χειρὶ ἠδυνήθη, καίτοι παμπόλλων μὲν ἰδιωτῶν, παμπόλλων δὲ στρατιωτῶν ὑδροφορούντων, καὶ αὐτοῦ τοῦ Κομμόδου ἐπελθόντος ἐκ τοῦ προαστείου καὶ ἐπισπέρχοντος· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ πάντα ὅσα κατέσχε διέφθειρεν, ἐξαναλωθὲν ἐπαύσατο.

ΠΕΡΤΙΝΑΞ.

Περτίναξ δὲ, ὢν μὲν τῶν καλῶν κἀγαθῶν, ἦρξε δὲ πάνυ βραχύν τινα χρόνον, εἶτα πρὸς τῶν στρατιωτῶν ἀνῃρέθη. λανθάνοντος γὰρ ἔτι τοῦ γεγενημένου περὶ τὸν Κόμμοδον, ἦλθον πρὸς αὐτὸν οἱ περὶ τὸν Ἔκλεκτον καὶ Λαῖτον, καὶ τὸ πραχθὲν *ἐνόμισαν. διά τε τὴν ἀρετὴν γὰρ καὶ τὸ ἀξίωμα αὐτοῦ ἡδέως αὐτὸν ἐπελέξαντο. ἰδὼν δὲ αὐτοὺς ἐκεῖνος, καὶ ἀκούσας ὧν ἔλεγον, ἔπεμψε τὸν πιστότατον τῶν ἑταίρων τὸ σῶμα τὸ τοῦ Κομμόδου ὀψόμενον· ὡς δὲ τὸ πραχθὲν ἐβεβαιώσατο, οὕτω δὴ ἐς τὸ στρατόπεδον κρύφα ἐσεκομίσθη· καὶ ἔκπληξιν μὲν τοῖς στρατιώταις παρέσχε, τῇ δὲ δὴ παρουσίᾳ τῶν περὶ τὸν Λαῖτον, καὶ ἐξ ὧν ὑπέσχετο (τρισχιλίας γὰρ αὐτοῖς δραχμὰς κατ᾽ ἄνδρα δώσειν ἐψηφίσατο) προσεποιήσατο αὐτούς· κἂν πάντως ἡσύχασαν, εἰ μὴ τελευτῶν τῶν λόγων ὧδέ πως εἶπε· Πολλὰ μὲν, ὦ ἄνδρες συστρατιῶται, καὶ δυσχερῆ τῶν παρόντων ἐστίν· ἀλλὰ τὰ μὲν ἄλλα αὖθις σὺν ὑμῖν ἐπανορθώσεται. ἀκούσαντες γὰρ τοῦτο, ὑπετόπησαν πάντα τὰ ἑαυτοῖς ὑπὸ τοῦ Κομμόδου παρὰ τὸ καθεστηκὸς δεδομένα καταλυθήσεσθαι· καὶ ἐδυσχέραναν μὲν, ἡσύχασαν δὲ ὅμως, ἐπικρύπτοντες τὴν ὀργήν. Ἐξελθὼν δὲ ἐκ τοῦ τείχους, πρὸς τὸ συνέδριον νυκτὸς ἔτι οὔσης ἀφίκετο· καὶ ἀσπασάμενος ἡμᾶς, ὅπως τις (οἷα ἐν ὁμίλῳ καὶ [ἐν] ὠθισμῷ τοσούτῳ) προσελθεῖν αὐτῷ ἠδυνήθη, ἔπειτα ἐκ τοῦ αὐτοσχεδίου εἶπεν ὅτι, Ὠνόμασμαι μὲν ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν αὐτοκράτωρ· οὐδὲν μέντοι τῆς ἀρχῆς δέομαι, ἀλλ᾽ ἐξίσταμαι ἤδη καὶ τήμερον αὐτῆς, διά τε τὴν ἐμαυτοῦ ἡλικίαν

καὶ ἀρ-

καὶ ἀρρωστίας, καὶ διὰ τὴν τῶν πραγμάτων δυσχέρειαν. λεχθέντων δὲ, καὶ ἐπῄνεσαμεν αὐτὸν ἀπὸ γνώμης, καὶ ὡς ἀληθῶς ᾑρούμεθα. τήν τε γὰρ ψυχὴν ἄριστος ἦν, καὶ τῷ σώματι ἔρρωτο, πλὴν καθ' ὅσον βραχύ τι ὑπὸ τῶν ποδῶν ἐνεποδίζετο. καὶ οὕτως ὅ τε Περτίναξ αὐτοκράτωρ, καὶ ὁ Κόμμοδος πολέμιος ἀπεδείχθη, πολλά γε ἐς αὐτὸν καὶ δεινὰ καὶ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου συμβοησάντων. ἠθέλησαν μὲν γὰρ καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ σύραι καὶ διασπάσαι, ὥσπερ καὶ τὰς εἰκόνας· εἰπόντος δὲ τοῦ Περτίνακος τῇ γῇ ἤδη τὸν νεκρὸν κεκρύφθαι, τοῦ μὲν σώματος ἀπέσχοντο, τῶν δὲ ἄλλων ἐνεφοροῦντο, οὐδὲν ὅ τι οὐκ ἐπιλέγοντες. Κόμμοδον μὲν γὰρ οὐδεὶς οὐδ' αὐτοκράτορα· αὐτὸν ὠνόμαζεν, ἀλιτήριον δέ τινα καὶ τύραννον ἀποκαλοῦντες, προσεπέλεγον ἐπισκώπτοντες, τὸν μονομάχον, τὸν ἁρματηλάτην, τὸν ἀριστερόν, τὸν κηλήτην. τοῖς δὲ βουλευταῖς, ὅσοις μάλιστα καὶ ἐκ τοῦ Κομμόδου φόβος ἐπῄρτο, ὁ ὄχλος ἐπέλεγεν, Ἄγε, ἄγε, ἐσώθης· ἐνίκησας. ὅσα δὲ εἰώθεσαν ἐν τοῖς θεάτροις ἐπὶ τῇ τοῦ Κομμόδου θεραπείᾳ εὐρύθμως πως ἐκβοᾶν, ταῦτα τότε μετασχηματίζοντες ἐς τὸ γελοιότατον ἐξῇδον. τοῦ μὲν γὰρ ἀπηλλαγμένοι, τὸν δὲ οὐδέπω φοβούμενοι, τότε διὰ μέσου αὐτῶν ὡς ἐλεύθεροι ἐκαρποῦντο, καὶ ἀξίωμα παρρησίας ἐν τῷ ἀδεεῖ αὐτοῦ ἐλάμβανον. οὐ γὰρ ἐξήρκει σφίσι τὸ μηκέτι φοβεῖσθαι, ἀλλ' ἐν τῷ θαρσοῦντι καὶ ἐξυβρίζειν ἤθελον. Ἦν δὲ ὁ Περτίναξ Λίγυς ἐξ Ἄλβης Πομπηΐας, πατρὸς οὐκ εὐγενοῦς, γράμματα, ὅσον ἀποζῆν ἐξ αὐτῶν, ἠσκημένος. κατὰ τοῦτο καὶ τῷ Πομπηϊανῷ τῷ Κλαυδίῳ συνεγεγόνει· καὶ κατ' αὐτὸν ἐν τοῖς ἱππεῦσι χιλιαρχήσας, ἐς τοῦτο προεχώρησεν ὥστε καὶ ἐκείνου αὐτοῦ αὐταρχῆσαι. καὶ ἔγωγε τότε ἐπὶ τοῦ Περτίνακος καὶ πρῶτον καὶ ἔσχατον τὸν Πομπηϊανὸν εἶδον. ἐν γὰρ τοῖς ἀγροῖς τὰ πλεῖστα διὰ τὸν Κόμμοδον διῆγε, τό τε γῆρας καὶ τὸ τῶν ὀφθαλμῶν νόσημα προβαλλόμενος. καὶ μέντοι καὶ μετὰ τὸν Περτίνακα πάλιν ἐνόσει, καὶ αὐτὸν ὁ Περτίναξ τά τε ἄλλα ἰσχυρῶς ἐτίμα, καὶ ἐπὶ τοῦ βάθρου ἐπὶ τοῦ συνεδρίου παρεκάθιζεν. Ἐχρῆτο δὲ καὶ ἡμῖν δημοτικώτατα· καὶ γὰρ εὐπροσήγορος ἦν. ἤκουέ τε ἑτοίμως ὅ τι τις ἀξιοίη, καὶ ἀπεκρίνετο ἀνθρωπίνως ὅσα αὐτῷ δοκοίη. εἱστία τε ἡμᾶς σωφρόνως· καὶ ὁπότε μὴ τοῦτο ποιοίη, διέπεμπεν ἄλλοις ἄλλα καὶ τὰ εὐτελέστατα. καὶ αὐτὸν ἐπὶ τούτῳ οἱ μὲν πλούσιοι καὶ μεγάλαυχοι, διεγέλων· οἱ δὲ ἄλλοι, οἷς ἀρετὴ ἀσελγείας προτιμοτέρα ἦν, ἐπῃνοῦμεν. Ἔτι δὲ ὄντος αὐτοῦ

& imbecillitatem meam, ac summam rerum difficultatem, abdico. Hæc cum dixisset, nos eum collaudauimus ex animo, vereq; delegimus. Erat enim optimo ingenio præditus, & robusto corpore: nisi quod paulum pedum laboribus impediebatur. Itaq; Pertinax Imperator, Commodus hostis appellatus est: eũdemq; Senatus populusq; magnis editis clamoribus, multis ac grauibus contumeliis insecuti sunt. Cupiebant in primis corpus eius, sicuti statuas, trahere & lacerare: sed cũ dixisset Pertinax, iam terræ traditum ac sepultũ esse, a corpore se abstinuerũt: in ceteris nihil prętermisere, quin iacerent in illum contumelias cuiuscuius generis. Iamq; Commodum Imperatorem appellabat nemo, sed perniciem ac tyrannum: addebant etiã, (illudentes ei) gladiatorem, aurigam, scæuam, herniosum: Senatoribus autem, quibus Cõmodus magno timori erat, turba ita dicebat; *Agedum salui estis, vicistis.* Tum omnia quæ in theatris dicere in honorem Cõmodi consueuerant, cõcinnis quibusdam clamoribus, ea versa in cõtumeliam canebant illudendi causa; quod morte eius omni metu liberati, perciperent ex his rebus fructum libertatis, ac secure liberam dignitatẽ recuperarent. Nec enim satis erat iis quod eum non timerent amplius, nisi in hac licentiã confidenter ei maledicerent. Pertinax autem Ligur erat natione, ex ciuitate Alba Pompeia, patre ignobili, ita in studio litterarum versatus, vt ex iis parce ac tenuiter viueret. Quã de causa cũ Claudio Pompeiano familiaris fuisset, obtinuissetq; tribunatum equitum, eo peruenit postea vt eidẽ Pompeiano imperaret. Ego quidem Pertinacis tẽporibus Pompeianum & primum & vltimum vidi; ꝙ propter timorem Commodi, ruri vitam plurimum agebat, senectutis & morbi oculorum excusatione: sanẽ post mortem Pertinacis itẽrũ ægrotauit: apud Pertinacem autẽ maximo in honore fuit, qui ei in Senatu locum sedẽdi in subselliis dedit. Pertinax nobis vtebatur perquam familiariter: (erat enim affabilis) sententiã cuiusq; audiebat libenter, suã ipse dicebat perhumaniter: agebat nobiscum moderata & honesta conuiuia: quod si id non faceret, alia ad alios mittebat: in quibus tamen erat frugalissimus. quamobrem eum diuites & magnifici ridebant; ceteri, quibus virtus luxuria potior erat, laudabamus. Cum autem adhuc esset

in Britannia post illam magnam seditionem quam sedauit, atq; eius rei causa dignus laude ab omnibus iudicaretur, Romæ equus nomine Pertinax, victor fuit; cuius equi Prasinæ factionis Commodus studiosus erat: cumque vicisset, statim cōclamatum est ab iis qui erant earundē partium, *En Pertinax est*: quo audito, ii qui erāt alterius factionis, irati scilicet Commodo, *Vtinam quidem esset*, inquiunt. quæ verba ad hominem, non ad equum referebant. Præterea eundem equum, cum non curreret amplius, essetq; ruri confectus senectute, Cōmodus accersiri iusserat, adductumque introduxerat in Circum inauratis vngulis, ac super aurea pelle ornatum: qui vt primū de improuiso comparuit, rursum conclamatum est ab omnibus; *Ecce Pertinax adest*. Id per se dictum portendebat futura; præsertim cum illo anno contigerit postremis ludis Circensibus: statim enim Imperium ad Pertinacem peruenit. Eadem quoque de claua dicta sunt, quam Commodus functurus muneribus gladiatoriis, extrema die Pertinaci dederat. Itaque Pertinax Imperium adeptus est, sumpsitque cetera *honesta cognomina; ac præterea, dū vellet popularis esse, *Princeps Senatus* vetere consuetudine cognominatus est. Tum vero corrigere cœpit omnia quæ fierent sine ordine & modo: humanitas enim & probitas, & optima administratio rei familiaris, ac prudentia in publicis rebus gerendis coniuncta pari diligentia, in hoc Imperatore cernebantur. Cumque cuncta faceret Pertinax quæ bonū principem decerent, eos qui contra ius fasque interfecti fuerant, ignominiæ nota liberauit; iurauitque, se numquam huiuscemodi pœnam admissurum. Itaque cœpere multi conuocatis propinquis amicisque cum lacrymis simul & gaudio (nam ne id quidem licebat antea) corpora mortuorū effodere, alii integra, alii partes tantummodo, vt mortis genus tulerat, aut tempus; eaq; ornata in monumentis maiorum sepelire. Per id tempus ærarium adeo exhaustū fuit, vt in eo tantum †inuentum sit decies sestertium. Quamobrem Pertinax vix ex statuis, armisque & equis, & supellectile Commodi, ac pueris quos in deliciis habuerat, pecuniam redegit vnde prætorianis quantum promiserat, ac deinde populo viritim †centum denarios daret: id quod fecit. Cuncta enim

†inuēta sint aureorum x milia, Bl. xxv myriades drach. Gr.

†quatuor aureos, Bl. centum drachmas, Gr.

Igitur Niger, cum bellum motum esset, venit Byzātium; inde Perinthum exercitum duxit. Sed cum nonnulla prodigia ei minus euenissent prospera, vehemēter perturbari cœpit.* Nā aquila, quæ in statua militari consederat, in ea, licet abigeretur, constitit, quousque capta est: apesque in signis militaribus, & maxime in* statuis ipsius, fauos finxerunt. His de causis ipse Byzantium reuertit. Æmilianus autem, commisso prœlio apud Cyzicum cum quibusdam ducibus Seueri, ab eis victus & interfectus est. Post hæc in angustiis Nicææ & Cii prœlium magnum variumq; factum est, dum Nigriani in planicie pugnarent cōminus, & Seueriani occupatis collibus tela ex locis difficillimis in hostes coniicerent: illi contrá nauigia quæ in lacu proximo erant, conscenderent, atque inde iacularentur. Primo superiores erant Seueriani, quos Candidus instruxerat; propter *locorum ex quibus pugnabant, difficultatem. Sed posteaquā Nigriani conspecto Nigro, Seuerianos insecuti sunt, victoria apud ipsos fuit. Quod vbi animaduertit Candidus, signiferos acriter increpat, cōuerti contra hostes iubet, fugam militibus obiicit. Hi pudore adducti, conuersique, in hostes irruunt, eosque pugnando vincunt: quos etiam perdidissent funditus, nisi prope adfuisset ciuitas, noxq; prohibuisset obscura quo minus id facerent. Hoc prœlio facto, rursum apud eas quæ Pylæ (hoc est Portæ) nominantur, *ęqualis acrisq; pugna cōmissa est. Præerant exercitui Seueriano Valerianus & Anulinus: Niger legiones suas ipse instruxerat. Locum in quo pugnatum est, propter angustiam, *Cilicias Pylas* nominant, quod ex altera parte impendent prærupti montes, ex altera magna pręcipitia in mare porriguntur. Hic Niger, collocato exercitu in colle natura sua munito, anté milites grauis armaturæ, póst iaculatores, funditoresque & sagittarios instruxit; vt & illi irruentes hostes comminus arcerēt, & hi eminus super illos viribus suis vterentur. A dextra læuaq; tutus erat, partim ꝑpter præcipitia, quæ ad mare spectabāt; partim ꝑpter siluā, quæ difficili ascēsu atq; arduo erat. Instructo in hūc modū exercitu, impedimēta a tergo collocat; vt, si quis fugere cupiat, tamē nō possit. Quare

animaduersa, Anulinus primum opponit scutatos: post eos instruit omnes milites leuis armaturæ: hos, vt hostes eminus pro illis arceant: illos, vt tutum ascensum sibi præstent. Equites misit cũ Valeriano, vt siluam, quoquo modo possent, circumirent; iussitque vt Nigrianos a tergo de improuiso adorirentur. Posteaquã ventum est ad manus, Seuerianis partim scuta opponentibus, partim obtendentibus in modum testudinis, atq; ita propius ad hostes accedentibus, pugna vtrimque diutissime æqualis fuit. Cœpere Nigriani multitudine & natura loci superiores esse; vicissentque omnino, nisi cælo sereno, & nulla vi ventorũ perturbato, nubes, vẽti, horribilia tonitrua, ac vehementes fulgores cum maximo imbre exstitissent; ita vt his rebus ora atque oculi ipsorum magnopere læderentur. Quæ res vt molestiam non exhibebant Seuerianis, quod a tergo essent; ita Nigrianos, quod irruerent ex aduerso, maxime conturbabant. Itaque is casus animos addidit Seuerianis, quibus Deus opem ferre videbatur; hostibus timorem fecit, quod oppugnarentur diuinitus: confirmauitque illos supra quam poterant; hos, cũ magnis essent virib⁹, perterrefecit. Quibus iam se fugæ mandantibus Valerianus apparuit: hunc vt vident, sese statim conuertunt: sed cum eos Anulinus ex altera parte arceret, rursum terga vertũt; & sursum deorsum currentes, vt casus incidit, vagantur. In hoc prœlio maxima cædes facta est: desiderata sunt enim Nigrianorum viginti milia. quã cladem somnium sacerdotis ante significauerat. Nam cum Seuerus esset in Pãnonia, sacerdos Iouis vidit in somnis nigrũ quendam hominem, qui irrueret in exercitum Seueri, ac postea manibus hominum conficeretur. cuius somnii facta interpretatio, ad Nigrum pertinuit nominis causa. Capta nõ multo post Antiochia, Niger ex ea ad Euphratem confugit; ratus hoc vnum sibi ad barbaros perfugium futurum: sed eum insecuti Seueriani capiunt, eiq; caput abscindunt: id Seuerus misit Byzantium, & cruci affigi iussit; vt eo viso capite, Byzantii ad se accederent. His rebus gestis, Seuerus eos qui partes Nigri secuti fuerant, damnare cœpit; ex quibus Cassius Clena Senator, cum ab eo damnaretur, non modo verum non celauit; sed etiam libere in hanc sententiam dixit: *Ego, inquit, te ante*

Ἀνυλῖνος, ἰδὼν τοῦτο, τὸ μὲν ἀσπίδας προεβάλετο, καὶ ἐπ' αὐτῇ τὸ κοῦφον πᾶν ἐπέταξεν, ἵν' οἱ μὲν πόρρωθεν ὑπὲρ αὐτῶν ἀνείργωσι τοὺς ἐναντίους, οἱ δὲ ἀσφαλῆ τὴν ἄνοδον σφίσιν αὐτοῖς παράσχωσι. τοὺς δὲ ἱππέας μετὰ Οὐαλεριανοῦ ἔπεμψε, τήν τε ὕλην τρόπον τινὰ περιελθεῖν, καὶ κατὰ νώτου τοῖς Νιγρείοις αἰφνίδιον ἐπιπεσεῖν κελεύσας. ἐπεὶ δὲ εἰς χεῖρας ἤεσαν, τῶν Σεβηρείων τὰς ἀσπίδας τὰς μὲν προβαλλομένων, τὰς δὲ ἐπιβαλλομένων ἐς χελώνης τρόπον, καὶ οὕτω πλησιασάντων τοῖς ἐναντίοις, ἐγένετο μὲν ἰσόρροπος ἡ μάχη ἐπὶ μακρότατον· ἔπειτα οἱ τοῦ Νίγρου πολὺ δὴ τῷ πλήθει σφῶν καὶ τῇ τοῦ χωρίου φύσει προεῖχον· κἂν παντελῶς ἐκεκρατήκεσαν, εἰ μὴ νέφη ἐξ αἰθρίας, καὶ ἄνεμος ἐκ νηνεμίας, βρονταί τε σκληραὶ καὶ ἀστραπαὶ ὀξεῖαι μεθ' ὑετοῦ λάβρου κατὰ πρόσωπον αὐτοῖς προσέπεσον. τοὺς μὲν γὰρ Σεβηρείους, ἅτε καὶ κατόπιν ὄντας, οὐκ ἐλύπει ταῦτα· τοὺς δὲ Νιγρείους ἐμπίπτοντα ἐξ ἐναντίας, ἰσχυρῶς ἐτάραττε. μέγιστον δὲ αὕτη ἡ συντυχία τοῖς μὲν θάρσος, ὡς καὶ παρὰ τοῦ θείου βοηθουμένοις, τοῖς δὲ δέος, ὡς καὶ ὑπ' αὐτοῦ πολεμουμένοις ἐνέβαλε, τοὺς μὲν καὶ ὑπὲρ τὴν ἰσχὺν ἐπέρρωσε, τοὺς δὲ καὶ παρὰ τὴν δύναμιν ἐξεφόβησε· καί σφισι φεύγουσιν ἤδη ὁ Οὐαλεριανὸς ἐπεφάνη. ἰδόντες οὖν αὐτὸν, ἀνάπαλιν ἐτράποντο· καὶ μετὰ τοῦτο τοῦ Ἀνυλίνου σφᾶς ἀνακόψαντος ἀνέστρεψαν· εἶτ' ἄνω καὶ κάτω διαφέροντες, ὅπη διαπέσοιεν, ἐπλανῶντο. καὶ φθόρος ἤδη τούτων πλεῖστον ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ συνέβη γενέσθαι. δύο γὰρ μυριάδες τῶν μετὰ τοῦ Νίγρου διώλοντο. καὶ τοῦτ' ἄρα τὸ τοῦ ἱερέως ὄναρ ἐδήλου· ἐν γὰρ τῇ Παννονίᾳ ὄντος τοῦ Σεβήρου, ὁ ἱερεὺς τοῦ Διὸς ὄναρ εἶδεν ἄνδρα τινὰ μέλανα ἐς τὸ στρατόπεδον αὐτοῦ ἐσβιαζόμενον, καὶ ὑπὸ χειρῶν ἀπολλύμενον. τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ Νίγρου ἐξελληνίζοντες οἱ ἄνθρωποι, τὸν μέλανα ἐκεῖνον εἶναι ἔγνωσαν. Ἁλούσης δὲ τῆς Ἀντιοχείας οὐ πολλῷ ὕστερον, ἔφυγε μὲν ἀπ' αὐτῆς ὡς πρὸς τὸν Εὐφράτην ὁ Νίγρος, διανοούμενος ἐς τοὺς βαρβάρους φυγεῖν· ἑάλω δὲ ὑπὸ τῶν καταδιωξάντων, καὶ ἀπετμήθη τὴν κεφαλήν· καὶ ταύτην ὁ Σεβῆρος ἐς τὸ Βυζάντιον πέμψας, ἀνεσταύρωσεν, ἵν' ἰδόντες αὐτὸν οἱ Βυζάντιοι προσχωρήσωσι. Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ Σεβῆρος τοὺς τὰ τοῦ Νίγρου φρονήσαντας ἐδικαίου. Κάσιος δὲ Κλήμης βουλευτὴς παρ' αὐτῷ τῷ Σεβήρῳ κρινόμενος, οὐκ ἀπεκρύψατο τὴν ἀλήθειαν, ἀλλ' ὧδέ πως ἐπαρρησιάσατο, Ἐγὼ, ἔφη, οὔτε σὲ

οὔτε Νί-

οὔτε Νίγρον ἠπιστάμην· καταληφθεὶς δὲ δὴ ἐν τῇ ἐκείνου μερίδι, τὸ παρὸν ἀναγκαίως ἐθεράπευσα, οὐχ ὡς σοὶ πολεμήσων, ἀλλ' ὡς Ἰουλιανὸν καταλύσων. οὔτ' οὖν ἐν τούτῳ τι ἠδίκηκα, τὰ αὐτά σοι κατ' ἀρχὰς σπουδάσας, οὔθ' ὅτι μὴ πρὸς σὲ ὕστερον, ἐγκαταλιπὼν ἅπαξ ὃν ὑπὸ τοῦ δαιμονίου ἔλαβον, μετέστην. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ σὺ τῶν παρακαθημένων σοι καὶ συνδικαζόντων τούτων οὐδένα ἂν ἠθέλησας προδόντα σε πρὸς ἐκεῖνον αὐτομολῆσαι. ἐξέταζε οὖν μὴ τὰ σώματα ἡμῶν, μηδὲ τὰ ὀνόματα, ἀλλ' αὐτὰ τὰ πράγματα. πᾶν γὰρ ὅ τι ἂν ἡμῶν καταγνῷς, τοῦτο καὶ σεαυτοῦ καὶ τῶν σῶν ἑταίρων καταψηφιῇ. καὶ γὰρ εἰ τὰ μάλιστα μήτε δίκῃ μήτ' ἀποφάσει τινὶ ἁλώσῃ, ἀλλὰ τῇ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις φήμῃ, ἧς ἐς ἀΐδιον μνήμη καταλείψεται, δόξεις ταῦτα ἐφ' οἷς συνέβη ἑτέροις ἐγκαλεῖν. Τοῦτον μὲν οὖν ὁ Σεβῆρος τῆς παρρησίας θαυμάσας, τὴν ἡμίσειαν αὐτῷ τῆς οὐσίας ἔχειν συνεχώρησεν. οἱ δὲ δὴ Βυζάντιοι, καὶ ζῶντος τοῦ Νίγρου καὶ τελευτήσαντος, πολλὰ καὶ θαυμαστὰ ἔδρασαν. ἡ δὲ πόλις αὐτῶν ἐν καιρῷ πάνυ καὶ τῆς ἠπείρου καὶ τῆς διὰ μέσου σφῶν θαλάσσης κεῖται, τῇ τε τοῦ χωρίου ἅμα καὶ τῇ τοῦ Βοσπόρου φύσει ἰσχυρῶς παρεσκευασμένη. αὐτή τε γὰρ ἐπὶ μετεώρου πεπόλισται, προέχουσα ἐς τὴν θάλασσαν, καὶ ἐκείνη χειμάρρου δίκην ἐκ τοῦ Πόντου καταθέουσα, τῇ τε ἄκρᾳ προσπίπτει, καὶ μέρει μέν τινι ἐς τὰ δεξιὰ ἀποτρέπεται, καθ' ὃ τόν τε κόλπον καὶ τοὺς λιμένας ποιεῖ· τῷ δὲ δὴ πλείονι πρὸς τὴν Προποντίδα παρ' αὐτὴν τὴν πόλιν πολλῇ σπουδῇ χωρεῖ. καὶ μέντοι καὶ τὰ τείχη καρτερώτατα εἶχον. ὅ τε γὰρ θώραξ αὐτῶν λίθοις τετραπέδοις παχέσι συνῳκοδόμητο πλαξὶ χαλκαῖς συνδουμένοις, καὶ τὰ ἐντὸς αὐτοῦ καὶ χώμασι καὶ οἰκοδομήμασιν ὠχύρωτο· ὥστε καὶ ἓν τεῖχος παχὺ τὸ πᾶν εἶναι δοκεῖν, καὶ ἐπ' αὐτοῦ περίδρομον καὶ στεγανὸν καὶ εὐφύλακτον ὑπάρχειν. πύργοι τε πολλοὶ καὶ μεγάλοι ἔξω τε ἐκκείμενοι, καὶ θυρίδας πέριξ ἐπαλλήλας ἔχοντες ἦσαν· ὥστε τοὺς προσβάλλοντάς τῳ κύκλῳ ἐντὸς αὐτῶν ἀπολαμβάνεσθαι. δι' ὀλίγου τε γὰρ καὶ οὐ κατ' εὐθύ, ἀλλ' οἱ μὲν τῇ, οἱ δὲ τῇ σκολιώτερον ᾠκοδομημένοι, πᾶν τὸ προσπίπτον σφίσιν ἐνεκυκλοῦντο. τοῦ δὲ δὴ περιβόλου τὰ μὲν πρὸς τῆς ἠπείρου, μέγα ὕψος, ὥστε καὶ τοὺς τυχόντας ἀπ' αὐτῶν ἀμύνασθαι· τὰ δὲ πρὸς τῇ θαλάττῃ, ἧττον. αἵ τε γὰρ πέτραι ἐφ' ὧν ἐπῳκοδόμηντο, καὶ ἡ τοῦ Βοσπόρου δεινότης,

atque ac Nigrum ignorabā. Cū autem casu factum esset vt partes illius sustinerem, necessario quod mihi sors obtulerat, sum secutus; non vt tibi bellum inferrem, sed vt Iulianum opprimerem. Nihil igitur in hac re peccaui; quod principio iisdem rebus studui quas tu agebas, & quod ad te postea relicto eo qui mihi datus erat diuinitus, nō defeci. Neq; enim tu quemquam eorum qui nunc tibi in iudicio assident, voluisses proditorem ad illum perfugere. Noli igitur nostra corpora aut nomina aestimare, sed res ipsas. Etenim omnia quae cōtra nos statues, ea contra te sociosq; tuos decernas necesse est. Quod si tu nullo iudicio aut sententia damnaberis, tamen opinione hominū, quam nulla vmquam delebit obliuio, videberis ea quae nobis acciderunt, in ceteris reprehendere. Seuerus, hominis licentiam admiratus, libertatemq; loquendi, ei dimidiā partem bonorum concessit. Byzantii autem, non solum Nigro viuo, sed etiam mortuo, multa, eaq; admirabilia gesserunt. Eorum vrbs, sita in opportuno loco, propter continentem, quā habet vtrimque; & mare, quod medium intercedit, loci Bosporiq; natura munitissima est. Nam cum aedificata sit in edito loco, pertinet ad mare, quod, veluti torrens fertur ex Ponto, * & in extremam vrbē labitur, flectiturq; aliqua ex parte ad dexteram, vbi sinū & portum facit: magna vero ex parte in Propōtidem prope ipsam vrbem, ac celerius multo defluit. Habebat vero moenia munitissima; quorum dorsum exterius exstructum erat magnis & quadratis lapidibus, tabulis inter se ex aere coniunctis: interius aggeribus aedificiisq; ita fuerant munita, vt tātum vnus murus firmissimus esse videretur; super quē ambulari poterat; opertusque erat, & ad custodiēdum facilis. Aderant & magnae turres aedificatae extrinsecus; quae circum fores habebant, per quas ad ipsas trāsiretur vicissim; ita vt qui eas circumirent, intus offenderent sese. non enim recte, sed paulo obliquius aliis atque aliis locis aedificatae, omnia quae interessent, circuibant. Ingens erat propugnaculum atque altum e regione continentis; vt facile eos qui ipsum inuaderēt, arceret. Ea quae mare spectabant, erant minora, propterea quod scopuli, in quibus erant aedificata, & vehemens impetus Bospori

Byzãtios tutos mirabiliter præstabat, & quod vterque portus intra murum catenis conclusus erat. Habebat etiam portus promontoria, in quibus erant altæ turres, quæ hostibus nauigationem difficilem efficerent: sed Bosporus in primis proderat Byzantiis; in cuius fluxũ si nauis semel venerit, ad terram appellat necesse est. quæ res vt est amicis gratissima, ita hostibus molestissima est. Neque vero Byzantium ita solummodo munitũ fuerat; sed erant insuper in eo machinæ cuiusuis generis, ad quoslibet muros deiiciendos paratæ; quibus partim saxa grandia trabesque coniiciebant in hostes, si propius accederent; partim emittebant lapides, telaque atque hastas, si abessent lõgius; ita vt nemo ad ea lõca quæ satis magno interuallo distarẽt ab vrbe, posset accedere sine periculo. Inerãt nõnullis machinis harpagones; quas emittebant, retrahebantque celeriter. Harum nauium atque machinarum magnã partẽ Priscus municeps meus fecerat: quam ob causam postea & reus capitis factus, & absolutus est. Nam Seuerus, cognita eius arte, vetuit ipsum morte mulctari; eiusq; opera deinceps cum in multis aliis rebus, tum in Atrorum oppugnatione est vsus. Solæ enim machinæ quas ille fecerat, non sunt a barbaris exustæ. Byzantiis naues fuerant quingentæ; quæ magna ex parte vniremes, nonnullæ etiam biremes erant & rostratæ: quædam a prora puppique clauis & gubernatoribus instructæ, vtrimq; nautas habebant, quo absq; mora nauigarent, & retrocederẽt, & quo possent, vtrumuis facerent, hostes offendere. Igitur Byzantii illis quidem temporibus multa egerunt, multa etiam passi sunt, dum trium annorum spatio obsiderentur a cunctis fere orbis terræ exercitibus. Ego pauca ex iis referam, quæ nonnullam admirationem habent. Capiebant enim quædã nauigia, dum hostes in iis præternauigarent, quos ipsi adoriebãtur opportune. Capiebant preterea triremes in ipsa statione hostium; quas præcisis ancoris per submissos vrinatores, & affixas clauis ad seriẽ remigii ipsarũ, religatasq; funiculis, trahebant ita vt illæ sua sponte cursum ad ipsos tenere viderentur, nullis remigibus aut vento incitatæ. Iam vero ab iis pleriq; mercatores volentes capiebantur, vt inuiti: qui, postquam magno pretio

θαυμαστῶς σφίσι συνεμάχουν· οἵ τε λιμένες ἐντὸς τείχους ἀμφότεροι κλειστοὶ ἁλύσεσιν ἦσαν, καὶ αἱ χηλαὶ αὐτῶν πύργους ἐφ' ἑκάτερα πολὺ προέχοντας ἔφερον, ὥστ' ἄπορον τῷ πολεμίῳ τὸν πρόσπλουν ποιεῖν. τὸ δ' ὅλον, ὁ Βόσπορος σφᾶς μέγιστα ὠφελεῖ. ἀνάγκη γὰρ πᾶσα, ἂν ἅπαξ τις ἐς τὸ ῥεῦμα ἐμπέσῃ, καὶ ἄκοντα αὐτὸν πρὸς τὴν γῆν ἐμπεσεῖν. τοῦτο δὲ τῷ μὲν φίλῳ ἥδιστόν ἐστιν, τῷ δὲ ἐναντίῳ ἀπορώτατον. Οὕτω μὲν οὖν τὸ Βυζάντιον ἐτετείχιστο· καὶ προσέτι καὶ μηχαναὶ κατὰ πάντος τοῦ τείχους ποικιλώταται ἦσαν. τοῦτο μὲν γὰρ, ἐπὶ τοὺς πλησιάζοντας καὶ πέτρας καὶ δοκοὺς ἐνέβαλλον· τοῦτο δὲ, ἐπὶ τοὺς ἀφεστηκότας καὶ λίθους καὶ βέλη δόρατά τε ἠφίεσαν· ὥστε ἐντὸς πολλοῦ χωρίου μηδένα αὐτῶν ἀκινδύνως πελάσαι δύνασθαι. ἁρπάγας τε ἕτεραι ἔχουσαι, καὶ καθίεντο ἐξαπιναίως, καὶ ἀνέσπων διὰ βραχέος. καὶ πλοῖα καὶ μηχανήματα Πρίσκος πολίτης ἐμὸς τὰ πλείω αὐτῶν ἐτεχνήσατο· καὶ διὰ τοῦτο θανάτου τε ἅμα ὦφλε καὶ ἐσώθη. ὁ γὰρ Σεβῆρος, τὴν τέχνην αὐτοῦ μαθὼν, ἐκώλυσεν αὐτὸν ἀποθανεῖν· κἀκ τούτου ἔς τε ἄλλα τινὰ αὐτῷ ἐχρήσατο, καὶ ἐς τὴν τῶν Ἀτρῶν πολιορκίαν· καὶ μόνα γε τὰ ἐκείνου μηχανήματα οὐκ ἐκαύθη ὑπὸ τῶν βαρβάρων. καὶ πλοῖα δὲ τοῖς Βυζαντίοις πεντακόσια, τὸ μὲν πλεῖστον μονήρη, ἔστι δ' ἃ καὶ δίκροτα καὶ ἐσκεύαστο ἐμβόλοις ἔχοντα· καὶ τινα αὐτῶν ἑκατέρωθεν καὶ ἐκ τῆς πρύμνης καὶ ἐκ τῆς πρώρας πηδαλίοις ἤσκητο· καὶ κυβερνήτας ναύτας τε διπλοῦς εἶχεν, ὅπως αὐτοί μὴ ἀναστρεφόμενοι καὶ ἐπιπλέωσι καὶ ἀναχωρῶσι, καὶ τοὺς ἐναντίους καὶ ἐν τῷ πρόσπλῳ καὶ ἐν τῷ ἀπόπλῳ σφῶν σφάλλωσι. Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἔδρασαν καὶ ἔπαθον οἱ Βυζάντιοι, ἅτε τοῖς ἐκ τῆς οἰκουμένης (ὡς εἰπεῖν) στόλοις ἐπὶ ὅλον τριετῆ χρόνον πολιορκούμενοι· λελέξεται δ' ὀλίγα καὶ τὰ ἐχόμενά τινος θαύματος. ᾕρουν μὲν γὰρ πλοῖά τινα παραπλέοντα, εὐκαίρως ἐπιτιθέμενοι· ᾕρουν δὲ καὶ τριήρεις τῶν ἐν τῷ ὅρμῳ τῶν ἐναντίων οὐσῶν. τὰς γὰρ ἀγκύρας αὐτῶν ὑφύδροις κολυμβηταῖς ὑποτέμνοντες, καὶ ἥλους ἐς τοὺς ταρσοὺς σφῶν καλῳδίοις ἐκ τῆς φιλίας ἐκδεδεμένους ἐμπηγνύντες, ἐπεσπῶντο, ὥστ' αὐτὰς ἐφ' ἑαυτῶν αὐτομάτας προσπλεούσας ὁρᾶσθαι, μήτε ἐρέτου μήτ' ἀνέμου μηδενὸς ἐπιταράττοντος. ἤδη δὲ καὶ ἐθελονταί τινες ἔμποροι, ὡς καὶ ἄκοντες, ὑπ' αὐτῶν ἡλίσκοντο· καὶ τὰ ἀγώγιμα

μεγάλων

μεγάλων χρημάτων πωλήσαντες, ἐξέπλεον ἐκδιδράσκοντες. ἐπεὶ δὲ πάντων αὖθις ἐκδαπανηθέντων τῶν ἔνδον, ἐς οὐ στενὸν κομιδῇ τῶν τε πραγμάτων καὶ τῶν ἐλπίδων τῶν ἐπ' αὖθις ἐληλύθεσαν, πρότερον μὲν, καίπερ πάνυ πιεζόμενοι, ἅτε καὶ τῶν ἔξω πάντων ἀποκεκλεισμένοι, ὅμως ἀντεῖχον, καὶ ἔς τε τὰς ναῦς τοῖς τε ξύλοις τοῖς ἐκ τῶν οἰκιῶν, καὶ ταῖς θριξὶ ταῖς ἐκ τῶν γυναικῶν, σχοινία ἀπ' αὐτῶν πλέκοντες, ἐχρῶντο· καὶ ὁπότε τινὲς τῷ τείχει προσβάλλοιεν, τούς τε λίθους σφίσι τοὺς ἐκ τῶν θεάτρων, καὶ ἵππους χαλκοῦς καὶ ἀνδριάντας χαλκοῦς ὅλους ἐπερρίπτουν. ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ τροφὴ σφᾶς ἐπέλιπεν ἡ νενομισμένη, καὶ δέρματα διαβρέχοντες ἤσθιον· εἶτα καὶ ταῦτα κατηναλώθη· οἱ μὲν πλείους ἐξέπλευσαν, τηρήσαντες ζάλην καὶ καταιγίδα, ὥστε μηδένα ἀνταναχθῆναι σφίσιν, ἵν' ἢ ἀπόλωνται, ἢ ἐπισιτίσωνται. καὶ προσπίπτοντες ἀπροσδοκήτως τοῖς ἀγροῖς, πάνθ' ὁμοίως ἐλῄζοντο. οἱ δ' ὑπολειπόμενοι, δεινότατον ἔργον ἔδρασαν· ἐπεὶ γὰρ ἐν τῷ ἀσθενεστάτῳ ἐγένοντο, ἐπ' ἀλλήλους ἐτράποντο καὶ ἀλλήλων ἐγεύοντο. Οὗτοι μὲν οὖν ἐν τούτοις ἦσαν· οἱ δ' ἄλλοι, ἐπεὶ τὰ σκάφη καὶ ὑπὲρ τὴν δύναμιν αὐτῶν κατεγέμισαν, ἦραν, χειμῶνα μέγαν καὶ τότε ἐπιτηρήσαντες. οὐ μὴν καὶ ὤναντό γε αὐτοῦ· οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι, καταβαρεῖς αὐτοὺς καὶ βραχὺ πάνυ τοῦ ὕδατος ὑπερέχοντας ἰδόντες, ἀντανήχθησαν. καὶ αὐτοῖς ἐσκεδασμένοις (ὥς που καὶ ὁ ἄνεμος καὶ ὁ κλύδων ἦγε) προσπίπτοντες, ναυμαχίας μὲν οὐδὲν ἔργον εἶχον, τὰ δὲ δὴ πλοῖα αὐτῶν ἀφειδῶς ἔκοπτον, πολλὰ μὲν τοῖς κοντοῖς ὠθοῦντες, πολλὰ δὲ καὶ τοῖς ἐμβόλοις ἀναρρηγνύντες· ἔστι δ' ἃ καὶ αὐτῇ τῇ προσβολῇ σφῶν ἀνατρέποντες. καὶ ἐκεῖνοι δρᾶσαι μὲν οὐδὲν, οὐδ' εἰ τὰ μάλιστα ἤθελον, ἠδύναντο· διαφυγεῖν δέ πῃ πειρώμενοι, οἱ μὲν ὑπὸ τοῦ πνεύματος, ἀπλήστως αὐτῷ χρώμενοι, ἐβαπτίζοντο· οἱ δ', ὑπὸ τῶν ἐναντίων καταλαμβανόμενοι, διώλλυντο. θεώμενοι δὲ ταῦτα οἱ ἐν τῷ Βυζαντίῳ, τέως μὲν ἐθεοκλύτουν καὶ ἐπεβόων ἄλλοτε ἄλλοις τοῖς γινομένοις, ὡς ἑκάστῳ τι τῆς θέας ἐκείνης ἢ τοῦ πάθους προσέπιπτεν· ἐπεὶ δὲ* πανσυδὶ αὐτοὺς ἀπολλυμένους εἶδον, τότε δὴ ἀθρόοι καὶ ἀνῴμωξαν καὶ ἀνεθρήνησαν· κἀκ τούτου τό τε λοιπὸν τῆς ἡμέρας καὶ τὴν νύκτα πᾶσαν ἐπένθουν. τοσαῦτα γὰρ τὰ πάντα ναυάγια ἐγένετο, ὥστε καὶ ἐς τὰς νήσους καὶ ἐς τὴν Ἀσίαν ἐξενεχθῆναί τινα, καὶ ἀπ' αὐτῶν καὶ τὴν ἧτταν σφῶν, καὶ πρὶν ἀκουσθῆναι, γνωσθῆναι. καὶ τῇ ὑστεραίᾳ

vendidissent ea quæ cõuexerant, aufugiebant. Cõsumptis vero rebus omnibus quæ intus erant, Byzantii in summas angustias adducti, ac iam rebus suis diffidẽtes, primo quidem, licet afflicti vehementer, quod erant vndiq; interclusi, tamen fortiter resistunt, vtunturq; materia ædiũ ad naues, & funiculos ex mulierũ capillis faciunt: cumq; hostes murũ inuaderent, lapides ex Theatro, & equos ex ære, statuasq; æneas integras iaculari cœperunt. Postquam cibus vsitatus eos defecit, comedere pelles animaliũ maceratas: quib. postea consumptis, magna pars nauigat obseruatis procellis, ceterisq; tẽpestatibus, vt eis nemo possit occurrere: idq; faciunt, vt vel intereant, vel cõmeatum cõparent. Tum vero magno impetu & inopinato irruũt in agros, cunctaq; eodem modo prædãtur. Qui remãserant in vrbe, facinus grauissimũ fecerunt: nam vt fuere debilitati, cœperunt mutuo cõtra se conuerti, seque inter se comedere. *Dum hęc ab aliis geruntur, pars, & quidẽ supra quã ferendo essent, oneratas naues conscẽdit, soluitq;, explorata pariter magna tẽpestate. quæ res tamen nihil eis proderat. Nã Romani, vt videbãt eos pondere pressos, ita vt parum supra aquam exstarent, contra ferebãtur, irruebantque in eos dispersos, vt vẽtus & tẽpestas tulerat; ita vt nullo facto prœlio nauali, perpetuo eorũ naues frangerent, earumque partem impellerent contis, partem rostris cõfringerent, nõnullas impetu suo subuertẽrẽt. Illi, si maxime voluissent, tamẽ nihil poterant efficere: quod si conabantur fugere, aut submergebantur, quod vẽtus erat vehemens; aut capti ab hostibus peribant. Hęc dum intuerentur ii qui erãt in vrbe, deos inuocabant magnis editis clamoribus: idq; faciebãt in variis locis, vt quisq; in id spectaculũ inciderat. Sed postquam omnes suos vident penitus interire, tũ frequẽtes gemitu complent omnia & lamentatione: ex eoque tẽpore, quod erat reliquũ diei, noctemque totam flent atque lamentantur. Tot enim erant tabulæ fractarũ nauiũ, vt earũ nonnullæ in insulas & in Asiã perferrentur: ex quib. illæ gentes cladem Byzantiorum, ante quã eam audirent, cognoscerent. Postero die

multo maior fuit calamitas. nam vbi tempestas cessauit, mare proximum Byzantio, mortuis, fractisque nauibus, & sanguine refertum erat, atque horum partem in continentem eiecerat. Quibus perspectis rebus, accepta clades multo grauior est visa. Ita Byzantii inuiti statim vrbis deditionem faciunt. Hac deditione facta, Romani, milites Byzantiorum, eosq; omnes qui magistratũ apud illos gerebant, occidunt, vno † pugile excepto, qui magnã opem tulerat Byzantiis, & Romanos magnis incommodis affecerat. Is enim cõfestim vnum ex militibus pugno percussit, & alteri calcibus insultauit; vt ambo ea re cõmoti, ipsum interficerẽt: id quod factum est. Capto Byzantio, Seuerus tantam lætitiam percepit, (is tum erat in Mesopotamia) vt militib. quos secum habebat, ita dixerit; *Tandem & Byzantiũ cepimus.* Ciuitati abstulit libertatem, eamque priuauit suis dignitatibus, fecitque tributariam, bonis ciuiũ publicatis. Vrbem, omnemque regionem quæ erat sub eius vrbis potestate, Perinthiis concessit. Hi Byzantio vsi sunt vt vico, & a nullo genere iniuriæ temperauerunt.

Pyctes.Bl.

Quæ quamquã iure facere quodammodo visus est Seuerus, tamẽ Byzantiis magno dolori fuit, quod mœnia vrbis euertit; propterea quod gloria priuarentur ea quam ex magnifica ipsorũ ostentatione consequebantur. Idq; cum faceret Seuerus, magnum præsidium Romanorum, arcemque cõtra barbaros Ponti & Asiæ subuertit. Ego quidẽ mœnia ita diruta spectaui, vt si ea barbari cepissent, non Romani: videramque ea cum adhuc starent; eorumque sonitum, quem edunt, audiuerã. In his septem turres a portis Thraciis ædificatæ spectabãt ad mare: quarũ reliquæ quidem per se vocales non sunt: quod si quis in prima turri vocem emisisset, aut lapidem in eam coniecisset, tale erat in ea artificium ac machina, vt is statim sonus ad secundam, indeq; ad tertiam, & omnes deinceps non interceptus perferretur. Dũ muri Byzantiorũ ad hunc modum facti instructiq; obsiderentur, Seuerus gloriæ cupiditate inductus, exercitum contra barbaros Osroenos, Adiabenos, & Arabas duxit. Sed postquam transiit Euphratem, ac terram hostilem inuasit, factum est, cum ea regio natura sit in summa inopia aquæ, ac tum magnis

τοῖς Βυζαντίοις ἐπὶ μεῖζον τὸ δεινὸν ηὐξήθη. ὡς γὰρ ὁ κλύδων ἐστόρεστο, πᾶσα ἡ θάλασσα ἡ πρὸς τῷ Βυζαντίῳ καὶ τῶν νεκρῶν καὶ τῶν ναυαγίων καὶ τοῦ αἵματος ἐπληρώθη, πολλὰ δὲ καὶ εἰς τὴν γῆν ἐξεβράσθη· ὥστε καὶ χαλεπώτερον ἐκ τῆς ὄψεως σφίσι τὸ δεινὸν αὐτοῦ τοῦ ἔργου φανῆναι. Παρέδοσαν μὲν οὖν αὐτίκα τὴν πόλιν καὶ ἄκοντες οἱ Βυζάντιοι. Ῥωμαῖοι δὲ, τοὺς μὲν στρατιώτας καὶ τοὺς ἐν τέλει διεχειρίσαντο πάντας, πλὴν τοῦ *πύκτου, ὃς πολλὰ τοὺς Βυζαντίους ὠφέλησε, καὶ τοὺς Ῥωμαίους ἔβλαψεν. οὗτος γὰρ παραχρῆμα πύξ τε παίσας τῶν στρατιωτῶν τινὰ, καὶ ἑτέρῳ λὰξ *ἐνθορὼν, ὅπως ὀργισθέντες διαφθείρωσιν αὐτὸν, προσαπώλετο. ὁ δὲ Σεβῆρος οὕτως ἥσθη ἐπὶ τῇ ἁλώσει τοῦ Βυζαντίου, ὡς καὶ πρὸς τοὺς στρατιώτας, ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ τότε ὢν, αὐτὸ τοῦτο εἰπεῖν, Εἵλομεν δὲ καὶ τὸ Βυζάντιον. ἔπαυσε δὲ τὴν πόλιν τῆς τε ἐλευθερίας καὶ τοῦ ἀξιώματος τοῦ πολιτικοῦ· καὶ δασμοφόρον ἀποφήνας, τάς τε οὐσίας τῶν πολιτῶν δημεύσας, αὐτήν τε καὶ τὴν χώραν αὐτῆς Περινθίοις ἐχαρίσατο· καὶ αὐτῇ ἐκεῖνοι οἷα κώμῃ χρώμενοι, οὐδὲν ὅ τι οὐχ ὕβριζον. ταῦτα μὲν οὖν δικαίως πως ποιῆσαι ἔδοξε· τὰ δὲ δὴ τείχη τῆς πόλεως διαλύσας, ἐκείνους μὲν οὐδὲν πλέον τῆς στερήσεως τῆς δόξης, ἣν ἐκ τῆς ἐπιδείξεως αὐτῶν ἐκαρποῦντο, ἐλύπησε· τῶν δὲ δὴ Ῥωμαίων μέγα καὶ φυλακτήριον καὶ ὁρμητήριον πρὸς τοὺς ἐκ τοῦ Πόντου καὶ τῆς Ἀσίας βαρβάρους καθεῖλε. καὶ εἶδον ἐγὼ τά τε τείχη πεπτωκότα, ὥσπερ ὑπὸ ἄλλων τινῶν ἀλλ' οὐχ ὑπὸ Ῥωμαίων ἑαλωκότα· ἐτεθεάμην δὲ αὐτὰ καὶ ἑστηκότα, καὶ ἠκηκόειν αὐτῶν καὶ λαλούντων. ἑπτὰ μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν Θρᾳκίων πυλῶν πύργοι καθεστηκότες πρὸς τὴν θάλασσαν ἦσαν. τούτων δὲ εἰ μέν τις ἄλλῳ τῳ προσέμιξεν, ἥσυχος ἦν· εἰ δὲ δή τῳ πρώτῳ ἐνεβόησέ τινα, ἢ καὶ λίθον ἐνέρριψεν, αὐτός τε μηχανῇ τινι ἐλάλει, καὶ τῷ δευτέρῳ τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν παρεδίδου· καὶ οὕτω διὰ πάντων ὁμοίως ἐχώρει, οὐδὲ ἐπετάραττον ἀλλήλους, ἀλλ' ἐν τῷ μέρει πάντες, παρὰ τοῦ πρὸ αὐτοῦ ὁ ἕτερος, τήν τε *ἠχὴν καὶ τὴν φωνὴν διεδέχοντό τε καὶ παρεπέμποντο.

Τοιαῦτα μὲν τὰ τῶν Βυζαντίων τείχη ἦν. Σεβῆρος δὲ, ἐν ᾧ ταῦτα ἐπολιορκεῖτο, κατὰ τὴν βαρβάρων ἐπιθυμίᾳ δόξης ἐστράτευσε, τῶν τε Ὀσροηνῶν καὶ τῶν Ἀδιαβηνῶν καὶ τῶν Ἀρραβίων. ἐπεὶ δὲ τὸν Εὐφράτην διαβὰς ἐς τὴν πολεμίαν ἐσέβαλεν, ἀνύδρου τῆς χώρας οὔσης, ἄλλως τε δὲ καὶ τότε πλέον ὑπὸ τοῦ

θέρους

θέρους ἐξικμασμένης, ἐκινδύνευσε παμπληθεῖς στρατιώτας ἀποβαλεῖν. κεκμηκόσι γὰρ αὐτοῖς ἐκ τῆς πορείας καὶ τοῦ ἡλίου καὶ κονιορτὸς ἐμπίπτων, ἰσχυρῶς ἐλύπησεν, ὥστε μήτε βαδίζειν μήτε λαλεῖν ἔτι δύνασθαι, τοῦτο δὲ μόνον φθέγγεσθαι, Ὕδωρ, ὕδωρ· ἐπεὶ δὲ ἀνεφάνη μὲν ἰκμὰς, ἐξ ἴσου δὲ τῷ μὴ εὑρεθέντι ἀρχὴν, ὑπὸ [τῆς] ἀτοπίας ἦν ὁ Σεβῆρος, κύλικά τε ᾔτησε, καὶ τοῦ ὕδατος πληρώσας, ἁπάντων ὁρώντων ἐξέπιε. καὶ τότε μὲν οὕτω καὶ ἄλλοι τινὲς προσπίνοντες ἀνερρώσθησαν. Μετὰ δὲ ταῦτα εἰς τὴν Νίσιβιν ὁ Σεβῆρος ἐλθὼν, αὐτὸς μὲν ἐνταῦθα ὑπέμενε· Λάτιρνον δὲ καὶ Κάνδιδον καὶ Λαῖτον εἰς τοὺς προειρημένους βαρβάρους ἄλλον ἄλλῃ ἀπέστειλε. καὶ ἐπερχόμενοι οὗτοι, τήν τε χώραν τῶν βαρβάρων ἐδῄουν, καὶ τὰς πόλεις ἐλάμβανον. Μέγα δὲ καὶ ἐπὶ τούτῳ τῷ Σεβήρῳ φρονοῦντι, ὡς καὶ πάντας ἀνθρώπους καὶ συνέσει καὶ ἀνδρίᾳ ὑπερβεβηκότι, πρᾶγμα παραδοξότατον συνηνέχθη. Κλαύδιος γάρ τις λῃστὴς, καὶ τὴν Ἰουδαίαν καὶ τὴν Συρίαν κατατρέχων, καὶ πολλῇ διὰ τοῦτο σπουδῇ ζητούμενος, προσῆλθέ τε αὐτῷ ποτε μεθ' ἱππέων ὡς καὶ χιλίαρχός τις ὢν, καὶ ἠσπάσατο αὐτὸν καὶ ἐφίλησε· καὶ οὔτε εὐθὺς ἐφωράθη, οὔθ' ὕστερον συνελήφθη. Ἐν δὲ τῷ καιρῷ τούτῳ τοὺς Σκύθας πολεμησείοντας βρονταί τε καὶ ἀστραπαὶ μετ' ὄμβρου, καὶ κεραυνοὶ βουλευομένοις σφίσιν ἐξαίφνης ἐμπεσόντες, καὶ τοὺς πρώτους αὐτῶν τρεῖς ἄνδρας ἀποκτείναντες, ἐπέσχον. Ὁ δὲ Σεβῆρος αὖθις τρία τέλη τοῦ στρατοῦ ποιήσας, καὶ τὸ μὲν τῷ Λαίτῳ, τὸ δὲ τῷ Ἀνυλλίνῳ καὶ τῷ Προβῷ δοὺς, ἐπὶ τὴν *ἀρχὴν ἐξέπεμψε. καὶ οἱ μὲν ταύτην, τριχῇ ἐσβαλόντες, οὐκ ἀμογητὶ ἐχειρώσαντο· ὁ δὲ Σεβῆρος, ἀξίωμα τῇ Νισίβει δοὺς, ἱππεῖ ταύτην ἐπέτρεψεν· ἔλεγέ τε μεγάλην τινὰ χώραν προσκεκτῆσθαι, καὶ πρόβολον αὐτὴν τῆς Συρίας πεποιῆσθαι. ἐλέγχεται δὲ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἔργου καὶ πολέμων ἡμῖν συνεχῶν, ὡς καὶ δαπανημάτων πολλῶν, αἰτία οὖσα. δίδωσι μὲν γὰρ ἐλάχιστα, ἀναλίσκει δὲ παμπληθῆ· καὶ πρὸς ἐγγυτέρους καὶ τῶν Μήδων καὶ τῶν Πάρθων προσεληλυθότες, ἀεὶ τρόπον τινὰ ὑπὲρ αὐτῶν μαχόμεθα. Τῷ δὲ Σεβήρῳ πόλεμος αὖθις, μήπω ἐκ τῶν βαρβαρικῶν ἀναπνεύσαντι, ἐμφύλιος πρὸς τὸν Ἀλβῖνον τὸν Καίσαρα συνηνέχθη. ὁ μὲν γὰρ οὐδὲ τὴν τοῦ Καίσαρος αὐτῷ ἔτι ἐδίδου τιμὴν, ἐπεὶ τὸν Νίγρον ἐκποδὼν ἐποιήσατο, τά τε ἄλλα τὰ ἐνταῦθα ὡς ἐβούλετο κατεστήσατο· ὁ δὲ

solis ardorib. exsiccata atq; arida esset, vt Seuerus in periculū venerit ne magnam partem militum amitteret. Nā defessis de via, & calore solis vexatis, puluis tantam molestiam exhibebat, vt nec iam iter facere possent, nec loqui: hoc vnum verbum poterant efferre, *Aquam aquam*: * quæ vt inuenta est, Seuerus initio, perinde ac si ea non reperta esset, anxius, poculum postulauit; plenumque aquæ coram omnibus exhausit: post hunc ceteri omnes biberunt, atque ita recreati sunt. Postquam Nisibim venit, ibi substitit: Laternum vero, Candidum, & Lætum, contra barbaros, quos paulo ante dixi, misit. qui cum primo *regiones illorum incedissent, cepissentque vrbes, atque ob eā causam Seuerus magnifice se efferret, quasi prudentia & magnitudine animi præstaret reliquis hominibus, maxime mirandum fuit, quod Claudius latro, qui Iudæam Syriamq; prædari cœperat, & ob eam causam studiose conquirebatur, ad Seuerum pro tribuno militum venit cum equitibus; eumq; complexus atque exosculatus salutauit; neq; tamen ab eo agnitus, neq; captus vnquā est postea. Per id tempus Scythæ statuebant bellum gerere; sed eos, quo minus id facerent, deterruerūt tonitrua atq; fulgores cū imbri maximo. Cum enim de bello deliberarēt inter se, tres viri primarii fulmine percussi conciderunt. Seuerus rursum exercitū in tres partes distribuit: quarum partium vni Lætum, alteri Anulinum, tertiæ Probum præfecit: dein eos † in diuersas partes Imperii dimisit; quod illi quāuis tripartito sint aggressi, tamen ægre tuebantur. Seuerus Nisibi magnam dignitatem dedit; eamque vrbem commisit equiti Romano: cumque dicere soleret, se magnam regionem adiunxisse Imperio, eamq; propugnaculum Syriæ effecisse; tamen re vera ex frequentibus bellis constat, illā nobis causam esse multorum sumptuum; propterea quod pauca reddit, insumitq; multa; quodq; nos ad Medos finitimos Parthosq; progressi, pro iis semper quodam modo pugnamus. Seuero autē nondum a bellis barbaricis respiranti, bellum ciuile cum Albino Cæsare coortum est; quod Seuerus ei, videlicet Nigro de medio sublato, ceterisque rebus ex sententia constitutis, ne Cæsaris quidem honores tribuebat, cum

Hęc in Græco propter deprauatā vocē ἀρχὴν sunt vitiosa.

interim Albinus etiã Imperatoriam dignitatem postularet. Quas ob caussas toto orbe terrarum cõmoto, nos quidẽ Senatores quiescebamus; quique non erant aperte in hunc aut illum propensi, communicabãt secum pericula ac spes quas habebãt. Populus autẽ teneri non poterat quin hoc malum palam deploraret. Nam cum esset ante Saturnalia postremus dies ludorum Circensium, ad quos maxima hominum multitudo cõfluxerat: cui spectaculo & ego interfui Cõsulis amici mei caussa, audiuique diligẽter omnia quæ tum dicta sunt; ita vt potuerim aliquid de iis certo scribere: cumque conuenissent innumerabiles homines, vt supra dixi, spectabant currus certantes inter se senos, vt factum fuerat Cleandri tẽporibus; atque interim neminem collaudabãt, vt erat consuetudo: sed postquam illi suos cursus confecerunt, ac aurigas ad alterum cursum aggredi oportuit; qui tacuerant ante, repente simul omnes maximo applausu manuũ conclamant, populoque felicitatẽ ac salutem precantur, vrbem Romam reginam atq; immortalem vocant; atque vno ore, *Quousque tandem*, inquiunt, *hæc patiemur? quousque bello vexabimur?* Cumq; dixissent alia quædam eiusdem generis, tandem exclamant hæc ita se habere: eoque facto se ad certamen equorum conuertunt. Id factum est afflatu aliquo diuino: neq; enim aliter tot milia hominum conclamare simul cœpissent, quasi chorus edoctus diligentissime; neq; eadem verba integre, quasi multum ac diu meditata, pronuntiauissent. Nos quidem his rebus perturbari cœpimus, & maxime ꝙ ignis repẽtinus in aere, qua parte spectat ad Septemtrionem, est visus, vt eo pleriq; totam vrbem comburi, multi cælum ipsum ardere existimarent; quod cælo sereno pluuia rori simillima, colorisq; argentei, in forũ Augusti defluxit: quã ego etsi nõ vidi cum caderet; tamen, vt ceciderat, inueni; eaque ita vt si esset argentum, obliui* monetam ex ære; mansitque is color tres dies; quarto vero die, quidquid oblitum fuerat, euanuit. Iisdem temporib. quidam Numerianus grãmaticus ex eorum numero qui pueros litteras docent, Roma, nescio qua opinione adductus, in Galliam profectus est: vbi dum se Senatorem esse simulat, missumq; ab Seuero ad comparandum

καὶ τὴν * αὐτοῦ τοῦ αὐτοκράτορος ἐζήτει ὑπεροχήν. συγκινουμένης οὖν διὰ ταῦτα τῆς οἰκουμένης, ἡμεῖς μὲν οἱ βουλευταὶ ἡσυχίαν ἤγομεν, ὅσοι μὴ πρὸς τοῦτον ἢ ἐκεῖνον φανερῶς ἀποκλίναντες, ἐκοινωνοῦμεν σφίσι καὶ τῶν κινδύνων καὶ τῶν ἐλπίδων. ὁ δὲ δῆμος οὐκ ἐκαρτέρησεν, ἀλλ' ἐκφανέστατα κατωδύρατο. ἦν μὲν γὰρ ἡ τελευταία πρὸ τῶν Κρονίων ἱπποδρομία· καὶ συνέδραμεν ἐς * αὐτὴν ἄπλετόν τι χρῆμα ἀνθρώπων. παρῆν δὲ καὶ ἐγὼ τῇ θέᾳ διὰ τὸν ὕπατον φίλον μου ὄντα, καὶ πάντα τὰ λεχθέντα ἀκριβῶς ἤκουσα· ὅθεν καὶ γράψαι [τι] περὶ αὐτῶν ἠδυνήθην. ἐγένετο δὲ ὧδε. συνῆλθον μὲν (ὥσπερ εἶπον) ἀμύθητοι, καὶ τὰ ἅρματα ἑξαχῶς ἁμιλλώμενα ἐθεάσαντο, (ὅπερ που καὶ ἐπὶ τοῦ Κλεάνδρου ἐγεγόνει) μηδὲν μηδένα παράπαν ἐπαινέσαντες, ὅπερ εἴθισται. ἐπειδή τε ἐκεῖνοί τε οἱ δρόμοι ἐπαύσαντο, καὶ ἔμελλον οἱ ἡνίοχοι ἑτέρου ἄρξασθαι, ἐνταῦθα * σιγήσαντες ἀλλήλοις ἐξαίφνης, τάς τε χεῖρας πάντες ἅμα συνεκρότησαν, καὶ προσεπεβόησαν, εὐτυχίαν τῇ τοῦ δήμου σωτηρίᾳ αἰτούμενοι. εἶπόν τε τοῦτο· καὶ μετὰ τοῦτο τὴν Ῥώμην καὶ βασιλίδα καὶ ἀθάνατον ὀνομάσαντες, Μέχρι πότε τοιαῦτα πάσχομεν, ἐκέκραξαν, καὶ μέχρι ποῦ πολεμούμεθα; εἰπόντες δὲ ἄλλα τινὰ τοιουτότροπα, τέλος ἐξεβόησαν * ὅτι Ταῦτά ἐστι· καὶ πρὸς τὸν ἀγῶνα τῶν ἵππων * ἐξετράποντο. οὕτω μὲν ἔκ τινος θείας * ἐπιπνοίας ἐνεθουσίασαν· οὐ γὰρ ἂν ἄλλως τοσαῦται μυριάδες ἀνθρώπων οὔτε ἤρξαντο τὰ αὐτὰ ἅμα ἀναβοᾶν, ὥσπερ τις ἀκριβῶς χορὸς δεδιδαγμένος, οὔτ' εἶπον αὐτὰ ἀπταίστως ὡς καὶ μεμελετημένα. ταῦτά τε οὖν ἔτι καὶ μᾶλλον ἡμᾶς ἐτάραττε, καὶ πῦρ αἰφνίδιον νυκτὸς ἐν τῷ ἀέρι τῷ πρὸς Βορρᾶν τοσοῦτον ὤφθη, ὥστε τοὺς μὲν τὴν πόλιν ὅλην, τοὺς δὲ καὶ τὸν οὐρανὸν αὐτὸν καίεσθαι δοκεῖν. ὃ δὲ δὴ μάλιστα θαυμάσας ἔχω, ψακὰς ἐν αἰθρίᾳ ἀργυροειδὴς ἐς τὴν τοῦ Αὐγούστου ἀγορὰν κατέρρυη. φερομένην μὲν γὰρ αὐτὴν οὐκ εἶδον, πεσούσης δὲ αὐτῆς ᾐσθόμην, καὶ κέρματά τινα ἀπ' αὐτῆς χαλκᾶ κατηργύρωσα· ἃ καὶ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας τὴν αὐτὴν ὄψιν εἶχε. τῇ γὰρ τετάρτῃ πᾶν τὸ * ἐπαλειφθὲν αὐτοῖς ἠφανίσθη. Νουμεριανός τις γραμματιστὴς τῶν τὰ * παιδία γράμματα διδασκόντων, ἐκ τῆς Ῥώμης ἐς τὴν Γαλατίαν, οὐκ οἶδ' ὅ τι δόξαν αὐτῷ, ἀφορμηθείς, βουλευτής τε εἶναι τῶν Ῥωμαίων πλασάμενος, καὶ ἐπὶ στρατιᾶς ἄθροισιν ὑπὸ τοῦ Σεβήρου πεμφθῆναι,

κιμφθῆναι, συνήγαγέ τινα βραχεῖαν πρῶτον ἰσχὺν, καὶ τινὰς τῶν τοῦ Ἀλβίνου ἱππέων διέφθειρε, καὶ ἄλλα τινὰ ὑπὲρ τοῦ Σεβήρου ἐνεανιεύσατο. ἀκούσας δὲ ὁ Σεβῆρος, καὶ νομίσας ὄντως τινὰ τῶν βουλευτῶν εἶναι, ἐπέστελεν ἐπαινῶν τε αὐτὸν, καὶ δύναμιν κελεύων πλείονα προσλαβεῖν. καὶ ὅς, λαβὼν πλείονα δύναμιν, ἄλλα τε θαυμαστὰ ἐπεδείξατο, καὶ χιλίας καὶ ἑπτακοσίας καὶ πεντήκοντα μυριάδας δραχμῶν ἑλὼν, τῷ Σεβήρῳ ἔπεμψε. νικήσαντος δὲ τοῦ Σεβήρου, πρὸς αὐτὸν ἐλθὼν, οὔτ' ἀπεκρύψατό τι, οὔτ' ᾔτησεν ὡς ἀληθῶς βουλευτὴς γενέσθαι· καὶ τιμαῖς μεγάλαις πλούτῳ τε ἂν αὐξηθῆναι δυνηθεὶς, οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλ' ἐν ἀγρῷ τινι, σμικρόν τι ἐφ' ἡμέραν λαμβάνων παρ' αὐτοῦ, διεβίω. Ὁ δὲ δὴ ἀγὼν τῷ τε Σεβήρῳ καὶ τῷ Ἀλβίνῳ πρὸς τῷ Λουγδούνῳ τοιόσδε ἐγένετο. πεντεκαίδεκα μὲν μυριάδες στρατιωτῶν συναμφοτέροις ὑπῆρχον· παρῆσαν δὲ καὶ ἀμφότεροι τῷ πολέμῳ, ἅτε περὶ ψυχῆς θέοντες, καίτοι τοῦ Σεβήρου μηδεμιᾷ πω μάχῃ ἑτέρᾳ παραγεγονότος. ἦν δὲ [ὁ] μὲν Ἀλβῖνος καὶ τῷ γένει καὶ τῇ παιδείᾳ προήκων, ἅτερος δὲ τὰ πολέμια κρείττων καὶ δεινὸς στρατηγῆσαι. συνέβη δὲ τὸν Ἀλβῖνον προτέρᾳ μάχῃ νικῆσαι τὸν Λοῦπον τὸν τοῦ Σεβήρου στρατηγὸν ὄντα, καὶ πολλοὺς τῶν σὺν αὐτῷ διαφθεῖραι στρατιωτῶν. ὁ δὲ τότε ἀγὼν, πολλὰς ἔσχεν ἰδέας τε καὶ τροπάς. τὸ μὲν γὰρ λαιὸν κέρας τοῦ Ἀλβίνου, ἡττήθη τε καὶ κατέφυγεν ἐς τὸ ἔρυμα· καὶ οἱ Σεβήρειοι στρατιῶται διώκοντες συνεσέπεσον, καὶ ἐκείνους τε ἐφόνευον, καὶ τὰς σκηνὰς διήρπαζον. ἐν δὲ τούτῳ οἱ περὶ τὸ δεξιὸν κέρας τεταγμένοι τοῦ Ἀλβίνου στρατιῶται, κρυπτὰς τάφρους ἔχοντες πρὸ αὐτῶν, καὶ ὀρύγματα γῇ ἐπιπολαίως κεκαλυμμένα, μέχρι μὲν ἐκείνων προῄεσαν καὶ ἠκόντιζον πόρρωθεν, περαιτέρω δὲ οὐ προεχώρουν· ἀλλὰ καὶ ὡς δεδιότες ἀνέστρεφον, ὅπως ἐπισπάσωνται τοὺς ἐναντίους εἰς δίωξιν· ὃ δήποτε καὶ ἐγένετο. ἀγανακτήσαντες γὰρ οἱ Σεβήρειοι πρὸς τὴν δι' ὀλίγου αὐτῶν ἐξόρμησιν, καὶ καταφρονήσαντες αὖ πρὸς τὴν ἐκ βραχέος ἀνάφευξιν, ὥρμησαν ἐπ' αὐτοὺς, ὡς καὶ παντὸς τοῦ μεταιχμίου σφῶν ἐμβατοῦ ὄντος. καὶ γενόμενοι κατὰ τὰς τάφρους, παθήματι δεινῷ συνηνέχθησαν. οἵ τε γὰρ πρωτοστάται, καταρραγέντων εὐθὺς τῶν ἐξ ἐπιπολῆς ἐπικειμένων, ἐς τὰ ὀρύγματα ἐνέπεσον· καὶ οἱ ἐπὶ τούτοις τεταγμένοι σφίσιν ἐμπίπτοντες αὐτοῖς, ἐσφάλλοντο καὶ κατέπιπτον· καὶ οἱ λοιποὶ δείσαντες, ἀνεχώρουν ὀπίσω· καὶ ἅτε ἐξαίφνης ἀναστρεφόμενοι, αὐτοί τε ἔπταιον, καὶ τοὺς ὑστάτους ἀνέτρεπον, ὥστε καὶ ἐς * φάλαγγα

exercitū; primo paruas copias cogit, iisq; conficit aliquot equites Albini, atq; alia multa ꝓ Seuero fortiter gerit. Quib. cognitis rebus, Seuerus ratus vere Senatorem esse, ad eum scripsit, collaudauitq; per litteras, & vt sibi maiores copias cōpararet, iussit. Is maiore facto exercitu, præter cetera quæ præclare ac mirabiliter gessit, misit ad Seuerū pecuniam quā coegerat ad † septingenties sestertiū: post venit ad Seuerum potitum victoria, eumq; nihil celauit, neq; petiit ab eo vt se vere cooptaret in ordinē Senatorium. nam cū magnos honores opesq; consequi potuisset, tamen noluit: sed ruri cōtentus paruo, quod a Seuero in diem accipiebat, vitā egit. Prœlium vero Seueri & Albini apud Lugdunum ita factū est. Erant vtriq; militum quinquaginta milia; aderatque præsens vterq; in bello, quasi de capite certaretur: etsi Seuerus ante nulli prœlio interfuerat. Albinus, nobilitate & doctrina antecellebat: alter, sciētia rei militaris, & peritia ducendi exercitus, potior erat. Accidit priore pugna, vt Albinus Lupū vinceret vnū ex ducib. Seueri, eumq; cū magno militū numero interficeret. Sed genus alterius pugnæ variū fuit. nam cum primo sinistrum cornu Albini victū profugisset, eosq; insecuti Seueriani simul magno impetu facto trucidarent, atq; eorū tētoria diriperent, milites Albini ii qui dextrū cornu tenebant, habebantq; ante se cæcas fossas, tecta ipsarum superficie, ad eas vsq; progressi, iaculabantur eminus, neque longius progrediebātur; sed simulato maximo timore, statim retrocedebāt, vt hostes ad insequendū se pellicerent: id quod euenit. Irati enim Seueriani, quod illi paruā irruptionem fecissent, ac contemnētes quod subito fugissent, impetum fecerunt in ipsos; rati, campum qui inter vtramq; aciem medius erat, peruium esse: cumque ad fossas venissent, cladem grauissimam acceperunt. nam primi fractis subito iis rebus quæ fuerant in superficie positę, in foueas incidunt: qui proximi sunt, offendunt, & super illos corruūt: ceteri, dum retrocedūt timoris caūa, videlicet improuiso retro versi, nō solum ipsi impingunt, sed etiam nouissimu agmen conturbant, ita vt * in maximam &

aureorū septingēta milia, al. mille septingētas quinquaginta myriades drachmarum.

confusam phalangem compellātur. Fuit horum, & eorum qui in foueas inciderunt, magna cædes, equorum pariter atque hominum. Præterea in hoc tumultu, qui inter vallem erant & fossas, sagittis telisque transfixi concidebant. Qua re animaduersa, Seuerus cum prætorianis cohortibus ad opem eis ferendam venit: tantumque abfuit vt illos auxilio iuuaret, vt etiam prætorianos fere perderet: ipse quidem Seuerus amisso equo in periculum venit. Sed vt vidit suos omnes fugere, statim discissa chlamyde, districtoque gladio in fugientes cōtendit, vt vel illi affecti pudore reuerterentur, vel vt ipse vna cum iis occideretur. Itaque multi viso Seuero cōstiterunt ac reuersi sunt: qui repente conuersi, ratiq; suos qui sequebantur, hostes esse, magnum numerum eorū pro Albinianis concidunt: post vero hostes insequentes se, in fugam conuertunt; atque ad extremum ii equites qui cum Læto remanserant, reliquos a latere adorti, omnes conficiunt. Nam Lætus, quamdiu pugna æqualis fuit, substitit, circumspiciēs atq; sperans vtrumque periturum, sibiq; reliquos vtrimque milites Imperium daturos. Sed posteaquam Seuerum iam superiorem esse cognouit, tādem ad rem aggressus, Albinianos confecit. Itaque Seuerus victoria potitus est. In hoc prœlio exercitus populi Romani magnam cladem accepit, quod vtrimque innumerabiles ceciderint; ita vt victores magna ex parte hanc calamitatem lamentarentur, dum campum hominibus equisq; mortuis plenū viderent. Pars enim iacebat multis vulneribus cōcisa, multi nullis acceptis vulneribus coaceruabantur: tū arma dispersa atq; abiecta conspiciebantur: tantaq; copia erat effusi sanguinis, vt in fluuios influeret. Albinus in domū quandā ad Rhodanum cōfugerat; quam vt sensit septam vndique custodia teneri, mortē sibi cōsciuit. Non enim ea refero quæ scripsit Seuerus, sed ea quæ vere constat esse facta. Is, vt vidit corpus Albini, *vehemēter sibi gratulatus oculis linguaq;, reliquum quidem iussit abiici; caput autem misit Romam, & cruci affixit. His ex rebus cum perspicuum fuit nihil esse in ipso boni principis, tum vero multo magis nos populumque per litteras perterruit: quippe qui potitus omnibus armatis militibus,

αὖθις βαθείαν συνῶσαι. ἐγένετο δὴ τούτων τε καὶ τῶν εἰς τὰς τάφρους πεσόντων φόνος πολὺς ἀναμὶξ ἵππων τε καὶ ἀνδρῶν. ἐν δὲ τῷ θορύβῳ τούτῳ, καὶ οἱ μεταξὺ τῆς τε φάραγγος καὶ τῶν τάφρων, βαλλόμενοί τε καὶ τοξευόμενοι διεφθείροντο. ἰδὼν δὲ ταῦτα ὁ Σεβῆρος, ἐπεκούρησε μὲν αὐτοῖς μετὰ τῶν δορυφόρων· τοσούτου δὲ ἐδέησεν αὐτοὺς ὠφελῆσαι, ὥστε καὶ τοὺς δορυφόρους ὀλίγου δεῖν προσαπώλεσε, καὶ αὐτὸς τὸν ἵππον ἀποβαλὼν ἐκινδύνευσεν. ὡς δὲ εἶδε φεύγοντας πάντας τοὺς ἑαυτοῦ, τὴν χλαμύδα περιρρηξάμενος, καὶ τὸ ξίφος σπασάμενος, ἐς τοὺς φεύγοντας εἰσεπήδησεν, ὅπως * ἢ αἰσχυνθέντες ὑποστρέψωσιν, ἢ καὶ αὐτὸς αὐτοῖς συναπόληται. ἔστησαν γοῦν τινὲς τοιοῦτον αὐτὸν ἰδόντες, καὶ ὑπέστρεψαν· κἀν τούτῳ τοῖς ἐφεπομένοις σφίσιν ἐναντίοι ἐξαίφνης φανέντες, συχνοὺς μὲν ἐκείνων, ὡς καὶ Ἀλβινείους, κατέκοψαν, πάντας δὲ τοὺς ἐπιδιώκοντας σφᾶς ἔτρεψαν. κἀν τούτοις ἐνταῦθα ἱππεῖς ἐκ πλαγίου οἱ μετὰ τοῦ Λαίτου ἐπιγενόμενοι, τὸ λοιπὸν ἐξειργάσαντο. ὁ γὰρ Λαῖτος, ἕως μὲν ἀγχωμάλως ἠγωνίζοντο, περιεωρᾶτο, ἐλπίζων ἐκείνους τε ἀμφοτέρους ἀπολεῖσθαι, καὶ ἑαυτῷ τὸ κράτος τοὺς λοιποὺς στρατιώτας ἑκατέρωθεν δώσειν· ἐπεὶ δὲ εἶδεν ἐπικρατέστερα τὰ τοῦ Σεβήρου γενόμενα, προσεπελάβετο τοῦ ἔργου. Ὁ μὲν δὴ Σεβῆρος οὕτως ἐνίκησεν. ἡ δὲ δύναμις ἡ τῶν Ῥωμαίων ἰσχυρῶς ἔπταισεν, ἅτε ἀμφοτέρωθεν ἀναριθμήτων πεσόντων· καὶ πολλοὶ καὶ τῶν κρατησάντων ὠλοφύραντο τὸ πάθος. τό τε γὰρ πεδίον πᾶν, μεστὸν νεκρῶν καὶ ἀνδρῶν καὶ ἵππων ἑωρᾶτο· καὶ αὐτῶν οἱ μὲν τραύμασι πολλοῖς κατακεκομμένοι, καὶ οἱ κρεουργηθέντες, ἔκειντο· οἱ δὲ, καὶ ἄτρωτοι ἐσεσώρευντο· τά τε ὅπλα ἔρριπτο, καὶ τὸ αἷμα πολὺ ἐρρύη, ὥστε καὶ ἐς τοὺς ποταμοὺς ἐσπεσεῖν. ὁ δ' Ἀλβῖνος, καταφυγὼν ἐς οἰκίαν τινὰ πρὸς τῷ Ῥοδανῷ κειμένην, ἐπεὶ πάντα τὰ πέριξ φρουρούμενα ᾔσθετο, ἑαυτὸν ἀπέκτεινε. λέγω γὰρ οὐχ ὅσα ὁ Σεβῆρος ἔγραψεν, ἀλλ' ὅσα ἀληθῶς ἐγένετο. ἰδὼν δ' οὖν τὸ σῶμα αὐτοῦ, καὶ πολλὰ μὲν τοῖς ὀφθαλμοῖς, πολλὰ δὲ τῇ γλώττῃ * χαρισάμενος, τὸ μὲν ἄλλο ῥιφῆναι ἐκέλευσε, τὴν δὲ κεφαλὴν ἐς τὴν Ῥώμην πέμψας ἀνεσταύρωσεν. Ἐφ' οἷς δῆλος γενόμενος ὡς οὐδὲν εἴη αὐτοκράτορος ἀγαθοῦ, ἔτι μᾶλλον ἡμᾶς τε καὶ τὸν δῆμον, οἷς ἐπέστελλεν, ἐξεφόβησεν. ἅτε γὰρ παντὸς ἤδη τοῦ ὡπλισμένου κεκρατηκὼς,

ἐξέχεεν

ἐξέχεεν εἰς τοὺς ἀνόπλους πᾶν ὅσον ὀργῆς ἐς αὐτοὺς ἐκ τοῦ πρὶν χρόνου ἠθροίκει. μάλιστα δ᾽ ἡμᾶς ἐξέπληξεν ὅτι τοῦ τε Μάρκου υἱὸν καὶ τοῦ Κομμόδου ἀδελφὸν ἑαυτὸν ἔλεγε· τῷ τε Κομμόδῳ, ὃν πρώην ὕβριζεν, ἡρωϊκὰς ἐδίδου τιμάς. πρός τε τὴν βουλὴν λόγον ἀναγινώσκων, καὶ τὴν μὲν Σύλλου καὶ Μαρίου καὶ Αὐγούστου αὐστηρίαν τε καὶ ὠμότητα ὡς ἀσφαλεστέραν ἐπαινῶν, τὴν δὲ Πομπηίου καὶ Καίσαρος ἐπιείκειαν ὡς ὀλεθρίαν αὐτοῖς ἐκείνοις γεγενημένην κακίζων, ἀπολογίαν τινὰ ὑπὲρ τοῦ Κομμόδου ἐπήγαγε, καθαπτόμενος τῆς βουλῆς ὡς οὐ δικαίως ἐκεῖνον ἀτιμαζούσης, εἴγε καὶ αὐτῆς οἱ πλείους αἴσχιον βιοτεύουσιν. Εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, ἔφη, δεινὸν, ὅτι αὐτοχειρίᾳ ἐφόνευεν ἐκεῖνος θηρία, ἀλλὰ καὶ ὑμῶν τις χθὲς καὶ πρώην ἐν Ὠστίοις ὑπατευκὼς γέρων δημοσίᾳ μετὰ πόρνης πάρδαλιν μιμουμένης ἔπαιζεν. ἀλλ᾽ ἐμονομάχει νὴ Δία, ὑμῶν δ᾽ οὐδεὶς μονομαχεῖ· πῶς οὖν καὶ ἐπὶ τί τάς τε ἀσπίδας αὐτοῦ καὶ τὰ κράνη τὰ χρυσᾶ ἐκεῖνα ἐπρίαντό τινες; Ἀναγνοὺς δὲ ταῦτα, τριάκοντα μὲν καὶ πέντε ἀπέλυσε τῶν τὰ Ἀλβίνου φρονῆσαι αἰτιαθέντων, καὶ ὡς μηδεμίαν ὑπάρχουσαν αἰτίαν ἐσχηκόσιν αὐτοῖς προσεφέρετο· ἦσαν δὲ ἐν τοῖς πρώτοις τῆς γερουσίας. ἐννέα δὲ καὶ εἴκοσιν ἀνδρῶν θάνατον κατεψηφίσατο· ἐν οἷς ἄρα καὶ Συλπικιανὸς ὁ τοῦ Περτίνακος πενθερὸς ἠριθμεῖτο. Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ Σεβῆρος ἐκστρατεύει κατὰ τῶν Πάρθων· ἀσχολουμένου γὰρ αὐτοῦ ἐς τοὺς ἐμφυλίους πολέμους, ἐκεῖνοι ἀδείας λαβόμενοι, τήν τε Μεσοποταμίαν εἷλον, στρατεύσαντες παμπληθεί· καὶ μικροῦ καὶ τὴν Νίσιβιν ἐχειρώσαντο, εἰ μὴ Λαῖτος αὐτὴν, πολιορκούμενος ἐν αὐτῇ, διεσώσατο· καὶ ἀπ᾽ αὐτῆς ἐπὶ πλέον ἐδοξάσθη, ὢν καὶ ἐς τὰ ἄλλα τά τε πολιτικὰ καὶ τὰ ἴδια καὶ τὰ δημόσια, καὶ ἐν τοῖς πολέμοις καὶ ἐν τῇ εἰρήνῃ ἄριστος. ἀφικόμενος δὲ ἐς τὴν προειρημένην Νίσιβιν ὁ Σεβῆρος, ἐνέτυχε συὶ μεγίστῳ. ἱππέα τε γὰρ ἔκτεινεν ὁρμήσας καταβαλεῖν αὐτὸν προθυμούμενον, καὶ τῇ ἑαυτοῦ ἰσχύϊ θαρρήσαντα· μόλις δ᾽ ὑπὸ πολλῶν στρατιωτῶν συλληφθείς τε καὶ σφαγείς, τριάκοντα τὸν ἀριθμὸν ὄντων τῶν συλλαβόντων αὐτὸν, τῷ Σεβήρῳ προσεκομίσθη.

Τῶν δὲ Πάρθων οὐ μεινάντων αὐτὸν, ἀλλ᾽ οἴκαδε ἀναχωρησάντων, (ἦρχε δὲ αὐτῶν Οὐολόγαισος, οὗ ἀδελφὸς συνῆν τῷ Σεβήρῳ) πλοῖα κατασκευάσας ὁ Σεβῆρος ἐν τῷ Εὐφράτῃ, καὶ πλέων τε καὶ βαδίζων παρ᾽ αὐτὸν, διὰ τὸ εἶναι πλοῖα ὀξύτατα καὶ ταχινὰ καὶ εὖ ἐσταλμένα, τῆς παρὰ τὸν Εὐφράτην ὕλης

euomebat apud inermes omnē irā, quam lōgo tēpore ante in ipsos conceperat. sed & nobis timorem longe maximū fecit, cū se Marci filium, & Cōmodi fratrē diceret; & Cōmodo, in quem antea cōtumeliosus fuerat, heroicos honores daret. Nam cū haberet orationē in Senatu, extolleretq; Syllæ, Marii & Augusti austeritatem ac crudelitatē, veluti rem tutissimā; modestiam aūt & humanitatē Pompeii atq; Cæsaris, vt rē illis ipsis perniciosam, deprimeret, ad defendēdum Cōmodum processit, increpās Senatum, q. immerito eum notaret ignominia: *Præsertim, inquit, cum plerig, ex vobis multo viuant turpius. Nam si graue fuit*, inquit, *quod ille sua manu feras occideret: nonne vnus ex vobis vir cōsularis, & iam grandis natu, heri & aliquot diebus ante Ostiæ cum meretrice imitante pardalim, publice colludebat? At gladiator erat Comodus? quasi vero vestrū gladiator sit nemo. Cur igitur*, inquit, *nonnulli ex vobis scuta eius, galeasq, aureas, quas ille habuerat, compar auerunt?* Hac oratione habita, quamquā viros XXXV ex iis, q, quod Albinū secuti essent, rei facti erant, absoluit, iisq; vsus est nō aliter atq; si omni culpa caruissent; (hi erant ex primis Senatorib.) tamen vigintinouem viros capite damnauit: in quorum numero fuit Sulpicianus Pertinacis socer. Post hęc bellum intulit Parthis, qui occupato in bellis ciuilibus Seuero, securi Mesopotamiam ceperant, magnis copiis conductis: cepissentq; Nisibim, nisi Lætus eam, dum in ipsa obsideretur, conseruasset: ex qua vrbe magnā gloriā est adeptus; præsertim cum in ceteris reb. ciuilibus publicis ac priuatis, belli pacisq; temporibus optimus vir esset. Postquam Seuerus Nisibim venit, aprum reperit maximum, qui magno impetu equitem deiecerat ex equo, atq; interfecerat, dum is suis viribus cōfisus, conaretur ipsum cōficere: tandem vero a triginta militibus captus cæsusque, ad Seuerum perlatus est. Parthi, aduentu Seueri minime exspectato, domū sunt reuersi. Præerat iis Vologæsus: cuius frater cū Seuero erat. Seuerus, ædificatis nauibus in Euphrate, in quibus nauigabat celeriter, (erāt enim celeres naues, & optime instructæ ꝓpter copiam materiæ, quam Euphrates &

finitima loca suppeditát) omnia quæ ab illis parata fuerant; itemq; Seleuciam & Babylonem desertas celeriter cepit; ac paulo post, Ctesiphontem; quam vrbem diripiendam reliquit militibus, & in ea cædem maximam fecit, cepitque superstitum hominum ad cētum milia. Vologæsum tamen non est insecutus, neque Ctesiphōtem retinuit; sed, tamquam ob id solum venisset vt eā diriperet, discessit, coactus ignoratione locorum & inopia necessariarū rerum; reuersusque est alia via, quod fœnū lignaque inuenta in superiore itinere consumpta essent. Pars pedestris exercitus, iter fecit ad superiorē ripam Tigris: pars nauib. vecta est. Post hęc Seuerus, vt transiit in Mesopotamiā, Atra, quæ non longe aberant, frustra adortus est. Quinetiam pleræq; machinæ ipsius exustæ sunt; magnoque numero militū interfecto, multi saucii fuerunt: quamobrem inde castra mouit. Dum autem bellum gereret, iusserat occidi duos clarissimos viros, Iuliū Crispum tribunum prætorianorū militū, quod defessus belli laboribus, ac ira incitatus, *cecinerat carmen Maronis, quo carmine vnus ex militibus Turni, qui bellum cum Ænea gerebant, dolet, nulla ratione magnum numerum hominū perire, vt Turnus Lauiniam in vxorem ducat: Valeriumq; militē, qui Crispum accusauerat, tribunū in eius locū designauit. Occiderat præterea Lætū, quod vir prudentissimus & militibus carus erat. hi enim, nisi Læto duce, se negabant militaturos. ¹ Cuius cædis causam imputauit militib⁹, quasi cōtra voluntatē suam id facinus essent ausi: quippe veram causam nullā, nisi inuidiā habebat. Comparato magno commeatu, paratisq; machinis, iterum in Atra exercitum duxit. Graue enim esse statuebat, captis ceteris, eam vrbem solam atq; in medio positam resistere. Itaque in eam rē magnos sumptus fecit, amisitq; machinas omnes, præter eas quas Priscū supra fecisse diximus. Amisit præterea milites complures: quippe etiā dum pabularentur, cędebantur, impetum faciente in ipsos celeriter barbaro equitatu Arabum, & Atrenis longissime iaculantibus, telaque ita conicientibus machinis quibusdā, vt sępe

καὶ τῆς ἐκεῖσε χώρας ἄφθονον διδούσης αὐτῷ τὴν τῶν ξύλων χορηγίαν, τὰ κατασκευασθέντα ταχέως, *τήν τε *Σελεύκειαν καὶ τὴν Βαβυλῶνα ἐκλειφθείσας ἔλαβε. Καὶ μετὰ τοῦτο καὶ τὴν Κτησιφῶντα ἑλὼν, ἐκείνην τε πᾶσαν διαρπάσαι τοῖς στρατιώταις ἐφῆκε, φόνον τε ἀνθρώπων πλεῖστον εἰργάσατο, καὶ ζῶντας ἐς δέκα μυριάδας εἷλεν. Οὐ μέντοι οὔτε τὸν Οὐολόγαισον ἐπεδίωξεν, οὔτε τὴν Κτησιφῶντα κατέσχεν, ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τοῦτο μόνον ἐστρατευκὼς ἵνα αὐτὴν διαρπάσῃ, ᾤχετο, τὸ μὲν ἀγνωσίᾳ τῶν χωρίων, τὸ δὲ ἀπορίᾳ τῶν ἐπιτηδείων. Ὑπέστρεψε δὲ καθ' ἑτέραν ὁδόν. τά τε γὰρ ξύλα καὶ ὁ χόρτος ὁ ἐν τῇ *προτεραίᾳ εὑρεθεὶς, κατηνάλωτο. καὶ οἱ μὲν αὐτοῦ τῶν στρατιωτῶν πεζῇ ἄνω παρὰ τὸν Τίγριν, οἱ δὲ καὶ ἐπὶ πλοίων ἀνεπορεύθησαν. Καὶ μετὰ τοῦτο ὁ Σεβῆρος τὴν Μεσοποταμίαν διαβὰς, ἐπεχείρησε μὲν καὶ τοῖς Ἄτροις οὐ πόρρω οὖσιν, ἐπέρανε δὲ οὐδέν· ἀλλὰ καὶ τὰ μηχανήματα κατεκαύθη, καὶ στρατιῶται συχνοὶ μὲν ἀπώλοντο, πάμπολλοι δὲ καὶ ἐτρώθησαν. ἀπανέστη οὖν ἀπ' αὐτῶν καὶ ἀνέζευξεν ὁ Σεβῆρος. Ἐν ᾧ δὲ ἐπολέμει, δύο ἄνδρας τῶν ἐπιφανῶν ἀπέκτεινεν, Ἰούλιον Κρίσπον χιλιαρχοῦντα δορυφόρων· ὅτι ἀχθεσθεὶς τῇ τοῦ πολέμου κακώσει, ἔπος τι τοῦ *Μάρωνος ποιητοῦ παρεφθέγξατο, ἐν ᾧ ἐκείνου στρατιώτης τις τῶν μετὰ Τούρνου τῷ Αἰνείᾳ ἀντιπολεμούντων, ὀδυρόμενος καὶ λέγων ὅτι, Ἵνα δὴ τὴν Λαβινίαν ὁ Τοῦρνος ἀγάγηται, ἡμεῖς ἐν οὐδενὶ λόγῳ παραπολλύμεθα· καὶ τὸν κατηγορήσαντα αὐτοῦ στρατιώτην Οὐαλέριον, χιλίαρχον ἀντ' αὐτοῦ ὁ Σεβῆρος ἀπέδειξεν. ἀπέκτεινε δὲ καὶ τὸν Λαῖτον, ὅτι τε φρόνημα εἶχε, καὶ ὅτι ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἠγαπᾶτο· καὶ οὐκ ἄλλως στρατεύσεσθαι ἔλεγον, εἰ μὴ Λαῖτος αὐτῶν ἡγοῖτο. καὶ τούτου τὸν *φόνον, διότι οὐκ εἶχε φανερὰν αἰτίαν, εἰ μὴ τὸν φθόνον, τοῖς στρατιώταις *προσετίθει, ὥσπερ παρὰ γνώμην αὐτοῦ τοῦτο τετολμηκόσιν. Αὐτὸς δὲ πάλιν ἐπὶ τὰ Ἄτρα ἐστράτευσε, πολλὰ μὲν σιτία παρασκευάσας, πολλὰ δὲ καὶ μηχανήματα ἑτοιμασάμενος. καὶ γὰρ δεινὸν ἐποιεῖτο, τῶν ἄλλων κεχειρωμένων, μόνην ταύτην ἐν μέσῳ κειμένην ἀντέχειν. καὶ ἀπώλεσε καὶ χρήματα πλεῖστα, καὶ τὰ μηχανήματα πάντα, πλὴν τῶν Πρισκείων, ὡς ἀνωτέρω ἔφην· καὶ σὺν τούτοις καὶ στρατιώτας πολλούς. συχνοὶ μὲν γὰρ καὶ ἐν ταῖς προνομαῖς ἐφθείροντο, τῆς βαρβαρικῆς ἵππου (φημὶ δὴ τῆς τῶν Ἀράβων) πανταχοῦ τε ὀξέως καὶ σφοδρῶς ἐπιπιπτούσης αὐτοῖς· καὶ οἱ Ἀτρηνοὶ ἐξικνοῦντο μὲν καὶ ταῖς τοξείαις ἐπὶ μακρότατον. καὶ γὰρ ἐκ μηχανῶν βέλη τινὰ ἐξέχρυον, ὥστε πολλοὺς

καὶ τῶν

καὶ τῶν τοῦ Σεβήρου ὑπασπιστῶν βληθῆναι, συνδύο τε αὐτῶν βέλη ὑπὸ τὴν αὐτὴν ῥύμην ἱέντων, πολλαῖς τε ἅμα χερσὶ καὶ πολλοῖς τοξεύμασι βαλλόντων· πλεῖστον δὲ ὅμως ἐκάκωσαν αὐτοὺς ἐπειδὴ τῷ τείχει προσέμιξαν, καὶ πολὺ πλεῖον ἐπεὶ καὶ διέρρηξάν τι αὐτοῦ. τά τε γὰρ ἄλλα καὶ τὸ νάφθα τὸ ἀσφαλτῶδες ἐκεῖνο, περὶ οὗ ἄνω μοι γέγραπται, ἀφιέντες σφίσι, τά τε μηχανήματα καὶ τοὺς στρατιώτας πάντας, οἷς ἐπεβλήθη, κατέφλεγον· καὶ αὐτὰ ὁ Σεβῆρος ἀπὸ βήματος ὑψηλοῦ ἐθεώρει. πεσόντος δέ πῃ τοῦ ἔξωθεν περιβόλου, καὶ τῶν στρατιωτῶν πάντων προθυμουμένων ἐς τὸν λοιπὸν ἐσβιάσασθαι, ἐκώλυσεν αὐτοὺς ὁ Σεβῆρος τοῦ πρᾶξαι, τορῶς πανταχόθεν τὸ ἀνακλητικὸν σημανθῆναι κελεύσας. δόξα τε γὰρ τοῦ χωρίου, ὡς καὶ πάμπολλα τά τε ἄλλα χρήματα καὶ τὰ τοῦ ἡλίου ἀναθήματα ἔχοντος, μεγάλη ἦν, καὶ προσεδόκησεν ἐθελοντὴν τοὺς Ἀρραβίους, ἵνα μὴ βίᾳ ἁλόντες ἀνδραποδισθῶσιν, ὁμολογήσειν. μίαν γοῦν διαλιπὼν ἡμέραν, ὡς οὐδεὶς αὐτῷ ἐπεκηρυκεύσατο, προσέταξεν αὖθις τοῖς στρατιώταις τῷ τείχει, καίπερ ἀνοικοδομηθέντι νυκτὸς, προσβαλεῖν. καὶ αὐτῷ τῶν μὲν Εὐρωπαίων τῶν δυναμένων τι κατεργάσασθαι, οὐδεὶς ἔτ' ὀργῇ ὑπήκουσεν· ἕτεροι δὲ δὴ Σύροι, ἀναγκασθέντες ἀντ' αὐτῶν προσβαλεῖν, κακῶς ἐφθάρησαν. καὶ οὕτω θεὸς ὁ ῥυσάμενος τὴν πόλιν, τοὺς μὲν στρατιώτας δυνηθέντας ἂν εἰς αὐτὴν εἰσελθεῖν, διὰ τοῦ Σεβήρου ἀνεκάλεσε, καὶ τὸν Σεβῆρον αὖ βουληθέντα αὐτὴν μετὰ τοῦτο λαβεῖν, διὰ τῶν στρατιωτῶν ἐκώλυσεν. οὕτω γοῦν ὁ Σεβῆρος ἐπὶ τούτοις διηπορήθη, ὥστε τινὸς τῶν ἀμφ' αὐτὸν ὑποσχομένου αὐτῷ, ἐάν γε αὐτῷ *δώσῃ πεντακοσίους καὶ πεντήκοντα μόνους τῶν Εὐρωπαίων στρατιωτῶν, ἄνευ τοῦ τῶν ἄλλων κινδύνου τὴν πόλιν ἐξαιρήσειν, ἔφη πάντων ἀκουόντων, Καὶ πόθεν τοσούτους στρατιώτας ἔχω; πρὸς τὴν ἀπείθειαν τῶν στρατιωτῶν τοῦτο εἰπών. Εἴκοσι δ' οὖν ἡμέρας τῇ πολιορκίᾳ προσεδρεύσας, ἐς τὴν Παλαιστίνην μετὰ τοῦτο ἦλθε, καὶ τῷ Πομπηίῳ ἐνήγισεν. Ἐλθὼν δὲ καὶ ἐς τὴν Αἴγυπτον, πᾶσάν τε εἶδε, καὶ ἐπολυπραγμόνησε πάντα καὶ τὰ πάνυ κεκρυμμένα. ἦν γὰρ οἷος μηδὲν μήτε ἀνθρώπινον μήτε θεῖον ἀδιερεύνητον καταλιπεῖν. κἀκ τούτου τά τε βιβλία πάντα τὰ ἀπόρρητόν τι ἔχοντα, ὅσα καὶ εὑρεῖν ἠδυνήθη, ἐκ πάντων (ὡς εἰπεῖν) τῶν ἀδύτων ἀνεῖλε, καὶ τὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου μνημεῖον συνέκλεισεν, ἵνα μηδεὶς ἔτι μήτε τὸ σῶμα τούτου ἴδῃ, μήτε τὰ

satellites Seueri prosterneret. nā vno impulsu bina tela emittebāt, coniiciebanturq; multa manibus & arcubus multorū: sed maximū damnum intulerunt Seuerianis, cū propius ad muros accederēt: multo vero maius, cū aliquā eius partē diruissent. Tū enim naphtha, quod ex genere bituminis esse supra dictū est, cōiecerunt in eos: quo machinæ, milites q; omnes quos attigit, conflagrauerunt: atq; hæc Seuer[us] spectabat ex * superiore loco. Cū aūt pars aliqua muri corruisset extrinsecus, vellentq; cuncti milites promptis animis reliquū inuadere, Seuerus phibuit ne id facerent, iussitq; palā vbiq; canere receptui; propterea q; magna erat opinio, grandē pecuniā, & Solis donaria in eo oppido reposita esse: sperabatq; Arabas, ne vi capti redigerētur in seruitutem, * hūc thesaurū perfacile indicaturos. Sed vno interiecto die, postquā videt ad se legatos ab Atrenis nō venire, vt deditionem facerēt, imperauit militibus, vt in murū (quamquā noctu instauratus fuerat) irrumperent. Cui dū nemo ex militibus Europæis qui poterant aliquid perficere, parēre voluit, Syri coacti pro illis irruptionē facere, magnam cladem acceperunt. Itaque Deus vrbē liberauit, qui per Seuerū reuocauit milites, cū possent in ipsam ingredi: & Seuerum cupientem eandem postea capere, per milites prohibuit. Quamobrem Seuerus tā anxio fuit animo & hæsitabūdo, vt cū ab eo vnus ex ducib. ipsius tātummodo peteret quingētos quinquaginta milites Europęos, seq; sine reliquorū periculo vrbē capturū poilliceretur, ita cunctis audientib. responderit: *Vnde*, inquit, *tot milites habebo?* Id ab eo propterea dictum est, quod milites dicto audientes non essent. Cum autem tenuisset illā vrbem obsessam spatio XX dierum, venit in Palæstinam, ac Pompeio parentauit. Inde profectus in Ægyptū, totam regionem vidit, occultasque res in ea & penitus abditas conquisiuit. Nihil enim fuit diuinarū aut humanarum rerum, quod ille nō voluerit perscrutari: præterea libros omnes in quib. arcana continentur, quotquot potuerunt inueniri, fere ex omnib. adytis sustulit. Clausit monumentū Alexandri, ne quisquā corpus eius videret in posterū, neve ea quæ

in ipso scripta erant, legeret. Quæ cũ ab eo facta sint, mihi non est necesse scribere cetera quæ ad Ægyptũ pertinent: quamquam ea quæ de Nilo habeo multis rationibus perspecta atque cognita, iure possum referre. Is ex monte Atlante certo fluit; qui mons est in Macennitide, non longe ab Oceano, qua parte spectat ad occasum Solis: mons est lõge omnium altissimus, quem poetæ ob eam causam columnã cæli esse dixerunt: nam ad summum eius verticem nemo ascendit vmquam, neque culmina videre potuit. quamobrem plenus est perpetuis niuibus; ex quibus æstate magnam copiam aquæ emittit, cum alioqui ad radices vndiq; paludes habeat, quæ tunc multo fiunt maiores, augeturq; Nilus, ꝓpterea quod fons eius est; vt ex crocodilis, ceterisque quæ vtrobiq; nascuntur, coniicitur. Neq; vero mirari quisquam debet, si nos ea diximus quæ sunt a veteribus Græcis ignorata. Nam Macennitæ propter Mauritaniam inferiorẽ habitant; multiq; ex iis qui illic bella gerunt, ad Atlantem perueniunt. sed de his hactenus. Interea Plautianus, cuius erat *apud Seuerũ maxima auctoritas, quique præfecti potestatem habebat, eratq; omnium hominum potẽtissimus, morte affecit magnum numerum priuatorum hominum, & optimatum. Is erat homo inexplebili cupiditate: omnia enim petebat ab omnibus, & capiebat omnia; nullãq; gentem, nullam ciuitatem reliquit, quam nõ prædaretur: cumq; cuncta diriperet vndequaq;, ea congerebat domum suam; multoq; plura munera ab omnibus ad eum, quam ad Seuerum mittebãtur. Postremo equos Solis tigrib. simillimos ex insulis maris rubri, missis cẽturionibus furatus est. hoc enim vno *infinitam eius cupiditatem videor ostendisse. Quamquam & illud addendũ videtur, centũ ciues Romanos *nobiles viros domi ab eo excisos esse; id quod nemo nostrũ ante quam ipse moreretur, intellexerat. Quibus ex reb. percipi potest, quãta fuerit hominis peruersitas atq; potẽtia. Excîdit autẽ non solum pueros & adolescentes, sed etiam viros, quorũ nonnullis vxores erãt: idq; fecit vt Plautilla filia eius, quam postea Antoninus vxorem duxit, haberet magnũ eunuchorum famulatum. Nos quidẽ eosdem homines eunuchos, maritos, patres, priuatos testibus,

ἐν ἐκείνοις γεγραμμένα ἀναλέξηται. Καὶ ὁ μὲν ταῦτ᾽ ἐποίει. ἐγὼ δὲ τὰ μὲν ἄλλα τῆς Αἰγύπτου οὐδὲν δέομαι γράφειν· ὃ δὲ δὴ περὶ τοῦ Νείλου πολλαχόθεν ἀκριβώσας ἔχω, δικαιότατός εἰμι εἰπεῖν. ἐκ γὰρ τοῦ Ἄτλαντος τοῦ ὄρους σαφῶς ἀναδίδοται· τοῦτο δέ ἐστιν ἐν τῇ Μακεννίτιδι παρ᾽ αὐτῷ τῷ Ὠκεανῷ πρὸς ἑσπέραν, καὶ ὑπεραίρει πολὺ πλεῖστον ἁπάντων ὀρῶν· ὅθεν οἱ ποιηταὶ κίονα αὐτὸν τοῦ οὐρανοῦ εἶναι ἔφησαν. οὔτε γὰρ ἀνέβη ποτέ τις ἐπ᾽ ἄκρον αὐτοῦ, οὔτε τὰς κορυφὰς αὐτοῦ εἶδε. χιόνος τε οὖν ἀεὶ διὰ ταῦτα πεπλήρωται, καὶ τὸ ὕδωρ ἐξ αὐτῆς παμπληθὲς ὑπὸ τὸ θέρος ἀφίησιν. ἔστι μὲν καὶ ἄλλως ἑλώδη πάντα τὰ περὶ τοὺς πρόποδας αὐτοῦ, τότε δὲ ἐπὶ μᾶλλον πληθύνεται, * καὶ ἐκ τούτου τὸν Νεῖλον τὴν ὡραίαν ἐπαύξει. πηγὴ γάρ ἐστιν αὐτοῦ, ὥσπερ που καὶ τοῖς κροκοδείλοις καὶ ἄλλοις ἑκατέρωθι ὁμοίως γινομένοις τεκμηριοῦται. καὶ * θαυμάσῃ μηδεὶς εἰ τὰ τοῖς ἀρχαίοις Ἕλλησιν ἄγνωστα ἐξευρήκαμεν. πλησίον γὰρ οἱ Μακεννῖται τῇ Μαυριτανίᾳ τῇ κάτω οἰκοῦσι, καὶ πολλοὶ τῶν ἐκεῖ στρατευομένων καὶ πρὸς τὸν Ἄτλαντα ἀφικνοῦνται. Τοῦτο μὲν οὕτως ἔχει. Πλαυτιανὸς δὲ, παραδυναστεύων τῷ Σεβήρῳ, καὶ τὴν * ἐπαρχικὴν ἔχων ἐξουσίαν, πλεῖστά τε ἀνθρώπων καὶ μέγιστα δυνηθεὶς, πολλοὺς μὲν τῶν ἐλλογίμων ἀνδρῶν καὶ ὁμοτίμων αὐτῷ ἐθανάτωσε· πάντων δ᾽ ἐπεθύμει, καὶ πάντα παρὰ πάντων ᾔτει, καὶ πάντα ἐλάμβανε· καὶ οὔτε ἔθνος οὐδὲν οὔτε πόλιν οὐδεμίαν ἀσύλητον εἴασεν· ἀλλὰ πάντα δὴ καὶ πανταχόθεν ἥρπαζε, καὶ συνεφόρει· καὶ πολὺ πλείονα αὐτῷ ἢ τῷ Σεβήρῳ πάντες ἔπεμπον. καὶ τέλος, ἵππους ἡλίῳ τιγροειδεῖς ἐκ τῶν ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ νήσων, πέμψας ἑκατοντάρχους, ἐξέκλεψεν. ἓν γὰρ τοῦτο εἰπὼν, πᾶσαν αὐτοῦ τὴν περιεργίαν καὶ τὴν ἀπληστίαν δεδηλωκέναι νομίζω. καίτοι καὶ ἐκεῖνο προσθήσω, ὅτι ἀνθρώπους ἑκατὸν εὐγενεῖς Ῥωμαίους ἐξέτεμεν οἴκοι. καὶ τοῦτο οὐδεὶς ἡμῶν πρὸ τοῦ τελευτῆσαι αὐτὸν ᾔσθετο. πᾶσαν γὰρ ἐκ τούτου τήν τε παρανομίαν αὐτοῦ καὶ ἐξουσίαν ἄν τις καταμάθοι. ἐξέτεμε δὲ οὐ παῖδας μόνον, εἴτε μειράκια, ἀλλὰ καὶ ἄνδρας, καὶ ἔστιν οἷς αὐτῶν καὶ γυναῖκας ἔχοντας, ὅπως ἡ * Πλαυτίλλα ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ (ἣν ὁ Ἀντωνῖνος μετὰ ταῦτ᾽ ἔγημε) δι᾽ εὐνούχων τήν τε ἄλλην θεραπείαν ἔχῃ. καὶ εἴδομεν τοὺς αὐτοὺς ἀνθρώπους εὐνούχους τε καὶ ἄνδρας, καὶ πατέρας * ἀόρχας,

ἐκτομίας

ἐκτομίας τε καὶ πωγωνίας. ἀφ᾽ οὗ δὴ οὐκ ἀπεικότως ὑπὲρ πάντας τὸν Πλαυτιανὸν, καὶ εἰς αὐτοὺς τοὺς αὐτοκράτορας ἰσχύσαι ἄν τις εἴπῃ. τά τε γὰρ ἄλλα καὶ ἀνδριάντες αὐτοῦ εἰκόνες οὐ μόνον πολλῷ πλείους, ἀλλὰ καὶ μείζους τῶν ἐκείνων, οὐδ᾽ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ, οὐδ᾽ ὑπὸ ἰδιωτῶν ἤδη μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπ᾽ αὐτῆς τῆς γερουσίας ἀνετέθειντο. τήν τε τύχην αὐτοῦ πάντες οἱ στρατιῶται καὶ οἱ βουλευταὶ ὤμνυσαν, καὶ ὑπὲρ τῆς σωτηρίας αὐτοῦ δημοσίᾳ ἅπαντες ηὔχοντο. αἴτιος δὲ τούτων αὐτὸς ὁ Σεβῆρος μάλιστ᾽ ἐγένετο· ὃς οὕτως αὐτῷ ὑπεῖκεν ἐς πάντα, ὥστ᾽ ἐκεῖνον μὲν ἐν αὐτοκράτορος, αὐτὸν δὲ ἐν ἐπάρχου μοίρᾳ εἶναι. τά τε γὰρ ἄλλα. καὶ ὁ μὲν, πάνθ᾽ ἁπλῶς ὅσα ὁ Σεβῆρος καὶ ἔλεγε καὶ ἔπραττεν, ᾔδει· τῶν δὲ δὴ τοῦ Πλαυτιανοῦ ἀπορρήτων οὐδεὶς οὐδὲν ἠπίστατο. τήν τε θυγατέρα αὐτοῦ τῷ υἱεῖ ἐμνήστευσε, πολλὰς καὶ σεμνὰς κόρας παραλιπών· ὕπατόν τε ἀπέδειξε, καὶ διάδοχον τῆς αὐταρχίας (ὡς εἰπεῖν) ἔχειν ηὔξατο. καί ποτε καὶ ἐπέστειλε, Φιλῶ τὸν ἄνδρα, ὥστε καὶ εὔχεσθαι προαποθανεῖν αὐτοῦ. ἠνείχετό γέ τοι ὁρῶν καὶ ἐν ταῖς καταλύσεσιν αὐτὸν ταῖς κρείττοσιν αὐλιζόμενον, καὶ τὰ ἐπιτήδεια καὶ ἀμείνω καὶ ἀφθονώτερα αὐτοῦ ἔχοντα. ὥστε δεηθείς ποτε ἐν τῇ Νικαίᾳ τῇ πατρίδι μου κεστρέως, οὓς ἡ λίμνη μεγάλους ἐκτρέφει, παρ᾽ ἐκείνου μετεπέμψατο. ὅθεν εἰ καί τι ἐπὶ μειώσει τῆς δυναστείας αὐτοῦ ποιεῖν ἐδόκει, ἀλλ᾽ ἔκ γε τῶν ἐναντίων πολὺ καὶ μειζόνων καὶ λαμπροτέρων ὄντων, καὶ ἐκεῖνο πάνυ ἀπημβλύνετο. ποτὲ γοῦν τοῦ Σεβήρου ἐν Τυαίοις νοσήσαντα αὐτὸν ἐπισκεψομένου, οἱ στρατιῶται οἱ περὶ τὸν Πλαυτιανὸν ὄντες, οὐκ εἴασαν τοὺς ἀκολουθοῦντας αὐτῷ συνεσελθεῖν· ὅτι τὰς δίκας τὰς ἐπ᾽ αὐτοῦ λεγομένας διατάττων, κελευσθείς ποτε ὑπὸ τοῦ Σεβήρου ἀργοῦντος δίκην τινὰ εἰσαγαγεῖν, οὐκ ἠθέλησεν, εἰπὼν ὅτι Οὐ δύναμαι τοῦτο ποιῆσαι, ἂν μὴ Πλαυτιανός μοι κελεύσῃ. καὶ οὕτω καὶ εἰς τὰ ἄλλα πάντα ὁ Πλαυτιανὸς αὐτοῦ κατεκράτει, ὥστε καὶ τὴν Ἰουλίαν τὴν Αὔγουσταν πρὸς τὸν Σεβῆρον ἀεὶ διέβαλλεν, ἐξετάσεις τε κατ᾽ αὐτῆς, καὶ βασάνους κατ᾽ εὐγενῶν γυναικῶν ποιούμενος. καὶ ἡ μὲν αὐτή τε φιλοσοφεῖν διὰ ταῦτ᾽ ἤρξατο, καὶ σοφισταῖς συνημέρευσεν· ὁ δὲ δὴ Πλαυτιανὸς, ἀσωτότατός τε ἀνθρώπων γενόμενος, ὥστε καὶ εὐωχεῖσθαι ἅμα καὶ ἐμεῖν, ἐπεὶ μηδὲν ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν τε σιτίων καὶ τοῦ οἴνου πέψαι ἠδύνατο· καὶ τοῖς μειρακίοις ταῖς τε κόραις οὐκ ἄνευ διαβολῆς χρώμενος, τῇ γυναικὶ τῇ ἑαυτοῦ οὐθ᾽

exsectos, & barbatos vidimꝰ. Ex quo nō iniuria dici potest, Plautianum omnib. hominibꝰ, atq; adeo ipsis principib. Romanis potentiorē fuisse. Etenim præter cetera statuæ ei multo plures & maiores, quā illis, nō solum in aliis ciuitatibus, sed etiā Romæ; neque tantum a priuatis ciuibus, sed etiā ab ipso Senatu collocatæ sunt. Per fortunam eius iurabāt cuncti milites ac Senatores: proq; eius salute publicè supplicabatur. In causa harū rerum fuerat potissimum Seuerus, qui ei ita permiserat omnia, vt ille Imperatoris, ipse præfecti loco esset. quidquid enim diceret aut ageret Seuerus, id ille perspectum habebat: arcana verò Plautiani sciebat nemo. Huius filiam Seuerus filio suo in matrimoniū dedit, posthabitis multis virginib. nobilissimis atq; pulcherrimis: ipsumque Plautianū designauit Consulem; quē fere cupiebat successorē Imperii relinquere. Nam ita de eo scripsit in epistola quadam: *Virum diligo, vt cupiam eum mihi esse superstitem*: patiebaturq; illum recipi in potiora diuersoria, resq; ad victū necessarias meliores habere, & copiosiores. Itaq; cum aliquando Nicææ, quæ mea est patria, mugilem postularet, quos maximos ille fert lacus, misit qui a Plautiano peterent, acceptumq; ab eo ad se perferrēt. Quod si ad cōminuendam eius potentiā videbatur nonnulla facere; tamen his contrariis, multoque maioribus & clariorib. rebus cetera omnia obscurabātur. Quocirca Tyanis cum Seuerus Plautianum ægrotātem visitaret, milites Plautiani non sunt passi eos qui Seuerum cōsequebantur, vna ingredi. Et quidam cum actiones haberet, iussus a Seuero, cū esset otiosus, vt aliquā actionem intēderet, *Non possum*, inquit, *nisi Plautianus mihi iusserit*. adeo potentior erat Seuero in rebus omnibus, vt etiam apud eum Iuliam Augustam semper calumniatus sit, & in eam, ac de matronis nobilibus, tormentis quæsiuerit. quæ dum ob eā causam philosopharetur, & tēpus cū Sophistis transigeret, Plautianus homo profusa luxurie vomebat in conuiuiis, quod nihil posset propter cibi viniq; maximā copiā concoquere: puerisq; ac puellis non sine magno probro vtebatur; cum tamen vetaret vxori suæ vt ne-

minem aspiceret, neque sineret vllo pacto vt ab aliquo, ne ab ipso quidem Seuero aut Iulia, conspiceretur. Per id tempus factũ est mulierum certamẽ; in quo tanta *cõuenerat multitudo athletarum, vt mirarẽtur omnes, quemadmodum eos stadiũ caperet. In quo certamine cum mulieres crudelissime pugnauissent, essentq; ob eã causam ceteras nobilissimas fœminas conuitiis consectatæ, cautũ est ne qua mulier vsquã in reliquũ tempus munerib. gladiatoriis fungeretur. Cũ vero essent statuæ cõplures factæ Plautiano, (oportet .n. res gestas exponere) Seuerus iniquo animo ferẽs tantam statuarũ multitudinẽ, conflare quasdã ex eis cœpit. Qua de causa rumor fuit in plerisque ciuitatibus, ipsum Plautianum oppressum esse, & penitus interiisse, multiq; statuas eius conciderunt; de quibus postea supplicium est sumptum. In eorũ numero fuit Racius Cõstans, vir clarissimus qui Sardiniæ præerat. Quarũ rerum ego mẽtionem feci, propterea quod cum orator, qui Constantem accusauit, multa dixisset, atq; illud in primis, *Cælum ruere citius posse, quam Plautiano damnum a Seuero inferri*: quib. rebus, atq; iis quæ sunt eiusdem generis, dicente illo, fides haberi poterat merito: cumque Seuerus audacter nobis, qui vna iudices eramus, cõfirmasset, nõ posse vllum malum ab se Plautiano accidere; nõ tamen perpetuo floruit Plautianus; sed intra annum occisus est, cunctæq; statuæ ipsius dissipatę sunt. Antequam autem id fieret, cetus maximus appulit in eum portum qui Augusti cognomen habet, in eoq; captus est. Cuius ceti figura introducta in amphitheatrum, tãta fuit vt quinquaginta vrsos caperet. Præterea cometes Romę per multos dies visus est; fuitq; opinio eum magnum aliquod malum portendere. Interea Seuerus, postquam attigit decennium principatus sui, cõgiario populo prætorianisque militibus dato, eis tot aureos, quot annos imperauerat, dedit. Quam ob causam sibi mirum in modum placebat, cum reuera nemo vnquã simul tantundẽ eis dedisset. consumptum enim in ea largitione † bis millies sestertiũ. Eodẽ anno celebratæ sunt nuptiæ Antonini filii Seueri, & Plautillæ Plautiani filiæ. Is tantũ filiæ suæ dedit, quantũ reginis quinquaginta satis fuisset. quæ omnia per forum vidimus comportari

aureorũ vicies cẽtena milia. Bl. Quinquies mille myriades drachmarum.

ὁρᾶν τινα οὔθ' ὁρᾶσθαι τοπαράπαν οὔθ' ὑπὸ τοῦ Σεβήρου οὔθ' ὑπὸ τῆς Ἰουλίας ἐπέτρεπεν. Ἐγένετο δὲ ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις καὶ ἀγὼν γυμνικός· ἐν ᾧ τοσοῦτον πλῆθος ἀθλητῶν ἀνάγκῃ ἀχθὲν συνῆλθεν, ὥσθ' ἡμᾶς θαυμάσαι πῶς αὐτοὺς τὸ στάδιον ἐχώρησε. καὶ γυναῖκες δὲ ἐν τῷ ἀγῶνι τούτῳ ἀγριώτατα* διαγωνισάμεναι ἐμαχέσαντο, ὥστε καὶ ἐς τὰς ἄλλας πάνυ ἐπιφανεῖς ἀπ' αὐτῶν ἀποσκώπτεσθαι· καὶ διὰ τοῦτ' ἐκωλύθη μηκέτι μηδεμίαν γυναῖκα μηδαμόθεν μονομαχεῖν. Εἰκόνων δέ ποτε πολλῶν τῷ Πλαυτιανῷ γενομένων, (ἄξιον γὰρ ἀφηγήσασθαι τὸ πραχθὲν) δυσχεράνας πρὸς τὸ πλῆθος ὁ Σεβῆρος, τινὰς αὐτῶν συνεχώνευσε· καὶ εἰς τὰς πόλεις ἐκ τούτου θροῦς διῆλθεν ὡς καὶ καθῃρημένου καὶ διεφθαρμένου· καὶ *τινὲς συνέτριψαν εἰκόνας αὐτοῦ, ἐφ' ᾧ ὕστερον ἐκολάσθησαν· ἐν οἷς ἦν καὶ ὁ τῆς Σαρδοῦς ἄρχων Ράκιος Κώνστας, ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος. ἀλλ' *οὐ χάριν τούτων ἐμνήσθην, ὅτι τοῦ ῥήτορος, ὃς τοῦ Κώνσταντος κατηγόρησε, καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις εἰπόντος, θᾶσσον ἂν τὸν οὐρανὸν συμπεσεῖν ἢ Πλαυτιανόν τι ὑπὸ Σεβήρου παθεῖν, καὶ μᾶλλον ἂν εἰκότως ἐκείνῳ τῷ λόγῳ, εἴπερ τι τοιοῦτον ἐλέχθη, πιστεῦσαί τινα· ταῦτα τοῦ ῥήτορος εἰπόντος, καὶ προσέτι καὶ αὐτοῦ τοῦ Σεβήρου νεανιευσαμένου πρὸς ἡμᾶς τοὺς συνδικάζοντας αὐτῷ καὶ φήσαντος, ὅτι ἀδύνατόν ἐστι κακόν τι ὑπ' ἐμοῦ Πλαυτιανῷ γενέσθαι, οὐδ' *ἀπενιαύτισεν αὐτὸς ἔτι ὁ Πλαυτιανὸς, ἀλλ' ἐσφάγη, καὶ αἱ εἰκόνες αὐτοῦ σύμπασαι διεφθάρησαν. Πρὸ δὲ τούτου κῆτος ὑπερμέγεθες ἐς τὸν τοῦ Αὐγούστου ἐπίκλην λιμένα ἐξώκειλε, καὶ ἑάλω, καὶ τὸ μίμημα αὐτοῦ εἰς τὸ κυνηγέσιον εἰσαχθὲν, πεντήκοντα ἄρκτους εἴσω ἐδέξατο. Ὤφθη δὲ ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας καὶ κομήτης ἀστὴρ ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ οὐκ αἴσιόν τι σημαίνειν ἐλέγετο. Ὁ δὲ Σεβῆρος ἐπὶ τῆς δεκετηρίδος τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἐδωρήσατο τῷ τε ὁμίλῳ παντὶ τῷ *σιτοδοτουμένῳ καὶ τοῖς στρατιώταις τοῖς δορυφόροις ἰσαρίθμους τοῖς τῆς ἡγεμονίας ἔτεσι χρυσοῦς. ἐφ' ᾧ καὶ μέγιστον ἠγάλλετο. καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς οὐδεὶς πώποτε τοσοῦτον αὐτοῖς ἀθρόοις ἐδεδώκει. εἰς γὰρ τὴν δωρεὰν ταύτην πεντακισχίλιαι μυριάδες δραχμῶν ἀνηλώθησαν. Ἐποιήθησαν δὲ καὶ οἱ γάμοι τοῦ τε Ἀντωνίνου τοῦ υἱοῦ τοῦ Σεβήρου καὶ τῆς Πλαυτίλλης τῆς τοῦ Πλαυτιανοῦ θυγατρός· καὶ τοσαῦτα τῇ θυγατρὶ ἐκεῖνος δεδώκει ὅσα καὶ πεντήκοντα γυναιξὶ βασιλίσσαις ἤρκεσεν ἄν. εἴδομεν δὲ αὐτὰ διὰ τῆς ἀγορᾶς εἰς τὸ παλάτιον

κομιζόμε-

κομιζόμενα. εἱστιάθημεν δ' ἐν * τῷ ἅμα, τὰ μὲν βασιλικῶς, τὰ δ' βαρβαρικῶς, ἑφθά τε πάντα ὅσα νομίζεται, καὶ ὠμά, ζῶντά τε ἄλλα λαβόντες. Ἐγένοντο δ' καὶ θέαι τηνικαῦτα παντοδαπαί, ἐπί τε τῇ ἀνακομιδῇ τοῦ Σεβήρου, καὶ ἐπὶ τῇ δεκετηρίδι αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ ταῖς νίκαις. ἐν ταύταις τῶν θέαις καὶ σύες τοῦ Πλαυτιανοῦ ἑξήκοντα ἄγριοι ἐπάλαισαν ἀλλήλοις ἀπὸ παραγγέλματος. ἐσφάγησαν δ' ἄλλα τε πολλὰ θηρία, καὶ ἐλέφας, καὶ * κοροκότας. τὸ δ' ζῶον τοῦτο, Ἰνδικόν τέ ἐστι, καὶ * τότε πρῶτον ἐς τὴν Ῥώμην, ὅσα καὶ ἐγὼ ἐπίσταμαι, εἰσήχθη. ἔχει δὲ χροιὰν μὲν λεαίνης τίγριδι μεμιγμένης, εἶδος δὲ ἐκείνων τε καὶ κυνὸς καὶ ἀλώπεκος ἰδίως πως συγκεκραμένον. τῆς δ' δεξαμενῆς ἁπάσης τῆς ἐν τῷ θεάτρῳ εἰς πλοίου σχῆμα κατασκευασθείσης, ὡς τετρακόσια θηρία καὶ δέξασθαι καὶ ἀφεῖναι ἀθρόως, ἔπειτα ἐξαίφνης διαλυθείσης, ἀνέθορον ἄρκτοι, λέαιναι, πάνθηρες, λέοντες, στρουθοί, ὄναγροι, βίσωνες, (βοῶν τι τοῦτο εἶδος, βαρβαρικὸν τὸ γένος καὶ τὴν ὄψιν) ὥστε ἑπτακόσια τὰ πάντα καὶ θηρία καὶ βοτὰ ὁμοῦ καὶ διαθέοντα ὀφθῆναι καὶ σφαγῆναι. πρὸς γὰρ τὸν τῆς ἑορτῆς ἀριθμὸν ἑπταημέρου γενομένης, καὶ ἐκεῖνα ἑπτάκις ἑκατὸν ἐγένετο. Ἐν δ' τῷ * Βαιβίῳ τῷ ὄρει πῦρ τε πλεῖστον ἐξέλαμψε, καὶ μυκήματα μέγιστα ἐγένετο, ὥστε καὶ ἐς τὴν Καπύην (ἐν ᾗ, ὁσάκις ἂν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ οἰκῶ, διάγω) ἐξακουσθῆναι. τοῦτο γὰρ τὸ χωρίον ἐξελεξάμην τῶν τε ἄλλων ἕνεκα, καὶ τῆς ἡσυχίας ὅτι μάλιστα, ἵνα σχολὴν ἀπὸ τῶν ἀστικῶν πραγμάτων ἄγων, ταῦτα γράψαιμι. ἐδόκει οὖν ἐκ τῶν περὶ τὸ * Βαίβιον γεγονότων, * νεοχμόν τι ἔσεσθαι. καὶ μέντοι καὶ τὰ περὶ τὸν Πλαυτιανὸν αὐτίκα ἐνεοχμώθη. μέγας μὲν γὰρ ὡς ἀληθῶς ὁ Πλαυτιανὸς καὶ ὑπέρμεγας ἐγεγόνει· ὥστε καὶ τὸν δῆμον ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ ποτὲ εἰπεῖν, * Τί τρέμεις, τί δὲ ὠχριᾷς; πλεῖον τῶν τριῶν κέκτησαι. ἔλεγον δὲ τοῦτο οὐ πρὸς ἐκεῖνον δῆθεν, ἀλλ' ἄλλως· τρεῖς δὲ ἐνέφαινον, τόν τε Σεβῆρον καὶ τοὺς υἱέας αὐτοῦ Ἀντωνῖνον καὶ Γέταν. ὤχρία δ' ἀεὶ καὶ ἔτρεμεν, ἔκ τε τῆς διαίτης ἣν διῃτᾶτο, καὶ ἐκ τῶν ἐλπίδων ὧν ἤλπιζε, καὶ ἐκ τῶν φόβων ὧν ἐφοβεῖτο. οὐ μὴν ἀλλὰ τέως μὲν ἤτοι ἐλάνθανε τὰ πλείω αὐτὸν τὸν Σεβῆρον, ἢ καὶ εἰδὼς αὐτὰ οὐ προσεποιεῖτο. ἐπεὶ δ' ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Γέτας τελευτῶν πάντα τὰ κατὰ τὸν Πλαυτιανόν, ἅτε καὶ μισῶν αὐτόν, καὶ μηκέτι φοβούμενος, ἐμήνυσεν, ἐκεῖνόν τε χαλκοῦν

in Palatiũ, in quo nobis epulũ datum est regio & barbarico apparatu. Aderant enim epulæ rerum omniũ quibus vesci homines solent, multaq; in his cocta, multa cruda, nõnulla etiam viua cepimus. Tum edita sunt varia spectacula propter reditum Seueri, & decẽnium principatus eius, ac victorias quas reportauerat: in quibus spectaculis apri sexaginta Plautiani inuicẽ certauerunt, vt erat mandatum: cæsæque sunt aliæ permultæ bestiæ, atque in primis elephas & crocota. Id animal est Indicum, ac tum primum (quod sciam) Romã aduectum est. color eius est leænæ permixtæ cũ tigri: figura quodammodo ex cane & vulpe constat. Earũ receptaculum in amphitheatro ædificatũ erat instar nauis, ita vt reciperet quadringentas feras, easdemque simul omnes redderet: qua ex naui subito dissoluta exsilierunt vrsi, leænæ, pantheræ, struthiones, onagri, bissones; quod genus boum est patria & aspectu barbarũ. Itaque septingentæ feræ mansuetæque bestiæ simul concurrere, & postea cõfodi visæ sunt. Occisis enim singulis diebus cẽtum, pro numero dierum festorum, qui septem fuerunt, septingentæ sunt occisæ. Per eos dies resplenduit in monte Vesuuio ignis maximus; in eoq; tanti mugitus exstitere, vt Capuam vsque audirentur: in qua ciuitate ego, quoties moror in Italia, habitare soleo. nam eum locum mihi delegi certis de causis; sed præsertim, vt haberem otium, quod vacuus a curis molestiisq; Vrbis, in scribenda hac historia consumerem. Videbatur igitur ex iis quæ in Vesuuio acciderunt, quandam rerum commutationem fore: quæ in Plautiano paulo post est facta. Vere enim Plautianus magnus, vel summus pot᷑ erat; ita vt populus aliquãdo diceret in Circo, *Quid tremis? cur palles? tu quidem certe plus quam tres illi possides.* Id ei scilicet non dicebatur, sed alteri. Significabãt autem tres viros, Seuerum cum duobus filiis, Antonino & Geta. Pallebat vero Plautianus & tremebat semper, cum propter rationem victus quã instituerat, tum propter spem metumque futurarum rerum in quibus erat. At horum magna pars vel latebat Seuerum, vel, si sciebat, ea se dissimulabat scire. Sed postquam Geta frater moriens significauit Seuero omnia quæ Plautianus agebat, (quippe illum oderat, nec metuebat amplius) Seuerus Getæ statuam ex ære

in foro posuit, desiitque habere Plautianum in tanto honore, magnaq; ex parte potentiã eius comminuere cœpit. Quas res moleste ferens Plautianus, Antonino, quem ante propter filiam suam quæ ab eo minus honorifice tractabatur, oderat, infensus atq; inimicus fuit, quasi auctori isti⁹ ignominiæ; seq; cũ eo gessit acerbius. His rebus permotus Antoninus; iratusq; vxori fœminæ impudentissimæ, atq; ipsi Plautiano, qui nõ solum conquirebat omnia quæ Antoninus ageret, sed etiam eum moleste increpabat in rebus omnibus; ab eo se vindicare & liberare statuit. Itaq; per Euodum educatorem suum, Saturnino centurioni, aliisque viris duobus itidẽ centurionibus, persuasit vt renuntiarent Seuero, iussisse Plautianum decem centurionibus, ex quorum numero essent & ipsi, Seuerum cũ Antonino occidere. Id centuriones faciunt, recitantque litteras Seuero, quas aiunt se ob hanc causam a Plautiano accepisse. Hęc statim peractis spectaculis, quæ in Palatio fiebant heroibus, dimissoq; populo, cum esset cœnę tempus, acta sunt: quibus ex rebus cõmẽtum argui facillime poterat. Neque enim Plautianus ausus fuisset decem centurionibus simul, neque Romæ, neque in Palatio, illo die aut hora, quidquam tale præcipere, præsertim per litteras: sed tamen visum est credibile Seuero, propterea quod superiore nocte viderat per quietẽ, Albinum viuere, sibique insidias parare. Itaq; Plautianũ celeriter tamquã ob alias causas accersiri iussit. Qui eo modo properauit, (vel potius numen exitium ei ita præsignificauit) vt mulę quę currum eius agebant, ceciderint in Palatio. cum ianitores qui erant ad cancellos, eum solum intrare permisissent, prohibitis iis qui consequebantur, vt eundem comitibus Seueri Tyanis fecisse supra diximus; cœpit habere rem suspectã, & pertimescere: tamen quia nesciebat quomodo retrocederet, ingreditur. Hic Seuerus cũ eo loquitur perhumaniter. *Quid enim, inquit, tibi venit in mẽtem? aut quamobrem nos voluisti interficere?* Dum ei potestatẽ respondendi facit, parातq; se vt defensionẽ eius audiat, Antoninus Plautiano neganti, admirantiq; orationem Seueri, facto impetu gladiũ abstulit, eumq; pugno percussit. Volebat Antoninus Plautianum sua manu occidere, cum is diceret,

ἐν τῇ ἀγορᾷ ἔστησε, καὶ τοῦτον οὐκέθ' ὁμοίως ἐτίμησεν, ἀλλὰ καὶ τῆς δυνάμεως τῆς πολλῆς παρέλυσεν. ὅθεν ὁ Πλαυτιανὸς δεινῶς ἠγανάκτησε, καὶ τὸν Ἀντωνῖνον καὶ πρότερον διὰ τὴν θυγατέρα ἀτιμαζομένην ὑπ' αὐτοῦ μισῶν, τότε δὴ καὶ μάλιστα ἤχθαιρεν, ὡς αἴτιον τῆς ἀτιμίας ἐκείνης αὐτῷ, καὶ τραχύτερον αὐτῷ προσφέρεσθαι ἤρξατο. δι' οὖν ταῦτα ὁ Ἀντωνῖνος τῇ τε γυναικὶ ἀναιδεστάτῃ οὔσῃ ἀχθόμενος, καὶ αὐτῷ ἐκείνῳ, ὅτι τε πάντα ὅσα ἔπραττεν ἐπολυπραγμόνει, καὶ ὅτι ἐπὶ πᾶσιν αὐτῷ ἐπετίμα, βαρυνόμενος, ἀπαλλαγῆναι τρόπον τινὰ αὐτοῦ ἐπεθύμησε. κἀκ τούτου δι' Εὐόδου τοῦ τροφέως αὐτοῦ, Σατορνῖνόν τινα ἑκατόνταρχον καὶ ἄλλους δύο ὁμοίους αὐτῷ ἔπεισεν ἐξαγγεῖλαί οἱ, ὅτι δέκα τισὶν ἑκατοντάρχοις, ἐξ ὧν καὶ αὐτοὶ ἦσαν, ὁ Πλαυτιανὸς κεκελευκὼς εἴη καὶ τὸν Σεβῆρον καὶ τὸν Ἀντωνῖνον κτεῖναι· καί τινα καὶ γραφὴν ὡς καὶ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ εἰληφότες, ἀνεγίνωσκον. ἐξαίφνης δὲ ταῦτ' ἐν ταῖς θεωρίαις ταῖς ἐν τῷ παλατίῳ ἥρωσι πεποιημέναις, τῆς τε θέας ἀφειμένης, καὶ δείπνου μέλλοντος ἔσεσθαι, ἐγίνοντο· ὅθεν οὐχ ἥκιστα τὸ σκευώρημα κατεφάνη. οὐ γὰρ ἂν οὔτε ἑκατοντάρχοις δέκα ἅμα, οὔτε ἐν τῇ Ῥώμῃ, οὔτε ἐν τῷ παλατίῳ, οὔτε ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, οὔτε ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, τοιοῦτό τι ὁ Πλαυτιανὸς, ἄλλως τε καὶ γράψας, προστάξαι ἐτετολμήκει. ὅμως πιστὸν αὐτὸ ἔδοξε τῷ Σεβήρῳ, ὅτι τῇ νυκτὶ τῇ προτεραίᾳ τὸν Ἀλβῖνον ὄναρ ζῶντά τε καὶ ἐπιβουλεύοντα αὐτῷ ἑωράκει. σπουδῇ οὖν, ὡς καὶ ἐπ' ἄλλο τι, τὸν Πλαυτιανὸν μετεπέμψατο. καὶ ὃς, οὕτως ἠπείχθη, (μᾶλλον δ' οὕτως αὐτῷ τὸν ὄλεθρον τὸ δαιμόνιον προεμήνυσεν) ὥστε τὰς ἡμιόνους τὰς ἀγούσας αὐτὸν, πεσεῖν ἐν τῷ παλατίῳ· καὶ αὐτὸν εἰσιόντα οἱ θυρωροὶ οἱ ἐπὶ τῶν κιγκλίδων, μόνον εἰσεδέξαντο, οὐδ' εἴασαν οὐδένα αὐτῷ συνεισελθεῖν· ὅπερ ποτὲ αὐτὸς περὶ τὸν Σεβῆρον ἐν τοῖς Τυανοῖς ἐπεποιήκει. καὶ ὑπώπτευσε μέν τι ἐκ τούτου, περίφοβός τε ἐγένετο· οὐ μέντοι ἔχων ὅπως ἀναχωρήσῃ, εἰσῆλθε· καὶ ὁ Σεβῆρος καὶ πάνυ πράως αὐτῷ διελέχθη, Τί τε τοῦτο ἔδοξέ σοι ποιῆσαι; καὶ διὰ τί ἀποκτεῖναι ἡμᾶς ἠθέλησας; λόγον τε αὐτῷ ἔδωκε, καὶ παρεσκευάζετο ὡς καὶ ἀπολογουμένου αὐτοῦ ἀκούσων· ἀλλ' ὁ Ἀντωνῖνος, ἀρνούμενόν τε αὐτὸν καὶ θαυμάζοντα τὰ λεγόμενα, τό τε ξίφος προσπηδήσας ἀφείλετο, καὶ πὺξ ἔπαισε· καὶ ἠθέλησε μὲν καὶ αὐτοχειρίᾳ σφάξαι, εἰπόντα

ὅτι

ὅτι Εὔφθης με κτεῖναι· ὑπὸ δὲ τοῦ παιδὸς κωλυθεὶς, ἐκέλευσέ τινι τῶν ὑπηρετῶν φονεῦσαι αὐτόν. καὶ αὐτοῦ τις, τῶν τριχῶν τοῦ γενείου ἐκτίλας, τῇ τε Ἰουλίᾳ καὶ τῇ Πλαυτίλλῃ προσήνεγκεν ὁμοῦ οὔσαις, πρὶν καὶ ὁτιοῦν αὐτὰς ἀκοῦσαι· καὶ εἶπεν, Ἴδετε τὸν Πλαυτιανὸν ὑμῶν· κἀκ τούτου τῇ μὲν πένθος, τῇ δὲ χαρὰν ἐνέβαλεν. Ἐκεῖνος * μὲν καὶ μέγιστον τῶν *ἐπ' ἐμὲ ἀνθρώπων δυνηθεὶς, ὥστε καὶ αὐτῶν τῶν αὐτοκρατόρων μᾶλλον πάντας καὶ φοβεῖσθαι αὐτὸν καὶ τρέμειν, καὶ ἐπὶ μειζόνων ἐλπίδων αἰωρηθεὶς, οὕτως ὑπό τε τοῦ γαμβροῦ ἐσφάγη, καὶ ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ παλατίου εἰς ὁδόν τινα ἐρρίφη. μετὰ ταῦτα γὰρ καὶ ἀνῃρέθη καὶ ἐτάφη, τοῦ Σεβήρου κελεύσαντος. καὶ ὁ Σεβῆρος μετὰ ταῦτα συνήγαγε μὲν τὴν βουλὴν ἐς τὸ συνέδριον· οὐ μέντοι καὶ κατηγόρησέ τι τοῦ Πλαυτιανοῦ, ἀλλ' αὐτὸς μὲν τήν τε φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην, ὡς μὴ δυναμένην τιμὰς ὑπερόχους φέρειν, ὠδύρετο, καὶ ἑαυτὸν ᾐτιάσατο ὅτι οὕτως αὐτὸν ἐτετιμήκει καὶ ἐπεφιλήκει. τοὺς δὲ δὴ μηνύσαντάς οἱ τὴν * βουλὴν αὐτοῦ, πάνθ' ἡμῖν εἰπεῖν ἐκέλευσεν, ἐκβαλὼν ἐκ τοῦ συνεδρίου τοὺς οὐκ ἀναγκαίους, ἵν' ἐκ τοῦ μηδὲν διηγήσασθαι ἐνδείξηται ὅτι οὐ πάνυ σφίσι πιστεύει. Πολλοὶ μὲν οὖν διὰ τὸν Πλαυτιανὸν ἐκινδύνευσαν, καί τινες καὶ ἀπέθανον. ὁ μέντοι Κοίρανος ἔλεγε μὲν οἷά που πλεῖστοι πρὸς τοὺς εὐτυχοῦντας πλάττονται ἀεὶ, ἑταῖρός τε αὐτοῦ εἶναι· καὶ ὁσάκις γε ἐκεῖνοι παρὰ τῶν ἄλλων τῶν ἀσπαζομένων αὐτὸν εἰσεκαλοῦντο, συνεφείπετο σφίσι μέχρι τῆς κιγκλίδος τῆς τελευταίας· οὐ μέντοι καὶ ἐκοινώνει τῶν ἀπορρήτων, ἀλλ' ἐν τῷ μεταιχμίῳ διατρίβων, Πλαυτιανῷ μὲν ἔξω, τοῖς δὲ ἔσω, ἔνδον ἐδόκει εἶναι· καὶ διὰ τοῦτο πλέον ὑπωπτεύθη· καὶ διότι ὄναρ ποτὲ τοῦ Πλαυτιανοῦ ἰδόντος ἰχθῦς τινὰς ἐκ τοῦ Τιβέριδος ἀναβάντας πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ προσπεπτωκέναι, ἔφη καὶ τῆς γῆς αὐτὸν καὶ τοῦ ὕδατος ἄρξειν. ἀλλ' οὗτος, ἐπὶ ἑπτὰ ἔτη ἐν νήσῳ περιορισθεὶς, κατήχθη τε μετὰ τοῦτο, καὶ ἐς τὴν γερουσίαν πρῶτος Αἰγυπτίων κατελέχθη, καὶ ὑπάτευσε, μηδεμίαν ἄλλην ἀρχὴν προάρξας, ὥσπερ ὁ Πομπήιος. Κεκίλιος μέντοι Ἀγρικόλας ἐν τοῖς πρώτοις τῶν κολάκων αὐτοῦ ἀριθμούμενος, πονηρείᾳ δὲ καὶ ἀσελγείᾳ οὐδενὸς ἀνθρώπων δεύτερος ὤν, κατεψηφίσθη ἀποθανεῖν· ἐλθὼν δὲ οἴκαδε, καὶ οἴνου ἐψυγμένου ἐμπλησθεὶς, τό τε ποτήριον ὃ πέντε μυριάδων ἐώνητο, συνέτριψε, καὶ ἐπαπέθανεν αὐτῷ, τὰς φλέβας τεμών.

Tu me preuenisti: sed prohibitus a patre, iussit vni ex famulis vt ipsum interficeret. Interea quidam ex iis qui aderant, pilos ex mento eius euulsos, Iuliæ Plautillæque, quæ tum simul erant, attulit, antequam aliquid audiuissent: *Vos vero*, inquit, *vestrum Plautianum videte*. quæ res alteri fuit mœrori, alteri solatio. Itaque Plautianus, nostra memoria omnium hominum potentissimus, quem magis quam* ipsum principem metuebant omnes, quique spe multo maiore* elatus fuerat, a genero interficitur, eque Palatio proiicitur in viam: quamuis elatus tandem iussu Seueri, & sepultura affectus sit. Post hæc Seuerus Senatum conuocat in Curiam; neq; tamen Plautianum criminatur: tãtummodo deplorat conditionem humani generis, quod summos honores non ferat: accusatque se, quod illum tanto honore & beneuolentia prosecutus esset: dein eos qui consilium & insidias Plautiani indicauerãt, omnia referre ad nos iubet, eiectis e Senatu iis qui minus erãt necessarii; vt, dum nihil exponeret ipse, se non magnam fidem indicibus habere ostenderet. Venere multi in maximũ periculum Plautiani causa: nonnulli etiam morte affecti sunt. Cœranus quidem, cũ se amicum Plautiani esse semper diceret, vt plerique omnes solent fortunatis hominibus: eos qui primi ante alios vocati Plautianum salutatum venirent, comitari solebat vsq; ad postremas fores: quicũ etsi Plautianus non communicabat secreta consilia, tamen quod medius inter vtrasq; fores morari consueuerat, licet Plautiano foris esset, ceteris intus esse videbatur; ob eamq; causam magis suspectus fuit. Augebat suspicionẽ, quod, cũ Plautianus vidisset in somnis* paucos pisces, dum e Tiberi exirent, ad pedes suos accidere, respondit, eum terræ marisq; imperium habiturum. Itaq; relegatus in insulam septem annos fuit: deinde restitutus, primusq; ex Ægyptiis hominibus cooptatus in ordinem Senatorium, factus est Cõsul, vt Põpeius, nullo ante gesto magistratu. Cæcilius autẽ Agricola, qui in primis assentatoribus Plautiani habebatur, quique nequitia ac libidine nemini secundus erat, capite damnatus domum venit: *plenusq; vini refrigerati, poculum, quod † ducentis milibus nummũ emptũ fuerat, allisit: ipse secta vena super id mortuus est.

† duob. milib. aureorũ, Bl. quinque myriadib. dr. Gr.

Saturninus quoque & Euodus, licet tunc honore affecti sint, tamẽ ab Antonino postea sunt occisi. Cumque nos Euodũ decreto ornaremus laudibus, Seuerus vetuit his verbis; *Turpe est*, inquit, *id de viro Cæsariano in vestris decretis scriptum inueniri.* Neque enim sinebat hunc Seuerus, neque reliquos Cæsarianos libertos iniuriã facere, aut insolẽtes esse. Cumque bene ob hanc causam audiret, ipsum aliquãdo collaudauit Senatus, ac magno edito clamore, *Omnes*, inquit, *recte faciunt omnia, propterea quod tu rectissime imperas.* Plautilla autem Plautusque filii Plautiani, tunc incolumes euaserunt, in Liparam relegati; licet sub Antonino postea interfecti sint; vixereque calamitose, atque in maximo metu & inopia necessariarũ rerum. Tum filii Seueri, Antoninus & Geta, Plautiano tamquã pædagogo liberati, cœpere omnia ꝑ libidine agere, mulieres dedecore afficere, pueros violare, inique colligere pecuniam, gladiatores atque aurigas sibi societate deuincire, seq; inuicem æmulari propter factorũ similitudinem; & tamen inter se cõtrariis studiis dissidere. Nam si cui vnus eorum se addiceret, alter aduersariũ eius prorsus eligebat: deniq; cũ exercendi causa, de currib. quos agebant equi parui, certarent inter se, in tãtam contentionem venerunt, vt Antoninus ex curru ceciderit, ac crus fregerit. Interea Seuerus aperte multas cædes fecit, atque in primis Quintilli Plautiani viri nobilissimi, qui erat vnus ex primis Senatoribus: cumq; iã esset grandis natu, viueretq; ruri, nec quidquã quæreret aut faceret curiosius, tamẽ calumniam nõ effugit, sublatusq; est. Hic paulo ante quã moreretur, postulauit vt ea quæ ad sepulturam suã iamdudum cõparauerat, ad se perferrentur. Quæ postquam vidit vetustate consumpta, *Quid hoc rei est*; inquit, *ita ne cunctati sumus?* Deinde *facto sacrificio, idem inquit; *Peto a diis immortalibus quod Adriano Seuerianus optauit.* itaque interiit. Post edita sunt certamina gladiatoria; in quibus præter alia, decẽ tigres simul cõfossæ sunt. Post hæc exitũ habuerunt ea quæ ad Apronianum pertinent; sane auditu perquam admirabilia. Accusatus est enim, dictũ olim fuisse, nutricẽ eius vidisse per quietem eum regnaturum, ipsumq; ob eam causam magicis artibus vsum esse.

Σατορνῖνος μέντοι καὶ Εὔοδος, τότε μὲν ἐπετιμήθησαν· ὕστερον δὲ ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίνου ἐθανατώθησαν. ψηφιζομένων δὲ ἡμῶν ἐπαίνους τινὰς τῷ Εὐόδῳ, ὁ Σεβῆρος ἐκώλυσεν, εἰπών, Αἰσχρόν ἐστιν ἐν δόγματι ὑμῶν τοιοῦτό τι περὶ Καισαρείου ἀνδρὸς γεγράφθαι. καὶ οὐ τοῦτον μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας τοὺς βασιλικοὺς ἀπελευθέρους οὔθ' ὑβρίζειν, οὔθ' ὑπεραυχεῖν εἴα· ἐφ' ᾧ καὶ καλῶς ἤκουεν. ἡ δ' αὖ γερουσία, ὑμνοῦσά ποτε αὐτὸν, καὶ αὐτὸ τοῦτο διαρρήδην ἐξεβόησεν, ὅτι Πάντες πάντα καλῶς ποιοῦσιν, ἐπεί σὺ καλῶς ἄρχεις. Πλαυτίλλα δὲ καὶ Πλαῦτος, οἱ τοῦ Πλαυτιανοῦ υἱεῖς, τότε μὲν ἐσώθησαν εἰς Λιπάραν ἐξορισθέντες· ἐπὶ δὲ Ἀντωνίνου ἀπώλοντο, καίτοι καὶ ζῶντες ἔν τε δέει καὶ ταλαιπωρίᾳ πολλῇ, τῶν τε ἀναγκαίων οὐκ εὐπορίᾳ διῆγον. Οἱ δὲ τοῦ Σεβήρου παῖδες, ὅ τε Ἀντωνῖνος καὶ ὁ Γέτας, οἷα παιδαγωγοῦ τινὸς ἀπηλλαγμένοι τοῦ Πλαυτιανοῦ, οὐδὲν ὅ τι οὐκ ἐποίουν. καὶ γὰρ καὶ γυναῖκας ᾔσχυνον, καὶ παῖδας ὕβριζον· χρήματά τε παρεξέλεγον, καὶ τοὺς μονομάχους τούς τε ἁρματηλάτας προσεποιοῦντο, τῇ μὲν ὁμοιότητι τῶν ἔργων ζηλοῦντες ἀλλήλους, τῇ δὲ ἀντισπουδάζειν στασιάζοντες. εἰ γάρ τῳ ὁ ἕτερος προσέθετο, πάντως ἂν τὸ ἐναντίον ὁ ἕτερος ᾑρεῖτο· καὶ τέλος, συμβαλόντες ἐν γυμνασίᾳ τινὶ ἵππων σμικρῶν ζεύγεσιν, ἐς μεγάλην φιλονεικίαν ἦλθον, ὥστε τὸν Ἀντωνῖνον πεσεῖν τε ἐκ τοῦ δικύκλου, καὶ τὸ σκέλος *κατεάξαι.

Ὁ μέντοι Σεβῆρος ἐπὶ πολλοῖς ἐπιφανῶν φόνοις, καὶ δὴ καὶ ἐπὶ τῷ Κυιντίλλου τοῦ Πλαυτιανοῦ *ἀπῆρξεν. ἐπεὶ γὰρ εὐγενέστατός τε ὤν, καὶ ἐν τοῖς πρώτοις τῆς βουλῆς ἀριθμούμενος, ἔν τε ταῖς τοῦ γήρως πύλαις ἑστὼς, καὶ ἐν ἀγρῷ ζῶν, καὶ οὔτε πολυπραγμονῶν τι, οὔτε περιεργαζόμενος, ὅμως καὶ ἐσυκοφαντήθη καὶ ἀνῃρέθη. μέλλων δ' οὖν τελευτήσειν, ᾔτησε τὰ ἐντάφια ἃ πρὸ πολλοῦ παρεσκεύαστο· καὶ ἐπειδὴ διερρυηκότα αὐτὰ ὑπὸ τοῦ χρόνου εἶδε, Τί τοῦτο, ἔφη, ἐβραδύναμεν; καὶ μετὰ τοῦτο θυμιάσας εἶπεν ὅτι, Τὴν εὐχὴν ταύτην εὔχομαι ἣν καὶ Σεβηριανὸς ἐπ' Ἀδριανοῦ ηὔξατο. Ἐκεῖνός τε οὖν ἀπώλετο, καὶ μονομάχων ἀγῶνες ἐγίνοντο· ἐν οἷς τά τε ἄλλα καὶ τίγριδες δέκα ἅμα ἐσφάγησαν. Καὶ μετὰ τοῦτο τὰ περὶ τὸν Ἀπρωνιανὸν ἐτελέσθη, παράδοξα ὄντα καὶ ἀκουσθῆναι. ἔσχεν γὰρ αἰτίαν, ὅτι ποτὲ ἡ τίτθη αὐτοῦ ὄναρ ἑωρακέναι ἐλέχθη ὡς βασιλεύσει, καὶ ὅτι μαγείᾳ τινὶ ἐπὶ τούτῳ χρήσασθαι ἔδοξε·

καὶ ἀπὼν

καὶ ἀπὼν ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς Ἀσίας κατεψηφίσθη. Ἀναγινωσκομένων οὖν ἡμῖν τῶν βασάνων τῶν περὶ αὐτοῦ γενομένων, καὶ τοῦτ' ἐνεγέγραπτο, ὅτι ὁ μέν τις ἐπύθετο τῶν ἐπὶ τῆς ἐξετάσεως τεταγμένων, τίς τε διηγήσατο τὸ ὄναρ, τίς τε ἤκουσεν· ὁ δέ τις ἔφη τά τε ἄλλα, καὶ ὅτι φαλακρόν τινα βουλευτὴν παρακύψαντα εἶδον. ἀκούσαντες δὲ τοῦθ' ἡμεῖς, ἐν δεινῷ πάθει ἐγινόμεθα. ὄνομα μὲν γὰρ οὐδενὸς οὔτε ἐκεῖνος εἰρήκει, οὔτε ὁ Σεβῆρος ἐγεγράφει· ὑπὸ δὲ ἐκπλήξεως καὶ οἱ μηδεπώποτε ἐς τοῦ Ἀπρωνιανοῦ πεφοιτηκότες, οὐχ ὅτι οἱ φαλακροί, ἀλλὰ καὶ οἱ ἄλλως ἀναφαλαντίαι ἐδεδίεσαν. καὶ ἐθάρσει μὲν οὐδείς, πλὴν τῶν πάνυ κομώντων· πάντες δὲ τοὺς τοιούτους περιεβλέπομεν, καὶ ἦν θροῦς, Ὁ δεῖνά ἐστιν· Οὔκ, ἀλλ' ὁ δεῖνα. οὐκ * ἀποκρύψομαι ὃ τότε μοι συνέβη, εἰ καὶ γελοιότατόν ἐστι. τοσαύτῃ γὰρ ἀμηχανίᾳ συνεσχέθην, ὥστε καὶ τῆς κεφαλῆς τὰς τρίχας τῇ χειρὶ ζητῆσαι· τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἕτεροι πολλοὶ ἔπαθον. καὶ πάνυ γε εἰς τοὺς φαλακροειδεῖς ἀφεωρῶμεν, ὡς καὶ εἰς ἐκείνους τὸν ἑαυτῶν κίνδυνον ἀπωθούμενοι· πρὶν δὴ προσανεγνώσθη ὅτι ἄρα περιπόρφυρον ἱμάτιον ὁ φαλακρὸς ἐκεῖνος εἶχε. λεχθέντος γὰρ τούτου, πρὸς Βαίβιον Μαρκελλῖνον ἀπείδομεν. ἠγορανομήκει γὰρ τότε, καὶ ἦν φαλακρότατος. ἀναστὰς γοῦν καὶ παρελθὼν ἐς μέσον, Πάντως που γνωριεῖ με, εἰ ἑώρακεν, ἔφη. ἐπαινεσάντων δὲ τοῦτο ἡμῶν, εἰσήχθη τε ὁ μηνυτής, καὶ χρόνον πολὺν ἐσιώπησε παρεστῶτος αὐτοῦ, περιβλέπων ὃν γνωρίσαι· τέλος δέ, νεύματί τινος ἀφανεῖ προσχών, ἔφη τοῦτον ἐκεῖνον εἶναι. καὶ οὕτω καὶ ὁ Μαρκελλῖνος ἑάλω φαλακροῦ παρακύψεως, ἐξήχθη τε ἐκ τοῦ βουλευτηρίου ὀλοφυρόμενος· καὶ διὰ τῆς ἀγορᾶς διεξελθών, οὐκέτ' ἠθέλησε περαιτέρω προχωρῆσαι, ἀλλ' αὐτοῦ τὰ τέκνα τέτταρα ὄντα ἀσπασάμενος, λόγον εἶπε περιπαθέστατον. ἔφη γάρ, Ἕν με τοῦτο λυπεῖ, τέκνα, ὅτι ὑμᾶς ζῶντας καταλείπω. καὶ ὁ μὲν οὕτω τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη, πρὶν τὸν Σεβῆρον μαθεῖν ὅτι καὶ κατεψηφίσθη. Τῷ μέντοι τὴν αἰτίαν αὐτῷ τοῦ θανάτου παρασχόντι Πολληνίῳ Σεβεννῷ δίκη τιμωρὸς ἀπήντησεν. ἐκδοθεὶς γὰρ ὑπὸ Σαβίνου τοῖς Νωρικοῖς, ὧν ἄρξας οὐδὲν χρηστὸν ἐπεποιήκει, αἴσχιστα πέπονθε·

Quamobrem absens (præerat enim Asiæ) condemnatus est. Cumque legerentur in Senatu quæ quæstiones in ipsum essent habitæ, scriptum inuenimus, interrogatos fuisse eos de quibus quæstio habebatur, quis narrauisset somnium, quisve audiuisset? atque vnum ex iis respondisse cum alia multa, tum vero se præterea Senatorem quendam caluum quasi per transennam aspicientem vidisse. Id vbi nos audiuimus, valde conturbati fuimus. neq; enim ille nomen cuiusquam dixerat, neq; Seuerus scripserat. Hoc metu correpti fuere etiam ii qui numquam Apronianum conuenerant; neque solum calui, sed etiam recaluastri: nostrumque satis cōfidebat nemo, nisi ii qui valde comati erant. Cumque illos cuncti circumspiceremus, primo rumor erat hunc esse, mox alium. Ego quidem (quamquam est perridiculum) tamē non reticebo id quod mihi tum accidit. tantam mihi hæc res attulit perturbationem, vt statim capillos mei capitis requisiuerim, eosque manu attrectauerim: idemque ab aliis permultis factum est. In primis obseruabamus eos qui calui esse videbantur; quasi in illos periculum nostrum reiiceremus. Idque fecimus, ante quam legeretur illum Senatorem caluum indutum fuisse veste purpurea. Nam postquam id recitatum est, omnes in Bæbium Marcellinum oculos coniecimus. is enim tum ædilis fuerat, ac maxime caluus erat. Marcellinus surrexit illico, & in medium venit; *Me vero*, inquit, *ille agnoscet, si quidem vidit*. Quo facto a nobis collaudato, index introducitur, tacetque diu præsente Marcellino, circumspiciēs quē agnosceret: tandem obseruato nutu cuiusdam obscuro, Marcellinum respicit, ipsumque esse ait. Hic igitur Marcellinus, quod homo caluus visus esset quasi per transennam aspicere, educitur e Senatu, lamentaturque maxime. cumq; transiret per forum, noluit procedere longius; sed ibi filiis quatuor quos habebat salutatis, orationem habuit * miserabilem: *Hoc vnum*, inquit, *magno me dolore afficit filii carißimi, quod vos superstites relinquo:* dein capite truncatus est, antequam esset renuntiatum Seuero, eum condemnatū esse. Huic auctor mortis fuit Pollenius Sebennius: cuius iniuria tam atrox non potuit impunita discedere. Cum enim deditus ad supplicium fuisset Noricis a Sabino, quorum præfecturam non bene administrasset, magno dedecore affectus est.

Nos quidem ipsum abiectum ad pedes & supplicē iacere vidimus: periissetque misere, nisi veniam per Aspacem patruum suum impetrauisset. Hic mordacissimus omnium hominum ac dicacissimus fuit: solebatque omnes homines cōtemnere, gratificari amicis, vlcisci inimicos. Feruntur eius multa salsa & vrbana dicteria in multos, atque adeo in ipsum Seuerū. ex quibus est illud, quod cum Seuerus ascriptus esset Marci familiæ, ita ei dixisse fertur; *Gratulor*, inquit, *tibi Cæsar, quod patrem inueneris*: quasi ante patrem non habuisset propter ignobilitatem & obscuritatē generis. Sub id tempus Bulas homo Italus, comparata manu sexcētorum latronum in Italia, biennio maximas prædas fecit, Imperatoribus, totque militibus præsentibus: cumque illum persequerentur multi, Seuero ipsum studiose diligenterque inuestigante, visus non videbatur, non inueniebatur inuentus, deprehensus non capiebatur: idq; maximis donis perficiebat homo magna prudētia præditus. Intelligebat enim nō solum qui Roma exirent, & qui Brundusium nauigarent, sed etiā qui, qualesve, & quot homines essent, & quantas facultates haberent. Ex quibus nonnullos dimittebat statim, accepta aliqua parte eorum quæ habebant: artifices retinebat aliquāto tempore, vt eorum opera vteretur, eosque deinde datis muneribus dimittebat. Cumque duo ex prædonibus ipsius capti essent, eosque non multo tempore post ad bestias damnari oporteret, ipse ad custodem carceris venit; simulauitque se regionis præfectum esse, ac paucis eiuscemodi hominibus egere: itaque suos recepit ac liberauit. Dein accessit ad centurionem, cui mandatum erat a Seuero vt hos prædones tolleret: apud eum, tamquam alius sit, ipse se accusat, promittitque ei, si sequi velit, se latronē in manus daturum: post eundē in vallem concauam & saxosam ducit, tamquam ad Felicem capiendum: (nam id Bulæ cognomen erat) ibi hominem facile comprehendit; eoq; facto conscēdit in tribunal, accepta veste magistratus: tum ad se centurionem vocat, eiq; caput radi iubet: *Nuntia*, inquit, *dominis tuis, vt ipsi seruos suos alant, ne latrocinētur*: habebat enim complures Cæsarianos, *partim exigua mercede conductos, partim nullo certo stipendio.* Hæc dum sigillatim cognosceret

καὶ εἴδομεν αὐτὸν ἐπί τε τῆς γῆς κείμενον, καὶ ἱκετεύοντα οἰκτρῶς, καὶ εἰ μὴ διὰ τὸν Ἄσπακα τὸν θεῖον αὐτοῦ φειδοῦς ἔτυχε, κἂν ἀπολώλει οἰκτρῶς· εἰ δὲ δὴ ἅπαξ ἐστὶ δεινότατος ἀνθρώπων ἐγένετο σκῶψαι, στωμύλασθαι, πάντων ἀνθρώπων καταφρονῆσαι, φίλοις χαρίσασθαι, ἐχθρὸν ἀμύνασθαι. καὶ αὐτοῦ πολλὰ μὲν καὶ πρὸς ἄλλους πικρὰ καὶ ἀστεῖα ἀποφθέγματα φέρεται, πολλὰ δὲ καὶ πρὸς τὸν Σεβῆρον αὐτόν· ὧν ἓν καὶ τοῦτο. ἐς γὰρ τὸ γένος αὐτοῦ τὸ τοῦ Μάρκου ἐγγραφέντος, Συγχαίρω σοι καῖσαρ, ἔφη, ὅτι πατέρα εὗρες· ὡς καὶ ἀπάτορος αὐτοῦ τὸν ἔμπροσθεν χρόνον ὑπὸ * ἀφανείας ὄντος. Ἐν δὲ τῷ καιρῷ τούτῳ Βούλας τις Ἰταλὸς ἀνὴρ, λῃστήριον στησάμενος ὡς ἑξακοσίων ἀνδρῶν, ἐλῄζετο τὴν Ἰταλίαν ἐπὶ ἔτη δύο, παρόντων μὲν τῶν αὐτοκρατόρων, παρόντων δὲ καὶ στρατιωτῶν τοσούτων. ἐδιώκετο μὲν γὰρ ὑπὸ συχνῶν ἀνδρῶν, φιλοτίμως αὐτὸν ἀνιχνεύοντος τοῦ Σεβήρου· οὔτε δὲ ἑωρᾶτο ὁρώμενος, οὔτε εὑρίσκετο εὑρισκόμενος, οὔτε κατελαμβάνετο ἁλισκόμενος. τοσαύτῃ καὶ μεγαλοδωρείᾳ καὶ σοφίᾳ ἐχρῆτο. ἐμάνθανε γὰρ πάντας τούς τε ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἐξιόντας, καὶ τοὺς ἐς τὸ Βρεντέσιον καταίροντας, τίνες τε καὶ πόσοι εἰσὶ, καὶ τίνα καὶ ὁπόσα κέκτηνται. καὶ τοὺς μὲν ἄλλους, μέρος ἄν τι παρ᾽ αὐτῶν ὧν εἶχον λαβὼν, εὐθὺς ἠφίει· τοὺς δὲ δὴ τεχνίτας κατεῖχε χρόνον τινὰ, καὶ χρησάμενος σφίσιν, εἶτα καὶ * προσδούς τι ἀπέλυε. καί ποτε δύο λῃστῶν αὐτοῦ ἁλόντων, καὶ θηρίοις δοθήσεσθαι μελλόντων, πρός τε τὸν δεσμοφύλακα κατῆλθε, πλασάμενος ὡς τῆς πατρίδος ἄρχων, καί τινων ἀνθρώπων τοιούτων δεόμενος· καὶ οὕτω λαβὼν αὐτοὺς ἔσωσε. τῷ δὲ ἑκατοντάρχῳ τῷ τὸ λῃστρικὸν καθαιροῦντι προσελθὼν, κατηγόρησεν αὐτὸς ἑαυτοῦ, ὥσπερ ἄλλος τις ὢν· καὶ ὑπέσχετο, εἰ ἀκολουθήσει αὐτῷ, παραδώσειν οἱ τὸν λῃστήν· καὶ οὕτως αὐτὸν εἰς κοῖλόν τινα καὶ * λοχμώδη τόπον, ὡς καὶ ἐπὶ τὸν * Φήλικα, ἀγαγὼν, (καὶ τοῦτο γὰρ αὐτὸς προσωνόμαστο) ῥᾳδίως συνέλαβε· καὶ μετὰ τοῦτ᾽ ἐπὶ τὸ βῆμα ἀνέβη, σχῆμα ἄρχοντος ἀναλαβών· καὶ καλέσας τὸν ἑκατόνταρχον, τῆς κεφαλῆς ἀπεξύρησε, καὶ ἔφη, Ἄγγελλε τοῖς δεσπόταις σου, ὅτι, Τοὺς δούλους ὑμῶν τρέφετε, ἵνα μὴ λῃστεύωσι. πλείστους γὰρ ὅσους τῶν καισαρείων εἶχε, τοὺς μὲν, ὀλιγομίσθους, τοὺς δὲ καὶ παντελῶς ἀμίσθους γεγονότας. Ταῦτ᾽ οὖν ὁ Σεβῆρος ὡς ἕκαστα

πυνθανό-

συνθανόμενος, ὀργῇ ἔφερεν, ὅτι ἐν τῇ Βρεττανίᾳ τοὺς πολέμους δι' ἑτέρων νικῶν, αὐτὸς ἐν τῇ Ἰταλίᾳ λῃστοῦ ἥττων ἐγίνετο· καὶ τέλος, χιλίαρχον ἐκ τῶν σωματοφυλάκων σὺν ἱππεῦσι πολλοῖς ἔστειλε, δεινὰ ἄττα αὐτῷ ἀπειλήσας, ἂν μὴ ζῶντα αὐτὸν ἀγάγῃ. καὶ οὕτως ἐκεῖνος μαθὼν ὅτι γυναικί τινι ἀλλοτρίᾳ χρῷτο, ἀνέπεισεν αὐτὴν διὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐπ' ἀδείας συνάρεσθαι σφίσι· κἀκ τούτου ἐν σπηλαίῳ τινὶ καθεύδων συνελήφθη· καὶ αὐτὸν *ὁ Παπινιανὸς ὁ ἔπαρχος ἀνήρετο, Διὰ τί ἐλῄστευσας; καὶ αὐτὸς ἀπεκρίνατο, Διὰ τί σὺ *ἔπαρχος εἶ; καὶ θηρίοις μετὰ τοῦτο ὑπὸ κηρύγματος ἐδόθη, καὶ αὐτοῦ καὶ τὸ λῃστρικὸν διελύθη. οὕτω που ἐν ἐκείνῳ πᾶσα ἡ τῶν ἑξακοσίων ἰσχὺς ἦν. Ὁ δὲ δὴ Σεβῆρος ἐπὶ Βρεττανίαν ἐστράτευσε, τούς τε παῖδας ἐκδιαιτωμένους ὁρῶν, καὶ τὰ στρατεύματα ὑπὸ ἀργίας ἐκλυόμενα, καίπερ εἰδὼς ὅτι οὐκ ἀνακομισθήσεται. ᾔδει δὲ τοῦτο μάλιστα μὲν ἐκ τῶν ἀστέρων ὑφ' ὧν ἐγεγέννητο· (καὶ γὰρ ἐς τὰς ὀροφὰς αὐτοὺς τῶν οἴκων τῶν ἐν τῷ παλατίῳ, ἐν οἷς ἐδίκαζεν, ἐνέγραψεν, ὥστε πᾶσι, πλὴν τοῦ μορίου τοῦ τὴν ὥραν ὥς φασιν ἐπισκοπήσαντος ὅτε ἐς τὸ φῶς ἐξῄει, ὁρᾶσθαι. τοῦτο γὰρ οὐ τὸ αὐτὸ ἑκατέρωθι ἐνετύπωσεν) *ᾔδει δὲ καὶ παρὰ μάντεων ἀκούσας. ἀνδριάντι γὰρ αὐτοῦ, πρὸς ταῖς πύλαις δι' ὧν ἐκστρατεύσειν ἔμελλεν, ἑστῶτι, καὶ πρὸς τὴν ὁδὸν τὴν ἐκεῖσε φέρουσαν ἀποβλέποντι, σκηπτὸς ἐμπεσὼν, τρία ἀπὸ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ γράμματα ἀπήλειψε. καὶ διὰ τοῦθ', ὡς οἱ μάντεις ἀπεφήναντο, οὐκ ἐπανῆκεν, ἀλλὰ καὶ τρίτῳ ἔτει μετὰ τοῦτο μετήλλαξε. καὶ χρήματα δὲ πάμπολλα συνεξήγαγε. Δύο δὲ γένη τῶν Βρεττανῶν μέγιστά εἰσι, Καληδόνιοι καὶ Μαιάται· καὶ ἐς αὐτὰ καὶ τὰ τῶν ἄλλων προσρήματα (ὡς εἰπεῖν) συγκεχώρηκεν. οἰκοῦσι δὲ οἱ μὲν Μαιάται, πρὸς αὐτῷ τῷ διατειχίσματι, ὃ τὴν νῆσον διχῇ τέμνει· Καληδόνιοι δὲ, μετ' ἐκείνους. καὶ νέμονται ἑκάτεροι ὄρη ἄγρια καὶ ἄνυδρα, καὶ πεδία ἔρημα καὶ ἑλώδη, μήτε τείχη μήτε πόλεις μήτε γεωργίας ἔχοντες, ἀλλ' ἔκ τε νομῆς καὶ θήρας ἀκροδρύων τέ τινων ζῶντες. τῶν γὰρ ἰχθύων, ἀπείρων καὶ ἀπλέτων ὄντων, οὐ γεύονται. διαιτῶνται δ' ἐν σκηναῖς γυμνοὶ καὶ ἀνυπόδετοι, ταῖς γυναιξὶν ἐπικοίνοις χρώμενοι, καὶ τὰ γεννώμενα πάντα ἐκτρέφοντες. δημοκρατοῦνταί τε ὡς πλήθει, καὶ λῃστεύουσιν ἥδιστα. στρατεύονται δὲ ἐπί τε ἁρμάτων,

Seuerus, stomachabatur, quod, cum aliorū opera hostes in Britannia vinceret, ipse in Italia latrone inferior esset. Ob hanc causam mittit tribunum *stipatorum cum magno equitū numero: eiq; nisi latronem ad se viuum adducat, grauiter minatur. Tribunus, vbi intellexit latronē cū aliena vxore habere consuetudinem, mulieri per virum persuadet, *vt se securo animo iuuare velit. Itaq; latro huius mulieris ope in spelunca comprehenditur. Qui cū postea interrogaretur a Papiniano præfecto prætorio, cur latrociniū fecisset, ita respōdit; *Et tu* inquit, *cur præfectus es?* Tandem vero voce præconis ipse bestiis obiectus, turbaque reliquorum prædonum dispersa est, quod tota vis sexcētorum in ipso esset reposita. Post hæc Seuerus in Britanniam cum exercitu proficiscitur, dum filios intemperantes esse, & legiones nimio otio affluentes corrumpi videt; idq; fecit, cū sciret se inde non esse reuersurū: quod maxime cognouerat ex stellis, sub quib. natus erat. Id enim in laquearibus ædium quæ erant in Palatio, in quib. ius reddebat, scriptū reliquit, ita vt ab omnibus, præter eam partē quæ ad horam (vt aiunt) qua natus esset, spectabat, *horoscopus* Græcis dicta, videretur. Eā enim vtrobique non eodem modo insculpsit. Iamq; idem audiuerat ex vatibus. nam fulmen in statuā ipsius, quæ ad eam portā collocata erat qua exercitum erat educturus, quæque spectabat in viam qua illuc itur, cecidit, tresq; litteras de nomine eius deleuit. Itaque Seuerus, vt prædictum fuerat a vatibus, reuersus non est; sed tertio anno post discessit e vita, cum grandem pecuniā *collegisset. Ceterum Britannorum duo sunt præsertim genera, Caledonii, & Mæatæ. nam ceterorum nomina ad hos fere referuntur. Incolunt Mæatæ iuxta eum murū, qui insulam in duas partes diuidit: Caledonii post illos sunt. Possident vtriq; montes asperrimos, & sine aqua; itemq; campos desertos, plenosq; paludibus: quodq; mœnia non habent, nec vrbes, agros nullos colunt; de *præda & venatione, fructibusq; arborum viuunt. nam pisces, quorum ibi maxima est & innumerabilis copia, non gustant. Degunt in tentoriis nudi & sine calceis: vtuntur communibus vxoribus, liberosq; omnes alunt. Apud hos populus magna ex parte principatum tenet: latrocinantur libentissime: militant de curribus:

equos habent paruos & celeres: *pedites currunt celerrime: dum stant, firmissimi sunt. Horũ arma sunt scutum, & hasta breuis; in cuius inferiore parte pomum est ex ære; vt, dum concutitur, hostes sonitu perterrefaciant. Pugiones quoque habent: sed in primis famem, frigusque, ac labores omnes perferunt. nam mersi in paludibus capite tenus, per multos dies inediam sustinent: in siluis autem, corticibus atque radicibus arborum aluntur. Certum cibi genus parant ad omnia; quẽ si ceperint, quanta est vnius fabę magnitudo, minime esurire aut sitire solent. Cũ igitur Britannia insula talis sit, incolas huiusmodi habet. Est enim insula: quod constitit illis temporibus, vt supra dictum est. Ea patet in longitudinem ad milia passuum DCCCXCI: in latitudinem, qua parte latissima est, CCLXXXIX: qua vero parte est angustissima, XXXVII. Huius insulæ pars, paulo minus quam dimidia nostra est: quam Seuerus cum vellet omnem in suam potestatem redigere, ingressus est in Caledoniam; eamq; dum pertrãsiret, habuit maxima negotia, quod siluas cæderet, & loca alta perfoderet, quodq; paludes obrueret aggere, & pontes in fluminib. faceret. Nullum enim prœlium gessit, neq; copias hostium instructas vidit: a quibus proponebantur consulto oues bouesque, vt cum ea nostri raperent, ac longe de via declinarent, facile opprimerentur. Ad hęc nostris aquę valde oberant, dispersisq; insidię parabantur: cumq; non possent iter facere, occidebantur a suis, vt ne ab hostibus caperentur. Itaque mortui sunt e nostris ad quinquaginta milia. Neque tamen destitit Seuerus, quousq; ad extremam insulam venit; vbi diuersum, quam apud nos sit, cursum Solis, itemque noctium ac dierum, æstiuorum atq; hibernorũ magnitudinem diligentissime cognouit. Tandem per omnem terram hostilẽ vectus, (nam plurimum propter imbecillitatẽ operta lectica vehebatur) reuertit ad socios, Britannis ad fœdus faciendum coactis, ea conditione, vt non parua regionis parte cederent. Perturbabat eũ Antoninus & sollicitabat maxime, non solũ quod libidinosę ac petulanter viueret, sed etiam quod perspicuum esset, ab eo, cum primum daretur potestas, fratrem interfectum iri, quodq; iam ipsi Seuero

admissos, sed foris alicubi stãtes: tandem visum est ei, nos plerumque ne salutare quidem amplius. Ipse interea curiose aliquid agere, (vt supra dictũ est) currus agitare, bestias cędere, obire munus gladiatoriũ, potare, ebrius esse: ad hæc, præsentibus nobis ac videntibus, cum alia ciborum genera, tum vinum in pateras & calices infusum, ad milites qui intus erant ad custodiam ipsius, transmittere. Ita nonnumquã his confectis rebus ius reddebat. Hæc fecit cum hibernaret in Nicomedia, exercuitq; phalãgem Macedonicam, comparauitque duas ingẽtes machinas ad Armenicum & Parthicum bellum, vt eas dissolutas, in naues imponeret, atq; in Syriã veheret. Multas cædes, aliaq; multa faciebat cõtra ius fasq;: deniq; grandem pecuniam insumebat. Qua in re, ceterisq; omnibus, minime obtemperabat matri, iusta & vtilia monenti; licet ei curam libellorum atq; epistolarum vtriusq; generis, præter admodum necessarias, commisisset, eiusq; nomen pariter cum suo & exercitus nomine poneret cum maximis laudibus in epistolis, quas mittebat ad Senatum, dũ omnes valere scriberet. nec opus est referre, ab hac omnes primarios viros° salutari non secus quam ab illo consueuisse. Sed ea nihilo minus philosophabatur. hic vero negabat quidem se egere vllis rebus necessariis; gloriabaturq; maxime, quod tenuissimo victu esse contentus posset: cũ tamen nihil esset in terra marique ac cælo, quod non ei priuatim publiceq; præstaremus. Magis & præstigiatoribus ita delectabatur, vt Apollonium Cappadocẽ, qui floruerat Domitiani temporibus, laude & honore affecerit: (hic præstigiator fuerat sollers & magus) eiq;° monumentũ faciendum curauit. Post hæc bellũ intulit Parthis. cuius belli causa fuit, quod Vologæsus Teridatem & Antiochum quendam, quos ille poscebat ad suppliciũ, nõ dederet. Erat Antiochus Cilix natione; qui primo philosophiam Cynicorum simulauerat, eaque ex re° magnã opem in bello tulerat militibus; quos, cum maximo frigore obriguissent, propterea confirmauit, quod se ipse in niuem abiecerit, in eaque volutatus sit. Sed cum ei Seuerus atque ipse Antoninus pecuniam dedissent, affecissentque honore; his rebus elatus, cum Teridate se coniunxit, cumeoque ad Parthum defecit. Antoninus, antequam excederet ex Nicomedia,

ludos gladiatorios fecit suo natali die. nam ne illo quidem die abstinuit a cædibus: ferturque in his, cum vnus ex gladiatoribus victus supplicaret ei vt se conseruaret, ita respondisse: *Abi*, inquit, *ad aduersarium, & ab eo salutem pete: mihi enim non licet tibi ignoscere.* Sic homo miser, cui fortasse aduersarius vitam dedisset, nisi eo modo responsum esset ab Antonino, interiit. Non enim est ausus aduersarius eum dimittere, ne humanior esse Imperatore videretur. Cumque talia faceret, frueretur que deliciis Antiochiæ, adeo vt mētum nudasset pilis; tamen querebatur se maximos labores perferre, & in grauissimis periculis versari: increpabatq; Senatum, quem dicebat otiosum esse, *nihilque intelligere subito, nec viritim sententias dicere. Quinetiam ad extremum scripsit in hanc sententiam: *Ego*, inquit, *certo scio, vos rebus a me gestis minime contentos fore: propterea in armis sum, habeoq; apud me milites, vt possim rumores qui de me perferuntur, contemnere.* Postquam a Partho metu perterrito Teridatem & Antiochū recepit, statim a bello destitit. Porro Theocritū misit cū exercitu in Armenios: a quibus victus magnam cladem accepit. Erat Theocritus natus ex seruo, & in orchestra versatus: sed tātæ apud Antoninum auctoritatis, vt plane ambobus præfectis superior esset. Æqualem potentiam adeptus erat Epagathus, homo itidem Cæsarianus, & pari scelere præditus. Theocritus autē sursum deorsum ferebatur *commeatus & supellectilis comparandæ, & mercaturæ faciendę causa: quam ob rem etiam complures interfecit. Fuit in eorum numero Flauius Titianus; qui, cū esset procurator Alexandriæ, *deliquissetq; in Theocritū, & Theocritus ob eam causam prosiluisset e sede, distrinxissetque gladium, *Id*, inquit, *vt saltator fecisti.* Hanc ob causam iratus Theocritus, eum interfici iussit. Antoninus, licet se maximo amore prosequi Alexandrum ostenderet, tamen ciues eius pene omnes funditus sustulit. cum enim ab iis se argui & illudi intelligeret multis de causis, sed præsertim propter cædem fratris, dissimulata ira profectus est Alexandriam, fingens se magno eorum desiderio teneri. Post, vbi in suburbium venit, primos eius ciuitatis, qui ipsi cum *sacris atque abditis rebus processerunt obuiam, excepit perhumaniter, eosq; admissos in conuiuium interfecit.

ἀγῶνα μονομαχίας ἐν αὐτῇ ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ γενεθλίοις ἐποίησεν. οὐδὲ γὰρ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ τῶν φόνων ἀπείχετο. ἔνθα λέγεται, ἡττηθέντος τινὸς, καὶ ἱκετεύοντος αὐτὸν ὅπως σωθῇ, τὸν Ἀντωνῖνον εἰπεῖν, Ἄπελθε, καὶ τοῦ ἀντιπάλου δεήθητι· ἐμοὶ γὰρ οὐκ ἔξεστί σου φείσασθαι. καὶ οὕτως ὁ ἄθλιος, τάχ᾽ ἂν ὑπὸ τοῦ ἀνταγωνιστοῦ σωθεὶς, εἰ μὴ τοῦτο εἴρητο, διεφθάρη. οὐ γὰρ ἐτόλμησεν αὐτὸν ἀφεῖναι, ἵνα μὴ καὶ φιλανθρωπότερος τοῦ αὐτοκράτορος εἶναι δόξῃ. Καὶ μέντοι τοιαῦτα ποιῶν, καὶ ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ τρυφῶν, ὥστε καὶ τὸ γένειον πάνυ ψιλίζεσθαι, αὐτὸς δὲ ὠδύρετο ὡς *μεγάλοις δή τισι καὶ πόνοις καὶ κινδύνοις ὤν· καὶ τῇ γερουσίᾳ ἐπετίμα τά τε ἄλλα, ῥᾳθύμως σφᾶς λέγων, μήτε συνιέναι προθύμως, μήτε κατ᾽ ἄνδρα τὴν γνώμην διδόναι· καὶ τέλος ἔγραψεν ὅτι, Οἶδα μὲν ὅτι οὐκ *ἀρέσκει τὰ ἐμὰ ὑμῖν· διὰ γὰρ τοῦτο μέντοι καὶ ὅπλα καὶ στρατιώτας ἔχω, ἵνα μηδὲν τῶν λογοποιουμένων ἐπιστρέφωμαι. Τοῦ δὲ Πάρθου φοβηθέντος, καὶ τὸν Τιριδάτην καὶ τὸν Ἀντίοχον ἐκδόντος, ἀφῆκε τὴν στρατείαν ἐν τῷ παραυτίκα. Εἰς δὲ τοὺς Ἀρμενίους στείλας τὸν Θεόκριτον μετὰ στρατιᾶς, ἰσχυρῶς ἔπταισε παρ᾽ αὐτῶν ἡττηθείς. ἦν δὲ ὁ Θεόκριτος ἐκ δούλου γεγονὼς, καὶ τῇ ὀρχήστρᾳ ἐμπαιδοτριβηθείς. εἰς τοσαύτην μέντοι ἦλθε δυναστείαν παρ᾽ Ἀντωνίνῳ, ὡς μηδὲν εἶναι ἄμφω πρὸς αὐτὸν ἐπάρχους. τὰ ἴσα δὲ αὐτῷ καὶ Ἐπάγαθος, Καισάρειος καὶ αὐτὸς ὢν, καὶ ἐδύνατο καὶ παρηνόμει. ὁ γοῦν Θεόκριτος (διεφοίτα γὰρ ἄνω καὶ κάτω, τῆς τῶν ἐπιτηδείων καὶ προπαρασκευῆς καὶ καπηλείας ἕνεκα) συχνοὺς διά τε ταῦτα καὶ ἄλλως ἀπέκτεινε· μεθ᾽ ὧν καὶ Τιτιανὸς Φλάβιος ἐφονεύθη. ἐπιτροπεύων γὰρ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ προσέκρουσέ τι αὐτῷ· κἀκεῖνος ἀναπηδήσας ἐκ τοῦ βάθρου, τὸ ξίφος ἐσπάσατο· ἐφ᾽ ᾧ ὁ Τιτιανὸς καὶ τοῦτο εἶπεν, Ὡς ὀρχηστὴς ἐποίησας. ὅθεν ἔκθεσμος ὑπεραγανακτήσας, ἀποσφαγῆναι αὐτὸν ἐκέλευσεν. Ὁ δὲ Ἀντωνῖνος, καίτοι τὸν Ἀλέξανδρον ὑπεραγαπᾶν *φάσκων, τοὺς ἐκείνου πολίτας μικροῦ δεῖν πάντας ἄρδην ἀπώλεσεν. ἀκούων γὰρ ὅτι διαβάλλοιτο καὶ σκώπτοιτο παρ᾽ αὐτῶν ἐπί τε τοῖς ἄλλοις, καὶ οὐχ ἥκιστα τῇ ἀδελφοκτονίᾳ, ὥρμησεν ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἐπικρυπτόμενος τὴν ὀργὴν, καὶ ποθεῖν αὐτοὺς προσποιούμενος. ἐπεὶ δὲ εἰς τὸ προάστειον ἦλθε, τοὺς μὲν πρώτους αὐτῶν μετὰ ἱερῶν τινων ἀπορρήτων ἐλθόντας δεξιωσάμενος, ὡς καὶ συνεστίους ποιῆσαι, ἀπέκτεινε.

μετὰ δὲ

μετὰ δὲ τοῦτο πάντα τὸν στρατὸν ἐξοπλίσας, ἐς τὴν πόλιν ἐνέβαλε, πᾶσι μὲν τοῖσδε αὐτόθι ἀνθρώποις προεπαγγείλας οἴκοι μένειν, πάσας δὲ τὰς ὁδοὺς καὶ προσέτι καὶ τὰ τέγη προκαταλαβών. καὶ, ἵνα τὰς κατὰ μέρος συμφορὰς τὰς τότε καταλαβούσας τὴν ἀθλίαν πόλιν παρῶ, τοσούτους κατέσφαξεν, ὥστε μηδὲ εἰπεῖν περὶ τοῦ πλήθους αὐτῶν τολμῆσαι, ἀλλὰ καὶ τῇ βουλῇ γράψαι ὅτι οὐδὲν διαφέρει πόσοι σφῶν, ἢ τίνες ἐτελεύτησαν· πάντες γὰρ τοῦτο παθεῖν ἄξιοι ἦσαν. τῶν δὲ χρημάτων τὰ μὲν διηρπάσθη, τὰ δὲ διεφθάρη. συναπώλοντο δ᾽ οὖν αὐτοῖς καὶ τῶν ξένων πολλοί· καὶ συχνοί *γε τῶν μετ᾽ Ἀντωνίνου ἐλθόντων ἀγνοίᾳ συνδιεφθάρησαν. τῆς τε γὰρ πόλεως μεγάλης οὔσης, καὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν πάσῃ ἅμα αὐτῇ καὶ νύκτωρ καὶ μεθ᾽ ἡμέραν φονευομένων, οὐδένα, οὐδ᾽ εἰ πάνυ τις ἐβούλετο, διακρίναι ἠδύνατο· ἀλλὰ καὶ ἔθνησκον, ὥς που ἔτυχον, καὶ τὰ σώματα σφῶν αὐτίκα εἰς τάφρους βαθείας ἐνεβάλλοντο, ὅπως ἀφανὲς ᾖ τοῖς λοιποῖς τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς. Ταῦτα μὲν οἱ ἐπιχώριοι ἔπαθον· οἱ δὲ δὴ ξένοι πάντες ἐξηλάθησαν πλὴν τῶν ἐμπόρων· καὶ δηλονότι καὶ τὰ ἐκείνων πάντα διηρπάσθη. καὶ γὰρ ἱερά τινα ἐσυλήθη· καὶ τούτων τὰ μὲν πλείω αὐτὸς ὁ Ἀντωνῖνος παρὼν καὶ ὁρῶν ἐποίει, τὰ δὲ καὶ ἐκ τοῦ Σεραπείου προσέταττε ποιεῖν. ἐν γὰρ τῷ τεμένει διῃτᾶτο *καὶ ταῖς τῶν μιαιφονιῶν αὐτῶν νυξὶ καὶ ἡμέραις. καὶ τί τοῦτο εἶπον, ὁπότε καὶ τὸ ξίφος δι᾽ οὗ τὸν ἀδελφὸν ἀπεκτόνει, ἀναθεῖναι τῷ θεῷ ἐτόλμησεν; Ἐκ δὲ τούτου τάς τε θέας καὶ τὰ συσσίτια τῶν Ἀλεξανδρέων καταλύσας, τὴν Ἀλεξάνδρειαν διατειχισθῆναί τε καὶ φρουρίοις* διατειχισθῆναι ἐκέλευσεν, ὅπως μηκέτ᾽ ἀδεῶς παρ᾽ ἀλλήλους φοιτῷεν. Τοιαῦτα περὶ τὴν ταλαίπωρον Ἀλεξάνδρειαν ἔδρασεν ὁ Αὐσόνιος θήρ, ὡς τὸ ἀκροτελεύτιον τοῦ περὶ *τοῦ χρησμοῦ τοῦτον ὠνόμασεν· ᾧ καὶ χαίρειν ἔφασαν αὐτόν, τῇ τοῦ θηρὸς κλήσει καλλωπιζόμενον· εἰ καὶ πολλοὺς προφάσει τοῦ χρησμοῦ ἐφόνευσεν, ὡς προενεγκαμένους αὐτόν. Μετὰ δὲ ταῦτα ἐς τοὺς Πάρθους στρατεύσας, πρόφασιν ὅτι οὐκ ἠθέλησεν αὐτῷ ὁ Ἀρτάβανος τὴν θυγατέρα μνηστευσαμένῳ συνοικίσαι, (καὶ γὰρ εὖ ἠπίστατο ὅτι λόγῳ μὲν ἐκείνην γῆμαι, ἔργῳ δὲ τὴν τῶν Πάρθων βασιλείαν σφετερίσασθαι ἐπεθύμει) πολλὰ μὲν τῆς χώρας τῆς περὶ τὴν *Μηδίαν, ἅτε καὶ ἐξαπιναίως ἐμπεσὼν ἐς αὐτήν, ἐκάκωσε, πολλὰ δὲ καὶ τείχη ἐπόρθησε. τά τε Ἄρβηλα παρεστήσατο· καὶ τὰ μνημεῖα τὰ βασιλικὰ τῶν Πάρθων

Post armauit omnem exercitum, inuasitque vrbem: mox imperauit omnibus Alexandrinis, vt domi manerēt: ipse vias occupauit & tecta: &, vt ne sigillatim calamitates persequar, in quas tum misera vrbs incidit, tantam in ea cædem fecit, vt non sit ausus numerum interfectorum proferre, sed scripserit ad Senatum, non referre qui & quot essent occisi, propterea quod omnes idem fuissent meriti. Pecunia partim direpta est, partim interiit. Periere cum Alexandrinis peregrini multi, cum iisque magna multitudo eorum qui cum Antonino venerant, eo quod ignorarētur. Nam cum permagna esset ciuitas, in eaque cædes fierēt dies noctesque, nemo poterat, licet maxime cuperet, alterū discernere: sed moriebatur quisque vt sors ferebat; atque eorum corpora statim coniiciebantur in profundas fossās, vt ceteris incognita esset magnitudo calamitatis. Id vbi factum est in ciues, peregrini omnes ex vrbe expulsi, præter mercatores; eorumque facultates direptæ sunt, fanis etiam quibusdam expilatis. Horum magnam partē Antoninus præsens vidensque gerebat, imperabatque multa de templo Serapidis, in quo erat dies noctesque homo tot cædib. pollutus. Sed quid hæc a me dicta sunt, quādo gladium, quo fratrem interfecerat, Deo cōsecrare est ausus? His confectis rebus spectacula & sodalitates Alexandrinorū sustulit. Ipsam Alexādriam *diuidi in duas partes, & præsidiis muniri iussit, ne secure in reliquum tempus ciues ad se mutuo accederent. Hæc igitur in misera Alexandria fecit *Ausonia fera.* nam ita*extremo oraculo, quod ea de re petitum fuerat, erat appellatus: proditumque est memoriæ, eum hoc nomine ferę delectatū esse, seque de eo iactauisse: quamuis huius oraculi causa multos,*a quibus id fuerat relatum, occiderit. Post hęc exercitum duxit in Parthos, quod ei Artabanus filiam quam ambiuerat, nollet vxorem dare; quod sciret, Antoninum verbo quidē postulare nuptias, re autem Parthorum regnum auferre cupere. Tum regionem quæ Mediam attingit, in quam de improuiso irruerat, magna ex parte vastauit: multa mœnia diruit: Arbela subegit, ac sepulcra regum Parthorum

abiectis ossibus subuertit. Verũ, quia Parthi cum eo non venerunt ad manus, nihil de rebus gestis scribi a me præcipue potest; nisi quod duo milites, qui vtrem plenum vini rapuerãt, ac vterq; totam prædam sibi vindicabat, cum ad Imperatorem venissent, iussiq; essent ab eo vinum partiri; strictis gladiis vtrem secuerũt, ita vt si eo pacto quisque partem vini esset accepturus. scilicet adeo reuerebãtur Imperatorem suũ, vt ei in huiuscemodi rebus molestiam exhiberent; tantaq; prudentia præditi erant, vt vtrem & vinũ perderent. Barbari perfugerunt in mõtes, & trans Tigrim, vt se ad bellum compararent: idq; celabat Antoninus, &, quasi omnino superior fuisset, eos quos ne viderat quidem, se vicisse gloriabatur: tum vero, quod leo, qui improuiso de monte descẽderat, pro eo pugnasset. nã id in litteris scripsit. *Nec vero solum, quod spectabat ad cetera, viuebat in exercitu contra mores institutaq; maiorum; sed etiam propriũ genus indumenti in modum pænulæ excogitauit: (id barbarũ discissumq; & consutum erat ex multis partibus) eoq; indutus erat semper; ex quo CARACALLVS cognominatus est; iussitq; militibus, vt se eodem genere vestis induerent. Itaq; barbari, postquam videre hunc, eiusq; milites dissolutos voluptatibus, quod præter cetera hiemarent in ædibus, in iisq; omnes facultates hospitum nõ aliter quam suas consumerent, vehemẽter excitati sunt, tamquam essent illos socios pro hostibus habituri. Contra, se parabat etiam Antoninus: cui tamen non licuit prœlium committere, propterea quod in mediis militib*, quos habebat in maximo honore, & quib. potissimum confidebat, occisus est. Cum enim quidam vates dixisset in Africa, idq; iam diuulgatum esset, oportere Macrinum præfectũ prætorio, eiusq; filium Diadumenũ regnare; missusq; Romam ob eam causam, id ipsum Flauio Materniano, qui præerat vrbanis militibus, aperuisset; isque statim ad Antoninum scripsisset: forte accidit, vt hæ litteræ Antiochiam perferrentur ad Iuliam; cui mandatum erat, cuncta quæ mitterentur, discernere; ne ad Antoninum occupatum in terra hostili, frustra multitudo litterarum mitteretur. Itemque alteræ litteræ ab Vlpio Iuliano, *qui tum Censor erat, recta per alios tabellarios ad Macrinum perferuntur, in quibus scripta erant omnia quæ gererentur.

ἀνορύξας, τὰ ὀστᾶ ἔρριψεν. οἱ γὰρ Πάρθοι οὐδὲ ἐς χεῖρας αὐτῷ ἦλθον. *οὔκουν οὐδὲ ἔργον τι ἐξαίρετον περὶ τῶν τότε πραχθέντων συγγράψαι, πλὴν ὅτι δύο στρατιῶται, ἀσκὸν οἴνου διαρπάσαντες, προσῆλθον αὐτῷ, ἰσχυριζόμενος ὅλον ἑκάτερος τὸ λάφυρον· καὶ κελευσθέντες ὑπ' αὐτοῦ νείμασθαι τὸν οἶνον, τά τε ξίφη ἐσπάσαντο, καὶ τὸν ἀσκὸν διέτεμον, ὡς καὶ ἐξ ἡμισείας αὐτὸν μετὰ τοῦ οἴνου ληψόμενοι. οὕτω γὰρ καὶ τὸν αὐτοκράτορα σφῶν ᾐδοῦντο, ὥστ' αὐτῷ καὶ περὶ τῶν τοιούτων ἐνοχλεῖν· καὶ φρονήσει ἐχρῶντο, ὡς καὶ τὸν ἀσκὸν καὶ τὸν οἶνον ἀπολέσαι. Οἱ μὲν οὖν βάρβαροι ἔς τε τὰ ὄρη καὶ ὑπὲρ τὸν Τίγριν ἀπέφυγον, ἵνα παρασκευάσωνται. ὁ δὲ δὴ Ἀντωνῖνος τοῦτο μὲν ἀπεκρύπτετο· ὡς δὲ δὴ καὶ παντελῶς αὐτῶν οὓς μηδὲ ἑωράκει κεκρατηκὼς, ἐσεμνύνετο· καὶ μάλιστα ὅτι λέων τις ἐξαίφνης ἐξ ὄρους καταδραμὼν, συνεμάχησεν αὐτῷ, ὡς αὐτὸς ἐπέστελλεν. Οὐ μόνον δὲ τὰ ἄλλα ἐκδιῄτητο καὶ παρηνόμει καὶ ἐν αὐταῖς ταῖς στρατείαις, ἀλλὰ καὶ τινα ἰδίαν ἔνδυσιν βαρβαρικῶς πως κατακόπτων καὶ συρράπτων ἐς μανδύης τρόπον, προσεξεῦρε· καὶ αὐτός τε συνεχέστατα αὐτὴν *ἐνέδυεν, ὥστε καὶ Καράκαλλος διὰ τοῦτ' ἐπικληθῆναι, καὶ τοὺς στρατιώτας μάλιστα ἀμφιέννυσθαι ἐκέλευσεν. αὐτόν τε [οὖν] τοιοῦτον οἱ βάρβαροι ὁρῶντες ὄντα, καὶ τοὺς στρατιώτας ἐκλελυμένους ὑπὸ τῆς τρυφῆς, (τά τε γὰρ ἄλλα καὶ *ἐν οἰκίαις ἐχείμαζον, πάντα τὰ τῶν ξενοδοχούντων σφᾶς ὡς ἴδια ἀναλίσκοντες) ἐπήρθησαν, ὡς καὶ συναγωνιστὰς αὐτοὺς, ἀλλ' οὐ πολεμίους ἕξοντες. καὶ ὁ Ἀντωνῖνος ἀντιπαρεσκευάζετο· οὐ μέντοι καὶ *πολεμῆσαι αὐτοῖς ἐξεγένετο, ἀλλ' ἐν μέσοις τοῖς στρατιώταις, οὓς μάλιστα ἐτίμα, καὶ οἷς ἰσχυρῶς ἐθάρρει, ἀνῃρέθη. ἐπειδὴ γὰρ μάντις ἐν τῇ Ἀφρικῇ εἶπεν, ὥστε καὶ δημοσιευθῆναι, ὅτι καὶ τὸν Μακρῖνον τὸν ἔπαρχον, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ *Διαδουμενὸν αὐταρχῆσαι δεῖ, καὶ τοῦτο καὶ ἐς τὴν Ῥώμην πεμφθεὶς Φλαβίῳ Ματερνιανῷ τῶν ἐν αὐτῇ στρατιωτῶν ἄρχοντι ἐξέφηνε· καὶ ὃς, παραχρῆμα τῷ Ἀντωνίνῳ ἐπέστειλε· καὶ συνέβη ταῦτα μὲν τὰ γράμματα ἐς τὴν *Ἀντιόχου πρὸς τὴν Ἰουλίαν παραπεμφθῆναι, ἐπειδὴ ἐκεκέλευστο αὐτῇ πάντα τὰ ἀφικνούμενα διαλέγειν, ἵνα μὴ μάτην αὐτῷ ὄχλος γραμμάτων ἐν τῇ πολεμίᾳ ὄντι πέμπηται· ἕτερα δὲ ὑπὸ Οὐλπίου Ἰουλιανοῦ τοῦ τότε τὰς τιμήσεις ἐγκεχειρισμένου, δι' ἄλλων γραμματηφόρων *ὀρθὴν πρὸς τὸν Μακρῖνον, δηλοῦντα τὰ γινόμενα, ἀφικέσθαι

καὶ τὰ

καὶ κατὰ τοῦτο τοῖς μὲν πρὸς τὸν αὐτοκράτορα γραφεῖσι διατριβὴν γενέσθαι, τὰ δ' ἐκείνῳ ἐπισταλέντα φθῆναι γνωσθέντα αὐτῷ· ἐφοβήθη ὁ Μακρῖνος μὴ καὶ διαφθαρῇ ὑπ' αὐτοῦ διὰ τοῦτο, καὶ ὅτι Σεραπίων τις Αἰγύπτιος ἄντικρυς τῷ Ἀντωνίνῳ πρὸ ὀλίγων ἡμερῶν εἰρήκει ὅτι τε ὀλιγοχρόνιος ἔσοιτο, καὶ ὅτι ἐκεῖνος αὐτὸν διαδέξοιτο. ἐφ' ᾧ καὶ παραυτίκα λέοντι παρεβλήθη· ἐπεὶ δ' οὐχ ἥψατο αὐτοῦ, τὴν χεῖρα μόνον (ὥς φασι) προτείναντος, ἐφονεύθη, δυνηθεὶς ἂν (ὥς γε ἔφη) μηδὲ τοῦτο παθεῖν δαιμόνων τινῶν ἐπικλήσει, εἰ μίαν ἡμέραν ἐβεβιώκει. διὰ ταῦτ' οὖν ὁ Μακρῖνος φοβηθεὶς, καὶ ὑποπτεύσας ἀπολεῖσθαι, οὐκ ἀνεβάλετο, ἄλλως τε ὅτι καὶ τοὺς ἑταίρους αὐτοῦ, ἄλλον κατ' ἄλλην πρόφασιν ὁ Ἀντωνῖνος *ὡς καὶ τιμήσων ἀπώσατο. καὶ διὰ ταῦτα παρασκευάσας τῶν στρατιωτῶν τινὰς δύο, τῶν ἐν τῷ δορυφορικῷ χιλιαρχούντων, καὶ ὀργήν τινα ἰδίαν τῷ Ἀντωνίνῳ ἔχοντας, ἐπεβούλευσεν αὐτῷ. Ἐπράχθη δὲ ὧδε. τῇ ὀγδόῃ τοῦ Ἀπριλλίου ἐξορμήσαντα αὐτὸν ἐξ Ἐδέσσης ἐς *Κάρας, καὶ κατελθόντα ἐκ τοῦ ἵππου ὅπως ἀποπατήσῃ, προσελθών τις τῶν χιλιάρχων ὑποπεμφθεὶς αὐτῶν, ὡς καὶ εἰπεῖν τι δεόμενος, ἐπάταξε ξιφιδίῳ μικρῷ. καὶ αὐτὸς μὲν αὐτίκα ἀπέφυγε, καὶ διέλαθεν ἂν εἰ τὸ ξίφος ἀπέρριψε· νῦν δὲ γνωρισθεὶς [ὑπ' αὐτοῦ,] ὑπό τινος τῶν Σκυθῶν τῶν σὺν Ἀντωνίνῳ ὄντων, κατηκοντίσθη· ἐκεῖνον δὲ οἱ χιλίαρχοι, ὡς καὶ βοηθοῦντες, κατέσφαξαν. Τοιούτῳ μὲν τέλει Ἀντωνῖνος ἐχρήσατο, βιοὺς ἔτη ἐννέα καὶ εἴκοσι, καὶ αὐταρχήσας ἔτη ἕξ, καὶ μῆνας δύο, καὶ ἡμέρας . . . καί μοι καὶ ἐνταῦθα τοῦ λόγου θαυμάσαι πάμπολλα ἐπέρχεται). μέλλοντι γὰρ αὐτῷ ἐκ τῆς Ἀντιοχείας τὴν τελευταίαν ἔξοδον ποιήσασθαι, ὁ πατὴρ αὐτοῦ ξιφήρης ὄναρ ἐπέστη, λέγων, Ὡς σὺ τὸν ἀδελφὸν ἀπέκτεινας, καὶ ἐγώ σε ἀποσφάξω. καὶ οἱ μάντεις εἶπον αὐτῷ, τὴν ἡμέραν ἐκείνην φυλάσσεσθαι, τούτῳ τῷ ῥήματι ἄντικρυς χρησάμενοι, ὅτι Αἱ τοῦ ἥπατος τοῦ ἱερείου πύλαι *κέκλεινται). ἀφ' οὗ καὶ διὰ θύρας τινὸς ἐξῆλθε, μηδὲν μηδὲ τοῦ λέοντος, ὃν Ἀκινάκην ὠνόμαζε, καὶ ὁμοτράπεζον ὁμόκλινόν τε ἐποιεῖτο, φροντίσας, ὅτι καὶ ἐκράτησεν αὐτὸν ἐξιόντα, καὶ τὴν ἐσθῆτα αὐτοῦ περικατέρρηξεν. ἔτρεφε μὲν γὰρ καὶ ἄλλους λέοντας πολλοὺς, καὶ ἀεί τινας περὶ αὐτὸν εἶχεν· ἐκεῖνον δὲ καὶ δημοσίᾳ πολλάκις κατεφίλει. Ταῦτα οὖν οὕτως ἔσχε· καὶ ὀλίγον πρὸ τοῦ θανάτου αὐτοῦ ἔν τε τῇ Ἀλεξανδρείᾳ πῦρ ἐξαίφνης πολὺ (ὥς γε καὶ ἤκουσα) πάντα τὸν τοῦ Σερα-

*Itaq; Macrinus, dum mora facta esset in mittendis ad Imperatorem litteris, cognouissetque aliquanto tempore ante, quæ essent ad illũ perscripta: pertimuit ne ob eam rem morte afficeretur. Ad hanc causam accedebat, quod Serapio quidam Ægyptius paucis ante diebus palã dixerat Antonino, ipsum breui tempore victurum, eique Macrinum successurum: ob eamq; causam leoni primum obiectus: post, cum ei manum porrigẽti leo pepercisset, vt aiunt, occisus fuerat: cum posset, sicuti dicebat, si vnum præterea diem vixisset, inuocatis nõnullis dæmonibus hoc malum effugere. His de causis perterritus Macrinus, ratusque de se actum esse, non cunctatur amplius; præsertim quod Antoninus plerosq; amicos & familiares eius variis de causis, tamquam honore affecturus, remouerat. Itaq; adhibet duos milites, qui tribuni erãt in prætorianis cohortibus, & Antonino priuatim irati erant: eiq; per ipsos insidias parat. Hæc res hoc modo gesta est. VI Idus Aprilis, cum Edessa Carras versus iter faceret, descendissetq; ex equo ventris purgandi causa, vnus ex iis tribunis qui missi fuerant, ad eum accedit, simulata colloquẽdi causa: dein eum paruo pugione percutit, fugitque subito; ita vt potuisset euadere, si pugionem abiecisset: sed agnitus ab vno ex Scythis, quos secũ habebat Antoninus, iaculo trãsfixus est. illum autem tribuni, tamquam ei auxilio venissent, interfecerunt.

Itaque Antoninus hunc exitum habuit: vixitque annos XXIX: regnauit annos sex, menses duos, dies . . . Incidunt hoc loco multa, quæ magnã admirationem habent. nam cum postremam profectionẽ pararet ex Antiochia, pater ei cum gladio astitit in somnis; &, *Vt tu*, inquit, *fratrem tuum interfecisti, ita ego te interficiam*. Itemq; vates palam ei prædixere, vt illũ diem caueret, his diserte verbis; *Fores iecoris victimæ clausæ sunt*. *Adhæc, cum per aliquam portã exiret, nullam habuit rationem leonis, quẽ Acinacem nominabat, quemque in suam mensam recipiebat & lectũ; cum is ipsum retinuisset exeuntem, eiusq; vestem fregisset. alebat enim Antoninus complures leones, secumq; nonnullos habebat semper: hunc vero publice sæpe deosculabatur. Quæ cum ita sint, factum est paulo ante quam necaretur, vt Alexandriæ magnum incendium (sicut ego accepi) omnem interiorem partem

templi Serapidis inuaserit; eoq; solus gladius, quo fratrē interfecerat, conflagrauerit, ceteris omnibus ab iniuria ignis conseruatis. Præterea Romę factis ludis Circēsibus,* simulacrum Martis, quod erat habitu triumphali, decidit. Quod etsi forrasse minus admirationis habet, tamen id multo est maximū, quod Prasini milites victi, vt viderunt in summo obelisco graculū maxime garriētem, eum omnes spectare, ac repente vno ore,* quasi præmeditati essent, ita cōclamare cœperunt; *Martialis aue, Martialis opportune te vidimus.* Id enim factū est, non graculi causa, cui Martialis nomen aliquādo fuit, sed quod in eo, tamquam diuino quodam afflatu, Martialem percussorem Antonini salutarēt. Ipse quoq; Antoninus mortem sibi denūtiare nōnullis visus est in litteris, quas postremas scripsit ad Senatum: *Desinite,* inquit, *optare, vt centum annos imperem.* Hæc enim acclamatio ei iam inde a principio fieri semper consueuerat; eamq; ille tum primum repudiauit, incusauitq; eos, quod optarēt ea quæ fieri nullo pacto possent. sed reuera se paruo tempore regnaturū ostendit. Quod cū esset semel a nonnullis diuulgatū, mihi venit in mentem, eum nobis, cum essemus in Nicomedia, epulum dedisse Saturnalibus, dixisseq; multa, vt par erat in cōuiuio: post, vbi surrexissemus, vocasse me, ac dixisse: *Rectissime vero,* inquit, *Dion,* atq; verissime Euripides dixit; Πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων, Πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοί· Καὶ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη, Τῶν δ' ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός: *Multas esse rerum fatalium formas; deosq; multa præter spē conficere; minimeq; facta esse ab his ea quæ sperata fuerāt; & tamen Deum desperatis & inopinatis rebus exitū inuenire.* Quæ res cum ita acciderit, mihi eo quidē tempore nugari visus est his versibus. Sed cum nō multo post occisus esset, atq; hunc sermonē mecum habuisset postremum, illum vaticinatum esse quodammodo, ac futura prædixisse existimaui, non aliter quam Iouem qui Belus cognominatur coliturque Apameæ ciuitate Syriæ. nā is Seuero, cum adhuc vitam priuatā ageret, hos versus dixerat; Ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διὶ τερπικεραύνῳ, Ἄρει δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι: *O. oculosq; Ioui similis, qui fulmina torquet, Et Marti latus, & Neptuno pectora.* Eidēq; Imperatori facto respōdit; Σοὶ δ' οἶκος πᾶς βήσεται δι' αἵματος: *At tibi tota domus madefiet sanguine.* Mortuo Antonino, cognitū est, cum magnū numerum veneni cuiusuis generis ex iis qui superiorem Asiam incolunt,

πρὸς ναὸν ἐνδόθεν κατέλαβεν, ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐλυμήνατο, τὸ δὲ δὴ ξίφος ἐκεῖνο ᾧ τὸν ἀδελφὸν ἀπεσφάκει, μόνον ἔφθειρεν. ἐν δὲ δὴ τῇ Ρώμῃ ἱπποδρομίας γενομένης, κατέπεσε τὸ τοῦ Ἄρεος ἄγαλμα πομπεῦον. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἧττον ἄν τις θαυμάσειε· τὸ δὲ δὴ μέγιστον, ἡττημένοι οἱ πράσινοι στρατιῶται, ἔπειτα κολοιὸν ἐπ' ἄκρου τοῦ ὀβελίσκου πάνυ σφόδρα κρώζοντα ἰδόντες, πάντες τε πρὸς αὐτὸν ἀπέβλεψαν, καὶ πάντες ἐξαίφνης ὡς καὶ ἐκ συγκειμένου τινὸς ἀνεβόησαν, Μαρτιάλιε χαῖρε, Μαρτιάλιε διὰ χρόνου σε ἑωράκαμεν· οὐχ ὅτι καὶ [ὁ] κολοιός ποτε οὕτως ὠνομάσθη, ἀλλ' ὅτι δι' ἐκείνου τὸν Μαρτιάλιον τὸν τοῦ Αντωνίνου φονέα, ὡς καὶ ἐξ ἐπιπνοίας τινὸς θείας, ἠσπάσαντο. ἤδη δέ πως καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ ὁ Αντωνῖνος τὴν τελευτὴν προδηλῶσαι ἔδοξεν, ἐπειδὴ ἐν τῇ ἐπιστολῇ, ἣν τελευταίαν τῇ γερουσίᾳ ἔπεμψεν, ἔφη ὅτι, Παύσασθε εὐχόμενοί με ἑκατὸν ἔτεσι μοναρχῆσαι. τὸ μὲν γὰρ ἐπιβόημα τοῦτο ἀεὶ καὶ ἀπ' ἀρχῆς αὐτῷ ἐγίνετο· ἐκεῖνος δὲ τότε πρῶτον καὶ μόνον ἠτιάσατο αὐτό· λόγῳ μὲν ἐγκαλῶν σφίσιν ὡς καὶ ἀδύνατα εὐχομένοις, ἔργῳ δὲ προδηλῶν ὅτι οὐκέτ' οὐδένα χρόνον ἄρξει. καὶ ἐπειδή γε ἅπαξ ὑπό τινες ἐπεσημήναντο, καὶ ἐμοὶ ἐνθύμιον ἐγένετο, ὅτι ἐν τῇ Νικομηδείᾳ τοῖς Κρονίοις ἑστιῶν ἡμᾶς, καὶ πολλὰ ἄλλα, οἷα ἐν συμποσίῳ εἰκὸς ἦν, εἰπών, ἔπειτ' ἐξαναστάντων ἡμῶν προσκαλεσάμενος ἔφη, Κάλλιστα ὦ Δίων καὶ ἀληθέστατα ὁ Εὐριπίδης εἴρηκεν ὅτι, Πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων, Πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσι θεοί· Καὶ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη, Τῶν δ' ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός. τοιόνδε ἀπέβη τὸ πρᾶγμα. τότε μὲν γὰρ ἄλλως ἀπολελήρηκέναι τοῦτο τὸ ἔπος ἔδοξεν· ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐς μακρὰν ἀπώλετο, καὶ τελευταίαν [ταύτην] φωνὴν πρὸς ἐμὲ ἔρρηξε, καὶ πάνυ κεχρησμῳδηκέναι τρόπον τινὰ τὰ συμβησόμενα αὐτῷ ἐνομίσθη· ὥσπερ καὶ ὁ Ζεὺς ὁ Βῆλος ὀνομαζόμενος, καὶ ἐν τῇ Απαμείᾳ τῆς Συρίας τιμώμενος. καὶ γὰρ ἐκεῖνος τῷ Σεβήρῳ πρότερον ἰδιωτεύοντι ἔτι, τὰ ἔπη ταῦτα εἰρήκει, Ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διὶ τερπικεραύνῳ, Ἄρει δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι. καὶ μετὰ ταῦτα αὐτοκράτορι γενομένῳ εἶπε χρωμένῳ, ὅτι, Οἶκος δὲ σοὶ πᾶς βήσεται δι' αἵματος. Τελευτήσαντος δὲ τοῦ Αντωνίνου, καὶ τὸ τῶν φαρμάκων διεγνώσθη. πολλὰ γὰρ καὶ ποικίλα παρὰ τῶν ἐν τῇ ἄνω Ασίᾳ ἀνθρώπων,

τὰ μὲν

τὰ μὲν μετεπέμψατο, τὰ δὲ καὶ ἐπρίατο, ὥστε *πεντακοσίας καὶ πεντήκοντα μυριάδας ἐς αὐτὰ ἀναλωθῆναι, ἵνα καὶ παμπόλλους, οὓς ἂν ἐθελήσῃ, καὶ διαφόρως δολοφονήσῃ. ἅ τινα καὶ εὑρεθέντα σύμπαντα κατεκαύθη. καὶ διὰ ταῦτα μέντοι τὸ τῶν ἀνθρώπων μῖσος ἐς αὐτὸν ἐπλεόνασε, καὶ πολλὰ καὶ κακὰ ἤκουε παρὰ πάντων. οὐδὲ γὰρ Ἀντωνῖνον ἔτ' αὐτὸν ἐκάλουν, ἀλλὰ Καράκαλλόν τε, ὥσπερ εἶπον, καὶ Ταραύταν ἐκ μονομάχου προσηγορεία τινὸς *εἰδεχθεστάτου καὶ σμικροτάτου καὶ μιαιφονωτάτου. Καὶ τὰ μὲν ἐκείνου, ὅπως ποτ' ἂν καὶ ὀνομάσῃ τις αὐτὸν, οὕτως ἔσχεν. ἐμοὶ δὲ, καὶ πρὶν ἐς τὴν μοναρχίαν καταστῆναι, προεδηλώθη τρόπον τινὰ παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ὅτι καὶ ταῦτα γράψοιμι. ἐν γὰρ πεδίῳ μεγάλῳ τινὶ πᾶσαν τὴν τῶν Ῥωμαίων δύναμιν ἐξωπλισμένην ὁρᾶν τεθνηκότος αὐτοῦ ἤδη . . . ἔδοξα, καὶ τὸν Σεβῆρον ἐπὶ βήματος ὑψηλοῦ καθήμενον διαλέγεσθαί τι αὐτοῖς. καί με προσστάντα ἰδὼν, ὅπως τῶν λεγομένων ἀκούσω, Δεῦρο, ἔφη, Δίων· ἐνταῦθα πλησίον πρόσελθε, ἵνα πάντα καὶ τὰ λεγόμενα καὶ τὰ γινόμενα καὶ μάθῃς ἀκριβῶς καὶ συγγράψῃς. Τοιοῦτος μὲν ὁ τοῦ Ταραύτου καὶ βίος καὶ ὄλεθρος ἐγένετο.

partim adduci curasse, partim emisse †pretio ducenties vicies sestertium; vt quam plurimos, quos collibitum fuisset, variis modis venenis tolleret: eaq; omnia reperta igni exusta sunt. Qua ex re odium hominum in illum multo maius esse, ipse male apud omnes audire cœpit. Nec enim cum Antoninum *vocabant amplius, sed Caracallum, vt supra dixi, & Tarantem: id erat nomē gladiatoris deformissimi, perexiguique ac nefarii hominis: Itaque is, quocumque nomine eum appellare placuerit, talis fuit. Mihi vero, antequam ille Imperium adipisceretur, præscriptum est quodammodo a patre eius vt hæc conscriberem. Nam eo iam mortuo, visus sum videre omnem exercitum populi Romani armatum in magna planicie; atq; ipsum Seuerum sedentem in excelso tribunali, concionari apud milites, meque stare ante conspectum eius, vt audirem quæ diceret. Quem cum ille vidisset, *Huc ades*, inquit, *Dion, vt omnia quæ dicuntur fiuntque, diligenter intelligere & perscribere possis*. Igitur hæc Tarantis vita & hic interitus fuit.

ad aureorũ milia ccxx, Bl. circiter quingentis quinquagintamyriadibus dr.

ΜΑΚΡΙΝΟΣ.

Ο ΔΕ δὴ Μακρῖνος, τὸ μὲν γένος Μαῦρος ἀπὸ [Σικελίας] Καισαρείας, γονέων ἀδοξοτάτων ἦν, (τά τε γὰρ ἄλλα καὶ τὸ οὖς τὸ ἕτερον, κατὰ τὸ τῶν Μαύρων ἐπιχώριον, διετέτρητο) τῇ δὲ ἐπιεικείᾳ καὶ ἐκεῖνο συνεσκίαζεν. τά τε νόμιμα οὐχ οὕτως ἀκριβῶς ἠπίστατο ὡς πιστῶς μετεχειρίζετο. ἀποδειχθεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίνου ἔπαρχος, διῴκησε τὰ τῆς ἡγεμονίας ταύτης ἄριστα καὶ δικαιότατα. φονευθέντος δὲ ἐκείνου, τοῖς στρατιώταις ἄλλα τε ἐπαγγειλάμενος, καὶ τοῦ πολέμου, ᾧ μάλιστα ἐβαρύνοντο, ἀπαλλάξειν ἐλπίσας, ἔλαβε τὴν ἡγεμονίαν μετὰ τετάρτην ἡμέραν. Γενόμενος δὲ αὐτοκράτωρ, ἄλλα τε πρὸς τὸν ἐναντίον ζῆλον τοῦ Ἀντωνίνου διετάξατο καὶ καλῶς ἔπραξε, καὶ μηδεμίαν εἰκόνα αὐτοῦ μήτε ἀργυρᾶν ὑπὲρ πέντε λίτρας, μήτε χρυσῆν ὑπὲρ τρεῖς γίνεσθαι ἐκέλευσε. περί γε μὴν τὰς τῶν ἀρχόντων ἐκλογάς τε καὶ καταστάσεις οὐ μικρῶς ἠδόξησεν, ὡς ἀναξίοις τισὶ τὰς ἀρχὰς ἐγχειρίζων· ὅπερ μέγιστόν ἐστι μέρος τῆς αὐτοκρατορικῆς διοικήσεως καὶ τῶν ὅλων προνοίας. ἤρξατο δὲ καὶ τρυφε-

MACRINVS.

MACRINVS, natione Maurus ex ciuitate [Sicelia] Cæsarea, obscuris natus est parētibus: (habuit enim præter cetera alteram aurem perforatam, vt est Maurorum consuetudo) sed probitate & æquitate sua obscurabat ignobilitatem generis: nec enim æquum bonumq; tam diligēter didicerat, quam tractabat fideliter. Nam creatus præfectus prætorio ab Antonino, ea quæ ad hunc magistratum pertinent, optime atq; iustissime administrauit. Quo occiso, multa promisit militibus; sed in primis, sperare se liberaturum eos bello, quo maxime defatigabantur. Itaq; quarto die pòst Imperium accepit. Factus Imperator, nonnulla constituit contraria studiis Antonini, eaque præclare ac feliciter: vetuitque, ne sibi fieret statua argentea vltra libras quinque, aut aurea vltra tres. In deligendis autem & creandis magistratibus notatus fuit, quod indignis hominibus magistratus daret; quod est maximum in tenendo principatu, *summæq; in omnibus rebus prudentiæ. Tum cœpit viue-

re delicatius, licentiusque vti data potestate: ratus se hoc modo contegere ignobilitatem generis: atq; ob hanc causam eos quos moleste ferre suspicabatur aut ignobilitatem eius, aut inopinatam adeptionē Imperii, tractabat iniquius, eosq; de medio tollebat: licet oportuisset eum contra facere, conscium sibi quo loco natus esset, & qualis fuisset antea: neq; efferre se insolenter, sed potius beneficio & specimine virtutis omnes sibi pariter deuincire. Tamen homines preoccupati lætitia ex cæde tyrāni, nihil potuere de humilitate Macrini cogitare per otium; sed ei promptis animis principatum detulerunt: nō tam animaduertentes cui se in seruitutem traderent, quam quo tyranno liberati essent; rati videlicet vel quemcumq; hominem illo potiorem fore. Per id tempus L. Priscillianus, cuius erat percelebre nomen ob iniurias quas multas fecerat, & cædes belluarum, quique apud Caracallum in magno fuerat honore, a Macrino in insulam deportatus est. Hic aliquando cum vrso, pardali, leæna, & leone simul pugnauerat solus, aliasque quam plurimas bestias occiderat; sed multo plures equitum & senatorum per calumniam interemerat. Ceterū Iulia Tarantis mater, quæ tum erat Antiochiæ, cognita filii cæde, ita affecta est, vt se grauiter percuteret, ac mortem sibi cōsciscere conaretur. Eum enim quem viuū oderat, lugebat mortuum; non quod cuperet illum viuere, sed quod ipsam priuatam vitam degere oporteret: ob eamq; causam vexabat Macrinum omnibus cōtumeliis. Sed postquam ille non modo nihil de regio famulatu eius, aut de stipatoribus quos secum habebat custodiæ causa, immutauit; verum etiā multa ad eam percommode scripsit: cœpit bona spe iniecta desiderium mortis deponere. Post vbi Macrinus intellexit quæ cōuitia sibi ab ea facta essent, (quāquam illa nihil ad ipsum scripserat cōtumeliose) sensitq; eam nonnihil cum suis militibus moliri, ac regnum affectare, vt Semiramis & Nitocris fecerāt, quarum in patria ipsa fere nata erat: mandauit vt quam celerrime Antiochia, quo vellet, proficisceretur. Tum Iulia, abiecto vitę desiderio, inedia consumpta moritur. Accelerauit ei mortem cancer; quem cum iam multo tempore habuisset in mamma quiescentem, percusso pectore

ρώτερον ζῆν, καὶ σοβαρώτερον χρῆσθαι τῇ ἐξουσίᾳ, τὰ τῆς δυσγενείας ἐνθένδεν συγκαλύψειν οἰόμενος. ὅθεν καὶ τοῖς τὴν δυσγένειαν αὐτοῦ καὶ τὸ παράλογον τῆς μοναρχίας κτῆσιν δυσχεραίνειν ὑποπτευομένοις, οὐκ ὀρθῶς ἐπεξῄει, ἐκ ποδῶν ποιούμενος. πᾶν γὰρ τοὐναντίον ἐχρῆν αὐτὸν ποιεῖν, εἰδότα ὅστις τε ἀρχὴν ἐπεφύκει, καὶ ὅστις τότε ἦν· μηδ' ὑπερφρονεῖν, καὶ τοὺς ἀνθρώπους τῇ τε εὐεργεσίᾳ καὶ τῇ τῆς ἀρετῆς διὰ πάντων ὁμοίως ἐπιδείξει παραμυθεῖσθαι. ὅμως οἱ ἄνθρωποι, προκαταληφθέντες τῇ διὰ τὸν τοῦ τυράννου θάνατον χαρᾷ, οὐδὲ ἐννοῆσαί τι περὶ τῆς ταπεινότητος αὐτοῦ ἐσχόλασαν, ἀλλ' ἀγαπητῶς αὐτὸν εἰς τὴν ἀρχὴν ἐδέξαντο· οὐχ οὕτως ὅτι τίνι δουλεύσουσιν, ὡς οὗ ἐστέρηντο ἐνθυμούμενοι, καὶ πάντα τινὰ καὶ τὸν τυχόντα αἱρετώτερον αὐτοῦ νομίζοντες ἔσεσθαι. Λούκιος δέ τις Πρισκιλλιανὸς, οὕτω περιβόητος ἐπὶ ταῖς ἐπηρείαις γενόμενος, ὥσπερ καὶ ἐπὶ ταῖς τῶν θηρίων σφαγαῖς, ὑπὸ μὲν τοῦ Καρακάλλου μεγάλως ἐπιμήθη, ὑπ' αὐτοῦ δὲ ἐς νῆσόν τινα κατεκλείσθη. οὗτος ἄρκτῳ ποτὲ καὶ παρδάλει, λεαίνῃ τε καὶ λέοντι ἅμα μόνος συνηνέχθη, καὶ πλεῖστα ἄλλα θηρία ἀπέκτεινε· πολὺ γε μὴν πλείους ἄνδρας καὶ τῶν ἱππέων καὶ τῶν βουλευτῶν ἐκ τῶν διαβολῶν ἐξώλεσεν. Ἡ δὲ δὴ Ἰουλία ἡ τοῦ *Ταράντου μήτηρ, ἔτυχε μὲν ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ οὖσα· καὶ οὕτω παραχρῆμα ἅμα τῇ *πίστει τοῦ θανάτου αὐτοῦ διετέθη, ὥστε καὶ πλήξασθαι ἰσχυρῶς καὶ ἀποκαρτερῆσαι ἐπιχειρῆσαι. ὃν γὰρ ζῶντα ἐμίσει, τετελευτηκότα ἐπένθει, οὐχ ὅτι ἐκεῖνον ζῆν ἤθελεν, ἀλλ' ὅτι αὐτὴ ἰδιωτεύουσα ἤχθετο· καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸν Μακρῖνον πολλὰ καὶ δεινὰ ἐλοιδόρησεν. ἔπειθ', ὡς οὔτε τι τῆς βασιλικῆς θεραπείας καὶ τῆς τῶν δορυφόρων περὶ αὐτὴν φρουρᾶς ἠλλοιώθη, καὶ ἐκεῖνος χρηστά τινα αὐτῇ ἐπέστειλε, θαρσήσασα, τὴν τοῦ θανάτου ἐπιθυμίαν κατέθετο. ἐπεὶ δὲ τὰ λεχθέντα ὑπ' αὐτῆς ὁ Μακρῖνος ἐπύθετο, καίτοι μηδὲν αὐτῷ ἀντιγραψάσης ἐκείνης, καί τι καὶ εἰς τοὺς συνόντας αὐτῇ στρατιώτας πράττουσαν ᾔσθετο, καὶ τὴν αὐταρχίαν μεταδιώκουσαν παραπλησίως τῇ Σεμιράμιδι καὶ τῇ Νιτώκριδι, ἅτε καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν τρόπον τινὰ χωρίων ἐκείναις οὖσαν, καὶ ἐξελθεῖν ὅτι τάχιστα ἐκ τῆς Ἀντιοχείας ὅποι βούλοιτο αὐτὴν ἐκέλευσεν, οὐκέτ' ἐφιλοψύχησεν, ἀλλὰ διέφθειρεν ἑαυτὴν ἀποκαρτερήσασα, ἐπεὶ καὶ ὁ καρκῖνος, ὃν ἐκ πάνυ πολλοῦ χρόνου ἡσυχάζοντα ἐν τῷ μαστῷ ἔχουσα, εἶτα κοψαμένη τὰ στέρνα,

ταῖς πλη-

ταῖς πληγαῖς ἠρέθισεν, εἰς τὸν θάνατον αὐτῇ συνεβάλετο. Ὁ δὲ Μακρῖνος, ἰδὼν τὸν Ἀρτάβανον δυνάμεσί τε μεγάλαις καὶ θυμῷ φερόμενον ἐς τὸν πόλεμον, ἐταράχθη μὲν, τούς τε αἰχμαλώτους καὶ λόγους ἐπιεικεῖς αὐτῷ πέμψας, καταπραῦναι καὶ ἀποστρέψαι· ὡς δὲ ἐκεῖνος ἐπέστελλεν οὐδὲν ἐλαφρὸν, ἀλλὰ τάς τε πόλεις τὰς ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίνου κατασκαφείσας, αὐτὸν *ἀναστῆσαι, τῆς τε Μεσοποταμίας παντελῶς ἐκστῆναι, καὶ ἐπὶ τῇ λύμῃ τῶν βασιλικῶν μνημείων δίκας δοῦναι [ἐκέλευε,] οὐδὲ καιρὸν οὐδένα διαβουλεύσασθαι ἔσχεν, ἀλλ' ἀπαντήσας αὐτῷ πρὸς τὴν Νίσιβιν ἤδη προσιόντι, ἡττήθη, μάχης περὶ τοῦ ὕδατος τοῖς στρατιώταις ἐν τῇ ἀντιστρατοπεδεύσει γενομένης· καὶ αὖθις συμβαλὼν, οὐχ ὡς ἤθελεν ἀπήλλαξεν. ὥστε ἠναγκάσθη τελευτῶν ἐπικηρυκεύσασθαι, καὶ πολλῶν πάνυ χρημάτων τὴν εἰρήνην ὠνήσασθαι, ἃ ἔς τε αὐτὸν τὸν Ἀρτάβανον καὶ τοὺς περὶ δυνάμεις ὄντας αὐτῷ ἐδαπανήθησαν· ὡς ἐς πεντακισχιλίας μυριάδας τὸ σύμπαν ἀνάλωμα γενέσθαι. Ταῦτα μὲν οὕτως ἔσχε. πόλεμος δὲ τοῖς Ῥωμαίοις ἕτερος οὐκέτ' ὀθνεῖος ἀλλ' ἐμφύλιος συνερράγη. οἱ γὰρ στρατιῶται, ἐπειδὴ οὐχ ἡδὺς ἦν αὐτοῖς ὁ Μακρῖνος, οὐδὲ ἄπλετά τινα σφίσιν ἐδίδου, καὶ ὅσα ὁ Ἀντωνῖνος, *ἐνεωτέρισαν. ὑπὸ δὲ τὰς ἡμέρας ἐκείνας ἄστρον τι ἀπὸ δυσμῶν πρὸς ἀνατολὰς τὸ ἀκροφύσιον ἐπὶ πολλὰς νύκτας ἀνατεῖνον, δεινῶς ἡμᾶς ἐξετάραττεν· ὥστε τοῦτο δὴ τὸ τοῦ Ὁμήρου διὰ στόματος ἀεὶ ποιεῖσθαι, Ἀμφὶ δὲ σάλπιγξεν μέγας οὐρανός, *ἄιε δὲ Ζεύς. Ἐπράχθη δὲ ὧδε. ἡ *Μαῖσα ἡ τῆς Ἰουλίας τῆς βασιλίδος ἀδελφὴ, δύο τε θυγατέρας Σοαιμίδα καὶ Μαμαίαν, καὶ δύο ἐγγόνους ἄρσενας ἔχουσα ἐξ αὐτῶν, ὧν ἡ μὲν Οὐάρῳ Μαρκέλλῳ Σύρῳ ἀνδρὶ, ἡ δὲ Γενεσίῳ Μαρκιανῷ Σύρῳ καὶ αὐτῷ ὄντι συνῴκησεν· οἷς καὶ ἀμφοτέροις τελευτῆσαι ἤδη συμβεβήκει. Εὐτυχιανὸς δέ τις τῶν καισαρείων, ἔν τε ἀθύρμασι καὶ γυμνασίοις ἀρέσας, τήν τε τῶν στρατιωτῶν ἐς τὸν Μακρῖνον ἀπέχθειαν συνιδὼν, καί τι καὶ ὑπὸ τοῦ ἡλίου, ὃν *Ἐλεογάβαλον ἐπικαλοῦσι καὶ μεγάλως θρησκεύουσιν, ἄλλων τέ τινων μαντειῶν ἀναπεισθεὶς, ἐπεχείρησεν τόν τε Μακρῖνον καταλῦσαι, καὶ τὸν Λοῦπον τὸν τῆς Μαίσης ἔγγονον, αὐτοκράτορα, καίπερ παιδίον ἔτι ὄντα, ἀντικαταστῆσαι· καὶ κατειργάσατο ἑκάτερον. τοῦ τε γὰρ Ταράντου υἱὸν αὐτὸν μοιχίδιον εἶναι πλασάμενος, καὶ τῇ ἐσθῆτι τῇ ἐκείνου, ᾗ ποτε ἐν παισὶν ἐχρῆτο, κοσμήσας, ἐς τὸ στρατόπεδον νυκτὸς, μήτε τῆς μητρὸς

[illegible]

irritauit: atq; is ei ad mortem fecit. Cum autem vidisset Macrinus Artabanum cum magnis copiis, infestoq; animo sibi bellum inferre; conatus est, missis ad eum captiuis quos habebat, mollique oratione placare eius animũ, & a proposito abducere. Sed cum ille nihilo minus incumberet in bellum, velletque vt Macrinus vrbes euersas ab Antonino restitueret, decederetque ex Mesopotamia, & damnum quod illatũ erat monumentis regum, resarciret, nullum tempus ad deliberãdum sumpsit; sed ei, quod iam ad Nisibim venerat, occurrit, ibique victus est, prœlio a militibus, dũ contraria castra facerent, propter aquam facto. Cumq; iterum congressus esset, non successit ei ex sententia; sed legatos ad illum de pace mittere, eamq; magna pecunia redimere coactus est, quam in Artabanum atque potentissimos viros, qui cum illo erant, erogauit. Fuit is sumptus †ad bis millies sestertium. Hoc confecto bello, alterum coortũ est Romanis, non cum barbaris nationibus, sed ciuile. Nam milites tumultuari cœperunt, quod Macrinus min⁹ erga ipsos comis atque humanus esset, quodq; nõ daret eis innumerabilia, quæ Antoninus præter aliorum consuetudinem dederat. Eo tempore *stella per multas noctes visa est ab occidẽte ad orientem solem; nosque ita grauiter conturbauit, vt illud Homeri in ore semper haberemus; Ἀμφὶ δὲ σάλπιγξεν μέγας οὐρανός, ἄιε δὲ Ζεύς. *Cornibus intonuit cælum, & clamore Tonantis.* Res ita acta est. Cum Mæsa Iuliæ Augustæ soror, duas filias haberet, *Soæmidem & Mamæam, ex iisque nepotes duos masculos, (harum altera Varo Marcello nupserat, altera Genesio Marciano Syris hominibus, quos iam mortuos esse contigerat) Eutychianus Cęsarianus libertus, *homo ludicrus, nec ignarus eius odii quod milites in Macrinum conceperant, persuasusque a Sole, quem vocant Heliogabalum, coluntque maxime, atque aliis vaticiniis adductus esset; statuit Macrinum occidere, & Lupum Mæsæ nepotem, puerum adhuc, pro eo Imperatorem facere: idque perfecit. Finxit enim hunc esse Tarantis spurium filium: ornatumque veste qua ille vsus fuerat puer, noctu matre

ad aureorũ vicies centena milia, sl. ad quinq; milia myriadum, Gr.

auiaq; inſcientibus ad exercitum duxit: & XVI kalendas Iunii prima luce militibus quærentibus ſtudioſe occaſionem rebellandi, perſuaſit vt res nouas molirentur. Quo facto, milites ſtatim hunc nominant Antoninum, & Imperatorem deſignant. Macrinus ſcribit ad Senatum de Pſeudantonino; quem puerulũ vocat, & *ſtolidum eſſe ait. Tum queritur de militibus, quod adducti infinita cupiditate pecuniæ, ab ſe defecerint. Ad extremũ ſcribit hoc vnum ſe habere ſolatium calamitatis, quod fratricidæ, qui conatus eſſet orbem terrarum perdere, ipſe fuiſſet ſuperſtes. Adſcripſit etiã, ſibi exploratũ eſſe, cupere multo plures *Imperatorẽ occidi q̃ viuere; nec tamẽ ſe de ſe ipſo loqui, cuius interitũ cupiiſſet vel optaſſet nemo. Quod cũ audiret Fuluius Diogenianus, exclamauit, *Immo vero cũcti optauimus.* Hic erat homo conſularis, non magna prudentia præditus; ob eámque cauſam nec ceteris placebat, nec ſibi. Igitur Macrinus has litteras miſit; in iisq; ſe patrem crebro, ac Diadumenum filium ſuum vocitabat, eundẽq; deſignabat Imperatorem, multo iuniorem Pſeudantonino, cuius ætatẽ criminabatur. Quibus ex reb. ignobilitatem hominis atque dementiam cuncti percepimus. Contra hunc Pſeudantoninus tanta celeritate proficiſcitur, vt difficile Macrinus in vico Antiochenorum (is diſtabat a ciuitate ad †milia paſſuum XXII) cum eo cõflixerit. Erat Macrinus & promptitudine & alacritate prætorianorũ militum ſuperior. nam eis thoraces ſquammatos, & ſcuta quæ inſtar canalis facta erant, abſtulerat, quo faceret ad pugnam expeditiores: ſed propter timiditatem ſuam victus eſt; vt fuerat ei diuinitus denuntiatũ; quod, cum eius primæ litteræ de Imperio nobis lectæ eſſent, colũba ad ſtatuam ipſius, quæ poſita erat in Curia, conuolauerat. Neque potuit Macrinus Mæſam, & Soæmidem fœminas, quę cũ Antonino erant, imitari: quæ dum ſunt vna cum puero, videntque ſuos pugnare molliter, de curribus exſiliunt, irruuntque in fugientes, ac eos, dum de fuga ipſorum querũtur, retinẽt. Iteinq; puer, diſtricto gladio quo erat accinctus, equo diuino quodam impetu concitato, in eos tamq̃ in hoſtes irruere viſus eſt. Qua re animaduerſa cõſtiterunt:

†milia paſſ. XXVI, Bl. ſtadia CLXXX.

αὐτοῦ μήτε τῆς τηθῆς ἐπισταμένης, εἰσήγαγε· καὶ τοὺς στρατιώτας ἅμα τῇ ἕῳ τῇ τοῦ Μαΐου ἑκκαιδεκάτῃ, γλιχομένους τινὰ ἀφορμὴν ἐπαναστάσεως λαβεῖν, ἀνέπεισε νεοχμῶσαι· οἱ καὶ Ἀντωνῖνον αὐτὸν ὀνομάσαντες, αὐτοκράτορα παραχρῆμα ἀνέδειξαν.

Ὁ δὲ δὴ Μακρῖνος ἔγραψε μὲν καὶ τῇ βουλῇ περὶ τοῦ Ψευδαντωνίνου, παιδίον τε ἀποκαλῶν αὐτόν, καὶ ἔμπληκτον εἶναι λέγων, καὶ περὶ τῶν στρατιωτῶν ὀδυρόμενος, ὡς διὰ τὴν περὶ τὰ χρήματα ἀπληστίαν ἀφισταμένων αὐτοῦ. τελευτῶν δὲ οὖν, παραμύθιον τῆς συμφορᾶς ἔχειν ἔφη, ὅτι τῷ ἀδελφοκτόνῳ τῷ τὴν οἰκουμένην καταλῦσαι ἐπιχειρήσαντι ἐπεβίω· καὶ τοιόνδε τι προσενέγραψεν, ὅτι Πολλοὺς οἶδα μᾶλλον ἐπιθυμοῦντας αὐτοκράτορας σφαγῆναι, ἢ αὐτοὺς βιῶναι. τοῦτο δὲ οὐ περὶ ἐμαυτοῦ λέγω, ὅτι τις ἐπιθυμήσειεν ἂν ἢ εὔξαιτό με ἀπολέσθαι. ἐφ' ᾧ Φούλουιος Διογενιανὸς ἐξεβόησεν ὅτι, Πάντα εὐξάμεθα. οὗτος δὲ ἦν μὲν ἐκ τῶν ὑπατευκότων, σφόδρα δὲ οὐ φρενήρης, καὶ κατὰ τοῦτο οὔτε τοῖς ἄλλοις ἤρεσκεν, οὔτ' αὐτὸς ἑαυτῷ. Ταῦτά τε ἐπέστελλεν ὁ Μακρῖνος· καὶ ἑαυτὸν μὲν πατέρα, τὸν δὲ Διαδουμενιανὸν υἱὸν αὐτοῦ συνεχέστατα ἀπεκάλει· καὶ τὴν ἡλικίαν τοῦ Ψευδαντωνίνου διέβαλλε, πολὺ νεώτερον αὐτοῦ τὸν υἱὸν αὐτοκράτορα ἀποφήνας. ἐξ ὧν ἔτι καὶ μᾶλλον τὴν ταπεινότητα καὶ τὴν μωρίαν αὐτοῦ πάντες κατέγνωμεν. Ὁ δὲ δὴ Ψευδαντωνῖνος οὕτω ταχέως ἐπ' αὐτὸν ἤλασεν, ὥστε χαλεπῶς τὸν Μακρῖνον ἐν κώμῃ τινὶ τῶν Ἀντιοχέων, ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα τῆς πόλεως σταδίους ἀπεχούσης, συμβαλεῖν αὐτῷ. τῇ μὲν οὖν προθυμίᾳ τῇ τῶν δορυφόρων ἐκράτησε· τούς τε γὰρ θώρακας τοὺς λεπιδωτούς, καὶ τὰς ἀσπίδας τὰς σωληνοειδεῖς ἀφελόμενος αὐτῶν, κουφοτέρους σφᾶς ἐν ταῖς μάχαις πεποιήκει. τῇ δὲ ἑαυτοῦ δειλίᾳ ἡττήθη, καθάπερ καὶ τὸ δαιμόνιον αὐτῷ προεδήλωσεν· ὅτε γὰρ τὰ πρῶτα αὐτοῦ περὶ τῆς ἀρχῆς γράμματα ἡμῖν ἀνεγνώσθη, περιστερά τις ἐπὶ εἰκόνα αὐτοῦ ἐν τῷ συνεδρίῳ ἀνακειμένην ἐπέπτατο. οὐδὲ τὰς γυναῖκας γοῦν τὰς περὶ τὸν Ψευδαντωνῖνον τήν τε Μαῖσαν καὶ τὴν Σοαιμίδα, μιμήσασθαι ἴσχυσεν. αὗται γὰρ συνοῦσαι τῷ παιδίῳ, ἐπειδὴ τὸ ἑαυτῶν στράτευμα ἀσθενέστατα ἑώρων ἀγωνιζόμενον, ἀπό τε τῶν ὀχημάτων κατεπηδήσασαι, καὶ ἐς τοὺς φεύγοντας ἐσπεσοῦσαι, ἐπέσχον αὐτοὺς τῆς φυγῆς ὀδυρόμεναι· καὶ τὸ παιδίον σπασάμενον τὸ ξιφίδιον ὃ παρέζωστο, ὤφθη σφίσιν ἐπὶ ἵππου θείᾳ τινὶ φορᾷ, ὡς καὶ ἐπὶ τοὺς ἐναντίους ἐλάσον. τοῦτο γὰρ ἰδόντες ἔστησαν.

ἐτράποντο

ἐτράποντο δ' ἂν καὶ ὣς πάλιν, εἰ μὴ ὁ Μακρῖνος ἰδὼν αὖθις αὐτοὺς ἀνθισταμένους, ἔφυγε. Καὶ ὁ μὲν οὕτως ἡττηθεὶς, τὸν μὲν υἱὸν πρὸς τὸν Ἀρτάβανον ἔπεμψεν· αὐτὸς δὲ ἐς Ἀντιόχειαν, ὡς καὶ νενικηκὼς, ὅπως καταδεχθῇ, εἰσελθών· ἔπειτα διαγγελθείσης τῆς ἥττης αὐτοῦ, καὶ φόνων ἐκ τούτου πολλῶν κατὰ τὰς ὁδοὺς καὶ ἐν τῇ πόλει, ὥς πού τις εὐνοίας ἑκατέρῳ αὐτῶν εἶχε, γιγνομένων, ἀπέδρα ἐκεῖθεν νυκτὸς ἐπὶ ἵππου, τήν τε κεφαλὴν καὶ τὸ γένειον πᾶν ξυράμενος, καὶ ἐσθῆτα φαιὰν κατὰ τὰς ἁλουργεῖς, ἵν' ὅτι μάλιστα ἰδιώτῃ τινὶ ἐοίκοι, λαβών· καὶ οὕτω μετ' ὀλίγων εἰς Αἰγὰς τῆς Κιλικίας ἐλθὼν, ὀχημάτων τε ἐνταῦθα, ὡς καὶ στρατιώτης τις τῶν ἀγγελιαφόρων ὤν, ἐπέβη· καὶ διεξήλασε διά τε τῆς Καππαδοκίας καὶ τῆς Γαλατίας, τῆς τε Βιθυνίας, μέχρι εἰς Ἐριβώλου τοῦ ἐπινείου, [τοῦ] καταντικρὺ τῆς τῶν Νικομηδέων πόλεως ὄντος. καὶ ἐς μὲν τὴν Νικομήδειαν οὐκ ἐτόλμησεν εἰσελθεῖν· διαπλέων δὲ ἐς Χαλκηδόνα, ἔπεμψε πρός τινα τῶν ἐπιτρόπων ἀργύριον αἰτῶν, καὶ κατὰ τοῦτο ἐγνώσθη, κατελήφθη τε ἐν τῇ Χαλκηδόνι· καὶ ἐπελθόντων τῶν ὑπὸ τοῦ Ψευδαντωνίνου πεμφθέντων, συνελήφθη, καὶ μέχρι τῆς Καππαδοκίας ἤχθη. ἐνταῦθα δὲ μαθὼν ὅτι καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἑαλώκει, ἔρριψέ τε αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὀχήματος, (οὐ γὰρ ἐδέδετο) καὶ τότε μὲν τὸν ὦμον συνέτριψε, μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ ἐσφάγη. Ὁ μὲν οὖν Μακρῖνος οὕτω, καὶ γέρων ὢν (πεντήκοντα γὰρ καὶ τέσσαρα ἔτη ἦγε) καὶ ἐμπειρίᾳ πραγμάτων προφέρων, ἀρετήν τε ὑποδεικνύων, καὶ τοσούτων στρατευμάτων ἄρχων, ὑπὸ παιδαρίου, οὗ μηδὲ τὸ ὄνομα πρότερον ἠπίστατο, κατελύθη, ὥς που καὶ τὸ μαντεῖον αὐτῷ προεμήνυσε. χρωμένῳ γὰρ αὐτῷ τοῦτο ἔφη· Ὦ γέρον, ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταί, Σὴ δὲ βίη λέλυται, χαλεπὸν δέ σε γῆρας ἱκάνει. Οὕτω που οὐδεὶς οὐδὲ τῶν σφόδρα δοκούντων ἐρρῶσθαι, βεβαίαν τὴν ἰσχὺν ἔχει, ἀλλὰ καὶ οἱ πάνυ εὖ πράττοντες ἐξ ἴσου τοῖς λοιποῖς αἰωροῦνται. ὁ δ' οὖν Μακρῖνος καὶ τάχιστα καὶ βαρυσυμφορώτατα τὴν ἀρχὴν ἀπέβαλεν. ἐνιαυτῷ τε γὰρ, καὶ δύο μησὶ, τριῶν ἡμερῶν, ὥστε καὶ μέχρι τῆς μάχης λογιζομένοις συμβῆναι, δέουσιν, ἦρξεν.

fugissentque iterum, nisi Macrinus, postquam vidit illos resistere, fugæ se mandasset. Itaque victus, misso ad Artabanum filio, Antiochiam venit, victorem se esse simulans, vt in vrbem reciperetur. Sed clade eius per nuntios cognita, factisque multis cædibus in itinere, atque in ipsa vrbe, vt propensa erat cuiusque erga alterum eorum beneuolētia, inde noctu equo admisso, rasoque penitus capite ac mento, pullaque veste indutus supra purpureas, vt priuatus esse videretur, Ægas vrbem Ciliciæ peruenit cum paucis, ibique vehicula conscendit, ita vt si miles esset ex iis qui nuntios ferunt: vectusq; per Cappadociam, Galatiam, & Bithyniam vsque ad Eribolum, quæ statio est in conspectu Nicomediæ, Nicomediam ingredi non est ausus: sed Chalcedonem nauigauit, mandauitque vni ex procuratoribus vt ad se pecuniam mitteret. Qua ex re cognitus est, & Chalcedone *remansit. Eo venere milites missi a Pseudantonino: a quibus comprehensus, perductus est in Cappadociam: vbi postquam intellexit filium suum captum esse, deiecit se ex vehiculo, (nec enim vinctus erat) fregitq; humerum: nec ita multo post occisus est. Itaque Macrinus grandis natu, (agebat annum quartum & quinquagesimum) vsuque & experientia rerum præstans cum aliqua significatione virtutis, tantique Imperator exercitus, a puerulo, cuius ne nomen quidem cognouerat antea, oppressus est. Id ei oraculo prædictū fuerat his versibus: Ὦ γέρον, ἦ μάλα δή σε νέοι, τείρουσι μαχηταί, Σὴ δὲ βίη λέλυται, χαλεπὸν δέ σε γῆρας ἱκάνει: *O senior, bello iuuenū quem dextra fatigat, Iam tibi deficiūt vires, repitq; senectus.* Ex quo intelligi potest, *eos qui fortissimi esse videntur, & firmas vires habere, ornati amplissimis fortunæ muneribus, pariter cum ceteris suspensos & incertos esse.* Macrinus vtiq; celerrime cum summa calamitate principatum amisit. regnauit enim annum vnum, menses duos, tribus diebus (si vsque ad pugnæ tempus numeres) exceptis.

AVITVS, QVI ET PSEVDANTONINVS ET SARdanapalus dicitur.

AVITVS, siue Pseudantoninus, siue Assyrius, vel Sardanapalus, vel Tiberinus, (nã id quoq; cognomẽ habuit, postquam corpus eius occisum in Tiberim proiectum est) vbi confirmato principatu Romam venit, preclarum facinus, & bono principe dignum fecit, quod, cum ab omnibus priuatim publiceque, ex litteris Macrini, verbis ac factis iniuriam accepisset, de nullo supplicium sumpsit. In ceteris autem rebus, homo turpissimus, & nequissimus, ac cõtaminatissimus est visus; quamuis tres annos tãtummodo, mensesque nouem, & dies quatuor principatum tenuerit. quod tempus ego numero ex quo, prælio facto, omnem potentiã adeptus est. Eutychianus, qui Κωμάζων dictus est, (idq; nomen ei ex histrionum & scurrili ioco fuit) præesse cœpit prætorianis cohortibus, cũ ante in nulla procuratione aut præfectura, præterquã castrorum, cognitus fuisset. deinde non semel tantum, sed iterum ac tertium Consul factus est; quod ante acciderat nemini. ex quo fit, vt id quoque in rebus iniquissimis iure adnumeretur. Ceteri clari viri, quibus ea res non placebat, reperta aliqua causa occidebantur, aut etiam nulla causa allata. Pætus quidem Valerianus morte affectus est, q̃ imagines aureas ad concubinarum ornamenta finxerat. Silius autem Messala, & Põponius Bassus, rei facti sunt q̃ rebus quas ille faceret, minime oblectarẽtur: nec piguit eum de iis ad Senatum scribere, cum ab iis mores suos examinari diceret, eosq; reprehẽsores esse omniũ quæ in Palatio gererentur. quãquam erat alterum crimen in Basso, q̃ pulcherrimam vxorem atq; nobilissimã habebat. Ea erat Claudii Seueri, & Marci Antonini neptis; quã ipse postea vxorẽ duxit, nec ei, vt mariti mortem lugeret, permisit. Verũ de nuptiis eius, id est quas ipse habuerit vxores, & quib. viris nupserit, paulo post dicemus: nã & viri & mulieris fungebatur officio, eaq; patiebatur quæ faciebat: vtrũq; sane libidinose & nefarie. Quid aũt ego nũc commemorem eos quos nulla ratione interfecit, cũ morte mulctauerit homines sibi amicissimos, propterea q̃ ipsum hortabantur vt modeste & tẽperanter viueret. Inter eius scelera

ΑΒΙΤΟΣ, Ο ΚΑΙ ΨΕΥΔΑΝΤΩΝΙΝΟΣ ΚΑΙ ΣΑΡΔΑΝΑπαλος.

Ὁ ΔΕ δὴ Ἄβιτος, εἴτε Ψευδαντωνῖνος, εἴτε καὶ Ἀσσύριος, ἢ καὶ Σαρδανάπαλος, Τιβερῖνός τε, (καὶ γὰρ ταύτην τὴν προσηγορείαν, ἐπειδὴ τὸ σῶμα σφαγέντος αὐτοῦ ἐς τὸν Τίβεριν ἐνεβλήθη, ἔλαβεν) ἐπειδὴ τὸ κράτος ἐβεβαιώθη, ἐς τὴν Ῥώμην ἐλθὼν, ἓν μέν τι καὶ σφόδρα ἀγαθοῦ αὐτοκράτορος ἔργον ἐποίησε. πολλὰ γὰρ παρὰ πάντων καὶ ἰδίᾳ καὶ κοινῇ ἐκ τῶν τοῦ Μακρίνου γραμμάτων καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ὑβρισθεὶς, οὐδενὶ τὸ παράπαν ἐπεξῆλθεν. ἐς δὲ δὴ τἆλλα πάντα καὶ αἴσχιστος καὶ παρανομώτατος καὶ μιαιφονώτατος ὤφθη, καίτοι τρισὶν ἔτεσιν, ἐννέα μησὶν, ἡμέραις τε τέσσαρσιν ἄρξας, ὡς ἄν τις ἀπὸ τῆς μάχης, ἐν ᾗ τὸ παντελὲς κράτος ἔσχηκεν, ἀριθμήσειεν. ὁ μὲν γὰρ Εὐτυχιανὸς, ὁ καὶ Κωμάζων, (καὶ τοῦτο γὰρ τοὔνομα ἔκ τε μίμων καὶ γελωτοποιΐας ἔσχε) τῶν τε δορυφόρων ἦρξεν, ἐν μηδεμιᾷ τὸ παράπαν ἐπιτροπείᾳ ἢ καὶ προστασίᾳ πλὴν τοῦ στρατοπέδου ἐξετασθείς· καὶ μετὰ τοῦτο καὶ ὑπάτευσεν, οὐχ ἅπαξ μόνον, ἀλλὰ καὶ δεύτερον καὶ τρίτον· ὃ μηδενὶ πώποτε ἄλλῳ ὑπῆρξεν· ὅθεν που καὶ τοῦτ' ἐν τοῖς παρανομωτάτοις ἀριθμηθήσεται). οἱ δὲ δὴ ἄλλοι, ὅσοις οὐκ ἤρεσκε τὰ τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν, εἴτε μετὰ προφάσεώς τινος, ἢ καὶ χωρὶς προφάσεως ἐφονεύοντο. Οὐαλεριανὸς μὲν γὰρ Παῖτος, ὅτι εἰκόνας τινὰς ἐπιχρύσους πρὸς παλλακίδων κοσμήματα ἐξετύπωσε, διεφθάρη· Μεσσάλας δὲ Σίλιος καὶ Βάσσος Πομπώνιος ἐγκλήματα ἔλαβον ὅτι τοῖς πραττομένοις παρ' αὐτοῦ οὐκ ἠρέσκοντο. οὕτω γὰρ οὐδὲ τῇ βουλῇ γράψαι περὶ αὐτῶν ὤκνησεν, ἐξεταστὰς αὐτοὺς τοῦ ἑαυτοῦ βίου, καὶ ἐπιτιμητὰς τῶν ἐν τῷ παλατίῳ δρωμένων εἰπὼν εἶναι). ὑπῆν δέ τι καὶ ἕτερον αἰτίαμα τῷ Βάσσῳ, ὅτι γυναῖκα εὐπρεπῆ καὶ εὐγενῆ εἶχε· τοῦ τε γὰρ Σεβήρου Κλαυδίου καὶ τοῦ Ἀντωνίνου τοῦ Μάρκου ἀπόγονος ἦν. ἀμέλει καὶ ἔγημεν αὐτὴν, μηδὲ πενθῆσαι τὴν συμφορὰν ἐπιτρέψας. καὶ περὶ μὲν τῶν γάμων αὐτοῦ, ὧν τε ἐγάμει, ὧν τε ἐγήματο, αὐτίκα λελέξεται· καὶ γὰρ ἠνδρίζετο καὶ ἐθηλύνετο, καὶ ἔπραττε καὶ ἔπασχεν ἑκάτερα ἀσελγέστατα. καὶ τί λέγω τοὺς ἄλλους, οὓς οὐδενὶ λόγῳ ἐφόνευσε; καὶ τοὺς πάνυ γὰρ αὐτῷ φιλτάτους τινὰς, ἐπειδὴ σωφρόνως τε καὶ εὐφρόνως ζῆν αὐτὸν ἐνουθέτουν, θανάτῳ ἐζημίωσε. Τῶν δὲ δὴ παρανομημάτων

αὐτοῦ

αὐτοῦ καὶ τὸ κατὰ τὸν Ἐλιογάβαλον ἔχεται, οὐχ ὅτι θεόν τινα ξενικὸν εἰς τὴν Ῥώμην εἰσήγαγεν, οὐδ᾽ ὅτι καινοπρεπέστατα αὐτὸν ἐμεγάλυνεν, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ πρὸ τοῦ Διὸς αὐτοῦ ἤγαγεν αὐτόν, καὶ ὅτι καὶ ἱερέα αὐτοῦ ἑαυτὸν ψηφισθῆναι ἐποίησεν· ὅτι τε αἰδοῖα περιέτεμε, καὶ ὅτι χοιρείων κρεῶν ἀπείχετο· καὶ μέντοι καὶ ὅτι τὴν ἐσθῆτα τὴν βαρβαρικήν, ᾗ [οἱ] τῶν Σύρων ἱερεῖς χρῶνται, καὶ δημοσίᾳ πολλάκις ἑωρᾶτο ἐνδεδυμένος· ἀφ᾽ οὗπερ οὐχ ἥκιστα καὶ τὴν τοῦ Ἀσσυρίου ἐπωνυμίαν ἔλαβεν. Ἔγημε δὲ Κορνηλίαν Παῦλαν, ἵνα δὴ θᾶσσον (ὥσπερ ἔφη) πατὴρ γένηται, ὁ μηδ᾽ ἀνὴρ εἶναι δυνάμενος. ἐν δὲ τοῖς γάμοις οὐχ ὅπως ἡ γερουσία, ἥ τε ἱππάς, ἀλλὰ καὶ αἱ γυναῖκες αἱ τῶν βουλευτῶν διανομήν τινα ἔλαβον· ὅ τε δῆμος πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν δραχμάς, καὶ οἱ στρατιῶται ἑκατὸν πλείοσιν εἱστιάθησαν. μονομάχων τε ἀγῶνες ἐγένοντο, ἱμάτιον αὐτοῦ περιπόρφυρον ἐνδεδυκότος, ὃ καὶ ἐν ταῖς εὐχαριστηρίαις θέαις ἐπεποιήκει· καὶ θηρία ἄλλα τε πολλά, καὶ ἐλέφας, τίγριδές τε μία καὶ πεντήκοντα ἐσφάγησαν· ὃ μηδεπώποτε ἀθρόον ἐγεγόνει. Εἶτα τὴν Παῦλαν, ὡς καὶ κηλῖδά τινα περὶ τὸ σῶμα ἔχουσαν, ἀποπέμψας, Ἀκυλίᾳ Σευήρᾳ συνῴκησεν, ἐκφανέστατα παρανομήσας. ἱερωμένην γὰρ αὐτὴν τῇ Ἑστίᾳ, ἀσεβέστατα ᾔσχυνε. ἐτόλμησε δὲ καὶ εἰπεῖν ὅτι, Ἵνα δὴ καὶ θεοπρεπεῖς παῖδες ἔκ τε ἐμοῦ τοῦ ἀρχιερέως, ἔκ τε ταύτης τῆς ἀρχιερείας γένωνται, τοῦτ᾽ ἐποίησα. καὶ ἐφ᾽ οἷς αὐτὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ αἰκισθέντα, εἶτα ἐς τὸ δεσμωτήριον ἐμβληθῆναι, κἀνταῦθα θανατωθῆναι ἔδει, ἐπὶ τούτοις ἐκαλλωπίζετο. Καὶ οὐδὲ ἐκείνην μέντοι ἐπὶ πολὺ κατέσχεν, ἀλλ᾽ ἑτέραν, εἶθ᾽ ἑτέραν, καὶ μάλα ἄλλην ἔγημε· καὶ μετὰ τοῦτο πρὸς τὴν Σευήραν ἐπανῆλθεν. Ἐγένετο δὲ καὶ τέρατα ἐν τῇ Ῥώμῃ ἄλλα τε, καὶ ἐκ τοῦ ἀγάλματος τῆς Ἴσιδος, ὃ ὑπὲρ τὸ ἀέτωμα τοῦ ναοῦ αὐτῆς ἐπὶ κυνὸς ὀχεῖται. τὸ γὰρ πρόσωπον ἐς τὸ εἴσω μετέστρεψεν. Ὁ δὲ Σαρδανάπαλος καὶ ἀγῶνας ἐποίει, καὶ θέας συχνάς, ἐν αἷς Αὐρήλιος Αἴλιξ ὁ ἀθλητὴς εὐδοκίμησεν· ὃς τοσοῦτον τοὺς ἀνταγωνιστὰς ὑπερῆρεν, ὥστε πάλην τε ἅμα καὶ παγκράτιον ἐν τῇ Ὀλυμπίᾳ ἀγωνίσασθαι ἐθελῆσαι, καὶ ἐν τοῖς Καπιτωλίοις καὶ ἄμφω νικῆσαι. οἱ μὲν γὰρ Ἠλεῖοι, φθονήσαντες αὐτῷ, μὴ (τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο) ἀφ᾽ Ἡρακλέους ὄγδοος γένηται, οὐδὲ ἐκάλεσαν ἐς τὸ στάδιον παλαιστὴν οὐδένα, καίπερ ἐν τῷ λευκώματι καὶ τοῦτο τὸ ἄθλημα προσγράψαντες. ἐν δὲ δὴ τῇ Ῥώμῃ καὶ ἐνίκησεν ἑκάτερον· ὃ μηδεὶς ἄλλος ἐπεποιήκει.

est illud de Heliogabalo: non solum quod deum peregrinum introduxit in Vrbem, aut quod eū nouis & magnis honoribus affecit; sed quod Ioui eundem anteposuit, seque sacerdotem eius fieri decreto Senatus iussit: quod circumcidit sese, & a porcinis carnibus abstinuit. Itaque indutus veste barbara, quali Syri sacerdotes vtuntur, sæpe publice visus est: ex quo potissimum Assyrii cognomen cepit. Corneliam Paulam duxit in matrimonium, quo fieret pater (sicuti dicebat) celerius, qui ne vir quidem esse poterat: in quibus nuptiis nonnulla largitus est non solum senatorio & equestri ordini, sed etiam senatorum vxoribus. Plebs † sex aureis epulata est viritim: milites hoc amplius quatuor. Præterea facti sunt ludi gladiatorii; in quibus ipse indutus erat veste purpurea, vt in spectaculis supplicationū fecerat. Ibi multæ bestiæ cæsæ sunt, sed præsertim elephas & tigres ad quinquaginta vnam: quod numquam ante simul factum erat. Post hæc, repudiata Paula, quod maculā haberet in corpore, sicuti dicebat, Aquiliam Seueram duxit aperte contra ius fasque: eam enim habuit cum probro atque dedecore, cum esset virgo Vestalis: idque se fecisse ausus est dicere, vt ex ipso Pontifice & ea sacerdote Vestali liberi diuini nascerentur. Ita, quibus ex rebus oportebat illum cęsum verberibus in foro coniici in carcerem, ac morte mulctari, de iis maxime gloriabatur. Neque tamen hanc diu retinuit: sed aliam post, deinde aliam atque aliam duxit: dein iterum ad Seueram rediit. Tum Romæ prodigia exstiterunt multa, atque in primis illud simulacri Isidis, cuius altare cane sustinetur: nam faciem intro cōuertit. Interea Sardanapalus certamina præbebat, & crebra spectacula: in quibus Aurelius Ælix athleta gloriosus fuit; qui tantum ceteris antecelluit, vt voluerit in Olympia simul & lucta certare & pancratio, victorque vtriusq; in Capitolinis fuerit. cui cum inuiderent Elei, ne foret (quod dici solet) octauus ab Hercule, neminem ad luctam aduocauerunt, quamuis in albo id genus certaminis adscripsissent: Romæ vero vtrumque vicit; quod ante fecerat nemo.

† cedrachmis

Vt autem prætermittã barbaras cantilenas, quas Sardanapalus canebat Heliogabalo vna cum matre & auia; & nefaria sacrificia, quæ ei faciebat mactatis pueris, adhibitisq; magicis artibus: & leonem, simiam ac serpentem, quos viuos in templũ eius conclusit; & testes hominis, quos eodem coniecit; aliaque quæ faciebat contra ius fasque, cũ interim *sexcentis monilibus vteretur: vxorem (quod perridiculum est) ei in matrimonium dedit, tamquam deo nuptiis atq; liberis opus esset. cumq; vxorẽ nec inopem esse, nec ignobilem oporteret, Vraniam Carthaginensium delegit; eamq; inde exportatã collocauit in Palatio; donaq; nuptialia, vt suis vxoribus, exegit ex omnibus gentibus quæ erant sub Imperio Romano: quę cum fuissent eo viuo data, postea exacta sunt. Dotem vero se negauit accepturum, preter duos leones aureos, qui cõflati fuerũt. Hic Sardanapal⁹, qui deos iure matrimonii coniunxit, libidinose viuebat & intemperanter. Coibat enim cum plurimis mulieribus, non quod iis egeret ipse, sed vt tali concubitu amatores suos, eorũq; facta imitaretur. Multa nefaria, quæ nemo referat libenter, aut audiat, suo corpore passus est, fecitque. Quæ vero sunt in promptu, quęque celari non possunt, hęc sunt. Noctu introibat in popinas; vsusq; comis appositis, cauponarum fungebatur officio: frequentabat lupanaria celeberrima, in iisque eiectis meretricibus scortabatur: ad extremum habuit *cubiculum in Palatio, in quo libidinem expleret; stabatque nudus semper ante fores eius, vt scorta solent; concutiebatque sindonium connexum annulis aureis, ac molli & fracta voce prætereuntes alliciebat: erantq; de industria nonnulli, quib. imperatum erat vt id facerent: ita vt in hac re, quemadmodum in ceteris, haberet multos exploratores, p quos inuestigabat curiose eos qui sibi satisfacere maxime in his spurcissimis rebus possent: ex quibus exigebat pecuniam, ac de eo quęstu gloriabatur; iactabatque se apud socios eiusdem turpitudinis, quod se habere plures amatores diceret, & vberiorem quæstum facere. Cumq; se eodem modo gereret erga omnes qui ipso abutebãtur, virum habuit immensæ magnitudinis, quem voluit ob eam rem Cæsarem designare.

Ἵνα δὲ παρῶ τάς τε βαρβαρικὰς ᾠδάς, ἃς ὁ Σαρδανάπαλος τῷ Ἐλιογαβάλῳ ᾖδε τῇ μητρὶ ἅμα καὶ τῇ τήθῃ, τάς τε ἀπορρήτους θυσίας ἃς αὐτῷ ἔθυε, παῖδας σφαγιαζόμενος, καὶ μαγγανεύμασι χρώμενος, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ λέοντα καὶ πίθηκον καὶ ὄφιν τινὰ ζῶντα ἐγκατακλείσας, αἰδοῖά τε ἀνθρώπου ἐμβαλών, καὶ ἄλλ' ἄττα ἀνοσιουργῶν, περιάπτοις τέ τισι μυρίοις ἀεί ποτε χρώμενος· ἵνα ταῦτα παραδράμω, καὶ γυναῖκα (ὃ γελοιότατον) Ἐλιογαβάλῳ ἐμνήστευσε, καθάπερ καὶ γάμου παίδων τε δεομένῳ· καὶ (ἔδει γὰρ μήτε πενιχρὰν μήτε δυσγενῆ τινὰ εἶναι αὐτὴν) τὴν Οὐρανίαν τὴν τῶν Καρχηδονίων ἐπελέξατο, καὶ ἐκεῖθέν τε αὐτὴν μετεπέμψατο, καὶ ἐς τὸ παλάτιον καθίδρυσεν, ἕδνα τε αὐτῇ παρὰ πάντων τῶν ὑπηκόων, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἑαυτοῦ γυναικῶν, ἤθροισε. τὰ μὲν δὴ οὖν ἕδνα ὅσα ἐδόθησαν ζῶντος αὐτοῦ, μετὰ ταῦτα εἰσεπράχθη· τὴν δὲ δὴ προῖκα οὐκ ἔφη *κομίσασθαι, πλὴν δύο λεόντων χρυσῶν, οἳ καὶ συνεχωνεύθησαν. Ἀλλ' οὗτος ὁ Σαρδανάπαλος, ὁ καὶ τοὺς θεοὺς γάμου νόμῳ συνοικίζειν ἀξιῶν, ἀσελγέστατα αὐτὸς διεβίω. γυναιξὶ μὲν γὰρ καὶ πλείοσι συνεγίγνετο, οὐ μέντοι ὡς καὶ αὐτός τι αὐτῶν δεόμενος, ἀλλ' ἵνα τῇ συγκοιμήσει τῇ μετὰ τῶν ἐραστῶν, τὰ ἔργα αὐτῶν μιμῆται. πολλὰ δὲ καὶ ἄτοπα, ἃ μήτε λέγων μήτε ἀκούων τις καρτερήσειεν, ἔδρασε τῷ σώματι καὶ ἔπαθε· τὰ δὲ δὴ περιφανέστατα, καὶ ἃ μηδ' ἂν ἀποκρύψαιτό τις, τάδε ἐστίν. ἐς καπηλεῖα ἐσῄει νύκτωρ, περιθεταῖς κόμαις χρώμενος, καὶ τὰ τῶν καπηλίδων εἰργάζετο. ἐς τὰ πορνεῖα τὰ περιβόητα ἐσεφοίτα, καὶ τὰς ἑταίρας ἐξελαύνων, ἐπόρνευε· καὶ τέλος, ἐν τῷ παλατίῳ οἴκημά τι ἀποδείξας, ἐνταῦθα ἠσέλγαινε, γυμνός τε ἀεὶ ἐπὶ τῆς θύρας αὐτοῦ ἑστώς, ὥσπερ αἱ πόρναι, καὶ τὸ σινδόνιον χρυσοῖς κρίκοις ἐξηρτημένον διασείων, τούς τε παριόντας ἁβρᾷ τε καὶ κεκλασμένῃ τῇ φωνῇ προσεταιριζόμενος. ἦσαν γὰρ οἷς ἐξεπίτηδες τοῦτο ποιεῖν προσετέτακτο. ὥσπερ γὰρ καὶ ἐς τὰ ἄλλα, καὶ ἐς ἐκεῖνο διερευνητὰς συχνοὺς εἶχε, δι' ὧν ἐπολυπραγμόνει τοὺς μάλιστα αὐτῷ ἀρέσαι τῇ ἀκαθαρσίᾳ δυναμένους· χρήματά τε παρ' αὐτῶν συνέλεγε, καὶ ἐγαυροῦτο ταῖς ἐμπολαῖς· πρός τε τοὺς συνασχημονοῦντας *οἱ διεφέρετο, πλείους τε ἐραστὰς αὐτῶν ἔχειν καὶ πλεῖον ἀργυρίζεσθαι λέγων. Καὶ ταῦτα μὲν πρὸς πάντας ὁμοίως τοὺς χρωμένους αὐτῷ ἔδρα· ἤδη δὲ καὶ ἐξαίσιόν τινα ἄνδρα ἔσχεν, ὃν καὶ Καίσαρα διὰ τοῦτ' ἀποδεῖξαι ἠθέλησεν.

ἤλαυνε

ἤλαυνε μὲν γὰρ ἅρμα τῇ πρασίῳ στολῇ χρώμενος· ἰδίᾳ τε καὶ οἴκοι ἔνι φάναι τοῦτ' εἶ) ἔνθα ἠγωνοθέτουν οἵ τε ἄλλοι οἱ περὶ αὐτὸν πρῶτοι, καὶ οἱ ἔπαρχοι αὐτοί, ἥ τε τηθὴ καὶ ἡ μήτηρ, καὶ αἱ γυναῖκες, καὶ προσέτι καὶ τῶν ἐκ τῆς βουλῆς ἄλλοι τε, καὶ ὁ Λέων ὁ πολίαρχος· καὶ ἐθεῶντο αὐτὸν καὶ ἁρματηλατοῦντα, καὶ χρυσοῦς, ὥσπερ τινὰ τῶν τυχόντων, αἰτοῦντα, τούς τε ἀγωνοθέτας καὶ τοὺς στρατιώτας προσκυνοῦντα· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ὠρχεῖτο, οὔτε δὲ ἐν ὀρχήστρᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκβαδίζων ἔστιν ἃ καὶ θύων, ἀσπαζόμενός τε καὶ δημηγορῶν. Καὶ τέλος, (ἵν' ἤδη ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς λόγον ἐπανέλθω) καὶ ἐγήματο, γυνή τε καὶ δέσποινα, βασιλίς τε ὠνομάζετο· καὶ ἐριούργει, κεκρύφαλόν τε ἔστιν ὅτε ἐφόρει, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐνηλείφετο. ἅπαξ μὲν γὰρ ἀπεκείρατο τὸ γένειον, καὶ ἐπ' αὐτῷ ἑορτὴν ἤγαγε. μετὰ δὲ τοῦτ' ἐψιλίζετο, ὥστε καὶ ἐκ τούτου γυναικίζειν. καὶ πολλάκις καὶ κατακείμενος, τοὺς βουλευτὰς ἠσπάζετο. ὁ δὲ δὴ ἀνὴρ αὐτῆς, Ἱεροκλῆς ἦν, Καρικὸν ἀνδράποδον· καὶ ἁρματηλάτης ἐγεγόνει· κἀκ τούτου καὶ παραδοξότατα αὐτῷ ἠρέσθη. ἐν γάρ τοι ἱπποδρομίᾳ τινὶ ἐκπεσὼν τοῦ ἅρματος κατ' αὐτὴν τὴν τοῦ Σαρδαναπάλου ἕδραν, τό τε κράνος ἐν τῇ πτώσει ἀπέρριψε, καὶ ἐκφανεὶς αὐτῷ (λειογένειος *δὲ ἔτι ἦν, καὶ κόμῃ ξανθῇ ἐκεκόσμητο) ἀνηρπάσθη τε εὐθὺς ἐς τὸ παλάτιον, κἀν τοῖς νυκτερινοῖς ἔργοις, καὶ μᾶλλον ἑλὼν αὐτόν, ὑπερηυξήθη, ὥστε καὶ ὑπὲρ αὐτὸν ἐκεῖνον ἰσχῦσαι, καὶ βραχὺ νομισθῆναι, τὸ τὴν μητέρα αὐτοῦ ἔτι δούλην οὖσαν, ἔς τε τὴν Ῥώμην ὑπὸ στρατιωτῶν ἀχθῆναι, καὶ τῶν ὑπατευκότων γυναιξὶ συναριθμηθῆναι· πολλοὶ μὲν γὰρ καὶ ἄλλοι ἐτιμήθησαν ὑπ' αὐτοῦ καὶ *ἐδυνήθησαν, οἱ μὲν ὅτι συνεπανέστησαν, οἱ δὲ ὅτι ἐμοίχευον αὐτόν. καὶ γὰρ μοιχεύεσθαι δοκεῖν (ἵνα καὶ τούτῳ τὰς ἀσελγεστάτας γυναῖκας μιμῆται) ἤθελε, καὶ πολλάκις ἑκὼν καὶ ἐπ' αὐτοφώρῳ ἡλίσκετο· καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐλοιδορεῖτο ἀσελγῶς πρὸς τοῦ ἀνδρός, καὶ ὥστε καὶ ὑπώπια σχεῖν, πληγὰς ἐλάμβανε. ἐκεῖνον δὲ οὐκ οὕτως οὐ κούφῃ τινὶ φορᾷ, ἀλλὰ πόνῳ καὶ δυσποιήτῳ ἔρωτι ἠγάπα, ὥστε μὴ ὅτι ἐπὶ τοιούτῳ τινὶ ἀγανακτῆσαι, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ἐπ' αὐτοῖς ἐκείνοις μᾶλλον αὐτὸν φιλῆσαι, καὶ Καίσαρα ὄντως ἀποφῆναι θελῆσαι, καὶ τῇ τε τηθῇ διὰ τοῦτο ἐμποδὼν γιγνομένῃ ἀπειλῆσαι, καὶ τοῖς στρατιώταις οὐχ ἥκιστα δι' αὐτὸν προσκροῦσαι.

Καὶ ὁ μὲν ἔμελλέ που καὶ διὰ ταῦτα ἀπολεῖσθαι· Αὐρήλιος δὲ δὴ Ζωτικὸς ἀνὴρ Σμυρναῖος,

Currus agitabat Prasino vestitu: idq; domi intra priuatos parietes facere videbatur. Ibi erãt præfecti certaminis omnes qui primi apud ipsum erãt: sed præsertim præfecti Prætorio, auia, mater, & vxores. Hũc viri ordinis Senatorii, atque adeo Leo præfectus vrbis, spectabant currus agitantem, petentemq; aureos vt plebeium hominem, ac præfectos certaminum militesq; ipsos *colentem. Neq; vero his contentus erat, sed saltabat non modo in Orchestra, verum etiã quodammodo, dum incederet, faceretq; sacrificia, atq; interim dum salutaretur & concionem haberet. Postremo, vt iam ad id vnde digressus sum, reuertar, nupsit: appellabaturque *Domina* & *Regina*: versabatur in lanificio: nõnumquam ferebat reticulum, obliniebatq; oculos. semel enim mẽtum rasit, ob eamq; causam dies festos egit: post curabat vt prorsus sine pilis esset: *ita mulieri simillimus erat: iacensq; sæpenumero salutabat Senatores. Erat vir eius Hierocles, Caricũ mancipiũ, & auriga: qua ex re ei præter opinionem placuit. Nam cum ludis Circensib. decidisset ex curru ante sellam Sardanapali, atq; in eo casu galeam abiecisset, visusque ab illo esset, (nulla ei barba, flaua coma erat) statim raptus est in Palatiũ, nocturnisq; facinoribus, præsertim cum eum duxisset, ita auctus est, vt breui tempore plus quam ille ipse posset; ac parũ esse videretur quod mater eius, *ancilla adhuc, Romam cum militibus adducta, & in numerum matronarũ consularium relata sit. Nam & alii multi sæpe affecti sunt ab illo magnis honoribus, fuereq; maximæ auctoritatis; partim q. seditionẽ fecissent, partim quod ipsum constuprarent. Volebat enim videri constupratus, vt in hac re imitaretur mulieres petulãtissimas: volensq; sæpenumero in manifesto facinore deprehendebatur: quamobrẽ a viro iactabatur cõuitiis petulanter, ab eoq; plagas accipiebat, ita vt liuor oculis subesset. *Neq; tamẽ diligebat illũ impetu quodã animi, sed amore stabili & firmo: ita vt nõ modo grauiter non ferret ob has causas, sed contra amaret ardentius, statueretq; vere eũ Cæsarẽ designare, *atq; auiæ, quæ huic rei fuerat impedimẽto, minaretur; licet militib. ob eundem hominẽ maxime infensus esset, eaq; res causa necis eius esset futura. Erat Aurelius Zoticus homo Smyrnęus,

quem Cocum ex arte patris cognominabant. Is cum a Pseudantonino vehementer amatus fuisset, eidem aliquanto tempore post in odiũ venit: ob eamque rem saluus conseruatus est. nam cum esset toto corpore pulchro, *vt viribus ad luctandũ valeret, longeq; præstaret omnibus mentulæ magnitudine, idque esset Imperatori significatum ab iis qui ista perquirebant; statim raptus ex certaminibus, Romam maxima pompa perductus est, quanta non venit Augarus Seueri, aut Teridates Neronis temporib⁹: designatusq; cubicularius ante quam videretur, lucernis quam plurimis relucentibus ingressus est in Palatiũ. Hunc ille vt cõspexit, accurrit rubore perfusus; cumque ab eo ita salutatus esset, vt par erat, *Domine Imperator salue*, collo mirabiliter effœminato, *innuensque oculis respondit, nulla interiecta mora: *Ne me*, inquit, *Dominũ voces: nam ego Domina sum*. mox vna cũ eo lotus, *passusq; obscena, quod ille nudus opinioni maxime respõdisset, in eius pectore recubuit, atq; in sinu velut amica cœnam cepit. At Hierocles, veritus ne Zoticus illum plus quam ipse fecerat, redigeret in suam potestatem, ac ne sibi propter eum (vt fit inter riuales) grauius aliquid accideret, veneno per pincernas dato, quos habebat amicos, vires eius eneruauit. Ita ille, cum tota nocte *non posset arrigere, priuatus est iis rebus omnibus quas ante cõsecutus fuerat; eiectusque e Palatio & Roma, post ex cetera Italia expulsus est; id quod eũ cõseruauit. At Sardanapalum pœnas *sui sceleris quas meritus fuerat, persoluere nõ multo post oportebat. Nam quod ista faceret atque pateretur, venit in odiũ populi ac militum quos maxime colebat: ab iisque tandem in castris occisus est; re in hunc modum gesta. Bassianum consobrinum suum, introduxit in Senatum: cumque vtrimque Mæsam & Soæmidem stitisset, puerum adoptauit; seque, *cũ esset eo multo minor natu, statim efferre vt tanti pueri patrem cœpit, dixitque se nihil aliis liberis egere, vt domus sua molestia vacaret: *idq; non solum præceptum sibi esse ab Heliogabalo, sed etiam vt eum Alexandrum nominaret. Id ego adducor vt credam factum esse diuina quadam prouidentia; non propter ea quæ dixit ipse, sed quod ei prædictum fuisset,

ὃν καὶ Μάγειρον ἀπὸ τῆς τοῦ πατρὸς τέχνης ἐκάλουν, καὶ ἐφιλήθη πάνυ ὑπ᾽ αὐτοῦ καὶ ἐμισήθη· καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐσώθη. οὗτος γὰρ δὴ, καλὸν μὲν καὶ τὸ πᾶν σῶμα, ὥστε καὶ ἐν ἀθλήσει, ἔχων, πολὺ δὲ δὴ πάντας τῷ τῶν αἰδοίων μεγέθει ὑπεραίρων, ἐμηνύθη τε αὐτῷ ὑπὸ τῶν ταῦτα ἐξεταζόντων, καὶ ἐξαίφνης ἐκ τῶν ἀγώνων ἀναρπασθεὶς, ἀνήχθη τε εἰς τὴν Ῥώμην ὑπὸ πομπῆς ἀπλέτου, καὶ ὅσην οὔτε Αὔγαρος ἐπὶ τοῦ Σεβήρου, οὔτε Τηριδάτης ἐπὶ τοῦ Νέρωνος ἔσχε· πρόκοιτός τε καὶ πρὶν ὀφθῆναι ἀποδειχθεὶς, ἐς τὸ παλάτιον λυχνοκαΐᾳ πολλῇ λαμπόμενος εἰσῆλθε. καὶ ὃς ἰδὼν, ἀνέθορέ τε ἐρυθριασμένως, καὶ προσειπόντα, οἷα εἰκὸς ἦν, Κύριε αὐτοκράτωρ χαῖρε, θαυμαστῶς τόν τε αὐχένα γυναικίσας, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπικλάσας, ἠμείψατο, καὶ ἔφη οὐδὲν διστάσας, Μή με λέγε κύριον· ἐγὼ γὰρ κυρία εἰμί, καὶ ὁ μὲν, συλλουσάμενός τε αὐτῷ παραχρῆμα, καὶ ἐπὶ πλεῖον ἐκ τῆς γυμνώσεως, ἅτε καὶ ἰσόρροπον τῇ φήμῃ εὑρὼν αὐτὸν ὄντα, ποθήσας, ἔν τε τοῖς στέρνοις αὐτοῦ κατεκλίθη, καὶ τοῖς κόλποις ὥσπερ ἐρωμένη δεῖπνον εἵλετο. ὁ δὲ Ἱεροκλῆς, φοβηθεὶς μὴ καὶ μᾶλλον αὐτὸν ἑαυτοῦ δουλώσηται, καί τι δι᾽ αὐτοῦ δεινὸν, οἷα ἐν ἀντερασταῖς εἴωθε γίνεσθαι, πάθῃ, φαρμάκῳ τινὶ αὐτὸν διὰ τῶν οἰνοχόων, προσφιλῶν που ἑαυτῷ ὄντων, ἐξεθήλυνε. καὶ οὕτως ἐκεῖνος *ἀστυσίᾳ περὶ πᾶσαν τὴν νύκτα συσχεθεὶς, ἀφῃρέθη τε πάντων ὧν τετυχήκει, καὶ ἐξηλάθη ἔκ τε τοῦ παλατίου καὶ ἐκ τῆς Ῥώμης, καὶ μετὰ ταῦτα καὶ ἐκ τῆς λοιπῆς Ἰταλίας· ὃ καὶ ἔσωσεν αὐτόν. Ἔμελλε δέ που καὶ αὐτὸς ὁ Σαρδανάπαλος ἀξιώτατον τῆς μιαρίας τῆς ἑαυτοῦ μισθὸν οὐ πολὺ ὕστερον κομιεῖσθαι. ἅτε γὰρ ταῦτα ποιῶν καὶ ταῦτα πάσχων, ἐμισήθη ὑπό τε τοῦ δήμου καὶ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν, οἷς μάλιστα προσέκειτο· καὶ τελευταῖον καὶ ἐν αὐτῷ τῷ στρατοπέδῳ ὑπ᾽ αὐτῶν ἐσφάγη. ἔσχε δὲ οὕτως. τὸν Βασσιανὸν τὸν ἀνεψιὸν αὐτοῦ ἐς τὸ συνέδριον εἰσαγαγὼν, καὶ τὴν Μαῖσαν καὶ τὴν Σοαιμίδα ἑκατέρωθεν παραστησάμενος, παῖδα ἔθετο· ἑαυτὸν δὲ, ὡς καὶ πατέρα ἐξαίφνης τηλικούτου παιδίου, ὃς καὶ πολὺ τῇ ἡλικίᾳ αὐτοῦ προέχοιτο, ἐμακάριζε, καὶ μηδὲν ἄλλου τέκνου δεῖσθαι ἔφησεν, ἵν᾽ ἡ οἰκία αὐτοῦ αἰεὶ ἀθυμιῶν διαλύπηται. καὶ γὰρ τὸν Ἐλιογάβαλον τοῦτό τε οἱ ποιῆσαι, καὶ Ἀλέξανδρον αὐτὸν προσονομάσαι κεκελευκέναι. καὶ ἔγωγε πείθομαι ἐκ θείας τινὸς παρασκευῆς ὡς ἀληθῶς αὐτὰ γεγονέναι, τεκμαιρόμενος οὐχ οἷς ἐκεῖνος εἶπεν, ἀλλ᾽ ἔκ τε τοῦ λεχθέντος αὐτῷ ὑπό τινος,

ὅτι

ὅτι δῆθεν ὡς Ἀλέξανδρος ἐξ Ἐμέσης ἐλθὼν αὐτὸν διαδέξεται) καὶ ἐκ τοῦ συμβεβηκότος ἔν τε τῇ Μυσίᾳ τῇ ἄνω, καὶ τῇ Θρᾴκῃ. ὀλίγον γὰρ τούτων πρότερον, δαίμων τις, Ἀλέξανδρός τε ὁ Μακεδὼν ἐκεῖνος εἶναι λέγων, καὶ τὸ εἶδος αὐτοῦ τήν τε σκευὴν ἅπασαν φέρων, ὡρμήθη τε ἐκ τῶν περὶ τὸν Ἴστρον χωρίων, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἐκεῖ ἐκφανείς· καὶ διά τε τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Θρᾴκης διεξῆλθε βακχεύων μετ᾽ ἀνδρῶν τετρακοσίων, θύρσους τε καὶ *νεβρίδας ἐνεσκευασμένων, κακὸν οὐδὲν δρώντων. ὡμολογήθη δὲ παρὰ πάντων τῶν ἐν τῇ Θρᾴκῃ τότε γενομένων, ὅτι καὶ καταγωγαὶ καὶ τὰ ἐπιτήδεια αὐτῷ πάντα δημοσίᾳ παρεσκευάσθη, καὶ οὐδεὶς ἐτόλμησεν οὔτ᾽ ἀντειπεῖν οἱ οὔτ᾽ ἀντᾶραι, οὐκ ἄρχων, οὐ στρατιώτης, οὐκ ἐπίτροπος, οὐχ οἱ τῶν ἐθνῶν ἡγούμενοι· ἀλλ᾽ ὥσπερ [ἐν] πομπῇ τινι μεθ᾽ ἡμέραν ἐκ προρρήσεως ἐκομίσθη μέχρι τοῦ Βυζαντίου. ἐντεῦθεν γὰρ ἐξαναχθεὶς προσέσχε μὲν τῇ *Καρχηδονίᾳ γῇ· ἐκεῖ δὲ δὴ νυκτὸς ἱερὰ [τινα] ποιήσας, καὶ ἵππον ξύλινον κατορύξας, ἀφανὴς ἐγένετο. Ταῦτα μὲν, ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἔτι (ὡς εἶπον) ὤν, πρὶν καὶ ὁτιοῦν περὶ τὸν Βασιανὸν ἐν τῇ Ῥώμῃ γενέσθαι, ἔμαθον. ἕως μὲν οὖν ὁ Σαρδανάπαλος τὸν ἀνεψιὸν ἐφίλει, ἐσῴζετο· ἐπεὶ δὲ πάντας ὑπώπτευε, καὶ ἐμάνθανε πρὸς ἐκεῖνον ῥέποντας ὁλοσχερῶς τὰς εὐνοίας, ἐτόλμησε μεταγνῶναι, καὶ πάντα ἐπὶ καθαιρέσει αὐτοῦ ἔπραττεν. ὡς δὲ ποτε καὶ ἀνελεῖν αὐτὸν ἐπεχείρησεν, οὐ μόνον οὐδὲν ἤνυσεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἀποθανεῖν ἐκινδύνευσεν. ὅ τε γὰρ Ἀλέξανδρος ὑπό τε τῆς μητρὸς καὶ τῆς τήθης ὑπό τε τῶν στρατιωτῶν ἰσχυρῶς ἐφυλάττετο· καὶ οἱ δορυφόροι αἰσθόμενοι τὴν ἐπιχείρησιν τοῦ Σαρδαναπάλου, δεινῶς ἐθορύβησαν, οὐ πρίν τε ἐπαύσαντο στασιάζοντες ἢ τὸν Σαρδανάπαλον τὸ στρατόπεδον σὺν τῷ Ἀλεξάνδρῳ καταλαβόντα, πολλά τε ἱκετεύσαντα, καὶ τοὺς ἐξαιτηθέντας παρ᾽ αὐτῶν τῶν συνασελγαινόντων αὐτῷ ἐκδοῦναι ἀναγκασθέντα, ὑπέρ τε τοῦ Ἱεροκλέους οἰκτρὰ λαλήσαντα, καὶ δάκρυσι κλαύσαντα, τήν τε σφαγὴν τὴν ἑαυτοῦ προδείξαντα, καὶ ἐπειπόντα, Ἕνα μοι τοῦτον χαρίσασθε, ὅ τι βούλεσθε περὶ αὐτοῦ ὑποτοπήσαντες, ἢ ἐμὲ ἀποκτείνατε, μόλις αὐτοὺς ἐκμειλίξασθαι. Τότε μὲν οὖν μόλις ἐσώθη. καὶ γὰρ καὶ ἡ τήθη αὐτοῦ ἐμίσει τε αὐτὸν ἐφ᾽ οἷς ἔπραττεν, ὡς οὐδὲ τοῦ Ἀντωνίνου υἱὸν ὄντα, καὶ πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον ὡς ὄντως καὶ ἐξ αὐτοῦ γεγονότα ἀπέκλινε. μετὰ δὲ ταῦτα ἐπιβεβουλευκὼς πάλιν τῷ Ἀλεξάνδρῳ, καὶ θορυβησάντων ἐπὶ τούτῳ

Alexandrum qui esset Emesa profectus, ipsi esse successurũ. itemq; ex eo quod accidit in Mysia superiore, & Thracia. nã paulo ante geni* aliquis, cũ se Alexandrum Macedonem esse diceret, haberetq; formã eius, atq; omnem ipsius ferret apparatũ, profectus ex iis locis quæ ad Istrũ sunt, (vbi quemadmodũ extiterit, mihi quidẽ non constat) Asiam atq; Thraciã pertransiit bacchãtium more, cum quadringentis hominibus, qui thyrsis ornati erãt *neruisq;, faciebantq; iniuriã nemini. Huic (vt vno ore asseruerunt oẽs qui tũ fuerũt in Thracia) diuersoria, ceteraq; rẽs necessariæ publice suppeditatæ sunt; nec ei cõtradicere quisquã est ausus, aut resistere, nõ prætor, nõ miles, non procurator, nõ præsides prouinciarũ: sed* interdiu tamquã in pompa, vt edixerat, Byzantiũ venit: post inde profectus, appulit *ad regionem Chalcedonensiũ: vbi de nocte *creato quodã sacerdote, obrutoq; equo ligneo, euanuit. Hæc ego, cũ essem in Asia, accepi, antequã intelligerem ea quæ Romæ de Bassiano facta sunt. Igitur Sardanapalus, quoad dilexit consobrinũ, saluus fuit: sed postq̃ suspicatus est cognouitq; omniũ beneuolentiã in illũ propensam esse, ausus est mutata sententia, omnia ad perniciẽ eius moliri. Sed vt conatus est aliquãdo eũ interficere, non modo nihil egit, sed ipse quoq; in periculũ mortis venit; propterea q̃ Alexander diligẽter custodiebatur a matre & auia, ac militibus: & prætoriani, cũ intelligerent conatũ Sardanapali, vehementer tumultuati sunt: neq; prius destiterunt quã Sardanapalus eos vix tandẽ placauit. Cum enim castra occupauisset cũ Alexandro, supplicaretq; multũ, ac coactus dedere ad suppliciũ eos qui secum turpiter viuebãt, quosq; ipsi postulauerant, pro Hierocle misericordiam cũ precibus & lacrymis captaret, iugulũ dedit: *Vos, inquit, hunc mihi gratificamini, quamcumque de eo opinionem habeatis, vel me occidite.* ita tum vix incolumis conseruatus est. Nam & auia eum propter ea quæ faciebat, *oderat; quod neq; esset Antonini filius, quodq; esset in Alexandrum, vt vere profectũ ex Antonino, propensior. Sed postquã iterum insidias fecit Alexãdro, milites ob eam causam

tumultuati sunt: cumq; vna cum eo introisset in castra, cognouissetq; milites necem sibi machinari, quod eos matres horum, quæ apertius quã ante dissidebant inter se, cõcitarent. fugæ se mandare quodammodo conatus est: effugissetque coniectus in capsam, nisi deprehensus occisus fuisset, cum esset decẽ & octo annos natus. Cum eo mater eius, quæ ipsum mordicus tenebat, interficitur. Vtriusq; capita abscissa, denudataq; corpora, primo per totã Vrbem trahuntur: dein mulieris corpus alio, istius vero cadauer in flumẽ abiectum est. Cum his alii, atq; in primis præfecti Prætorio, occisi sunt: itemq; Aurelius Eubulus Emesenus (qui, cũ præesset rationum libris, bona multorum publicauerat) a plebe atque a militib. laceratus & distractus est. Itemque Fuluius præfectus Vrbis: cui Comazon, vt etiã ei qui ante ipsum fuerat, successit. nam vt persona quædã inferebatur in theatra, quo in loco actores Comœdiarum nõ erãt; ita hic in loco destituto a præfectis Vrbis collocabatur. Ipse quoque Heliogabalus Roma expulsus est. Hæc igitur sunt quæ ad Tiberinũ pertinent: nec quisquam eorum qui cum eo seditionem fecerant, quique potuerant apud eum plurimum, vno dumtaxat excepto, saluus euasit.

ALEXANDER.

POST illum statim imperauit Alexander: qui Domitio Vlpiano præfecturam Prætorianorum dedit, eiq; permisit cetera quæ pertinent ad administrationem Imperii. Ceterum ea quæ supra dicta sunt, ego quidẽ accurate diligẽterq; cõscripsi, vt potui: quę vero restãt, mihi nõ licuit persequi pari diligentia, ꝙ Romæ non sum diu commoratus, quodq; in morbũ incidi, cũ ex Asia in Bithyniã venissem: ex qua ꝓfectus sum ad præfecturã Ægypti: post vbi reuerti in Italiam, pene rectã in Dalmatiã, atq; inde in Pannoniam superiorẽ missus sum, vt eis pręessem. Quod cũ fecissem, atq; in vrbem Romã, & deinde in Campaniã reuertissem, statim domũ redii. Quib. ex rebus factum est, vt ea quæ sequuntur,

τῶν δορυφόρων, σὺν αὐτῷ ἐς τὸ στρατόπεδον εἰσελθών, ὡς ᾔσθετο φυλαττόμενον ἑαυτῷ ἐπὶ ἀναιρέσει, ἐπειδὴ καὶ αἱ μητέρες αὐτῶν ἐκφανέστερον ἢ πρὶν ἀλλήλαις μαχόμεναι τοὺς στρατιώτας ἠρέθιζον, φεύγειν [πως] ἐπεχείρησε· καὶ ἔμελλεν ἐς πύελον ἐμβληθεὶς ἐκδρᾶναί ποι· φωραθεὶς δὲ, ἀπεσφάγη, ὀκτωκαίδεκα ἔτη γεγονώς. καὶ αὐτῷ καὶ ἡ μήτηρ (περιπλακεῖσα γὰρ ἀπρὶξ εἴχετο) συναπώλετο· καὶ αἵ τε κεφαλαὶ αὐτῶν ἀπεκόπησαν, καὶ τὰ σώματα γυμνωθέντα, τὸ μὲν πρῶτον διὰ πάσης τῆς πόλεως ἐσύρη, ἔπειτα τὸ μὲν τῆς γυναικὸς ἄλλως πως ἐρρίφη, τὸ δὲ ἐκείνου ἐς τὸν ποταμὸν ἐνεβλήθη. καὶ αὐτῷ ἄλλοι τε καὶ ὁ Ἱεροκλῆς οἵ τε ἔπαρχοι συναπώλοντο· καὶ Αὐρήλιος Εὔβουλος· ὃς Ἐμεσηνὸς μὲν τὸ γένος ἦν, τοὺς δὲ δὴ καθόλου λόγους ἐπιτετραμμένος, οὐδὲν ὅ τι οὐκ ἐδήμευσε· τότε δ᾽ οὖν ὑπό τε τοῦ δήμου καὶ τῶν στρατιωτῶν διεσπάσθη. καὶ Φούλβιος σὺν αὐτῷ ὁ πολίαρχος· καὶ αὐτὸν ὁ Κωμάζων, ὡς καὶ τὸν πρὸ αὐτοῦ, διεδέξατο. ὥσπερ γὰρ προσωπεῖόν τι ἐς τὰ θέατρα ἐν τῷ διακένῳ τῆς τῶν κωμῳδῶν ὑποκρίσεως εἰσεφέρετο, καὶ οὕτω καὶ ἐκεῖνος τῇ τῶν πολιαρχησάντων ἐπ᾽ αὐτῇ κενῇ χώρᾳ προσετέτακτο. ὅ τε Ἐλεγάβαλος αὐτὸς ἐκ τῆς Ῥώμης παντάπασιν ἐξέπεσε. Τὰ μὲν τοῦ Τιβερίνου οὕτως ἔσχε, καὶ οὐδεὶς οὐδὲ τῶν συγκατασκευασάντων αὐτῷ τὴν ἐπανάστασιν, καὶ μέγα ἐπ᾽ αὐτῷ δυνηθέντων, πλὴν ἑνός που, ἐσώθη.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ δὲ μετ᾽ ἐκεῖνον εὐθὺς αὐταρχήσας, Δομιτίῳ τινὶ Οὐλπιανῷ τήν τε τῶν δορυφόρων προστασίαν καὶ τὰ λοιπὰ τῆς ἀρχῆς ἐπέτρεψε πράγματα. Ταῦτα μὲν ἀκριβώσας, ὡς ἕκαστα ἠδυνήθην, συνέγραψα· τὰ δὲ δὴ λοιπὰ ἀκριβῶς ἐπεξελθεῖν οὐχ οἷός τε ἐγενόμην, διὰ τὸ μὴ ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐν τῇ Ῥώμῃ διατρῖψαι. ἔκ τε γὰρ τῆς Ἀσίας ἐς τὴν Βιθυνίαν ἐλθὼν, ἠρρώστησα· κἀκεῖθεν πρὸς τὴν ἐν τῇ Ἀφρικῇ ἡγεμονίαν ἠπείχθην· ἐπανελθών τε ἐς τὴν Ἰταλίαν, εὐθέως (ὡς εἰπεῖν) ἔς τε τὴν Δαλματίαν, κἀντεῦθεν ἐς τὴν Παννονίαν τὴν ἄνω ἄρξων ἐπέμφθην· καὶ μετὰ τοῦτ᾽ εἰς τὴν Ῥώμην καὶ ἐς τὴν Καμπανίαν ἀφικόμενος, παραχρῆμα οἴκαδε ἐξωρμήθην. διὰ μὲν οὖν ταῦτα οὐκ ἠδυνήθην

ὁμοίως

ὁμοίως τοῖς πρόσθεν ἐλθεῖν καὶ τὰ λοιπὰ συνεῖναι. κεφαλαιώσας μέντοι ταῦτα, ὅσα γε καὶ μέχρι τῆς δευτέρας μου ὑπατείας ἐπράχθη, διηγήσομαι.

Ὁ Οὐλπιανὸς πολλὰ μὲν τῶν οὐκ ὀρθῶς ὑπὸ τοῦ Σαρδαναπάλου πραχθέντων ἐπηνώρθωσε· τὸν δὲ δὴ Φλαουιανὸν τόν τε Χρῆστον ἀποκτείνας, ἵνα αὐτοὺς διαδέξηται, καὶ αὐτὸς οὐ πολλῷ ὕστερον ὑπὸ τῶν δορυφόρων ἐπιθεμένων οἱ νυκτὸς κατεσφάγη, καίτοι καὶ πρὸς τὸ παλάτιον ἀναδραμὼν, καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν αὐτοκράτορα, τήν τε μητέρα αὐτοῦ καταφυγών. ζῶντος δ' οὖν ἔτι αὐτοῦ, στάσις μεγάλη* πρὸς τοὺς δορυφόρους ἐκ βραχείας τινὸς αἰτίας ἐγένετο, ὥστε καὶ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας μάχεσθαί τε ἀλλήλοις, καὶ πολλοὺς ὑπ' ἀμφοτέρων ἀπολέσθαι. ἡττώμενοι δὲ οἱ στρατιῶται, πρὸς ἐμπρησιν τῶν οἰκοδομημάτων ἐτράποντο· κἀκ τούτου δείσας ὁ δῆμος μὴ καὶ πᾶσα ἡ πόλις φθαρῇ, καὶ ἄκων σφίσι συνηλλάγη. Ταῦτά τε οὖν ἐγένετο, καὶ ὁ Ἐπάγαθος, ὡς καὶ αἴτιος τοῦ Οὐλπιανοῦ τοῦ ὀλέθρου πλεῖον γενόμενος, εἴς τε Αἴγυπτον ὡς ἄρξων αὐτῆς ἐπέμφθη, ἵνα μή τις ἐν τῇ Ῥώμῃ κολασθέντος αὐτοῦ ταραχὴ γένηται· κἀκεῖθεν εἰς Κρήτην ἀπαχθεὶς, ἐδικαιώθη. Πολλαὶ δὲ καὶ παρὰ πολλῶν ἐπαναστάσεις γενόμεναι, καί τινες καὶ ἰσχυρῶς ἐκφοβήσασαι, κατεπαύθησαν. τὰ δὲ ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ καὶ φοβερώτερα [καὶ] ἀληθέστερον δέος σύμπασιν, οὐχ ὅτι τοῖς ἐν Ῥώμῃ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις παρέσχεν. Ἀρταξέρξης γάρ τις Πέρσης, τούς τε Πάρθους τρισὶ μάχαις νικήσας, καὶ τὸν βασιλέα αὐτῶν Ἀρτάβανον ἀποκτείνας, ἐπὶ τὴν Ἀρμενίαν ἤλασε· κἀνταῦθα πρός τε τῶν ἐπιχωρίων καὶ πρὸς Μήδων τινῶν, τῶν τε τοῦ Ἀρταβάνου παίδων* προσπταίσας, ὡς μὲν τινὲς λέγουσιν, ἔφυγεν, ὡς δ' ἕτεροι, ἀνεχώρησε πρὸς παρασκευὴν δυνάμεως μείζονος. οὗτός τε οὖν φοβερὸς ἡμῖν ἐγένετο, στρατεύματι πολλῷ οὐ μόνον τῇ Μεσοποταμίᾳ, ἀλλὰ καὶ τῇ Συρίᾳ* ἐφεδρεύσας, καὶ ἀπειλῶν ἀνακτήσασθαι πάντα, ὡς καὶ προσήκοντά οἱ ἐκ προγόνων, ὅσα ποτὲ οἱ πάλαι Πέρσαι μέχρι τῆς Ἑλληνικῆς θαλάσσης ἔσχον· οὐχ ὅτι αὐτός τις ἄμαχος εἶναι δοκεῖ, ἀλλ' ὅτι οὕτω τὰ στρατιωτικὰ ἡμῶν διάκειται, ὥστε τοὺς μὲν καὶ προστίθεσθαι αὐτῷ, τοὺς δ' οὐκ ἐθέλειν ἀμύνεσθαι. τοσαύτῃ γὰρ ἅμα τρυφῇ καὶ ἐξουσίᾳ, ἀνεπιπληξίᾳ τε χρῶνται, ὥστε τολμῆσαι Φλάουιον Ἡρακλέωνα τοὺς ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, τὸν ἄρχοντα σφῶν, ἀποκτεῖναι, καὶ τοὺς δορυφόρους πρὸς τῷ Οὐλπιανῷ καὶ ἐμὲ αἰτιάσασθαι,

nō potuerim * pariter cū iis quæ præcesserunt, intelligere: dicā tamen in summa ea quæ vsq; ad secundū cōsulatum meū gesta sunt. Igitur Vlpianus multa quę nō recte a Sardanapalo facta erāt, emendauit. Flauianū vero & Chrestū interfecit, vt eis succederet; ipseq; nō multo post a Prætorianis, qui de nocte eū inuaserunt, interfectus est; quamquā accurrerat in Palatiū, atq; ad ipsum Imperatorem matremq; eius cōfugerat. Sed cū adhuc viueret Vlpianus, tanta cōtentio ex parua causa populo cū prætorianis fuit, vt tres dies pugnauerint inter se, magnusq; numerus hominū vtrimq; interierit. Post vbi milites, q. victi erant, cœperūt ædificia incendere, populus metuēs ne tota Vrbs conflagraret, inuitus cum eis recōciliatus est. His confectis rebus, Epagathus, qui Vlpiano magna ex parte causa necis fuerat, missus est in Ægyptum vt prefectus eius prouinciæ, ne forte, si de eo Romæ suppliciū sumptum esset, tumultus aliquis cōcitaretur: atq; inde * reductus in Cretā, cōdemnatus est. Per id tēpus multæ rebelliones factæ sunt a multis: quarū aliquot cum fuissent formidolosæ, repressæ ac restinctæ sunt. Quæ vero acciderūt in Mesopotamia, multo certe horribiliora, non solū Romanis, sed etiam ceteris omnib. timorem lōge maximū fecerunt. Artaxerxes enim Persa, cū Parthos trib. prœliis superasset, atq; Artabanū regē eorū interfecisset, irruit in Armeniā: ex qua pulsus ab incolis, Medisq; nonnullis, & filiis Artabani, in fugā se coniecit, vt quidam putant: nā alii recessisse aiunt, vt maiores copias compararet. Hic igitur nobis formidolosus fuit, quod maximis copiis non modo Mesopotamiā inuaderet, sed etiā Syriam, minareturq; se recuperaturū omnia quæ Persæ olim tenuissent, vsq; ad mare Græcū, quæq; ad se propter maiores suos pertinerent. Neq; vero nobis timor iniectus est propterea q. ipse videretur esse inexpugnabilis, sed quod nostri ita affecti essent milites, vt pars ad eum trāsiret, pars nobis nollet opē ferre: quorū tanta est mollicies, licentia, impunitas, vt hi qui sunt in Mesopotamia, interficere sint ausi Flauiū Heracleonē, qui ipsis pręerat: & pretoriani post Vlpianum me quoq; criminati sint,

quod, cum in Pannonia militib. præfuissem cõtinenter, metuerent ne postularẽ vt & ipsos cogeret aliquis institutis Pannoniorum viuere. At Alexander horum rationem habuit nullam, sed contra me magis honestauit, secumque vna designauit secundum Consulem: & sumptus quos ea dignitas postulat, se facturum recepit. Quamobrem cum moleste ferrẽt prætoriani, timui ne me, vt vidissent cũ insignibus imperii, interficerent. Itaque mihi iussit Alexander vt alicubi extra Vrbem commorarer in Italia, tempore huius Cõsulatus mei. Quod cum fecissem, Romam veni: dein profectus sum ad ipsum in Campaniam: versatusque cum eo per aliquot dies, visusque a militibus, cum magna securitate domum redii, dimissus, quod laborarẽ ex pedibus, vt reliquum vitæ tempus in patria degerem; vt mihi apertissime genius, cum iam essem in Bithynia, significauit: quod mihi visus est præcipere in somnis, vt hos versus ad finem huius historiæ adderem; Ἕκτορα δ' ἐκ βελέων ὕπαγε Ζεὺς, ἔκ τε κονίης, Ἔκ τ' ἀνδροκτασίης, ἔκ θ' αἵματος, ἔκ τε κυδοιμοῦ. *Iuppiter e multis crudelibus Hectora telis, Puluereque & cæde exemit, belliique tumultu.*

ὅτι τῶν ἐν τῇ Παννονίᾳ στρατιωτῶν ἐγκρατῶς ἦρξα, καὶ ἐξαιτῆσαι, φοβηθέντες μὴ καὶ ἐκείνους τῆς ὁμοίας τοῖς Παννονικοῖς ἄρχεσθαι καταναγκάσῃ. οὐ μέντοι προσεποιήσατό τι αὐτῶν ὁ Ἀλέξανδρος, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ἄλλως τε ἐσέμνυνέ με, καὶ δεύτερον ὑπατεύσοντα σὺν αὐτῷ ἀπέδειξε, τό τε ἀνάλωμα τὸ τῆς ἀρχῆς αὐτὸς αὐτὸς ἀναλώσειν ὑπεδέξατο. ἀχθεσθέντων δὲ αὐτῶν ἐπὶ τούτοις, ἐφοβήθη μὴ καὶ ἀποκτείνωσί με, ἐν τῷ τῆς ἀρχῆς σχήματι ἰδόντες· καὶ ἐκέλευσεν ἔξω τῆς Ῥώμης ἐν τῇ Ἰταλίᾳ που διατρίψαι τὸν τῆς ὑπατείας χρόνον. καὶ οὕτω μετὰ ταῦτα ἔς τε τὴν Ῥώμην καὶ ἐς τὴν Καμπανίαν πρὸς αὐτὸν ἦλθον· καὶ συνδιατρίψας τινὰς ἡμέρας αὐτῷ, τοῖς τε στρατιώταις μετὰ πάσης ἀδείας ὀφθεὶς, ἀπῆρα οἴκαδε, παρεθεὶς ἐπὶ τῇ τῶν ποδῶν ἀρρωστίᾳ· ὥστε πάντα τὸν λοιπὸν τοῦ βίου χρόνον ἐν τῇ πατρίδι ζῆσαι, ὥσπερ που καὶ τὸ δαιμόνιον ἐν τῇ Βιθυνίᾳ ἤδη μοι ὄντι σαφέστατα ἐδήλωσεν. ὄναρ γάρ ποτε ἔδοξα προστάσσεσθαι ὑπ' αὐτοῦ προσγράψασθαι τῷ ἀκροτελευτίῳ τὰ ἔπη τάδε· Ἕκτορα δ' ἐκ βελέων ὕπαγε Ζεὺς, ἔκ τε κονίης, Ἔκ τ' ἀνδροκτασίης, ἔκ θ' αἵματος, ἔκ τε κυδοιμοῦ.

IN HE-

IN HERODIANVM PRAEfatio Friderici Sylburgii.

DIONEM *Herodianus sequitur, suorum temporum scriptor; vt & Iulius Capitolinus in Alexandro atque in Maximo ac Balbino appellat, & ipsemet Herodianus in proœmio de se testatur. a Marci enim fine exorsus, Augustam historiam vsq; ad Gordianum tertium deduxit; sexaginta circiter annorum historiam cōplexus. Ac quamquam Dionem annis excessit perpaucis, tamen nec veritatis laude, nec dicendi genere, illo multum habetur inferior; immo in multis Dione putatur accuratior. Fuit autem genere Alexandrinus, Apollonii grammatici cognomento Difficilis filius; grammaticus & ipse, artiumque minutissimus sciscitator; ac multa scripsit; vt partim Ammianus Marcellinus, partim Suidas memoriæ prodiderunt. In huius porro scriptoris editione, etsi Henricus Stephanus magister meus, tam diligentem nauauit operam, vt spicilegii laudem pene omnem omnibus præripuerit; tamen ab aliis quoq; doctrina & iudicio præstantib. viris animaduersa sunt quib. auctor hic non vulgariter vel corrigitur vel illustratur. Inter hos prima laus debetur Errico Memmio, viro vt dignitate, ita etiam eruditionis iudiciique laude clarissimo. Is enim a duobus Græcæ linguæ in Parisiensi academia instauratorib. eximius adiutus, Græcum pariter Latinumq; textū plurimis in locis interpolauit; easq; notationes nobis per Ioann. Opsopœum cum aliis quibusdam, ad iuuandam vtilitatem publicam, benigne communicauit. Quæ adnotationes quibus in locis cum Stephaneis congruebant, a me sunt præteritæ; vbi aūt aliquid habebant peculiare, Stephaneis sunt additæ; nonnusquā etiā ad nostras Notationes speciales vel ad Indicem reiectæ sunt, prout videbatur cōmodius. Collecta insuper, & huc congesta sunt, quæ a ceteris criticis, Turnebo, Leopardo, Hartungo, Casaubono, aliisve obseruata & Notationum libris prodita fuerunt. A me quoq; collata sunt nonnulla; etsi non magni fortasse ponderis, tamen aliquam profundioris cogitationis ansam acutioribus præbitura. Inter quæ vt discrimen teneatur, Memmianis in fine apposita est littera* M: *meis, interdum* S *littera, interdum* Gr. *adscripta. alicubi etiam, vbi nostra Stephaneis adiicienda erant, vncis ea vtrimque hoc modo* [ ] *sunt inclusa. Et quoniam Stephanus e paginis ad paginas subinde lectorem remittit, earum quoque numeros in exteriore margine visum est adscribere, ne longo quærendi labore quisquam defatigaretur. Adhæc quia Stephanus Adnotationes quasdam editioni suæ in fine seorsum apposuerat, eas quoque suo quasque loco inserere libuit, ad iuuanda legentium commoda. Verum multas ille passim in margine promisit, quas tamen in fine non exhibuit, sed in aliud tempus distulit. De ceteris quæ Stephaneæ editioni sunt peculiaria, ipse Stephanus partim in Præfatione, partim Notationum initio monet. Hæc tibi lector indicanda existimaui. Tu cuique quas hac in parte debes gra-*

tias, si factis non potes, animi saltem voluntatisq; propensione referre memineris. Vale. Francof. XIII *kal. Aug. a. Chr.* MDLXXXIX.

EX PRAEFATIONE HENR. STEPHANI AD PHILIPPVM SIDNEIVM, VIRVM GENEROSISS.

DVOS enim ad te mitto historiæ scriptores: nouum vnum, (quia nunc primum in lucem, suo sermone loquens, prodit) alterũ a me renouatum; id est, noua diligentia pristinæ integritati magna ex parte restitutum: vt de nouo receptæ eius interpretationis examine taceam. Duos, inquam, historiographos ad te mitto. qui vel primũ inter eos tenere locum debẽt, quorum lectio nostri temporis aulicis multum non solum vtilitatis, sed voluptatis quoque (vtpote sui seculi principes, eorumq; aulas, tamquam in speculo repræsentantium) afferre potest. Adde quod, quo propius eorum, præsertimque posterioris, historiæ a nostro seculo absunt, (inter eos quidem certe qui vsque ad barbarie omnino infectam ętatem non peruenerunt) eo etiam maiorem cum illo, id est hominum illius vita & moribus, cognationem habent. Duos igitur hosce commentarios historicos, duo puta esse theatra, in quibus earum quæ tunc erant aularum comœdiæ, tragicocomœdiæ, tragœdiæ aguntur: ita quidem vt comœdiarum exiguus, tragicocomœdiarum magnus, tragœdiarum maximus sit numerus. a quibus si ad aulas nostri temporis venias, de iisdem magna ex parte rebus oculis tuis atque auribus credere cogeris, de quibus alioqui præ admiratione suspectam illorum theatrorum fidem habuisses. Esto tamen, aliqua narrari a quopiam historiæ scriptore, quorum nulla hoc seculum nobis exempla exhibeat: an propterea eius apud nos fidem periclitari æquum est? Verum vt de his tantum in pręsenti loquar, (quosdam enim esse historicos scio qui fide historica verba sua non alligent; vt Nasonis vtar verbis) persuasum certe habeo, hoc historicorum par, non vltimum inter eos etiam mereri locum, qui (quæ potissima scriptorum historiæ laus est) veritatis & eruendæ e tenebris & in lucem proferendæ valde studiosi fuerunt. vel potius, eorum quidem vnum, haud vltimam; alterum vero, vel primam mereri hac in parte laudem, mihi persuadeo. Erunt enim fortasse qui tantũ honoris historiæ Zosimi deferendum negẽt, quod eius criminatoribus aures patefecerint: at Herodiano minime denegaturos puto: quum nullus vmquam eum, quod sciam, criminatus fuerit: fortassis autem ne in suspicionem quidem vmquam venerit. Hoc quidem certe constat, eum multorum quæ commemorat factorum αὐτόπτην, multorumque dictorum αὐτήκοον fuisse: nullamque Romanam historiam exstare, quæ tam mirabiles rerum in Romano imperio vicissitudines non plurium annorum spatio complectatur.

HEN-

HENRICI STEPHANI PRÆFATIO IN SVVM EXAMEN INTERPRETATIONIS Politiani.

QVANTVS *vir fuerit Politianus, cum alia pleraque eius scripta ostendunt, tum vero hæc ipsa Herodiani interpretatio. Eius enim Latinum sermonem si plerisque in locis cum Græco Herodiani certare dixero, non dubito quin assensores sim habiturus quicumque iudicio valent, & sunt in vtraque lingua, quantum ad ferendum hac de re iudicium satis est, exercitati. Verum vt hoc eos fassuros esse confido, ita etiam minime negaturos puto, eum non paucis in locis interpretationi suæ habenas ita laxare, vt eam assequi non alii quam ipsi aut ipsorum similes poßint: id est, tantam suæ interpretationi non libertatem solum, sed & licentiam permittere, vt in Latino eius sermone Græcum Herodiani agnoscere ii demum poßint, qui magnum in Græcæ linguæ cognitione progressum fecerunt. Quo fit vt in multis locis, si ad collationem Latinorum cum Græcis veniendum sit, iis demum vsui interpretatio illa esse poßit, qui eius vsu facile carere possunt. Eosdem minime infitiaturos existimo, quædam eum elegantius quam fidelius esse interpretatum: atque adeo in nonnullis non vt Politianum, sed vt hominem, omnino esse alucinatum. Quinetiam nonnulla apud Herodianum non parui momenti esse, quorum cognitione lectorem interpretatio illa fraudauerit. Quæ quum ita sint, meum de hac editione consilium, quæ in illam interpretationem inquirit, facile me illis probaturum spero. Verum & quædam eorum quæ dixi proponere exempla visum est.*

VT *igitur primum verba faciam de mea in eos locos inquisitione quos elegantius quam fidelius esse interpretatum dixi, (quorum quidem maximus est numerus) in prima pagina ipsoque operis proœmio, hæc legimus*; tenues per se res atq; humiles scribendi tamen artificio longe supra veri fidem sustulerunt: *quæ tanta cum elegantia dicuntur, vt ad eam nihil accedere posse videatur; sed elegantius quam fidelius Græca interpretantur: quum Herodianus non dicat altius sublata esse quam vt fidem veritatis, siue tamquam vera, impetrare poßint; sed supra ipsam sublata esse veritatem. Itaq; aut fidelis interpretis officio hic nō fungitur, aut certe Latinitate abutitur, quum dicit*, supra veri fidem sustulerunt; *pro* supra verum sustulerunt. *Nam illo genere loquendi eo quem dixi modo Latino vti; atque vt illis maiora fide veri nōnulla sunt, quæ tamen sunt vera; ita etiam tolli supra veri fidem ab illis dici quæ tamen supra verum minime tollantur, in meo Græcæ linguæ Thesauro docui.*

A loco illo ad quendam veniam, cui illa ipsa vox fides *eleganti quidem loquendi genere, sed, propter ambiguitatem, minime verborum Græcorum interpretationi apto, adhibetur. Legimus enim pag. 65, huius meæ editionis*, Cogitare instituit quo pacto sibi vniuersum Rom. imperium liberisq; suis bona fide adiudicaret. *Hoc enim quotusquisque de alia bona fide intelligendum putabit, quam ea quæ iurisconsultis identidem in ore est? Atqui Græca verba id quod margini adscripsi sonant*; Vniuersum Rom. imperium in se suosque liberos transferre, & firmum ac stabile reddere. *Fidelem autem vocare eam interpretationem nō possum, quæ bona fide (libet enim illa ipsa verba vsurpare) cum lectore non agit, sed aliud in recessu habet quam in fronte ostendit.*

Quamuis porro exempla me allaturum dixerim locorum quos elegantius quam fidelius vertit; tamen esse etiam multos in quibus nec elegantiæ sermonis studuerit, nec

fidi interpretis officio functus fuerit, sed plane (vt eodem quo ante vtar verbo) alucinatus sit, ostendent quæ margini passim sunt adiectæ interpretationes. Sed non idem de illis omnibus dici locis potest. Quidam enim aliquid minus vsitatum habent, quod illi occasionem impingendi dedisse videri queat: at in nonnullis nihil tale perspicimus. Exemplo erit interpretatio cuiusdam loci libri quarti, pag. 93, meæ editionis; in quo vix dixerim maioremne Herodiano an Marco Imperatori iniuriam illa faciat. Hæc enim Herodiani verba, Μάρκος αὐτὸς, φιλοσοφίαν καὶ ἐπιείκειαν προσποιούμενος, *Politianus ita vertit,* Marcus ipse, philosophiæ simulator ac mansuetudinis. *Atqui nonne lector, qui Græca verba non intelligens, hisce Latinis fidem tribuet, Herodiano contra derogabit? Quam enim laudem Marco libri primi initio, vt notam, testatam & peruulgatam, dedit, hic in iis quæ Antoninum dicentem inducit, in dubium vocari, vel potius illi vt indebitam adimi videmus: quum tamen apud eos loquatur Antoninus, qui suam Marco laudem eripi æquo animo minime tulissent. Vnde igitur factum dicemus vt Politianus locum hunc ita verterit? Ex eo quod non cogitauit (absit enim vt eum nescisse dicam rem quam Græcæ linguæ multo quam ille minus periti scire possunt) verbum* προσποιεῖσθαι *aliud etiam quam* simulare *significare; præsertim quum accusatiuo, non infinitiuo, est iunctum. Quomodo igitur Latine reddendus locus ille erat? Ita;* Marcus ipse, qui philosophiam & mansuetudinem sibi vindicabat; *vel,* sibi asserebat. *Potest enim quispiam qui aliquid sibi vindicare aut asserere dicitur, id pro suo iure facere, nihilque indebitum arrogare, intelligi.*

Subiungam loco illi alium, in quo quum de Antonini cæde agatur, & is minime defensus occubuisse a Politiano dicatur, hæc interpretatio Antonini militibus, præsertimque eius satellitio, perfidiæ notam inurere poterit, apud eos qui Græcam vocem non intelligent, aut non satis attente vim eius expendent, neque ad præcedentium lectionem progredientur. Verum in rem præsentem veniẽdum est. Legimus igitur lib. 4, pag. 105; ἀπροσδοκήτως καὶ ἀφυλάκτως ὁ Ἀντωνῖνος ἀνῃρέθη: *quæ Polit. vertit,* de improuiso Antoninus minime defensus occubuit. *An ex hac interpretatione intelligere poterit lector, neminem prorsus circa se habuisse Antoninum a quo defendi posset? Non certe: sed potius, minime a suis defensum fuisse, quum defendi posset: vt quibusdam aliis Imperatoribus accidisse, tum apud hunc ipsum historicum, tum apud alios legimus. Et tamen non hoc sed illud intelligi voluit Herodianus, quum dixit* ἀφυλάκτως: *quod sonat* Absque custodia, *vel* Remotis custodibus. *perinde ac si dixisset,* οὐδένα ἔχων τῶν φυλάκων, *vel* τῶν σωματοφυλάκων: *præter eum quidem certe qui quum ad eum tamquam nutu vocatus accessisset, ei pro custode seu satellite interfector exstitit. Dicerem* Custodibus destitutus, *vel* custodia: *nisi & hoc ambiguum fore viderem: quia intelligi posset, suos illum custodes (equites Germanos) perfide agentes, destituisse. In quo certe maxima illis fieret iniuria quum legamus eos illum minime tum circumstetisse; sed, simulatque facinus illud conspicati essent, omnem ad persequendum interfectorem contentionem celeritatemque adhibuisse; & quidem tantam vt missilib. confoderent. Quod si Antoninum illi Germani equites destituissent, ac minime defendissent, quum tamen possent, tãto maior eorum perfidia fuisset, quo magis fidem illis de salute sua Antoninus habebat, quoque maiore eos amore prosequebatur. Sed tantum abest vt erga viuentem paria in amore non fecerint, vt etiam multo post eius mortem amoris illius indicia ostenderint.*

Alia exempla interpretationum quæ lectorem Græcæ linguæ imperitum, aut certe non satis peritum, in magnum impellere errorem possunt, sparsim in hac editione videnda tibi relinquam, cõferendo Politiani verba cum iis quæ margini adscripsi. Quum autem

autem in eo quem modo examinaui loco, ignoratione vocabuli Græci peccatum esse dici non poßit, contra sunt alii vbi hoc nemo infitiari queat. Atque hoc sunt in numero omnes in quibus ἐπίχειρα legitur. illi enim vbique aliam dedisse quam suam significationem videmus. Sic etiam verbo ἀχρωτηριάζεσθαι quid significaretur, non intellexit. Quum enim Herodianus scribat libro sexto, καὶ ἠκρωτηριάσθησαν οὐκ ὀλίγοι τὸ διεχόμενον χέρα, ille vocem hanc Græcam Latina attriti reddit: simul ex duobus membris vnum, suo more, faciens. Atqui verbo ἀκρωτηριάζεσθαι non declarari atteri, sed idem quod ibi in margine dixi, cũ aliunde constare potest, tum vero ex Xenoph. libro septimo De expeditione Cyri, pag. 239 meæ editionis; καὶ τῶν Ἑλλήνων πολλοὶ καὶ ῥῖνες ἀπεκαίοντο καὶ ὦτα: siue ἀπεκαίοντο, aut ἀπεκαίετο. tot enim modis locus ille scriptus inuenitur. Sic etiam putauit verbum σκύλλειν esse Spoliare; (nimirum ad σκῦλα respiciens) quum sit Vexare, Fatigare. Nã libro septimo, pag. 149, σκύλας δὲ καὶ ὑβρίσας vertit, Spoliatos omnique ignominia affectos: quum Herodianus non spoliatos sed fatigatos intelligat, longo videlicet illo difficilique, cuius mentionem fecerat, itinere. Sic idem scriptor libro quarto dicit ἵνα δὴ μὴ πάντα τὸν στρατὸν σκύλῃ: intelligens, noluisse totum exercitum fatigare eo quod conficiendum erat itinere. (Sed Politianus hic verbum illud nõ interpretatur; sicut nec ea quæ illi adiuncta sunt) Sic etiam Euangelii Marci cap. quinto, σκύλλειν illa ipsa de re dicitur: ideoq; τί ἔτι σκύλλεις τὸν διδάσκαλον, apte redditum iri puto, Quid amplius fatigas magistrum? conficiendo videlicet hoc itinere. Poterat autem hæc fatigatio esse non ex longitudine itineris, verũ ex eo quod inter eundum a turba comprimeretur. Interdum vero, quum idem vocabulum duas significationes habeat, eam ponit quæ loco minime conuenit, tamquam alterius nescius, aut certe immemor. Huius rei exemplum attuli iam in verbo προεστάναι: sed recordor & alius, in verbo ἀποσκεδάζεσθαι. Nam sonat quidem hoc verbum nonnumquam quod Latini dicunt De medio tollere: sed non semper. Interdum enim est tantum Submouere, vel Submotum amandare aut ablegare aliquo: vt Cicero Remouere & Ablegare coniunxit. Hoc igitur, non illo modo, ἀποσκεδάσας debuit interpretari, pag. 144. Iam vero & quædam sunt vocabula quæ quem apud Herodianum vsum habeant non animaduertens, male est interpretatus. Exemplum habes libro quinto, pag. 111, vbi dicit Herodianus; οἱ δὲ ἐκ μετρίων πράξεων εἰς τοῦτο ἐλθόντες. Nam μετρίας πράξεις non modestiam cum Politiano, sed mediocres administrationes, (id est, quarum mediocris & certis limitib. circumscripta esset potentia) mecum interpretabitur, qui & antithesin quæ ibi est considerabit, & quem paßim habeat vsum apud Herodianum hoc nomen. Nam in illo ipso legimus libro, τῶν ἐν ἀξιώσει τινὶ ἢ πράξει καθεστώτων. item, ἀλλ' οἵ τ' ἔπαρχοι τῶν στρατοπέδων, καὶ οἱ ἐν ταῖς μεγίσταις πράξεσι.

Nonnulli autem sunt loci in quibus dubites aliamne scripturam sequutus sit, an aliud agens eos ita sit interpretatus: quum non solum diuersa, sed contraria etiam alicubi sit eius interpretatio Græcis quæ habemus verbis; & quidem plerumque talibus vt alia minime quærenda videri poßint. Sic lib. 7, pag. 151, quum scriptum sit μεσαζούσης ἡμέρας, id est, quum iam meridies esset, apud Politianum legimus nocte intempesta: nimirum perinde acsi non μεσαζούσης ἡμέρας, sed μεσαζούσης νυκτὸς scriptum esset. Libro item quinto, pag 125, pro hisce Græcis verbis, ὡς τοῦ Ἀλεξάνδρου τεθνήξεσθαι μέλλοντος, id est, quasi iamiam esset moriturus Alexãder, legimus apud illum, quasi iam obiisset Alexander. His locis addendus est quidam libri tertii, pag. 81: vbi quum & exemplaria vnde manauit prima Herodiani editio, exhibuerint hanc scripturam, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτῆς, id est, & fratrem ipsius: Politianus dicit, pariter cũ filiolo quem pepererat. Sunt profecto & alii quidam loci qui his poßent adiungi: sed vnũ addere

contentus ero: in quo manifestius ac certius quam in quoquā alio, id quod dixi, esse potest; nimirum Politianum aliud agentem ita interpretatum esse. Is est libro primo, pag. 19; καὶ τοῦ δεινοῦ τὰς αἰτίας εἰς αὐτὸν ἀναφέροντες: *quæ sonant*, & illorum malorū causam in eum conferentes: *at ecce, Politianus pro Græcis illis Latina ista nobis dedit,* ac totius causam pestilentiæ in eum conferentes: *quum tamen de pestilentia iam non agatur, sed de fame. Verum quum pestilentiæ proxime præcessisset descriptio, inde ad famis descriptionem transisse historicum; illi tum in mentem non veniebat. Sed cum alia* ἁμαρτήματα, *tum vel maxime* μνημονικά, *in magnis præsertim viris, impetrasse semper veniam scimus: quod tam multa apud eos resplendeant, vt, siquid sit tenebricosi, a splendore illo velut absorbeatur: & qualis in pulchro corpore est næuus, talia esse illa in pulchro opere peccata videri possint.*

Exempla autem eius quod tertio loco proposui, (quum dicerem, nonnulla nō parui apud Herodianum esse momenti, quorum cognitione lectorem interpretatio Politiani fraudasset) non diu quærenda tibi fuerint, ea quæ margini adscripsi legere volenti. Partim enim ibi, partim in iis quæ in ipso textu (vt vulgo loquimur) posui, supplementum illud interpretationis Politiani habes, quod in titulo tibi promisi. Ac certe in ipso textu lubentius id quam in margine multo pluribus in locis dedissem, nisi, ad inserenda interpretationi Politiani ea quæ deerant, mutandum aliquid in ea fuisset; quod ego facere religioni habebam. Quædam porro sunt ex iis quæ in illa sunt omissa, quæ quum prima fronte videri leuia possint, contra, si attentius ea consideraueris, non parui esse ponderis iudicabis. Quod certe his dici de verbis potest, libro tertio; γάμῳ σωφρονίσαι θέλων. *hæc enim a Politiano prætermissa, sonant;* quum per matrimoniū reddere eum moderatum vellet; *siue* ad modestiam componere; *(vt ipse Politianus alicubi verbum illud reddit) vel,* ad bonam frugem adducere: *aut,* ad sanam mentem reducere: *vel,* elatiores eius spiritus reprimere. *Quum autem primo aspectu dicturus sit aliquis fortasse, nihil istis subesse verbis quod scire magnopere lectoris intersit, magnam tamen matrimonii laudem complectuntur: adeo vt testimonio illorum aptissime sit vsurus, quum probare volet, animis hominum illius seculi eandem quam huius ætatis hominibus, insitam de matrimonio opinionem fuisse. Sed nonnulla etiam inseruisse me Politiani verbis fateor, quæ tantum ad exprimendam verborum vim conducunt. Verum alicubi eas quoque adiectiones lectori non contemnendas visum iri mihi persuadeo. De talibus loquor qualē habes in fine libri quinti. quū enim scripserit Herodianus,* ἔτι ὑπὸ τῇ μητρὶ καὶ τῇ μάμμῃ παιδαγωγούμενον, *& Politianus interpretatus sit,* atq; adhuc auiæ præceptis obtemperantem: *ego non solum* matris *adieci, sed etiam* tamquam pædagogorum, *alio typorum genere hæc adiecta scribens; hoc modo;* atque adhuc *matris &* auiæ, *tamquam pædagogorum,* præceptis obtemperantem.

In iis demum locis aliquid mihi permisi quibus typographici errores, & quidem inueterati, suberant: (vt quæ aliorum typographeia inflixerant vulnera, meum sanaret) pro armis *(exempli gratia) substituens* armillis: *&* summissis *pro* summis, *&* certam imaginem *pro* certam imaginem: *item* pridie *pro* pridem: *necnon* deligebat *pro* diligebat. *Alia erant de quibus te monitum volebam lector: sed, quum me charta deficiat, vale.*

ANGELI

ANGELI POLITIANI AD INNOCENTIVM VIII, PONTIFICEM MAXIMVM, PRÆFATIO IN HERODIANI HISTORIAM e Græco sermone in Latinum a se conuersam.

QVVM Romę ab hinc trienniū ferme in comitatu essem Florentinæ legationis, quæ tibi sancte pater Innocenti, Pontifex maxime, ad supremæ istius dignitatis fastigium nuper euecto gratulatum aduenerat, memini abs te mihi magna celebritate curam delegari, vertendi in Latinam orationē Romanorum Principum res gestas, si quæ adhuc inter Græcorum monumenta, nostris hominibus intactæ reperirentur. Quare cum cælestis animi tui iudicio, non plus mihi honoris additum, quam oneris iniunctum animaduerterem, vt primum Florentiam sum reuersus, altissima sollicitudine circumspicere, quem potissimum ex omni Græcorum copia interpretandum susciperem. Occurrit autem in primis HERODIANVS hic, excellens rerum scriptor, & qui diu in Palatina versatus aula, affectæque iam ætatis, historiam de suis temporibus componere aggressus, neque eloquentiæ caruerit laudibus, & fidem tamen in primis libertatemq; retinuerit. Hoc vbi opus a nobis, neque multo sane negotio, neq; inuita (vt arbitror) Minerua, elucubratum est, ea mox tempora inciderūt, quibus & nostra impediretur studia, &, quæ plurimum valet, in scribendo omnis propemodum alacritas excuteretur. Postea vero quam pro tua prouidentia, & pacem Italiæ cupienti reddidisti, & cum patrono meo Laurētio Medice, amplissimę quidem fortunæ, sed amplioris ingenii prudentięque viro, priuatim affinitatem contraxisti: cessit videlicet ille quasi nimbus, suaque mundo reddita serenitas est, sic vt nos iam ipsos colligamus, atque vt grauati pluuia flores, peneque decidui, ad nouæ lucis radios erigamur. Ergo & vetera edere in publicum, & noua procudere iam libet, vnde aliqua modo vel tuo sacratissimo nomini celebritas, vel nostris temporibus claritas, vel studiosis etiam hominibus vtilitas pariatur. Ceterum Herodianum hunc nostrum, donec maiora tibi, ac fortasse meliora parturimus, veluti præludium aliquod veri iustique laboris, læta rogamus fronte excipias, summe Pontifex; magnam in eo negotiorū personarumque varietatem, multam rerum nouitatem deprehensurus, crebraq; in vtramque partem fortunæ ceu vacillantis exempla, consiliaque admirabilia, & consiliorum inopinatos euentus, grauesque pro tempore sententias; & plenam vbique dignitatis, plenam suauitatis orationem; copiosam videlicet quandam ad instruendos mores supellectilem, & ceu speculum humanitatis, in quod inspicere omnis vita, vnde ea capere atq; haurire documenta queat, per quæ vel publicis, vel priuatis rationibus consulatur. Quæ sane nostræ fuerunt partes, tentauimus profecto, vtinamque etiam effecerimus, vti omnia ex fide responderent; ne inepta peregrinitas, ne Græculæ vsquam figuræ, nisi si quæ iam pro receptis habentur, Latinam quasi polluerent castitatem; vt eadem propemodum esset linguæ vtriusq; perspicuitas, eædemque munditię, idem vtrobique sensus atque indoles, nulla vocum morositas,

nulla anxietas. Tu, quando nobis aliquod ceu signum ex arce ista tui Pontificatus, ad bene sperandum sustulisti, perge (obsecro) sanctissime Pater, perge (inquam) fouere atque illustrare bonas artes, quæ sese pedibus istis sanctissimis aduoluunt supplices, numenq; tuum aduersus rudem inscitiam, tetramque barbariem implorant: vt a quo pax Italiæ, atque adeo terrarum orbi restituta est, etiam ab eodem pacis alumnæ litteræ, ab iniuria scilicet atque indignitate vindicentur.

ANGELVS POLITIANVS ANDREÆ Magnanimo suo S.

EFFLAGITARI scribis istic ab iis qui libros formis excudunt, HERODIANVM meum. Meum enim iure appello, quē quasi latinitate donauerim. Tum rogas codicem tibi ipsum tuum remittam aliquando, nostra (quod illos cupere ais) manu emendatum. Remitto; sed (vt verum fatear) leniter potius quam seuere castigatum; sic autem, vt nostra errata plura in eo quam librarii deprehendas. Crediderim tamen stilo ipsi certe meo, hoc est interpretis, plus aliquanto venię deberi quam auctoris; quoniam meliuscule respondent fere, quę scribas vbi sit liber quasi cursus, quam quæ vertas, vbi nihil extra præscriptum. Accedit & illud, quod hoc mihi munus interpretandi quasi leuioris operæ fuit; vtpote qui diebus pauculis dictauerim sic deambulans. Itaque tantum abest vt mihi inde laudem petam, vt etiam abunde pulchrum fore putem, si vitauero grauiorem culpam. Quare cum amicis reliquis, tum tibi in primis, omnem huius operis defensionem, non remitto solum, sed etiam prope interdico; vosque integros ad alia reseruo, quæ post edentur. Sed quamquam plurimi sunt apud vos, qui mihi etiam plus nimio fauent, vnus tamen es tu Andrea Magnanime, cognomento isto tuo gentilitio dignissime. quem equidem faciam plurimi, cum, quod ex bonis ortus, & opibus flores & honoribus; tum vel maxime, quod ingenio es elegantissimo, moribus suauissimis, gratia quadam (quidquid agis, quidquid loqueris; immo etiam si nihil agis, nihilque loqueris) singulari, ac vultu denique ipso (quod dicitur) homines deuincis. Itaque nihil quemquam metuo, vbi tu mihi studeas. Numquam enim male de Politiano sentiet, qui placere eum Magnanimo intelliget. Vnum tantum est, quod a te nunc contendo, cures, pro reliqua in nostris rebus diligentia, vt quam minimum quasi degenerent ab origine, quæ mox volumina formabuntur; vtque ne illæ ipsæ quidem adnotatiunculæ omittantur, quas marginibus adscripsimus. Inter eas vero, etiam locos (puto) treis quatuorve ad summum reperies, vbi fuit excusatione vtendum, corrupti apud Græcos exemplaris. Ad hæc vero facile procuranda obeundaque, magis idoneum habere, magisque ex vsu tuo neminem possis, quam Alexandrum Sartium, ciuem tuum, litteratum hominem, nostrique studiosum; tum (quod ego in hac re primum puto) neutiquam in amici negotio dormitantem. Vale: in rusculo Fæsulano, pridie Nonas Maias, anno Salutis MCCCCXCIII.

HERODIANI LIBRORVM ARGVMENTA.

I LIBRI ARGVMENTVM.

IMPERATOR MARCVS *senex, in Pannonis morbo correptus, sollicitus ne filius eius Commodus degeneraret, exemplo aliorum principum, eum amicis & cognatis commendat, fatoque defungitur.* COMMODVS, *mortuo patre, paternum imperium sibi vsurpat, recteq; primum administrat: mox ab adulatoribus corruptus, infecto bello Pannonico, Romam remeare statuit, resistente frustra Pompeiano. Romam igitur reuersus, magna gratulatione excipitur. Diis salutatis, Senatuique gratiis actis, in aulam Palatinam se recipit. Perennem, auarissimum hominem, rebus imperii præficit; ipse deliciis ac flagitiis totum se dedit. Forma insigni præditus, studiis variis se exercuit, aurigando, bestias conficiendo, gladiatorio munere obeundo. Quin eo tandem dementiæ deuenit, vt se Herculem Iouis filium appellari iuberet, ac mensibus de se nominatis, statuas sibi passim erigi imperaret: mox mutato animo, gladiatoris cuiusdam mortui nomen &*

men & genus sibi adoptaret. Calamitates quæ illo tempore contigerunt, principi malo imputatæ sunt: vt pestilentia ingens, in qua ipse Laurentum secesserat; & fames, cuius Cleander coemptis frumentis auctor exstiterat: item prodigia, & vrbis ac templorũ incendia. Insidias ei parauit prius Lucilla soror, deinde Perennis, posthæc Maternus, postremo Marcia concubina; cuius iudicio & consiliis, primum veneno, mox strangulatione kalendis Ianuariis est occisus.

II LIBRI ARGVMENTVM.

Occiso Commodo, qui apoplexia periisse dicebatur, PERTINAX, *vir optimus, ad imperium eligitur: quod cum exoratus vix suscepisset, a populo, & milite, ac Senatu Romano Augustus salutatur. Dein oratione habita, sacrisq; factis, in aulam principalem se contulit. Posthæc imperium æquissime administrauit: vnde ciuibus carus, prouinciis gratus, hostibus formidabilis fuit: verum militibus, qui a rapinis prohibebantur, intolerabilis: vnde illum conspiratione facta obtruncant. Posthæc in castra se recipiunt, atque inde proclamant, Venale esse imperium Romanum. Id* IVLIANVS *licitando emercatus est, ac turpissime administrauit: quare ad* NIGRVM, *Syriæ præfectum, defertur, qui Antiochiæ illud sibi vsurpauit. Sed cum negligentius res ageret,* SEVERVS *imperium arripuit, Pertinacis cædem se vlturum simulans. Igitur in Pannoniis Imperator salutatur: mox Romã contendit: ibi Senatus imperium Seuero, at Iuliano necem decernit; qui etiam a tribuno interimitur. Seuerus itaq; eos milites qui Pertinacem occiderant, exauctorauit: res imperii sibi vindicans, Albinum Britanniæ præsidem sibi adiungens, in Asiam profectionem contra Nigrum ingenti apparatu instituit.*

III LIBRI ARG.

Niger, vbi audiuit Seuerum occupasse imperium, & expeditionem in orientem suscipere, ad bellum se quoque, quam maxime potest, præparat. Seuerus, Asiam ingressus, Nigri milites ad Cyzicum, mox in Bithynia vincit, & Cappadociam expugnat. Deinde Tauri propugnaculis superatis Ciliciam emẽsus, ad sinum Issicum acerrimo prælio cum Nigro congreditur: qui victus, & fuga elapsus, Antiochiam venit, atq; ibidem interficitur. Posthæc, inimicitiæ inter Albinum & Seuerum patefacta, belli causam vtrique dederunt. Sedes belli Lugdunum fuit: ibi ancipiti prælio facto, tandem vincente Seuero, vrbs capta; Albino caput abscissum, & Romam missum est. Dein iterum bellum in Asiam Seuerus mouit; Armeniam & Arabiam felicem inuasit: Atrenorum regionem ingressus, Atra circumsedit, diuq; oppugnauit, frustra. Sed in Parthiam delatus, insperatam victoriam nanciscitur: inde Romam triumphans reuertitur. Ibi rei publicæ priuatæq; intentus, Antonino filio vxorem dedit filiam Plautiani; qui Seuero insidias machinatus, per Saturninum tribunum indicio facto, pœnas dedit. Vltimo in Britanniam expeditionem faciens Seuerus, diutius durante bello, ibidem fato functus est. Imperium ad ANTONINVM *&* GETAM *defertur: qui, relicta Britannia, cum patris reliquiis Romam sunt reuersi.*

IIII LIBRI ARG.

Seueri reliquiæ ex Britannia Romam sunt delatæ. Ibi parentatione facta, & illo inter dios relato, Antoninus & Geta fratres imperium suscipiunt; ita dissidentes, vt illud, nisi tunc Iulia intercessisset, certis limitibus inter se diuisissent. Mox tamen, gliscente indies odio, ANTONINVS *fratrem* GETAM, *supra pectus matris obtruncat; & ad castra confugiens, militibus largitione corruptis, solus Imperator declaratur. ac statim in senatum populumq; crudelissime sæuit. Posthæc varias profectiones obiens, ad Danubium Germanos, in Macedonia Alexandrum, in Asia Achillem æmulabatur. Dein Alexandriam veniens, insigni latrocinio ciues contrucidauit. Posthæc Parthiam titulo nuptiarum ingressus, incautos Parthos, violato fœdere opprimit, rege vix elapso. Postremo Carris Mesopotamiæ a milite, cuius fratrem interemerat, interficitur; & combusto eius cadauere, cineres Antiochiam matri Iuliæ mittuntur. Deinceps* MACRINVS *Imperator eligitur: qui cum Artabano rege Parthorum, per integrum triduum prælio decernit, neutro exercitu vincente aut deuicto; mox facto fœdere, & discedente Partho, ipse cum Romanis copiis Antiochiam proficiscitur.*

V LIBRI ARG.

OPILIVS MACRINVS, *per epistolam rationem rerum gestarum reddens Senatui, ab eodem Imperator declaratur, magno omniũ gaudio. sed cum lentius molliusq; Antiochiæ desideret, in offensam & odium militum incidit: a quibus orta seditione proditur, & in Chalcedone Bithyniæ vrbe interficitur; superatus a* BASSIANO: *qui, Solis sacerdos cum esset, in castra perductus, & Antonini filius creditus, ipse quoq;* ANTONINVS *appellatus, ac Imperator consalutatus fuerat. Is igitur, inito imperio, omni flagitio se & Romanam religionem polluens, Heliogabalum deum colens, summa vecordia publice priuatimque, in sacris profanisq; rebus, debacchabatur. Vnde milites illum quoque perosi, interficiunt; eius in locum* ALEXANDRVM, *dudum*

Cæsarem designatum, substituunt, ac Imperatorem consalutant.

VI LIBRI ARGVMENTVM.

SEVERVS ALEXANDER, *sub matris auiæq. cura gessit imperium modestissime, adiutus consiliariis ex ordine senatorio delectis; quorũ opera, res sacræ & profanæ in rectum pristinumque statum restitutæ sunt. Deinde vxorem duxit patricii generis; cum qua postea diuortium fecit, matre ita cogente, cui parebat in omnibus.*

Posthac, Artaxerxe Persarum rege mouente bellum, vltro citroq. missis legationibus, in Asiam proficiscitur; ac trifariam distributis copiis, hostiles regiones est ingressus; sed magna clade vbiq. accepta, Antiochiã reuertitur. Inde in Europam reuocatur, Germanis Rhenum Danubiumque transgressis, ac bellum Romanis inferentibus. Vbi cum parum feliciter res gereret, MAXIMINVS *tyronũ præfectus, ac militaris disciplinæ peritissimus, interfecto Alexandro, Imperator eligitur.*

VII LIBRI ARG.

MAXIMINVS *Thrax, vasto corpore & crudeli animo præditus, suscepto imperio statim tyrannidem exercuit, conscientia natalium, & coniuratione tribunorum, atq. militum defectione irritatus. Germanos intra siluas & paludes delitescentes, bello aggressus fundit fugatque: sæuus quidem in hostes, sed in suos truculentior, per fas nefasq. omnes omnium pecunias sibi adiudicans. Vnde inuidia passim, mox seditio in Africa exorta est; vbi procuratore quodam interfecto,* GORDIANVS *Africæ proconsul, Imperator eligitur; qui Vitalianum præfectum prætorii Romæ interfici curauit, & a Senatu Augustus declaratur. Mox tamen cum filio in Africa periit, Capelliano persequente. Maximinus ex Pannonia cum vniuerso exercitu Romam contendit; vbi Maximus & Balbinus collegæ Imperatoris electi, & Gordiani nepos Cæsar creatus erat. Bellum ciuile Romæ Gallicano auctore ortum, populo Romano & militibus prætorianis hostiliter inter se dimicantibus.*

VIII LIBRI ARG.

Maximinus, superatis Alpibus, Aquileiam venit; ibi expugnationem eius vrbis moliens, a suis militibus cum filio obtruncatur. quorum capita Romam deportantur: MAXIMVS, *alter Imperator, apud Aquileiam exercitum Maximini dimittit; ipse Romam cum suis reuertitur; & cum Balbino imperiũ gessit, donec ambo a militibus Prætorianis sunt occisi. Post horum obitum,* GORDIANVS, *dudum Cæsar, Romanum suscepit imperium.*

ΗΡΩΔΙΑ-

ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ ΤΗΣ ΜΕΤΑ ΜΑΡΚΟΝ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ [ΙΣΤΟΡΙΩΝ] βιβλία ὀκτώ.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Οἱ πλεῖστοι τῶν περὶ [a] συγκομιδὴν ἱστορίας ἀσχοληθέντων, ἐνίων τε πάλαι γενομένων μνήμην ἀνανεώσασθαι σπουδασάντων, παιδείας κλέος ἀΐδιον μνώμενοι, ὅπως μή, σιωπήσαντες, [b] λάθοιεν εἰς τὸν πολὺν ὅμιλον ἀριθμούμενοι, τῆς μὲν ἀληθείας ἐν ταῖς ἀφηγήσεσιν ὠλιγώρησαν, οὐχ ἥκιστα δ' ἐπεμελήθησαν φράσεώς τε καὶ εὐφωνίας· θαρροῦντες ὡς εἴ τι καὶ μυθῶδες λέγοιεν, τὸ μὲν ἡδὺ τῆς ἀκροάσεως αὐτοὶ καρπώσονται, [c] τὸ δ' ἀκριβὲς τῆς ἐξετάσεως οὐκ ἐλεγχθήσεται. εἰσὶ δ' οἱ πρὸς ἔχθρας ἢ μῖσος τυράννων, κολακείαν τε ἢ τιμὴν βασιλέων, πόλεώς τε καὶ ἰδιωτῶν, εὐτελῆ καὶ μικρὰ ἔργα, λόγων ἀρετῇ, [d] δόξῃ παρέδωκαν τῆς ἀληθείας μείζονι. Ἐγὼ δ' ἱστορίαν οὐ παρ' ἄλλων ἀποδεξάμενος ἄγνωστόν τε καὶ ἀμάρτυρον, ὑπὸ νεαρᾷ δὲ τῇ τῶν ἐντευξομένων μνήμῃ, μετὰ πάσης ἀληθοῦς ἀκριβείας ἤθροισα ἐς συγγραφήν, οὐκ ἀτερπῆ τὴν γνῶσιν καὶ τοῖς ὕστερον ἔσεσθαι προσδοκήσας, ἔργων μεγάλων τε καὶ πολλῶν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ γενομένων. εἰ γοῦν τις παραβάλοι πάντα τὸν ἀπὸ τοῦ Σεβαστοῦ χρόνον, ἐξ οὗπερ ἡ Ῥωμαίων δυναστεία μετέπεσεν εἰς μοναρχίαν, οὐκ ἂν εὕροι ἐν ἔτεσι περί που διακοσίοις, μέχρι τῶν Μάρκου καιρῶν, οὔτε βασιλειῶν οὕτως ἐπαλλήλους διαδοχάς, οὔτε πολέμων ἐμφυλίων τε καὶ ξένων τύχας [e] ποικίλας, ἐθνῶν τε κινήσεις, καὶ πόλεων ἁλώσεις, τῶν τε ἐν τῇ ἡμεδαπῇ καὶ ἐν πολ-

HERODIANI HISTORIÆ DE IMPERIO POST MARCVM, *vel De suis temporibus, libri* VIII: ANGELO POLITIANO *interprete*.

LIBER PRIMVS.

PROOEMIVM.

[1] QVI res antiquas posteris prodiderunt, veteremq; historiæ memoriam renouare litteris studuerunt; ii magna ex parte, dum famam eruditionis affectant, nomenq; suum conantur ab iniuria obliuionis asserere, minus sane multam in veri peruestigatione, q̃ in exornanda componendaque oratione industriam posuerunt: rati scilicet, neque, si quid in rebus a suo seculo remotissimis falsi proderetur, posse refelli; & se tamẽ suauitate narrationis amplissimũ laboris ingeniiq; [sui] fructum percepturos: alii vero, priuatis inimicitiis, tyrannorumque odio prouecti; aut in laudes principũ, ciuitatum, priuatorumq; hominum, immodicis assentationibus effusi, tenues per se res atq; humiles, scribendi tamen artificio longe [2] supra veri fidẽ sustulerunt. Ego vero contra, non quidem acceptã ab aliis, aut incognitam aut [3] testibus egentem historiam, sed eorum qui legent, [sensib. adhuc] memoriæq; *recenti* inhærentem, summa vel fide vel diligentia collectam, conscribendam suscepi: sperãs haud iniucundam fore posteritati earum rerum notitiam, quæ multæ sane atq; magnæ haud ita longo tempore acciderunt. Nam siquis ab Augusto vsq; [principe] omnem ætatem [4] complectatur animo, quum scilicet Romanorum potentia ad vnius est [5] arbitriũ deuoluta, ne annis quidẽ illis circiter ducentis, (tot enim ferme ad Marci tẽpora numerantur) aut imperiorũ tam diuersas successiones reperiet, aut bellorũ vel ciuilium vel externorum tam varios casus atq; euentus, [6] in tot excitas gentes, tot vrbes nostras

---

IN QVOSDAM Græci textus locos annotatiunculæ, quibus aut restituuntur aut exponuntur: Auctore Henr. Steph.

a *Sic paulo post,* ἤθροισα ἐς συγγραφήν. b *Recte distinguitur post* μή, *quia fertur ad* λάθοιεν, *non ad* σιωπ. *Si* λάθοιεν *cum* ἀριθμούμενοι *non iungas, intelligendum erit,* Ne, si tacuissent, laterent: *(id est, ignobiles & obscuri essent)* quippe qui in vulgo numerarentur: *id est aliqui e vulgo haberentur. Alioqui dictum erit* λάθοιεν ἀριθμούμενοι, *vt infra, Commodo quidam dicit* λήσεις ἀπολόμενος. *sed* ἀπολόμενος *male in aliis edit. legitur.* c *For.* τὸ δ' οὐκ ἀκρ. d δόξῃ παρέδ. *phrasis rara, quæ sonat,* In opinionem vero maiorem adduxerunt. e *Cum* ποικίλας *subaud.* ἴσως *ex praeced. For.* ἀλλ' ὅσοι τε ὡς ᾔς, *quod subaudiatur & cum* Φρασ. *at* θαρροῦντες, *cum* σῴζεσθαι.

INTERPRETATIONIS POLITIANEAE *partim supplementum, partim examen: Auctore eodem Henrico Stephano.* * 1 Plerique eorum qui in congerenda historia tempus atque operam posuerunt, & rerum quarundam olim gestarum mem. ren. studuerunt, sempiternam erud. laudem ambientes, (ne, si tacerent, hoc incautis contingeret, vt aliqui e vulgo censerentur) veritatem quidem in narrandis rebus neglexerunt, non minimam vero circa genus dicendi, & vocalitatem, curam adhibuerunt. Confidebant enim, etiamsi quid fabulosi memorarent, eam quæ auditorum auribus perciperetur voluptatem, fructuosam sibi fore: quam autem exacte singula examinassent, non inquisitum iri. *Sed aliter etiam posse verba postrema legi videntur, vt notani e regione.* 2 Supra verum sust. *Alio autem sensu dici,* Supra veri fidem, *docui in Thes. Gr. lin. in* Μείζων. 3 testibus carentem. 4 inter se compararet, M. 5 dominatum. 6 *For. scripsit Polit.* non tot; [*vel,* aut tot. *Memmius in suo libro eam particulam expunxit.*]

2 barbarasq; expugnatas: præterea †terræmotus, & pestilentias, [1] vitas quoq; principum & tyrãnorum adeo nouas atq; inauditas, vt nulla iis apud veteres cõsimilia exempla, aut certe quãpaucissima inueniantur. quorum alii diuturnam, alii breui *tempore* potentiam obtinuerunt: nonnulli autẽ, vixdum inito honore, Imperatoresque dumtaxat appellati, eodem illo quo susceperant die imperium amiserũt. [2] Nam quum sexaginta annis plures quam pro tẽpore principes vrbs Roma pertulerit, factũ ex eo est vti multæ sane variæq; res atque admiratione dignæ exorirentur. Quippe ætate prouecti principes, vtpote rerum negotiorumq; periti, diligẽtius sese suosq; regebant: contra adolescentes, molliter atq; indulgenter habiti, noua scilicet permulta designabant. Quo factum est vt dispari ætate atq; licentia, disparia quoq; studia moresq; sequerẽtur. Hæc quemadmodum gesta sint, temporum ipsorum atq; principum seruato ordine, perscribemus.

IMPERATOR Marcus filias quidẽ suscepit complures, mares autem duos. horum alter, natu minor, [3] adolescentulus admodũ fato est functus: (Verissimo nomẽ fuit) alterum vero, Commodũ nomine, magna diligentia curaq; pater educauit, accitis vndiq; viris doctrina claris, maximaque proposita mercede: vti mores pro se quisq; filii ingeniumque excolerent. Filias porro, quum adoleuissẽt, optimis ex ordine senatorio viris collocauit. Neq; enim [4] qui lõgam generis seriẽ præferrent, aut qui opes nimias ostentarẽt; sed qui morum probitate atq; modestia, vitæq; innocentia præcellerent, eos sibi generos deligẽdos putabat. Hæc enim [5] sola animi bona certa esse stabiliaq; ducebat. Virtutẽ nullã non magnopere exercuit: adeo litterarum antiquitatis studiosus, vt nemini sit in eo genere Græcorum Romanorumque secundus. Argumento sunt permulta quæ ab illo dicta atque conscripta
3 ad nos vsque peruenerunt. Adeo vero †ciuilem sese & commodum omnibus principem præstabat, vt adeuntium cuiuis dexteram [placide] daret, neminemque a suis custodibus prohiberi aditu pateretur: solusque Imperatorum sapientiæ studium non verbis aut decretorum scientia, sed grauitate morum, vitæque continentia [6] vsurpauit. Quo fa-

λοῖς βαρβάροις· † γῆς τε σεισμούς, καὶ ἀέρων φθοράς, 2
τυράννων τε καὶ βασιλέων βίους παραδόξους, πρότερον ἢ σπανίως ἢ μηδ' ὅλως μνημονευθέντας. ὧν οἱ μὲν, [a] ἐπιμηκέστερον ἔσχον τὴν ἀρχήν, οἱ δὲ, πρόσκαιρον τὴν δυναστείαν· εἰσὶ δὲ οἳ μέχρι προσηγορίας καὶ τιμῆς ἐφημέρου μόνης ἐλθόντες, εὐθέως κατελύθησαν. μερισθεῖσα γὰρ ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ ἐν ἔτεσιν ἑξήκοντα εἰς πλείους δυναστείας ἢ ὁ χρόνος ἀπῄτει, πολλὰ καὶ ποικίλα ἤνεγκε, καὶ θαύματος ἄξια. οὕτω γὰρ οἱ μὲν τὴν ἡλικίαν πρεσβύτεροι, τῇ ἐμπειρίᾳ τῶν πραγμάτων, ἐπιμελέστερον ἑαυτῶν τε καὶ τῶν ὑπηκόων ἦρξαν· οἱ δὲ κομιδῇ νέοι, ῥᾳθυμότερον βιώσαντες, πολλὰ ἐκαινοτόμησαν. διόπερ εἰκότως ἐν ἡλικίαις τε καὶ ἐξουσίαις διαφόροις οὐχ ὅμοια γεγένηται τὰ ἐπιτηδεύματα. Ὡς δὲ ἕκαστα τούτων πέπρακται, κατὰ χρόνους καὶ δυναστείας, διηγήσομαι.

ΤΩι βασιλεύοντι Μάρκῳ θυγατέρες μὲν ἐγένοντο πλείους, ἄρρενες δὲ δύο. τῶν δὲ ἀρρένων τούτων ὁ μὲν ἕτερος, κομιδῇ νέος τὸν βίον μετήλλαξε· (Βηρίσσιμος δὲ ἦν ὄνομα αὐτῷ) τὸν δὲ περιόντα, Κόμμοδον καλούμενον, ὁ πατὴρ [b] μετὰ τῆς ἀγῆς ἐπιμελείας ἀνεθρέψατο, πανταχόθεν τοὺς ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐπὶ λόγοις δοκιμωτάτους ἐπὶ συντάξεσιν οὐκ εὐκαταφρονήτοις καλῶν, ὅπως συνόντες ἀεὶ, παιδεύοιεν αὐτῷ τὸν υἱόν. τάς τε θυγατέρας ἐν ὥρᾳ γενομένας ἐξέδοτο ἀνδράσι τῆς συγκλήτου βουλῆς τοῖς ἀρίστοις, οὐ τοὺς γένους μακραῖς διαδοχαῖς εὐπατρίδας, οὐδὲ τοὺς πλούτου περιβολαῖς λαμπροὺς, κοσμίους δὲ τὸν τρόπον, καὶ σώφρονας τὸν βίον, γαμβροὺς αὐτῷ γενέσθαι θέλων. ταῦτα γὰρ μόνα ψυχῆς ἴδια καὶ ἀναφαίρετα ἡγεῖτο κτήματα. ἀρετῆς δὲ πάσης ἐμέλησεν αὐτῷ· λόγων τε ἀρχαιότητος ἦν ἐραστὴς, ὡς μηδενὸς μήτε Ῥωμαίων μήτε Ἑλλήνων ἀπολείπεσθαι. δηλοῖ δὲ ὅσα καὶ εἰς ἡμᾶς ἦλθεν, ἢ λεχθέντα πρὸς αὐτοῦ, ἢ γραφέντα. παρεῖχε δὲ καὶ τοῖς † ἀρχομένοις ἑαυτὸν ἐπιεικῆ καὶ μέτριον βασιλέα, 3
τούς τε προσιόντας δεξιούμενος, κωλύων τε τοὺς περὶ αὐτὸν δορυφόρους ἀποσοβεῖν τοὺς ἐντυγχάνοντας· μόνος τε βασιλέων φιλοσοφίαν οὐ λόγοις, οὐδὲ δογμάτων γνώσεσι, σεμνῷ δὲ ἤθει καὶ βίῳ σώφρονι ἐπιστώσατο. πολὺ

a scribo ἐπιμηκέστερον. b for. μετὰ μεγάλης implicet frequentius sit μετὰ πολλῆς ἐπιμ. c lib.3. leg. ... ἐκ ... IN VERS. L. 1 Vitas q. tyr. & princ. incredibiles, quæ antea vel raro vel ne vllo quidem modo commemoratæ fuerunt. 2 Diuisum enim annis sexaginta imperium in plures principatus quam pro illo temporis spatio res multas variasque atque adeo admiratione dignas tulit. Quippe &c. 3 puerum quadrimum dicit Lampr. ... 5. 4 qui longa generis serie patricii essent. 5 sola, esse animi proprias possessiones, & eiusmodi quæ auferri non possent, ducebat. 6 sanciuit: vel confirmauit.

τὸ πλῆθος

τε πλῆθος ἀνδρῶν σοφῶν ἤνεγκεν ἡ τῶν ἐκείνου χρόνων φορά. φιλεῖ γάρ πως ἀεὶ τὸ ὑπήκοον ζηλοῦν τῇ τοῦ ἄρχοντος γνώμῃ βιοῦν. Ὅσα μὲν οὖν ἐκείνῳ πέπρακται ἀνδρεῖα καὶ σώφρονα, στρατηγικὴν ἢ πολιτικὴν ἀρετὴν ἔχοντα, πρός τε τοὺς τὰ ἀρκτῷα τῆς γῆς [a] ἔθνη βάρβαρα κατοικοῦντας, πρός τε τοὺς ὑπὸ ταῖς ἀνατολαῖς [b] ποιουμένους τὸν βίον, πολλοῖς καὶ σοφοῖς ἀνδράσι συγγέγραπται· ἃ δὲ μετὰ τὴν Μάρκου τελευτὴν παρὰ πάντα τὸν ἐμαυτοῦ βίον εἶδόν τε καὶ ἤκουσα, ἔστι δ' ὧν καὶ πείρᾳ μετέσχον, ἐν βασιλικαῖς ἢ δημοσίαις ὑπηρεσίαις γενόμενος, ταῦτα συνέγραψα. Γηραιὸν ὄντα Μάρκον, καὶ μὴ μόνον ὑφ' ἡλικίας, ἀλλὰ καμάτοις τε καὶ φροντίσι τετρυχωμένον, διατρίβοντά τε ἐν Παίοσι, νόσος χαλεπὴ καταλαμβάνει. ἐπεὶ δὲ αὐτῷ τὰς περὶ σωτηρίας ἐλπίδας φαύλως ἔχειν ὑπώπτευεν, ἑώρα τε τὸν παῖδα τῆς μειρακίων ἡλικίας ἀρχόμενον ἐπιβαίνειν· [c] δεδιὼς μὴ νεότης ἀκμάζουσα, καὶ ἐν ὀρφανίᾳ ἐξουσίας αὐτοκράτορα καὶ ἀκώλυτον προσλαβοῦσα, μαθημάτων μὲν καλῶν καὶ ἐπιτηδευμάτων [d] ἀφηνιάσῃ, μέθαις δὲ καὶ κραιπάλαις ἐπιδῷ ἑαυτήν· ῥᾷστα γὰρ αἱ τῶν νέων ψυχαὶ εἰς ἡδονὰς ἐξολισθαίνουσαι, ἀπὸ τῆς παιδείας καλῶν μετοχετεύονται· [e] οἷα δὴ ἀνὴρ πολυΐστωρ, μάλιστα ἐτάραττε μνήμη τῶν ἐν νεότητι βασιλείαν παραλαβόντων· τοῦτο μὲν, Διονυσίου τοῦ Σικελιώτου τυράννου, ὃς ἀπὸ τῆς ἄγαν ἀκρασίας, [f] καινὰς ἡδονὰς ἐπὶ μεγίστοις μισθοῖς ἐθήρατο· τοῦτο δὲ, αἱ τῶν Ἀλεξάνδρου διαδόχων εἰς τοὺς ὑπηκόους ὕβρεις τε καὶ βίαι, δι' ὧν τὴν ἐκείνου ἀρχὴν κατῄσχυναν· Πτολεμαῖος μὲν, καὶ [g] μέχρις
4 † ἀδελφῆς ἰδίας ἔρωτος προχωρήσας, παρά τε τοὺς Μακεδόνων καὶ Ἑλλήνων νόμους· Ἀντίγονος δὲ, Διόνυσον πάντα μιμούμενος, καὶ κιττὸν μὲν περιτιθεὶς τῇ κεφαλῇ ἀντὶ καυσίας καὶ διαδήματος Μακεδονικοῦ, θύρσον δὲ ἀντὶ σκήπτρου φέρων. ἔτι δὲ καὶ μᾶλλον αὐτὸν ἐλύπει τὰ μὴ [h] πρὸ πολλοῦ, ἀλλ' ὑπόγυον ἔχοντα τὴν μνήμην, τά τε Νέρωνι πεπραγμένα, (ὃς ἐχώρησε μέχρι μητρῴου φόνου, παρεῖχέ τε τοῖς δήμοις

ctum est vt magnum sapientium virorum prouentum ætas illa extulerit. Solent enim plerumque homines vitam principis æmulari. [2] Quæcũq; igitur ab illo modeste atque fortiter domi forisque sunt gesta, qualemq; porro se aduersus barbaras nationes, septemtrioni subiectas solique orienti, gesserit, ea sunt multorum doctissimorumque hominum comprehensa monimentis: quæ vero post Marci obitum per vniuersam ætatem visa mihi auditaque sunt, nonnulla item in experiundo cognita, vtpote in publicis officiis principalibusque versato, ea nunc conscribenda suscepi. Senem iam Marcum, neq; ætate solum sed laboribus multis curisq; confectum, dũ in Pannoniis ageret, [3] grauissimus repente perculit morbus. Quare quum deploratam plane salutem suam sentiret, anxius videlicet agebat ne filius, qui tum primam inierat adolescentiam, siue ætatis feruore nimio, siue licentia quadam summa, quam in orbitate esset habiturus, bonis artibus studiisque [4] relictis, ebrietati sese & crapulæ dederet. Quippe facile ingenia adolescentium a recta honestaque disciplina ad luxum voluptatesque delabuntur. Terrebat insuper hominem [5] minime imperitũ, multorum memoria principum, qui iuuenes imperiũ suscepissent; vt Dionysii Siciliæ tyranni; cuius tanta fuit intemperãtia victus, vt nouarum voluptatum inuẽtores ingentis afficeret præmiis: vt item eorũ qui Alexandro successerunt. ita enim contumeliose violenterque dominati sunt, vt illius imperio graue dedecus conciliarint. Siquidem Ptolemęus eo turpitudinis † prolapsus est, vt cõtra Macedonum 4
atque adeo Græcorum omnium leges, etiam sororiis amoribus implicaretur. Antigonus autem, quo Liberum patrem *per omnia* repræsentaret, pro causia & diademate Macedonico, hederam capiti circumdare, thyrsumque pro sceptro gestare est solitus. Sollicitabant animum senis recentia quoque exempla; vt Neronis ipsius, qui ne a materna quidem cæde abstinuerit, & se ridiculum po-

a De lectione huius loci vide annot. ex aduerso. b *dicitur potius* διαιτᾶν ποιούμ. c *aut deest aliquod verbum ante* δεδιὼς, *aut scribendum* ἐδεδίει. d *propriè*, honestas disciplinas, vt equus frenum, reiiceret. e *for.* οἷα δ' ἀνὴρ πολ. *vel*, καὶ, οἷα δὴ ἀνὴρ. *vel*, καὶ μὴν οἷα δὴ ἀνήρ. f *ex vet. addidi* καινάς. g *for.* μίξει τὸ τῆς ἰδίας ἀδελφ. ἐρ. h *vel deest, vel relictum fuit subaudiendum particip.* γενόμενα *seu* γεγονότα, *aut* συμβάντα, *vel aliud huiusmodi.* ¶ IN VERS. L. 1 semper hom. 2 quæc. ig. ab illo fortiter & moderate gesta sunt, (quibus imperatoria aut ciuilis inest virtus) tam aduersus eos qui septemtrionales terræ partes incolũt, quam eos qui sub oriente degunt barbaros, ea sunt mult. &c. *vt videlicet legatur*, καὶ ἀρκτῷα τῆς γῆς μέρη βαρβάρων κατοικοῦντας. *Sed hoc illas res gestas ab his separat: quasi legeretur*, ἢ ὅσα πρός τε τοὺς τὰ ἀρκτ. 3 grauis inuadit morbus. 4 reiectis, *aut* repulsis: *vel*, excussis *vt equus freno excutit.* 5 multarum rerum peritum: *vel*, multarũ historiarum per. *seu*, multum in historia versatum.

pulo spectaculum præbuerit: vt item Domitiani, qui nihil sibi ad extremā crudelitatem reliqui fecerit. Has igitur tyrānidum imagines [1] cū animo volutans, inter spem metumq; agitabatur. Terrebat præterea illum [2] Germaniæ vicina gens, quam nondum plane subiecerat, sed partim [3] in societatem adsciuerat, alios armis belloq; edomuerat: nōnulli etiam ex iis effugerant, metuq; principis in præsens continebantur. Quare dubitabat ne [4] despecta mox filii ætate, arma resumerent. quippe barbaris mos, quamlibet leuibus momentis aut caussis *facillime* impelli. His igitur curarum fluctib. æstuās, amicos propinquosq; omnes, quotquot aderant, cōuocari iubet. Qui postquam conuenerunt, constituto in eorum conspectu adolescente filio, paululūq; se e grabbato subleuans, huiuscemodi habuit orationem: Dolere vos atq; angi, quū ita me affectum contemplamini, minime mirādum. Quippe [5] humanum est, humanis casib. ingemiscere: multoq; magis misericordiam prouocāt quæ oculis vsurpamus. [6] Ceterum peculiaris vobiscū nostra ratio est. nam de mei erga vos animi conscientia mutuam spero a vobis quasi meo iure beneuolētiam. Nunc autem illud incidit, quum & mihi sit iudicium faciundum, frustrane vobis honorē tamdiu habuerim, studiumq; omne meū lubens detulerim: & vobis, referenda gratia ostendendum, non esse vos eorū quæ acceperitis immemores. Videtis filium, quem ipsimet educastis,
5 † primas nūc adolescentiæ metas ingredientem, quasiq; in salo atq; in fluctu vitæ, gubernatoribus indigētem; [7] ne rerū imperitia de recto quasi cursu ablatus, malis artib. impingat. Esto igitur vos illi pro me vno multi parētes, excolendo scilicet atque optima suggerendo. Neq; enim aut pecuniæ vis, tyrannidis luxuriam explere; aut stipantia satellitū agmina, tueri principem possunt; [8] nisi illi ipsi quos regas, animū imperāti beneuolentiamq; accommodent. Quippe ii demum diu tutoq; imperant, qui non metum ex crudelitate, [9] sed amorē ex bonitate, ciuium suorum animis instillant. Neq; enim quos

ἑαυτὸν κατασκευάσας θέαμα) τά τε Δομετιανοῦ τελευταῖα μεμνημένος, τῆς ἐσχάτης ὠμότητος οὐδὲν ἀπολείποντα. Τοιαύτας δὴ τυραννίδος εἰκόνας ὑπολογιζόμενος, ἐδεδίει τε καὶ ἤλπιζεν. οὐ μετρίως δ' αὐτὸν ἐτάραττον καὶ οἱ Γερμανοὶ γειτνιῶντες, οὓς οὐδέπω πάντας ἐκεχείρωτο, ἀλλὰ τοὺς μὲν πειθοῖ ἐς συμμαχίαν προσηγάγετο, τοὺς δὲ καὶ κρατήσας ἦν τοῖς ὅπλοις. ἦσαν δέ τινες οἳ διαδράντες, πρὸς τὸ παρὸν ἀνακεχωρήκεσαν, δέει τῆς παρουσίας τοιούτου βασιλέως. ὑπώπτευεν οὖν μὴ τῆς ἡλικίας τοῦ μειρακίου καταφρονήσαντες, [a] ἐπιθῶνται αὐτῷ. ἑτοῖμον γὰρ τὸ βάρβαρον καὶ ἐπὶ τῇ τυχούσῃ ἀφορμῇ ῥᾷστα κινεῖσθαι. Κυμαινούσας οὖν ἔχων τοσαύταις φροντίσι τὴν ψυχήν, συγκαλέσας τοὺς φίλους, ὅσοι τε παρῆσαν τῶν συγγενῶν, καὶ τὸν παῖδα παραστησάμενος, ἐπεὶ πάντες συνῆλθον, ἠσυχῇ τοῦ σκίμποδος κουφίσας ἑαυτόν, τοιούτων λόγων ἤρξατο.

Ἀσχάλλειν μὲν ὑμᾶς ἐφ' οἷς ὁρᾶτέ με [b] διακείμενον, θαυμαστὸν οὐδέν. φύσει τε γὰρ τὸ ἀνθρώπινον ἐλεεινὸν ἐν ταῖς τῶν ὁμοφύλων συμφοραῖς· τά τε δεινὰ ὑπ' ὄψιν πεσόντα, οἶκτον προκαλεῖται μείζονα. ἐμοὶ δέ τι καὶ πλέον ὑπάρχειν παρ' ὑμῶν οἴομαι. ἐξ ὧν γὰρ αὐτὸς διάκειμαι πρὸς ὑμᾶς, ἀμοιβαίαν εὔνοιαν εἰκότως [c] ἤλπικα. νῦν δὲ [d] καιρὸς εὔκαιρος ἐμοί τε αἰσθέσθαι μὴ μάτην πρὸς ὑμᾶς τοσούτου χρόνου τιμήν τε καὶ σπουδὴν κατατεθεῖσθαι, ὑμῖν τε, ἀποδοῦναι χάριν, δείξασιν [e] ὅτι ὑπὲρ ὧν ἐτύχετε, οὐκ ἀμνημονεῖτε. ὁρᾶτε δή μοι τὸν υἱόν, ὃν αὐτοὶ ἀνεθρέψασθε, † ἄρτι τῆς μειρακίων ἡλικίας ἐπιβαίνοντα, καὶ δεόμενον, ὥσπερ ἐν χειμῶνι καὶ ζάλῃ, τῶν κυβερνησόντων, μή ποι φερόμενος ὑπ' ἀτελοῦς τῆς τῶν δεόντων ἐμπειρίας, εἰς φαῦλα ἐπιτηδεύματα [f] προσαράξῃ. γίνεσθε δὴ οὖν αὐτῷ ὑμεῖς ἀνθ' ἑνὸς ἐμοῦ πατέρες πολλοί, περιέποντές τε καὶ τὰ ἄριστα συμβουλεύοντες. οὔτε γὰρ χρημάτων πλῆθος οὐδὲν αὔταρκες πρὸς τυραννίδος ἀκρασίαν, οὔτε δορυφόρων φρουρὰ ἱκανὴ ῥύεσθαι τὸν ἄρχοντα, εἰ μὴ προϋπάρχοι ἡ τῶν ὑπηκόων εὔνοια. μάλιστα δὲ ἐκεῖνοι εἰς ἀρχῆς μῆκος ἀκινδύνως ἤλασαν, ὅσοι μὴ φόβον ἐξ ὠμότητος, [g] πόθον δὲ τῆς αὐτῶν χρηστότητος ταῖς τῶν ἀρχομένων ψυχαῖς ἐνέσταξαν. οὐ γὰρ οἱ ἐξ

a Polit. vertit quasi legerit: πάλιν ἐπιθῶνται. b for. οὕτω διακείμενον. Id autem idē est quod ... c Recte Pol. ἤλπικα vertit Spero, nam præs. temporis signif. huic præt. dare solet Herod. vt qui dicit se spem concepisse, hoc præt. spem tamen ; retinere significet. d sic infra καιρὸς εὔκαιρος ἥκει. Alibi vero καιρὸν ... dicit e pro ὅτι ... f ... g vt πόθον hic Polit. vertit amorem, sic infra ἐπόθουν amabant de Commodo ... Sed ... legerunt quod illi assentior.
IN VERS. L. 1 sibi repræsentans vel sibi ante oculos ponens, vel animo figurans. 2 Intell. Germaniæ gentes quæ vicina erat. In seq. quam nondum totam subiugauerat. 3 blanda persuasione in societatem pellexerat. M.
4 desp. mox adolescentis ætate, arma in eum sumerent: vel eum inuaderent. 5 natura homines propinquorum casib. ingemiscunt. M. 6 Sed me aliquid etiam amplius a vobis habere existimo. [sed ego amplius quiddā a vobis expecto. M.]
7 ne eorum quæ officii sui sunt imperitia. 8 nisi eorum quibus imperat, prius adsit beneuolentia. 9 sed sui desiderium ex bon. [desiderium suæ bonitatis, M.]

ἀνάγκης

ἀνάγκης δουλεύοντες, ἀλλ' οἱ μὲν πειθοῖ ὑπακούοντες, ἀνύποπτοι, καὶ ἔξω κολακείας προσποιήτου δρῶντές τε καὶ πάσχοντες διατελοῦσιν· [a] οὐδέ ποτε ἀφηνιάζουσιν, ἢν μὴ βίᾳ καὶ ὕβρει [b] ἐπὶ τοῦτο ἄγωνται. χαλεπὸν δὲ μετρῆσαί τε καὶ ὅρον ἐπιθεῖναι ἐπιθυμίαις, ὑπηρετούσης ἐξουσίας. τοιαῦτα δὲ συμβουλεύοντες αὐτῷ, καὶ ὧν ἀκούει παρὼν ὑπομιμνήσκοντες, ὑμῖν τε αὐτοῖς καὶ πᾶσιν ἄριστον ἀποδείξετε βασιλέα, τῇ τε ἐμῇ μνήμῃ χαριεῖσθε τὰ μέγιστα· οὕτω τε μόνως ἀΐδιον αὐτὴν ποιῆσαι δυνήσεσθε. [c] Τοσαῦτα εἰπόντα τὸν Μάρκον ἐπιπεσοῦσα λειποθυμία κατεσίγασεν· ὑπὸ δὲ ἀσθενείας καὶ ἀθυμίας, αὖθις ὑπτιάζει. οἶκτος δὲ πάντας ἐλάμβανε τοὺς παρόντας, ὡς μηδὲ κατασχόντας τινὰς αὐτῶν [d] εἰς οἰμωγὴν ἀναβοῆσαι. Ὁ μὲν οὖν, νυκτός τε καὶ ἡμέρας ἐπιβιώσας μιᾶς, ἀνεπαύσατο, πόθον τε τοῖς καθ' αὐτὸν ἀνθρώποις ἐγκαταλιπών, [e] ἀρετῆς τε ἀΐδιον μνήμην εἰς τὸν ἐσόμενον αἰῶνα. Τελευτήσαντος δὲ Μάρκου, ἐπεὶ διεφοίτησεν ἡ φήμη, πᾶν τε τὸ παρὸν στρατιωτικὸν καὶ τὸ δημῶδες πλῆθος ὁμοίως πένθει κατείχετο· οὐδέ τις ἦν ἀνθρώπων τῶν ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν, ὃς ἀδακρυτὶ
6 † τοιαύτην ἀγγελίαν ἐδέχετο· πάντες δὲ ὥσπερ ἐκ μιᾶς φωνῆς, οἱ μέν, Πατέρα χρηστόν, οἱ δέ, Ἀγαθὸν βασιλέα, Γενναῖον δὲ ἕτεροι στρατηγόν, οἱ δέ, Σώφρονα καὶ κόσμιον ἄρχοντα ἀνεκάλουν. καὶ οὐδεὶς ἐψεύδετο. Ὀλίγων δὲ διελθουσῶν ἡμερῶν, ἐν ὅσαις περὶ τὴν κηδείαν τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν ἀπησχόλουν, ἔδοξε τοῖς φίλοις προσαγαγεῖν τὸ μειράκιον εἰς τὸ στρατόπεδον· ὡς διαλεχθείη τε τοῖς στρατιώταις, καὶ χρήματα δωρησάμενον, (ὡς ἔθος ἐστὶ τοῖς βασιλείαν διαδεχομένοις) [f] μεγαλόφρονι ἐπιδόσει οἰκειώσηται τὸ στράτευμα. παρηγγέλθη τε δὴ πᾶσιν ἐλθεῖν εἰς τὸ εἰωθὸς πεδίον αὐτοὺς ὑποδέξασθαι. Προελθὼν δὲ ὁ Κόμμοδος, τάς τε βασιλείους θυσίας ἐπετέλει, καὶ βήματος αὐτῷ εἰς ὕψος ἀρθέντος ἐν μέσῳ τῷ στρατοπέδῳ, ἀνελθὼν ἐπ' αὐτό, καὶ περιστησάμενος τοὺς πατρῴους φίλους, (πολλοὶ δὲ καὶ λόγιοι παρῆσαν αὐτῷ) ἔλεξε τοιάδε· Κοινὴν εἶναί μοι πρὸς ὑμᾶς τὴν ἐπὶ τοῖς καταλαβοῦσιν ἀλγηδόνα, καὶ μηδέν τι ἧττον ὑμᾶς ἐμοῦ

seruire necessitas coegit, sed quos obtemperare sua quemque voluntas adegit, ii sunt in agendo patiendoque a suspicione omni assentationeque vacui: numquamque imperia detrectant, [1] nisi violenter contumelioseque sint habiti. [2] Est autem difficile in maxima licentia moderari sibi, quasique frenos imponere cupiditatibus. [3] Quod si bene viuendi auctores illi fueritis, & quæ nunc coram audit, identidem admonueritis, vna opera & ipsum vobis reliquisque omnibus optimum principem redderis, & memoriam nostram demerebimini: quam scilicet immortalem hac vna ratione poteritis efficere. Talia dicentem Marcum ita repente animus defecit vt statim conticesceret, ac languore nimio [4] supinus in lectulum relaberetur. Tanta aut quicumque aderant miseratio inuasit, vt ex iis nonnulli præ dolore [5] parum animi compotes clamorem extollerent. Sed ille, quum diem vnum dumtaxat noctemque superuixisset, fato est functus: sic vt magnum sui desiderium eius ætatis mortalibus: posteris vero, etiam virtutis memoriam reliquerit sempiternam. Postquam vero illius mortem fama vulgauit, incredibilis repente exercitum ipsum, plebemque adeo omnem, luctus occupauit. Neque vlli sane Romanæ dicionis mortales fuerunt, qui non †eiuscemodi nuntium multis lacrymis 6
exceperint: omnesque eum velut vna voce, alii Parentem probum, alii Bonum Imperatorem, quidam Fortissimum ducem, nonnulli etiam Continentem moderatumque principem vocitabant. neque sane quisquam falsus habebatur. [6] Paucis autem post diebus, celebrato iam funere, visum amicis est adolescentem adducere ad exercitum: vt & milites alloqueretur, & ([7] qui nouis Imperatoribus mos est) pecuniis elargiendis [velut auctoramento quodam] illorum sibi animos adiungeret. Edictum itaque omnibus vt in campum de more adessent frequentes. Quum itaque processisset Commodus, ac rem diuinam fecisset, erectumque ad hoc ipsum mediis castris tribunal conscendisset, paternis amicis (qui multi sane doctissimique viri aderant) circumstantibus, ad hunc ferme modum verba fecit: Communem mihi esse vobiscum huius mœrorem calamitatis, [8] neque vos aliter quam meipsum

a Recte ὁδὲ ποτε disiunctè, pro, Neque vnquam. b leg. καὶ πρὸς, videlicet τὸ ἀφηνιάζειν. nisi (inquit) violentia & iniuria ad hoc adducantur: nimirum patientia sæpius læsa, in furorem tandem conuersa. c Hucusque loquutum Marcum, &c. At Polit. vertit quasi essent τοιαῦτα. d pro μεγάλης εἰς οἰμωγὴν nisi ita scripsit. e scr. ἀρετῆς δέ. f sic pag. quæ haut proxime [illegible] ubi vide annot. ¶ IN VERS. L. 1 Vide annot. quæ est e regione. 2 est autem diff. quum quis potentiam sibi ministram habet, mod. 3 quod hæc illi consulueritis, & quæ nunc cor. 4 supinus decumberet. Tan. 5 continere se non possent quin clam. M. 6 paucis autem diebus elapsis per quos filium in par. curando patri occupabant visum am. 7 (qui imperio succedentibus mos est) pec. magnifice elargiendis. 8 neque minori quam me tristitia aff. esse.

affectos esse, planissime persuasum habeo. Neq; enim ego superstite parente ipso meo, superiorem me vobis vmq̃ gessi. Nam ille ita nos vniuersos, vt vnum aliquē, diligebat; lubētiusq; me cōmilitonem q̃ filium vocitabat: quippe hanc, naturæ appellationem; illam vero, virtutis cōmunicationem existimabat. Quin infantem sæpe me in vlnis gestās, vobis dabat in manus, quasiq; vestræ mandabat fidei. [1]Quapropter minime dubito quin mihi omnem sitis beneuolētiam exhibituri: quum pro alumno me maiores natu habere debeant; ipsos autē æquales, condiscipulos armorum iure appellauerim. siquidē ita nos vniuersos vt vnum aliquē pater diligebat, omniq; virtutū studio ac bonis artib. curabat instituendos. Nūc me post illū vobis fortuna principem dedit; nō quidem ascititiū, quales ante me fuerūt; neq; velut acquisito imperio gloriantem. Quippe vnus ego vobis natus educa-
7 tusq; in aula: priuatisq; intactum † cunabulis, statim me, vt ex aluo prodieram, imperatoria purpura suscepit: simulq; sol hominē me vidit & principem. Hæc cū animis vestris reputantes, iure [2] principem colite, nō datum vobis, sed natū. Nam pater quidē iam in cælū euectus, consors est consessorq; deorum: nobis autē orbis terrarum gubernacula, rerumq; humanarum cura incūbit. [3] Quæ quos successus quantasq; habituræ sint vires, in vestra manu est. Si enim belli reliquias fortiter deleueritis, & imperii Romani terminos ad Oceanum vsq; promoueritis, cum vobis ipsis ingentem gloriā comparabitis, tum cōmunis parentis memoriæ debitā gratiam referetis. Atq; eū quidē exaudire quę dicimus, & intueri præsentē quæ gerimus, credite. Nos autē felicissimos, qui benefactorum nostrorum testem eiusmodi simus habituri. Quæ igitur ad hanc diē fortissime prosperrimeq; gessistis, illius scilicet sapientię gubernationiq; tribuuntur. quæ aūt mecum, [hoc est, cū] iuuene Imperatore vestro, p̄clare feceritis, ea sunt vobis ipsis quasi peculiarem cum fidei tū virtutis claritudinē paritura. Quocirca & ætati meæ *iuuenili* rebus strenue gerendis auctoritatē conciliabitis, & barbara gens initio noui principatus repressa, neq; in præsens, cōtemptu ętatis nostræ, se efferet audacius, & suis nunc edocta periculis, metu deinceps perpetuo coercebitur. His dictis pecuniā [4]magna

διαφόρως, ἐμαυτῷ ἀκριβῶς πέπεικα. οὐδὲ γὰρ περιόντος μοι τοῦ πατρὸς, πλεονεκτεῖν ὑμῶν ἠξίουν. ἐκεῖνος γὰρ πάντας ἡμᾶς ὡς ἕνα ἠγάπα. ἔχαιρεν οὖν μᾶλλον συστρατιώτην με ἢ υἱὸν καλῶν· τὸ μὲν γὰρ, προσηγορίαν ἡγεῖτο φύσεως, τὸ δὲ, ἀρετῆς κοινωνίαν. φέρων τέ με πολλάκις νήπιον ὄντα, ταῖς ὑμετέραις ἐνεχείριζε πίστεσι. διόπερ καὶ ῥᾷστα πάσης εὐνοίας μεθέξειν παρ' ὑμῶν ἤλπικα· τῶν μὲν πρεσβυτέρων τροφεῖά μοι ταῦτα ὀφειλόντων· τοὺς δὲ ἡλικιώτας, εἰκότως ἂν καὶ συμφοιτητὰς τῶν ἐν ὅπλοις ἔργων ἀποκαλοίην. πάντας γὰρ ὑμᾶς ὡς ἕνα ὁ πατὴρ ἐφίλει τε, καὶ πᾶσαν ἀρετὴν ἐπαίδευεν. ἔδωκε δὲ μετ' ἐκεῖνον ἐμὲ βασιλέα ἡ τύχη, οὐκ ἐπείσακτον, ὥσπερ οἱ πρὸ ἐμοῦ, [a] προσκτήτῳ σεμνυνόμενον ἀρχῇ· ἀλλὰ μόνος τε ὑμῖν ἐγὼ ἐν τοῖς βασιλείοις ἀπεκυήθην· καὶ μὴ πειραθέντα με ἰ-
διωτικῶν † σπαργάνων, ἅμα τῷ τῆς γαστρὸς προελθεῖν, ἡ βασίλειος ὑπεδέξατο πορφύρα· ὁμοῦ δέ με εἶδεν ἥλιος ἄνθρωπον καὶ βασιλέα. 7
Εἰκότως ἂν οὖν ταῦτα λογιζόμενοι, στέργοιτε οὐ δοθέντα ὑμῖν ἀλλὰ γεννηθέντα αὐτοκράτορα. ὁ μὲν γὰρ πατὴρ εἰς οὐρανὸν ἀναπτὰς, ὀπαδὸς ἤδη καὶ σύνεδρός ἐστι θεῶν· ἡμῖν δὲ χρὴ μέλειν τῶν ἐν ἀνθρώποις, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς διοικεῖν. κατορθοῦν δὲ αὐτὰ καὶ βεβαιοῦν, ὑμέτερον ἔργον, εἴ τά τε τοῦ πολέμου λείψανα μετὰ πάσης ἀνδρείας ἀπαλείψοιτε, καὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν μέχρις Ὠκεανοῦ προαγάγοιτε. ὑμῖν τε γὰρ ταῦτα δόξαν οἴσει, καὶ τὴν τοῦ κοινοῦ πατρὸς μνήμην χάρισιν ἀξίαις οὕτως ἀμείψεσθε· ὃν ἐπακούειν τε τῶν λεγομένων, καὶ τὰ πραττόμενα ἐφορᾶν ἡγεῖσθε. εὐδαιμονοίημεν δ' ἂν τὰ δέοντα πράττοντες ὑπὸ τοιούτῳ μάρτυρι. καὶ τὰ μὲν πρότερον ὑμῖν ἀνδρείως κατορθωθέντα, εἰς τὴν ἐκείνου σοφίαν τε καὶ στρατηγίαν τὴν ἀναφορὰν ἔχει. ὅσα δ' ἂν σὺν ἐμοὶ, βασιλεῖ νέῳ, προθύμως ἐπιδείξησθε, τούτων τὴν δόξαν πιστεώς τε ἀγαθῆς καὶ ἀνδρείας ἀποίσεσθε· τό τε ἐν ἡμῖν νέον σεμνότητος πληρώσετε τῇ τῶν ὑμετέρων ἔργων ἀνδραγαθίᾳ. τό τε βάρβαρον ἐν ἀρχῇ νέας ἡγεμονίας κολουθὲν, οὔτε εἰς τὸ παρὸν καταθαρσήσει, τῆς [b] ἡλικίας καταφρονῆσαν, τά τε μέλλοντα φοβήσεται, δέει τῶν πεπειραμένων.

Τοσαῦτα ὁ Κόμμοδος εἰπὼν, καὶ [c] μεγαλόφροσι

a deesse puto ὑπὸ vel καὶ ante προσκτήτῳ. b deest, vel relictum est subaudiendum, ὑπεριδόν. c sic pag. praeced. μεγαλόφρονι ἐπιδόσει pro magnifica: quasi videlicet hæc magnificentia a magnanimitate proficiscatur, aut cum sit comes. ¶ IN VERS. L. 1 quapropter omnem a vobis beneuolentiam me consequuturum spero: quum maiores natu hæc, vt alumno, officia debeant. 2 Imperatorem, αὐτοκράτορα. 3 quas in rectum firmumque statum compónere, vestri officiū est: si & belli rel. vel, ad rectum firmumque statum perducere, v. off. 4 magnifice elarg. vide annot. a regione.

δωρεαῖς

δωρεαῖς χρημάτων οἰκειωσάμενος τὸ στρατιωτικόν, εἰς τὴν βασίλειον ἐπανῆλθεν αὐλήν. Ὀλίγου μὲν οὖν τινος χρόνου πάντα ἐπράττετο τῇ γνώμῃ τῶν πατρῴων φίλων, οἳ πανημέριοι συνῆσαν αὐτῷ, τὰ βέλτιστα συμβουλεύοντες, καὶ τοσοῦτον ἐνδιδόντες χρόνον ὅσον ἐνόμιζον αὐτάρκη πρὸς σώφρονα τοῦ σώματος ἐπιμέλειαν· παρεισδύντες δέ τινες τῶν ἐπὶ τῆς αὐλῆς οἰκετῶν, διαφθείρειν ἐπειρῶντο νέον ἦθος βασιλέως, ὅσοι τε [a] κόλακες τραπέζης, καὶ τὸ εὔδαιμον γαστρὶ καὶ τοῖς αἰσχίστοις
8 †μετροῦσιν [b] ὑπομιμνήσκοντες αὐτὸν τῆς ἐν Ῥώμῃ τρυφῆς, θεάματά τε καὶ ἀκούσματα τερπνὰ διηγούμενοι, τήν τε τῶν ἐπιτηδείων δαψίλειαν καταριθμοῦντες· διαβάλλοντές τε πᾶσαν τὴν ἐπὶ ταῖς ὄχθαις τοῦ Ἴστρου ὥραν, μήτε ὀπώρας εὔφορον, κρυεράν τε ἀεὶ καὶ συννεφῆ· Οὐ παύσῃ δ', ἔλεγον, ὦ [c] δέσποτα, πηγνύμενόν τε καὶ ὀρυττόμενον πίνων ὕδωρ; ἄλλοι δ' ἀπολαύσουσι πηγῶν τε θερμῶν, καὶ ψυχροῦ νάματος, ἀτμίδων τε καὶ ἀέρων ὧν Ἰταλία μόνη εὔφορος. Τοιαῦτα δή τινα τῷ μειρακίῳ [d] ὑποτυπούμενοι, ἤγειρον αὐτοῦ τὰς ὀρέξεις εἰς τὴν ἡδονῶν ἐπιθυμίαν. αἰφνιδίως * δὲ καλέσας τοὺς φίλους, ποθεῖν ἔλεγε τὴν πατρίδα. ὁμολογεῖν δὲ τὰς αἰτίας τῆς αἰφνιδίου ὁρμῆς αἰδούμενος, δεδιέναι προσεποιεῖτο μή τις ἐκεῖσε προκαταλάβοι τὴν βασίλειον ἑστίαν τῶν εὐπατριδῶν πλουσίων, εἶθ' ὥσπερ ἐξ ὀχυρᾶς ἀκροπόλεως, δύναμιν [e] καὶ προβολὴν συγκροτήσας, [f] ἐπιθῆται τῇ ἀρχῇ. αὐτάρκης [g] δ' ὁ δῆμος χορηγῆσαι πλῆθος ἐπιλέκτων νεανιῶν. Τοιαῦτά τινα προφασιζομένου τοῦ μειρακίου, οἱ μὲν ἄλλοι συνεστάλησάν τε τὴν ψυχὴν, καὶ σκυθρωπαῖς ταῖς ὄψεσιν εἰς γῆν ἔνευον. Πομπηιανὸς δ', ὃς πρεσβύτατός τε ἦν ἁπάντων, καὶ καὶ ἐπιγαμίαν προσήκων αὐτῷ, (συνῴκει γὰρ τῇ πρεσβυτάτῃ τῶν ἀδελφῶν τοῦ Κομμόδου) Ποθεῖν μέν σε, ἔφη, τέκνον καὶ δέσποτα, τὴν πατρίδα, εἰκός. καὶ γὰρ αὐτοὶ τῶν οἴκοι ὁμοίᾳ ἐπιθυμίᾳ ἐαλώκαμεν. ἀλλὰ τὰ ἐνταῦθα, προὐργιαίτερα ὄντα, καὶ μᾶλλον ἐπείγοντα, [h] ἀπέχει τῆς ἐπιθυμίας. τῶν μὲν γὰρ ἐκεῖσε, καὶ ὕστερον ἐπὶ πλεῖστον αἰῶνα ἀπολαύσεις· (ἐκεῖ τε ἡ Ῥώμη, ὅπου ποτ' ἂν

copia elargitus, [1] ut sibi animos militum fidos faceret, in aulam reuersus est. Igitur breue sane ad tempus omnia paternis amicis auctoribus gerebantur: [2] qui assiduitate prudentique consilio nullo loco deerant; tantum ei tribuentes laxamenti, quātum satis esse ad tuendam corporis valetudinem arbitrabantur. Paulatim deinceps irrepsere nonnulli ex aulico famulitio, qui sibi ad corrumpendam iuuenis Imperatoris indolē nihil facerent reliqui. Quippe mensarii adulatores, qui ventre atq; obscenis voluptatibus felicitatem † metiebātur, 8 idētidem illum vrbis deliciarum admonebant: & nunc, quæ illic visu audituque iucunda forent, commemorabant; [3] nūc rerum omnium copiam atque affluentiam ferebant laudibus. Ad hæc ripas Istri, vt omni tempore incommodas vituperabant, quæ neque pomiferos haberent frutices, & perpetuis rigoribus nubibusq; obtinerentur. Numquamne, Imperator (aiebant) concretam gelu atq; effossam potare aquā desines? alii calidis fontibus, riuorumque fluentium frigore, aurisque & cælo illo fruentur Italiæ peculiari. [4] Tali scilicet illecebrarū mentione, [facile] adolescentis animum voluptatum cupidinibus incenderunt. Itaq; statim conuocatis amicis, teneri se patriæ desiderio non dissimulauit: causas tamen tam repentinæ mutationis fateri veritus, sollicitū se aiebat esse, ne quis opulens ex nobilitate domū occuparet principis: dein collectis viribus, quasi ex munitissima arce summam sibi rerū vindicaret. posse *enim* ex populo satis magnam vim delectorum iuuenum cōflari. Talia causante illo, reliquis metu defixis, terramque tacito vultu mœstoq; intuentibus, surgens Pompeianus, qui & ætate reliquos anteibat, & *affinitate iunctus ei erat:* (*nam* Commodi sororem natu maximam in matrimonium habebat) Teneri te, inquit, o fili & domine, patriæ desiderio, minime mirandum. Quippe eadem [5] nos quoque rerum domesticarum cupido sollicitat: sed ei tamen resistimus quoniam priores partes agunt magisque incumbunt nobis quæ hic expedienda supersunt. Nam illis quidem vel in posterum [6] diutius perfrueris: (Roma autem illic est vbi

exceptare impetum, aut bellicam virtutem volent experiri: præsertim quũ & corporum proceritatibus, & armorum exercitationibus, & conserenda manu longe vobis impares habeantur. Quare occupemus quamprimum Romam, larem ipsum imperii: reliqua dein facile expedituri; cum deorum oraculis, tum armorum corporumq; vestrorum viribus cõfidentes. ¶ Hæc loquutum Seuerum faustis acclamationibus milites exceperunt, Augustum Pertinacemque appellantes: studiumq; in eum propensum atq; egregiam voluntatem [1] pollicebantur. At Seuerus, nihil procrastinandum ratus, armari *ac vasa colligi* quam expeditissime iubet, iterque ad vrbem edicit: distributisq; viritim cibariis, omniq; viatico, [2] nihil sibi ad celeritatem facit reliqui, nullis interquiescens locis: ac vix residere tantisper milites passus, donec a nimia itineris contentione respirarent. Ipse inter primos laborãs, viliq; tabernaculo vtẽs, cibum potumq; eundem quem etiam ceteri milites, capiebat: nihil vmquam imperatoriæ luxuriæ, nihil deliciarum ostentans: sic vt acceptior in dies [3] militibus fieret. † Nam quum laborum omnium non modo particeps, sed princeps etiam auctorq; foret, adeo cunctis venerabilis erat, vt nihil non pro illo cupidissime facturi viderentur. Postea vero quam emensa Pannonia ipsos Italiæ [4] mõtes insedit, famamq; sui præueniẽs, prius coram conspectus est quam aduentare auditum fuerat, magnus scilicet omnes Italiæ ciuitates tanto conspecto exercitu metus inuasit: quippe homines in Italia iampridẽ ab armis belloq; remotissimi, agros pacemque colebant. Etenim quamdiu libera ciuitas egit, atque a senatu belli duces [5] eligebantur, fuere in armis semper Italiæ nationes; Græcisque & barbaris subactis, terræ sibi marisque imperium pepererunt: neque vlla orbis terrarũ pars aut cæli tractus fuit quo non vires suas Romanorũ arma protulerint. Postea vero quam Augustus rerum potitus est, & laborem Italis ademit, & arma detraxit: [6] milites tãtum quosdam certis auctoramentis habuit mercenarios, qui Romanũ

¶ IN VERS. L. 1 præ se ferebant. 2 iter capessit: magnaque contentione & generosis laboribus viam accelerat, neque vsquam commorans, (*vel aliquid moræ interponens*) neq; interquiescendi spatium concedens: nisi quo milites, paululum respirantes, iter mox persequerentur. Ipse inter pr. 3 commilitonibus, M. 4 fines, M. 5 emittebantur. 6 sed præsidia & legiones imperio munimenta esse voluit, milites quosdam certis auct. constituens mercenarios, qui Rom. imperio vice murorum essent, tum fl. *Polit. tamen alicubi τὰ στρατόπεδα καὶ τὰ φρούρια vertit* castra & castella. [*Memm. vertit*, præsidiorum atque exercituum vtens propugnaculis]

tuerentur imperium: tum fluuiorum magnitudine atq; fossarum, montibusq; asperrimis, desertisq; locis atq; imperuiis circumseptos imperii limites communiuit. Quocirca merito omnes, postquã aduentare Seuerum cum tanto milite audiuerunt, insueta re perterriti, quum neq; stare contra, neq; prohibere auderent, ibant obuiã laureati, portisq; eum patentibus excipiebant. Ille, tamdiu locis singulis immoratus quãdiu aut sacra faceret aut populos alloqueretur, Romam e vestigio pergebat. ¶ Quæ vbi Iuliano nũtiata sunt, [1] actum de se prorsus existimauit. Nam & exercitus Illyrici potẽtiam multitudinemq; audiebat: & populo parum fidebat, cui se cernebat inuisum; neq; satis magnã spem in militibus habebat, quos videlicet fefellisset. Itaq; collectas vndique pecunias, partim suas, partim ab amicis acceptas, tum quascumq; in templis aliisq; locis publice inuenisset, diui-
51 dere militibus instituit: † vt eo pacto illorum beneuolentiã redimeret. Sed ei, tametsi multa magnaq; acceperãt, nullam tamen habebãt gratiam: persolui debitum sibi, non dari munus aliquod, interpretantes. ¶ Ceterum suadentibus amicis Iuliano vt exercitum educeret, atq; Alpium angustias occuparet: (sunt autem Alpes, altissimi montes, quales in his regionibus nulli; porrecti ad muri formam, circũdatiq; Italiæ: quasi ad reliquam regionis eius felicitatem hunc etiam quasi cumulum natura addiderit; vt munitionem haberet inexpugnabilem, pertingentem scilicet a septemtrionali ad id mare quod ad meridiẽ spectat) non ausus tamẽ ille vrbe egredi, supplicatũ militibus mittebat, vti arma caperent, exercerẽtq; se, ac fossas ante vrbem ducerent: [2] omnemq; belli apparatum in ipsa demum vrbe expediebat. Siquidẽ elephantos quoque, quos ad pompam institutos habebat, insuefacere conabatur sessorẽ pati: ratus Illyricos milites equosque eorum perterritũ iri facie magnitudineq; belluarũ quales antea nullas aspexissent. Totaq; ciuitas armis fabricandis, bellicisq; instrumẽtis conficiendis erat intẽta. Sed cũctantib. adhuc Iuliani militib. ac se cõparantib. ad bellũ, [3] nuntiatur adesse iã Seuerus. Is multos e militib. suis sparsim dimiserat, qui clã Romã pficiscerẽtur. quare alii aliis itineri-

τείχους τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς· ποταμῶν τε μεγέθεσι καὶ τάφρων, ἢ ὀρῶν περιβλήμασιν, ἐρήμῳ τε γῇ καὶ δυσβάτῳ φράξας τὴν ἀρχὴν, ὠχυρώσατο. Ὅθεν τὸν Σεβῆρον προσιόντα πυνθανόμενοι τότε μετὰ τοσούτου στρατοῦ, εἰκότως ἐταράττοντο ὑπὸ ἀήθους τοῦ πράγματος. οὔτε δὲ ἀντιστῆναι ἢ κωλῦσαι ἐτόλμων. ὑπήντων δὲ δαφνηφοροῦντες, καὶ πύλαις ἀναπεπταμέναις ἐδέχοντο. ὁ δὲ τοσοῦτον ἀνεπαύετο ὅσον καλλιερῆσαί τε καὶ τοὺς δήμους προσειπεῖν· εἰς δὲ τὴν Ῥώμην ἠπείγετο. ¶ Ὡς δὲ ταῦτα ὑπὸ Ἰουλιανῷ ἀπηγγέλλετο, ἐν ἐσχάτῃ ἀπογνώσει ἦν, τοῦ μὲν Ἰλλυρικοῦ στρατοῦ τὴν δύναμιν καὶ τὸ πλῆθος ἀκούων· οὔτε δὲ τῷ δήμῳ πιστεύων, ἐπεὶ μεμίσητο· οὔτε τοῖς στρατιώταις θαρρῶν, οὓς ἐψεύσατο. χρήματα δὴ πάντα ἀθροίζων τά τε αὐτοῦ καὶ παρὰ τῶν φίλων, καὶ, εἴ τινα ἦν, ἐκ δημοσίων ἱερῶν καὶ τόπων λαμβάνων, τοῖς στρατιώταις διανέμειν ἐπειρᾶτο, † ὡς ἂν κτήσαιτο τὴν 52
εὔνοιαν αὐτῶν. οἱ δὲ, καίτοι μεγάλα λαμβάνοντες, χάριν οὐκ ᾔδεσαν. ὄφλημα γὰρ αὐτὸν ἀποτίνειν, ἀλλ᾽ οὐ δωρεὰν διανέμειν ἐλογίζοντο. Ὁ δὲ Ἰουλιανὸς, καίτοι συμβουλευόντων αὐτῷ τῶν φίλων ἐξαγαγεῖν τὸ στρατιωτικὸν, καὶ τὰ στενὰ τῶν Ἄλπεων προκαταλαβεῖν, (μέγιστα ἐκεῖνα ὄρη, καὶ οἷα οὐκ ἄλλα ἐν τῇ καθ᾽ ἡμᾶς γῇ, ἐν τείχους σχήματι περίκειται, καὶ προβέβληται Ἰταλίας· καὶ τοῦτο μετὰ τῆς ἄλλης εὐδαιμονίας περισσευούσης τῆς φύσεως Ἰταλιώταις, ἔρυμα ἄρρηκτόν τε καὶ [a] αὐτῶν προβεβλῆσθαι ἀπὸ τῆς ἀρκτῴας θαλάσσης ἐπὶ τὴν [b] μεσημβρίαν βλέπουσαν διήκει) ἀλλ᾽ οὐδὲ τῆς πόλεως προελθεῖν Ἰουλιανὸς ἐτόλμα· διέπεμπέ τε, τῶν στρατιωτῶν δεόμενος ὁπλίζεσθαί τε καὶ γυμνάζεσθαι [c] πρὸ δὲ τῆς πόλεως τάφρους διορύττειν. καὶ τὴν πρὸς Σεβῆρον μάχην ὡς ἐν τῇ πόλει ποιησόμενος παρεσκεύαζε· τούς τε ἐλέφαντας πάντας, οὓς εἰς πομπὴν [d] ὑπηρετῶν ἐπὶ νώτων φέρειν ἐπειρᾶτο παιδεύειν· οἰόμενος οὕτως ἐκπλήξειν τούς τε Ἰλλυρικοὺς, καὶ τὴν τῶν πολεμίων ἵππον δείματα ἕξειν ὄψει καὶ μεγέθει θηρίων μὴ πρότερον αὐτοῖς ἑωραμένων. τότε δὴ πᾶσα ἡ πόλις ὅπλα εἰργάζετο, καὶ τὰ πρὸς πόλεμον παρεσκευάζετο. Μελλόντων δὲ τῶν Ἰουλιανοῦ στρατιωτῶν ἔτι, καὶ τὰ πρὸς πόλεμον ἕτοιμα ποιούντων, ἀγγέλλεται ὁ Σεβῆρος ἤδη προσιών. καὶ πολὺ τοῦ στρατεύματος μέρος διασκεδάσας ἐκεῖνος, κελεύει παρεισδύεσθαι εἰς τὴν πόλιν. οἱ δὲ, κατὰ πάσας ὁδοὺς διανείμαντες

a Post καὶ aliquid deest. aliud fortasse adiectiuum ad ἔρυμα pertinens. b for. πρὸς μεσημβρίαν. c for. πρὸ δὲ τῆς. d Pol. aliter legisse videtur. ¶ IN VERS. L. 1 in summa desperatione erat. 2 & se resque suas ita comparabat quasi aduersus Seuerum in ipsa vrbe dimicaturus esset. 3 nuntiatur aduentare iam.

αὐτοῖς

αὐτοῖς· πολλοὶ δὲ εἰς Ῥώμην νύκτωρ λανθάνοντες εἰσῄεσαν, τὰ ὅπλα ἐπικρύπτοντες, ἐν ἰδιωτῶν σχήματι. καὶ ἤδη οἱ πολέμιοι ἔνδον ἦσαν, τοῦ Ἰουλιανοῦ ἔτι ἐνσταλιάζοντος καὶ τὰ πραττόμενα ἀγνοοῦντος. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα διέπυστα τῷ δήμῳ ἐγένετο, ἐν ταραχῇ πολλῇ πάντες ἦσαν· καὶ δεδιότες τὴν δύναμιν τοῦ Σεβήρου, τὰ ἐκείνου φρονεῖν προσεποιοῦντο, τοῦ μὲν Ἰουλιανοῦ καταγινώσκοντες ἀνανδρίαν, τοῦ δὲ Νίγρου, μέλλησίν τε καὶ ῥᾳθυμίαν· τὸν δὲ Σεβῆρον ἀκούοντες ἤδη[a] παρόντα, ἐθαύμαζον.

52 † Ὁ δὲ Ἰουλιανὸς, πολλῇ καταλαμβανόμενος ἀφασίᾳ τε καὶ ἀπορίᾳ, ὅπως χρήσεται τοῖς πράγμασιν οὐκ εἰδὼς, ἀθροισθῆναι κελεύσας τὴν σύγκλητον, καταπέμπει γράμματα, δι' ὧν ἐσπένδετο δὴ πρὸς τὸν Σεβῆρον, καὶ αὐτοκράτορα ἀναδείξας, κοινωνὸν τῆς βασιλείας ἐποιεῖτο. ἡ δὲ σύγκλητος ἐψηφίσατο μὲν ταῦτα· ὁρῶντες δὲ τὸν Ἰουλιανὸν ἀποδειλιῶντα καὶ ἐν ἀπογνώσει, τῷ Σεβήρῳ πάντες ἤδη προσετίθεντο. δύο δέ που ἢ τριῶν ἡμερῶν παραδραμουσῶν, ἐπειδὴ ἤδη τὸν Σεβῆρον[b] καὶ αὐτῇ τῇ πόλει ἐπιστησόμενον ἤκουον, καταφρονήσαντες τοῦ Ἰουλιανοῦ, συνίασιν εἰς τὸ συνέδριον, τῶν ὑπάτων κελευσάντων, οἳ τὰ τῆς Ῥώμης διοικεῖν εἰώθασιν, ὁπηνίκα ἂν τὰ τῆς βασιλείας μετέωρα ᾖ. συνελθόντες τοίνυν, περὶ τῶν πρακτέων ἐσκέπτοντο, τοῦ Ἰουλιανοῦ ἔτι ὄντος ἐν τῇ βασιλείῳ αὐλῇ, καὶ τὰς παρούσας ὀδυρομένου τύχας, ἱκετεύοντός τε ἐξομόσασθαι τὴν ἀρχὴν, καὶ παραχωρῆσαι πάσης τῆς δυναστείας τῷ Σεβήρῳ. Ὡς δὲ ἔμαθεν ἡ σύγκλητος τὸν Ἰουλιανὸν οὕτω καταπεπληγότα, τὴν δὲ[c] δορυφόρον φρουρὰν διὰ δέος τοῦ Σεβήρου αὐτὸν ἐγκαταλιποῦσαν, ψηφίζεται τὸν μὲν ἀναιρεθῆναι, ἀποδειχθῆναι δὲ μόνον αὐτοκράτορα τὸν Σεβῆρον. πρεσβείας τε πρὸς αὐτὸν ἐκπέμπουσιν ἀπὸ τῶν ἐν ἀρχαῖς ὄντων καὶ τῶν ἐξοχωτάτων τῆς βουλῆς, πάσας αὐτῷ προσφέρειν τὰς σεβασμίους τιμάς. ἐπὶ δὲ τὸν Ἰουλιανὸν εἷς τῶν χιλιαρχούντων ἀναπέμπεται, ἀποκτείνων ἄνανδρον καὶ ἄθλιον πρεσβύτην, ἰδίοις χρήμασιν ὠνησάμενον οὕτω πονηρὸν τέλος. ὁ μὲν οὖν εὑρεθεὶς ἔρημός τε καὶ ὑπὸ πάντων καταλειφθεὶς, αἰσχρῶς ὀλοφυρόμενος ἐφονεύθη. Ἐπεὶ δὲ τὰ παρὰ τῆς συγκλήτου ἐδηλώθη τῷ Σεβήρῳ, ἥ τε τοῦ Ἰουλιανοῦ ἀναίρεσις, ἤρθη εἰς μειζόνων πραγμάτων ἐλπίδα· καὶ σόφισμα ἐχρήσατο ὡς ἂν χειρώσαιτο καὶ αἰχμαλώτους τοὺς τὸν Περτίνακα ἀνῃρηκότας λάβοι. ἐπιστέλλει δὲ καὶ ἰδίᾳ μὲν λανθάνοντα

bus noctu ingressi vrbem, protectis armis habitu paganorum opertiebantur. Iamque intus hostis erat, supino adhuc Iuliano, & * quid ageret ignaro. Quę vbi populus intellexit, cũctis metu perculsis ac Seueri potentiam formidantibus, sentire iam se cum illo simulabant: & Iulianũ quidem, quod imbellis; Nigrum, quod lentus atque iners, vituperantes, Seuerum ipsum iam aduentantem magnopere admirabantur. † Enimuero Iulianus, hæsitabundus atq; inops consilii, conuocato prius senatu, litteras ad Seuerum mittit, quibus fœdus pacisceretur, eumq; in communionem acciperet imperii. Ceterum senatus, etsi illa omnia decernebat, tamen vt eum pauitare desperata salute animaduertit, totus iam ad Seuerum incubuerat. Biduo vero post triduove, audito Seuerum [1] iam plane adesse, [omnes] contempto Iuliano in curiam conuenere, iussu consulum. quippe iis curæ [2] Romana res est quotiens de imperio ambigitur. Qui postquam frequentes affuerũt, quid facto opus esset, inter se deliberabãt: manẽte adhuc in aula Iuliano, ac fortunam suam miserante, suppliciterq; rogante vt sibi eiurare imperium liceret, omnemque eam potestatem Seuero transcribere. Sed vbi intellexit senatus *adeo* pauidum Iulianum, [3] perterritos corporis custodes, ipsum pene ab omnibus destitutum, decreta illius nece, Seuerum *solum* Imperatorem declarãt. Tum legatos ad eum mittunt, partim qui magistratum obtinerent, partim qui maximam haberẽt in senatu auctoritatem; vt omnes illi honores augustorum deferrent. Occidendi autem Iuliani datur vni e tribunis negotium. Is imbellẽ miserumq; senẽ, qui sibi ipse tam infelicẽ exitum propria pecunia emisset, desertum iam destitutumque ab omnibus, inter fœdissimas cõplorationes trucidauit. Quæ vbi Seuerus audiuit, maiora iam moliens animo, consilium *vafrum* iniit capiendorum militum omnium quicumque Pertinacem interemissent. Datis itaq; clam

a *Scribendum puto* προσιόντα: *ut paulo ante dixit* ἤδη προσιών: *& dicet paulo post* ἤδη ἐπιστησόμενον. b *For. ante* καὶ *aliquid desideratur.* c *Malim* δορυφόρων. ¶IN VERS. L. 1 iamiam aduenturum in vrbem. 2 Ro. res est, quum suspensa est regia dignitas. *sed more posteriorum* Romanorum *loquendo, dicendum potius* Imperatoria *dignitas: sicut &* βασιλεὺς *apud hunc passim redditur voce* Imperator. *Alioqui possemus etiam illa omnia verba,* ὁπηνίκα ἂν τὰ τῆς βασιλείας μετέωρα ᾖ, *interpretari his duobus,* in interregno. 3 & stipatorum custodiam cum metu Seueri destituisse, deca-

ad tribunos centurionesque litteris, hortatur, multa pollicens, persuadeant militibus vrbanis vt sibi dicto audientes sint. Ipse edictum proponit,
53 † vt relictis intra castra armis, [1] exeant pacatorum habitu: quales procedere in pompam, aut ludos celebrare consueuissent: iurentque in Seueri nomen; ac spem sibi optimã proponentes, præsto sint vt nouum Imperatorem comitentur. His creditis, milites, suasu quoq; tribunorum, relictis armis, pomparum habitu laureati processerunt. Sed vbi ad exercitum Seueri peruenerunt, nuntiato iam adesse, iubet in campum *ita* conuenire frequentes, quasi salutaturus ac perbenigne accepturus vniuersos. Enimuero quum ad tribunal principis accessissent, [2] vnanimiter acclamantes, dato repente signo comprehendũtur. ita enim præceperat Seuerus, vt, quum stare pendentes eos ab ore principis vidissent, circuirẽt vniuersos [milites] sui more hostiũ; neminemque vulnerantes aut pulsantes, tantum orbe facto clausos in medio cõtinerent; pila dumtaxat intendentes & hastas; vt scilicet metu vulnerum, nudi resistere armatis, paucique plurimis minime auderent.
Quos vbi velut [3] indagine armorum conclusos captiuosq; habuit, magna voce ac turbido spiritu, ita ad eos verba fecit; [4] Superari vos a nobis vel sapiẽtia, vel viribus, vel etiam numero, re ipsa videtis. Capti estis quã facillime, ac nullo ferme negotio tenemini. Quid futurũ de vobis sit, in mea manu ẽst: iã scilicet victimæ hic statis obnoxiæ nostro imperio. Si sceleri vestro debitũ quęratis supplicium, numquam sane inuenietis. sanctissimum illum senem, Imperatoremq; optimum, seruandum tuendumque vobis, ipsi occidistis: Romanum imperium perpetua clarũ gloria, [5] quod maiores nostri aut virtutis aut nobilitatis nomine suscipiebant, hoc vos turpiter fœdeq;, velut aliquid ex priuatorum instrumẽto, [quasi lectores]

γράμματα, τοῖς τε χιλιάρχοις καὶ τοῖς ἑκατοντάρχοις ὑποσχόμενος μεγάλα, ὅπως πείσωσι τοὺς ἐν τῇ Ῥώμῃ στρατιώτας ὑπακοῦσαι εὐπειθῶς τοῖς ὑπὸ τοῦ Σεβήρου κελευομένοις. ἐκπέμπει δὲ καὶ δήλωσιν, † δι' ἧς κελεύει τὰ μὲν ὅπλα αὐτοὺς καταλι- 53
πεῖν ἐν τῷ στρατοπέδῳ, πάντας δὲ ἐξελθεῖν εἰρηνικῷ σχήματι, ὥσπερ εἰώθασι θύοντος ἢ ἑορτάζοντος βασιλέως παραπομπεύειν· ὀμόσαι τε εἰς τὸ Σεβήρου ὄνομα, καὶ μετ' ἀγαθῶν ἐλπίδων ἐλθεῖν, ὡς μέλλοντας τὸν Σεβῆρον δορυφορήσειν. Πιστεύσαντες δὴ οἱ στρατιῶται τοῖς ἐπεσταλμένοις, πεισθέντες τε ὑπὸ τῶν χιλιαρχούντων, τὰ μὲν ὅπλα κατέλιπον πάντα· αὐτοὶ δὲ ἐν μόναις ταῖς πομπικαῖς ἐσθῆσι δαφνηφοροῦντες ἠπείγοντο. ἐπεὶ δὲ πρὸς τῷ στρατοπέδῳ τοῦ Σεβήρου ἐγένοντο, ἠγγέλθησάν τε ἀφικόμενοι εἰς τὸ πεδίον, οὕτως αὐτοὺς ὁ Σεβῆρος συνελθεῖν κελεύει ὡς δὴ δεξιωσόμενος καὶ προσαγορεύσων. ὡς δὲ ἀνελθόντα αὐτὸν ἐπὶ τὸ βῆμα προσῆλθον ὁμοθυμαδὸν εὐφημήσοντες, πάντες ὑφ' ἑνὶ συνθήματι συλλαμβάνονται. παρήγγελτο γὰρ τῷ τοῦ Σεβήρου στρατῷ, ὁπηνίκα ἂν ἑστῶσιν εἰς τὸν βασιλέα ἀποβλέποντες, μετέωρόν τε τὴν γνώμην ἔχοντες, κυκλώσασθαι αὐτοὺς πολεμίῳ νόμῳ, καὶ τιτρώσκειν μὲν ἢ παίειν μηδένα, συνέχειν δὲ καὶ φρουρεῖν φράξαντας ἐν κύκλῳ τοῖς ὅπλοις· τάς τε διαβολίας καὶ τὰ δόρατα ἐπισείειν, ὡς δέει τοῦ τρωθῆναι, γυμνοί τε πρὸς ὡπλισμένους, καὶ ὀλίγοι πρὸς πολλούς, μὴ μάχοιντο. Ἐπεὶ δὲ αὐτοὺς ὥσπερ σαγηνεύσας ἐντὸς τῶν ὅπλων, δορυαλώτους εἶχε, μεγάλῃ βοῇ καὶ θυμοειδεῖ τῷ πνεύματι ἔλεξε πρὸς αὐτοὺς τοιάδε· Ὅτι μὲν ὑμῶν καὶ σοφίᾳ κρείττους ἐσμέν, καὶ δυνάμει στρατοῦ, καὶ συμμάχων πλήθει, ἔργῳ ὁρᾶτε. εἴληφθε γοῦν ῥᾳδίως, καὶ ἀκονιτί γε ἑαλώκατε·[a] ἔστι δὲ ἐμοὶ ὅ τι ποτ' ἂν ὑμᾶς δρᾶσαι θελήσω, καὶ πρόκεισθε ἤδη θύματα τῆς ἡμετέρας ἐξουσίας. εἰ μὲν οὖν ὑμεῖς πρὸς τὰ τετολμημένα τιμωρίαν ζητεῖτε, οὐδ' ἔστιν εὑρεῖν δίκην τῆς ἐπιτεθησομένης ἀξίαν τῶν πεπραγμένων. [b] σεμνὸν πρεσβύτην, καὶ βασιλέα χρηστόν, ὃν ἐχρῆν σώζειν καὶ δορυφορεῖν, ἐφονεύσατε· τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν, ἔνδοξον οὖσαν ἀεί, ἣν καὶ οἱ πρόγονοι ἢ δι' ἀνδρείας ἀρετὴν ἐκτήσαντο, ἢ δι' εὐγένειαν διεδέξαντο, ταύτην αἰσχρῶς καὶ ἀτίμως, ὥσπερ τι τῶν ἰδιωτικῶν κειμηλίων, ἐπ' ἀργυρίῳ

a *Scribo,* ἔστι δ' ἐν ἐμοὶ &c. Est, inquit, in mea potestate vos vt libuerit tractare. b *Magis placeret,* τὸν σεμνὸν πρεσβύτην. *ad est,* illum venerabilem senem. ¶IN VERS. L. 1 exeant pacifico habitu, sicut sacrificante aut festum aliquod celebrante Imperatore, in pompam ante illũ procedere consueuissent: iur. in S. n. & bonã spem concipientes, veniant vt Seuerum stipaturi. His cred. 2 vnanimiterq. ei conscenso iam tribunali acclamaturi essent, M. 3 verriculo M. 4 Nos sollertia, & virib. exercitus, (*vel, copiæ*) & auxiliarium multitudine vobis superiores esse, reipsa videtis. Facile quidem certe & absque vllo certamine capti estis. 5 quod maiores n. aut strenuitate quæ a virtute proficiscebatur, comparauerunt, aut nobilitatis ergo per successionem obtinuerunt. hoc vos turpiter & ignominiose, velut aliquid ex priuata supellectile, argento commutastis. Ac ne eum q. i. quem ita principem elegeratis, custodire aut seruare potuistis; sed ignaue prodidistis.

κατηλλά-

" κατηλλάξαθε. ἀλλ' οὐδ' αὐτὸν οὖν οὕτως ἄρχοντα
54 " † εἵλεσθε, φυλάξαι ἢ σῶσαι ἠδυνήθητε, ἀναίδρως
" δὲ προὐδώκατε. ἐπὶ τηλικούτοις δὴ ἁμαρτήμασί
" τε καὶ τολμήμασι μυρίων ἄξιοι θανάτων, ἣν τις
" ἐθέλοι θέλοι τὴν ἀξίαν τιμωρίαν, ἐστέ. ἀλλὰ τί μὲν
" χρὴ παθεῖν ὑμᾶς, ὁρᾶτε. ἐγὼ δὲ, φείσομαι μὲν ὑ-
" μῶν, ὡς μὴ φονεῦσαι· οὔτε τὰς ὑμετέρας χεῖρας
" μιμήσομαι. ἐπεὶ δὴ μήτε ὅσιον, μήτε δίκαιον, ἔ-
" τι βασιλέα ὑμᾶς δορυφορεῖν, καὶ ἐς τὸν ὅρκον ἀσε-
" βήσαντας, καὶ ἐμφυλίῳ καὶ βασιλικῷ αἵματι τὰς
" δεξιὰς μιάναντας, τήν τε πίστιν καὶ τὸ ἐχέγγυον τῆς
" φρουρᾶς προδόντας· τὰς δὲ ψυχὰς καὶ τὰ σώμα-
" τα, δῶρον τῆς ἐμῆς φιλανθρωπίας ἕξετε· τοῖς τε
" περιειληφόσιν ὑμᾶς στρατιώταις κελεύω ἀποζῶ-
" σαί τε ὑμᾶς, καὶ ἀποδύσαντας εἴ τινας περίκεισθε
" ἐσθῆτας στρατιωτικὰς, γυμνοὺς ἀποπέμπειν. πα-
" ραγγέλλω τε ὑμῖν ἀπιέναι ὡς πορρωτάτω τῆς Ῥώ-
" μης· ἀπειλῶ καὶ διόμνυμαι καὶ προαγορεύω,
" κολασθήσεσθαι κεφαλικῶς, εἴ τις ὑμῶν ἐντὸς ἑκα-
" τοστοῦ σημείου ἀπὸ τῆς Ῥώμης φανείη. Ταῦτα
κελεύσαντος αὐτοῦ, προσδραμόντες οἱ Ἰλλυρικοὶ
στρατιῶται, τά τε ξιφίδια περιαιροῦσιν αὐτῶν ἃ
παρῃώρηντο, τῷ ἀργυρίῳ καὶ τῷ χρυσῷ εἰς
πομπὴν κεκοσμημένα· τάς τε ζώνας καὶ τὰς ἐ-
σθῆτας· καὶ εἴ τι σύμβολον ἔφερον στρατιωτικὸν, ἀ-
φαρπάσαντες, γυμνοὺς ἐξέπεμπον. οἱ δὲ πρόσ-
κοι, προδεδομένοι, καὶ σοφίσματι ἑαλωκότες. τί
γὰρ ἐκεῖνοι δρᾶσαι γυμνοὶ πρὸς ὡπλισμένους,
καὶ ὀλίγοι πρὸς πολλούς; ἀπῄεσαν δ' ὀδυρό-
μενοι· καὶ ἠγάπων μὲν τὴν δοθεῖσαν σωτηρίαν, με-
τεγίγνωσκον δὲ ἐπὶ τῷ ἀνόπλως ἐλθεῖν, αἰσχρῶς
καὶ ἐφυβρίστως ἑαλωκότες. Ἐχρήσατο δὲ καὶ
ἄλλῳ ὁ Σεβῆρος σοφίσματι. δεδιὼς γὰρ μὴ ἄρα
μετὰ τὸ ἀποζωσθῆναι, ἐν ἀπογνώσει γινόμενοι,
ἀναδράμωσιν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, καὶ τὰ ὅπλα ἀ-
ναλάβωσι, προὔπεμψε λογάδας ἐπιλέκτους, ὅ-
θεν γενναιοτάτους ἠπίστατο, δι' ἑτέρων ὁδῶν καὶ ἀ-
τραπῶν· ὡς λαθόντες τό τε στρατόπεδον ἐπεισέλθοιεν
ἀνδρῶν κενὸν, καὶ τὰ ὅπλα καταλαβόντες, εἰ ἐπί-
55 οιεν, ἀποκλείσαιεν αὐτούς. † Δίκην μὲν δὴ ταύ-
την ἔδοσαν οἱ τοῦ Περτίνακος φονεῖς. ¶ Ὁ δὲ Σε-
βῆρος σὺν παντὶ τῷ λοιπῷ στρατῷ ὡπλισμένῳ εἰς
τὴν Ῥώμην ἀφικνεῖται, ἔκπληξίν τε καὶ δέος, ἅμα

vendidistis. Ac ne eum quidē ipsum quem sic ad imperium produxeratis, †seruare saltem ac defensare ausi, homines timidissimi ꝑdidistis. Ob hæc igitur crimina ac facinora vestra mille vobis debentur mortes; siquis par noxę supplicium studeat petere. Proinde quid vos ęquum pati sit, sane videtis.[a] Ego tamen sanguine abstinebo, neque vestras imitabor manus. Sed quoniam ius fasque negat stipari a vobis[b] iam principem, violato iureiurando, ac manibus ciuili & Imperatorio sanguine pollutis, proditaque fide custodiaque: animas quidem & corpora vobis nostra largietur humanitas. porro militibus meis ita pręcipio, recingant vos, ac vestimentis exutos militaribus nudosque dimittant. Vobis autem sic impero, discedatis quam longissime: edico item iuroque ac denuntio, capite pœnas daturum, siquis vestrum posthac intra centesimum ab vrbe lapidem conspicietur. His imperatis, ęuestigio milites Illyrici concurrunt, breuesque illos gladiolos detrahunt quos auro argētoq; ornatos in vsum pompæ suspensos habebant: tum zonis, vestituque & ceteris militiæ insignibus per vim ablatis, nudos ad vnum exauctoratosque dimiserunt. Enimuero illi, proditos se videntes atque astu captos, patientiam scilicet præstabant. nam quid agerent nudi aduersus armatos, pauci aduersus plurimos? Discessere igitur complorantes sese,[2] concessamque salutem loco muneris interpretantes: pertæsi tamen ac dolentes, quod inermes egressi capiendos se turpiter ignominioseque obtulerant. Vsus item alio consilio *vafro* Seuerus est. quippe metuens ne recincti exauctoratiq;, deploratis rebus, rursus castra repeterent, resumerentque arma, præmissos aliis itineribus ac semitis electissimos quosque & exploratissimos suorum militū, iubet clanculū vacua castra irrumpere, armisq; ipsorū occupatis excludere redeūtes. † Hanc 54
igitur pœnā Pertinacis interfectores dederunt. ¶ Post hæc Seuerus cū 55
toto reliquo exercitu instructo armis, Romam petiit, attonitis metuentibusq; pariter primo

a Scribo, ἐπεὶ δὴ μήτε ὅσ. & aliquanto post, τὰς μὲν ψυχ. &c. bis) ἀσείλ. b Fer. κ. ἀπειλῶ: vel potius, ἀπειλῶ γὰρ, κ. δ. c Scri- be λογάδας κ. ἐπιλέκτους. ¶ IN VERS. L. 1 Ego tamen vobis parcam, ita quidem certe vt non interficiam: neque vestras imitabor manus. quoniam vero ius fasque n. 2 & gratum quidem illis erat quod salutem concessisset: sed eos pœnitebat quod inerm. Vel, & contenti quidem erant salute sibi ab eo concessa: sed eos pœnit.

conspectu [1] Romanis, audaciamque viri ac fortunam repetentibus animo. Quem quidem senatus populusque vniuersus laureati exceperunt: primum scilicet ex omnibus hominibus atque Imperatoribus, citra sanguinem, atque adeo citra puluerem, tanti effectorem operis. Omnia porro mirabilia in illo, precipueque ingenii acumen, laborum tolerantia, rebusque maximis aggrediundis bonam sibi spem proponens audacia. [2] Postea vero quam eũ populus faustis acclamationibus suscepit, & senatus [vniuersus] ad portas vrbis consalutauit, inito Iouis templo, factaque re diuina, reliquisque item sacris ædibus de more consalutatis, [nouissime] [2] ad domum imperatoriã se recepit. Postridie vero curiam iniit; ibique placidus orationem habuit plenã optimæ spei: simul omnes publice priuatimque benigne complexus, venisse in vrbem aiebat vt occisum Pertinacem vlcisceretur: daturumque operam vt status optimatium fundamẽta se principe iacerentur: nullum nisi iudicio damnatum, capite bonisve mulctatum iri: non passurum delatores; *sed summam felicitatem suis præbiturum*: æmulum se Marci futurũ gerendo imperio: neq; solum Pertinacis cognomen, sed mentem quoque habiturum. In hanc sententiã verba faciens, fauorem sibi fidemque *eorum quæ pollicebatur, a plerisque* conciliabat. Quidam tamen e maiorib. natu, qui cõsuetum ipsius haberent ingenium, iam tum clanculum reliquis prædicebant, versipellem hunc esse hominem, nihil non astu & arte tractantem, simulatorem dissimulatoremq; idoneum; nihil pensi habentem dũ id efficeret quod vsui sibi aut emolumento crederet fore. quod se-
56 niorum iudicium haud ita multo post euentus comprobauit. † Igitur Seuerus paucos in vrbe dies moratus, dato plebi vberrimo congiario, donatisque abunde militibus, & ex iis robustissimo quoque in locum exauctoratorum delecto ad imperii custodiam, statim ipse in orientem profectionem parat: [3] cunctante Nigro adhuc & supino, atque

τῷ ὀφθῆναι, τοῖς Ῥωμαίοις ἐνέβαλε, τοῖς οὕτω τετολμημένοις τε καὶ εὐτυχηθεῖσιν ἔργοις. ὁ δὲ δῆμος καὶ ἡ σύγκλητος, δαφνηφοροῦντες ὑπεδέχοντο, πρῶτον ἀνθρώπων καὶ βασιλέων ἀναιμωτί τε καὶ ἀκονιτὶ τοσαῦτα κατωρθωκότα. πάντα γὰρ ἐν αὐτῷ ἐθαυμάζετο, μάλιστα δὲ τὸ ἀγχίνουν τῆς γνώμης, τό τε τῶν πόνων γενναῖον, καὶ τὸ εἰς τὰ τολμώμενα ἅμα τῷ θαρραλέῳ εὔελπι. Ἐπεὶ τοίνυν ὅ τε δῆμος αὐτὸν ὑποδεξάμενος εὐφήμησεν, ἥ τε σύγκλητος ἐπὶ τῆς τῆς πόλεως εἰσόδοις [a] προσηγόρευεν, ἀνελθὼν εἰς τὸ τοῦ Διὸς τέμενος καὶ θύσας, ἔν τε τοῖς λοιποῖς ἱεροῖς νόμῳ βασιλικῷ καλλιερήσας, ἀνῆλθεν εἰς τὰ βασίλεια. τῇ δὲ ἐπιούσῃ κατελθὼν εἰς τὴν σύγκλητον, λόγους ἐπιεικεῖς πάνυ καὶ χρηστῶν ἐλπίδων μεστοὺς ἐποιεῖτο πρὸς πάντας, καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ δεξιούμενος· λέγων ἥκειν μὲν ἔκδικος τοῦ Περτίνακος φόνου, τὴν δὲ ἀρχὴν παρέξειν καὶ εἴσοδον ἀριστοκρατίας. μήτε δὲ ἄκριτόν τινα φονευθήσεσθαι ἢ δημευθήσεσθαι, μήτε συκοφαντοῦντος ἀνέξεσθαι· ἀλλὰ [b] βαθυτάτην εὐδαιμονίαν τοῖς ἀρχομένοις παρέξειν, καὶ πάντα πράξειν εἰς ζῆλον τῆς Μάρκου ἀρχῆς· ἕξειν δὲ τοῦ Περτίνακος οὐ μόνον τοὔνομα, ἀλλὰ καὶ τὴν γνώμην. Τοιαῦτά τινα λέγων, ὑπηγάγετο τοὺς πλείστους εἰς εὔνοιαν, καὶ πίστιν ὧν ὑπισχνεῖτο. ἦσαν δὲ τινὲς τῶν πρεσβυτέρων, καὶ γνωριζόντων αὐτοῦ τὸν τρόπον οἳ προὔλεγον λανθάνοντες, ὅτι ἄρα εἴη ἀνὴρ πολύτροπός τις, καὶ μετὰ τέχνης εἰδὼς προσφέρεσθαι πράγμασιν· ὑποκρίνασθαί τε καὶ [c] προσποιήσασθαι πᾶν ὁτιοῦν, ἱκανώτατός ἐστιν ἀνύσαι, καὶ τὸ χρεῶδες καὶ τὸ λυσιτελὲς αὐτῷ. ὅπερ ἔργῳ καὶ ὕστερον δέδειχε. † Διατρίψας οὖν ὀλίγον χρόνον ὁ Σε- 56
βῆρος ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ νομὰς [d] ἐπιδιδοὺς τῷ δήμῳ, μεγαλοφρόνως τε ἐπιτελέσας, τοῖς τε στρατιώταις πολλὰ δωρησάμενος, καὶ τοὺς ἀκμαιοτάτους ἐπιλεξάμενος ἐς τὸ δορυφόρους εἶναι τῆς βασιλείας, τόπῳ τῶν ἀπεζωσμένων, ἐπὶ τὴν ἀνατολὴν ἠπείγετο. ἔτι γὰρ μέλλοντος καὶ ὑπτιάζοντος τοῦ Νίγρου, τῇ τε

a *For.* συγκροτουμένου [illegible] πρὸς αὐτὸν ἐξετάζ. b *Scribo* βαθυτάτην εὐδ. c *Suspicor Herod. scrip.* [illegible] πᾶν ὁτιοῦν [illegible] καὶ ἀνύσαι κατὰ τέχνης. d *Scribo* ἐπιδοὺς. *Præterea Herodianum aduerbium* μεγαλοφρόνως *cum præcedentibus iunxisse (ita enim alib. et utitur) & ante* ἐπιτελέσας *accusatiuum* [illegible] *posuisse puto. ita scribentem,* καὶ νομὰς ἐπιδοὺς τῷ δήμῳ μεγαλοφρόνως, [illegible] τε ἐπιτελέσας. *Alios autem locos facilimos spero, lector, vt meam diuinationem probes.* ¶IN VERS. L. 1 Rom. ob ea quæ tanto cum successu ausus esset. Ceterum populus ac senatus eum l. excipiebant: qui primus ex omn. hom. & Imper. citra sang. atque adeo citra certamen, res suas ad tam felicem exitum perduxisset. Omnia enim in illo admirationi erant: sed potissimum ingenii promptitudo & generositas laborum, atque in iis quæ audebat, coniuncta audaciæ spes bona: vel, robori animi coniuncta spes bona. *Laborum autem generositatem vocat generositatem in tolerandis laboribus, & quasi dicas generosam quandam laborum tolerantiam: aut generosum in illis suscipiendis animum.* 2 domum Imp. conscendit. Postr. vero, quum in curiam descendisset, orationem valde modestam & bonæ spei plenam habuit apud omnes. *Sed hic interpr.* [illegible] *cum seq. iungit, tamquam legens* [illegible] *(vel* [illegible] *) item* [illegible] 3 Nam cunctante adhuc N. ac supine & socorditer se gerente, atque Ant. deliciis indulgente, superuenire inexspectatus volebat, vt imp. oppr.

Αντιοχεία

Ἀντιοχείᾳ ἐντρυφῶντος, ἐπείγεσθαι μηδὲ προσδοκώμενος ἤθελεν, ὅπως ἀπαράσκευον αὐτὸν λάβοι. τούς τε οὖν στρατιώτας ἐκέλευσε παρασκευάζεσθαι πρὸς τὴν ἔξοδον, συνεκρότει τε [a] καὶ πολλαχόθεν στράτευμα, ἔκ τε τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν πόλεων νεανίας μεταπεμπόμενος καὶ στρατεύων, εἴ τέ τι ἦν ἐν τῷ Ἰλλυρικῷ τοῦ στρατιωτικοῦ λείψανον καταλειφθὲν [b] ἐπὶ Θράκην, ἐκέλευεν αὐτῷ συντυχεῖν. ἐξήρτυε δὲ καὶ στόλον ναυτικὸν, καὶ πάσας τὰς κατὰ Ἰταλίαν τριήρεις ὁπλιτῶν πληρώσας ἐξέπεμπε. πολλή τε αὐτῷ καὶ παντοδαπὴ δύναμις μεγίστῳ τάχει συνεσκευάσθη· ᾔδει γὰρ οὐ μικρᾶς δυνάμεως δεόμενος πρὸς πᾶσαν τὴν ἀντικειμένην ἤπειρον Εὐρώπῃ, τὰ Νίγρου φρονοῦσαν. Τὰ μὲν δὴ πρὸς τὸν πόλεμον οὕτως εὐτρέπιζεν. Ἅτε δὲ ἀνὴρ προμηθής τε καὶ νήφων, ὑπώπτευε τὴν ἐν Βρετανίᾳ δύναμιν, πολλήν τε οὖσαν καὶ μεγίστην, ἀνδρῶν τε μαχιμωτάτων. ἦρχε δὲ αὐτῆς πάσης Ἀλβῖνος, ἀνὴρ τὸ μὲν γένος, τῶν ἐκ τῆς συγκλήτου εὐπατριδῶν· ἐν πλούτῳ δὲ καὶ τρυφῇ ἐκ πατέρων ἀνατραφείς. τοῦτον τοίνυν ἠθέλησεν ὁ Σεβῆρος σοφίσματι προλαβὼν οἰκειώσασθαι· μήπως ἄρα τοιαῦτα ἔχων ἐναύσματα εἰς βασιλείας ἐπιθυμίαν, θαρρῶν ἢ πλούτῳ καὶ γένει, δυνάμει τε στρατοῦ, γνώσει τε τῇ [c] παρὰ Ῥωμαίοις, ἐπιθῆται τοῖς πράγμασι, καὶ τὴν Ῥώμην οὐ πολύ τι ἀφεστῶσαν, ἐκείνου τὴν ἀνατολὴν ἀσχοληθέντος, ὑποποιήσηται. τιμῇ τοίνυν προσποιητῷ δελεάζει τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἄλλως μὲν ὄντα τὴν γνώμην χαῦνον καὶ ἁπλοϊκώτερον, τότε δὲ καὶ πολλὰ διὰ γραμμάτων ὀμόσαντι τῷ Σεβήρῳ πιστεύσαντα. Καίσαρα [d] δ' αὐτὸν ἀποδεικνὺς,
57 φθάσας αὐτοῦ τὴν † ἐλπίδα καὶ τὴν ἐπιθυμίαν τῇ τῆς ἐξουσίας κοινωνίᾳ. ἐπιστέλλει δὲ αὐτῷ φιλικώτατα γράμματα δῆθεν, ἱκετεύων ἐπιδοῦναι αὐτὸν εἰς τὴν τῆς ἀρχῆς φροντίδα. δεῖσθαι γὰρ ἀνδρὸς εὐγενοῦς, καὶ τοιούτου, τὴν τε ἡλικίαν ἔτι ἀκμάζοντος, αὐτὸν ὄντα πρεσβύτην, καὶ ὑπὸ νόσου ἀρθρίτιδος ἐνοχλούμενον, τῶν τε παίδων αὐτῷ ὄντων πάνυ νηπίων. Οἷς πιστεύσας ὁ Ἀλβῖνος, τὴν τιμὴν ὑπεδέξατο ἀσμένως, ἀγαπήσας ἄνευ μάχης καὶ κινδύνου λαβεῖν ταῦτα ὧν ὠρέγετο. Ὁ δὲ Σεβῆρος καὶ πρὸς τὴν σύγκλητον τὰ αὐτὰ ἀνενεγκὼν, (ὡς ἂν μᾶλλον αὐτὸν εἰς πίστιν ὑπαγάγοιτο) νομίσματά τε αὐτοῦ κοπῆναι ἐπέτρεψε, καὶ ἀνδριάντων ἀναστάσει ταῖς τε λοιπαῖς

Antiochenis deliciis vacantē: ratus properandum sibi, vt inexspectatus imparatum opprimeret. Edicto igitur militibus vt ad iter se accingerēt, contractisque vndique copiis, ac delectu iuniorum tota Italia habito; "simul reliquiis Illyrici exercitus quæ in Thracia remanserant, occurrere iussis; neque secius ingenti classe coacta, completisque armato milite totius Italiæ triremibus, ingentes sibi omnis generis copias incredibili celeritate comparauit. siquidem haud exiguis viribus *sibi* esse opus intelligebat aduersus nationes partem orbis Europæ oppositam incolentes: quæ scilicet vno ordine omnes Nigri sequebantur auspicia. Ad hunc igitur modum bellum Seuerus instruebat. Ceterum prouidus homo ac sobrius, non nulla suspicione tenebatur de Britannicis exercitibus, maximis videlicet pugnacissimisq;: quibus præerat vniuersis Albinus, senatorii patriciique generis vir, summis opibus ac deliciis *iam inde a maioribus* innutritus. Hunc sibi igitur Seuerus astu ratus adiungendum, ne scilicet diuitiis, genere, exercitibus, famaque nominis, magnis ad concupiscendum imperium facibus, instinctus, summam sibi rerum posceret, Romamque haud procul a Britannia distantem, se bellis orientalibus implicito, occuparet: statuit eum spe quadam honoris inescare; leuem alioquin & simplicem, tunc vero etiam *multa* per litteras iurāti credentem. Quare cum Cæsarem appellans, spem cupiditatemq; hominis † anticipat potestate participanda. 57 Mittit item plenas humanitatis litteras, obsecrans vt ipse [potissimum] curam suscipiat imperii: opus esse viro aliquo nobili, & ætatis integræ; qualis ille foret: se iam senem, morboque articulari affectum: natos, adhuc infantes. Quibus creditis Albinus honorem libenter suscepit; lætus citra pugnam aut discrimen vllum compotem se voti factum. Ceterum Seuerus (quo omnia credibiliora forent) iisdem illis ad senatum relatis, nummisque imagine eius percuti iussis, statuisque erectis, simul aliis

a Aut redundat vocula καὶ, aut post eam deest verbum. b Male iungit Polit. λείψανον cum ἐπὶ Θρᾴκην. Ego hæc verba καταλειφθὲν ἐπὶ Θρᾴκην tendere ad sequentia puto: perinde ac si dictum esset, καταλειφθὲν ἐπὶ Θρᾴκην ἰέναι αὐτῷ συντυχεῖν. c Fer. τῇ περὶ Ῥωμ. d Hic quoque διὸ in commate. ¶ IN VERS. L. i & si quæ adhuc in Illyrico erant militares reliquiæ, in Thraciam descendere, ibique secum coire iussis, 5.

collatis honoribus, fidem gratiæ suæ fecit. [1] Quæ postquam sapienter ab illo *aduersus Albinum* prouisa sunt, nullo iam ex Britannia impendente metu, collectis in vnum circa se Illyricis exercitibus, [2] reliquisque rebus ex vsu comparatis, copias aduersus Nigrum educere instituit. Igitur quibus locis itinere illo remoratus sit, quæ apud quamque ciuitatem verba fecerit, quæ signa diuinitus apparuerint; regiones item peragratas, conflictusque & vtrimque cæsorum numerum, cum plerique historiæ auctores, tum maxime poetæ versibus suis vberrime sunt exsequuti; materiam totius operis, ipsam deniq; Seueri vitam deligentes. Mihi autem propositũ est septuaginta annorum res quas habeam cognitissimas, sub diuersis principibus gestas, in vnum [corpus] comprehensas, litterarum mandare monumentis. Quocirca excellentissima & præcipua quæque rerum a Seuero gestarum, deinceps persequemur; neque ad gratiam vero quidpiam affingentes, (quod fecisse videmus qui illa ætate scriptitarunt) neque tacitum prætereuntes siquid modo mentione dignũ memoriaque videbitur.

58 †HERODIANI HISTORIÆ DE IMPERIO POST MARcum, Liber tertius.

SVPERIORE libro, Pertinacis interitũ cædemque Iuliani, simul profectionem Seueri ad vrbem, susceptamq; mox aduersus Nigrum expeditionem edocuimus. Enimuero Niger, vbi Romam a Seuero occupatam, ipsum a senatu [3] appellatum Imperatorem, nihil tale exspectans, audiuit; præterea omnem Illyricum exercitum contra se, *aliasque* pedestres naualesque copias educi: perturbato vehementer animo, monet prouinciarum præsides, aditus omnes portusque custodiant: mittitque rogatum auxilia ad Parthorum, Armeniorum, atque Atrenorum reges. Cui quidem Armenius neutras se partes suscepturũ respondit, [4] tantum res suas defensurum Seueri aduentu: Parthus autem, satrapis imperaturum per epistolas vti copias

τιμαῖς τὴν δοθεῖσαν χάριν ἐπιστώσατο. Ἐπεὶ δὲ αὐτῷ τὰ πρὸς τὸν Ἀλβῖνον διὰ σοφίας ἀσφαλῶς εἶχεν, οὐδέ τι δέος ἦν ἀπὸ Βρεττανίας, τό τε Ἰλλυρικὸν στράτευμα σὺν αὐτῷ πᾶν εἶχε· διῳκεῖσθαι νομίζων πάντα λυσιτελῶς τῇ ἑαυτοῦ ἀρχῇ, ἐπὶ τὸν Νίγερον ἠπείγετο. Τῆς μὲν οὖν ὁδοιπορίας τοὺς σταθμοὺς, καὶ τὰ καθ' ἑκάστην πόλιν αὐτῷ λεχθέντα, καὶ σημεῖα θείᾳ προνοίᾳ δόξαντα πολλάκις φανῆναι, χωρία τε ἕκαστα καὶ παρατάξεις, καὶ τὸν τῶν ἑκατέρωθεν πεσόντων ἀριθμὸν στρατιωτῶν ἐν ταῖς μάχαις, ἱστορίας τε πολλοὶ συγγραφεῖς καὶ ποιηταὶ μέτρων πλατύτερον συνέταξαν, ὑπόθεσιν ποιούμενοι πάσης τῆς πραγματείας τὸν Σεβήρου βίον· ἐμοὶ δὲ σκοπὸς ὑπάρχει, ἐτῶν ἑβδομήκοντα πράξεις πολλῶν βασιλέων συνάξαντι γράψαι, ἃς αὐτὸς οἶδα. Τὰ κορυφαιότατα τοίνυν, καὶ συντέλειαν ἔχοντα τῶν κατὰ μέρος πεπραγμένων Σεβήρῳ, ἐν τοῖς ἑξῆς διηγήσομαι· οὐδὲν οὔτε πρὸς χάριν εἰς ὕψος ἐξαίρων, (ὥσπερ ἐποίησαν οἱ κατ' ἐκεῖνον γράψαντες) οὔτε παραλείπων εἴ τι λόγου καὶ μνήμης ἄξιον.

†ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ ΤΗΣ ΜΕΤΑ ΜΑΡΚΟΝ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ [ΙΣΤΟΡΙΩΝ] βιβλίον τρίτον. 58

ΤΟ μὲν δὴ Περτίνακος τέλος, καὶ Ἰουλιανοῦ καθαίρεσις, ἥ τε Σεβήρου εἰς τὴν Ῥώμην ἄφιξις, ἥ τε ἐπὶ Νίγερον ἔξοδος, ἐν τῷ πρὸ τούτου συγγράμματι δεδήλωται. Ὁ δὲ Νίγερος, ἐπεὶ ἠγγέλη αὐτῷ, μηδέν τι τοιοῦτον προσδεχομένῳ, κατειληφὼς μὲν τὴν Ῥώμην ὁ Σεβῆρος, ὑπό τε τῆς συγκλήτου αὐτοκράτωρ ἀναγορευθεὶς, ἄγων δὲ πάντα ἐπ' αὐτὸν τὸν Ἰλλυρικὸν στρατὸν, πεζήν τε καὶ ναυτικὴν δύναμιν ἀνήει· ἐν μεγίστῃ ταραχῇ ἦν, διέπεμπέ τε κατὰ ἔθνη πρὸς τοὺς ἡγουμένους, τάς τε εἰσόδους πάσας καὶ λιμένας φυλάττεσθαι κελεύων. ἔπεμπε δὲ καὶ πρὸς τὸν βασιλέα Παρθυαίων τε καὶ Ἀρμενίων καὶ Ἀτρηνῶν, [a] συμμάχους αἰτῶν. ὁ μὲν οὖν Ἀρμένιος, ἀπεκρίνατο μηδετέρῳ συμμαχήσειν, ἀγαπητῶς δὲ τὰ ἑαυτοῦ φυλάξειν, ἤδη προσιόντος Σεβήρου. ὁ δὲ Παρθυαῖος, ἐπιστελεῖν ἔφη τοῖς σατράπαις, δύναμιν

---

a Scribo συμμαχίαν. ¶ IN VERS. L. 1 Vbi autem eius sollertia res aduersus Albinum in tuto collocatæ fuerunt, nullo iam ex Br. 2 quum omnia ita geri existimaret vt suo imperio expediebat, cop. aducit. N. 3 declaratum. M. 4 sed boni consulturum si sua defenderet, iam aduentante Seuero.

ἠθροίζειν· οὕτω γὰρ εἰώθει ὁπηνίκα ἂν δεηθῇ στρα-
τὸν συλλέγειν, τῷ μὴ ἔχειν μισθοφόρους καὶ συνε-
στῶς στρατιωτικόν. Ἀτρηνοὶ δὲ ἦλθον αὐτῷ τοξόται
σύμμαχοι, πέμψαντος Βαρσημίου, ὃς τῶν τό-
πων ἐβασίλευε. τὸ δὲ λοιπὸν στρατιωτικὸν ἤθροι-
ζεν ἐκ τῶν ἐκεῖ στρατοπέδων πολύ. πλεῖστοι δὲ καὶ
τῶν δημοτῶν, τῆς Ἀντιοχείας μάλιστα, ὑπὸ κου-
φότητος, νεανίαι, καὶ τῆς περὶ τὸν Νίγρον σπουδῆς,
ἐπέδοσαν αὐτοὺς ἐς στρατείαν· προπετῶς μᾶλλον
ἢ ἐμπείρως τοῦτο ποιοῦντες. Ἐκέλευσε δὲ καὶ τοῦ
Ταύρου ὄρους τὰ στενὰ καὶ κρημνώδη διαφράτ-
τεσθαι γενναίοις τείχεσί τε καὶ ἐρύμασι· προβλή-
ματα ὀχυρὸν νομίζων τῶν ἐν τῇ ἀνατολῇ ὁδῶν, τὸ
δύσβατον τοῦ ὄρους. ὁ γὰρ Ταῦρος, μεταξὺ ὢν Καπ-
59 παδοκίας † καὶ Κιλικίας, διακρίνει τά τε τῇ ἄρκτῳ
καὶ τὰ τῇ ἀνατολῇ ἔθνη προσκείμενα. προὔπεμ-
ψέ τε καὶ στρατιὰν προκαταληψομένην τὸ Βυζάν-
τιον, πόλιν τὴν ἐπὶ Θρᾴκης μεγίστην τότε καὶ εὐ-
δαίμονα, πλήθει τε ἀνδρῶν καὶ χρημάτων ἀκμά-
ζουσαν. κειμένη γὰρ ἐπὶ τῷ στενοτάτῳ τῆς Προ-
ποντίδος πορθμῷ, προσόδοις ταῖς ἀπὸ θαλάττης,
τελῶν τε καὶ ἁλείας, μεγάλως ὠφελεῖτο· γῆν τε
πολλὴν καὶ εὐδαίμονα κεκτημένη, ἐξ ἑκατέρων
τῶν στοιχείων πλεῖστα ἐκέρδαινεν. ὅθεν τὴν οὖσαν
δυνατωτάτην ὁ Νίγρος προκαταλαβεῖν ἠθέλησε,
καὶ μάλιστα ἐλπίζων δύνασθαι κωλύειν τὴν ἀ-
πὸ τῆς Εὐρώπης ἐς τὴν Ἀσίαν κατὰ τὸν πορθμὸν
διάβασιν. περιτετείχιστό τε γενναίῳ τε καὶ μεγί-
στῳ ἡ πόλις τείχει, πεποιημένῳ * μυλίτου λίθου,
εἰς τετράγωνον εἰργασμένου· τοσαύτῃ τε συνα-
φείᾳ καὶ κολλήσει, ὡς μηδένα οἴεσθαι τὸ ἔργον
συνθετόν, ἑνὸς δὲ λίθου πᾶν πεποιῆσθαι. ἔτι γοῦν
καὶ νῦν τὰ μένοντα αὐτοῦ ἐρείπια καὶ λείψανα ἰ-
δόντι, θαυμάζειν ἔστι καὶ τὴν τέχνην τῶν τὴν ἀρ-
χὴν κατασκευασάντων, καὶ τὴν * ἀρχὴν τῶν ὕστε-
ρον καθῃρηκότων. Ὁ μὲν δὴ Νίγρος οὕτως ἐξήρ-
τυε τὰ καθ' ἑαυτόν, προμηθέστατα καὶ ἀσφαλέ-
στατα, ὡς ᾤετο. ¶ Ὁ δὲ Σεβῆρος, ὡς ἔνι μάλι-
στα, σὺν τῇ στρατιᾷ ἠπείγετο, μηδὲν ῥᾳθυμίᾳ μηδὲ
ἀναπαύλῃ νέμων. μαθὼν δὲ τὸ Βυζάντιον προ-
κατειλημμένον, καὶ εἰδὼς ὀχυρώτατα τετειχισμέ-
νον, ἐπὶ Κύζικον τὸν στρατὸν ἐκέλευσε διαβαί-
νειν. ὁ δὲ τῆς Ἀσίας ἡγούμενος Αἰμιλιανός, ᾧ τὴν

congregarent: ita enim facere con-
sueuit bellum comparaturus. siqui-
dem mercenarios milites atque ordi-
narios exercitus Parthi nullos habēt.
Ex Atrenis autem sagittarii auxiliares
venerunt, missu regis Barsemii, qui
tum in eis regionib. imperitabat. Re-
liquas omnes copias e militibus qui
aderant, [potissimū] conflauit: plu-
rimis etiam e populo, maximeq; An-
tiochenis, cum ætatis leuitate, tum i-
psius Nigri studio impulsis, *atque* au-
dacius quam prudētius nomina dan-
tibus. Sed & Tauri montis angu-
stias ac prærupta loca muro valido
Niger, munimentisque obstruebat:
ratus, mōtem illum imperuium, ma-
gnum orienti propugnaculum futu-
rum. siquidem Taurus inter Cappa-
dociam Ciliciamque † dorsum eri- 59
gens, nationes discriminat orienti ac
septemtrionib. subiectas. [1] Idem By-
zantium præsidio occupauit, vrbem
Thraciæ maximam felicissimamq;,
viribusque & opibus ea tempestate
florentem. Quippe in angustissimo
Propontidos constituta freto, vecti-
galia piscatumque a mari accipit: si-
mul agros possidens amplissimos v-
berrimosque, *ex* vtroque [velut] ele-
mento *magnum* lucrum facit. Visum
igitur Nigro talem hanc vrbem præ-
sidiis occupare, vt classes nauigiaq;
per eas angustias transgredi ex Euro-
pa in Asiam prohiberentur. Erat e-
nim munita vrbs valido ingentique
muro, qui [2] Milesio quadrato lapide
constructus adeo tenui iunctura fuit,
vt nemini compositum opus, sed ex
vno tantum perpetuoque lapide vi-
deretur. Ac nunc quoque ruinas ipsas
reliquiasque quum videris, mireris
vtique vel eorum artificium qui pri-
mi exstruxerunt, vel horum vires qui
deinceps sunt demoliti. Ad hunc
igitur modum Niger suas res [3] com-
probat, prouidentissimo scilicet (vt
ipse putabat) tutissimoq; consilio.
¶ Ceterum Seuerus, quantum maxi-
me poterat, cum suis copiis festinare,
nullum desidiæ quietique locum re-
linquere. Cognito autem præsidiis te-
neri Byzantium, quod sciebat muni-
tissimam esse vrbem, [4] ad Cyzicum se conuertit. Hoc intellecto, dux Asiæ Æmilianus, cui

¶ IN VERS. L. 1 Præmisit etiam exercitum qui Byzantiū præoccuparet, vrbem Thr. tunc temporis max. feliciss. que ac multitudine hominum pariter ac pecuniarum pollentem. 2 *Legisse videtur* Μιλήτου, *aut legendum putauisse.* [*Brodæus Miscell. lib. 6, cap. 11, ex Galeno interpretatur* molari, *id est e quo molas conficere solent.*] 3 *Politianum puto* comparat *scripsisse.* 4 ad Cyzicum transire exercitum iubet.

summã Niger totius belli maximumque imperium tradiderat, & ipse Cyzicum proficiscitur, & copias adducit vniuersas, quascumq; aut Niger miserat aut ipse contraxerat. Sed vbi ventum ad manus, aliquot acerrime editis prœliis, victoria tandem penes Seuerum stetit, fuso fugatoque Nigri † exercitu, *magna etiã eius parte trucidata.* Itaq; contestim fracti orientaliũ animi, Illyricianis autem spes ingens addita. Neque defuere qui crederent Nigri res initio statim, proditas ab Æmiliano, *labefactatas fuisse.* Cuius cõsilii duplicem afferunt causam: [1] alii, Nigro inuidisse, ferentem scilicet haud æquo animo si, quẽ [paulo ante] in Syria successorẽ habuisset, eundem superiorẽ mox, atq; adeo Imperatorem dominumq; esset habiturus: alii, persuasum a liberis, patri per epistolas vitam salutemq; suam cõmendantibus, quos Romæ inuẽtos Seuerus in custodia habebat. Siquidẽ hoc quoq; vsus est prouidẽtissimo cõsilio. Mos fuerat Cõmodo retinere apud se liberos eorum qui ad regendas prouincias cũ imperio proficiscerentur, quasi obsides quosdã beneuolẽtiæ illorum fideiq;. Igitur Seuerus, quumprimum est imperator appellatus, superstite adhuc Iuliano, [2] misit furtim qui suos liberos ex vrbe subducerẽt, ne in alterius essent potestate. Ceterũ ipse, quumprimum Romã ingressus est, cõprehensos omnes ducum liberos, ceterorumq; item quicumq; munus publicum in oriente Asiaq; tota obirent, atq; in custodiã datos, secum retinebat; quo per ea quasi pignora Nigri ducib. persuaderetur vt illum, desiderio salutis liberorum, proderent: aut certe si in fide permãsissent, [3] liberum sibi relinquerent cæde filiorum quos vellet vlcisci. Victi autem ad Cyzicum Nigri milites, quam quisq; maxime poterat, aufugerunt, partim præter Armeniæ montana, quidã per Asiam Galatiamq; superare Taurum festinantes, vt scilicet intra munimẽta se reciperent. At vero Seueri exercitus Cyzicenũ per agrũ

προνοίας καὶ στρατηγίας ὁ Νίγρος ἐγκεχειρίκει, μαθὼν ἐπιόντα τὸν τοῦ Σεβήρου στρατόν, τὴν ἐπὶ Κύζικον καὶ αὐτὸς ἐτράπετο, ἄγων τε στρατιὰν πᾶσαν ἣν αὐτὸς συνείλεκτο καὶ ἣν ὁ Νίγρος ἐπεπόμφει. ὡς δὲ συνέβαλεν ἑκατέρωθεν τὰ στρατεύματα, μάχαι καρτεραὶ γίνονται κατ' ἐκεῖνα τὰ χωρία, καὶ κρατεῖ τὸ Σεβήρου στράτευμα· φυγή τε πολλὴ καὶ τροπὴ καὶ φόνος πολὺς τῶν τοῦ Νίγρου † στρατιωτῶν γίνεται· ὡς τῶν μὲν ἀνατολικῶν εὐθέως θραῦσαι τὴν ἐλπίδα, τῶν δὲ Ἰλλυρικῶν ἐπιρρῶσαι. Φασὶ δέ τινες προδοθέντα τὰ Νίγρου πράγματα ὑπὸ Αἰμιλιανοῦ, εὐθέως ἐν ἀρχῇ διαφθαρῆναι. διττὴν δὲ λέγουσι τῆς τοιαύτης προαιρέσεως τοῦ Αἰμιλιανοῦ τὴν αἰτίαν. οἱ μὲν γάρ, φθονοῦντα τῷ Νίγρῳ ἐπιβουλεῦσαι, ἀγανακτοῦντα ὅτι δὴ διάδοχος αὐτοῦ γενόμενος τῆς ἐν Συρίᾳ ἀρχῆς, ἔμελλεν ἔσεσθαι κρείττων, ἅτε βασιλεὺς καὶ δεσπότης. οἱ δέ φασιν αὐτὸν ἀναπεισθῆναι ὑπὸ τῶν παίδων, ἐπιστειλάντων καὶ δεηθέντων ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας· οὓς ἐν τῇ Ῥώμῃ εὑρὼν ὁ Σεβῆρος, συλλαβὼν εἶχεν ἐν φρουρᾷ. ἐχρήσατο γὰρ καὶ τούτῳ σοφίσματι προμηθέστατῳ. ἔθος ἦν τῷ Κομμόδῳ κατέχειν τοὺς παῖδας τῶν εἰς τὰ ἔθνη πεμπομένων ἡγεμόνων, ὡς ἔχοι ὅμηρα τῆς τε εὐνοίας αὐτῶν καὶ πίστεως. εἰδὼς τοίνυν τοῦτο ὁ Σεβῆρος, ἅμα τῷ βασιλεὺς ἀναδειχθῆναι, καὶ τοῦ Ἰουλιανοῦ ἔτι περιόντος, πέμψας λάθρα, [a] διὰ φρουρᾶς ἔχει, τοὺς παῖδας αὐτοῦ τῆς Ῥώμης ἐκκλαπῆναι, μὴ εἶεν ἐν ἑτέρου ἐξουσίᾳ· αὐτὸς δέ, ἅμα τῷ τῆς Ῥώμης ἐπιβῆναι, συλλαβὼν πάντας τοὺς τῶν ἡγεμόνων, ἢ τῶν ὁπηδὴ πραττόντων κατὰ τὴν ἀνατολὴν καὶ πᾶσαν τὴν Ἀσίαν, φρουρᾷ δούς, εἶχε σὺν αὐτῷ, ὅπως ἢ πόθῳ τῆς τῶν παίδων σωτηρίας οἱ ἡγεμόνες τὰ Νίγρου προδιδοῖεν, ἢ μένοντες ἐπὶ τῆς πρὸς ἐκεῖνον εὐνοίας, φθάσωσί τι κακὸν παθεῖν, διὰ τῆς τῶν παίδων ἀναιρέσεως, ἢ δράσωσιν αὐτοί. Γενομένης δὲ τῆς ἥττης κατὰ τὴν Κύζικον, ἔφευγον οἱ τοῦ Νίγρου ὡς ἕκαστος ἐδύνατο, σπεύδοντες, οἱ μέν, περὶ τὰς ὑπωρείας τῆς Ἀρμενίας· οἱ δέ, τὴν ἐπὶ Γαλατίας τε καὶ Ἀσίας· φθάσαι θέλοντες τὸν Ταῦρον ὑπερβῆναι, [b] καὶ ἐντὸς τοῦ ἐρύματος γένοιντο. ὁ δὲ τοῦ Σεβήρου στρατός, πορευθεὶς διὰ τῆς Κυζικηνῆς χώρας,

a Vulg. lectio, διὰ φρουρᾶς ἔχει, mendosa est. Sed & αὐτοῦ scribendum puto: & in Politiani interpr. eius liberos potius quam suos liberos. b Fort. ἵνα καὶ vel ὅπως καὶ scribendum: aut etiam sine καί. ¶ IN VERS. L. 1 alii, Nigro inuidentem, aduersus eum conspirasse: quoniam indignaretur, quod, quum successor eius in Syriæ imperio fuisset, superior futurus esset, vtpote rex ac dominus. Alii pers. vel, Nigro inuidentem, aduersus eum id molitum esse. 2 curauit vt eius liberi Roma clam subducti, in alterius potestate non essent. ipse autem, simulatque Ro. ing. 3 prius mali aliquid acciperent cæde filiorum, quam ipsi darent, M.

διαβὰς

διαβάς τε ἐπὶ τὴν Βιθυνίαν ὅμορον οὖσαν, ἠπείγετο.

61 b. Ὡς δὲ διέδραμε φήμη τῆς Σεβήρου † νίκης, εὐθὺς ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἐκείνοις στάσις καὶ διάφορος γνώμη ἐνέπεσε ταῖς πόλεσιν, οὐχ οὕτω τῇ πρὸς τοὺς πολεμοῦντας βασιλέας ἀπεχθείᾳ τινὶ ἢ εὐνοίᾳ, ὡς ζήλῳ καὶ ἔριδι τῇ πρὸς ἀλλήλας, φθόνῳ τε καὶ [a] καθαιρέσει τῶν ὁμοφύλων. Ἀρχαῖον τοῦτο πάθος Ἑλλήνων, οἳ πρὸς ἀλλήλους στασιάζοντες ἀεὶ, καὶ τοὺς ὑπερέχειν δοκοῦντας καθαιρεῖν θέλοντες, ἐτρύχωσαν τὴν Ἑλλάδα. ἀλλὰ τὰ μὲν ἐκείνων, γηράσαντα, καὶ παρ' ἀλλήλοις συντριβέντα, Μακεδόσιν εὐάλωτα καὶ Ῥωμαίοις δοῦλα γεγένηται. τὸ δὲ πάθος τοῦτο τοῦ ζήλου καὶ φθόνου, μετῆλθεν εἰς τὰς καθ' ἡμᾶς ἀκμαζούσας πόλεις. ¶ Κατὰ μὲν οὖν τὴν Βιθυνίαν, εὐθὺς μετὰ τὰ ἐν Κυζίκῳ, Νικομηδεῖς μὲν Σεβήρῳ προσέθεντο, καὶ πρέσβεις ἔπεμπον, τήν τε στρατιὰν ὑποδεξόμενοι, καὶ πάντα παρέξειν ὑπισχνούμενοι. Νικαεῖς δὲ, τῷ πρὸς Νικομηδέας μίσει, τἀναντία ἐφρόνουν, καὶ τὸν στρατὸν τοῦ Νίγρου ὑπεδέχοντο, εἴ τε τινὲς ἐκ τῶν φυγόντων κατέφυγον πρὸς αὐτοὺς, καὶ τοὺς πεμφθέντας ὑπὸ τοῦ Νίγρου φρουρεῖν Βιθυνίαν. Ἑκατέρωθεν οὖν ἐκ τῶν πόλεων, ὡς ἀπὸ στρατοπέδων, ὁρμώμενοι, συνέβαλον ἀλλήλοις· καὶ μάχης καρτερᾶς γενομένης, πολὺ περιεγένοντο οἱ τοῦ Σεβήρου. φυγόντες δὲ οἱ τοῦ Νίγρου κἀκεῖθεν, ὅσοι περιελείφθησαν, ἐπὶ τὰ στενὰ τοῦ Ταύρου ἠπείγοντο· ἀποκλείσαντές τε τὸ ἔρυμα, ἐφύλαττον. ὁ δὲ Νίγρος, φρουρὰν καταλιπὼν τοῦ ἐρύματος, ὡς ᾤετο, αὐτάρκη, εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ἠπείγετο, στρατὸν [b] ἀθροίζων καὶ χρήματα. Ὁ δὲ τοῦ Σεβήρου στρατὸς περαιωθεὶς διά τε Βιθυνίας καὶ Γαλατίας, ἐμβαλὼν εἰς Καππαδοκίαν, προσκαθεζόμενος, τὸ ἔρυμα ἐπολιόρκει, πράγματά τε εἶχεν οὐ μικρὰ, δυσβάτου διὰ στενότητα καὶ τραχύτητα οὔσης τῆς ὁδοῦ, βαλλόντων τε αὐτοὺς ἄνωθεν λίθοις, καὶ γενναίως ἀπομαχομένων τῶν ἐφεστώτων ταῖς ἐπάλξεσι τοῦ τείχους. ῥᾳδίως δὲ ὀλίγοι πολλοὺς

62 ἐκώλυον. † τῆς γὰρ ὁδοῦ στενῆς οὔσης, τὸ μὲν ἕτερον μέρος ὕψιστον ὄρος σκέπει· ἐπὶ θάτερα δὲ, κρημνὸς

in Bithyniam finitimam regionem contendebat. Sed vt Seuerum vicisse fama † diuulgauit, [1] repens confe- 61
stim in eis locis seditio discordiaque vrbes inuasit: non tam quidem ipsorum Imperatorum odio aliquo aut studio, quam æmulatione quadam & contentione, inuidiaque inter eiusdem gentis homines funestissima. Antiquum id vitium Græcorum; qui dum seditiones agitant, atque eminentissimum quemque tollere e medio conantur, totam iam consumpsere Græciam. [2] Ceterum illi quidem inueterati iam attritique inter se, captiui prius Macedonum, dein mancipia quoque Romanorum facti sunt. Ea vero labes æmulationis atque inuidiæ florentibus etiamnum ætatis nostræ ciuitatibus incubuit. ¶ Igitur in Bithynia, statim post res ad Cyzicum gestas, Nicomedenses ad Seuerum defecerunt, missis legationibus quæ se exercitum accepturos, omniaque [b] tradituros pollicerentur: Nicęenses contra illorum instigati odio, Nigri partibus studebant, eiusque suscipiebant milites, siue qui se ex fuga receperant, siue qui ad tuendam Bithyniam mitterentur. Quocirca ex vtrisque vrbibus, quasi e castris, egressi milites [iterum] concurrerunt: magnoque commisso prœlio, longe superior Seuerus fuit. Inde etiam fuga facta, Nigri milites qui prœlio superfuerunt, ad Tauri montis angustias euaserant, clausasq; munitiones tuebantur. At Niger, relicto ibi quantum satis fore præsidii putabat, profectus Antiochiam est, vt exercitus pecuniamque contraheret. Interea Seueri exercitus Bithyniam Galatiamq; egressus, quum se mox in Cappadociam quoq; incitasset, oppugnare munitionẽ incepit. Ibi multis est laborib. cõflictatus: [3] quippe arcta asperaq; via, lapidesq; superne iacientibus ac fortissime dimicantibus qui summis institerãt mœnib[v], eoq; facile paucis arcẽtib. plurimos. † Etenim 62
angustissima vtiq; via est; [4] cuius pars altera mõte altissimo defenditur, altera per immane

a For. καὶ καθαιρέσει. ¶ IN VERS. L. 1 statim in omnibus illis nationibus seditio disc. vrbibus incidit: non tã quod reges illos qui bellum gerebant, odio vel amore prosequerentur, quam ipsorum inter se æmul. & cont. De sequent. vide annot. Ceterum hic βασιλέας verti reges, non imperatores, ad vitandam ambiguitatem. 2 Verum res eorum quodam velut lento debilitatæ, & mutuis cladibus attritæ, Macedonibus faciles capi, Romanis autem seruæ factæ fuerunt. 3 quippe via ob angustiam asperitatemque difficilis erat transitu, lapidesque desuper iaculabantur & fortissime depugnabant ii qui murorum propugnaculis insistebant, M. 4 cuius partem alteram mons altiss. protegit: altera autem in parte immane præceps aquis quæ e montibus conducunt, transitum præbet: quem & ipsum Niger penitus obstr.

præceps defluente montibus aqua redundat: tum valida munitione Niger obstruxerat; vt scilicet vndique hostis aditu prohiberetur. [1]Dum hæc in Cappadocia geruntur, interim seditiones inter se quoque agitabant pari æmulatione odioque, Laodicea quidem in Syria, Antiochenorum odio: Tyros autem in Phœnicia, Berytiis infensa. quæ, nuntiata Nigri fuga, sublatis illius honoribus, Seuero prospere acclamarũt. At Niger, audita re, quum quidem Antiochiæ ageret, iure scilicet (homo alioqui benigni mansuetique ingenii) defectione illorum contumeliaque *tunc* irritatus, immittit vtrisque vrbibus Mauros iaculatores quoscumq; secum habuerat, simul partem sagittariorum; iussos occidere obuium quemque, diripere vrbes ipsas atque incendere. [1] Sedenim Mauri (vt est genus hominum suapte natura cędis auidissimum, nihilque non facile audens, ac desperatis simile, contemptu videlicet mortis ac periculorum) Laodicenis de improuiso oppressis, populum ipsum omni genere crudelitatis, vrbemq; vastarunt. Inde Tyrum pergentes, direptis omnium bonis, ac patrata ingenti cæde, totam incenderunt. ¶ Quæ dum in Syria gerebantur, contrahente copias Nigro, interea Seueriani milites munitionẽ Tauri montis oppugnabant, tristes vtique ac citra spem victoriæ: quippe valida inexpugnabilisque per se, monte quoque ipso præcipitioque defendebatur. [2] Igitur iam defatigatis *Seueri militibus, in* alta aduersariorum securitate, ecce tibi, noctu maximi repente ruere imbres, oppleri omnia niuibus: vt sunt difficiles in Cappadocia hiemes, maximeque ad Taurum montem. Quocirca subitus impetu magno erumpit tor-
[a] πίστεων ἐνεχείρισε. τοῖς δὲ δούλοις αὐτοῦ ἢ ἀπελευθέροις, ὡς ἔτυχεν ἑκάστοις, ἐπ' αἰσχρῷ τινὶ εὐδοκιμήσασι, τὰς ὑπατικὰς τῶν ἐθνῶν ἐξουσίας ἐνεχείρισε. ¶ Πάντων δὲ οὕτω τῶν πάλαι δοκούντων σεμνῶν εἰς ὕβριν καὶ παροινίαν ἐκβεβακχευμένων, οἵ τε ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι, καὶ μάλιστα οἱ στρατιῶται, ἤχθοντο καὶ ἐδυσφόρουν· ἐμυσάττοντο δὲ αὐτόν, ὁρῶντες τὸ μὲν πρόσωπον καλλωπιζόμενον περιεργότερον ἢ κατὰ γυναῖκα σώφρονα, περιδεραίοις δὲ χρυσίνοις ἐσθῆσί τε ἁπαλαῖς ἀνάνδρως κοσμούμενον, ὀρχούμενόν τε οὕτως ὡς ὑπὸ πάντων ὁρᾶσθαι. ἐπιρρεπεστέρας οὖν τὰς γνώμας πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον εἶχον, καὶ ἐλπίδας κρείττους ἐν παιδὶ κοσμίως καὶ σωφρόνως ἀνατρεφομένῳ. ἐφρούρουν τε αὐτὸν [a] παντοίως, ὁρῶντες ἐπιβουλευόμενον ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίνου. ἥ τε μήτηρ Μαμαία οὔτε ποτὸν οὔτε ἐδώδιμόν τι εἴα τὸν παῖδα προσφέρεσθαι τῶν ὑπ' ἐκείνου πεμπομένων. ὀψοποιοῖς τε καὶ οἰνοχόοις ὁ παῖς ἐχρῆτο, οὐ τοῖς βασιλικοῖς καὶ ἐν κοινῇ ὑπηρεσίᾳ τυγχάνουσιν, ἀλλὰ τοῖς ὑπὸ τῆς μητρὸς ἐπιλεχθεῖσι, πιστοτάτοις τε εἶναι δοκοῦσιν. ἐδίδου δὲ καὶ χρήματα λανθάνουσα διανέμεσθαι τοῖς στρατιώταις κρύβδην, ὅπως αὐτῶν τὴν πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον εὔνοιαν καὶ διὰ χρημάτων (εἰς ἃ μάλιστα ἀποβλέπουσιν) οἰκειώσηται. † Ταῦτα δὴ ὁ Ἀν- 125
τωνῖνος πυνθανόμενος, παντὶ τρόπῳ ἐπεβούλευε τῷ Ἀλεξάνδρῳ καὶ τῇ μητρὶ αὐτοῦ· ἀλλὰ τὰς ἐπιβουλὰς πάσας ἀπεῖργέ τε καὶ ἐκώλυεν ἡ κοινὴ μάμμη ἀμφοτέρων Μαισά, γυνὴ καὶ ἄλλως ἐντρεχής, καὶ τῇ βασιλείῳ αὐλῇ πολλῶν ἐτῶν ἐνδιαιτηθεῖσα, ἅτε τῆς Σεβήρου γυναικὸς Ἰουλίας ἀδελφὴ γενομένη, καὶ [b] τὰ πάντα σὺν αὐτῇ ἐν τοῖς βασιλείοις διατρίψασα. οὐδὲν οὖν [illegible] αὐτὴν ἐλάνθανε τῶν ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίνου βουλευομένων, φύσει τε χαύνου τὸν τρόπον ὄντος, καὶ ἀφειδῶς πάντα καὶ φανερῶς ἃ ἐβούλετο λέγοντος καὶ πράττοντος. ὡς δὲ τὰ τῆς ἐπιβουλῆς αὐτῷ οὐ προεχώρει, περιελῦσαι τῆς τοῦ Καίσαρος τιμῆς ἠθέλησε τὸν παῖδα· καὶ οὔτε ἐν ταῖς [c] προσαγορεύσεσιν, οὔτε ἐν ταῖς προόδοις Ἀλέξανδρος ἐτιμᾶτο. οἱ δὲ στρατιῶται ἐπεζήτουν τε αὐτόν, καὶ ἠγανάκτουν ὅτι δὴ τῆς ἀρχῆς παραλυθείη. διεσκέδασε δὲ ὁ Ἀντωνῖνος καὶ φήμην,

a *Malim* παντοίως *cum sequentibus iungere.* Eiusque (*inquit*) custodiam agebant, quum illi omne insidiarum genus ab Antonino strui viderent. b *For.* τὸν πάντα χρόνον σὺν αὐτῇ c *Aut expungendum* οἶμαι, *aut mutandum censeo in* ᾗ ὁ. ¶ IN VERS. L. 1 *Ita legitur in omnibus interpretationis editionibus. Vide annot.* 2 *Vox Gr. multo plus sonat quam* contemnebant; *videlicet* abominabantur. 3 non quidem imp. & quorum commune ministerium esset, sed iis [tantum] quos mater delig. 4 iamque nullo honore afficiebatur Alexander, neque in salutationibus, nec quũ in publicum prodiret. At milites ill. req. indig. quod imperio priuaretur. Quinetiam famã vulg. Anton. quasi mox esset moriturus Alex. vt scil.

ὡς τοῦ

ὡς τοῦ Ἀλεξάνδρου τεθνήξεσθαι μέλλοντος. ἐποιεῖτό τε ἀπόπειραν ὅπως οἴσουσιν οἱ στρατιῶται τὸ θρυλλούμενον. οἱ δ', ἐπεὶ μήτε τὸν παῖδα ἔβλεπον, ὑπό τε τῆς φήμης τὰς ψυχὰς ἐρρώσθησαν, ἀγανακτήσαντες, οὔτε τὴν συνήθη φρουρὰν ἔπεμψαν τῷ Ἀντωνίνῳ, κατακλείσαντές τε αὐτοὺς ἐν τῷ στρατοπέδῳ, τὸν Ἀλέξανδρον ἐν * ἱερῷ ἠξίουν ἰδεῖν. ὁ δ' Ἀντωνῖνος, ἐν δέει πολλῷ γενόμενος, παραλαβὼν τὸν Ἀλέξανδρον, [a] συγκαθεσθεὶς αὐτῷ ἐν τῷ βασιλικῷ φορείῳ, ὅπερ διὰ χρυσοῦ πολλοῦ καὶ λίθων τιμίων πεποίκιλτο, κατῆλθεν εἰς τὸ στρατόπεδον σὺν τῷ Ἀλεξάνδρῳ. ὡς δ' ἀνοίξαντες τὰς πύλας, ἐδέξαντο αὐτούς, ἔς τε τὸν νεὼν τοῦ στρατοπέδου ἤγαγον, τὸν μὲν Ἀλέξανδρον ὑπερφυῶς ἠσπάζοντό τε καὶ εὐφήμουν, τῷ δ' Ἀντωνίνῳ ἀμελέστερον προσεφέροντο. ἐφ' οἷς ἐκεῖνος ἀγανακτῶν, καὶ διανυκτερεύσας ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ στρατοπέδου, πάνυ ἤγαλλε, καὶ τοῖς στρατιώταις ὠργίζετο· ἐκέλευέ τε τοὺς [b] περισήμους, καὶ ὑπερφυῶς τὸν Ἀλέξανδρον εὐφημήσαντας, τοὺς δ' αἰτίους δῆθεν στάσεως καὶ θορύβου, συλλαμβάνεσθαι πρὸς τιμωρίαν.

126 † Οἱ δ' στρατιῶται, ἐπὶ τούτῳ ἀγανακτήσαντες, ἄλλως μὲν μισοῦντες τὸν Ἀντωνῖνον, καὶ ἀποσκευάσασθαι θέλοντες ἀσχημονοῦντα βασιλέα, τότε δ' καὶ τοῖς * λαμβανομένοις ἐπαμύνειν δεῖν ἡγούμενοι, καιρὸν εὔκαιρον καὶ πρόφασιν δικαίαν νομίζοντες, τὸν μὲν Ἀντωνῖνον, αὐτόν τε καὶ τὴν μητέρα Σοαιμίδα, (παρῆν γὰρ, ὡς σεβαστή τε καὶ μήτηρ) ἀναιροῦσι, τούς τε περὶ αὐτὸν πάντας, ὅσοι ἔνδον * κατελήφθησαν, ὑπηρέταις τε καὶ συνεργοὶ ἐδόκουν εἶναι τῶν ἁμαρτημάτων. τὰ δ' σώματα τοῦ τε Ἀντωνίνου καὶ τῆς Σοαιμίδος, παρέδοσαν σύρειν τε καὶ ἐνυβρίζειν τοῖς βουλομένοις. ἅπερ ἐπὶ πολὺ διὰ πάσης τῆς πόλεως συρέντα τε καὶ λωβηθέντα, εἰς τοὺς ὀχετοὺς ἀπερρίφθη τοὺς εἰς τὸν Θύβριν ποταμὸν ῥέοντας. Ἀντωνῖνος μὲν οὖν, εἰς * ἕκτον ἔτος ἐλάσας τῆς βασιλείας, καὶ χρησάμενος τῷ προειρημένῳ βίῳ, οὕτως ἅμα τῇ μητρὶ κατέστρεψεν. * οἵ τε στρατιῶται, αὐτοκράτορα τὸν Ἀλέξανδρον ἀναγορεύσαντες, εἰς τὰ βασίλεια ἀνήγαγον, κομιδῇ νέον, καὶ πάνυ ὑπὸ τῇ μητρὶ καὶ τῇ μάμμῃ παιδαγωγούμενον.

quasi iam obiisset Alexander: vt scilicet periclitaretur quonam id animo laturi milites forent. At illi, nusquam comparente puero, praeterea animis rumore illo exulceratis, indignabūdi neque solitam custodiam miserunt Antonino, & inclusi castris videre Alexandrum velle in ipso templo dictitabāt. Eo metu *vehementer* ictus Antoninus, Alexandro secum in vehiculo imperatorio considente, quod erat auro multo gemmisque exornatum, contendit in castra. Ceterū portis reseratis accepere vtrumque milites, atque in templum castrorum deduxerunt, salutantes supra modum, & laetis clamoribus prosequentes Alexandrum, [1] spreto propemodū Antonino. Quae ille aegre ferens, quum in templo castrorum pernoctasset, iratus militibus, notatis qui Alexādro acclamauerant, quasi seditionis & tumultus auctoribus, arripi omnes ad supplicium imperauit.

† Quod illi aegre ferentes, atq; [2] Antoninum iam antea quoque perosi, quum tollere e medio principem foedissimum optarent, suisque commilitonibus ferre suppetias: rati hoc esse tempus *& iustā occasionem* ipsum statim Antoninum matremque Soaemidem, (quae forte illic aderat, *vtpote & augusta & mater*) interfecerunt: cumque eis seruos ministrosque omnes scelerum, quicūq; tum in ea [castra] conuenerant. Ceterum Antonini & Soaemidis cadauera trahenda per contumeliam plebi tradiderunt: quae diu per totam vrbem raptata ac dilaniata, postremo in cloacas abiecta sunt, vt inde scilicet in Tiberim deferrentur. Sic Antoninus [3] sexennium imperio occupato, vitaque vt diximus acta, simul cum matre occisus est. Milites autem Alexandrum, Imperatorem consalutatū, in aulam palatinam deduxerunt, adolescentulum admodum, atq; adhuc *matris & auiae, tamquam paedagogorum,* praeceptis obtemperantem. 126

a Malim καὶ συγκαθεσθεὶς: *quamuis interdum duo participia absq; huius particulae vinculo ponantur.* b *for.* περισήμους *vel* ἐπισήμους. ... *[Possis etiam legere* ... *autem, vt alibi saepe, ironiam indicare existimo.*

¶ IN VERS. L. 1 erga Antoninum autem negligentius se gerentes. 2 Anton. aliis iam de causis perosi, quum e medio tollere Imperatorem turpiter se gerentem vellent, cum vero suppetias etiam ferendas iis qui comprehēdebantur existimarent, & valde opportunum tempus iustamque occasionem habere sibi viderentur: & ipsum Antoninum & matrem Soaemidem (aderat enim, vtpote & augusta & mater) interficiunt. 3 *alii partim biennium, partim triennium, quidam etiā quadriennium Heliogabalo tribuunt imperii; M.*

HERODIANI HISTORIÆ DE IMPERIO POST MARcum, Liber sextus.

QVEM igitur habuerit finem vitæ [1] maior Antoninus, in superiorib. demōstratum est: Alexander autem post illū, nomen insigniaque gerebat imperii: ceterum negotiorum administratio ac principatus gubernacula, mulieribus incumbebant, omnia transferre ad modestiam grauitatemque conantibus. Quippe iam primum sedecim ordinis senatorii viros, ætatis grauitate vitæque sanctimonia præcellen-
127 tes, † assessores principis & cōsiliarios delegerunt: nihilq; aut dicebatur aut agebatur, [2] nisi illorum accedēte suffragio. Grata igitur populo, militibusque ac senatui præterea, forma principatus erat, ex cōtumeliosissima tyrannide [3] ad optimatium gubernationem redacta. Igitur primo deorum simulacra, quæ ille propriis sedibus extulerat, suis quæque templis, delubris fanisque restituerunt. dein quos ille temere aut vitiorum nomine *quibus nobilitati fuerant*, ad honores dignitatesque extulerat, submotos inde, ad pristinam vitam omnes artificiumq; redegerunt. Res autem cunctas atque administrationes, ciuiles quidem & forenses, insignibus doctrina viris, legumq; peritissimis; militares autē claris bellica virtute hominibus commendabant. Quumque diu ad hunc modum regeretur imperium, Mæsa, iam extremæ senectutis, diem suum obiit, honores adepta imperatorios, atque (vt mos Romanis est) inter [4] diuas relata. At Mammæa, cernens iam solam se filio reliquam, præesse ad eundem modum moderarique studebat. Quumque adolescentem summam habere iam cerneret auctoritatem, metu ne viuida ætas in summa potestate licentiaque rerum, in cognata aliqua impingeret vitia, vndique aulam seruabat: neque adiri a quoquam adolescētem patiebatur, cuius vita moresq; improbarētur: ne scilicet bona indoles corrūperetur, [5] prouocantibus appetitū eius iam vigentē assentat[illegible]

ἩΡΩΔΙΑΝΟΥ ΤΗΣ ΜΕΤΑ ΜΑΡΚΟΝ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ [ΙΣΤΟΡΙΩΝ] βιβλίον ἕκτον.

ΓΟΙΩι μὲν δὴ τέλει ὁ δηλωθεὶς Ἀντωνῖνος ἐχρήσατο, ἐν τοῖς προειρημένοις δεδήλωται. παραλαβόντος δὲ τοῦ τὴν ἀρχὴν Ἀλεξάνδρου, τὸ σχῆμα καὶ τὸ ὄνομα τῆς βασιλείας ἐκείνῳ περιέκειτο· ἡ μέντοι διοίκησις τῶν πραγμάτων καὶ ἡ τῆς ἀρχῆς οἰκονομία, ὑπὸ τῶν γυναικῶν διῳκεῖτο· ἐπί τε τὸ σωφρονέστερον καὶ σεμνότερον πάντα μετάγειν ἐπειρῶντο. καὶ πρῶτον μὲν τῆς συγκλήτου βουλῆς τοὺς δοκοῦντας καὶ ἡλικίᾳ σεμνοτάτους † καὶ βίῳ σωφρονεστάτους, ἑκκαίδεκα ἐπελέ- 127
ξαντο, συνέδρους εἶναι καὶ συμβούλους τοῦ βασιλέως. οὐδέ τι ἐλέγετο ἢ ἐπράττετο, εἰ μὴ κἀκεῖνοι αὐτὸ ἐπικρίναντες, σύμψηφοι [a] ἐγένοντο. ἤρεσκέ τε τῷ δήμῳ καὶ τοῖς στρατοπέδοις, ἀλλὰ καὶ τῇ συγκλήτῳ βουλῇ, τὸ σχῆμα τῆς βασιλείας, ἐκ τυραννίδος ἐφυβρίστου εἰς ἀριστοκρατίας τύπον μετενεχθείσης. πρῶτον μὲν οὖν τὰ ἀγάλματα τῶν θεῶν, ἅπερ ἔτυχεν ἐκεῖνος κινήσας καὶ μεταγαγών, ἔπεμψαν εἰς τοὺς ἀρχαίους καὶ ἰδίους ναούς τε καὶ σηκούς. τοὺς δὲ ὑπ' ἐκείνου ἀλόγως ἢ ἐφ' οἷς εὐδοκιμήκεσαν ἁμαρτήμασιν, εἰς τιμὰς καὶ ἐξουσίας προαχθέντας, τῶν δοθέντων ἀφείλοντο, ἑκάστους κελεύσαντες εἰς τὴν προτέραν αὐτῶν ἐπανιέναι τῆς ἀξίας αἵρεσιν. τάς τε πράξεις ἁπάσας καὶ τὰς διοικήσεις, τὰς μὲν πολιτικὰς καὶ ἀγοραίους, ἐνεχείρισαν τοῖς ἐπὶ λόγοις εὐδοκιμωτάτοις καὶ νόμων ἐμπείροις· τὰς δὲ στρατιωτικάς, τοῖς ἐξετασθεῖσί τε καὶ εὐδοκιμήσασιν ἐν εὐτάκτοις τε καὶ πολεμικαῖς πράξεσιν. Ἐπὶ πολὺ δὴ οὕτω τῆς ἀρχῆς διοικουμένης, ἡ μὲν Μαισὰ, πρεσβῦτις ἤδη οὖσα, ἀνεπαύσατο τοῦ βίου· ἔτυχέ τε βασιλικῶν τιμῶν, καί, ὡς νομίζουσι Ῥωμαῖοι, ἐξεθειάσθη.

Ἡ δὲ Μαμαία, μόνη τῷ παιδὶ καταλειφθεῖσα, ὁμοίως αὐτοῦ ἄρχειν τε καὶ κρατεῖν ἐπειρᾶτο. ἤδη τε ὁρῶσα ἐν ἀρχῇ τὸν νεανίαν γενόμενον, καὶ δεδοικυῖα μὴ ἄρα ἡλικίᾳ ἀκμάζουσα, ὑπηρετούσης ἀδείας τε καὶ ἐξουσίας, εἴς τι τῶν [b] συγγενικῶν ἁμαρτημάτων ἐξοκείλῃ, πανταχόθεν ἐφρούρει τὴν [c] αὐλήν· οὐδένα εἴα προσιέναι τῷ μειρακίῳ τῶν ἐπὶ φαύλῳ βίῳ διαβεβλημένων, μή πως τὸ ἦθος διαφθαρείη, προκαλεσαμένων αὐτοῦ τῶν κολάκων τὰς ὀρέξεις ἀκμαζούσας εἰς

a [illegible] b scribe συ[γγενικῶν]. c [ἀρχὴν] Suidas [illegible] ¶IN VERS. L. 1 Grauemoratus Antoninus. 2 nisi id illi approbatum suo suffragio cōfirmarent. 3 ad formam gubernationis optimatum redacta. 4 diuos. M. 5 vbi semel assentatores appetitus eius iam vigentes ad turpes cupiditates prouocassent, vel allexissent. aut: si semel ass.

ἀπρεπεῖς ἐπιθυμίας. δικάζειν τε οὖν αὐτὸν ἔπειθε συνεχέστατα καὶ ἐπὶ πλεῖστον τῆς ἡμέρας· ὡς ἂν ἀσχολούμενος περὶ τὰ κρείττονα καὶ τῇ βασιλείᾳ ἀναγκαῖα, μὴ ἔχοι καιρὸν εἰς τὸ ἐπιτηδεύειν τι τῶν ἁμαρτημάτων. ὑπῆρχε δέ τι καὶ φυσικὸν ἦθος
128 πρᾷον καὶ ἥμερον τῷ Ἀλεξάνδρῳ, † εἴς τε τὸ φιλάνθρωπον πάνυ ἐπιρρεπές· ὡς ἐδήλωσε καὶ τῆς ἡλικίας προχωρούσης. εἰς τεσσαρεσκαιδέκατον γοῦν ἐλάσας τῆς βασιλείας ἔτος, ἀναιμωτὶ ἦρξεν· οὐδὲ εἷς τις εἰπεῖν ἔχοι ὑπ' ἐκείνου φονευθέντα. καίτοι τινῶν μεγίσταις αἰτίαις ὑποπεσόντων, ὅμως ἐφείσατο ὡς μὴ φονεῦσαι· οὐ ῥᾳδίως τοῦτο ἄλλου βασιλέως τῶν καθ' ἡμᾶς ποιήσαντος ἢ διαφυλάξαντος, μετὰ τὴν Μάρκου ἀρχήν. ὑπ' Ἀλεξάνδρου δὲ οὐκ ἄν τις εἰπεῖν ἔχοι ἢ μνημονεῦσαι, ἐν ἔτεσι τοσούτοις ἀκρίτως φονευθέντα. ᾐτιᾶτο δὲ καὶ τὴν μητέρα, καὶ πάνυ ἤσχαλλεν, ὁρῶν αὐτὴν φιλοχρήματον οὖσαν, καὶ περὶ τοῦτο ὑπερφυῶς ἐσπουδακυῖαν. προσποιουμένη γὰρ ἀθροίζειν αὐτὰ ἵνα ἔχοι τοῖς στρατιώταις ἀφθόνως καὶ ῥᾳδίως ὁ Ἀλέξανδρος χαρίζεσθαι, ἰδίᾳ ἐθησαύριζε· καὶ διέβαλλεν ἔσθ' ὅπῃ τοῦτο τὴν ἀρχήν, αὐτοῦ ἄκοντός τε καὶ ἀσχάλλοντος, οὐσίας τινῶν καὶ κληρονομίας ἐξ ἐπηρείας ὑφαρπασάσης ἐκείνης. Ἠγάγετο δὲ αὐτῷ καὶ γυναῖκα τῶν εὐπατριδῶν· ἣν συνοικοῦσαν καὶ ἀγαπωμένην, μετὰ ταῦτα τῶν βασιλείων ἐδίωξεν· ἐνυβρίζουσά τε καὶ βασίλισσαν εἶναι θέλουσα μόνη, φθονοῦσά τε τῆς προσηγορίας ἐκείνῃ, εἰς τοσοῦτον προεχώρησεν ὕβρεως, ὡς τὸν πατέρα τῆς κόρης, καίτοι ὑπ' Ἀλεξάνδρου γαμβροῦ ὄντος πάνυ τιμώμενον, μὴ φέροντα τὴν Μαμαίαν ἐνυβρίζουσαν αὐτῷ τε καὶ τῇ θυγατρὶ αὐτοῦ, φυγεῖν εἰς τὸ στρατόπεδον τῷ μὲν Ἀλεξάνδρῳ χάριν εἰδότα ἐφ' οἷς ἐτιμᾶτο, τὴν δὲ Μαμαίαν αἰτιώμενον ἐφ' οἷς ὑβρίζετο. ἐκείνη δὲ ἀγανακτήσασα, αὐτόν τε ἀναιρεθῆναι ἐκέλευσε, καὶ τὴν κόρην ἐκβληθεῖσαν τῶν βασιλείων, εἰς Λιβύην ἐφυγάδευσε. Ταῦτα δὲ ἐπεπράττετο ἄκοντός τε καὶ ἀναγκαζομένου τοῦ Ἀλεξάνδρου. ἦρχε γὰρ
129 αὐτοῦ καὶ ὑπερβαλλόντως ἡ μήτηρ, καὶ † πᾶν τὸ κελευόμενον ἐκεῖνος ἐποίει. τοῦτο δὲ ἄν τις μόνον

extremas libidines. [1] Persuaserat autem vt actibus incubaret meliore diei parte, idque faceret quam sæpissime: nequod spatium superesset vacandi malis artibus, occupato rebus potioribus, ac necessariis imperanti. Ceterum suapte natura suberat Alexandro mite mansuetumque ingenium, † propensumque ad humanitatem; 128
quod ipsum ætas etiam consequens declarauit. Quippe annis quatuordecim [2] anæmaton (hoc est citra sanguinem) gessit imperiū, ne vno quidem occiso. Licet enim permulti maximis criminibus impegerint; tamen ab illorum cæde semper abstinuit: quod vtiq; nō facilè [3] a quoquam omnium Imperatorum, quiqui Marco successerint, factum obseruatumque inuenies. Neminem quisquam illo *per tot annos* imperāte cōmemorare potest, cui mors indemnato sit illata. Matrē vero etiam incusabat, eique grauiter succensebat, quod esse pecuniæ auidior, & opum cumulādarum studiosior videbatur. Etenim quum simularet ideo se thesauros cōgerere Mammæa, vt suppeditare Alexandro posset quod is facile abundanterq; suis largiretur militibus, proprios domi thesauros exstruebat. Quæ res imperatori notam infamiæ attulit, quod illo scilicet inuito atque indignabundo etiam, mulier auida, per fraudem bona quorumdam atq; hereditates suppilabat. Dedit item filio in matrimonium puellam patricii generis: quam, etiam marito caram gratamq; inprimis, eadem paulo post aula per omnem contumeliā exegit. Et, quum ipsa tantum vocari Augusta vellet, eamque appellationem puellæ inuideret, eo contumeliarum prouecta est vt puellæ pater, quamuis magnæ apud Alexandrum generum auctoritatis, impatiēs Māmeæ iniuriarum, quas ipsi natæque inferebat, confugerit in castra: gratiam se habere Alexandro dictitans habiti sibi honoris: ceterum Mammæam accusans, nihil non contumeliæ inferentem. Quare indignata mulier, eum quidem interfici iussit; puellam vero ædibus imperatoriis exactam, in Africam relegauit. Hæc autem omnia fiebant inuito coactoq; Alexandro. quippe illi mater supra modum imperitabat, ac † dicto audientē semper habebat: vt hoc tantum 129

¶In vers. L. 1 Persuadebat igitur vt frequentissime ius diceret: idque maiore diei parte: quo circa meliora & imperio necessaria occupatus, commodum tempus ad vacandum alicui flagitio non haberet. Atque inerant certe Alexandro a natura mites mansuetique atque ad humanitatem propensi mores: vt etiam procedente ætate declarauit. [2] *ἀναίμακτον legitur etiam apud Lampridium 22 o,10. sed cum in Græco sit ἀναιμωτί, Memmius putat hic quoq; legi posse ἀναίμακτον.* [3] ab alio quopiam eorum qui nostra ætate Imperatores fuerunt, factum obseruatumve est post Marci imperium, S.]

reprehendi in Alexādro possit, quod mansuetudine nimia, & reuerentia maiore quam oportuit, etiam contra animi sui sententiam matri obsequeretur. ¶Igitur quum ad hunc modum [1]tredecim annos, quod quidem ad se attineret, sine querela cuiusquā imperium gubernasset, ecce tibi *quartodecimo anno* haud opinato [2] litteræ e Syria Mesopotamiaq; redditæ a ducibus; in quibus scriptum esset, [3]Artaxerxem Persarum regem, Parthis iam deuictis atque Artabano, [4] qui Rex magnus primus appellatus est, duplicíq; diademate vtebatur, non solum orientis regno, sed vita quoq; expulso, subigere vicinos barbaros, ac sibi vectigales facere: neq; iam intra fluuium Tigrim tenere se; sed superatis ripis ac Romani finibus imperii, excurrere per Mesopotamiam, Syriaq; minitari; omnēq; Europę oppositam continentē, quæ mari Ægæo fretoq; Propontidos terminatur, atque Asiæ nomē habet, [5]seu veterem Persarum possessionē, sibi vindicare: quod iam inde a Cyro, qui primus imperium a Medis in Persas trāstulit, ad Darium vsque extremum Persarum regem, (cui regnum Alexander *Macedo* abstulerit) cuncta olim Ionia Cariaq; tenus, a Persarum satrapis gubernarentur. Quare sui muneris esse curare nunc vt vetus atque integrum imperium Persis restitueretur. Quibus intellectis Alexander motus, atque haud mediocriter re subita inopinataq; perturbatus, (quippe in altissima pace educatus a puero, atque vrbanis deliciis innutritus) conuocato [6]prius amicorū consilio, decreuit legatos cū litteris mittere, qui spem barbari conatusque inhiberent. Igitur litteræ in
130 hanc sentētiam compositæ: † Oportere illum, suis finibus contentum, nihil rerum nouarum moliri; neq; sublatum vana spe, ingens excitare bellū: Debere vnumquēq; suis fortunis acquiescere: Non perinde sibi pugnam processurā aduersus Romanos, vt aduersus vicinos & [7] eiusdem corporis barbaros. [8]Admonebat præterea victoriarum quas contra eos Augustus

ἔχειν ἐγκαλέσαι αὐτῷ, ὅτι δὴ ὑπὸ τῆς ἄγαν πρᾳότητος καὶ αἰδοῦς πλείονος ἢ ἐχρῆν, τῇ μητρὶ ἐν οἷς ἀπηρέσκετο, ὅμως ἐπείθετο. ¶Ἐτῶν μὲν οὖν τρισκαίδεκα οὕτως, ὅσον ἐπ' αὐτῷ, τὴν βασιλείαν ἀμέμπτως διῴκησε. τῷ δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἔτει αἰφνιδίως ἐκομίσθη γράμματα τῶν κατὰ Συρίαν τε καὶ Μεσοποταμίαν ἡγεμόνων, δηλοῦντα ὅτι Ἀρταξέρξης ὁ Περσῶν βασιλεὺς, μετὰ δὲ Παρθυαίους καθελὼν, καὶ τῆς κατὰ τὴν ἀνατολὴν ἀρχῆς παραλύσας, Ἀρτάβανόν τε τὸν πρότερον καλούμενον τὸν μέγαν βασιλέα, καὶ διττοῖς διαδήμασι χρώμενον, ἀποκτεῖναι πάντα τε τὰ πρόσοικα βάρβαρα χειρώσασθαι, καὶ εἰς φόρου συντέλειαν ὑπάγεσθαι· οὐχ ἡσυχάζει, οὐδ' ἐντὸς Τίγριδος ποταμοῦ μένει, ἀλλὰ τὰς ὄχθας ὑπερβαίνων καὶ τοὺς τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ὅρους, Μεσοποταμίαν τε κατατρέχει, καὶ Σύροις ἀπειλεῖ· πᾶσάν τε τὴν ἀντικειμένην ἤπειρον Εὐρώπῃ καὶ διαιρουμένην Αἰγαίῳ τε καὶ τῷ πορθμῷ τῆς Προποντίδος, Ἀσίαν τε πᾶσαν καλουμένην, προγονικὸν κτῆμα ἡγούμενος, τῇ Περσῶν ἀρχῇ ἀνακτήσασθαι βούλεται· φάσκων ἀπὸ Κύρου τοῦ πρώτου τὴν ἀρχὴν ἐκ Μήδων εἰς Πέρσας μεταστήσαντος, μέχρι Δαρείου τοῦ τελευταίου Περσῶν βασιλέως, (οὗ τὴν ἀρχὴν Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν καθεῖλε) πάντα μέχρις Ἰωνίας καὶ Καρίας ὑπὸ σατράπαις Περσικοῖς διῳκῆσθαι. προσήκειν οὖν αὐτῷ Πέρσαις ἀνανεώσασθαι πᾶσαν ὁλόκληρον ἣν πρότερον εἶχον ἀρχήν. Τοιαῦτα τοίνυν δηλωσάντων καὶ ἐπιστειλάντων τῶν ὑπὸ ταῖς ἀνατολαῖς ἡγεμόνων, πρὸς τὴν αἰφνίδιον καὶ παρ' ἐλπίδα κομισθεῖσαν ἀγγελίαν οὐ μετρίως ὁ Ἀλέξανδρος ἐταράχθη, καὶ μάλιστα εἰρήνῃ ἐκ παίδων ἐντραφεὶς, καὶ τῇ κατὰ τὴν πόλιν ἀεὶ σχολάσας τρυφῇ. τὰ μὲν οὖν πρῶτα ἔδοξεν αὐτῷ, κοινωσαμένῳ τοῖς φίλοις, πρεσβείαν πέμψαι, καὶ διὰ γραμμάτων κωλῦσαι τὴν ὁρμὴν καὶ ἐλπίδα τοῦ βαρβάρου. ἔλεγε δὲ τὰ γράμματα, † δεῖν μένειν τε αὐτὸν ἐν τοῖς τῶν 130
ἰδίων ὅροις, καὶ μὴ καινοτομεῖν, μηδὲ ματαίαις ἐλπίσιν αἰωρούμενον, μέγαν ἐγείρειν πόλεμον· ἀγαπητῶς δὲ ἔχειν ἕκαστον τὰ αὑτοῦ. μηδὲ γὰρ ὁμοίαν ἔσεσθαι μάχην αὐτῷ πρὸς Ῥωμαίους, οἵαν πρὸς τοὺς γειτνιῶντας καὶ ὁμοφύλους βαρβάρους. ὑπεμίμνησκε δὲ τὰ γράμματα τῶν τε τοῦ Σεβαστοῦ

a *Scribo* ὑπηρέσκετο. ¶IN VERS. L. 1 tred. annos ita, sine querela cuiusquam, (quod quidem ad se att.) imp. gubernasset. *vel*, ita inculpate. 2 litteræ ducum Syriæ & Mesopotamiæ: *vel*, præfectorum Syr. 3 [Artaxatem *habet Gr. ploed. &c in texto & in annot. marg. Eodemq; modo etiam infra* 135] 4 qui prius Rex magnus vocabatur, dupl. 5 maiorum suorum possessionem existimare, ideoque imperio Persico velle recuperare. 6 primū. *refertur enim ad profectionem quæ post consecuta est*, M. 7 *vix Gr. sonat*, eiusdem nationis, *seu* gentis. *Possis etiam interpretari*, aduersus barbaros qui idem hominum genus essent. 8 Admonebant præterea litteræ vict.

καὶ τοῦ

καὶ τοῦ Τραϊανοῦ, Λουκίου τε καὶ Σεβήρου κατ' αὐτῶν τροπαίων. Τοιαῦτα μὲν δή τινα ὁ Ἀλέξανδρος ἐπιστείλας, ᾤετο πείσειν ἢ φοβήσειν εἰς τὸ ἡσυχάζειν τὸν βάρβαρον. Ὁ δ', οὐδέν τι φροντίζων τῶν ἐπεσταλμένων, ὅπλοις ἀλλ' οὐ λόγοις οἰόμενος δεῖν τὰ πράγματα διοικεῖσθαι, ἐνέκειτο, ἄγων καὶ φέρων τὰ Ῥωμαίων ἅπαντα, κατατρέχων τε καὶ καθιππεύων Μεσοποταμίαν, λείας τε ἀπήλαυνε, καὶ τὰ ἐπικείμενα στρατόπεδα ταῖς ὄχθαις τῶν ποταμῶν, φρουροῦντά τε τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, ἐπολιόρκει. φύσει δ' ὢν ἀλαζών, καὶ ταῖς παρ' ἐλπίδας εὐπραγίαις ἐπαιρόμενος, πάντα ῥᾳδίως *χειρώσασθαι προσεδόκα. Ἦν δὲ αὐτὸν τὰ ἀναπείθοντα οὐ μικρὰ εἰς ἐπιθυμίαν ἀρχῆς μείζονος. πρῶτος γὰρ ἐτόλμησε τῇ Παρθυαίων ἀρχῇ ἐπιθέσθαι, Πέρσαις τε τὴν βασιλείαν ἀνανεώσασθαι. μετὰ γὰρ Δαρεῖον τὸν ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος τῆς ἀρχῆς παραλυθέντα, παμπλείστοις ἐν ἔτεσι Μακεδόνες μὲν καὶ οἱ Ἀλεξάνδρου διάδοχοι, τὰ ὑπὸ τὰς ἀνατολὰς ἔθνη [καὶ] κατ' Ἀσίαν ἅπασαν [a] νειμάμενοι, κατὰ χώρας ἐβασίλευσαν. ἐκείνων δὲ πρὸς ἀλλήλους διαφερομένων, πολέμοις τε συνεχέσι τῆς Μακεδόνων δυνάμεως ἐξασθενούσης· πρῶτος Ἀρσάκης λέγεται, τὸ γένος Παρθυαῖος, ἀναπεῖσαι τοὺς ἐπέκεινα βαρβάρους ἀποστῆναι Μακεδόνων. περιθέμενός τε τὸ διάδημα, ἑκόντων Παρθυαίων καὶ τῶν προσχώρων βαρβάρων, αὐτός τε ἐβασίλευσε, καὶ τοῖς ἐξ ἐκείνου τοῦ γένους ἐπὶ πλεῖστον παρέμεινεν ἡ ἀρχή· μέχρις Ἀρταβάνου τοῦ καθ' ἡμᾶς γενομένου, ὃν Ἀρταξέρξης ἀποκτείνας, Πέρσαις τὴν ἀρχὴν ἀνεκτήσατο· τά τε
131 γειτνιῶντα † ἔθνη βάρβαρα χειρωσάμενος, ῥᾳδίως ἤδη καὶ τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ ἐπεβούλευσεν. Ὡς δὲ τῷ Ἀλεξάνδρῳ ἐδηλώθη διατρίβοντι ἐν τῇ Ῥώμῃ τὰ κατὰ τὰς ἀνατολὰς ὑπὸ τοῦ βαρβάρου τολμώμενα, οὐκ ἀνασχετὰ ἡγούμενος, καλούντων δὲ αὐτὸν καὶ τῶν ἐκεῖσε ἡγεμόνων, ἀσχάλλων μὲν, καὶ παρὰ γνώμην, ὅμως δ' ἦγε περὶ ἔξοδον. ἔκ τε οὖν αὐτῆς Ἰταλίας καὶ τῶν ὑπὸ Ῥωμαίοις πάντων ἐθνῶν λογάδες ἐς τὴν στρατιὰν ἠθροίζοντο, ὅσοι σώματος εὐεξίᾳ καὶ ἡλικίας ἀκμῇ, εἰς μάχην ἐπιτήδειοι ἐνομίζοντο. κίνησίς τε μεγίστη πᾶσι τῆς ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐγένετο δυνάμεως, ἰσορρόπου ἀθροιζομένης πρὸς τὸ ἀγγελλόμενον τῶν ἐπιτρεχόντων βαρβάρων πλῆθος.

ac Traianus,[1] Luciusq; item & Seuerus adepti fuissent. Huiuscemodi litteris [2] Alexander persuasurū se barbaro, metu scilicet perterrito, pacem quietemq; arbitrabatur. Quibus ille contemptis, remq; armis potius q̃ verbis gerendam ratus, tum vero [3] ferocissim[e] ingruere, decursaq; ac perequitata Mesopotamia omni, prędas agere, atq; oppugnare Romanorum castra imposita fluminū ripis, quę scilicet imperii limites tuerētur. Quūq; esset natura gloriosus, ac sublimes animos gereret, successu rerum inopinato subacturum se omnia videlicet existimabat. Neq; enim parua erāt quæ illius animum ad maius concupiscendum regnum inflammabant. Primus namque ipse Parthis bellum inferre ausus, Persarum recepit imperium. Siquidē post Darium illum cui regnum Macedo Alexander abstulerat,[4] permultis sane annis Macedones ipsi, quiq; Alexandro successerunt, diuisas inter se Orientis Asiæq; totius regiones gubernarunt. Sed ortis inter ipsos discordiis, ac frequentibus bellis attrito Macedonum robore, primus Arsaces Parthus persuasisse earum regionū barbaris memoratur vt a Macedonib. deficerent: impositoq; sibi diademate, Parthorum barbarorumq; vicinorum cōsensu, & ipse regnum tenuit,[5] & posteris reliquit, ad Artabanum vsque regem, *qui nostra ætate fuit*. quo interfecto Artaxerxes, regnoq; Persis restituto, vicinaque † barbaria per vim subacta, facile iam Romanam quoq; potentiam lacessebat. Quæ vbi Alexandro Romæ agenti nuntiata sunt, minime iam ferendam putans insolentiā barbari, vocantibus illuc se ducibus, ægre scilicet tandem contraque animi sui sentētiam ad expeditionem se cōparat. Igitur in Italia prouinciisq; reliquis, delectus habebantur cunctorum qui vel habitudine corporis, vel ætatis vigore, idonei fore ad pugnam viderentur. Motusque ingens omnibus Romani imperii regionibus extitit delectibus habendis, qui tantæ barbarorū multitudini, *quanta incursiones facere nuntiabatur*, pares forent. 151

a *Participium* νειμάμενοι *cum* κατὰ χώρας *iungi puto.* ¶ IN VERS. L. 1 *Lucius Verus Marci gener, M.* 2 Alex. se barbarum exoraturum aut metum iniecturum putabat, qui illi quiescendi caussa foret. At ille, nihil curans quæ scripta essent, remque armis non verbis gerendam ratus, eo maiore studio ad bellum incumbebat, populans vastansque omnia quæ Romanorum erāt. 3 *Malim* ferocius: *sicut & scripsisse Politianum puto.* 4 *amplius quingentis, M.* 5 & ab illo oriundis longa annorum serie permansit.

At vero Alexander, vrbanis omnibus militibus conuocatis in *solitum* campum, conscensoq; tribunali, in hanc sententiam verba fecit: ¹ Cuperem, commilitones, eiuscemodi habere orationē apud vos, quę & dicenti mihi (vt consueuerat) ornamentum, & vobis audientibus lætitiam conciliaret. Nam quum multos annos pacem agitauerimus, siquid noui nunc audieritis, fortasse, quasi præter spem acciderit, expauescetis. Decet autem viros fortes atque moderatos, optima quidem optare, sed ferre quæcumq; incidant. Vt enim quæ cum voluptate agimus, dulcia: ita quæ cum virtute, gloriosa sunt. Atque vt is qui prior lacessit, ipse sibi iniurius videtur: ita qui propulsat iniuriam, confidentior ex conscientia fit, atq; ex iustitia spem bonā mutuatur. Artaxerxes, vir Persa, posteaq̄ Artabanum dominum suū interfecit, atque ad Persas imperium transtulit, etiam nostra arma lacessere, despecta maiestate Romana, & iā incursare ac vastare nostras prouincias aggreditur. Huic ego per litteras a principio studui persuadere vt in-
132 explebilem illam vecordiam † omitteret, neve aliena concupisceret. At ille, barbara insolentia prouectus, neque se continere suis sedibus iā vult, & nos ad pugnam prouocat. Ne cunctemur igitur, neve prœlium detrectemus: sed, quicumque seniores hic adestis, ² admonete quamprimum illum tropæorum, quę plurima aduersus barbaros, Seuero atq; Antonino parente meo ducibus, excitastis: quibus autem ætas integra est, laudē hāc inprimis ac gloriam concupiscite: vt intelligant omnes, scire vos nō solum pacem mansuete ac reuerēter colere, verumetiam, quum res postulat, fortissime prœliari. Quippe barbari, vt cedentibus detrectantibusq; acriter instant, ita repugnantib. minime resistūt. Neq; enim illis collata acies spem victorię pollicetur; sed excursibus fugaq; vtentes, lucrari se demum putāt quæ scilicet rapuerunt. at nos, quum omnia cōposita ordinataq; habeamus, tum illos vincere ac profligare semper didicimus. Talia quædam

Ὁ δ' Ἀλέξανδρος, ἀθροίσας τοὺς ἐν Ῥώμῃ στρατιώτας, συνήθως τε πάντας κελεύσας ἐς τὸ συνῆθες πεδίον, ἐπὶ βήματος ἀνελθὼν, ἔλεξε τοιάδε· Ἐβουλόμην μὲν, ὦ ἄνδρες συστρατιῶται, τοὺς συνήθεις πρὸς ὑμᾶς ποιεῖσθαι λόγους, δι' ὧν αὐτός τε ἐκοσμούμην δημηγορῶν, ὑμᾶς τε ἀκούοντας εὔφραινον. εἰρήνης γὰρ πολυετοῦς ἀπολαύσαντες, εἴ τι καινὸν νῦν ἀκούοιτε, ἴσως ἂν ὡς παρ' ἐλπίδα λεχθέντι ἐκπλαγείητε. χρὴ δ' ἄνδρας γενναίους τε καὶ σώφρονας, εὔχεσθαι μὲν ὑπάρχειν τὰ βέλτιστα, φέρειν δὲ τὰ προσπίπτοντα. τῶν μὲν γὰρ δι' ἡδονῆς πραττομένων ἡ ἀπόλαυσις γλυκεῖα· τῶν δ' ἐξ ἀνάγκης κατορθουμένων, ἔνδοξος ἡ ἀνδρεία. καὶ τὸ μὲν ἄρχειν ἀδίκων ἔργων, οὐκ εὐγνώμονα ἔχει τὴν πρόκλησιν· τὸ δὲ τοὺς ὀχλοῦντας ἀποσείεσθαι, ἔκ τε τῆς ἀγαθῆς συνειδήσεως ἔχει τὸ θαρραλέον, καὶ ἐκ τοῦ μὴ ἀδικεῖν, ἀλλ' ἀμύνασθαι, ὑπάρχει τὸ εὔελπι. Ἀρταξέρξης, ἀνὴρ Πέρσης, τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην Ἀρτάβανον ἀποκτείνας, τήν τε ἀρχὴν εἰς Πέρσας μεταστήσας, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑμετέρων ὅπλων καταθαρρήσας, καὶ τῆς Ῥωμαίων δόξης καταφρονήσας, πειρᾶται κατατρέχειν καὶ λυμαίνεσθαι τὰ τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς κτήματα. οὗτοι ἐπειράθην, τὸ μὲν πρῶτον γράμμασι καὶ πειθοῖ, παῦσαι τῆς ἀπλήστου μανίας καὶ τῆς † ἀλλοτρίων ἐπιθυμίας. ὁ δ', ᵃ βαρβάρων 132 φερόμενος ἀλαζονείᾳ, οὔτε μένειν οἴκοι βούλεται, προκαλεῖταί τε ἡμᾶς εἰς μάχην. μὴ δὴ μέλλωμεν, μηδὲ ὀκνῶμεν· ἀλλ' οἱ μὲν πρεσβύτεροι ὑμῶν, ὑπομνήσατε ἑαυτοὺς τροπαίων ἃ μετὰ Σεβήρου καὶ Ἀντωνίνου τοῦ ἐμοῦ πατρὸς ἠγείρατε πολλάκις κατὰ βαρβάρων· οἱ δ' ἐν ἀκμῇ ὄντες, δόξης καὶ κλέους ἐπιθυμήσατε, δείξαντες ὅτι ἄρα καὶ εἰρήνην ἄγειν πράως καὶ μετ' αἰδοῦς ἐπίστασθε, καὶ τὰ πολεμικὰ, τῆς χρείας ἀπαιτούσης, γενναίως κατορθοῦτε. τὸ δὲ βάρβαρον, πρὸς μὲν τὰ ὑπείκοντα καὶ ὀκνοῦντα θαρσύνεται, τῷ δ' ἀντιπίπτοντι οὐκέθ' ὁμοίως ἀντέχει· ἐπεὶ μὴ ἐκ συστάσεως αὐτοῖς ἡ μάχη κατὰ τῶν ἀντιπάλων ὑπισχνεῖται τὸ εὔελπι, ἀλλ' ἐξ ἐπιδρομῆς ἢ φυγῆς κερδαίνειν νομίζουσιν ὅσα ἂν ἁρπάσωσι δι' ἁρπαγῆς. ἡμῖν δὲ καὶ τὸ εὔτακτον ἅμα τῷ κοσμίῳ ὑπάρχει, καὶ νικᾶν αὐτοὺς ἀεὶ δεδιδάγμεθα. Τοιαῦτά τινα

a *Malim θαρσεῖν. Alioqui videtur dicturus fuisse potius, τῇ τῶν βαρβάρων φυγῇ.* ¶IN VERS. L. 1 Vellem, commil. verba facere apud vos qualia consueueram: quæ & mihi concionanti ornamento, & vobis audientibus oblectamento erant. Nam quum nobis multos per annos pace frui contigerit, siquid noui nunc audiatis, fortassis ad id, vtpote præter exspectationem dictum, consternabimini. Verum par est viros for. atque mod. optare quidem vt sibi eueniant optima, sed ferre quæcumque accidant. Illis enim quæ cum voluptate fiunt, frui iucundum est: eorum autem quæ suscipere coacti ad prosperum perducimus exitum gloriosa est fortitudo. Et eius quidem a quo proficiscitur iniuria, rationi cōsentanea & æqua non est prouocatio: at quum eos qui nobis graues sunt repellimus, cum ex bona conscientia confidentiam accipimus, tum vero ex eo quod non inferimus sed propulsamus iniuriam, spem bonam concipimus. 2 in memoriam vobis reuocate tropæa quæ sæpe aduersus barb.

εἰπόντα

εἰπόντα τὸν Ἀλέξανδρον πᾶς ὁ στρατὸς αἰσίως ἐπευφήμησε, προθυμίας τε πάσας ἐς τὸ πολεμεῖν ὑπισχνεῖτο. ὁ δὲ, ἐπιδοὺς αὖθις χρήματα μεγαλοφρόνως, διασκευάζεσθαι τὰ πρὸς τὴν ἔξοδον ἐκέλευσε. κατελθών τε εἰς τὴν σύγκλητον βουλὴν, καὶ τοῖς προειρημένοις ὅμοια διαλεχθεὶς, ἐπήγγελλε τὴν ἔξοδον. καταλαβούσης δὲ τῆς ὡρισμένης ἡμέρας, θύσας τὰς ἐπὶ ταῖς ἐξόδοις νενομισμένας ἱερουργίας, προπεμφθείς τε ὑπὸ τῆς συγκλήτου καὶ παντὸς τοῦ δήμου, τῆς Ῥώμης ἀπῆρεν, ἐπιστρεφόμενος ἀεὶ πρὸς τὴν πόλιν, καὶ δακρύων. ἀλλ' οὐδὲ τῶν δημοτῶν ἦν τις ὃς ἀδακρυτὶ παρέπεμπεν αὐτόν. πόθον γὰρ ἑαυτοῦ τοῖς πλήθεσιν ἐμπεποιήκει, ἀνατραφείς τε [a] ὑπ' αὐτοῖς καὶ μετρίως ἄρξας τοσούτων ἐτῶν. μετὰ πολλῆς δὲ σπουδῆς ποιησάμενος τὴν πορείαν, τά τε Ἰλλυρικὰ ἔθνη καὶ στρατόπεδα ἐπελθὼν, πλείστην τε δύναμιν κἀκεῖθεν ἀθροίσας, εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ἀφίκετο. ἐκεῖ δὲ γενόμενος, τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἐξήρτυε, γυμνάζων τε τοὺς
133 στρατιώτας καὶ τὰ πολεμικὰ ἀσκῶν. † Ἔδοξε δὲ αὐτῷ πρεσβείαν πάλιν πέμψαι πρὸς τὸν Πέρσην, καὶ περὶ εἰρήνης καὶ φιλίας διαλέγεσθαι. ἤλπιζε γὰρ αὐτὸν πείσειν ἢ φοβήσειν, αὐτὸς παρών. ὁ δὲ βάρβαρος, τοὺς μὲν πρέσβεις τῶν Ῥωμαίων ἀπέπεμψεν ἀπράκτους, αὐτὸς δὲ ἐπιλεξάμενος τετρακοσίους Περσῶν τοὺς μεγίστους, ἐσθῆσί τε πολυτελέσι καὶ χρυσῷ κεκοσμημένους, ἵππων τε καὶ τόξων παρασκευῇ· πρέσβεις ἔπεμψε δὴ πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον, καταπλήξειν οἰηθεὶς τοὺς Ῥωμαίους τῇ τε ὄψει καὶ τῷ σχήματι τῶν Περσῶν. ἔλεγε δὴ ἡ πρεσβεία ὅτι δὴ κελεύει μέγας βασιλεὺς Ἀρταξέρξης ἀφίστασθαι Ῥωμαίους τε καὶ τὸν ἄρχοντα αὐτῶν, Συρίας τε ἁπάσης, Ἀσίας τε τῆς Εὐρώπῃ ἀντικειμένης· ἐᾶσαι δὲ ἄρχειν Πέρσας μέχρις Ἰωνίας τε καὶ Καρίας, καὶ ὅσα Αἰγαίῳ καὶ Πόντῳ ἔθνη διαιρεῖται. εἶναι γὰρ αὐτὰ Περσῶν προγονικὰ κτήματα. Τοιαῦτά τινα τῶν τετρακοσίων πρέσβεων ἀπαγγειλάντων, κελεύει ὁ Ἀλέξανδρος τοὺς τετρακοσίους συλληφθῆναι· καὶ περιελόμενος πάσης τῆς περικειμένης σκευῆς, εἰς Φρυγίαν ἐξέπεμψε, δοὺς κώμας τε οἰκεῖν, καὶ χώρας γεωργεῖν· τοσαύτην αὐτοῖς ἐπιθεὶς τιμωρίαν, ὡς οἴκαδε μὴ ἐπανελθεῖν. ἀποκτεῖναι γὰρ ἀνόσιον καὶ οὐ πάνυ ἀνδρεῖον ἡγήσατο, μήτε

loquutum Alexandrum alacri vociferatione milites exceperunt, ac se promptissimos ad bellandum ostenderunt. Ille, diuiso largiter stipendio, iubet ad iter accingi: mox ad eandem ferme sententiam loquutus in senatu, diem discessui præstituit. Quæ vbi aduenit, [1] sacris *discessus causa* de more peractis, deducente senatu populoque vniuerso, Roma proficiscitur, *urbem* identidem respectans, ac lacrymans. Sed neque popularium quisquam fuit, [2] qui siccis oculis aspexerit abeuntem. quippe omnem multitudinem sui cupidam habebat, educatus [3] ab ipsis, imperioque tam multos annos modestissime administrato. Ceterum festinato itinere, quum Illyricas etiam gentes exercitusque lustrasset, magnis inde quoque viribus collectis, Antiochiam contendit. In ea ciuitate, quæ belli vsus postularet, diligenter comparabat: exercendis etiam militibus ac ceteris bellicis muneribus pertractandis intentus.
†Visum igitur illi est legationem iterum mittere ad Persarum regem, quæ 135
de pace amicitiaque cum illo ageret. Nam quum ipse iam afforet, minime desperabat aut persuasurum quæ vellet, aut certe perterrefacturum. Enimuero barbarus Romanos oratores re infecta domum remisit: ipse quadringentos e suis *delectos* proceritate insignes, vestituque eleganti & auro exornatos, equis atque arcubus conspicuos, legatos ad Alexandrum mittit: perterritum iri Romanos putans aspectu illo cultuque Persarum. Legationis eius hæc erat sententia: Iubere magnum regem Artaxerxem, Romanos eorumque principem Syria omni, Asiaque quæcumque ex aduerso Europæ sita est, decedere: sinere Persas Ionia Cariaque tenus dominari, omnibusque iis regionibus quas mare Ægæum Pontusque disterminat: [4] *esse enim illa Persarum possessiones a maioribus acceptas.* Hæc afferentes legatos [5] quadringentos comprehendi Alexander iubet: omnique adempto cultu in Phrygiam relegat, vicis agrisque concessis quos colerent: contentus hoc supplicio interdicti in patriam reditus. quippe occidere, nefarium facinus, minimeque virile arbitrabatur, neque

a *Malim* ὑπ' αὐτῶν, *aut* ἐν αὐτοῖς. ¶ IN VERS. L. 1 sacris, quæ discedentibus consueta sunt, peractis. 2 qui sine lacrymis illum deduxerit. 3 sub ipsis, Gr. 4 eas enim auitas esse Persarum possessiones, M. [5 *vulg. libri habent* quadraginta, *sed* quadringentos *agnoscit etiam Zonaras, vt leam. Hartungus adnotauit Decuria 3 cap. 2*]

in acie captos, & sui regis mãdata exsequutos. His ad hũc modum peractis, comparante iam se vt fluuios transgrederetur Alexandro, ac Romanorum exercitum in barbarorum agros deduceret; defecerunt ab illo milites nõnulli, ex Ægypto acciti. neque non in Syria quoq; res nouas contra imperium moliti alii: sed vniuersi tamen oppressi statim, supplicioq; affecti sunt. Quosdam etiam exercitus in regiones alias transtulit Alexãder, vt inde barbarorum incursiones facilius arcerentur. Quibus ordinatis rebus, magnoq; iam coacto exercitu,

134 † quumprimum se haud imparem fore aduersariorũ copiis credidit, de amicorum sentẽtia milites trifariam distribuit: sic vt vnam partẽ iuberet, spectantem ad septemtriones, facere iter per Armeniam, (quæ regio amica Romanis videbatur) atq; illinc Medorum fines incursare: alteram item [1]ad septemtrionem, per barbarorum agros contendere, vbi cõfluentes Tigris & Euphrates, densissimis paludibus excipi, atq; ob id eorum *dumtaxat fluuiorum* latere egressus dicũtur: tertiam porro *valentissimamq;* exercitus partem ipse adducturum se aduersus barbaros medio iam itinere pollicebatur. Ita enim putabat, diuersis itineribus imparatos eos, ac sic necopinantes oppressurum; Persarumq; copias, semper ingruentibus Romanis occursantes, distractũ iri, atq; imbecilliores futuras, minusque ordinate prœliũ suscepturas. (Neq; enim mercenario milite vtuntur barbari, quẽadmodũ Romani cõsueuerunt: neq; statiuis castris exercitus habent, qui bellorum artibus exerceantur: sed omnis multitudo virorum, [2] nonnumquam autem mulierum quoq;, regis congregatur imperio; quæ mox bello peracto, suas protinus in sedes dimittitur: ea demum præmia belli referens quæ cuiq; ex rapina superfuerint. Arcubus autem & equis non in prœlio tantum more Romanorum vtuntur, sed a pueritia vsque enutriuntur vna, venatu inuigilantes, pharetratiq; semper, ac numquã ex equis desilientes, siue bellum gerant, siue feras conficiant.) [3] Sed hoc Alexandri consilium, etsi

μαχομένους, καὶ τὰ κελευσθέντα ὑπὸ τοῦ ἑαυτῶν δεσπότου ἀγγείλαντας. Τούτων δὴ οὕτω πεπραγμένων, [a] παρασκευαζομένου τε τοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ διαβαίνειν τοὺς ποταμούς, εἴς τε τὴν βάρβαρον γῆν τὸν στρατὸν διαγαγεῖν, ἐγένοντο τινὲς καὶ ἀποστάσεις στρατιωτῶν [b] ἀπό τε Αἰγύπτου ἐληλυθότων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν κατὰ Συρίαν κινηθέντων τινὰ ἐπιχειρησάντων περὶ τὴν βασιλείαν· οἳ ταχέως φωραθέντες, ἐκολάσθησαν. ἀλλὰ καὶ τινὰ τῶν στρατοπέδων μετέστησεν ὁ Ἀλέξανδρος εἰς ἕτερα χωρία, ἐπιτηδειότερα δοκοῦντα εἶναι πρὸς τὸ κωλύειν τὰς τῶν βαρβάρων ἐπιδρομάς. Τούτων δὴ αὐτῷ διοικηθέντων, τῆς τε στρατιᾶς παμπληθοῦς συνειλεγμένης,

† ὅτε δὴ ἀντίπαλα καὶ ἰσόρροπα ᾠήθη εἶναι τὰ ἑαυτοῦ στρατεύματα τοῖς πλήθεσι τῶν βαρβάρων, σκεψάμενος σὺν τοῖς φίλοις, εἰς μὲν δὲ τρεῖς μοίρας καὶ τὴν μὲν μίαν ἐκέλευσε, πρὸς τὰ ἀρκτῷα μέρη ἀφορῶσαν, δι' Ἀρμενίας ἐπελθοῦσαν, φιλίου Ῥωμαίοις δοκούσης, κατατρέχειν τὴν Μήδων χώραν· τὴν δ' ἑτέραν ἔπεμψε πρὸς τὰ ἀρκτῷα μέρη τῆς βαρβάρου γῆς βλέπουσαν, ἔνθα συρρέοντας τὸν Τίγριν καὶ τὸν Εὐφράτην ἕλη πυκνότατα ὑποδέχεσθαι λέγουσι, καὶ λανθάνειν τὰ ῥεῖθρα ἐκείνων μόνων διὰ τοῦτο τὰς ἐκβολάς. τὴν δὲ τρίτην μοῖραν καὶ δυνατωτάτην τοῦ στρατοῦ αὐτὸς ἔχων, ὑπέσχετο ἐπάξειν τοῖς βαρβάροις κατὰ μέσην τὴν πορείαν. οὕτω γὰρ ᾤετο διαφόροις ἐφόδοις ἀφυλάκτως τε καὶ ἀπροσδοκήτως αὐτοῖς ἐπελεύσεσθαι· καὶ τὸ πλῆθος τῶν Περσῶν ἀεὶ πρὸς τοὺς ἐπιόντας διαιρούμενον ἀσθενέστερόν τε ἔσεσθαι, καὶ ἀτακτότερον μάχεσθαι. (οὐ γὰρ δὴ μισθοφόροις χρῶνται στρατιώταις οἱ βάρβαροι, ὥσπερ Ῥωμαῖοι, οὐδὲ στρατόπεδα ἔχουσι συνεστῶτα καὶ μένοντα, πολέμου τέχναις ἐγγεγυμνασμένα· ἀλλὰ πᾶν τὸ πλῆθος τῶν ἀνδρῶν, ἐσθ' ὅπη καὶ τῶν γυναικῶν, ἐπὰν κελεύσῃ βασιλεύς, ἀθροίζεται· διαλυθέντος δὲ τοῦ πολέμου, ἕκαστος εἰς τὰ ἑαυτοῦ ἐπανέρχεται, τοσοῦτον ἀποκερδήσας [d] ὅσα ἂν ἐξ ἁρπαγῆς αὐτῷ περιγένηται). τόξοις τε καὶ ἵπποις οὐκ εἰς τὸ πολεμεῖν μόνον χρῶνται, ὥσπερ Ῥωμαῖοι, ἀλλ' ἐκ παίδων σὺν αὐτοῖς ἀνατρέφονται, καὶ θηρῶντες διαιτῶνται, οὔτε τὰς φαρέτρας ποτὲ ἀποτιθέμενοι, οὔτε τῶν ἵππων ἀποβαίνοντες, ἀεὶ δὲ αὐτοῖς χρώμενοι ἢ κατὰ πολεμίων ἢ κατὰ θηρίων) Ἀλέξανδρος μὲν οὖν, ὡς

a *Pro eo quod magis vsitate dictum fuisset,* παρασκευαζομένου τε τοῦ Ἀλεξάνδρου διαβαίνειν τε τοὺς ποταμούς, καὶ εἰς τὴν βαρβ. *Suspicarer aliquid desiderari aliquid ante* τὸ διαβαίνειν. b *for.* ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου. *Alioqui particula* τε *reddenda videri posset altera partic.* καὶ, *cum alio genitiuo.* c *scribo* [...] *vel* [...] d *præcedens* τοσοῦτον *videtur hic postulare* ὅσον. ¶IN VERS. L. 1 ad septemtrionales barbarici soli partes spectantem, Gr. 2 nonnunquam, *seu* alicubi, M. 3 Optimum igitur Alexander consilium inierat, vt quidem putabat: sed eius deliberationem fortuna intercepit.

ᾤετο,

ᾤετο, ἄριστα βεβουλεῦσθαι· ἔσφηλε δὲ αὐτοῦ τὴν γνώμην ἡ τύχη. ὁ μὲν γὰρ πεμφθεὶς δι' Ἀρμενίας στρατιωτικόν, μόλις καὶ χαλεπῶς ὑπερβαλὼν τὰ τῆς χώρας ὄρη τραχύτατά τε ὄντα καὶ κρημνωδέστατα, (πλὴν ἔτι θέρους ὄντος ἀνεκτὴν εἶχε τὴν πορείαν) ἐμβαλὼν εἰς τὴν Μήδων χώραν, ἐπόρθει τε αὐτήν, καὶ πολλὰς ἐνέπρησε
135 κώμας, λείαν τε ἀπήγαγεν. ὁ δὲ Πέρσης † μαθών, ἐπήμυνε κατὰ δύναμιν. ἀπείργειν δὲ τοὺς Ῥωμαίους οὐ πάνυ τι ἐδύνατο. τραχεῖα γὰρ οὖσα ἡ χώρα, τοῖς μὲν πεζοῖς καὶ τὴν βάσιν εὐπαγῆ καὶ τὴν πορείαν εὐμαρῆ παρεῖχεν. ἡ δὲ ἵππος τῶν βαρβάρων, ὑπὸ τῆς τῶν ὀρῶν τραχύτητος, ὁμοῦ καὶ πρὸς δρόμον ἐπείχετο, καὶ καθιππεύειν ἢ ἐπιέναι ἐκωλύετο. Ἧκον δέ τινες ἀγγέλλοντες τῷ Πέρσῃ, ὡς ἄρα φαίνοιτο Ῥωμαίων στρατὸς ἕτερος, ἐν τοῖς ἑῴοις μέρεσι Παρθυαίων, τά τε πεδία κατατρέχουσι. διόπερ φοβηθεὶς [a] ἐκεῖνα, μὴ τὰ ἐν Πάρθοις ῥᾳδίως λυμηνάμενοι, εἰς Πέρσας ἐμβάλωσι, καταλιπὼν τινὰ δύναμιν ὅσην αὐτάρκη ᾤετο ῥύεσθαι Μηδίαν, αὐτὸς σὺν παντὶ τῷ στρατῷ εἰς τὰ ἑῷα μέρη ἠπείγετο. ἡ δὲ τῶν Ῥωμαίων στρατιὰ τὴν πορείαν ἀμελέστερον ἐποιεῖτο, μήτε τινὸς φαινομένου μήτε ἀνθεστῶτος· ἤλπιζέ τε τὸν Ἀλέξανδρον σὺν τῇ τρίτῃ μοίρᾳ, γενναιοτάτῃ οὔσῃ καὶ μεγίστῃ, εἰς μέσους ἐμβεβληκέναι τοὺς βαρβάρους· [b] κἀκείνους, ἀνθελκομένους ἀεὶ πρὸς τὸ ἐνοχλοῦν, σχολαιτέραν αὐτοῖς καὶ ἀδεεστέραν παρέξειν τὴν ἔφοδον. προείρητο γὰρ πᾶσι τοῖς στρατοῖς ὑπερτρέχειν, καὶ τόπος ὥριστο εἰς ὃν [c] καὶ ὅπου συνελθεῖν ἔδει, πάντα τὰ ἐμπίπτοντα [d] καὶ ἐν μέσῳ χειρουμένους. Ἔσφηλε δὲ αὐτοὺς ὁ Ἀλέξανδρος, μήτε εἰσαγαγὼν τὸν στρατόν, μήτε εἰσελθών, ἢ διὰ δέος, ἵνα μὴ δὴ αὐτὸς κινδυνεύοι ψυχῇ καὶ σώματι ὑπὲρ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς· ἢ τῆς μητρὸς ἐπισχούσης γυναικείᾳ δειλίᾳ καὶ ὑπερβαλλούσῃ φιλοτεκνίᾳ. ἤμβλυνε γὰρ αὐτοῦ τὰς πρὸς ἀνδρείαν ὁρμάς, πείθουσα δεῖν ἄλλους ὑπὲρ αὐτοῦ κινδυνεύειν, ἀλλὰ μὴ αὐτὸν παρατάττεσθαι. ὅπερ τὸν εἰσελθόντα Ῥωμαίων στρατὸν ἀπώλεσεν. ὁ γὰρ Πέρσης, σὺν πάσῃ τῇ δυνάμει ἐπελθών, οὐ προσδοκῶντος τοῦ στρατοῦ, ἐκπεριελθών, καὶ ὥσπερ σαγηνεύσας, πανταχόθεν τε τοξεύων, διέφθειρε τὴν δύναμιν τῶν Ῥωμαίων, ὀλίγων τε πρὸς

longe optimum prima specie videbatur, statim tamen fortuna destituit. Siquidem exercitus contēdere per Armeniam iussus, vix ægreq; superatis eius regionis asperrimis præruptissimisq; montibus, (quamq̃ æstas tolerabilius iter faciebat) impetu in Mediam facto, vicos concremauit, prædamq; abegit. At rex Persarum, † in- 135
tellecta re, confestim quam maximis potuit copiis auxilio adfuit. Ceterum arcere illinc Romanos minime poterat. quippe aspera regio, peditib. quidem stabilem gressum facilemq; trāsitum præbebat: at barbarorum equitatus, montium asperitate, & cursum difficiliorem, & iter habebat impeditius. Nūtiatum dein *Persarum* regi est, [1] exercitum alterū Romanorum, Parthorum in agros, qua ad oriētem spectāt, impetum fecisse. Quare metuens ne Parthis facile superatis, mox in Persiam grassarētur, relictis copiis quantæ ad tuendam Mediā satis fore videbātur, ipse cum toto exercitu ad orientis partes accelerabat. Ceterum exercitus Romanus, comparente ac repugnante nullo, negligentius iter faciebat; ratus Alexandrum cum tertia parte copiarum, quæ maximæ validissimæq; forent, in medios incurrisse barbaros. Itaq; [2] restitātibus illis, atq; ob id exercitum retentantibus, minime sibi properandum putabant, vt qui se tutos crederent; præstituto antea loco, in quem pariter vniuersi [3] cum præda abacta, captiuisq; omnibus, conuenirent. Sed eos Alexander fefellit. neq; enim aut ipse venit, aut exercitum adduxit: incertū metune proprio, ne ipse, imperium tuendo, vita periclitaretur; an quia mater retinuerit, muliebri pauore & caritate filii nimia. Siquidem omnes illius generosos spiritus retundebat; [4] suadens alios potius periculis exponeret, quam ipse in acie consisteret. Quæ res exercitum Romanum fines barbarorum ingressum, plane [5] prodidit. Etenim Persarum rex, omnibus copiis occurrens imparatis, minimeq; exspectantibus, quasiq; intra retia [6] vndiq; concludens. *& sagittis petens*, omnem Romanorum exercitum profligauit. Quippe pauci

a *Scribo ἐκεῖνο.* b *Sequutus est quidem eandem lect. Pol. sed hæc disiungens a verbo præcedente ἤλπιζε.* c *Hæ duæ voculæ καὶ ὅπου, supervacaneæ esse videntur.* d *Post partic. καὶ deesse puto τοὺς αἰχμαλώτους, vel τὰ αἰχμάλωτα: & interpungendum post ἔδει: vt totus ita locus legatur: καὶ τόπος ὥριστο, εἰς ὃν συνελθεῖν ἔδει, πάντα τὰ ἐμπίπτοντα καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἐν μέσῳ χειρουμένους. [Potest tamen & vulg. lectio retineri, subaudito per repetitionem articulo τὰ, hoc sensu:* omnibus quæ occurrebant & in medio sita erant, subactis] ¶IN VERS. L. 1 alium Rom. exercitum in parte orientali Parthiæ conspici, & in planitiem incursionem facere. 2 illis infesto exercitui semper obnitentibus. M. [*Stephanus hic ad Annotationes suas remittit lectorem*] 3 captis omnibus obuiis atque in medio positis conuenirent, M. 4 persuadens oportere alios pro ipso periclitari, non autem ipsum in aciem prodire. 5 *Polit. puto scripsisse* perdidit. *quod verbum & loco aptum est, & Græcæ voci plane respondet.* 6 vsquequaque circumdans. M.

plurimis resistere haud poterāt, sem-
136 perque nudas corporis partes † armis aduersus impetum sagittarum protegebant; satis præclare agi secum existimantes, si nulla edita pugna integri recessissent. Sed quum aliquamdiu consertum clipeis sese quasi muro circumsepsissent, atque omnes vndique, velut vrbs aliqua, oppugnarentur consauciarenturq;, tandem, vbi diu fortiter restiterant, occidione occiderunt. Ingens hæc calamitas, & qualis nulla facile memoratur, [1] Romanis incidit, amisso ingenti exercitu, vel fide vel robore cuilibet antiquorum exercituũ conferendo: Persam vero *fastu &* maiorum spe impleuit tantarum successus rerum. Quæ vbi nuntiata Alexandro sunt, grauissime tunc ægrotanti, siue ex mœrore animi, siue insolentia cæli, cum ipse tulit molestissime, tum exercitus omnis grauiter Imperatori succensebat. Quippe ipsius mendacio, [2] minime signis seruatis, proditos ab eo suos milites dictitabāt. Ceterum Alexander, morbi cælique illius æstuosi impatiens, laborante pariter omni exercitu, maximeque Illyricianis, qui humido hibernoque cælo insueti, largiusque cibum *more suo* capientes, letaliter ægrotabant: redire Antiochiam constituit, [3] accitis etiam eo militibus; qui montium tamen atq; hiemis asperitate [4] attriti, paucissimis tantum reliquis, perierant. Copias autem quas secum Alexander habebat, Antiochiam reduxit, multis inde quoque amissis. Quare magnum exercitui mœrorem, magnum Alexandro dedecus ea res attulit: quum scilicet omnibus locis fortuna illius consilium fefellerit. Siquidem plurimi e triplici illo exercitu (ita namq; [5] distribuebat) desiderati sunt, diuersis calamitatibus, morbo, ferro, frigore. Vt vero Antiochiã peruenit Alexander, facile & ipse cõualuit, spiritu illo
137 cæli, & † aquarũ abundãtia post æstuosos Mesopotamiæ calores refectus, & milites vniuersos recreauit; cõsolatus etiã mœstitiam illorũ pecuniis elargiendis. id. n. solũ valere ad [6] cõciliãdos

πολλοῖς αὐτίστασθαι μὴ δυνάμενοι, καὶ ἀεὶ τὰ γυ-
136 μνὰ ἑαυτῶν, εἰς ἃ ἐτοξεύοντο, † φραττόντων τοῖς ὅπλοις. ῥύεσθαι γὰρ αὐτοῖς τὰ σώματα, οὐ μάχεσθαι, ἀγαπητὸν ἦν. ἔστε δὴ πάντες ἐς ἓν αὐτὸ συναλισθέντες, καὶ τῇ τῶν ἀσπίδων προβολῇ ὥσπερ τειχίσαντες, ἀπεμάχοντο ἐν σχήματι πολιορκίας, βαλλόμενοι πανταχόθεν καὶ τιτρωσκόμενοι· [a] ἀντισχόντες εἰς ὅσον ἐνεδέχετο ἀνδρείως, τὸ τελευταῖον πάντες διεφθάρησαν. μεγίστη τε αὕτη συμφορά, καὶ οὐ ῥᾳδίως μνημονευθεῖσα Ῥωμαίοις ἐπέσχε, δυνάμεως μεγίστης διαφθαρείσης, γνώμῃ καὶ ῥώμῃ μηδεμιᾶς τῶν ἀρχαίων ἀποδεούσης· τόν τε Πέρσην εἰς ἐλπίδα μειζόνων πραγμάτων ἐτύφωσε τηλικούτων ἔργων εὐπραγία. Ὡς δὲ ταῦτα τῷ Ἀλεξάνδρῳ ἐδηλώθη, χαλεπῶς νοσοῦντι, εἴτε διὰ δυσθυμίαν, εἴτε διὰ τὴν τοῦ ἀέρος ἀήθειαν, αὐτός τε διαφόρως ἤνεγκε, καὶ ὁ λοιπὸς στρατὸς ἠγανάκτησε πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον, καὶ ἐχαλέπαινεν, ὅτι δὴ ψευσαμένου αὐτοῦ, καὶ μὴ τηρήσαντος τὰ [b] συνθήματα, προδοθείη ὁ εἰσελθὼν στρατός. πλὴν ὁ Ἀλέξανδρος, μήτε τὴν νόσον φέρων καὶ τὸ πνιγῶδες τοῦ ἀέρος, τοῦ τε στρατοῦ παντὸς νοσοῦντος, καὶ μάλιστα τῶν Ἰλλυρικῶν στρατιωτῶν, (οἳ ὑγρῷ καὶ χειμερίῳ ἀέρι ἐνεθισμένοι, τροφάς τε πλείονας συνήθως εἰσφερόμενοι, χαλεπῶς νοσοῦντες, διεφθείροντο) ἐπανελθεῖν τε εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ἐβουλεύσατο, καὶ πέμψας, τὸν ἐν Μηδίᾳ στρατὸν ἐπανελθεῖν ἐκέλευσεν. ἐκεῖνος [*] μὲν ὁ στρατὸς ἐπανιών, πλεῖστος ἐν τοῖς ὄρεσι διεφθάρη· καὶ ἠκρωτηριάσθησαν οὐκ ὀλίγοι ἐν δυσχειμέρῳ χώρᾳ, ὡς ὀλίγους πάνυ ἐκ πολλῶν ἐπανελθεῖν. τὸ δὲ σὺν αὐτῷ πλῆθος ὁ Ἀλέξανδρος εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ἐπανήγαγε, πολλῶν καὶ ἐξ ἐκείνης τῆς μοίρας ἀπολωλότων· [*] ὡς μεγίστην ἐνεγκεῖν δυσθυμίαν τῷ στρατῷ, καὶ Ἀλεξάνδρῳ ἀδοξίαν, σφαλέντι καὶ γνώμῃ καὶ τύχῃ, καὶ τῶν τεσσάρων μοιρῶν τοῦ στρατοῦ [b] ὧν ἔνειμε, τὸ πλεῖστον ἀποβαλόντι διαφόροις συμφοραῖς, νόσῳ, πολέμῳ, κρύει. Γενόμενος δὲ ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ ὁ Ἀλέξανδρος, αὐτός τε ῥᾳδίως ἐπερρώσθη τῷ εὐψυχεῖ
137 καὶ εὐύδρῳ τῆς † πόλεως, μετὰ τὸν ἐν Μεσοποταμίᾳ σχεδὸν αὐχμόν, τούς τε στρατιώτας ἀνεκτᾶτο· καὶ ἐφ' οἷς ἐλελύπητο, παραμυθεῖτο μεγαλοδωρεᾷ χρημάτων. τοῦτο γὰρ μόνον εἰς εὔνοιαν ἀνάκτησιν

a Συνθήματα vocare videtur ea de quibus inter eos conuenerat, principio pag. 34. [vt signif. pactis conuentisque minime seruatis] b Polit. ita vertit quasi legerit ἐν οἷς μέν. dicuntur autem hæc veluti per parenthesin. alii quidem hunc locum taliter et qualis infra 151, ἐκείνης τῆς μοίρας ἐκ τριῶν ἐπανήγαγεν ¶IN VERS. L. 1 Romanorum fortunas retroegit Budæus. 2 Vide ann. 1. et regione. 3 reuocato etiam e Media exercitu, M. 4 Longe alia est vis verbi Græca in parte [illegible] significatur: ad eum intelligendum siue stadia partes extremas corporis præ frigore amisisse. [Ita enim fere Græca sonant: Ille igitur exercitus reuertens, maxima ex parte in montibus interiit: nec pauci extremis corporis partibus frigore mutilati sunt vt in regione hiemata difficili: ita vt e multis perpauci sint reuersi] 5 Aptius, distribuerat, vt etiam Polit. scripsisse puta. 6 reconciliandos, M.

στρατιωτῶν

στρατιωτῶν ἐνόμιζε θαρρήσειν. δύναμίν τε ἤθροιζε καὶ παρεσκεύαζεν, ὡς δὴ πάλιν ἐπάξων Πέρσαις, εἰ ἐνοχλοῖεν καὶ μὴ ἡσυχάζοιεν. Ἀπηγγέλλετο δὴ καὶ ὁ Πέρσης λύσας τὴν δύναμιν, καὶ ἑκάστους εἰς τὰ ἑαυτῶν ἀποπέμψας. εἰ γὰρ καὶ ἐκ τοῦ κρείττονος ὑπέρτεροι ἔδοξαν γεγονέναι οἱ βάρβαροι, πλὴν ὅμως ἐτετρύχωντο ταῖς τε κατὰ Μηδίαν πολλάκις γενομέναις συμβολαῖς, τῇ τε ἐν Παρθίᾳ μάχῃ, πολλῶν μὲν πεσόντων, παμπλείστων δὲ τετρωμένων. οὐ γὰρ ἀνάνδρως οἱ Ῥωμαῖοι ἡττήθησαν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τοὺς πολεμίους ἔσθ' ὅπῃ κακώσαντες· περὶ τοῦτο δὲ ἀπολόμενοι, παρ' ὅσον πλήθει ἐλάττους εὑρέθησαν. ὡς σχεδὸν ἰσαρίθμου γενομένου τοῦ ἑκατέρωθεν πεσόντος στρατοῦ, τὸ περιλειφθὲν τῶν βαρβάρων, πλήθει ἀλλ' οὐ δυνάμει δοκεῖ νενικηκέναι. δεῖγμα δὲ τοῦτο οὐ μικρὸν τῆς βαρβάρων κακώσεως· ἐτῶν γοῦν τριῶν ἢ τεττάρων ἡσύχασαν, οὐδ' ἐν ὅπλοις ἐγένοντο. ἅπερ μανθάνων ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ [a] οὗτος ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ διέτριβεν. εὐθυμότερος δὲ καὶ ἀδεέστερος γενόμενος, ἀνειμένης αὐτῷ τῆς περὶ τὰ πολεμικὰ φροντίδος, ταῖς τῆς πόλεως ἐσχόλαζε τρυφαῖς. ¶ Οἰομένου δὲ αὐτοῦ τὰ ἐν Πέρσαις [b] ἐν εἰρήνῃ μὲν συγκείμενα ἡσυχάζειν, ἔχειν δὲ ἀνακωχὴν καὶ μέλλησιν τοῖς βαρβάροις πρὸς τὸ πάλιν ἐπάγειν τὸν στρατόν· ὃς ἅπαξ διαλυθεὶς, οὐ ῥᾳδίως ἠθροίζετο, ἅτε μὴ συντεταγμένος, μηδὲ συνεστώς, ἀλλ' ὄχλος μᾶλλον ἢ στρατὸς ὑπάρχων· καὶ τῶν ἐπισιτισμῶν αὐτοῖς τοσούτων ὄντων, ὅσον ἂν ἕκαστος ἀφικνούμενος πρὸς τὸ ἑαυτοῦ χρείας ἐπενέγκηται· καὶ δυσαποσπάστως τε καὶ δυσόκνως καταλιπόντων τέκνα καὶ γυναῖκας καὶ τὴν οἰκείαν χώραν· αἰφνιδίως ἄγγελοί τε καὶ γράμματα ἐτάραξε τὸν Ἀλέξανδρον, καὶ εἰς
138 μείζονα φροντίδα ἐνέβαλεν, ἐπιστειλάντων † αὐτῷ τῶν ἐμπεπιστευμένων τὴν Ἰλλυρίδος ἡγεμονίαν, ὅτι ἄρα Γερμανοὶ Ῥῆνον καὶ Ἴστρον διαβαίνοντες, τὴν Ῥωμαίων πορθοῦσιν ἀρχήν, καὶ τά τε ἐπὶ ταῖς ὄχθαις στρατόπεδα ἐπικείμενα, πόλεις τε καὶ κώμας πολλῇ δυνάμει κατατρέχουσιν· εἴη τε οὐκ ἐν ὀλίγῳ κινδύνῳ τὰ Ἰλλυρικὰ ἔθνη, ὁμοροῦντα καὶ γειτνιῶντα Ἰταλίᾳ. δεῖσθαι τοίνυν τῆς αὐτοῦ παρουσίας, καὶ τοῦ στρατοῦ παντὸς ὃς ἦν σὺν αὐτῷ. Δηλωθέντα δὴ ταῦτα τόν τε Ἀλέξανδρον

militum animos arbitrabatur. Copias autem instaurabat, comparabatq; de integro: quasi iterum in Persas exercitum deducturus, si molesti esse pergerent, neque ab iniuria desisterent. Sed & rex Persarum dimisisse milites suam quemque domum nūtiabatur. nam, quamuis bello superiores fuisse barbari viderētur, tamen prœliis crebris in Media Parthiaque gestis, pars ceciderant, alii attriti & saucii superfuerant. [1] Neque enim segniter Romani deuicti, sed ipsi quoque interdum exitiosi hostibus: nullaque adeo re magis perierunt quam quoniam pauciores deprehensi. Nam quum fere par vtrimque numerus cecidisset, reliquiæ illæ barbarorum nō quidem viribus fuisse superiores, sed numero, videbantur. [2] Cuius rei argumentum est, quod triennio mox aut quadriennio barbari nequaquam arma resumpserunt. Quibus intellectis Alexander Antiochiæ commorabatur; hilariorque iam & liberior, laxatis bellorum curis, vrbis eius deliciis indulgebat. ¶ [3] Enimuero putante illo tum quieturos Persas, aut sane multum spatii moræque intercessurum priusquam exercitum de integro cogerent, haud facile, quum semel dissipatus est, in vnum coeuntem: (vtpote incertum atque inordinatum, vulgusque potius quam exercitum, tantumq; commeatuum habentem quantum sibi vnusquisq; ad præsentem vsum domo attulisset; præterea ægre filios vxoresque & sedes proprias relinquentem) statim nuntii litteræq; ab Illyricis procuratoribus adfuerunt, qui eum vehementer perturbarēt, curamq; animo † maiorem 138
iniicerent. quippe significabāt, Germanos Rhenum Danubiumq; trāsgressos, Romanos in fines hostiliter intrasse: oppugnareq; iam exercitus ripis insidentes, perque vrbes & vicos magnis copiis excurrere. Quapropter haud leuiter Illyricas nationes, conterminas vicinasque Italiæ, periclitari. Opus esse igitur ipsius præsentia, totoque quantum secum exercitum haberet. Hæc & formi-

---

a *Videtur mutandum* οὗτος *in* οὕτως [*vel* αὐτός] b *Herod. scripsisse arbitror,* ἐν εἰρήνῃ μὴ οὐ κείμενα ἡσυχάζειν. ¶In vers. L.

1 Non enim nullo fortitudinis specimine edito perierunt Romani: sed ipsi vicissim hostibus alicubi magnam cladem intulerunt. Neque aliud in causa fuit cur perirent, quam quod multitudine impares fuerunt deprehensi. 2 magnum autem cladis barbarorum est arg. quod trienio post aut q. 3 En. put. illo Persas ita se habere, vt quidem non tamquam in pace quiescerent, sed illis barbaris, induciis saltem & aliqua cunctatione opus esse, antequam rursus exercitū immitterent, haud fac. *Sequor autem in hac interpretatione meam emendationem, quam e regione annotaui.*

dinem Alexandro, & Illyricis militibus mœstitiam attulerũt. quippe duplici se calamitate vsos intelligebant: quod & ipsi male accepti in acie aduersus Persas fuerãt, & suos domi cęsos a Germanis audiebant. Quare indignabantur atq; Alexãdro succensebant, tamquam res in oriente prius vel metu vel negligentia prodidisset, nunc autem rebus ad septemtrionem vocantibus, metu cũctaretur. Erãt autem Alexãder iam atq; amici illius etiam de ipsa Italia solliciti. neq; enim par periculum a Persis atq; a Germanis impendebat. Nam qui sub orientem habitant, magno terrarũ marisq; interuallo discreti, Italiæ vix nomen audiunt: at Illyricæ gentes, angustæ videlicet, neq; multũ agri Romanis subiecti possidentes, solæ discrimen faciunt inter Italiam atq; Germaniã. Edicit itaq; profectionẽ ingratis atq; ęgre ferens; sed vrgente tamen necessitate. Relictis autem copiis quantas fore satis tuendis Romanis ripis arbitrabatur, castrisq; & castellis diligentius communitis, ac præsidio firmatis, ipse aduersus Germanos cum reliqua omni multitudine approperabat. Confectoq; celeriter itinere, cõstitit ad Rheni ripas, atque ibi res ad bellum *Germanicum* necessarias comparabat. Pontemq; primo iunctis inter se nauigiis fecit in Rheno flumi-
139 ne, vt per eum exercitus † transgrederetur. quippe hi maximi fluminum sub septemtrione feruntur, Rhenus ac Danubius: quorum alter Germanos, alter Pannonios præterfluit. atq; æstate quidem nauigabiles, altissimo latissimoq; alueo; per hiemem dein concreti gelu, camporum in morem perequitantur. Est autem adeo eius aluei solida glacies, vt non equorum vngulis tantum pedibusque virorum subsistat, sed qui hausturi inde sunt, non tam vrnas aut vasa alia secum afferant quam secures ac dolabras, vt cæsam inde aquam sine vase vllo, veluti lapidem, asportent. Hæc igitur illorum amnium natura est. Alexander autem Mauros complures, ac vim ingentem sagittariorum, quos secum ex Oriente adduxerat, partim ex agro Osrhoenorum, partim e Parthia trãsfugas, pecuniave illectos,

ἐτάραξε, καὶ τοὺς ἐκ τοῦ Ἰλλυρικοῦ στρατιώτας ἐλύπησε, διπλῇ δοκοῦντας κεχρῆσθαι συμφορᾷ, ἔκ τε ὧν πεπόνθασι Πέρσαις μαχόμενοι, ἔκ τε ὧν ἐπυνθάνοντο τοὺς οἰκείους ἕκαστοι ὑπὸ Γερμανῶν ἀπολωλότας. ἠγανάκτουν οὖν, καὶ τὸν Ἀλέξανδρον εἶχον ἐν αἰτίᾳ, ὡς τὰ ὑπὸ ταῖς ἀνατολαῖς δι᾽ ἀμέλειαν ἢ δειλίαν προδεδωκότα, πρός τε τὰ ἀρκτῷα μέλλοντα καὶ ὀκνοῦντα. Ἦν δὲ καὶ αὐτῷ δέος τῷ Ἀλεξάνδρῳ, τοῖς τε σὺν αὐτῷ οὖσι φίλοις, ἤδη καὶ περὶ αὐτῆς Ἰταλίας. οὐ γὰρ ὅμοιον ἡγοῦντο τὸν ἐκ Περσῶν κίνδυνον εἶναι ἐκ Γερμανῶν. οἱ μὲν γὰρ ὑπὸ ταῖς ἀνατολαῖς κατοικοῦντες, μακρᾷ γῇ καὶ θαλάττῃ πολλῇ διῃρημένοι, τὴν Ἰταλῶν χώραν μόλις ἀκούουσι· τὰ Ἰλλυρικὰ δὲ ἔθνη, στενὰ ὄντα καὶ οὐ πολλὴν ἔχοντα τὴν ὑπὸ Ῥωμαίοις γῆν, παρὰ τοσοῦτον ὁμόρους καὶ γείτονας ποιεῖ Γερμανοὺς Ἰταλιώταις. Ἐπαγγέλλει δὴ ἄκων μὲν καὶ ἀσχάλλων τὴν ἔξοδον, πλὴν τῆς ἀνάγκης αὐτὸν καλούσης. καταλιπών τε δύναμιν ὅσην αὐτάρκη ᾤετο ῥύεσθαι τὰς Ῥωμαίων ὄχθας, τά τε στρατόπεδα καὶ τὰ φρούρια ἐπιμελέστερον τειχίσας, καὶ πληρώσας ἕκαστα τοῦ ἀρκοῦντος στρατοῦ, αὐτὸς εἰς Γερμανοὺς ἠπείγετο ἅμα τῷ λοιπῷ πλήθει. ἀνύσας δὲ τὴν ὁδὸν μετὰ πολλῆς σπουδῆς, ἐπέστη ταῖς τοῦ Ῥήνου ὄχθαις, καὶ τὰ πρὸς τὸν Γερμανικὸν πόλεμον παρεσκευάζετο. τόν τε ποταμὸν ναυσὶ διαλαμβάνων, ὡς πρὸς ἀλλήλας συνδεθεισῶν, γεφυρωθέντα, ῥᾳδίαν τὴν διάβασιν τοῖς στρατιώταις † παρέξειν ᾤετο. μέγιστοι γὰρ 139
δὴ οὗτοι ποταμῶν ὑπ᾽ ἄρκτῳ ῥέουσι, Ῥῆνός τε καὶ Ἴστρος· ὁ μὲν Γερμανούς, ὁ δὲ Παίονας παραμείβων. οἳ θέρους μὲν ναυσίποροι ἔχουσι τὸ ῥεῖθρον, διὰ βάθος τε καὶ πλάτος· τοῦ δὲ χειμῶνος, παγέντες ὑπὸ τοῦ κρύους, ἐν πεδίου σχήματι καθιππεύονται. ἀντιτυπὲς δ᾽ οὕτω καὶ στερρὸν γίνεται τὸ ποτὲ ῥεῖθρον, ὡς μὴ μόνον ἵππων ὁπλαῖς καὶ ποσὶν ἀνθρώπων ἀντέχειν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀρύσασθαι θέλοντας, μὴ κάλπεις ἐπ᾽ αὐτῷ μηδὲ κοῖλα σκεύη φέρειν, πελέκεις δὲ καὶ δικέλλας ἵν᾽ ἐκκόψαντες, γυμνόν τε σκευῶν ἀράμενοι τὸ ὕδωρ, φέρωσιν ὥσπερ λίθον. φύσις μὲν δὴ τῶν ποταμῶν αὕτη.

Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος, Μαυρουσίους τε πλείστους καὶ τοξοτῶν ἀριθμὸν πολὺν ἐπαγόμενος ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς, ἔκ τε τῆς Ὀσροηνῶν χώρας, καὶ εἴ τινες Παρθυαίων αὐτόμολοι, ἢ χρήμασιν ἀναπεισθέντες, ἠκολουθήκεσαν αὐτῷ βοηθήσοντες,

a Malim, διπλῇ δοκοῦντας, omissis ἄν. [sunt qui superioribus manentibus, in seq. mutato casu legant ὧν ἐπυνθάνοντο] † IN VERS. L 1 Alexandrum inculabant, M. 2 quodque dudum flumen fuerat, adeo rigidum solidumque fiet. Gr.

ἐξήρτυε δὴ Γερμανοῖς ἀντιτάξων. μάλιστα γὰρ ὁ τοιοῦτος στρατὸς ὀχληρὸς ἐκείνοις γίγνεται. τῶν τε Μαυρουσίων πόρρωθεν ἀκοντιζόντων, καὶ τὰς ἐπιδρομὰς τάς τε ἀναχωρήσεις κούφως ποιουμένων, τῶν τε τοξοτῶν ἐς γυμνὰς τὰς κεφαλὰς αὐτῶν καὶ σώματα ἐπιμήκη ῥᾷστα καὶ πόρρωθεν [a] κατὰ σκοποῦ τοξευόντων· ἐπιθέοντές τε πρὸς τὴν συσταδὸν μάχην [b] ἀντίτυποι καὶ ἰσόρροποι πολλάκις Ῥωμαίοις ἐγίνοντο. Ἀλέξανδρος μὲν ἐν τούτοις ἦν· πλὴν ἔδοξεν αὐτῷ πρεσβείαν πέμψαι πρὸς αὐτοὺς, καὶ περὶ εἰρήνης διαλέγεσθαι. πάντα τε ὑπισχνεῖτο παρέξειν ὅσων δέονται, καὶ χρημάτων ἀφθόνως [c] ἔχειν. τούτῳ γὰρ μάλιστα Γερμανοὶ πείθονται, φιλάργυροί τε ὄντες, καὶ τὴν εἰρήνην ἀεὶ πρὸς Ῥωμαίους χρυσίου καπηλεύοντες. ὅθεν ὁ Ἀλέξανδρος ἐπειρᾶτο ὠνήσασθαι μᾶλλον τὰς πρὸς αὐτοὺς σπονδὰς, ἢ διὰ πολέμου κινδυνεύειν. οἱ μέντοι στρατιῶται
140 χαλεπῶς ἔφερον, διατριβῆς τε ματαίας † ἐγγινομένης, καὶ μηδέν τι γενναῖον ἢ πρόθυμον εἰς τὸ πολεμεῖν παρέχοντος τοῦ Ἀλεξάνδρου, ἀλλ' ἡνιοχείαις καὶ τρυφαῖς προσέχοντος, δέον ἐπεξελθεῖν καὶ τιμωρήσασθαι Γερμανοὺς ἐπὶ τοῖς προτετολμημένοις. ¶ Ἦν δέ τις ἐν τῷ στρατῷ, Μαξιμῖνος ὄνομα, τὸ μὲν γένος τῶν ἐνδοτάτων Θρᾳκῶν καὶ μιξοβαρβάρων, ἀπό τινος κώμης, ὡς ἐλέγετο· πρότερον μὲν ἐν παισὶ ποιμαίνων· ἐν ἀκμῇ δὲ τῆς ἡλικίας γενόμενος, διὰ μέγεθος καὶ ἰσχὺν σώματος, εἰς τοὺς ἱππεύοντας στρατιώτας καταταγείς· εἶτα κατ' ὀλίγον αὐτὸν χειραγωγούσης τῆς τύχης, ἐλθὼν διὰ πάσης τάξεως στρατιωτικῆς· ὡς στρατοπέδων τε ἐπιμέλειαν τῶν ἐθνῶν τε ἀρχὰς πιστευθῆναι. τὸν δὴ Μαξιμῖνον τοῦτον, διὰ τὴν προειρημένην στρατιωτικὴν ἐμπειρίαν, ὁ Ἀλέξανδρος ἐπέστησε πάσῃ τῇ τοῦ στρατοῦ νεολαίᾳ, ὡς ἀσκοίη τε αὐτοὺς τὰ στρατιωτικὰ, καὶ ἐς τὸ πολεμεῖν ἐπιτηδείους παρασκευάζοι. ὁ δὲ, μετὰ πάσης ἐπιμελείας ποιούμενος τὰ ἐγκεχειρισμένα, εὔνοιαν πολλὴν παρὰ τῶν στρατιωτῶν ἐκτήσατο, οὐ μόνον διδάσκων αὐτοὺς τὰ ποιητέα, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις πάντων προηγούμενος· ὡς μὴ μαθητὰς εἶναι μόνον, ἀλλὰ ζηλωτὰς καὶ μιμητὰς τῆς ἐκείνου ἀνδρείας. ἔτι τε καὶ δώρεσιν αὐτοὺς καὶ παντοδαπαῖς τιμαῖς ᾠκειώσατο. ὅθεν οἱ νεανίαι (ἐν οἷς ἦν

aduersus Germanos instruebat. quippe huiuscemodi milites maxime Germanos infestant: quum & Mauri longius iacula intorqueant, sintq; faciles ad incursus recursusq;, vtpote leues atque expediti; & sagittarii nuda Germanorum capita, prægrandiaque illa corpora facile eminus, veluti signum aliquod contingant. Nonnumquam vero etiã collata acie res gerebatur; ex qua [Germani] persæpe haud impares Romanis abibant. Quum in his Alexãder versaretur, decreuit tamen oratores ad illos de pace mittere, qui pollicerentur omnia illis principem Romanum, quorũ foret opus, præbiturum, pecuniasque daturum magna copia. Sũt enim Germani pecuniæ inprimis auidi, numquamque non auro pacem Romanis cauponãtur. Quare Alexander pacem fœderaque potius ab illis emercari, quam bello periclitari tendebat. Ceterum miles Romanus iniquo animo ferebat, frustra se tẽpus † terere, nulla occasione fortiter quidquam animoseque gerendi, intento aurigationibus (vt aiebant) ac deliciis Alexandro: quum cõtra oporteret vindicare potius Germanos, pœnasque ab iis exigere audaciæ. 140

¶ Erat autem in exercitu *quidam, nomine* Maximinus, e quodam Thraciç, & quidem intimç, vico, *(vt ferebatur)* semibarbarus homo, & q. a pueritia opilio fuisset: dein vigente ætate, ob corporis proceritatem viresq; ingentes, equo stipendia fecerat: postremoque, *paulatim* fortuna quasi manuducente ac prçuia, quũ per omnes militiç gradus ascendisset, etiam ad exercituum prouinciarumque præposituras euaserat. Hunc igitur Maximinum, ob eam quam supra diximus rei militaris peritiam, tyronibus vniuersis Alexander præfecerat, quos ad militiæ munera exerceret, atq; ad bellandum idoneos redderet. Qui quum in eo negotio nihil sibi ad omnem diligentiam reliqui faceret, maximã scilicet a cuncto exercitu gratiam inibat, non solum quç gerenda forent assidue edocens, sed ipse etiam primus obiens quæ vsus posceret: vt non discipulos tantum, sed æmulos etiam atque imitatores haberet suæ virtutis: quos etiam muneribus omnique genere honorum sibi adiungebat. Quapropter adolescentes, quorum

a *Deesse puto partic.* ὡς *ante* κατὰ σκοποῦ. b *scribo* ἐν ᾗ αὐτῶν. [*Potest etiam vulg. lectio retineri, si post* αὐτῶν *comma distinguas. nec inconcinna erit structura, si post* ἐπιθέοντες *inseras* οἶδ' ὅτι. *sed tunc de Mauris hæc & sagittariis cetera intelligenda erunt, (vt in, ta 146) non de Germanis, vt accipit Politianus*] c *aptius esset* ἕξειν. *Polit. ita vertit quasi legerit* ἕξειν. *Eundem autem sensum altera lectio efficiet.*

¶ IN VERS. L. 1 Max. qui quod ad genus attinet, ex intimis Thracibus & semibarbaris erat, ex quodam vico, vt ferebatur: ac prius quidem in pueritia pastor fuerat:

bona pars ex Pannonia erat, læti virtute Maximini, vulgo obtrectabant Alexandro, quod sub matris auctoritate adhuc esset, [1] nihilque non ex arbitrio consilioque illius administraret, bellumque segniter & timide gereret: [2] ferẽtes identidem sermonibus inter se, quantum detrimenti cunctatione illius in Oriente accepissent, nihilque adhuc fortiter ac viriliter gestum aduersus Germanos. Quare & suapte natura proni ad res nouandas, & tam longum principatum grauati,
141 † minus iã lucrosum, omni [3] ambitione pridem consumpta: tum sperantes alterum mox principem, adepto præter exspectationem imperio, plus aliquantum vtilitatis honorumq; ipsis ac studii delaturum: decreuere Alexandrum obtruncare, ac Maximinum vocare Augustum; cõmilitonem videlicet & contubernalem, prætereaque rei militaris peritia maxime præsenti bello idoneum.

Quum igitur frequentes in campum conuenissent *armati*, [4] venienti de more ad exercendos tyrones Maximino (dubium, ignaro, an re prius cõposita) purpuram circumdant, Imperatoremq; salutant. Ille, primo reniti, & abiicere purpuram: vt autem nudos intentari gladios a militibus vidit, occisuros nisi cederet minitantibus, futurũ quam præsens periculum præoptans, honorem scilicet recepit, fortunamq; illam, sæpe (vt aiebat) oraculis ac somniis præmõstratam: testatus milites prius, inuitum [5] retractantemq; se cogi, sed illorum tamen obsequi voluntati. Quamobrem quæ ipsis placuerint, re sanciant, sublatisque armis, etiam præuento rumore, Alexandrum iam rei totius ignarum opprimant: [6] vt milites illius ac stipatores re subita perterriti, aut sponte cum reliquis consentiant, aut certe, dum imparati sunt nihilque eiusmodi exspectant, etiam ingratis subigantur. Postea vero quam beneuolentiam omnium atque alacritatem prouocauit, duplicata scilicet annona, ingentiq; promisso donatiuo, pœnisq; omnibus ignominiisq; remissis, con-

τὸ πολὺ πλῆθος Παιόνων μάλιστα) τῇ μὲν ἀνδρείᾳ τοῦ Μαξιμίνου ἔχαιρον· τὸν δὲ Ἀλέξανδρον ἐπέσκωπτον, ὡς ὑπὸ τῆς μητρὸς ἀρχόμενον, καὶ διοικουμένων τῶν πραγμάτων ὑπ' ἐξουσίας τε καὶ γνώμης γυναικὸς, ῥαθύμως τε καὶ ἀνάνδρως τοῖς πολεμικοῖς προσφερομένου ἐκείνου. ὑπεμίμνησκον δὲ ἀλλήλους τῶν τε ὑπὸ ταῖς ἀνατολαῖς διὰ μέλλησιν αὐτοῦ πταισμάτων, καὶ ὅτι μηδὲν ἀνδρεῖον μηδὲ νεανικὸν παρέχοιτο, εἰς Γερμανοὺς ἐλθών. Ὄντες οὖν καὶ ἄλλως πρὸς τὸ καινοτομεῖν ἐπιτήδειοι, καὶ τὸ μὲν
παρὸν τῆς ἀρχῆς βαρὺ διὰ μῆκος ἐξουσίας † ἡ- 141
γούμενοι, ἀκερδές τε ἤδη, πάσης προαναλωμένης φιλοτιμίας· τὸ δὲ μέλλον καὶ προσιὸν, ἔς τε τὸ κερδαλέον αὖθις εὔελπι, καὶ τῷ κτωμένῳ παρὰ προσδοκίαν, τίμιόν τε καὶ περισπούδαστον· ἐβουλεύσαντο ἀποσκευάσασθαι μὲν τὸν Ἀλέξανδρον, ἀναγορεῦσαι δὲ αὐτοκράτορα καὶ σεβαστὸν τὸν Μαξιμῖνον, συστρατιώτην τε [a] αὐτῶν ὄντα καὶ σύσκηνον, ἔς τε τὸν παρόντα πόλεμον δι' ἐμπειρίαν καὶ ἀνδρείαν ἐπιτήδειον δοκοῦντα. Ἀθροισθέντες οὖν εἰς τὸ πεδίον ὡπλισμένοι, ὡς δὴ ἐπὶ τὰ συνήθη γυμνάσια προελθόντα, καὶ ἐπιστάντα αὐτοῖς τὸν Μαξιμῖνον, ([b] εἴτε καὶ νοοῦντα τὸ πραττόμενον, εἴτε καὶ λάθρα τοῦτο προκατασκευάσαντα) πορφύραν ἐπιβαλόντες βασιλικὴν, αὐτοκράτορα ἀναγορεύουσιν. ὁ δὲ, τὰ μὲν πρῶτα παρῃτεῖτο, καὶ τὴν πορφύραν ἀπερρίπτει· ὡς δὲ ἐνέκειντο ξιφήρεις, ἀποκτείνειν ἀπειλοῦντες, τοῦ παρόντος κινδύνου [c] τὸ μέλλον προαιρούμενος, ἀνεδέξατο τὴν τιμὴν, πολλάκις αὐτῷ πρότερον, ὡς ἔλεγε, χρησμῶν καὶ ὀνειράτων τὴν τοσαύτην τύχην προειρηκότων· εἰπὼν πρὸς τοὺς στρατιώτας, ὅτι ἄκων μὲν καὶ μὴ βουλόμενος ἀναδέχεται, πειθόμενος τῇ ἐκείνων βουλήσει· παραγγέλλει δὲ αὐτοῖς ἔργῳ βεβαιῶσαι τὰ δόξαντα, ἁρπαμένους τε τὰ ὅπλα, σπουδὴν ἐπιστῆναι τῷ Ἀλεξάνδρῳ ἀγνοοῦντι, τὴν φήμην φθάσαντας· ἵν' ἐκπλήξαντες τοὺς συνόντας ἐκείνῳ στρατιώτας καὶ φρουροὺς τοῦ σώματος, ἢ πείσαιεν ὁμογνωμονῆσαι, ἢ ῥᾷστα βιάσαιντο ἀπαρασκεύους τῷ μηδὲν προσδοκᾶν. ὡς δὴ αὐτοὺς εἰς εὔνοιαν καὶ προθυμίαν πλείονα προεκαλέσατο, τά τε σιτηρέσια ἐπεδιπλασίασε, νομάς τε καὶ δόσεις μεγίστας ὑπέσχετο, τιμωρίας τε καὶ κηλῖδας πάσας αὐτοῖς ἀνῆκεν· ἐπί τε τὴν πο-

a Malim αὐτοῖς. b *non dubito quin vera lectio sit, εἴτε ἀγνοοῦντα τι πραττ. quam sequitur & Politiani interpretatio.* c Scribo τὸ μέλλον προαιρούμενος. ¶ IN VERS. L. 1 resque omnes ex arbitrio consilioque mulieris administrarentur. 2 atq; alii aliis in memoriam reuocabant, quantum detr. 3 ambitiosa liberalitate, M. 4 veniẽti ad consueta exercitia Maximino. *Sed Polit. quænam illa fuerint exponit, ex iis quæ Herodianus paulo ante narrauit.* 5 q.e. retrect. 6 vt terrore militibus eius ac stipatoribus iniecto, eos ad assensum adducant, aut facillime ad hoc adigant, vtpote imparatos, quod nihil eiusmodi exspectent. Postea vero q.

ρείαν

ῥείας ἐξήγαγον. οὐ πολὺ δὲ ἀφεστήκει τὸ χωρίον ἔνθα ἐσκήνου ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. Ὡς δὲ ἀπηγγέλη τὰ περὶ τοῦ Μαξιμίνου, ὁ Ἀλέξανδρος ἐν μεγίστῃ ταραχῇ γενόμενος, καὶ τῷ παραδόξῳ τῆς
142 † ἀγγελίας ἐκπλαγεὶς, προπηδήσας τῆς βασιλείου σκηνῆς ὥσπερ ἐνθουσιῶν, δακρυρροῶν καὶ τρέμων, τοῦ τε Μαξιμίνου ὡς ἀπίστου καὶ ἀχαρίστου κατηγόρει, πάσας τὰς εἰς ἐκεῖνον εὐεργεσίας κατατεθείσας πρὸς αὐτοὺς διηγούμενος· τούς τε νεανίας στρατιώτας ᾐτιᾶτο, ὡς προπετῶς καὶ ἐπιόρκως ταῦτα τετολμηκότας· δώσειν τε πάντα ὑπισχνεῖτο ὧν δέοιντο, καὶ ἐπανορθώσεσθαι εἴ τι μέμφοιντο. Οἱ δὲ σὺν αὐτῷ στρατιῶται, ἐκείνης τῆς ἡμέρας εὐφημήσαντες αὐτὸν παρέπεμψαν, ὑποσχόμενοι πάντῃ σθένει[a] παρασπίζειν αὐτόν. τῆς νυκτὸς δὲ διαδραμούσης, κατὰ τὸ περίορθρον ἀγγελλόντων τινῶν ὅτι δὴ Μαξιμῖνος προσέρχεται, κόνις τε πόρρωθεν ἐγειρομένη φαίνεται, βοῆς τε ἦχος πλήθους ἐξακούεται, πάλιν προελθὼν ἐς τὸ πεδίον ὁ Ἀλέξανδρος, συγκαλέσας τε τοὺς στρατιώτας, ἐδεῖτο προμαχεῖν, καὶ σώζειν ὃν ἀνεθρέψαντο, καὶ ὑφ' ὧν βασιλεύοντι τεσσαρεσκαίδεκα ἔτεσιν, ἀμέμπτως βεβιώκεσαν· πάντας τε εἰς οἶκτον καὶ ἔλεον προκαλούμενος, ἐκέλευεν ὁπλίζεσθαι, καὶ ἐξελθόντας ἀντιτάττεσθαι. Οἱ δὲ στρατιῶται, τὰ μὲν πρῶτα ὑπισχνοῦντο· κατ' ὀλίγους δὲ ἀνεχώρουν, οὐδὲ ὅπλα λαβεῖν ἤθελον. οἱ δέ τινες, τὸν ἔπαρχόν τε τοῦ στρατοῦ καὶ τοὺς οἰκείους Ἀλεξάνδρου ᾔτουν πρὸς ἀναίρεσιν, πρόφασιν ποιούμενοι, αἰτίους τῆς ἀποστάσεως γεγενῆσθαι. οἱ δὲ, τὴν μητέρα ἐμέμφοντο ὡς φιλάργυρον, καὶ τὰ χρήματα ἀποκλείουσαν, διά τε μικρολογίαν καὶ τὸ πρὸς τὰς ἐπιδόσεις ὀκνηρὸν τοῦ Ἀλεξάνδρου μεμισημένου. καὶ μέχρι μέν τινος τοιαῦτα διαφόρως βοῶντες προσέμενον· ὡς δὲ τοῦ Μαξιμίνου ὁ στρατὸς ἤδη τε ἐν ὄψεσιν ἦν, παρεκάλεσέ τε στρατιώτας καταλιπεῖν μὲν γύναιον μικρολόγον, καὶ μειράκιον μικρὸν μητρὶ δουλεῦον, προσιέναι δὲ ἀνδρὶ γενναίῳ καὶ σώφρονι, συστρατιώτῃ τε ἐν ὅπλοις ἀεὶ καὶ πολεμικοῖς ἔργοις διητημένῳ· πεισθέντες οἱ στρατιῶται, τὸν μὲν Ἀλέξανδρον καταλείπουσιν, αὐτοὶ δὲ προσίασι τῷ Μαξιμίνῳ· αὐτοκράτωρ τε ὑπὸ πάντων
143 ἐκεῖνος ἀναγορεύεται. ὁ δὲ † Ἀλέξανδρος, τρέμων καὶ λιποψυχῶν, μόλις εἰς τὴν σκηνὴν ἐπανέρχεται· τῇ τε μητρὶ περιπλακεὶς, καὶ, ὥς φασιν,

festim ad Alexandri tabernaculum; quod haud procul abesset, vniuersos educit. His ille nuntiatis, vehemēter rei nouitate perturbatus † atq; ex- 142
territus, prosilit e tabernaculo, vesano similis; lacrymansque & tremens; nūc Maximinum perfidū ingratumq; vocare, enumeratis quæcumq; in illū beneficia cōtulisset; [1]nūc tyrones accusare, qui neglecto sacramēto, adeo proteruiter id facinus auderent: postremo autem polliceri, daturum se quæ vellent,[2] emendaturumq; siqua desiderarent. Sed milites qui eum tuebātur, faustis [3]inpræsens acclamationibus prosequuti, defensuros eum cunctis viribus affirmabāt. Nocte autem exacta, quū iam lucesceret, nuntiātibus quibusdā adesse Maximinū, puluerem q; haud procul excitatum videri, ac voces magnæ multitudinis exaudiri: rursus in planitiem egressus Alexander, cōuocare milites, rogare vt se defenderent, tuerenturq; eum quem ipsi educauissent, quoq; iā quatuordecim annos imperante, sine vlla querela vixissent: commotisq; miseratione omnibus, arma capere ac resistere hostibus imperabat. At milites, etsi omnia[4] principi pollicebantur, paulatim tamen alii [5]alio dilabebantur. Quidam etiam præfectū prętorii atq; Alexādri familiares ad supplicium deposcebant; ortā ab illis defectionem causantes. alii matrē ipsius accusabāt, auaram fœminam, & quæ pecuniis congerendis, ob sordes nimias parcimoniamq; erga milites, inuisum cunctis Alexandrum reddiderit. Igitur aliquamdiu hæc inter se diuersi dictitantes, stabant adhuc tamē: vt vero exercitus Maximini in conspectum venit, atq; hortari commilitones cœpit vt mulierem sordidam, & pusillum adolescētem, etiamnum sub matris seruitio, statim desererent, seque viro forti proboque aggregarent, commilitoni ipsorum, atque in armis semper bellicisque muneribus versato: confestim vniuersi ab Alexandro desciuerunt, atq; vnanimiter Imperatorem Maximinum consalutauerunt. At † Alexander tremēs atq; 143
exanimatus, *vix* in tabernaculū reuertitur; matriq; implicitus, & (vt aiunt)

a *Malim* προασπίζειν. ¶IN VERS. L. 1 nunc iuuenes commilitones accusare. *Sic fortaßis Alexander eos solitus erat appellare.* 2 emend. si qua essent de quibus quererentur. 3 illo die. M. 4 principió, M. 5 q. e. aliá.

conquerens atque incusans quod ob illam talia pateretur, exspectabat interfectorem. Maximinus autē, postq̃ eum exercitus vniuersus Augustum appellauit, tribuno & centurionibus aliquot negotium dat, Alexādri, matrisque vna, & quicumque vim contra facerent, occidendorum. Qui, facto impetu in tabernaculum, statim ipsum cum matre amicisq; & honoratissimo quoque, obtruncant, exceptis qui [1] paulo ante fuga sibi ac latebris consuluissent: quos tamen vniuersos haud multo post comprehensos Maximinus ipse morte affecit. Hunc finem habuit vitæ Alexander, vna cum matre, quũ annos quatuordecim sine vlla subiectorum querela, atque adeo sine sanguine, imperasset. Siquidem a cædibus & crudelitate abhorrens, neminem nisi iudicio damnatum perire patiebatur; [2] ad humanitatem videlicet ac beneuolentiam propensus. Quapropter, nisi filiũ mater auara ac sordida infamasset, nihil plane desiderari in illius gubernatione imperii potuisset.

HERODIANI HISTORIÆ DE IMPERIO POST MARcum, *Liber septimus.*

QVALEM se gesserit Alexander quatuordecim annorũ imperio, *& quem vitæ finem habuerit*, superiore volumine exposuimus. Interea Maximinus rerũ potitus, mutata vehemēter rerum conditione, aspere ferociterque adepta potestate vtebatur; sic vt ex molli mansuetoque imperio, ad tyrannidis crudelitatem vertere omnia conten-
144 deret. Nam quum se † inuisum hominibus cognosceret, quod primus ex infimo loco ad eam fortunam peruenisset: præterea morib. perinde vt genere barbarus, patrioq; instituto cædis auidissimus, ad id potissimũ dabat operam vt imperiũ sibi sæuitia constabiliret: scilicet metuens ne senatui reliquisq; omnibus Romanæ dicionis hominibus contemptibilior fieret, dũ non tam in eo præsens fortuna quam natalium obscuritas spectatur. Quippe iam id tritum vulgatumq; apud omnes, opilionē fuisse in Thraciæ mōtibus: dein corporis vastitate ac ro-

ἀποδυρόμενός τε καὶ αἰτιώμενος ὅτι δι' ἐκείνην ταῦτα πάσχοι, ἀνέμενε τὸν φονεύσοντα. ὁ δὲ Μαξιμῖνος, ὑπὸ πάντος τοῦ στρατοῦ σεβαστὸς προσαγορευθείς, πέμπει χιλίαρχον, ἑκατοντάρχας τέ τινας, τοὺς φονεύσοντας τὸν Ἀλέξανδρον καὶ τὴν μητέρα, καὶ εἴ τινες [a] ἀντίσαντο τῶν σὺν αὐτῷ. οἱ δέ, ἀφικόμενοι καὶ ἐπιπηδήσαντες τῇ σκηνῇ, αὐτόν τε ἀναιροῦσι καὶ τὴν μητέρα, καὶ εἴ τινες ἐδόκουν ἐκείνῳ φίλοι καὶ τίμιοι, πλὴν τῶν † πρὸς ὀλίγον φυγεῖν ἢ λαθεῖν δυνηθέντων, οὓς πάντας μετ' οὐ πολὺ ὁ Μαξιμῖνος συλλαβὼν ἀπέκτεινε. Τέλος μὲν δὴ τοιοῦτον κατέλαβε τὸν Ἀλέξανδρον καὶ τὴν μητέρα, βασιλεύσαντα ἔτεσι τεσσαρεσκαίδεκα, ὅσον πρὸς τοὺς ἀρχομένους, ἀμέμπτως καὶ ἀναιμωτί. φόνων τε γὰρ καὶ ὠμότητος, ἀκρίτων τε ἔργων ἀλλότριος ἐγένετο, εἴς τε τὸ φιλάνθρωπον καὶ εὐεργετικώτερον ἐπιρρεπής. πάνυ γοῦν ἂν ἡ Ἀλεξάνδρου βασιλεία εὐδοκίμησεν εἰς τὸ ὁλόκληρον, εἰ μὴ διεβέβλητο αὐτῷ τὰ τῆς μητρὸς εἰς φιλαργυρίαν τε καὶ μικρολογίαν.

ἩΡΩΔΙΑΝΟΥ ΤΗΣ ΜΕΤΑ ΜΑΡΚΟΝ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ [ΙΣΤΟριῶν] βιβλίον ἕβδομον.

ΤΙΝΙ μὲν βίῳ Ἀλέξανδρος ἐχρήσατο, τέλει τε ὁποίῳ, βασιλεύσας ἐτῶν τεσσαρεσκαίδεκα, ἐν τοῖς προειρημένοις ἐδηλώσαμεν. ὁ δὲ Μαξιμῖνος, παραλαβὼν τὴν ἀρχήν, πολλὴν τὴν μεταβολὴν ἐποιήσατο, τραχύτατα καὶ μετὰ πολλοῦ φόβου τῇ ἐξουσίᾳ χρώμενος. ἔκ τε πρᾳείας καὶ πάνυ ἡμέρου βασιλείας, εἰς τυραννίδος ὠμότητα μετάγειν πάντα ἐπειρᾶτο· † δυσμένειαν ἑαυτῷ συνειδώς, ὅτι τε πρῶ- 144
τος ἐξ εὐτελείας τῆς ἐσχάτης εἰς τοσαύτην τύχην ἤλασε· φύσει δὲ ἦν τὸ ἦθος, ὥσπερ καὶ τὸ γένος, βάρβαρος· τό τε φονικὸν πάτριον ἔχων καὶ ἐπιχώριον, πρόνοιαν ἐποιεῖτο δι' ὠμότητος τὴν ἀρχὴν βεβαιῶσαι· δεδιὼς [b] μήτε τῇ συγκλήτῳ καὶ τοῖς ὑπηκόοις εὐκαταφρόνητος γένηται, οὐκ εἰς τὴν παροῦσαν αὐτοῦ τύχην ἀφορῶσιν, ἀλλ' εἰς τὰ τῆς γενέσεως εὐτελῆ σπάργανα. τεθρύλλητο γὰρ παρὰ πᾶσι καὶ διεβέβλητο, ὅτι δὴ ποιμαίνων ἐν τοῖς Θρᾳκίοις ὄρεσιν, ἐπιδούς τε αὐτὸν διὰ μέγεθος καὶ ἰσχὺν

a Scribo ἀνθίσταντο. b for. μὴ π τῇ συγκλ. aut. μὴ τῇ τε συγκλήτῳ καὶ τοῖς ὑπ. ¶IN VERS. L. 1 paulisper, M. 2 ad hum. ac beneficentiam propensus. Omni igitur ex parte laudatum fuisset Alexandri imperium, nisi ob matris auaritiam & sordes male audisset.

σώματος εἰς εὐτελῆ καὶ ἐπιχώριον στρατείαν, ὑπὸ τῆς τύχης ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν κεχειραγώγητο. εὐθέως οὖν τούς τε φίλους πάντας οἳ συνῆσαν τῷ Ἀλεξάνδρῳ, συνέδροι τε ὑπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς ἐπιλεχθέντες, ἀπεσκευάσατο· καὶ οὓς μὲν εἰς τὴν Ῥώμην ἀπέπεμψε, τινὰς δὲ ἐπὶ προφάσει διοικήσεως ἀπεσκευάσατο· μόνος εἶναι βουλόμενος ἐν τῷ στρατῷ, καὶ μηδένα αὐτῷ παρεῖναι ἐκ συνειδήσεως εὐγενοῦς κρείττονα· ἀλλ' ἵν', ὥσπερ ἐξ ἀκροπόλεως, μηδενὸς αὐτῷ παρόντος ὃν αἰδεῖσθαι ἀνάγκην ἔχοι, τοῖς τυραννίδος ἔργοις σχολάζοι. τήν τε θεραπείαν πᾶσαν ἣ συνεγεγόνει τῷ Ἀλεξάνδρῳ τοσούτων ἐτῶν, τῆς βασιλείου αὐλῆς ἀπέπεμψε· τοὺς δὲ πλείστους αὐτῶν καὶ ἀπέκτεινεν, ἐπιβουλὰς ὑποπτεύων. ᾔδει γὰρ ἀλγοῦντας ἐπὶ τῇ ἐκείνου ἀναιρέσει. Ἔτι δὲ καὶ μᾶλλον αὐτὸν εἰς ὠμότητα καὶ τὴν πρὸς ἅπαντας ὀργὴν προὐκαλέσατο συνωμοσία τις διαβληθεῖσα κατ' αὐτοῦ συγκροτουμένη, πολλῶν τε ἑκατοντάρχων συμπνεόντων, καὶ τῶν ἀπὸ τῆς βουλῆς ἁπάντων. Μάγνος τις ὄνομα, ἦν τῶν εὐπατριδῶν τε καὶ ὑπατευκότων· οὗτος διεβλήθη συνάγειν κατ' αὐτοῦ χεῖρα, καὶ στρατιώτας τινὰς πείθειν εἰς αὐτὸν τὴν ἀρχὴν μετάγειν. ἡ δὲ συσκευή, τοιαύτη τις ἐλέγετο ἔσεσθαι. γεφυρώσας τὸν ποταμὸν ὁ Μαξιμῖνος, ἔμελλεν ἐπὶ Γερμανοὺς διαβήσεσθαι·
145 ἅμα γὰρ τῷ τὴν ἀρχὴν παραλαβεῖν, † εὐθέως πολεμικῶν ἔργων ἤρξατο· καὶ διὰ σώματος μέγεθος, καὶ ἰσχὺν στρατιωτικὴν, καὶ ἐμπειρίαν πολεμικήν, δοκῶν ἐπιλελέχθαι, ἔργοις τὴν δόξαν καὶ τὴν τῶν στρατιωτῶν ὑπόληψιν ἐπιστοῦτο. τήν τε Ἀλεξάνδρου μέλλησιν, καὶ τὴν πρὸς τὰ πολεμικὰ ἔργα δειλίαν, ἐλέγχειν ἐπειρᾶτο εἰκότως καταγνωσμένην. ἀσκῶν τε οὖν καὶ γυμνάζων τοὺς στρατιώτας οὐ διέλειπεν, αὐτός τε ἐν ὅπλοις ὤν, καὶ τὸν στρατὸν αἰεὶ παρορμῶν. τότε δὴ οὖν τὴν γέφυραν ζεύξας, ἔμελλεν ἐπὶ Γερμανοὺς διαβήσεσθαι. ὁ δὲ Μάγνος ἐλέγετο [a] στρατιωτῶν οὐκ ὀλίγους, ἀλλὰ τοὺς ἐξοχωτάτους, καὶ μάλιστα τοὺς τὴν φρουρὰν τῆς γεφύρας καὶ τὴν ἐπιμέλειαν [b] πεποιημένους, ἀναπεῖσαι, μετὰ τὸ διαβῆναι τὸν Μαξιμῖνον, λύσαντας τὴν γέφυραν, προδοῦναι τοῖς βαρβάροις, οὐχ ὑπαρχούσης αὐτῷ ἐπανόδου. πλάτει γὰρ καὶ βάθει μέγιστος ὁ ποταμὸς ῥέων, ἄβατος αὐτῷ ἐγίνετο, οὔτε νεῶν οὐσῶν ἐν ταῖς πολεμίαις ὄχθαις,

bore inter eius regionis tenuissimos milites adscitum, quasique manuductum a fortuna ad Romanum imperiũ. Quare omnes confestim amicos consiliariosq; Alexandri a senatu lectos,[1] sustulit e medio, partimq; Romam dimisit, partim, administrationem rerum causatus, officio priuauit. Id eo cõsilio fecit, vt solus esset in exercitu, neminemq; prope se haberet ex conscientia nobilitatis potiorem: sed velut ex arce quadã,[2] citra vllius reuerentiam, tyrannidis operibus vacare posset. Omniaq; Alexandri ministeria, quibus ille per tot annos vsus fuerat, ex aula eiecit: plurimis etiam interfectis, quod insidias videlicet suspectaret; quando omnes illius interitu mœstos esse intelligebat.

Ceterum magis magisq; crudelitatẽ irritauit coniurationis cuiusdam in se delatio, conspiratis in vnum centurionibus permultis, omnique senatu Romano. Magnus erat quidã nomine, vir patricius & consularis; qui delatus Imperatori est quasi manũ contra ipsum compararet, ac militib. persuaderet vt [3] ad se imperium trãsferrent. Consilium aũt huiuscemodi fuisse putatur. Pontem cõstruxerat Maximinus supra flumen, qua aduersus Germanos transiret. vt enim primum summam rerum suscepit, statim bellica † facinora affectauit. Siquidem, 145
tanquam ob immanẽ corporis staturam & militare robur ac peritiã pugnandi, adscitus ad imperium, re ipsa famam confirmare atq; opinionem militũ tendebat: vt metum illum atq; cũctationẽ Alexãdri in prœliis capessendis iure improbatã fuisse coargueret. Quare nihil sibi ad exercẽdos milites reliqui faciebat, & cũ ipse in armis assiduus erat, tũ exercitum vehementer adhortabatur. Sed tum constructo (vt diximus) ponte, transire in Germaniam statuerat. Ceterum Magnus haud sane paucis militibus, sed qui virtute ceteros anteirent, atq; iis potissimum quib. custodia pontis curaque fuerat demandata, persuasisse dicebatur vt simul ac Maximinus in alterã ripam peruasisset, ponte [4] abscisso redituque intercluso, barbaris eum proderent. Siquidem tanta erat amnis illius profunditas ac latitudo, vt irremeabilis fore videretur; nullis prẹsertim nauigiis in aduersa ripa,

---

a For. στρατιωτῶν μὴ ὀλίγους. b Substituo particip. πεπιστευμένους, siue ἐμπεπιστευμένους, in huius locum [vt infra 140] ¶ IN VERS. L. 1 Hic ἀπεσκευάσατο non videtur esse sustulit e medio: nec ea quae sequuntur hanc interpretatione videntur admittere. [commodius fortasse summouit, amolitus est] 2 quum nullus adesset cui reuerentiam tribuere necesse haberet, tyrann. 3 ad ipsum imp. tr. nam illud de militibus potius intelligeretur. 4 soluto, M.

& ponte soluto. [1] Talia scilicet sermonibus ferebantur: incertum vere, an cõposita *per Maximinum* fraude. neq; enim facilis sententia, parũ explorata re, citraq; iudicium aut defensionem vllam, correptis interfectisq; omnib. quoscumq; suspicio attigerat. Sed & militum Osrhoenorum defectio nonnulla oborta est. Nam quum magnopere indoluissent Alexãdri nece, ac forte fortuna in *consularem* quendã ex illius amicis, cui nomen Quartino fuit, paulo ante e castris a Maximino dimissum, incidissent, correptũ atq; retractantem, neque tale quidpiam cogitãtem, ducem sibi delegerunt: purpuraq; eum prælatoq; igni (funestis scilicet honoribus) cõdecoratum, nihilq; minus optãtem, ad imperium protulerunt. Qui tamẽ haud diu post, in tabernaculo dormiens, a contubernali quodam suo, & (vt credebatur) amico, per insidias occiditur. Macedoni nomen fuit: qui & antea Osrhoenis præfuerat, † & nũc primus eisdem auctor fuerat deficiendi a Maximino. quumq; nulla subesset odii aut inimicitiarum causa; tamen eum occidit, quẽ ipsemet corripuerat, atq; ad suscipiendum imperium perpulerat. Sed enim magnopere tũc gratum se Maximino factur ũ putans, abscissum Quartino caput, dono obtulit. Verum Maximinus, quamuis eo facinore lætus, gaudensq; præreptum sibi hostem, *vt putabat*; tamen illum, haud modica sperantẽ, putantemq; sibi insignem gratiam relatum iri, extremo supplicio affecit, ceu defectionis auctorem, interfectoremq; eius cui facin⁹ inuito persuaserat, atq; infidũ homini quẽ antea pro amicissimo habuisset. Huiusmodi igitur causæ magis magisq; animũ exasperabant Maximini, atq; ad sæuitiã exacuebant, etiã antea sua spõte crudelissimum. Ceterum aspectu quoq; erat horrẽdus, vasto atq; immani corpore: vt nemo illi, vel exercitatissimorum Græcorũ, vel pugnacissimorum barbarorũ, conferri posset. His ita dispositis rebus, collecto exercitu omni, ac ponte intrepide pertransito, bellũ Germanis intulit. Sequuti illũ magna vis mortaliũ, ac pene omnes barbarorũ copiæ: adhęc [2] Mauri iaculatores sagittariiq; q̃plurimi: præterea Osrhoeni & Armenii: quorũ hi, Romanis subiecti;

τῆς γεφύρας λυθείσης. ἡ μὲν τῆς διαβολῆς φήμη, τοιαύτη ἐγένετο, εἴτε ἀληθὴς ὑπάρξασα, εἴτε ὑπὸ τοῦ Μαξιμίνου συσκευασθεῖσα. ἀκριβὲς δὲ εἰπεῖν οὐ ῥᾴδιον, ἐπειδὴ ἔμεινεν ἀνεξέλεγκτος. μήτε γὰρ [a] κρίσεώς τινι μεταδούς, μήτε ἀπολογίας, πάντας οὓς ὑπώπτευεν, αἰφνιδίως συναρπασθέντας, ἀφειδῶς ἐφόνευσεν. Ἐγένετο δέ τις καὶ Ὀσροηνῶν τοξοτῶν ἀπόστασις· οἳ πάνυ ἀχθόμενοι ἐπὶ τῇ Ἀλεξάνδρου τελευτῇ, περιτυχόντες τῶν ἀπὸ ὑπατείας καὶ φίλων Ἀλεξάνδρου τινί, (Κυαρτῖνος δὲ ἦν * ὄνομα· ὃν Μαξιμῖνος ἐκπέμψας ἦν τοῦ στρατοῦ) ἁρπάσαντες, ἄκοντα καὶ οὐδὲν προειδότα, στρατηγὸν ἑαυτῶν κατέστησαν· πορφύρᾳ τε καὶ πυρὶ [b] πομπεύοντα, ὀλεθρίοις τιμαῖς, ἐκόσμησαν· ἐπί τε τὴν ἀρχὴν ἦγον, οὔτι βουλόμενον. ἐκεῖνος μὲν οὖν ἐν τῇ σκηνῇ καθεύδων, ἐπιβουλευθεὶς νύκτωρ, αἰφνιδίως ἀνῃρέθη ὑπὸ τοῦ συνόντος αὐτῷ καὶ δοκοῦντος φίλου, τῶν τε Ὀσροηνῶν πρότερον ἡγουμένου (Μακεδὼν ἦν ὄνομα αὐτῷ) καίτοι τῆς ἁρπαγῆς καὶ τῆς ἀποστάσεως ἀρχηγοῦ καὶ † ὁμογνώμονος τοῖς Ὀσροηνοῖς γενομένου· ὅς, οὐδεμίαν αἰτίαν ἔχθρας οὔτε μίσους ἔχων, ἀπέκτεινεν αὐτὸς ὃν ἥρπασέ τε καὶ ἀνέπεισεν· οἰόμενός τε μεγάλα [c] χαριεῖσθαι τῷ Μαξιμίνῳ, τὴν κεφαλὴν ἀποτεμὼν, ἐκόμισεν. ὁ δὲ, ἥσθη μὲν ἐπὶ τῷ ἔργῳ· στερηθεὶς δὲ πολεμίου, ὡς ᾤετο, ἐκεῖνον μὲν, καίτοι μεγάλα ἐλπίζοντα, καὶ δοκοῦντα ἀμοιβῆς ἐξαιρέτου τεύξεσθαι, ἀπέκτεινεν, ὡς καὶ τῆς ἀποστάσεως γενόμενον ἀρχηγόν, καὶ ἀποκτείναντα ὃν αὐτὸς ἄκοντα ἀνέπεισεν, ἄπιστόν τε γενόμενον περὶ τὸν φίλον. Τοιαῦται μὲν δή τινες αἰτίαι ἔτι μᾶλλον εἰς τραχύτητα καὶ ὠμότητα ἠκόνησαν τὴν τοῦ Μαξιμίνου ψυχήν, καὶ πρότερον οὕτω πεφυκυῖαν. ἦν δὲ καὶ τὴν ὄψιν φοβερώτατος, καὶ μέγιστος τὸ σῶμα· ὡς μὴ ῥᾳδίως αὐτῷ τινὰ μήτε Ἑλλήνων τῶν σωμασκούντων, μήτε βαρβάρων τῶν μαχιμωτάτων ἐξισοῦσθαι. Διοικήσας δὲ τὰ προειρημένα, πάντα τε τὸν στρατὸν ἀναλαβών, καὶ διαβὰς ἀφόβως τὴν γέφυραν, εἴχετο τῆς πρὸς τοὺς Γερμανοὺς μάχης. μέγα δέ τι πλῆθος καὶ σχεδὸν ἅπασαν τὴν [d] Ῥωμαίων δύναμιν σὺν ἑαυτῷ εἰσῆγε, Μαυρουσίων τε ἀκοντιστῶν ἀριθμὸν πάμπλειστον καὶ τοξοτῶν, Ὀσροηνῶν τε καὶ Ἀρμενίων (ὧν ἦσαν οἱ μὲν, ὑπήκοοι,

146

a Scripsisse Herodianum credo κρίσεως, itidemq; ἀπολογίας. b Scribo πομπεύοντα: vt cum supra aliquoties, tum infra 153. c malim χαριεῖσθαι. d Polit. non Ῥωμαίων, sed βαρβάρων legit. ¶ IN VERS. L. 1 Accusationis fama talis fuit, seu vera, seu a Maximino conficta. Non facile est autem aliquid certi dicere: quoniam de illa inquisitio non fuit habita. nullo enim in iudicium vocato, nulliq; dato sui defendendi spatio, quoscumque suspectos habebat repẽte correptos, immisericorditer interfecit. 2 Maurusiorum iaculatorum & sagittariorum numerus maximus; Osrhoenorumque & Armeniorum, &c.

οἱ δὲ,

οἱ δὲ, φίλοι καὶ σύμμαχοι) καὶ εἴ τινες Παρθυαίων, ἢ χρήμασι πεισθέντες καὶ αὐτομολήσαντες, ἢ ληφθέντες αἰχμάλωτοι, Ῥωμαίοις ἐδούλευον. τὰ δὲ πλήθη ταῦτα τοῦ στρατοῦ καὶ πρότερον ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἠθροίσθη, [a]ηὐξήθη δὲ ὑπὸ τοῦ Μαξιμίνου, καὶ εἰς πολεμικὴν ἄσκησιν συγκεκρότητο. μάλιστα δὲ οἱ ἀκοντισταὶ καὶ οἱ τοξόται πρὸς τὰς Γερμανῶν μάχας ἐπιτήδειοι δοκοῦσιν, ἐπιτρέχοντές τε αὐτοῖς κούφως ἀπροσδοκῶσι, καὶ ἀναχωροῦντες ῥᾳδίως. Γενόμενος δὲ ἐν τῇ πολεμίᾳ Μαξιμῖνος, πολλὴν μὲν γῆν ἐπῆλθεν, οὐδενὸς αὐτῷ

147 ἀνθεστῶτος, ἀλλὰ τῶν βαρβάρων † ἀνακεχωρηκότων. ἐδῄου τε οὖν πᾶσαν τὴν χώραν, μάλιστα τῶν ληΐων ἀκμαζόντων· τάς τε κώμας ἐμπιπρὰς, διαρπάζειν ἐδίδου τῷ στρατῷ. εὐμαρέστατα γὰρ τὸ πῦρ ἐπινέμεται τάς τε πόλεις αὐτῶν, ἃς ἔχουσι, καὶ τὰς οἰκήσεις ἁπάσας. λίθων μὲν γὰρ παρ' αὐτοῖς ἢ πλίνθων ὀπτῶν σπάνις· ὕλαι δὲ εὔδενδροι· ὅθεν ξύλων οὔσης ἐκλενείας, συμπηγνύντες αὐτὰ καὶ ἁρμόζοντες, σκηνοποιοῦνται).

Ὁ δὲ Μαξιμῖνος, ἐπὶ πολὺ μὲν προεχώρησε, πράττων τε τὰ προειρημένα καὶ λείας ἀπελαύνων, διδούς τε τὰς ἀγέλας τῷ στρατῷ αἷς περιετύγχανον. οἱ δὲ Γερμανοὶ, ἀπὸ μὲν τῶν πεδίων, καὶ εἴ τινες ἦσαν χῶραι ἄδενδροι, ἀνακεχωρήκεσαν· ἐν δὲ ταῖς ὕλαις ἐκρύπτοντο· περί τε τὰ ἕλη διέτριβον, ὡς ἐκεῖ τὰς μάχας καὶ τὰς ἐφόδους ποιοῖντο, τῆς συνεχείας τῶν φυτῶν ἀπασχολούσης εἰς ἑαυτὴν τὰ βέλη καὶ τὰ ἀκόντια τῶν πολεμίων· τῶν τε ἀγχιβαθῶν τῶν ἑλῶν, Ῥωμαίοις μὲν δι' ἄγνοιαν τῶν τόπων ἐπισφαλῶς ἐσομένων, ἑαυτοῖς δὲ, δι' ἐμπειρίαν τῆς χώρας, [b]εἰδόσιν ἄβατα καὶ ἀντίτυπα τῶν τόπων, ἐς γόνυ τε βρεχομένοις διατρέχειν ῥᾳδίως. εἰσὶ δὲ καὶ πρὸς τὸ νήχεσθαι γεγυμνασμένοι, ἅτε μόνοις λουτροῖς τοῖς ποταμοῖς χρώμενοι. περὶ ἐκεῖνα οὖν μάλιστα τὰ χωρία αἱ συμβολαὶ ἐγίνοντο. ἔνθα καὶ γενναιότατα αὐτὸς ὁ βασιλεὺς τῆς μάχης ἦρξεν. ἐπὶ γὰρ τινὶ ἕλει μεγίστῳ, τῶν μὲν Γερμανῶν ἐς αὐτὸ ἀναχωρούντων εἰς φυγὴν, εἰς δίωξιν δὲ Ῥωμαίων ἐπεισελθεῖν ὀκνούντων, πρῶτος ὁ Μαξιμῖνος ἅμα τῷ ἵππῳ ἐμβαλὼν εἰς τὸ ἕλος, καίτοι ὑπὲρ γαστέρα τοῦ ἵππου βρεχομένου, τοὺς ἀνθεστῶτας ἐφόνευσε βαρβάρους· ὡς τὸν λοιπὸν στρατὸν, αἰδεσθέντα προδοῦναι μαχόμενον ὑπὲρ αὐτῶν βασιλέα,

illi, in amicitiam fuerãt societatemq; adsciti. tum siqui ex Parthis aut [1]pecunia cõducti, aut transfugę, aut item capti bello, Romanis seruiebant. Hęc autem multitudo coacta ab Alexandro prius, aucta dein atq; *in rebus bellicis* exercita a Maximino fuerat. Ceterum iaculatores sagittariiq; gerendo aduersus Germanos bello magnopere idonei videntur. siquidem expediti hostem opprimunt incautũ, facileque rursus in tutũ se recipiunt. At vero Maximinus hostilem ingressus agrum, diu nemine qui resisteret inuento, (quippe omnes abscesserant barbari) †regionem illorum depopulabatur, maturis iã segetibus; vicosq; omnes incendendos diripiendosque militibus tradebat. [2]Sunt autem vrbes ædificiaq; illa maxime incendiis obnoxia. Rara *enim* apud Germanos structura e lapide ac lateribus coctilibus: densisque potius siluis; quorum confixis coagmentatisq; lignis, quædam quasi tabernacula ædificant. 147

Igitur Maximinus in eam regionem *longe lateque* grassatus, populatis segetibus, omnique pecore captiuo militibus permisso, nullos adhuc hostes inuenerat. Siquidem campestres regiones, locaque ab arboribus pura deseruerant, atque intra siluas & paludes delituerant, vt inde prœliarentur atq; eruptionem in hostem facerent. Etenim densitas illa arborum, sagittis iaculisq; hostium allatura impedimentũ; & paludum altitudo, periculosa Romanis locorum ignaris, ipsis autem facilis expeditaq; fore videbatur, non ignatis quæ vsquã pervia, quę inuia, & genuum tenus quotidie per illas discursantibus. [4]Sũt autem Germani peritissimi natandi; vt qui tantũmodo in fluminibus lauentur. In huiuscemodi igitur locis pugna inita: vbi ętiã Imperator ipse Romanus fortissime prœlium inchoauit. Nam quum ad ingentem quandam vastamq; paludem vẽtum esset, intra quã Germani fuga se receperant, verentib. Romanis eodẽ hostes insequi, primus Maximinus equo paludẽ ingressus, quũ quidẽ ẽt supra aluũ equus voragine hauriretur, magna tñ vi repugnãtes barbaros cõtrucidauit. Quare exercitus reliqu⁹ pudore instinctus. ne ꝓdere pugnantẽ ꝓ se Imperatorẽ videretur,

a Scribe ἠύξητο. b Scribe, εἰδόσι τὰ ἄβατα καὶ ἀντίτυπα τῶν τόπων id est, *Qua in parte loca illa velut contumacia transire volentibus essent: siue transitum contumaciter denegarent. Sic enim hic* ἀντίτυπα *exponi posse existimo. At Polit. ita vertit quasi aliam lectionem sequutus sit.* ¶IN VERS. L. 1 pecuniis inducti & transf. M. 2 Facillime autem ignis eorum vrbes atque domicilia depascitur. Lapidum enim apud illos aut laterum coctilium est penuria: sed densas habent siluas: ideoque lignis quum abundent, ea componentes & compingentes, sibi tabernacula ædificant. 3 *Vide quæ superiore annotaui.* 4 Sunt autem & natandi peritissimi Germani. M.

ausus & ipse est paludē ingredi. multiq; vtrimq; ceciderunt: ita tamen vt nullus pene barbarorum fuerit reliquus, dimicante insigniter Romano principe. Quare & stagnum cadaue-

148 ribus oppletū, & palus sanguine † cōfusa, [1] pedestris prœlii naualē faciem pręferebat. Hanc igitur pugnam, suaque ipsius fortia facinora, non solum per litteras senatui populoq; Romano significauit, sed etiam depictam maximis imaginibus ante curiam publicauit: vt non tam audire quæ gesta forent, quam etiam subiicere oculis Romani possent. Eam tabulam deinde vna cum reliquis illius honoribus senatus sustulit. Fuere itē alia prœlia; quibus omnibus ipse manu pugnā capessens, ac fortissime dimicans, exsplēdescebat. Multisq; captiuis atq; ingenti abacta pręda, instante hieme, in Pannoniam reuersus est: intraque vrbem Sirmium (quę maxima omniū eius regionis habetur) in hibernis agens, ad vernam sese expeditionem comparabat: identidem minitans, (id quod etiā præstiturus videbatur) excisurum subacturumque Oceano tenus omnes Germaniæ barbaras nationes. Talis vtique fuit in bellicis negotiis: maximam rebus gestis claritudinem adepturus; [2] nisi grauior multo suis ac truculētior quam ipsis fuisset hostibus. Quo enim barbaros interemptos, si lōge plures in ipsa vrbe Roma subiectisq; nationibus cædes edebantur? Quid prædam aut captiuos abactos proderat, si suis fortunis Romanæ dicionis mortales quotidie dispoliabantur? Quippe omnis nō modo libertas, sed instigatio quoque delatoribus permissa; vt circumuenire quos vellēt, renouareq; etiam (si ita vsus posceret) vsq; a progenitoribus ignota atque indeprehensa ad eam diem crimina liceret. Neque sane delicti alicuius quispiam arcessebatur, quin idem continuo reus perageretur, ac censu fortunisq; omnibus expelleretur. Itaq; quotidie cerneres, qui pridie opulentissimi fuissent, eos nunc emendicare stipem. Tanta videlicet tyrannidis auaritia incesserat, assiduas erga militem largitiones obtēdentis. Erant præterea illius aures omnibus calumniis patulę: sic vt nullius vel ætatis vel dignitatis

149 rationem haberet. Igitur complures † exercitibus aut prouinciis præpositos, consulares

τολμῆσαί τε καὶ τοῖς ἕλεσιν ἐπεισελθεῖν· πολὺ δέ τι πλῆθος ἑκατέρωθεν πεσεῖν, καὶ Ῥωμαίων μὲν, τῶν δὲ βαρβάρων σχεδὸν τὴν τότε παροῦσαν δύναμιν, ἀριστεύοντος αὐτοῦ· ὡς τό τε ἕλος σωμάτων πληρωθῆναι, τήν τε λίμνην αἵματι κερασθεῖσαν, πεζομαχοῦντι † στρατῷ ναυμαχίας ὄψιν παρέχειν. 148

Ταύτην τὴν μάχην, καὶ τὴν ἀριστείαν αὐτοῦ, οὐ μόνον διὰ γραμμάτων τῇ τε συγκλήτῳ καὶ τῷ δήμῳ ἐδήλωσεν, ἀλλὰ καὶ [a] γραφῆναι κελεύσας, μεγίσταις εἰκόσιν ἀνέθηκε πρὸ τοῦ βουλευτηρίου· ἵνα μὴ μόνον ἀκούειν τὰ γινόμενα, ἀλλὰ καὶ βλέπειν ἔχωσι Ῥωμαῖοι. τὴν δὴ εἰκόνα ὕστερον καθεῖλεν ἡ σύγκλητος μετὰ τῶν λοιπῶν αὐτοῦ τιμῶν. Γεγόνασι δὲ καὶ ἕτεραι συμβολαί· ἐν αἷς ὡς αὐτουργός τε καὶ αὐτόχειρ τῆς μάχης, ἀριστεύων τε πανταχοῦ ἐπῃνεῖτο.

Πολλοὺς δὲ χειρωσάμενος αὐτῶν αἰχμαλώτους, καὶ λείαν ἀπελάσας, χειμῶνος ἤδη καταλαμβάνοντος, ἐπανῆλθεν εἰς Παίονας. ἔν τε Σιρμίῳ διατρίβων, τῇ μεγίστῃ ἐκεῖ πόλει δοκούσῃ, τὰ πρὸς τὴν εἴσοδον εἰς τὸ ἔαρ παρεσκευάζετο. ἠπείλει γὰρ (καὶ ποιήσειν ἔμελλεν) ἐκκόψειν τε καὶ ὑποτάξειν τὰ μέχρι Ὠκεανοῦ Γερμανῶν ἔθνη βάρβαρα. Τὰ μὲν δὴ πολεμικὰ τοιοῦτος ἦν· καὶ εἰς δόξαν ἤρθη ἂν ἡ πρᾶξις αὐτοῦ, εἰ μὴ τοῖς οἰκείοις καὶ τοῖς ὑπηκόοις βαρύτερος ἐγεγόνει καὶ φοβερώτερος. τί γὰρ ἦν ὄφελος βαρβάρων ἀναιρουμένων, πλειόνων [b] γινομένων φόνων ἐν αὐτῇ τε τῇ Ῥώμῃ καὶ τοῖς ὑπηκόοις ἔθνεσιν; ἢ λείας αἰχμαλώτους ἀπάγειν τῶν ἐχθρῶν, γυμνοῦντα καὶ τὰς οὐσίας ἀφαιρούμενον τῶν οἰκείων; ἄδεια τε γὰρ πᾶσα, μᾶλλον δὲ καὶ προτροπή, ἐδέδοτο συκοφάνταις, ἐς τὸ ἐπηρεάζειν καὶ κινεῖν πράγματα προγονικά, εἰ τύχοι, καὶ ἄγνωστα καὶ ἀνεξέλεγκτα. μόνον τέ τις κληθεὶς εἰς δικαστήριον ὑπὸ συκοφάντου, εὐθέως ἡττημένος ἀπῄει, καὶ τῶν ὑπαρχόντων πάντων στερηθείς. ἑκάστης γοῦν ἡμέρας ἦν ἰδεῖν τοὺς ἐχθὲς πλουσιωτάτους, τῆς ἐπιούσης μεταιτοῦντας. τοσαύτη τις ἦν τῆς τυραννίδος ἡ φιλοχρηματία, ἐπὶ προφάσει τῆς περὶ τοὺς στρατιώτας χρημάτων συνεχοῦς χορηγίας. ἦν δὲ καὶ τοῖς ὠσὶ κοῦφος ἐς διαβολάς, ἡλικίας τε καὶ ἀξιώματος ἀφειδῶς ἔχων. πλείστους γοῦν τῶν ἔθνη καὶ † στρατόπεδα πεπιστευμένων, μετὰ ὑπατείας τιμήν, 149

a Scribo γραφῆναι κελεύσας ἐν μεγίσταις εἰκόσιν, ἀνέθηκε. &c. b Scribo γινομένων. ¶ IN VERS. L. 1 1. pedestri exercitus prœlio speciem pugnæ naualis præferebat. 2 nisi domesticis & subditis omnibus grauior terribiliorque fuisset. Quid enim proderat barbaros interimi, si longe pl.

ἢ δόξαν

ἢ δόξαις ἐπὶ τροπαίοις περιειλημμένων, ἐκ μικρᾶς καὶ εὐτελοῦς διαβολῆς ἀναρπάστους ἐποίει. καὶ [a] ἐκέλευσέ τε ἄνευ ὑπηρεσίας μόνοις ὀχήμασιν ἐπιτεθέντας, ἄγεσθαι νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ὁδεύοντας, ἐξ ἀνατολῶν, ἢ δύσεως, εἰ τύχοι, ἀπό τε μεσημβρίας, εἰς Παίονας, ἔνθα διέτριβε. σκύλας δὲ καὶ ὑβρίσας, φυγαῖς ἢ θανάτοις ἐζημίου. Ἐς ὅσον μὲν οὖν [b] τοὺς καθ' ἕνα ταῦτα ἐπεράττετο, καὶ μέχρις οἰκείων ἔμενεν ἡ συμφορά, οὐ πάνυ τι τοῖς δήμοις τῶν πόλεων ἢ τοῖς ἔθνεσι διέφερε· (τὰ γὰρ τῶν εὐδαιμονεῖν δοκούντων ἢ πλουσίων πταίσματα, πρὸς τῶν ὄχλων οὐ μόνον ἀμελεῖται, ἀλλὰ τινὰς τῶν κακοήθων καὶ φαύλων ἔσθ' ὅτε καὶ εὐφραίνει, φθόνῳ τῶν κρειττόνων καὶ εὐτυχούντων) ἐπεὶ δὲ ὁ Μαξιμῖνος τοὺς πλείστους τῶν ἐνδόξων οἴκων ἐς πενίαν περιστήσας, [c] ἃ δὴ μικρὰ καὶ ὀλίγα, οὐδ' αὐτάρκη τῇ αὐτοῦ βουλήσει ᾤετο, μετῆλθεν ἐπὶ τὰ δημόσια, καὶ εἴ τινα ἦν χρήματα πολιτικὰ εἰς εὐθηνίας ἢ νομὰς τῶν πολιτῶν ἀθροιζόμενα, εἴτε θεάτροις ἢ πανηγύρεσιν ἀνακείμενα, εἰς ἑαυτὸν μετῆγε· ναῶν τε ἀναθήματα, θεῶν τε ἀγάλματα, καὶ ἡρώων τιμάς, καὶ εἴ τις ἦν κόσμος δημοσίων ἔργων, ἢ καλλωπίσματος πόλεως, ἢ ὕλης νόμισμα ποιῆσαι δυναμένης, πάντα ἐχωνεύετο· ὅπερ καὶ μάλιστα τοὺς δήμους ἐλύπησε· πένθος τε δημόσιον ἐνεποίει δίχα μάχης, καὶ ἄνευ ὅπλων, [d] ὄψις πολιορκίας· ὡς τινὰς τοῦ δήμου καὶ χεῖρας [e] ἀνατεῖναι, καὶ τοὺς νεὼς φρουρεῖν, ἑτοίμους τε ἔχειν, πρότερον ἀναιρεθέντας πρὸ τῶν βωμῶν πεσεῖν, ἢ σκῦλα τῶν πατρίδων ἰδεῖν. ἐντεῦθεν δὴ καὶ μάλιστα κατά τε πόλεις καὶ κατὰ ἔθνη διῴδαινον τῶν ὄχλων αἱ ψυχαί. ἀπηρέσκοντό τε καὶ οἱ στρατιῶται τοῖς πραττομένοις, ὀνειδιζόντων αὐτοῖς ἐπιφθόνως συγγενῶν τε καὶ οἰκείων, ὡς δὴ δι' αὐτοὺς ταῦτα πράττοντος τοῦ Μαξιμίνου.

150 † ¶ Αἰτίαι μὲν δὴ τοιαῦται, οὔτι γε ἄλογοι, εἰς μῖσος καὶ ἀπόστασιν τοὺς ὄχλους παρώξυνον· καὶ πάντες μὲν εὔχοντο, καὶ θεοὺς τοὺς ἀδικουμένους ἐπεκάλουν, ἄρξασθαι δὲ οὐδεὶς ἐτόλμα· ἔστε συμπληρουμένης

triumphalesque viros, leuissima tenuissimaque calumnia attactos, corripi de improuiso iubebat; ac sine vllis ministeriis solos vehiculis impositos, die noctuq; iter facere ab oriente aut occidente, (si ita cecidisset) itemq; a meridie, in Pannoniam vsque, in qua tūcipse morabatur. Dein [1] spoliatos omnique ignominia affectos, exsilio vel morte puniebat. [2] Quamdiu igitur vnus aut alter talia patiebantur, neque ea calamitas extra ipsorum familiam egrediebatur, non sane magnopere populorū gentiumque interesse videbatur: (siquidem beatorum diuitumque res aduersæ, non solum a plebe negliguntur; sed eis nōnulli etiam prauo malignoque ingenio, ob inuidiam scilicet potentiorum atq; felicium, delectantur) postquam autem Maximinus plurimas illustrium virorum familias ad egestatem redegit, leuiora iam illa ac minora ducens quam vt ipsius cupiditati satisfacerent, animum ad publicas opes transtulit. Igitur quæcumque pecuniæ ciuiles, aut ad publicam annonam repositæ, aut in plebem diuidendæ supererāt, tum quæ theatris ac celebritatibus seruiebant, vniuersas sibi adiudicauit. Adhæc templorum [omnium] donaria, statuæque deorum, heroumque honores, tum quidquid publici operis aut ciuilis ornamēti, aut materiæ deniq; fuit nummis idoneæ conficiundis, omnia pariter ignibus conflabantur. Quæ res inprimis animos multitudinis exulcerauit, quasique luctum publicum effecit; quū citra pugnam atque arma quasi oppugnationi esse vrbs obnoxia videretur: sic vt quidam e populo contra resistere, templaque ausi tueri, etiam cadere ante aras deorum immortalium, quam spectare patriæ spolia, præoptauerint. Hinc itaque potissimum per vrbes atque nationes popularium animi intumuerunt: ac nec milites quoq; satis æquo animo ferebant, exprobrantib. inuidiose cōsanguineis atq; domesticis, &[3] ipsorū culpa talia patrare Maximinū dictitātibus. † ¶ Huiuscemodi igitur caussæ, 150 minime profecto leues, ad odiū ac defectionē populos proritabant. Ceterū votis tātum modo agebant, læsa implorātes numina; nullo scilicet audēte profiteri se vindicē: donec exacto

a *Scribo* καὶ ἐκέλευσέ γε, ἄνευ ὑπηρ. *vel* γε ἐκέλευσε, ἄνευ ὑπηρ. b *Præpositionem* ἐς *ante* τοὺς *desiderari puto.* [*aut Atticum loquendi genus est, ut apud Plat.* πολλοὶ κατὰ ὁρῶν τοὺς ἄλλους.] c *Nisi pro* ἃ δὲ *scribas* ταῦτα δή, *pendebit oratio: ac redditio ad illa verba,* ἐπεὶ δὲ &c. *incipiet demū ab istis verbis,* ἐντεῦθεν δὴ καὶ μάλιστα &c. *Sed & quædā sunt circa finem quæ orationis cursum interrumpunt: ideoque lectionem illam substituendam puto.* d *Scribendum puto* ὄψιν, *vel* ὄψις ἦν. e *Muto in* ἀνατεῖναι: *ut* χεῖρας ἀνατεῖναι *dictum sit pro eo quod dici solet* χεῖρας ἀνταίρειν, *seu* ἀνταίρειν: *si illi aoristo præsentis significatio non detur.* ¶ IN VERS. L. 1 vexatos, M. 2 Quamdiu igitur in nonnullos priuatim hæc admittebantur, & intra eorum familiam calamitas hæc consistebat, populi ciuitatum & nationes non valde sua interesse putabant. 3 propter ipsos talia patr. Max. *nimirum propter insatiabilem pecuniarum cupiditatem, qua tenebantur. Nam p. præc. dixit Maximinum suæ rapacitati assiduas erga militem largitiones obtendisse.*

a Scribo ἄνωθεν ἐπάλξεών τε. b Polit. πίτταν recte cum datiuis θείῳ & ἀσφάλτῳ iungit: sed idem nec ἐλόντες nec aliud vocabulum eius loco agnoscit. c Scribendum videtur ἐπηροῦτο, vt ἠκρωτηριάζετο: vel ἠκρωτηριάζοντο, vt conuenire possit cum ἐπηροῦντο. Vt porro τὰς χεῖρας cum verbo ἠκρωτηριάζετο recte coniungunt editiones pleræq; nominatim Basileensis: ita in eadem post id ipsum verbum desideratur copulatiua τε. vt legendum videatur, τάς τε ὄψεις ἐπηροῦτο καὶ τὸ πρόσωπον, ἠκρωτηριάζετό τε τὰς χεῖρας. ¶ IN VERS. L. 1 vasis concauis oblongas ansas habentibus, Gr.. 2 Puto Polit. scripsisse, vndiquaque diff.

ἐγγινομένου,

ἐγγινομένου, ὅ τε στρατὸς τοῦ Μαξιμίνου ὀκνηρὸς ἐγίνετο, καὶ πλείων τῆς ἐλπίδος, ἀθύμως διέκειτο. οὓς γὰρ ἠλπίκεσαν μηδεμίαν ὑπομενεῖν προσβολὴν, τούτους εὕρισκον οὐκ ἀντέχοντας μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνθεστῶτας. οἱ δὲ Ἀκυλήσιοι, ἐπερρώννυντό τε καὶ προθυμίας πάσης ἐνεπίμπλαντο τῇ τε συνεχείᾳ τῆς μάχης, ἐμπειρίαν καὶ θάρσος ὁμοῦ προσλαμβάνοντες, κατεφρόνουν τῶν στρατιωτῶν· ὡς καὶ ἀποσκώπτειν ἐς αὐτοὺς, ἐνυβρίζειν τε τῷ Μαξιμίνῳ περιιόντι, εἴς τε αὐτὸν καὶ τὸν παῖδα ἀπορρίπτειν δυσφήμους καὶ αἰσχρὰς βλασφημίας. ἐφ' αἷς ἐκεῖνος κινούμενος, ὀργῆς μᾶλλον ἐνεπίμπλατο.[a] χρῆσθαι δὲ κατὰ τῶν πολεμίων οὐ δυνάμενος, ἐκόλαζε τοὺς πλείστους τῶν ἡγουμένων τῶν ἰδίων στρατιωτῶν, ὡς ἀνάνδρως καὶ ῥαθύμως προσφερο-
175 μένους τῇ τειχομαχίᾳ. ὅθεν αὐτῷ περιεγένετο † παρὰ μὲν τῶν οἰκείων, μῖσός τε καὶ ὀργή· παρὰ δὲ τῶν ἀντιπάλων, πλείων ἡ καταφρόνησις. συνέβαινε δὲ τοῖς Ἀκυλησίοις πάντα ὑπάρχειν ἔκπλεα, καὶ ἐπιτηδείων ἀφθονίαν ἐκ πολλῆς παρασκευῆς, εἰς τὴν πόλιν πάντων σεσωρευμένων ὅσα ἦν ἀνθρώποις καὶ κτήνεσιν εἰς τροφὰς καὶ ποτὰ ἐπιτήδεια· ὁ δὲ στρατὸς, πάντων ἐν ἐνδείᾳ, τῶν τε καρποφόρων δένδρων ἐκκεκομμένων, τῆς τε γῆς ὑπ' αὐτοῦ δεδῃωμένης. μένοντες δὲ ὑπὸ σκηναῖς αὐτοσχεδίοις, οἱ δὲ πλεῖστοι ὑπὸ γυμνῷ τῷ ἀέρι, ὄμβρων τε καὶ ἡλίου ἠνείχοντο, λιμῷ τε διεφθείροντο, μηδὲ ἐπεισάκτου τροφῆς αὐτοῖς τε καὶ ὑποζυγίοις εἰσκομιζομένης. πανταχόθεν γὰρ τὰς τῆς Ἰταλίας ὁδοὺς παραφράξαντες ἦσαν οἱ Ῥωμαῖοι, τειχῶν τε ἐγέρσεσι καὶ πυλίδων ἀσκήσεσιν. ἄνδρας τε ὑπατευκότας ἐξέπεμψεν ἡ σύγκλητος σὺν ἐπιλέκτοις καὶ λογάσιν ἀπ' Ἰταλίας πάσης ἀνδράσιν, ἵν' αἰγιαλοί τε πάντες καὶ λιμένες φρουρῶνται, καὶ μηδενὶ ἔκπλους συγχωρῆται· ὡς ἄπυστα καὶ ἄγνωστα εἴη Μαξιμίνῳ τὰ ἐν Ῥώμῃ πραττόμενα. αἵ τε λεωφόροι ὁδοὶ καὶ ἀτραποὶ πᾶσαι ἐφυλάττοντο, ὡς μηδένα διαβαίνειν. συνέβαινε δὲ, τὸν στρατὸν δοκοῦντα πολιορκεῖν, αὐτὸν πολιορκεῖσθαι· ἐπεὶ μήτε τὴν Ἀκυληΐαν ἑλεῖν ἐδύνατο, μήτε ἀποστὰς ἐκεῖθεν, ἐπὶ τὴν Ῥώμην χωρῆσαι, διά τε νεῶν καὶ ὀχημάτων ἀπορίαν. ἅπαντα γὰρ προκατείληπτο

mora iniecta,[1] minus minusque iam alacer Maximini erat exercitus; sed quia spe falsus, tristiorq; in dies. Nam quos ne vnũ diem sperauerant suum laturos impetum, eos non modo non cedentes, sed resistentes etiam audacissime animaduertebant. Contra, Aquileienses magis magisq; in dies virium atq; animorum implebantur: & assiduitate pugnandi peritiam pariter audaciamq; consequuti, sic despiciebant milites, vt etiam iocarẽtur in eos & cauillarentur, nihilque non contumeliæ obeũti muros Maximino exprobrarent, tum in ipsum iuxta filiumque [a] nulla non iacerent probra. Quibus irritatus ac furẽs, quum effundere in hostes iram non liceret, plurimos e suis ducibus, quasi parum strenue atque acriter vrbem oppugnarent, extremo supplicio affecit. [3]Quo factum vt infestiorem † sibi atque iratiorem militem redderet, & contemptibilior fieret aduersariis. 175 Euenit præterea vt Aquileienses commeatu rebusque ceteris abundarent: quoniam magna diligentia, quęcumque ad homines aut [4] equos sustentandos desiderantur, in vrbem fuerant comportata: contra, exercitus omnium rerum egenus, excisis feracibus arboribus, agroque omni peruastato, partim sub tumultuariis tentoriis agitabant, partim sub aperto cælo tolerabant solem atque imbres, *ac fame conficiebantur.* siquidem nihil alimenti vel ipsis vel iumentis importabatur, obsessis omnibus Italiæ itineribus Romanorum diligentia, murisque & [5] portis excitatis. Etenim viros consulares cum lectissimis ac spectatissimis hominibus ex Italia tota miserat senatus, qui litora portusque tutarentur, neque cuiquam potestatem facerent enauigandi: sic vt inaudita incognitaque forent Maximino quæcũq; Romæ agitabantur. [6] Quin viæ quoque omnes & calles, ne quis transiret, diligentissime seruabantur. Ita eueniebat vt exercitus qui vrbem obsidebat, ipse inuicem obsideretur. Nam neq; Aquileiam capere, neq; Romã proficisci poterat, nauigiorum ac vehiculorum penuria: quæ omnia prius occupata

a *For.* χρῆσθαι δὲ αὐτῇ κατὰ τῶν π. *nisi potius datiuũ hunc subaudiendũ reliquisse existimandus est.* ¶ IN VERS. L. 1 *Ferdita scripsit Polit.* minus minusq; iam alacer Max. erat exercitus: quia spe falsus: sed tristior in dies: *aut certe,* sed, quia spe falsus, tristior in dies. 2 dira & fœda. M. 3 Ex quo factum est vt ille suos magis iratos & infensos haberet, hostibus autem maiori contemptui esset. Contingebat autem Aquileiensibus, satis superque rebus omnibus instructos esse, & commeatu abundare. *Od.* Is Aquileiensium erat status: *vel,* Res Aquileiensium in hoc erant statu. *Non autem narrat Herod. tem quæ tum euenerit.* 4 *Latius patet vox Græca* κτήνη. [*paulo post* ὑποζύγια *pro eodem,* i. iumenta, *seu* iugmenta 5 portulis, *seu* paruis portis, *Grad est,* fenestris muralibus. 6 Quin & omnes viæ publicæ, Gr.]

& conclusa fuerant. Rumores quoq; suspicionibus in maius augebantur, esse vniuersum in armis Romanum populum, consensisse Italiam, gẽtesq; omnes Illyricas barbarasq; quascũq; aut oriens aut meridies videt, ad exercitum contrahendum, coniuratas in Maximini odium. Quare desperãtes milites, omnium rerum penuria laborabant, vixq; aquæ satis habebãt: quam etiam pollutam sanguine & cędibus de flumine hauriebãt. Nam & Aquileienses cadauera suorum, quæ humari non poterant, in flumen prę-
176 cipitabant: & qui ferro † morboq; in exercitu perierant, itidem alueo demergebãtur: inter quos etiam qui inopia ciborum confecti, vix adhuc spiritum retentabant. ¶ Quum igitur ad hunc modum mœstus atq; [1] inops exercitus esset, repente, dum sub tentorio quiescit Maximinus vacuo die a pugna, quum plerique aut in tabernacula, aut in suas quisque stationes concessissent, visum est militibus iis quorum ad vrbem Romã sub monte Albano castra erant, atq; in his liberi eorum cõiugesq; relictæ, neci dedere Maximinum: vt aliquando a diuturna & inexplicabili obsidione requiescerent, neque Italiæ bellum inferrẽt in tyranni gratiam, damnati omnibus & inuisi. Quocirca occupata audacia, sub medium ferme diem ad illius tentorium contenderunt, conspirantibus vna corporis custodibus. Ibiq;, postquam de signis militaribus illius imagines detraxerunt, prodeuntem mox tentorio cum filio, vt ad eos loqueretur, *hoc illi non concesso*, [continuo] obtruncant, vnaque [2] præfectum prætorio, & quoscumque carissimos ille habuerat. Proiectaque ad ludibrium cadauera, canibus dein volucribusque lanianda reliquerũt, missis tantum Romam Imperatorum capitibus. ¶ Hunc habuit finem Maximinus cum filio: ita male gesti imperii dedere ambo supplicium.
Ceterum exercitus hærebat, nece audita principum. Neque enim perinde omnibus grata; præsertimq; Pannoniis Thracibusque barbaris; qui scilicet imperium *illi* tradiderant. Sed quando infectum fieri iam nequibat, ferebant, quamquam inuiti: & se gaudere cum ceteris simulabant. Quare depositis armis,

καὶ συνεκέκλειστο. φῆμαι δὲ μείζους ἐξ ὑποψίας ἀληθείας ἐδίδοντο, ὅτι πᾶς ὁ δῆμος ὁ Ῥωμαίων ἐν ὅπλοις εἴη, Ἰταλία τε πᾶσα συμπεπνεύκοι, πάντα τε ἔθνη Ἰλλυρικὰ καὶ βάρβαρα, τά τε ὑπ' ἀνατολαῖς καὶ μεσημβρίαις, στρατὸν ἀγείρει· μιᾷ τε γνώμῃ καὶ ψυχῇ ὁμοίως Μαξιμῖνος μεμίσηται. ὅθεν ἐναπεγνώκεισαν καὶ πάντων ἐνδεεῖς οἱ στρατιῶται, σχεδὸν καὶ ὕδατος αὐτοῦ. ὃ γὰρ ἦν μόνον ἐκ τοῦ παραρρέοντος ποταμοῦ ποτόν, αἵματι καὶ φόνοις μεμιασμένον ἐπίνετο. εἴτε γὰρ Ἀκυλήσιοι, τοὺς ἐν τῇ πόλει τελευτῶντας οὐκ ἔχοντες ὅπως θάψωσιν, ἐς τὸν ποταμὸν ἀπερρίπτουν· εἴτε ἐν τῷ † στρατῷ φονευόμενοι ἢ 176
διαφθειρόμενοι νόσῳ, ἐδίδοντο τῷ ῥεύματι, οὐκ ἐχόντων αὐτῶν τὰ πρὸς ταφὰς ἐπιτήδεια.

¶ Πανταπάσης οὖν ἀπορίας καὶ δυσθυμίας τὸν στρατὸν κατεχούσης, αἰφνιδίως ἀναπαυομένου τοῦ Μαξιμίνου ἐν τῇ σκηνῇ, καὶ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἐν μέσῳ τοῦ πολέμου οὔσης, τῶν τε πλείστων ἐς τὰς σκηνὰς καὶ τὰ εἰσκεκλεισμένα τῆς φρουρᾶς χωρία ἀνακεχωρηκότων, ἔδοξε τοῖς στρατιώταις οἳ περὶ τὴν Ῥωμαίων πόλιν στρατόπεδον εἶχον ὑπὸ τὸ καλούμενον ὄρος Ἀλβανόν, ἔνθα παῖδας καὶ γυναῖκας καταλελοίπεσαν, φονεῦσαι τὸν Μαξιμῖνον, ὡς παύσαιντο μὲν χρονίου καὶ ἀπεράντου πολιορκίας, μηκέτι δὲ πορθοῖεν Ἰταλίαν ὑπὲρ τυράννου κατεγνωσμένου καὶ μεμισημένου. τολμήσαντες οὖν ἐπίασι τῇ σκηνῇ αὐτοῦ περὶ μέσην ἡμέραν. συναραμένων δὲ αὐτοῖς καὶ τῶν φρουρούντων δορυφόρων, τάς τε εἰκόνας ἐκ τῶν σημείων κατασπῶσι, καὶ αὐτὸν σὺν τῷ παιδί, προελθόντα τῆς σκηνῆς, ὡς δὴ ἄρα διαλέξαιτο αὐτοῖς, οὐκ ἀνασχόμενοι, ἀναιροῦσι. φονεύουσι δὲ καὶ τὸν ἔπαρχον τοῦ στρατοῦ, πάντας τε τοὺς ἐκείνῳ θυμήρεις φίλους· ῥίψαντές τε τὰ σώματα τοῖς βουλομένοις ἐνυβρίζειν καὶ πατεῖν, εἴασαν κυσί τε καὶ ὄρνισι βοράν. τοῦ δὲ Μαξιμίνου καὶ τοῦ παιδὸς τὰς κεφαλὰς εἰς τὴν Ῥώμην ἔπεμψαν. Τοιούτῳ μὲν δὴ τέλει Μαξιμῖνος καὶ ὁ παῖς αὐτοῦ ἐχρήσαντο, δίκας πονηρᾶς ἀρχῆς ὑποσχόντες. Ὁ δὲ στρατὸς πᾶς, ὡς ἐπύθετο τὰ γινόμενα, ἔν τε ἀφασίᾳ ἦσαν, καὶ οὐ πάνυ τι τῷ πραχθέντι πάντες ἠρέσκοντο· καὶ μάλιστά γε οἱ Παίονες, καὶ ὅσοι βάρβαροι Θρᾷκες, οἱ καὶ τὴν ἀρχὴν αὐτῷ ἐγκεχειρίκεσαν. πλὴν, τοῦ ἔργου ἅπαξ γεγονότος, ἄκοντες μὲν, ἔφερον δέ· ἀνάγκη τε ἦν συνήδεσθαι τοῖς πραχθεῖσιν ὑποκρινομένοις. καταθέμενοι τε τὰ ὅπλα,

¶ IN VERS. L. 1 Non (habito quia Polit. aliquem genitiuum huic nomini inops adiecerit. Apte quidem certe scriberetur inops consilii. 2 Amolimini, Max. ex Iulio Capitolino 2,32,37.

ἐν εἰρήνῃ

ἐν εἰρηνικῷ σχήματι προσιόντες τοῖς τείχεσι τοῖς Ἀκυλησίων, ἀγγέλλοντες τὸν φόνον τοῦ Μαξιμίνου. τὰς δὲ πύλας ἀνοίγνυσθαι ἠξίουν, δέχεσθαί τε φίλους τοὺς
177 χθὲς ἐχθρούς. οἱ δὲ τῶν † Ἀκυλησίων στρατηγοί, τὰς μὲν πύλας ἀνοῖξαι οὐκ ἐπέτρεψαν· προθέντες δὲ τὰς εἰκόνας Μαξίμου καὶ Βαλβίνου, Γορδιανοῦ τε καίσαρος, στεφάνοις καὶ δάφναις κεκοσμημένας, αὐτοί τε εὐφήμουν, καὶ τοὺς στρατιώτας ἠξίουν γνωρίσαι καὶ αἰδεσθῆναι, εὐφημῆσαί τε τοὺς ὑπὸ Ῥωμαίων συγκλήτου ἀναδειχθέντας αὐτοκράτορας. Γορδιανοὺς δὲ ἐκείνους εἰς οὐρανὸν καὶ [a] θεὸν ἀνακεχωρηκέναι. προὔθεσάν τε ὑπὲρ τῶν τειχῶν ἀγοράν, [b] ὤνιον παρέχοντες πάντων τῶν ἐπιτηδείων, τροφῶν τε παντοδαπῶν καὶ ποτῶν, ἀφθονίαν· ἐσθῆτός τε καὶ ὑποδημάτων, καὶ ὅσα ἐδύνατο παρέχειν εἰς χρῆσιν ἀνθρώποις πόλις εὐδαιμονοῦσα καὶ ἀκμάζουσα. ὅθεν καὶ μᾶλλον ἐξεπλάγη ὁ στρατός, συνεὶς ὅτι τοῖς μὲν πάντα αὐτάρκη ἦν, εἰ καὶ ἐπὶ πλεῖον πολιορκοῖντο, αὐτοὶ δὲ ἐν ἐνδείᾳ πάντων τῶν ἐπιτηδείων θᾶττον [c] διεφθάρησαν, ἢ εἷλον πάντα ἔχουσαν πόλιν. Ὁ δὲ στρατὸς ἔμενε παρὰ τοῖς τείχεσιν, ἔχων τὰ χρειώδη, ἅπερ ἀπὸ τῶν τειχῶν ἐλάμβανον, ὅσα ἕκαστος ἐβούλετο. διελέγοντό τε ἀλλήλοις· καὶ ἦν εἰρήνης μὲν καὶ φιλίας διάθεσις, σχῆμα δὲ ἔτι πολιορκίας, τῶν τειχῶν κεκλεισμένων καὶ τοῦ στρατοῦ περὶ αὐτὰ διατριβόντων. Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν Ἀκυληίαν ἐν τούτοις ἦν. οἱ δ' ἱππεῖς οἱ τὴν Μαξιμίνου κεφαλὴν κομίζοντες ἀπὸ τῆς Ἀκυληίας, [d] ὁδοιπορήσαντες μετὰ πάσης ἐπείξεως· οἷς ἐπιφοιτῶσιν αὐτοῖς τὰς λοιπὰς πόλεις, πύλαι ἀνοίγνυντο, καὶ δαφνηφοροῦντες αὐτοὺς οἱ δῆμοι ὑπεδέχοντο. ὡς δὲ διέπλευσαν τάς τε λίμνας καὶ τενάγη μεταξὺ Ἀλτίνου καὶ Ῥαβέννης, περιέτυχον Μαξίμῳ αὐτοκράτορι, διατρίβοντι ἐν Ῥαβέννῃ ἔνθα τούς τε ἀπὸ Ῥώμης ἐπιλέκτους καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς Ἰταλίας λογάδας ἤθροιζεν. ἀφῖκτο δὲ αὐτῷ καὶ Γερμανῶν οὐκ ὀλίγη συμμαχία, πεμφθεῖσα ὑπ' αὐτῶν κατ' εὔνοιαν ἣν εἶχον πρὸς αὐτὸν ἄνωθεν, ἐξ ὅτου ἦν αὐτῶν ἐπιμελῶς ἄρξας. παρασκευάζοντι οὖν αὐτῷ τὴν δύναμιν ὡς πολεμήσοντι τῷ Μαξιμίνου στρατῷ, προσίασιν οἱ ἱππεῖς, τὴν κεφαλὴν τήν τε Μαξιμίνου καὶ τοῦ παι-
178 δὸς φέροντες, νίκην τε καὶ εὐπραγίαν † ἀγγέλλοντες, ὅτι τε ἄρα ὁ στρατὸς τὰ Ῥωμαίων φρονεῖ, καὶ

pacatorum habitu, ad Aquileiæ muros accesserunt: nuntiataque cæde Maximini, petebant vti sibi portæ aperirentur, amicis iam, qui pridie hostes fuissent. Enimuero Aquileiensiũ †duces, haud passi, pponunt Maximi 177
& Balbini ac Gordiani cæsaris imagines, coronis & lauro redimitas. Quibus ipsi acclamãtes, etiam hortabantur exercitum vt agnoscerent, salutarentque, & lætis exciperent vocibus, quos senatus populusque Romanus Imperatores elegisset. nam Gordianos illos superiores *in cælum migrasse, & cum diis agere æuum.* [1] Sed & forum rerum venalium supra muros exposuerunt, magna ciborum vinique copia, prætereaque vestium & calceorum, rerumque adeo omnium quas præbere hominibus posset ciuitas beata & florẽs. Igitur magis magisque ea res exercitum obstupefecit, cogitantem fuisse illis abunde omnia, etiam ad longiorem obsidionem suffectura: contraque se magna egestate omnium, prius aliquanto *fuisse* perituros quam vrbe omnibus circumfluente copiis potirentur.
Ita manente sub muris exercitu, & quæ cuique vsui forent, inde sumentibus, colloquentibusque inter se, pacis erat amicitiæq; velut habitus, manẽte adhuc obsidionis specie, quum scilicet clausa mœnia Romanus circumsideret exercitus. Dum hæc ad Aquileiam geruntur, interea equites qui Maximini caput Romam ferebant, magno studio accelerantes, patentibus vbique portis ac laureata popularium freq̃uẽtia excepti, stagnis paludibusque inter Altinum ac Rauennam enauigatis, Maximum in vrbe Rauenna inuenerũt, delectos ex vrbe & Italia contrahentem milites, ac Germanorum auxiliares; qui beneuolentiæ nomine, publice a popularibus missi fuerant, quibus olim Maximus cum imperio diligentissime præfuerat. Ergo paranti copias aduersus Maximinum, repente occurrunt equites, capita ferentes principum, victoriamque nuntiantes, & rerum prosperos † successus, [2] cõsen- 178
sumq; exercitus & populi ad eosdem

a For. θεούς. b Pol. ὤνιον nomini ἀγορὰν iungit: quum tamen tendat ad ἀφθονίαν. c For. διεφθάρησαν ἄν. d Scribo αὐτοκράτορος: deinde, καὶ ἐπιφοιτῶσιν αὐτοῖς. alioqui, retinendo οἷς, expungendum fuerit αὐτοῖς. ¶ IN VERS. L. 1 Sed & mercatum supra muros proposuerunt rerum omnium ad vitam necessariarum; venalem esculentorum & potulentorum omnis generis, abundantiam præbentes, vestium quoque & calceorum. 2 atque exercitum partes Romanorum amplecti, & colere Imperatores a senatu electos.

colendos principes quos senatus elegisset. His igitur pręter spem nuntiatis, statim ad aras sacrificatum discurritur, victoriã canentibus vniuersis, quã citra pulueris iactum sibi pepererant. Enimuero Maximus peracto sacrificio Romã dimittit equites, vt rem gestã populo narrent, & capita illa perferant. Qui postquã peruenere in vrbem,[1] atq; infixa contis hostilia capita omnib. cõspicienda prætulerũt, nemo vtiq; verbis vllis cõsequi posset festũ lætitiamq; eius diei. Nulla quippe fuit ætas quę nõ ad aras & tẽpla festinarit, nemo qui domi se continuerit: sed ibant ceu lymphati, gratantes inuicem; atq; in circũ, veluti futura cõcione, frequẽtes concurrebant. Ipseq; Balbinus hecatombas immolabat; nulliq; non magistratus, nulli nõ e senatorio ordine lætabundi supra quã dici posset agitabãt: quasi securim ceruicibus imminentẽ excussissent. Igitur nuntii legatiq; per omnes prouincias laureati dimittebãtur. Dumq; ad hũc modum tanta Romanũ pop. lætitia tenebat, interea Maximus Rauenna profectus, Aquileiam peruenit, trãsmissis paludibus in quas fluuius[2] Eridanus ac vicina exundant stagna, sic vt per ora septẽ in mare præcipitentur. itaq; indigenę patria lingua paludẽ illam Septẽ maria appellãt. Statim igitur Aquileienses Maximũ reseratis portis excepere: nullæq; non Italiæ ciuitates legatos mittebant, principes viros, candidatos ac laureatos, & deorum patriorum simulacra aureasq; coronas, siquæ in donariis fuerãt, cõportantes; qui fausta omnia Maximo acclamarent, & frondibus eũ conspergerent. Quin exercitus etiam qui Aquileiam circumsederat, pacato habitu prodibat laureatus; non tam vero concor-
179 diq; affectu vniuersorũ, † q̃. ficta beneuolentia, & honore tẽporario, ad præsentẽ fortunã principis accõmodato: plerisque tamen indignantibus ac dolentibus clanculum, quem ipsi elegerãt,[3] cecidisse, rerũ potiri quem senatus creauerat. Enimuero Maximus, vno alteroque die sacrificiis absumpto, tertio

σέβειν αὐτοκράτορας οὓς ἡ σύγκλητος ἐποίησε. Τούτων δὲ παρ' ἐλπίδα ἀγγελθέντων, θυσίαι τε βωμοῖς εὐθὺς προσήγοντο, καὶ νίκην ἐπαιάνιζον πάντες ἣν ἀκονιτὶ ἐνίκησαν. ὁ δὲ Μάξιμος, καλλιερήσας, ἐκπέμπει τοὺς ἱππεῖς εἰς τὴν Ῥώμην, ἀγγελοῦντάς τε τὰ πραχθέντα τῷ δήμῳ, καὶ τὴν κεφαλὴν κομίσοντας. ἐπεὶ δὲ ἀφίκοντο, εἰσέπεσόν τε εἰς τὴν πόλιν, δεικνύντες τὴν κεφαλὴν τοῦ πολεμίου ἀνεσκολοπισμένην, ὡς πᾶσι περίοπτος εἴη, οὐδ' εἰπεῖν ἐστι λόγῳ τῆς ἡμέρας ἐκείνης τὴν ἑορτήν. οὔτε γὰρ ἡλικία τις ἦν ἣ μὴ πρὸς τοὺς βωμούς τε καὶ τὰ ἱερὰ ἠπείγετο· οὔτε τις ἔμενεν οἴκοι, ἀλλ' ὥσπερ ἐνθουσιῶντες ἐφέροντο, συνηδόμενοί τε ἀλλήλοις, καὶ ἐς τὸν ἱππόδρομον συνθέοντες ὥσπερ ἐκκλησιάζοντες [a] χωρίῳ. ὁ δὲ Βαλβῖνος, καὶ αὐτὸς ἑκατόμβας ἔθυε· ἀρχαί τε πᾶσαι καὶ σύγκλητος, ἕκαστός τε, ὥσπερ ἀποσεισάμενος πέλεκυν τοῖς αὐχέσιν ἐπικείμενον, ὑπερευφραίνετο. ἔς τε τὰ ἔθνη ἄγγελοι καὶ κήρυκες δαφνηφόροι διεπέμποντο. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ῥώμην, ἑορτῆς εἶχεν οὕτως. ὁ δὲ Μάξιμος, ἀπὸ τῆς Ῥαβέννης ἄρας, ἐπέστη Ἀκυληίᾳ, διαβὰς τὰ τενάγη [b] ἅ τε ὑπὸ Ἠριδανοῦ ποταμοῦ πληρούμενα καὶ τῶν περικειμένων ἑλῶν, ἑπτὰ στόμασιν ἐς θάλατταν ἐκχεῖται· ἔνθεν καὶ [c] τῇ φωνῇ καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι Ἑπτὰ πελάγη τὴν λίμνην ἐκείνην. εὐθὺς οὖν οἱ Ἀκυλήσιοι τὰς πύλας ἀνοίξαντες ὑπεδέχοντο, αἵ τε ἀπὸ Ἰταλίας πόλεις πρεσβείας ἔπεμπον ἀπὸ τῶν προὐχόντων παρ' αὐτοῖς ἀνδρῶν· οἳ λευχειμονοῦντες καὶ δαφνηφόροι, θεῶν πατρίων ἕκαστοι προσεκόμιζον ἀγάλματα, καὶ εἴ τινες ἦσαν στέφανοι χρυσοῖ ἐξ ἀναθημάτων· εὐφήμουν τε καὶ ἐφυλλοβόλουν τὸν Μάξιμον. ὁ δὲ [d] στρατὸς, τὴν Ἀκυληίαν πολιορκήσας, προσῄει καὶ αὐτὸς ἐν εἰρηνικῷ σχήματι δαφνηφόρος, οὐκ ἐξ ἀληθοῦς μὲν διαθέσεως πᾶς, προσποιήτῳ † δὲ εὐνοίᾳ καὶ τιμῇ, διὰ τὴν παροῦσαν ἐξ ἀ- 179
νάγκης τῆς βασιλείας τύχην. οἱ πλεῖστοι γὰρ αὐτῶν ἠγανάκτουν καὶ λανθανόντως ἤλγουν, τὸν μὲν ὑπ' αὐτῶν ἐπιλεχθέντα βασιλέα, καθῃρημένον, κρατοῦντας δὲ τοὺς ὑπὸ συγκλήτου ᾑρημένους. ὁ δὲ Μάξιμος, ἐν τῇ Ἀκυληίᾳ γενόμενος, προτέρας μὲν καὶ δευτέρας [ἡμέρας] ἱερουργίαις ἐσχόλαζε, τῇ δὲ τρίτῃ

a *Ante χωρίῳ aliqua desunt: ac fortasse Herod. scripsit, ἐν ἱππικῷ τῷ χωρίῳ. Sed & ἐκκλησιάζοντες aptius fore videtur.* b *Scribo* ἅ τε ὑπό τε Ηρ. c *Scribendum puto,* τῇ ἰδιωτῶν φωνῇ: *aut* τῇ πατρίῳ φ. *aut certe* τῇ ἰδίᾳ φ. d *Post* στρατὸς *deesse puto artic.* ὁ. ¶ IN VERS. L. 1 atque infixum conto caput hostis, omnibus conspiciendum præbuerunt. *Est autem* τοῦ πολεμίου, *q. d. illius sui hostis. At fit mentio vnius tantum capitis, patris videlicet: quod in filium eius non perinde atque in eum conceptum esset odium. Sic paulo ante, vbi vertit Polit.* capita illa perferant. *Herodianus dicit* caput illud. 2 *fortasse mendum hic in Græco est, Eridanusque pro Timauo positum. M. in vetere Politiani libro.* 3 sublatum esse, ac rerum potiri quos Senatus cr. M.

τὴν ἡμε-

τῶν ἡμερῶν συγκαλέσας ἐς τὸ πεδίον πάντα τὸν στρατὸν, βήματός τε αὐτῷ κατασκευασθέντος, ἔλεξε τοιάδε· Ὅσον μὲν ὑμᾶς ὤνησε μεταγνόντας τε καὶ τὰ Ῥωμαίων φρονήσαντας, πείρᾳ μεμαθήκατε, ἀντὶ πολέμου μὲν εἰρήνην ἔχοντες πρὸς θεοὺς, οὓς ὀμωμόκατε, καὶ νῦν φυλάσσοντες τὸν στρατιωτικὸν ὅρκον, ὅς ἐστι τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς σεμνὸν μυστήριον. χρὴ δὲ ὑμᾶς καὶ τοῦ λοιποῦ διὰ παντὸς τούτων ἀπολαύειν, τὰ πιστὰ τηροῦντας Ῥωμαίοις τε καὶ συγκλήτῳ καὶ αὐτοκράτορσιν ἡμῖν· οὓς ἐξ εὐγενείας καὶ πολλῶν πράξεων, καὶ μακρᾶς διαδοχῆς, ὥσπερ κατ᾽ ἀκολουθίαν ἐπὶ τοῦτο ἀναβάντας, κρίναντες ὁ δῆμος καὶ ἡ σύγκλητος ἐπελέξατο. οὐ γὰρ ἑνὸς ἀνδρὸς ἴδιον κτῆμα ἡ ἀρχὴ, ἀλλὰ κοινὸν τοῦ Ῥωμαίων δήμου ἄνωθεν, καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει ἡ τῆς βασιλείας ἵδρυται τύχη. ἡμεῖς δὲ διοικεῖν καὶ διέπειν τὰ τῆς ἀρχῆς σὺν ὑμῖν ἐγκεχειρίσμεθα. ταῦτα δὲ μετ᾽ εὐταξίας τε καὶ κόσμου τοῦ πρέποντος, αἰδοῦς τε καὶ τιμῆς πρὸς τοὺς ἄρχοντας, ὑμῖν μὲν εὐδαίμονα καὶ πάντων ἀνενδεῆ παρέξει βίον, τοῖς δ᾽ ἄλλοις πᾶσιν ἀνθρώποις, κατά τε ἔθνη καὶ κατὰ πόλεις εἰρήνην καὶ πρὸς τοὺς ἡγουμένους πειθώ. βιώσεσθέ τε[a] καὶ κατὰ γνώμην ἐν τοῖς οἰκείοις, οὐκ ἐν ἀλλοδαπῇ κακοπαθοῦντες. ὑπὲρ δὲ τοῦ καὶ τὰ βάρβαρα ἡσυχάζειν ἔθνη, διὰ φροντίδος ἡμεῖς ἕξομεν. δύο μὲν γὰρ ὄντων βασιλέων, εὐμαρέστερον καὶ τὰ ἐν τῇ Ῥώμῃ διοικήσεται, καὶ εἴ τι ἐπὶ τῆς ἀλλοδαπῆς ἐπείγοι, πρὸς τὴν χρείαν ἀεὶ[b] τοῦ πρὸς τὰ καλοῦντα ῥᾳδίως παρόντος.

180 † μηδέ τις ὑμῶν οἰέσθω τῶν πεπραγμένων εἶναι τινὰ μνήμην, εἴτε ὑφ᾽ ἡμῶν, (ἐκελεύεσθε γὰρ) εἴτε ὑπὸ Ῥωμαίων, ἢ τῶν ἄλλων ἐθνῶν,[c] οἳ ἀδικούμενοι ἀπέστησαν. ἀλλὰ γὰρ ἔστω πάντων ἀμνηστία, καὶ σπονδαὶ φιλίας βεβαίου, εὐνοίας τε καὶ εὐκοσμίας πίστις αἰώνιος. Τοιαῦτά τινα εἰπὼν ὁ Μάξιμος, νομάς τε χρημάτων μεγαλοφρόνως αὐτοῖς ἐπαγγείλας, ὀλίγων ἡμερῶν ἐνδιατρίψας ἐν τῇ Ἀκυληΐᾳ, τὴν ἐς Ῥώμην ἐπάνοδον συγκροτεῖ. καὶ ὁ μὲν

dein exercitum omnem in planitiem conuocauit, atque ex tribunali ad hunc modum verba fecit: Quam fuerit ex vsu vobis pœnitentia, & reconciliata cum Romanis gratia, re ipsa 'didicistis; pacem videlicet pro bello agitantes; [1] seruato etiam militari iureiurando; quod est vnum Romani principatus mysterium sanctissimum. Quare debetis etiam deinceps huiuscemodi commodis frui, fidem populo seruātes senatuiq; Rom. & nobis Imperatoribus; quos a nobilitate & rebus gestis, longaque serie generis, quasi per gradus quosdam prouectos, pari iudicio S. P. Q. R. elegerunt. Neque enim vnius tantum hominis peculiaris possessio principatus est, sed communis antiquitus totius Romani pop. Siquidem in illa vrbe sita est Imperii fortuna; nobis autem dispensatio tantum atque administratio principatus vna vobiscum demandata est. [2] Qui si ordinem, quem decet, ac modestiam retinebitis, si debitum principibus honorem ac reuerentiam exhibebitis, cum ipsi beatam vitam bonisque omnibus affluētem adipiscemini, tum nationes ac ciuitates vniuersę pacem colentes in officio permanebunt. Viuetis autem cuncti ex animi vestri sententia, domi suæ quisque; neque in externis regionibus cōflictabimini. Vt autem barbarę *etiam* gentes pacem quietemq; tueantur,[3] nobiscum erit hic labor. [4] Nam quum duo sint Imperatores, facilius vrbanæ res administrabuntur, atque externæ, *sicubi necessitas vrgeat*; præsto scilicet futuro *facile* alterutro, quocumque vsus vocauerit. † Neque vero suspicemini rerum superiorum memoriam vllam superfore, aut in nobis, (quippe nihil non iussi fecistis) aut in Rom. pop. nationibusve aliis quæcumque ob acceptas iniurias desciuerunt. Sit omnium obliuio; sit fœdus constantis amicitiæ, fideique beneuolētiæ ac moderationis sempiterna. Hæc loquutus Maximus, ac pecunias magna copia pollicitus, paucos Aquileiæ commoratus dies, Romam reuerti constituit. Igitur 180

---

a *Ante* καὶ κατὰ γνώμην *deesse puto aliquod aduerbium, aut certe particip. quod opponatur illi* κακοπαθοῦντες. b *legendum videtur,* τοῦ ἑτέρου τε. c *Vel* ἐν οἷς, *vel* ὅσοι, *ante* οἱ *deesse videri posset. Sed & οἱ legitur: in qua lect. non ad vocem praecedentem, sed ad eos quos in se complectitur, respici dicendum esse.* ¶ IN VERS. L. 1 *Polit. omisit interpretationem horum verborum,* πρὸς θεοὺς οὓς ὀμωμόκατε, *cum quibus si nihil desideratur, dicit eos pacem habere erga deos, seu cum diis, quos iurauerunt. Sed non immerito quis suspicetur aliquot verba deesse: atq; adeo ita scriptum fuisse,* εἰρήνην ἔχοντες καὶ πρὸς αὐτοὺς καὶ πρὸς θεοὺς οὓς ὀμωμόκατε. 2 Qui si moderate & honeste vos geretis, & reuerentia atque honore principes prosequemini, illa beatam & omnibus necessariis rebus instructam vitam vobis præbebunt, ceteris autem omnibus hominibus per singulas nationes & ciuitates pacis atque animi ad obsequendū principibus prompti causa erunt. Viuetis autem &c. *Illa vero quæ beatam vitam eis præbitura, & ceteris pacem allatura dicit, intellige (ex proxime praecedentibus) res imperii ab ipsis Imperatoribus vna cum militibus administratas.* 3 *forsan Pol. scripsit*, nobis curæ erit hic labor. S. 4 Nam quum duo sint Imperatores, & quæ Romæ agenda erunt, facilius administrabuntur, & si quid etiam in extera regione festinationem necessario poscat, vtpote alterutro ad ea quæ vocabunt, præsto facile futuro.

dimisso exercitu reliquo in prouincias castraq; propria, Romam reuertitur ipse, cum stipatoribus iis quibus Imperatorum custodia incumbebat, [1] quiq; delecti a Balbino fuerant; neque nō auxiliaribus Germanis, quorum potissimum fidei confidebat; vtpote quibus olim, nondū adepto imperio, cum potestate præfuerat, *moderate se gerens*. Ingredienti vrbem etiam Balbinus occurrit, Gordianum cæsarem secum adducens: senatus autem populusque vniuersus, lætis acclamationibus veluti triumphātes exceperunt. Post id autem, quum publice priuatimque magna modestia & grauitate imperiū gubernaretur, omnesque omnia bona dicerent, lætareturque populus & gloriaretur patriciis imperioque dignis principibus, [2] militum tamen vlcerosi animi populares illas acclamationes haud æquis auribus accipiebant, ipsamque illam nobilitatem grauabantur: indigne ferentes datos sibi a senatu principes. Angebant præterea eos Germani, quos in vrbe secū Maximus retinuerat. Nam futuros vindices sperabant, siquid ipsi maius ausi forent: etiamque insidias suspectabant, ne forte ab illis per fraudem exarmarentur, *illiq; vt præsentes, facile in ipsorum locum substituerentur*: memores Seueri principis, qui etiā Pertinacis interfectores exauctorauerat. Quum itaque ludi Capitolini celebrarētur, deditis festo ac spectaculis omnium mētibus, re-
181 pente dissimulatum † diu sensum milites indicarunt. Namq; ira instincti, ac vesa 10 quodam motu vnanimiter ad regiam cōcurrentes, [3] senes principes ad necem deposcebant. Forte accidit vt ne ipsi quidem inter se satis congruerent: sed (vt est regnandi inexhausta auiditas, atq; incommunicabilis natura potestatis) [4] vterque ad se summam imperii trahebat. Etenim Balbino claritudo natalium, atque iterum gestus cōsulatus; Maximo autem, præfectura vrbis, & quod rerum peritus habebatur, animos faciebant: vtrumq; tamen patricia nobilitas, & quantum

ἀπέπεμψεν ἔς τε τὰ ἔθνη καὶ τὰ οἰκεῖα στρατόπεδα· αὐτὸς δὲ ἐπανῆλθεν ἐς τὴν Ῥώμην, σύν τε τοῖς δορυφόροις, οἳ τὴν βασίλειον φρουροῦσιν ἀρχήν, σύν τε τοῖς ὑπὸ Βαλβίνῳ στρατευομένοις. ἐπανῆλθον δὲ καὶ οἱ ἀπὸ Γερμανίας ἐληλυθότες σύμμαχοι. ἐθάρρει γὰρ αὐτῶν τῇ εὐνοίᾳ, ἅτε καὶ τοῦ ἔθνους ἐπιεικῶς πρότερον ἄρξας ὅτε ἰδιώτευεν. εἰσιόντι δὲ αὐτῷ ἐς τὴν Ῥώμην ὅ τε Βαλβῖνος ὑπηντίαζεν, ἐπαγόμενος Γορδιανὸν καίσαρα· ἥ τε σύγκλητος καὶ ὁ δῆμος εὐφημοῦντες, ὥσπερ θριαμβεύοντας ὑπεδέχοντο. Ἦρχον δὲ τοῦ λοιποῦ τῆς πόλεως μετὰ πάσης εὐταξίας καὶ εὐκοσμίας, ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ πανταχοῦ εὐφημούμενοι. ἔχαιρέ τε ὁ δῆμος αὐτοῖς, σεμνυνόμενος εὐπατρίδαις καὶ ἀξίοις τῆς βασιλείας αὐτοκράτορσιν. οἱ μέντοι στρατιῶται διῴδαινον τὰς ψυχάς, καὶ οὔτε ταῖς εὐφημίαις τοῦ δήμου ἠρέσκοντο, ἐβαρύνοντό τε αὐτῶν αὐτὴν τὴν εὐγένειαν, καὶ ἠγανάκτουν ὅτι ἄρα ἔχοιεν ἐκ συγκλήτου βασιλέας. ἐλύπουν δὲ αὐτοὺς καὶ οἱ Γερμανοὶ παρόντες τῷ Μαξίμῳ, ἔν τε τῇ Ῥώμῃ διατρίβοντες. ἀντιπάλους γὰρ ἐξήλπιζον εἴ τι τολμῷεν, καὶ ἐφεδρεύειν [a] αὐτοῖς ὑπώπτευον, εἴ τινι δόλῳ ἀποζωσθεῖεν [a] ἐκεῖνο, καὶ ἅτε παρόντες ῥᾳδίως ὑποκαταστάσαιεν. τό τε Σεβήρου ὑπόδειγμα, ὃς τοὺς Περτίνακα ἀποκτείναντας ἀπέζωσεν, εἰσῄει αὐτούς. ἐπιτελουμένου δὲ ἀγῶνος τοῦ τῶν Καπετωλίων, πάντων τε περὶ τὴν πανήγυριν καὶ τὰς θέας ἀσχολουμένων, αἰφνιδίως ἣν εἶχον γνώμην λανθάνουσαν † ἐξέφηναν· καὶ τοῦ θυμοῦ μὴ κρατήσαντες, ὁρμῇ δὲ ἀλόγῳ χρησάμενοι, ἀνῆλθον ὁμοθυμαδὸν εἰς τὰ βασίλεια, τοῖς τε πρεσβύταις βασιλεῦσιν ἐπεξῆλθον. συνέβαινε δὲ κἀκείνους μὴ πάνυ τι ἀλλήλοις ὁμονοεῖν, ἀλλ', οἷα περ μοναρχίας ἐπιθυμία, καὶ τὸ ἀκοινώνητον ἐν ταῖς ἐξουσίαις, ἕκαστος πρὸς αὑτὸν τὴν δύναμιν ἀνθεῖλκεν· ὁ μὲν Βαλβῖνος, κατ' εὐγένειαν καὶ διπλῆν προάγουσαν ὑπατείαν πρωτεύειν ἀξιῶν· ὁ δὲ Μάξιμος, διά τε τὸ [b] ἔπαρχον τῆς πόλεως γεγονέναι, καὶ ἔχειν ὑπόληψιν ἐμπειρίας πραγμάτων· ἑκατέρωθέν τε εὐγενεῖς εὐπατρίδας, καὶ ἠξίους 182

a Pol. legit ὑπ' ἐκείνων. [*Fortasse verior hæc totius loci lectio: ἐφεδρεύειν αὐτοὺς ὑπώπτευον, εἴ τινι δόλῳ ἀποζωσθεῖεν. καὶ ἐκείνους, ἅτε παρόντας, ῥᾳδίως ὑποκαταστήσειν. vel, καὶ ἐκείνους, ἅτε παρόντας, ῥᾳδίως ὑποκαταστήσεσθαι. Henrici Petri editio expresse habet ἐκεῖνοι.*] b Scribo ὕπαρχον. ¶IN VERS. L. 1 cum iis item qui sub Balbino militabant. Quinetiam reuerti sunt auxiliares qui e Germania venerant. eorum enim beneuolentiæ fidebat. vtpote in quorum gentis præfectura, ante adeptum imperium, moderationem omnem adhibuerat. 2 milites tamen animis æstuabant, & cum illis pop. acclamationibus offendebantur, tum vero ipsorum Imperatorum illam ipsam nobilitatem grauabantur. 3 senibus Imperatoribus irruptione facta superueniunt. 4 imperium certatim ad se trahebant: quum Balb. quidem, propter nobilitatem & duos consulatus a se gestos, primas partes tenere æquū cēseret, at Maximus, quod præfectus vrbis fuisset, & rerū peritus haberetur. Vtrumq; tamē patri-

πλῆθος

πλῆθος αὔταρκες εἰς ἐπιθυμίαν μοναρχίας ἐπῆρεν. ὅπερ αὐτοῖς καὶ μάλιστα γέγονεν ἀπωλείας αἴτιον. ὡς γὰρ ἐπύθετο ὁ Μάξιμος ἀφικνεῖσθαι ἐπ' ὀλέθρῳ [a] αὐτῶν τοὺς πραιτωριανοὺς καλουμένους, ἐβούλετο μεταπέμψασθαι τοὺς Γερμανοὺς συμμάχους, ὄντας ἐν Ῥώμῃ, αὐτάρκεις ἐσομένους ἀντιστῆναι τοῖς ἐπιβουλεύουσιν. ὁ δὲ Βαλβῖνος, οἰόμενος δόλον τινὰ εἶναι κατ' αὐτοῦ καὶ σόφισμα, (ᾔδει γὰρ τοὺς Γερμανοὺς τῷ Μαξίμῳ εὐνοοῦντας) ἐκώλυε, φάσκων οὐκ ἐς κώλυμα οὐδ' ἐς ἀντίστασιν αὐτοὺς τῆς τῶν πραιτωριανῶν ἀφίξεσθαι, ἀλλ' ἐς τὸ περιποιῆσαι τῷ Μαξίμῳ τὴν μοναρχίαν. ἐν ᾧ δὲ περὶ τούτων διαφέρονται, εἰσδραμόντες οἱ στρατιῶται ὁμοθυμαδὸν ἅπαντες, ἐκστάντων αὐτοῖς τῶν περὶ τὰς αὐλείας εἰσόδους φυλαττόντων, ἁρπάζουσι τοὺς πρεσβύτας. περιρρήξαντες δὲ ἃς εἶχον περὶ τοῖς σώμασιν ἐσθῆτας λιτάς, ἅτ' οἴκοι διατρίβοντες, γυμνοὺς τῆς βασιλείου αὐλῆς ἐξέλκουσι μετὰ πάσης αἰσχύνης καὶ ὕβρεως, παίοντές τε καὶ ἀποσκώπτοντες τοὺς ἀπὸ συγκλήτου βασιλέας· γενείων τε καὶ ὀφρύων σπαραγμοῖς, καὶ πάσαις ταῖς τοῦ σώματος λώβαις ἐμπαροινοῦντες, διὰ μέσης τῆς πόλεως ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἀπῆγον· οὐ θελήσαντες οὐδ' ἐν τοῖς βασιλείοις ἀποκτεῖναι, ἀλλὰ ζῶσιν ἐνυβρίσαι, ἵν' ἐπιπλέον ὧν πάσχουσιν αἴσθοιντο. ἐπεὶ δὲ ταῦτα πυθόμενοι
182 οἱ Γερμανοί, λαβόντες ὅπλα, ἠπείγοντο † ὡς ἀμυνοῦντες αὐτοῖς, μαθόντες οἱ πραιτωριανοὶ ἀφικνουμένους, φονεύουσιν ἤδη πᾶν τὸ σῶμα λελωβημένους τοὺς βασιλέας. καὶ καταλιπόντες τὰ σώματα ἐρριμμένα ἐπὶ τῆς λεωφόρου, ἀράμενοι δὲ τὸν Γορδιανὸν καίσαρα ὄντα, αὐτοκράτορά τε ἀναγορεύσαντες, ἐπεὶ πρὸς τὸ παρὸν ἄλλον οὐχ εὗρον· βοῶντές τε πρὸς δῆμον ὅτι ἄρα εἶεν ἀπεκτονότες οὓς ὁ δῆμος οὐκ ἐβούλετο ἐν ἀρχῇ ἄρξαι, Γορδιανόν τε ἐπελέξαντο, [b] ἐκείνου τε ἀπόγονον, καὶ ὃν αὐτοὶ Ῥωμαῖοι ἐξεβιάσαντο· ἔχοντες αὐτόν, ἀπελθόντες ἐς τὸ στρατόπεδον, συγκλείσαντες τὰς πύλας, ἡσύχαζον. οἱ δὲ Γερμανοί, μαθόντες ἀνῃρημένους τε καὶ ἐρριμμένους ὧν χάριν

satis esset, illustre genus, ad summum imperium stimulabant. Quæ res inprimis ambos perdidit. nam audito Maximus venisse ad se occidendum milites qui Prætoriani appellantur, arcessere statim Germanos auxiliares statuerat; qui scilicet in vrbe ipsa erant, ac posse resistere Prætorianis videbantur: at Balbinus, dolum contra se compositamque aliquam suspectans fraudem, quod studere Maximo Germanos cognouerat, prohibuit acciri illos: negans ad prohibendos repellendosque Prætorianos conuocari; sed id agi vt summa rerum solus Maximus potiatur. Ac dum inter se ad hunc modum disceptant, ecce tibi vnanimiter milites, impetu in aulam facto, [1] turbatis ianuarum custodibus, senem corripiunt vtrumque; laceratisque vestibus quas gerebant, vilioribus sane, vtpote domi se continentium, nudos ipsos ex aula abstrahunt; ac per omnem ignominiam contumeliamque cædentes [2] irridentesque senatorios Imperatores, barbamque & supercilia vellentes, neque vlli parcentes corporis totius ludibrio, per mediam vrbem ad castra deducebant; ne occidere quidem illos in regia decreti, [3] sed lento mortis genere prius excarnificare, quo dolorem diutius perpeterentur. Sed vbi Germanos re deinde cognita, raptis armis, in auxilium † concurrere nun- 182
tiatum Prætorianis est, statim illos [4] nullo non ludibrio prius affectos contrucidant. Relictisque in ipsa via cadaueribus, tollentes in altum manibus Gordianum cæsarem, quando aliud nihil *in præsens* occurrit, Imperatorem consalutabant: identidem ad populum vociferantes, iacere ipsorum manu quos populus ab initio recusauerat: electumque Gordianum Gordiani nepotem, quem ipse Rom. pop. ad imperium compulisset. Hunc igitur secum deducentes, coiere in castra; clausisque portis, quieti agitabant. At Germani, vbi occisos proiectosque audierunt quorum causa

a Pol. legit αὐτῷ. b For. ἐκείνου γε ἀπόγονον ὃν καὶ αὐτοὶ Ῥωμ. & ἐξεβιάσαντο, vel, ἐξεβίασε δὲ αὐτόν. ¶ IN VERS. L. 1 quum illis de via cessissent (*i. transitum dedissent*) atriensium ianuarum custodes. 2 per irrisionē (*aut* per scomma, *retinendo vocem Gr.*) vocitantes Senatorios imperatores. 3 sed viuos cruciatibus afficere. 4 nulla non parte corporis iam fœdata, cōtrucidant. Relictisque in publica via cadaueribus, quum Gordianum, qui cæsar erat, in altum sustulissent, atque Imperatorem declarassent, (quoniam aliū in præsens non inuenerant) vociferantes populo, se interemisse illos quos populus initio imperium obtinere noluisset, Gordianum autem elegisse, nepotem illius Gordiani quem ipsimet Ro. suscipere imperium coegerint: habentes illum, castra petierunt: clausisque portis quieti manserunt.

properauerant, quum nollēt irritum bellum pro viris vita defunctis suscipere, in sua diuersoria reuertuntur. Hunc finem vitæ habuerunt, indignum videlicet ac nefarium, [1] sancti & venerabiles senes, claritudine generis atq; egregiis meritis ad imperii fastigium prouecti. Ceterū Gordianus, quum annorum esset ferme tredecim, [2] princeps [ab vniuersis] declaratus, Romanū suscepit imperiū.

ἠπείγοντο, οὐχ ἑλόμενοι πόλεμον μάταιον ὑπὲρ ἀνδρῶν τεθνηκότων, ἐπανῆλθον εἰς τὸ ἑαυτῶν καταγώγιον. Τέλει μὲν δὴ τοιούτῳ ἐχρήσαντο, ἀναξίῳ τε ἅμα καὶ ἀνοσίῳ, σεμνοὶ καὶ λόγου ἄξιοι πρεσβῦται, εὐγενεῖς τε καὶ κατ' ἀξίαν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἐληλυθότες. ὁ δὲ Γορδιανὸς, περὶ ἔτη που γεγονὼς τρισκαίδεκα, αὐτοκράτωρ τε ἀνεδείχθη, καὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἀνεδέξατο.

¶ IN VERS. L. 1 venerabiles senes & commemoratione digni: *vel,* & digni quorum memoria celebretur. 2 Imperator. *Sed nolui hac voce uti, quod & vocem* Imperium *vsurpare statim post cogerētur.*

ZOSIMI

ZOSIMI COMITIS ET EXADVOCATO FISCI

Historiarum libri VI.

Quos a C. Cæsare Octauiano exorsus auctor, ad vrbem a Gothis Alaricho duce captam, perpetua serie contexuit:

Joan. Leunclauius ab interitu sua vindicatos opera, Græce Latineque nunc primum interpretatione recensita publici iuris fecit:

Græcum exemplar Leunclauianum Frid. Sylburgius ad codicem bibliothecæ Palatinorum principum diligenter contulit.

Illuſtri Zerotinio Baroni
Karolo, Ioan. familiæ princ. F.
Nameſti, Roſſitzæ, Brandiſii,
Lumnitzæque Domino,
tam e nobili variorum itinerum,
quam litteratæ ſapientiæ
ſtudio polyhiſtori;
Vitalem vitalis Zoſimi
Comitis hiſtoriam ſuam,
a blattarum orco reuocatam,
Vitalibus reſtitutam auris,
terſiore donatam pallio,
prætextata denique toga
Quiritium amictam;
Ioannes Leunclauius,
obſeruantiæ monumentum ſuæ,
cum voto viuacis æui
D. D.

IO. LEVN-

IO. LEVNCLAVII
APOLOGIA PRO ZOSIMO,
ADVERSVS EVAGRII, NICEPHORI CALLISTIDIS, ET ALIORVM
acerbas criminationes.

SI esset aut in eos stringendus orationis mucro, quibuscum nulla religionis societate iungimur; aut non illius suscipiẽda defensio, quem ob professionem paganæ superstitionis, a multis iam sæculis explosæ damnatæque, si quid habiturus erat in caussa sua gratiæ, prima statim fronte nostros apud homines amittere necesse est: fretus equidem quum apertis veritatis ipsius argumentis, tum eorum quæ ab aduersariis obiiciuntur, infirmis sane rationibus, minime vererer, ne non facile caussam hanc apud æquos iudices obtinerem. Nunc quum & iis respondendum sit, qui defendendi cultus Christiani, & tuendorum principum prætextu, patronorum veræ pietatis insigniũ, vti quidem prædicantur, mendacii calumniæque disertissimum, & in primis vtilem historiæ scriptorem accusant; & agẽda Zosimi caussa, qui, quod veritatem doctrinæ cælestis cognitam non habuerit, esse testis idoneus & verax de gestis in republica rebus potuisse negatur: difficilem sane defensionis huius rationem mihi futuram prospicio. Sic enim comparati sunt hominum animi, libenter vt iis fidem habeamus, quos quum aliis in rebus, tum maxime in doctrina religionis, opinionũ similitudo & consensus, artiore nobis vinculo iungit; diuersa sequentium auctoritate depressa, licet ab iis non omnino abhorrentia quædam a veritate proferantur. Sed quando quum omnis virtutis in genere, tum veritatis ea vis est, vt illam viri boni etiam in hoste cognitam probent; futurum non nulla in spe sumus, vt auditis, quæ pro Zosimo paucis dicenda suscepimus, libenter homines nõ nimium pertinaces fateantur; posse veritatem rerum gestarum ab iis quoque bona fide litterarum monumentis prodi, qui ceteroquin a nobis in sententia de religione dissideant. ¶ Accusatur Zosimus atroci cum verborum contumelia, quibus exsecrabilem vocant, diris deuouendum, impurissimum, canem denique; primo, quod nefariæ, quod abominandæ paganorum religionis sectatorem se profiteatur. Ego vero in hoc libertatem hominis ingenuam probo, iudicium desidero; qui, quum excellentis vir esset ingenii, more mundanorum (vt sacræ litteræ loquuntur) sapientum in magna diuinæ veritatis luce cæcutiret. Sed quum nihil istud impediat, quo minus de iis, quæ in administratione reipublicæ vel recte, vel sequius gererentur, prudenter ac vere statueret: ad alia progrediamur, in quibus accusationis totius præcipua vis consistit. ¶ Aiunt eum, propter auspicium nouæ religionis, iniquiorem Cõstantino fuisse. Demus hoc etiam esse; quando fieri nequit, vt animus noster ei bene velit, qui persuasionem de cultu diuino nostram, quam veritati consentaneam, sæculorumque prope innumerabilium auctoritate & consensu nixam putamus, eripere nobis inuitis conetur. Sed quid inde colligitur? ergo Zosimus hoc impulsus odio, per calumniam tradidit, impurissimum & intolerabile tributi genus, quod *chrysargyrum* vocant, *aurargenteum* Latine dixeris, (in libris quidem de iure ciuili, *aurum lustrale* nuncupatur, quia singulis quibusque lustris penderetur) primum e principibus Constantinum imperasse: profectumque consimili ab origine, quod inuolasse Constantinum in aliorum bona scripsit. Graue crimen audio. coërcenda istæc Zosimi maledicentia, si falso constet illa de Constantino memoriæ prodita. Sed tantum abest, vt non eorum, quæ diceret, certos ac fide dignos auctores habuisse Zosimum credam; vt etiam si desint aliorum testimonia, tamen ab hac culpa Constantinum liberari non posse, graui constet argumento. Quippe tributum illud aut ante se

Constantinus a priscis institutum principibus, quos deliria paganorum sequutos scimus, reperit: aut princeps ipse durissimum subditis onus imposuit. Si Constantinum auctorem adgnoscemus, vti Zosimus ex illorum temporum scriptoribus existimandū ostendit; quid habes caussæ, cur illum accuses? innocens est; rem gestam sicut ab aliis acceperat, qua debuit fide, reddidit; historici boni functus officio. Potius increpandi aduersarii, qui longius, quam par esset, prouecti studio celebrandi Cōstantini, dum immodicas ei laudes tribuunt; obliti muneris sui, panegyricas declamationes verius, quam historias scripsere. Sed esto sane, confinxerit hoc crimen Zosimus in eum, quem primū inter Augustos religionis Christianæ sacris imbutum, tamquam auiti patritique cultus desertorem, grauare inuentione tributi perquam insolentis, & omnibus exosi, voluerit. Itaque relinquitur, Constantinum a decessoribus, quod tamen adfirmare nostri reprehensores diserte non audent, acceptum morem turpissimum retinuisse. Nihilo minus in culpa præclarus Imperator hærebit, qui exactionem foedam, introductam a paganis, posteaquam ipse maiorem cognitionis diuinæ lucem hausisset, non aboleuerit. Nihil enim discriminis inter auctorem prauæ consuetudinis, & eum qui, quum possit, iniqua maiorum instituta non abrogat, esse video. At illi lustralis auri collationem sub Christianis superiorum temporum principibus insigni cum exactionis sæuitia regnasse, non negant; primumque fatentur Anastasium, longissimo post Constantinum interuallo, chrysargyri tabulis ad se cōsilio quodam astuto de prouinciis omnibus accuratè coactis, & concrematis, immortali beneficio subditorum animos obligasse. Desinant ergo de iniuria Constantino facta queri, quum iniustæ pensitationis auctorem non fuisse, testimoniis exceptione maioribus necdum euicerint; & si maxime principem ab eo mali caussam remoueant, tamen quin pari se scelere, propter adprobationem receptæ turpitudinis obstrinxerit, infitiari non possint. At enim audiamus quæso, quam firmis nixi rationibus, haudquaquam a Constantino proficisci potuisse tributi tam illiberalis exactionem, constanter adfirment. Fatetur, aiunt, ipse Zosimus, incredibili sumtu Byzantium a Constantino, non parum prolato priscæ vrbis pomœrio, conditum; augusto palatio, quod Romano non cederet, aliisque magnificentissimis ædificiis ornatum; annonam ciuilem, Romanæ ad vrbis æmulationem, plebi Constantinopolitanæ concessam; ab eodem senatoribus, qui Roma Byzantium postulatu ipsius commigrare nō recusassent, sumtuosas domos exstructas, & ingentē auri vim donatam. Non potuit ergo talis principis animum exigendi sordidi tributi cogitatio subire; nec sibimet ipse Zosimus aduersari, quasi a prioribus diuersa prodendo, debuit. Hæ rationes illorum sunt. quas a nobis esse, quis quæso non perspicit? Prodigum fuisse Constantinum Zosimus ait, postquā summo imperio solus potitus esset; idque compluribus argumentis ostendit: quod vectigalia reipublicę largitionibus immensis exhauserit, in vitam voluptariam maximos sumtus erogauerit, pecuniam publicam in plurimas inutiles structuras impenderit, profusionem denique, munificentiam duxerit. Hæc si vera esse, fides ipsa rerum gestarum probat; nemini qui sapiat, mirum videri potest, rationes exigendæ vicissim pecuniæ nouas, &, quum moderatæ iustæque non sufficerent, acerbas eum excogitasse; qui prodigere magnas opes ex animi libidine solitus, facultatem profusæ largitionis sibi deesse nollet. Nam nulli cupidius alienis inhiant, quam qui sua sine iudicio, per summam licentiam luxumque dissipant. Eodem spectat, quod in milites liberalē fuisse Constantinum prædicant, idque Zosimum ipsum fateri cōmemorant. Nam quod esset imperiū hac via mercatus, eadē ad retinendam quoq; rerum summam vtendum videbat. absque quo fuisset, cur exercitus huic legitimam Constantii subolem, quam ex Theodora coniuge reliquit, non prætulissent? Ferre principes parcos & frugi militaris luxuria nequit; immodice fisci bonis, ad explendam ipsorum libidinem, abutentes colit. Id vero sine certa subditorum pernicie confieri non potest, a quibus nullo nō genere crudelitatis exigitur, quod ad retinendos in officio semel corrupti militis animos, insano largitatis studio profunditur. Hinc illæ sordidarum exactionum inuentiones, mera dissolutæ prodigitatis remedia: quas quidem acerbitates intolerabilium collationum, siue Cōstantini, siue Theodosii maioris, siue Valētiniani primi mandatu imperatarū, recensere; non est, vt isti maligne interpretantur, aduersus pios & religiosos principes impudenter latrare, sed veritatem factorum ostendere, de quibus exempla capiamus ipsi, quæ nobis ex vsu sint. Nā si recte rem æstimemus, nihil hoc esse dicemus aliud, quam monere præsentes sequuturosque principes, ne Christianam ipsi religionem profitentes, eam sibi licentiā in bona subditorum permissam putent; quam Iulianus, aliiq; pagani non vsurparunt; a quibus abstinentiæ, benignitatis, & moderatæ gubernationis laude nostros superari, sane turpissimū fuerit. ¶ At eumdē Constantinū, inquiunt, alibi Zosimus ob res

quasdam

quasdam fortiter & egregie gestas laudauit. itaque cauere debuit ne, quem antea prædicando extulerat, eumdem vicissim reprehendendo deprimeret. Quasi vero aut laudari Constantinus, Theodosius, Christiani principes alii nequeant, nisi probatis eorum factis omnibus; aut non hoc ipso meliorem se vobis virum, historiæ quidem certe scribendæ magis, extra omnem controuersiam, idoneum declararit Zosimus: qui, quum notanda quædam Constantini delicta non leuia putaret, minime committere voluit vt, quæ ab eodem præclare gesta fuissent, silentio prætèrita supprimerentur. Non hoc vti faceret, impetrare a Zosimo infesti Christianis animi potuit indignatio; quam nimium quantum, indignum quidem in modum, si Christianæ professionis grauitatẽ spectare volumus, in vobis regnare video. Nam qui se Christianos perhiberi voluere principes, licet pleriq; foedis essent inquinati sceleribus, tantum non deos facitis, & laudibus in caelum tollitis: quum alios a luce religionis nostræ destitutos, ceteroqui magnis virtutibus præditos, etiam debita meritis eorum laude fraudare non vereamini. Non iam dicam de condicione fragilitatis humanæ, quę non patitur, vt vni perpetuam recte factorum gloriam tribuamus. ideoq; verum esse Theognideum illud, sapientes intelligunt: *Vir bonus interdum malus est, alias bonus idem.* Magnus sane re fuit, ac nomine, Constantinus. quis negat? primus Augustorum leges aduersus nostros atroces, & edicta crudelissima sustulit; verum dei cultum amplexus est; tyrannidem quum in rempublicã, tum ecclesiã, multis annis exercitã feliciter oppressit; intestina deniq; nostrorum dissidia coacto sanctissimorũ virorum cõcilio sopiuit. hæc immortalia sunt eximii principis merita; quæ omnes boni non solum adgnoscunt, sed etiam admirantur, atq; prædicant. At eorum, qui res Constantiniano sæculo gestas commendare litterarum monumentis volunt, illa ratio est; non tantum vt ista, sane laudabilia, recenseant; verumetiam, si quid actum est, quod minus probari possit, nequaquam dissimulent. id lex historiæ necessario requirit, & habet vsum in vita mortaliũ non exiguũ: vtvt aliquid de illius, ad quẽ pertinet, gloria decedere videatur. Quod si a Zosimo plena cũ orationis libertate factũ fuit, non magis idcirco reprehendi meretur, atq; alii nonnulli, qui religionem non, vt ille, paganam; sed nostram sequentes, grauiter pungere Constantinum non dubitarunt; quum alias ob caussas, quas cum Zosimo communes habent, tum quod Imperator veri numinis cultum præseferens, legem promulgarit, insertã Iustinianeo códici, qua ob vsum magicarum artium eos accusari vetat, qui de nefariis illis ritibus ac disciplinis opem pro corporibus humanis, aut rerum vitæ necessariarum conseruatione, quærunt: hoc est, qui fonte bonorum Deo deserto, quæ ab illo se habituros subsidia desperant, a malis geniis exspectant: quasi aut diuinis in litteris hoc expresse prohibitum non sit, aut impiæ rei, planeq; damnabilis vsus aliquis esse licitus possit. Iidem non abs re Constantinum, ob consiliorum & voluntatis in senecta mutationem, vituperant; qui Constantiæ sororis impulsu Arium, auctorem sectæ post homines natos impurissimæ, reuocarit ab exsilio; præclareque de religiosæ pietatis doctrina tam suo sæculo, quam omnem ad posteritatem meritum Athanasium, Treuirorum ad vrbem deportari iusserit. Ea crimina quisnam istis a Zosimo indicatis esse grauiora non videt? hæc enim ad Dei gloriam, quietem ecclesiæ, salutem animorum spectabant: quum Zosimus in iis potissimum de Constantino queratur, quæ ad reipublicæ detrimentum pertinebant. ¶ Iam quod indignũ facinus admisisse Zosimum clamitant Euagrius atq; Nicephorus, qui Crispum Cæsarem, egregia virtute iuuenẽ, & Faustam Augustam, a Constantino necatos scripserit; a calumnia profectum, vera crimina dissimulante; an a singulari dicam impudẽtia, negante factum, quod indubitata veritas historiæ, summo consensu scriptorum, ita prorsus gestum fuisse confirmat? At non meminit, aiunt, eorum paricidiorum Eusebius ille Pamphilides, Constantini æqualis, & eidem iam mortuo superstes. Quid si testem hunc ego non admisero? nam male genus hoc historicorum, antistites inquam, & monachi, solent audire; quod liberales in se principes & laudent prolixius, & studiosius a facinorum non modo culpa, sed etiam suspicione liberent; aliis, ceteroqui non contemnendis, quo iure, qua iniuria, vel neglectis, vel etiam notatis. At ista sane contra scriptorem insignem exceptione non vtamur. Demus id Eusebium vel nõ voluisse, vel non debuisse scribere; quod ita rationes & ipsius, & temporũ sese darent. Aut enim viuo Constantino scripsit historiã, aut eo iam rebus humanis exemto. Viuum offendere, relato in historiam hoc immani facinore, non nisi cum præsenti vitæ discrimine potuit: idem si eo fecisset exstincto, ne a Constantio, qui patri & fratribus superstes fuit, grauiora quoque perpeteretur, cautio erat. Nã cui quæso pepercisset, cognato qui sanguini nõ pepercit? Itane dicemus istæc paricidia falso conficta, quia patris, & patre mortuo, filii longe crudelioris metu, nullus tum ea litteris prodere fuit ausus? At Crispum laudat Eusebius, inquiunt.

quo fit, vt nullo modo simile veri videatur, a patre fuisse necatum. Quasi vero furore concitus patris animus ex suspicione de nefaria filii cum nouerca consuetudine, tantum in ipso calore iracundiæ imperare sibi potuerit, ne respectu præclaræ illius indolis iuuenem occideret: aut non iniuriam spectatæ illius virtuti factam ipsemet postea testatus sit, quum interfecti talis filii dolore ac desiderio Faustam coniugem, cuius illum caussa suspectum habuerat, in balineo viuam exstinxit. Eusebius ergo, si saluus esse volebat, aliter sibi consulere melius haud poterat; quam si totam necati Crispi mentionem de historia sua prorsus excluderet. Nam de duobus vt alterum faceret, necessarium erat: vel vti nocētem Crispum, vel innocentem periisse fateretur. Nocētem facere noluit, quod omnibus aliter videretur: innocentem iugulatum dicere non potuit, ne patrem accusaret. Atque hinc reuera colligitur, alienum a culpa criminis huius fuisse Crispum; quod ei testimonium innocētiæ quum alii tribuunt, tum ipse Zosimus, ab auia Helena grauissime deploratum scribens. Maluit igitur Eusebius suas quasdam ob caussas in medio relinquere, quod Zosimus ab iis temporibus remotior, ob ipsam factorum memoriam, præterire silentio nequaquam debuit. Ac mihi quidem mirari subit, quid bonis hisce viris in mentem venerit, vt tam absurda reprehendendi Zosimi studio dixisse non contenti, ne quidem in Constantio crudelitatem vllam adgnoscant; quia Vetranioni, perduellionis reo, pepercerit. Quasi vero ex hoc vnico facto solidam lenitatis & clementiæ laudem reperire potuerit, quod seni, propediem in fata concessuro, sanguine casso, non virtute victo, sed fraude circumuento, pauxilli temporis vsuram permiserit: qui alias immaniter, vel in sanguine coniunctissimos quosque, sæuiit. Eumdem Constantium Nazianzenus quoque, vir alioqui grauissimus, odio Iuliani laudat: quum hic multis magnis virtutibus non par Constantio, sed superior exstiterit; cui si maxime probro des sequutam ad pagana deliria defectionem, tamen cur illum alterum defensorem furoris Ariani præferas, caussam equidem idoneam nullam video. sed de hoc paullo post dicendi se locus aptior offeret. ¶ Ad aliam calumniam diluendam me paro, qua Zosimum partim mendacii, partim grauis illatæ Constantino contumeliæ reum peragere conantur. Narrat ille, Constantinum violatæ sacramentorum religionis, & paricidiorum, reliquorumque scelerum conscientia vexatum, quum paganis in sacris expiationem delictorum solidam nullam inueniret: Ægyptii cuiusdam impulsu, ad religionis Christianæ doctrinam accessisse, vt ex ea veram animi consolationem, quam propter admissa facinora dolentibus, & ad reconciliatorem generis humani cum Deo, Dei filium, certa fiducia confugientibus offert, hauriret. Hoc illi, qui Constantinum ab istis paricidiis contra fidem historiæ liberant, propterea verum non esse putant; quia lustrationem a delictis, quæ per baptismum fiat, omnino serius adeptus sit. in quo Theodoriti, scriptoris fide digni testimonio conantur vti; qui Constantinum Nicomediæ sub ipsum vitæ finem baptissatū tradit. Nihil hoc narrationis Zosimææ veritati derogat. Nā religioni Christianæ addictus esse potuit, etiamsi necdum baptismi particeps factus fuisset. Atq; hic mos id temporis nimiopere compluribus arridebat, qui, licet essent professione Christiani, tamen baptismum ad vltimos vitæ propemodum annos differebant: credo, quod plerique peruulgatā istis temporibus opinionem sectarentur, a qua ne nunc quidem aliquos abhorrere videmus, nimirum a percepto baptismo vitam a nobis immunem ab omni lapsu requiri, nec vllam delinquentibus expiationem aliam deinceps reliquam esse. Quamquam de Constantino Theodoritus idem peculiariter memoriæ prodidit, ob eam potissimum caussam prius baptissari noluisse, quod exemplo Christi seruatoris, in Iordane diuino lauacro mergi semper optasset. Non igitur impedit baptismi dilatio, quo minus veritate consolationum doctrinæ Christianæ multo ante cognita, lustratum se grauissimis a scelerib. suis certo statueret: nec ista tam sollicita solidæ perpetuæq; animi tranquillitatis indagatio reprehensionē in Constantino meretur vllam: immo potius totus hic Zosimi locus ad Constantini, religionisq; nostræ laudem pertinet. Quis enim in illo vituperandum censeat, quod admissorum antea scelerum paenitentia ductus, in gratiam cum deo redire cupiuerit; & illā grauibus immersam vitiis vitam pristinam cum meliore noua commutare? quis omnibus, quæ vmquam post homines natos exstitere, religionibus anteferendam Christianam neget; si cum cælesti numine, quod sceleribus nostris offendi, vel inuitis nobis, animi nostri cōscientia dictat, in gratiā nos reponit, certamq; nobis quietē largitur, in qua vera totius est vitæ, quam adeo sollicite, sed frustra prisci quæsiuere philosophi, sita beatitas? Ex his ergo quilibet intelligit, quam leuibus & iniquis nixi rationibus Euagrius atq; Nicephorus, exagitare pro sua libidine voluerint, quæ de Cōstantino prudenter & recte Zosimus, virtutes cum vitiis, præclare facta cum vituperabilib. coniungens, in quibus ipse quodammodo Cōstantinus ab indo-

ab indole moribusque suis degenerasset, in historia sua perscripserat. Meminisse nimirum debemus, sapientissime dictum ab Herodoto, neminem esse mortalium, nec vmquam futurum, cui nō ab ipso sint ortus initio mista cū bonis mala; maximis autem, maxima. Quod si de religione nostra parum perite paganus homo iudicat, eam caussam tanti non æstimemus, vt Zosimum propterea vel durius tractandum, vel etiam de manibus studiosorum historiæ putemus excutiendū. ¶ Atq; huius sane generis est, quod non vere Zosimū scripsisse dicunt, ex quo Christianorum noua cum paganorum vetere commutata religio fuerit, vexatum a barbaris imperium Romanum, magnaq; sui parte deminutū, vix tenues pristinæ maiestatis reliquias, velut ingentis ædificii parietinas quasdam, sartas tectas tueri. Quod vt refellant, multas imperio prouincias, ex quo seruator ille noster natus fuerit, religionemq; nostram constituerit, adiectas ordine longo commemorāt: magnam Macedoniæ partem, Albanos, Iberos, Colchos, Arabes, Gallos, Germanos, Britannos. Istæc vero cauillatio est, non iusta responsio. Non enim de ortu, quasiq; primis nostræ religionis incunabulis Zosimus loquitur; sed illa notat tempora, quibus ea late iam vires adquisiuerat, & diuino lucis suæ prolato iubare, profanæ caliginis nebulas ita discusserat, vt a veritate prostrata iaceret paganorum superstitio, nec iam vel principes, vel subditi sacra cærimoniasve maiorum vllo in pretio haberent. Quod si etiam penitius intuebimur, quæ de prouinciis illis in dicionem potestatemq; populi Romani redactis dicuntur: maior heic inscitia se prodat accusatorum, an impudentia, sane mirabimur. Nā verissime respondebit Zosimus, Lucullis, Pompeiis, Iuliis, Vibiis, Drusis, Traianis, ceteris, suæ religionis ducibus, expugnationes illarū gētium nationumq; deberi: contraq; culpam earumdem perditarum in nostros cōferet: quod nos sane vix aliqua cum veri similitudinis specie poterimus infitiari. Quapropter alias obiectionis Zosimææ refutationes quærendas censeo, verioresq; caussarū explicationes instituendas: ob quas tristes illę regnorū ruinæ, cōfusiones, excidia deniq;, fatalibus quibusdam temporū momentis accidant. Quippe nequaq̄ talium malorū origo restitutæ diuini cultus puritati debet accepta referri, sicut ab imperitis, & errores a maiorib. haustos obstinata contumaciæ cęcitate tuentibus, quū antea sæpe factū ex monumentis historiarū cognoscimus; tum in ista luce temporū nostrorū cottidie fieri videmus. ¶ Vt aūt ad Zosimomastigas nostros redeamus, dū probare nituntur, feliciorem sub Christianis principibus fuisse rempublicam, quā sub paganis: infaustum expeditionis Iuliani contra Persas euentū historiæ nostræ auctori obiiciunt. De quo principe quoniam & varia sunt iudicia diuersorū, & in primis theologorum veterum iniquiora: prius, quam pro Zosimo respondeatur, qui vir fuerit Iulianus, religionis interim quæstione quasi sequestrata, videamus. Erant in Iuliano multa maximarū non adumbrata, sed expressa signa virtutū; quas si error in veri numinis cultu nō obscurasset, admirabilem profecto boni principis effigiē in eo, quamuis admodum iuuene, spectare licuisset. Magno præditus erat, & capaci disciplinarum omnium ingenio; quod ab ætate prima studiis optimarum artiū non, procerum more, mediocriter fuit excultum; sed eam perfectionē in quouis genere doctrinæ liberalis adtigit, vt omnium confessione magistros ipsos, viros præstantissimos, excelleret. Atq; hanc eruditionis laudem ei non falso tribui, quæ hodieq; reliqua sunt, elegantissima principis monumenta testantur. Iuris quoque Romani cognitionem in eo nō vulgarem fuisse, declarant ea rescripta, quæ in libris de iure ciuili leguntur. Iam quod maiores illas virtutes adtinet, singularē eius in re militari prudentiam & fortitudinem bellicosissimæ Germanorum nationes tantis cum cladibus, & stragē suorum, expertæ fuerunt: vt internicionem Germani nominis veritæ, pacem a iuuene supplices peterent, cuius leges & ante Iulianum, & post eum maximis Imperatoribus datas ab ipsis constat. Atque hęc bella dum gereret, incredibile dictu est, quæ ipsius esset in victu potuque frugalitas & temperantia: quam somni parcus, laboris patiens, omnibus voluptatum illecebris spretis, philosophicam inter lituos, & armorum perpetuos strepitus, vitam ageret. Modestiæ documentum, ab omni ambitione non parum alienæ, magnum edidit; quum Constantius Augustus Helenam ei sororem matrimonio iungeret, ac dignitate Cæsaris nihil tale exspectantem ornaret. Quippe quum Imperatoris iussu chlamys ei purpurea iniiceretur, quanti vestem illam purpuream faceret, indicare volens, Homericum versum pronuntiauit: *Purpurei vis leti, & inexorabile fatum Occupat.* Lenitatem in condonandis hominum delictis quum alias sæpe declarauit insignem, tum eo potissimum tempore, quo populi Antiocheni dicteriis petitus, multo, quam par esset a subditis tolerare principem, mordacioribus; sat habuit intempestiuos eorum sales oratione facetissima, summo cum Antiocheni populi pudore, ac voluptate legentium, vlcisci. Castitatis vero laudem, quę rara semper habita fuit virtus in magnis principibus, tanto studio semel partam in omni vita

tuebatur, non solum vt Helena viua nullis se libidinibus illicitis pollueret, verumetiam illa rebus humanis exemta, nullius legitimas amplius in ipso ætatis flore nuptias expeteret, & a furtiuis amoribus totus abhorreret. Nec ipso facto cõtentus ostendere, quanti virtutẽ hanc faceret: etiam Bacchylidæ veteris poetæ versus in ore semper habebat, quorum huiusmodi fuisse sententiã accepimus: *Vt quum de statua facies formosa reuulsa est, non decus in reliquo corpore truncus habet: Sic reliqui mores spreti sine honore iacebunt, ni sint ornati laude pudicitiæ.* Tot tantisq; corporis & animi dotibus illustrẽ Iulianum, in quo diuinum ingenii lumen ex dictis, doctrina de librorum monumentis, cognitio iuris ex rescriptis, rei militaris vsus ex factis, modestia placidissimis ex moribus, ex cõtinentia perpetua castitas enituit; quis obsecro vel infestissimus hostis non ingenue lubenterq; prædicet? Nibilo minus inuenti sunt tam alieni ab omni sensu humanitatis homines, vt eos solo discessionis a religione Christianorũ prætextu, de veris eius laudibus impudenter detrahere, parumq; felicem, immo perniciosum reipublicæ principem dicere non sit veritum. Quoniam, inquiunt, parum prosperis in Persico bello successibus vsus est, & in hostico cæsus, ingẽs reipublicæ detrimentum adtulit. Immo duas ille fatales ac formidolosas imperio Romano nationes, Germanicam atq; Persicam, ad eas redegit angustias; vt illa, grauissimis fracta prœliis, & cupide pacem peteret, & concessam, metu felicissimi iuuenis, alias quietis & otii semper impatiẽs, eo superstite sancte coleret: hæc, perpetuo victoriarum cursu territa, non iam amplius castra castris opponere, nec æquo Marte congredi, suorumve direptiones, expugnationes, incendia, clades extremas ausa prohibere, parũ ab interitu res suas abesse vel inuita fateretur. Quidquid deniq; vel terroris illatum, vel acceptũ damni, Iouiano successori debetur, nostræ religionis homini: qui perpetua cum Romani nominis ignominia, prope supplex hosti iam victo factus est, & quos vltro pacem poscentes finium suorum parte multatos oportuit, cessione compluriũ prouinciarum placauit. Quænam igitur ista, malum, libido est, incessendi alios ob ea delicta, quæ nostris accepta ferenda sunt? Atq; hoc loco videamus, quã graui argumento censores isti demonstrent, quãto nostri principes paganis & sanctiores & augustiores fuerint, ipsaq; sub eorũ imperio resp. beatior exstiterit. Interfecti sunt, inquiunt, pagani principes, & seditionibus vexati; quum nostros nec a domesticis, nec extraneis hostib. cæsos cõstet. Ergo nostra, quam illorũ, feliciora putãda tempora. Non longe abeundũ arbitror, vt istis ostendatur, quam vel obliuiosi sint, vel alios calumniandi studio cæci. Quinã obsecro domestici credendi sunt propiore nos coniunctionis quasi gradu tangere? non secundum parentes, proximi nobis sunt fratres? non illos ordine fratres patrueles & cõsobrini sequuntur? Videamus ergo, quid ipsis Cõstantini liberis factum sit, qui omnes religionem Christianam profitebantur. Horum qui natu minimus erat Constans, fratrem primogenitum Constantinum fraude circumuentum, nihil tale exspectantem, per summum scelus submissis percussoribus interfecit. Constantem paricidii scelere pollutum Magnentius perduellis necauit. Tertius e fratribus Constantius, solus superstes, rabiose propemodum cognato sanguini tantisper est insidiatus; donec e medio sublatis vniuersis Constantii maioris posteris, familiam ipse suam exstingueret. Quæ possint esse tristiores paricidiorum tragœdiæ, quam istæ sunt? At hæc bonis istis historicis in mentem non veniebant, quæ tunc sane multorum a nobis alienorum animos haud leuiter pungebant, & a nostri cultus adprobatione, ob fœdam eiusmodi quasi lanienæ speciem, auertebant. ¶ Iam quæ de improbis Valentis Augusti moribus a Zosimo dicũtur, haud moleste fert Euagrius; quod Arianorum ille defensor esset. Ab hoc plerique veteres, quos inter & Paulus Varnefridus est, quem Diaconum vulgo vocamus, & Iornandes noster, latam legem (vt ipsi quidem volunt) impiã queruntur; qua cauit, ne sub religionis scilicet specie numerus captãtium solitudines nimium excresceret, vt rebus gerendis, & propugnandæ reip. idonei, de latebris illis extraherentur & vel armatæ militiæ, pro cuiusque scilicet genio & indole, vel ciuilis obire munia cogerentur. Hac ego de caussa Valentem immerito reprehensum arbitror. Nec desunt, qui ea lege putent in vsum reuocata, redactisq; militares ad annonas amplissimis facultatibus, quas ignauæ pecudes absumunt; & agmina cogi maxima posse contra barbaros, & in armis perpetuo, sine reipublicæ sumtu, ali; cuius ipse quasi sanguis & succus, vana maiorum superstitione, ventribus illis cesserit. Atque hæc fere sunt, quæ tanto cum nisu contra Zosimum nostrum Euagrius atque Nicephorus crepuerunt; quorum nos in excusandis nostris rationes ineptas atque futiles, in accusandis aliis vanitatem, negandis veris impudentiam, falsis adstruendis imperitiã, satis aperte, credo, reteximus. ¶ Restat Photii, patriarchæ Byzantini iudicium, quo Zosimum tradit instar canis pios allatrasse. Sed nos iam ante latratum illum minime fuisse noxium, nec morsum, velut rabiosi, pestilentem ostendimus. quod vti paucis in conspectu quasi positum adpareat, ex tota Zosimi perspicimus historia,

reprehendi

reprehendi ab eo Constantinum propter exactionum acerbitatem, paricidia, luxum, profusionem; quæ in eo vitia professio Christianæ religionis parum exstinxerit. Eius filiis mutuas inter se cædes, & cognati sanguinis effusiones obiicit. Iouiani quæ fuerit ignauia, quam parum fortis in retinendis reipublicæ prouinciis animus, ostendit. Valentiniani plus æquo suspicacem naturam, ideoq; sæuam in eos quibus diffideret, cum graui vexatione subditorum, quos onera tributorũ immensa exhauriebant, cõiunctam notat. In Gratiano nimium barbarorum amorem, suorum cõtemtum, & ipsi principi necis fuisse caussam, & in republ. mutationem adtulisse monstrat. Theodosio mutatos, auctos, venditos magistratus, immodicumque voluptariæ vitæ studium vitio dat: licet his exceptis, eumdem ingenue laudet. Eius filios, Arcadium, non nisi pecus Arcadicum, quod ab eunuchis & mulierculis, summo cum detrimento reipublicæ, bonorumque luctu, regeretur; Honorium, ignauia fratri parem fuisse, declarat. Hi sunt illi, puto, pii principes, contra quos latrasse Zosimum Photius, ob eorum indicata vitia, queritur: quum, si quid in iisdem prædicatione dignum reperiret, minime dissimularet. Adde religiosos antistites, Ioannem cognomento Chrysostomũ; quem imperitæ plebis animos arte singulari demulcere solitum dicit: Innocentium papam Romanum, quem impiis ritibus, pro salute vrbis adhibendis, non aduersatum ait: quasi vulgatum illud cogitantem, *Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo:* monachos denique, quos a matrimoniis legitimis abstinere commemorat, & in vrbibus atque vicis populosa collegia complere hominibus innuptis, nec ad bellum, nec alium reipublicæ necessarium vsum idoneis: nisi quod via quadam progressi ab eo tempore, in hunc vsq; diem, magnam terræ partem ad se transtulerint; & sub prætextu, quasi cum pauperibus omnia communicent, omnes propemodum ad inopiam redegerint. En graues indignique latratus, quos Photius notare voluit. In ceteris, quæ a Zosimo contra religionem Christianam dicuntur, mirum quemdam quasi recursum circulumque temporum, ac rerum humanarum, videre licet. Gratianum pœna fatali periisse refert, quod pontificis maximi vestem more maiorum accipere, Christianum se professus, & a cultu deastrorum alienum, recusasset: quæ vestis eo ritu paganis Imperatoribus tunc offerebatur, quo sequentibus sæculis receptum fuit, vt principes Christiani *stolas*, quas *diaconatus* adpellant, induerent. Narrat senatum contra Theodosium, pro defensione auitæ patriæque religionis, antiquitatem paganorum rituum, ab ipsa origine vrbis, & vltimis repetitam sęculis, allegasse: quibus obseruatis, ad mille ducentos annos incolume populi Romani fuerit imperium: expertem rationis fidem, tam priscis augustisque cerimoniis, minime præferendã censuisse. Tradit, Theodosium ritum legemque sacrorum, quæ perpetua ex instituto maiorum esse debebãt, aboleuisse: sumtus sacrificiorum de publico fieri, prohibuisse: militares ex iis annonas erogari, pro tutela imperii, mandasse. Queritur hunc & simulacra de medio sustulisse, nec multo post, aureas argenteasque statuas conflatas; nummos ex ornamentis eorumdem maximi pretii redactos, barbarisque datos, Alarichi placandi caussa; matrem deum Rheam mundo suo, nefario Serenæ, quę nata fratre Theodosii maioris erat, sacrilegio spoliatam: ab eius denique marito Stelichone laminas aureas magni ponderis, quibus obductæ Capitolini templi fores erant, dereptas. Quis consimilia sęculo nostro geri non videt? non eiusdem propegeneris querelas audit? Ex quibus sane perspicimus, hostem illum generis humani, dum quibus omnino viribus potest, verum in terris Dei cultum impedire conatur, semper sui se similem gerere. Tantum vero abesse crediderim, vt viri prudentes propterea lectionem Zosimæam repudiandam existiment; vt eam potius, ob huiusmodi narrationum varia quasi condimenta, iucundiorem fore confidam. Hæc habui, quæ pro Zosimo nostro contra diras illas quorumdam insectationes in medium adferrem; haud difficulter, vt spero, recte iudicantium adprobationem inuentura. Possem vero, si luberet, vel si opus esse ducerem, verissimas hoc loco Zosimææ commentationis laudes explicare. Sed quando vendibili, quod aiunt, vino suspensa non opus est hedera; mittamus ista sane, nec diutius ab elegantissimorum librorum lectione iam cupidos cognoscendi nostri scriptoris animos inhibeamus. Hoc quidem futurum prope certo mihi policeri videor, vt solis ecclesiasticarum rerum narrationibus exceptis, cetera Zosimum quibusuis nostrorum historiis, Eusebianis, Socraticis, Sozomenicis, Theodoriteis eruditi lectores non inuite præferant: aut si hos, quasi maiorum gentium scriptores ecclesiasticos, animi quadam religione præpediti, pagano postponere non audebunt; quin extra controuersiam in suo genere parem his facturi sint, ceterosque nostros siue Zonaras, siue Cedrinos, ne quidem in comparationem cum hoc admissuri, nullus equidem dubitabo.

DE ZOSIMO, EX PHOTII PATRIARCHÆ BIBLIOTHECA.

RELIGIONEM *Zosimus paganam sequitur, & in pluribus aduersus pios multoties latrat. Breuis est, dictione perspicuus atque purus, nec suauitatis expers. Incipit historiam prope dixerim ab Augusto, & principes omnes ad Diocletianum vsq; percurrit, nudam quasi designationem atq; successionem eorum commemorans. Latius autem a Diocletiano, de potitis imperio, libris quinq; tractat. Nam primus Imperatores ab Augusto ad Diocletianum vsq; recenset. Libro autē sexto finem imponit, in iis desinēti temporibus, quibus Alarichus Romā iterum obsidens, ciuibus ad inopiā redactis obsidionem soluit, eisq; dixit Imperatorem Attalum, quē deinde rursus abdicauit imperio, quod regnum sibi traditum aduersus Honorium Augustum parum recte administrare videretur. Sarus autē, simultates aduersus Alarichum exercens, cum trecentis, quibus praerat, Honorianis partibus adiunctus, & belli societatem policitus, Alarichi rebus impedimentum obiecit. Ac sexti quidem historiæ libri finis hic est. Dixerit autem aliquis, hunc non scripsisse historiam, sed Eunapianam descripsisse, partim breuitate dumtaxat ab altera differentem, partim quod Zosimus non, vt ille, Stelichonem conuiciis proscindat. Cetera propemodum idem est in historia, præsertim in principum piorum criminationibus. Arbitror autem duas hunc quoque, sicut & illum, editiones instituisse. Verum editionem huius priorem ego non vidi. Coniicere tamen ex editionis, quam nos legimus, perspicuitate licet; etiam alteram hunc, sicut & Eunapium, publicasse. Magis hic planus est, & breuior, vt diximus, Eunapio; figurisq; non nisi raro vtitur.*

ZOSIMI COMITIS, ET EXADVOCATO FISCI, HISTO-*riarum Liber primus:*

Io. Leunclauio interprete.

POLYBIVS ille Megalopolitanus, res sui tēporis indicatione dignas memoriæ pditurus, recte se facturum existimauit; si per ipsas res gestas ostenderet, Romanos post vrbem conditā, sexcentis annis, bella cum finitimis gerēdo, magnum imperium sibi nō parasse. verum vbi parte quadam Italiæ potiti, eadē post Hannibalis in illam transitum, & cladem Cannensem excidissent, iamq; mœnibus ipsis hostes imminentes conspicerent: tantam ad fortunę magnitudinem euecti sunt, vix vt totis quinquaginta & tribus annis, non Italiam modo, sed vniuersam quoque Africam adquisiuerint, & Hispanos in dicionem acceperint. Quumque maius aliquid adfectarent, sinum Ionium traiecerunt, Græcos superarunt, imperio Macedonas abdicarūt, regem deniq; tunc illis imperantem, viuum in potestatem redactum, Romam abduxerūt. Quarum sane rerū

ΖΩΣΙΜΟΥ ΚΟΜΗΤΟΣ ΚΑΙ ΑΠΟΦΙΣΚΟΣΥΝΗΓΟΡΟΥ ΙΣΤΟ-ριῶν ὁ πρῶτος.

ΠΟΛΥΒΙΩι τῷ Μεγαλοπολίτῃ, μνήμῃ παραδοῦναι τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀξιόλογα τῶν ἔργων προελομένῳ, καλῶς ἔχειν ἔφαινε δι' αὐτῶν ἐπιδεῖξαι τῶν πράξεων, ὅπως οἱ Ῥωμαῖοι μετὰ τὸν τῆς πόλεως οἰκισμὸν ἑξακοσίοις ἔτεσι τοῖς περιοίκοις προσπολεμήσαντες, μεγάλην ἀρχὴν οὐκ ἐκτήσαντο· μέρος δέ τι τῆς Ἰταλίας ὑφ' ἑαυτοὺς ποιησάμενοι, καὶ τούτου μετὰ τὴν Ἀννίβα διάβασιν, καὶ τὴν ἐν Κάνναις ἧτταν, ἐκπεπτωκότες, αὐτοῖς δὲ τοῖς τείχεσι τοὺς πολεμίους ὁρῶντες ἐπικειμένους, εἰς τοσοῦτον μέγεθος ἤρθησαν τύχης, ὥστε οὐδὲ ὅλοις τρισὶ καὶ πεντήκοντα ἔτεσι μὴ μόνον Ἰταλίαν, ἀλλὰ καὶ Λιβύην κατακτήσασθαι πᾶσαν, ἤδη δὲ καὶ τοὺς Ἴβηρας ὑφ' ἑαυτοὺς καταστῆσαι. ἐπεὶ δὲ τοῦ πλείονος ἐφιέμενοι, τὸν Ἰόνιον ἐπεραιώθησαν κόλπον, Ἑλλήνων τε ἐκράτησαν, καὶ Μακεδόνας παρέλυσαν τῆς ἀρχῆς· αὐτόν τε ὃς τηνικαῦτα τούτων ἐβασίλευε, ζωγρίᾳ ἑλόντες εἰς τὴν Ῥώμην ἀνήγαγον. ἀλλὰ τούτων μὲν οὐκ ἄν τις ἀνθρωπίνην ἰσχὺν αἰτιάσαιτο· μοιρῶν δὲ ἀνάγκην, ἢ ἀστρῴων

caussam nemo ad vires humanas retulerit, sed potius ad necessitatē fatalem, vel sidereorum

κινήσεων

κινήσεων ἀποκαταστάσεις, ἢ θεοῦ βούλησιν τοῖς ἐφ' ἡμῖν μετὰ τὸ δίκαιον ἀκόλουθον οὖσαν. Ταῦτα γὰρ εἱρμόν τινα αἰτίων τοῖς ἐσομένοις εἰς τὸ τοιῶσδε δοκεῖν ἐκβαίνειν ἐπιτιθέντα, δόξαν τοῖς ὀρθῶς τὰ πράγματα κρίνουσιν ἐμποιεῖ, τοῦ θείαν τινὰ πρόνοιαν τὴν τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιτετράφθαι διοίκησιν· ὥστε εὐφορίας μὲν συνιούσης ψυχῶν εὐθηνεῖν, ἀφορίας δὲ ἐπιπολαζούσης, ἐς τὸ νῦν ὁρώμενον σχῆμα κατενεχθῆναι. Χρὴ δὲ ἐπὶ τῶν πραγμάτων ὃ λέγω διασαφῆσαι.

Μετὰ τὴν ἐν Τροίᾳ στρατείαν ἄχρι τῆς ἐν Μαραθῶνι μάχης ἐλλόγιμον οὐδὲν οἱ Ἕλληνες φαίνονται πεπραχότες, οὔτε πρὸς ἑαυτούς, οὔτε πρὸς ἑτέρους. Δαρείου δὲ αὖθις διὰ τῶν ὑπάρχων πολλαῖς μυριάσιν ἐπιστρατεύσαντος, Ἀθηναίων ὀκτακισχίλιοι θείᾳ τινὶ ῥοπῇ γενόμενοι κάτοχοι, τοῖς παρατυχοῦσιν ἐξοπλισάμενοι, καὶ ὑπαντήσαντες δρόμῳ, τοσοῦτον ἐκράτησαν, ὥστε ἐννέα μὲν ἀνελεῖν μυριάδας, τοὺς δὲ λειπομένους ἀποδιῶξαι τῆς χώρας. αὕτη πεποίηκεν ἡ μάχη περιφανέστερα τῶν Ἑλλήνων τὰ πράγματα. Ξέρξου δὲ μετὰ τὴν Δαρείου τελευτὴν πολλῷ μείζονι παρασκευασαμένου δυνάμει, καὶ πᾶσαν τοῖς Ἕλλησι τὴν Ἀσίαν ἐπαγαγόντος, πληρώσαντός τε τὴν μὲν θάλατταν νεῶν, πεζῶν δὲ τὴν γῆν, ἐπεὶ διαβαίνειν ἀπὸ τῆς Ἀσίας ἐπὶ τὴν Εὐρώπην ἐχρῆν, ὡς οὐκ ἀρκούντων αὐτῷ τῶν στοιχείων εἰς ὑποδοχὴν τοῦ στρατεύματος, εἰ μὴ καὶ τὰς ἀλλήλων ὑφαρπάσαιεν χρείας, ἐζεύγνυτο μὲν ὁ Ἑλλήσποντος, πάροδον διδοὺς τοῖς πεζῇ διαβαίνουσιν, ὠρύττετο δὲ ὁ Ἄθως, ἅμα τῇ θαλάττῃ καὶ τὰς ναῦς εἰσδεχόμενος. ἐκπεπληγμένη δὲ καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν ἀκοὴν ἡ Ἑλλάς, ἐκ τῶν ὄντων ὅμως παρεσκευάζετο. ναυμαχίας τε ἐν Ἀρτεμισίῳ, καὶ πάλιν ἐν Σαλαμῖνι γενομένης, τοσούτῳ λαμπροτέρᾳ τῆς προτέρας ἐχρήσατο νίκῃ, ὥστε Ξέρξην μὲν ἀγαπητῶς περισωθέντα φυγεῖν, τὸ πλέον τῆς δυνάμεως ἀποβαλόντα, τοὺς δὲ περιλειφθέντας ἐν Πλαταιαῖς ἄρδην ἀπολομένους μεγάλην τοῖς Ἕλλησι δόξαν καταλιπεῖν, δι' ἧς καὶ τοὺς τὴν Ἀσίαν οἰκοῦντας Ἕλληνας ἠλευθέρωσαν, καὶ σχεδὸν πασῶν τῶν νήσων ἐκράτησαν. Εἰ μὲν οὖν ἐφ' ἑαυτῶν διετέλεσαν ὄντες, καὶ τοῖς παροῦσιν ἀρκούμενοι, καὶ μὴ διέστησαν Ἀθηναῖοί τε καὶ Λακεδαιμόνιοι, περὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας ἀλλήλοις φιλονεικοῦντες, οὐκ ἄν ἕτεροί ποτε τῆς Ἑλλάδος ἐγένοντο κύριοι. τοῦ δὲ

motuum reuolutiones, vel ipsius Dei voluntatem, adprobantem ea, quæ viribus nostris respondentia, secundum ius & ęquum, suscipiuntur. Hęc enim, quum seriem quamdam futuris imponant, efficientem vt ita succedere videantur; opinionem recte res existimantib. indunt, diuina quadam prouidētia rerum humanarum administrationem sic perscriptā esse, vt concurrēte fertili quadam animorum veluti segete, vigeāt; eorumdem inualescente sterilitate, ad illā faciem prolapsæ sint, quæ modo cōspicitur. Erit autem id, quod dico, rebus ipsis declarandum. Post expeditionem Troianam, ad pugnam vsque Marathoniam, nihil prædicatione dignum Græci gessisse vel aduersus seipsos, vel alium quemquam videntur. At quum Darius eos, opera præfectorū, infinitis cum copiis inuasisset; octo Atheniensium milia, qui diuino quodam impetu animati, & armis cuiq; obuiis erant instructi, cursu hosti obuiam ierunt; tantaque victoria potiti sunt, vt nonaginta milibus interfectis, regione sua reliquos expellerēt. Hæc pugna Gręcorum res illustriores reddidit. Quum vero post Darii mortem Xerxes, multo maioribus copiis instructus, vniuersam in Græcos duxisset Asiam, & nauibus mare, terram peditibus complesset; quādoquidem ex Asia transeundum erat in Europā, quasi si non ipsa sufficerent ad excipiendum exercitum elementa, nisi suos inuicem vsus sibi præriperent: Hellespontus iungebatur, vt per eum pedites iter facerent; & Athos perfodiebatur, vt cum mari naues exciperet. Interim territa vel ipsa rei fama Græcia, tamen quantum poterat, semet armabat. Quumque prœlio nauali ad Artemisium, & iterum ad Salaminem pugnatum esset; tanto splēdidiore potita est victoria, quā prior illa fuerat; vt conseruatione salutis suæ contētus Xerxes aufugeret, maxima parte copiarum amissa; reliqui funditus ad Platæas deleti, magnam Græcis gloriam relinquerent; qua & incolentibus Asiam Græcis libertatem restituerunt, & insulis propemodum vniuersis potiti sunt. Enimuero si perpetuo coniuncti mansissent, ac præsente fortuna contenti; nec Athenienses ac Lacedæmonii discessionem a se inuicem fecissent, contendentes inter se, vtri Græcorum duces esse deberent: numquam aliorum in potestatem venisset Græcia. Sed quum bellum

Peloponesiacum copias Græcorum deminuisset, ipsasque ciuitates ad penuriam rei pecuniariæ redegisset: apertæ sunt fores Philippo regnum, quod nulli vicinorũ par viribus, per successionẽ adeptus erat, artibus quibusdam, & astutis consiliis amplificādi. Nam pecuniis suas & sociorum, quotquot se cum eo coniungebant, copias demulcens, eoque modo magnus ex paruo factus: cum Atheniensibus ad Chæroneam manus conseruit. Post hanc victoriam, quum in omnes se mansuetum mitemque præbuisset, iam regnum Persicum adgredi cogitabat: & idoneis ad eam rem coactis copiis, in ipso adparatu vitam reliquit. Alexander, accepto regno, statimque rebus Græcorum constitutis, tertio postq̃ imperare cepisset anno, sat magno cum exercitu in Asiam expeditionem suscepit. Quumq; obiectos sibi satrapas nullo negotio vicisset, in ipsummet Dariũ progressus est, qui cum exercitu innumerabili ad Issum sita loca ceperat. Ibi conserta cum Persis manu, & excitato fidem omnem superante tropæo, Dariũ terga dare coegit: ipse versus Phœnicen, Syriamque Palæstinam itinere directo contendit. Ad Tyrũ quidem, Gazamque gesta, licet ex iis cognoscere, quæ rerum ab Alexandro gestarum scriptores memorię prodiderunt. Ipse vero, quum deflexisset in Ægyptum, Ammoniq; supplicasset, & ad condendam Alexandriam necessaria recte ordinasset: reuersus est, vt reliquias belli Persici conficeret. Quumque reperisset omnes suis addictos partibus, ad Mesopotamiam transiit: & intellecto, Darium multo maiori exercitu instructum esse; cum iis, quas tum secum habebat, copiis profectus, initoque ad Arbelam aduersus eum prœlio, vsque adeo superior exstitit; vt omnes propemodum ad internecionem deleuerit, ac Dario fuga cum paucis elapso, Persarum imperiũ destruxerit. Inde vbi Dariũ necasset Besus, & Alexander, post res apud Indos gestas, Babylonem reuersus, vitam cum morte cõmutasset: tũ vero in satrapias diuiso Macedonũ imperio, continuisq; bellis intestinis deminuto, fortuna ROMANIS Europæ reliquias subdidit. qui quidem in Asiam transgressi, aduersus Ponti reges, & Antiochũ, & Ægypti tamdẽ principes bella gesstas,

Πελοποννησιακοῦ πολέμου τὰς δυνάμεις τοῖς Ἕλλησιν ἐλαττώσαντος, περιστήσαντός τε εἰς χρημάτων ἀπορίαν τὰς πόλεις, γέγονε χώρα Φιλίππῳ τὴν βασιλείαν, ἣν διεδέξατο, πρὸς οὐδένα τῶν πλησιοχώρων ἀξιόμαχον οὖσαν, τέχναις τισὶ καὶ περινοίαις αὐξῆσαι. χρήμασι γὰρ τὰς οὔσας αὐτῷ δυνάμεις καὶ τῶν συμμάχων ὅσοι προσεγίνοντο θεραπεύων, οὕτω τε μέγας ἐκ μικροῦ γεγονὼς, τὸν ἐν Χαιρωνείᾳ πρὸς Ἀθηναίους διηγωνίσατο πόλεμον. πᾶσι δὲ μετὰ τὴν νίκην χρηστῶς καὶ ἠπίως προσενεχθεὶς, ἤδη καὶ τῇ Περσῶν ἐπιθέσθαι βασιλείᾳ διενοεῖτο· δύναμίν τε ἀξιόχρεων πρὸς τοῦτο συναγαγὼν, ἐν παρασκευαῖς τὸν βίον ἀπέλιπεν. Ἀλέξανδρος δὲ, παραλαβὼν τὴν βασιλείαν, καὶ παραχρῆμα τὰ κατὰ τοὺς Ἕλληνας διαθεὶς, τρίτῳ τῆς βασιλείας ἔτει μετὰ δυνάμεως ἀρκούσης ἐπὶ τὴν Ἀσίαν ἐστέλλετο. ῥᾳδίως δὲ τοὺς ἀντιστάντας αὐτῷ σατράπας νενικηκὼς, ἐπ' αὐτὸν προῄει Δαρεῖον, ἀναριθμήτῳ στρατῷ τοὺς ἐν Ἰσσῷ τόπους κατειληφότα. συμπεσὼν δὲ τοῖς Πέρσαις εἰς χεῖρας, καὶ τὸ πάσης ἐπέκεινα πίστεως τρόπαιον στήσας, Δαρεῖον μὲν ἔτρεψεν εἰς φυγὴν, αὐτὸς δὲ εἴχετο τῆς ἐπὶ Φοινίκην καὶ Συρίαν τὴν Παλαιστίνην ὁδοῦ. Τὰ μὲν οὖν ἐν Τύρῳ καὶ Γάζῃ πραχθέντα μαθεῖν ἔνεστιν ἐξ ὧν οἱ τὰ περὶ Ἀλεξάνδρου γράψαντες ἱστορήκασιν. αὐτὸς δὲ παρελθὼν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον, τῷ τε Ἄμμωνι προσευξάμενος, καὶ τὰ περὶ τὸν Ἀλεξανδρείας οἰκισμὸν εὖ μάλα διοικησάμενος, ἐπανῄει τὰ λειπόμενα τοῦ πρὸς Πέρσας πολέμου πληρώσων. πάντας δὲ φιλίους εὑρὼν, ἐπὶ τὴν μέσην διέβη τῶν ποταμῶν· καὶ πυθόμενος Δαρεῖον μείζονι πολλῷ στρατῷ παρεσκευάσθαι, μετὰ τῆς οὔσης αὐτῷ δυνάμεως ὡς εἶχεν ὁρμήσας, καὶ τὴν μάχην εἰς Ἄρβηλαν πρὸς αὐτὸν ποιησάμενος, τοσοῦτον ἐκράτησεν, ὥστε πάντας μὲν σχεδὸν ἀνελεῖν, Δαρείου δὲ σὺν ὀλίγοις φυγόντος, τὴν ἀρχὴν καταλῦσαι Περσῶν. Ἐπεὶ δὲ Δαρεῖον μὲν Βῆσσος ἀνεῖλεν, Ἀλέξανδρος δὲ μετὰ τὰς ἐν Ἰνδοῖς πράξεις ἐπανελθὼν εἰς Βαβυλῶνα τοῦ βίου μετέστη, τότε δὴ τῆς Μακεδόνων ἀρχῆς εἰς σατραπείας διαιρεθείσης, οὕτω τε τοῖς πρὸς ἀλλήλους συνεχέσι πολέμοις ἐλαττωθείσης· ἡ τύχη Ῥωμαίοις τὰ λειπόμενα τῆς Εὐρώπης πεποίηκεν ὑποχείρια· καὶ διαβάντες εἰς τὴν Ἀσίαν, καὶ πρὸς τοὺς ἐν τῷ Πόντῳ βασιλέας καὶ πρὸς Ἀντίοχον πολεμήσαντες, ὕστερον δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ δυνά-

στας, ἕως μὲν οὖν τὰ τῆς ἀριστοκρατίας ἐφυλάττετο, προσετίθεσαν ἔτους ἑκάστου τῇ ἀρχῇ διετέλουν, τῶν ὑπάτων ὑπερβαλέσθαι τὰς ἀρετὰς ἀλλήλοις φιλονεικούντων· τῶν δὲ ἐμφυλίων πολέμων Σύλλα τε καὶ Μαρίου, καὶ μετὰ ταῦτα Ἰουλίου Καίσαρος καὶ Πομπηΐου Μάγνου διαφθειράντων αὐτοῖς τὸ πολίτευμα, τῆς ἀριστοκρατίας ἀφέμενοι, μόναρχον Ὀκταβιανὸν εἵλοντο, καὶ τῇ τούτου γνώμῃ τὴν πᾶσαν διοίκησιν ἐπιτρέψαντες, ἔλαθον ἑαυτοὺς κύβον ἀναρρίψαντες ἐπὶ τῶν πάντων ἀνθρώπων ἐλπίσι, καὶ ἑνὸς ἀνδρὸς ὁρμῇ τε καὶ ἐξουσίᾳ τοσαύτης ἀρχῆς καταπιστεύσαντες κίνδυνον. εἴτε γὰρ ὀρθῶς καὶ δικαίως ἕλοιτο μεταχειρίσασθαι τὴν ἀρχήν, οὐκ ἂν ἀρκέσοι πᾶσι κατὰ τὸ δέον προσενεγκεῖν, τοῖς πορρωτάτω που διακειμένοις ἐπικουρῆσαι μὴ δυνάμενος ἐξ ἑτοίμου· ἀλλ' οὔτε ἄρχοντας τοσούτους εὑρεῖν, οἳ σφῆλαι τὴν ἐπ' αὐτοῖς οὐκ αἰδεσθήσονται ψῆφον, οὔτε ἄλλως ἠθῶν τοσούτων ἁρμόσαι διαφοραῖς· εἴτε διαφθείρων τῆς βασιλείας τοὺς ὅρους, εἰς τυραννίδα ἐξενεχθείη, συνταράττων μὲν τὰς ἀρχάς, περιορῶν δὲ τὰ πλημμελήματα, χρημάτων δὲ τὸ δίκαιον ἀλλαττόμενος, οἰκέτας δὲ τοὺς ἀρχομένους ἡγούμενος· (ὁποῖοι τῶν αὐτοκρατόρων οἱ πλείους, μᾶλλον δὲ πάντες σχεδόν, πλὴν ὀλίγων, γεγόνασι) τότε δὴ πᾶσα ἀνάγκη κοινὸν εἶναι δυστύχημα τὴν τοῦ κρατοῦντος ἄλογον ἐξουσίαν. οἵ τε γὰρ κόλακες, παρὰ τούτου δωρεῶν καὶ τιμῶν ἀξιούμενοι, τῶν μεγίστων ἀρχῶν ἐπιβαίνουσιν· οἵ τε ἐπιεικεῖς καὶ ἀπράγμονες, μὴ τὸν αὐτὸν ἐκείνοις αἱρούμενοι βίον, εἰκότως σχετλιάζουσιν, οὐ τῶν αὐτῶν ἀπολαύοντες. ὥστε ἐκ τούτου τὰς μὲν πόλεις στάσεων πληροῦσθαι καὶ ταραχῶν, τὰ δὲ πολιτικὰ καὶ στρατιωτικὰ κέρδεσιν ἥττοσιν ἄρχουσιν ἐκδιδόμενα, καὶ τὸν ἐν εἰρήνῃ βίον λυπηρὸν καὶ ὀδυνηρὸν τοῖς χαριεστέροις ποιεῖν, καὶ τῶν στρατιωτῶν τὴν ἐν τοῖς πολέμοις προθυμίαν ἐκλύειν. Καὶ ὅτι ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, αὐτὴ σαφῶς ἔδειξε τῶν ἐκβεβηκότων ἡ πεῖρα, καὶ τὰ εὐθὺς συμπεσόντα κατὰ τὴν Ὀκταβιανοῦ βασιλείαν. ἥ τε γὰρ παντόμιμος ὄρχησις ἐν ἐκείνοις εἰσήχθη τοῖς χρόνοις, οὔπω πρότερον οὖσα, Πυλάδου καὶ Βαθύλλου πρῶτον αὐτὴν μετελθόντων, καὶ προσέτι γε ἕτερα, πολλῶν αἴτια γεγονότα μέχρι τοῦδε κακῶν. Ὀκταβιανοῦ δὲ ὅμως δόξαντος μετρίως μεταχειρίζεσθαι τὴν ἀρχήν, ἐξ οὗ μάλιστα ταῖς Ἀθηνοδώρου τοῦ Στωϊκοῦ συμβουλαῖς ἐπείσθη, Τιβέριος, ὁ παρὰ

ferunt: & quam quidem diu consiliis optimatũ gerebatur respublica, semper imperio singulis annis aliquid adiiciebant, consulibus virtutum certamine mutuo superare se contendentibus. At vbi bella ciuilia Sullæ ac Marii, posteaque Iulii Cæsaris & Pompeii Magni, rempublicam eis labefactassent: optimatum imperio relicto, dictatorem OCTAVIANVM deligebant; & administratione tota ipsius arbitrio permissa, non animaduertebant, aleæ iactui se spes vniuersorum hominum commisisse; vniusque viri libidini ac potestati periculum tanti credidisse imperii. Nam siue recte ac iuste magistratum gerere mallet, non suffecturus erat ad succurrendum omnibus opportune, longissimo forte spatio remotis, quibus opem expedite ferre non posset: nec ad inueniẽdum tot magistratus, quos iudicio de se facto non respondere puderet; nec alioquin ad congruendum tot morum diuersitatibus: siue fines regni violãs, ad tyrannidem deflexisset, officia magistratuum cõturbans, delicta negligens, pecunia venale ius habens, subditos seruorum loco ducens: (quales ex Imperatoribus complures, vel plerique potius omnes, paucis exceptis, fuere) necessario consequuturũ erat, vt bruta potestas eius, qui rerum potiretur, calamitas publica foret. Nam adsentatores a tali muneribus & honoribus adfecti, maximos magistratus inuadunt: & modesti atq; placidi, qui vitam istorum vitæ consimilem non amant, haud abs re moleste ferunt, iisdem se non frui. Quo fit, vt seditionibus ac turbis ciuitates cõpleantur, & ciuilia militariaque mun era magistratibus lucri auidis concessa, quum togatam vitam hominib. paullo elegantioribus insuauem acerbãq; reddant, tum militum in bellis alacritatem frangant. Quæ quidem sic esse comparata, tum ipsamet euentorum experientia perspicue docuit; tum ea, quæ statim sub ipsius Octauiani acciderunt imperio. Nam & pantomimorum histrionumve saltatio, prius incognita, temporibus iis in vsu esse cepit, Pylade ac Bathyllo primis eius auctoribus: & præterea quædam exstiterunt alia, quæ multis huc vsque malis caussam præbuerunt. Vt tamen Octauianus imperium moderate gerere visus fuit, ex quo præsertim Athenodori Stoici consiliis paruit: ita TIBERIVS, qui ab

Octauianus Augustus.

Tiberius.

eo traditum imperiũ accepit, quum extremam ad crudelitatem deflexisset, ac subditis visus esset intolerabilis; eiectus, & in insula quadam abditus, viuendi finem fecit. *C.Caligula.* CAIVS autem CALIGVLA, cunctis hunc flagitiis superans, interfectus est; Chærea tali ausu rempublicam a tyrannide acerba vindicante. *Claudius.* CLAVDIVS eunuchis libertis sua permittens, quũ fœde vita decessisset: *Nero.* NERO cum aliis, eum sequutis, ad rerum illud fastigium peruenit: de quibus equidem nihil omnino duxi cõmemorandum, ne qua memoria dissolutorũ & monstrosorum facinorum, ab eis perpetratorũ exstet. *Vespasianus. & Titus.* VESPASIANVS & TITVS, eius filius, quum imperium mediocriter administrassent; DOMITIANVS crudelitate, luxuria, & auaritia cunctis superior, rep. per totos quindecim annos vastata, peremtus a Stephano liberto, pœnas improbitatis luere visus fuit. Ab hoc tempore viri boni principatum adepti, *Aliquot Imperatores boni.* NERVA, TRAIANVS, & post eum HADRIANVS, & ANTONINVS PIVS, & par illud fratrum, VERVS atque LVCIVS; multa vitiata correxerunt; neque tantum ea, quæ superioris memoriæ principes amiserant, recuperarunt; sed etiam non possessa prius quædã adiecerunt. *Commodus.* COMMODO autem, Marci filio, regnum consequuto, nec tyrannidi tantum, sed & prodigiosis flagitiis dedito, posteaque a Marcia concubina necato, quę virilem animum sumserat; successor in imperio *Pertinax.* PERTINAX datus est. At quum prætoriani milites huius in exercitatione disciplinaque militari rigorem non ferrent, hominemque præter officium occidissent: parum abfuit a rerum cõturbatione Roma, dum prætorii custodiæ destinati milites vnius rerum domini constituendi potestatem ad se raperent, idq; iudicium Senatui per vim extorquerẽt. Quumque ceu venale proscriptum esset imperium, *Didius Iulianus.* DIDIVS IVLIANVS, vxoris instinctu elatus, ex stoliditate potius, quam sapiente consilio, porrecta pecunia regnum mercatur; eiusmodi spectaculum cunctis exhibens, quale numquam prius conspexerant. Nam intra prætorium deducebatur, nec Senatu præeunte, nec alio legitimo satellitio; sed iis dumtaxat militibus, qui eum hoc in honore constituerant, per vim palatium illi,

τούτου διαδεξάμενος τὴν ἀρχήν, εἰς ἔσχατον ὠμότητος ἐκτραπείς, ἀφόρητός τε δόξας εἶναι τοῖς ὑπηκόοις, ἀπεδιώκετο, καὶ ἔν τινι νήσῳ κρυπτόμενος ἐτελεύτησε. Γάιος δὲ Καλλιγούλας, πᾶσι τοῖς ἀτοπήμασι τοῦτον ὑπερβαλλόμενος, ἀνῃρέθη, Χαιρέου διὰ τοῦ τοιούτου τολμήματος ἐλευθερώσαντος πικρᾶς τὸ πολίτευμα τῆς τυραννίδος. Κλαυδίου δὲ τὰ καθ' ἑαυτὸν εὐνούχοις ἀπελευθέροις ἐκδόντος, καὶ μετ' αἰσχύνης ἀπαλλαγέντος, Νέρων τε καὶ οἱ μετ' αὐτόν, εἰς μοναρχίαν παρήεσαν. περὶ ὧν ἔκρινα μηδὲν παντάπασι διελθεῖν, ὡς ἂν μηδὲ ἐπ' ἐκμελέσι καὶ ἀλλοκότοις πράξεσιν αὐτῶν καταλείποιτο μνήμη. Οὐεσπασιανοῦ δὲ καὶ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ Τίτου τῇ ἀρχῇ μετριώτερον χρησαμένων, Δομετιανὸς ὠμότητι καὶ ἀσελγείᾳ καὶ πλεονεξίᾳ πάντας ὑπεράρας, καὶ πεντεκαίδεκα τοὺς πάντας ἐνιαυτοὺς τὸ πολίτευμα λυμηνάμενος, ἀναιρεθεὶς ὑπὸ Στεφάνου τῶν ἀπελευθέρων ἑνός, ἔδοξε δίκας τῆς πονηρίας ἐκτίνειν. Ἐντεῦθεν οὖν ἄνδρες ἀγαθοὶ τὴν ἡγεμονίαν παραλαβόντες, Νερούας τε καὶ Τραιανός, καὶ μετὰ τοῦτον Ἀδριανός, ὅ τε εὐσεβὴς Ἀντωνῖνος, καὶ ἡ τῶν ἀδελφῶν συνωρὶς Βῆρος καὶ Λούκιος, πολλὰ τῶν λελωβημένων ἠξίωσαν διορθώσεως· καὶ οὐ μόνον ἅπερ εἶχον ἀπολωλεκότες οἱ πρὸ αὐτῶν ἀνεκτήσαντο, ἀλλὰ καί τινα τῶν οὐκ ὄντων προσεθέσαν. Κομμόδου δὲ τοῦ Μάρκου παιδὸς τὴν βασιλείαν παραλαβόντος, καὶ οὐ τυραννίδι μόνον, ἀλλὰ καὶ πράξεσιν αὐτὸν ἀλλοκότοις ἐκδόντος, εἶτα ὑπὸ Μαρκίας τῆς παλλακῆς, φρόνημα ἀνδρεῖον ἀνελομένης, ἀναιρεθέντος· Περτίναξ ἄρχειν ᾑρέθη. τῶν δὲ περὶ τὴν αὐλὴν στρατιωτῶν οὐκ ἀνεχόντων αὐτοῦ τὴν περὶ τὴν στρατιωτικὴν ἄσκησίν τε καὶ ἐπιστήμην ἀκρίβειαν, ἀλλὰ παρὰ τὸ καθῆκον αὐτὸν ἀνελόντων, μικροῦ μὲν ἡ Ῥώμη συνεταράχθη, τοῦ περὶ τὴν φυλακὴν τῶν βασιλείων τεταγμένου στρατιωτικοῦ τὴν τοῦ καταστῆσαι μόναρχον ὑφαρπάσαντος ἐξουσίαν, παρελομένου τε βίᾳ τὴν γερουσίαν ταύτης τῆς κρίσεως. ὠνίου δὲ τῆς ἀρχῆς προτεθείσης, Δίδιος Ἰουλιανὸς ὑπὸ τῆς γυναικὸς ἐπαρθείς, ἀνοίᾳ μᾶλλον ἢ γνώμῃ φρενήρει χρήματα προτείνας, ὠνεῖται τὴν βασιλείαν, θέαμα δοὺς ἰδεῖν ἅπασιν, οἷον οὔπω πρότερον ἐθεάσαντο. εἰσήγετο γὰρ εἰς τὰ βασίλεια μήτε γερουσίας ἡγουμένης, μήτε ἄλλης ἐννόμου δορυφορίας, μόνων δὲ τῶν καταστησάντων αὐτὸν εἰς τοῦτο στρατιωτῶν σὺν βίᾳ παραδόντων αὐτῷ τὰ βασίλεια

καὶ τὴν

καὶ τὴν ἐν τούτοις πᾶσαν ἀποσκευήν. ἀλλ' οὗτος μὲν ἅμα τε ἀνερρήθη, καὶ παρ' αὐτῶν διεφθάρη τῶν εἰς τοῦτο παραγαγόντων αὐτόν, τῶν ἐν τοῖς ὀνείροις φαντασιῶν οὐδὲν ἀλλοιότερον διαγεγονώς. Τῆς δὲ γερουσίας εἰς ὅ,τι διασκέψασθαι τίνι δέοι παραδοῦναι τὴν ἀρχὴν *ἀναλαβομένης, Σεβῆρος ἀνεδείκνυτο βασιλεύς. παρελθόντων δὲ εἰς τὴν αὐτὴν ἀρχὴν Ἀλβίνου καὶ Νίγρου, πόλεμοι συνέστησαν αὖθις οὐκ ὀλίγοι πρὸς ἀλλήλους ἐμφύλιοι· καὶ πόλεις διέστησαν, αἱ μὲν τῷδε, αἱ δὲ τῷδε προστιθέμεναι. ταραχῆς δὲ οὐκ ὀλίγης κατὰ τὴν ἑῴαν καὶ τὴν Αἴγυπτον κινηθείσης, Βυζαντίων τε, ὡς τὰ Νίγρου φρονούντων καὶ ὑποδεξαμένων αὐτόν, εἰς ἔσχατον ἐλθόντων κινδύνου· κρατεῖ μὲν ἡ Σεβήρου μερίς, ἀναιρεθέντος Νίγρου· καὶ μετὰ τοῦτον Ἀλβίνου μετὰ τῆς ἀρχῆς καὶ τὸν βίον ἀπολιπόντος, εἰς μόνον Σεβῆρον τὰ τῆς ἡγεμονίας περιίσταται. τρέπεται τοίνυν ἐπὶ τὴν τῶν ἀμελῶς πεπραγμένων διόρθωσιν, καὶ πρό γε ἁπάντων τοῖς στρατιώταις τοῖς ἀνελοῦσι Περτίνακα, καὶ ἰουλιανῷ παραδοῦσι τὴν βασιλείαν, πικρῶς ἐπεξῆλθεν. ἔπειτα διαθεὶς ἐπιμελῶς τὰ στρατόπεδα, Πέρσαις μὲν ἐπελθών, ἐφόδῳ μιᾷ Κτησιφῶντα εἷλε καὶ Βαβυλῶνα. διαδραμὼν δὲ τοὺς Σκηνίτας Ἄραβας, καὶ πᾶσαν Ἀραβίαν καταστρεψάμενος, ἄλλα τε πολλὰ γενναίως οἰκονομήσας, ἐγένετο μὲν ἐπὶ τοὺς ἁμαρτάνοντας ἀπαραίτητος, τῶν ἐπὶ τοῖς ἀτόποις εὐθυνομένων, δημοσίας ποιῶν τὰς οὐσίας·

Πολλὰς δὲ τῶν πόλεων οἰκοδομήμασι πολυτελέσι κοσμήσας, ἀνέδειξεν Ἀντωνῖνον τὸν παῖδα τὸν ἑαυτοῦ βασιλέα. καὶ ἐπεὶ τελευτᾶν ἔμελλε, διαδόχους τῆς ἀρχῆς αὐτόν τε καὶ Γέταν τὸν ἕτερον υἱὸν καταστήσας, ἐπίτροπον αὐτοῖς Παπινιανὸν καταλέλοιπεν, ἄνδρα δικαιότατον καὶ ἐπὶ νόμων γνώσει τε καὶ *εἰσηγήσει πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ καὶ μετ' αὐτὸν Ῥωμαίους νομοθέτας ὑπερβαλόμενον. τοῦτον, ὕπαρχον ὄντα τῆς αὐλῆς, δι' ὑποψίας εἶχεν ὁ Ἀντωνῖνος, δι' οὐδὲν ἕτερον ἢ ὅτι δυσμενῶς ἔχοντα πρὸς τὸν ἀδελφὸν Γέταν αἰσθανόμενος, ἐπιβουλεῦσαι, καθ' ὅσον οἷός τε ἦν, διεκώλυε. τοῦτο τοίνυν ἐκ μέσου βουλόμενος ποιῆσαι τὸ κώλυμα, τῷ μὲν Παπινιανῷ τὴν διὰ τῶν στρατιωτῶν ἐπιβουλεύει σφαγήν· εὐρυχωρίαν δὲ ἔχων, ἀναιρεῖ τὸν ἀδελφόν, οὐδὲ τῆς μητρὸς αὐτὸν προσδραμόντα ῥύσασθαι δυνηθείσης. Ἐπεὶ δὲ καὶ Ἀντωνῖνος ἔδωκε τῆς ἀδελφοκτονίας μετ' οὐ πολὺ δίκην, καὶ αὐτοῦ

cum omni eius penu, tradẽtibus. Sed hic pariter & adpellatus, & ab iisdem sublatus e medio, qui huc eum produxerant; non absimilis somniorum visis exstitit. Quum vero Senatus ad deliberationem, cui tradendum esset imperium, rursus adhiberetur, SEVERVS Imperator designat[9] fuit. *Seuerus.* At quũ præter hunc idem imperium ALBINVS atque NIGER inuasissent, orta sunt inter eos bella ciuilia non exigua; dissidẽtibus a se inuicem ciuitatibus, quarum illæ ad huius, ad illius aliæ partes transibant. Quumque non exiguus tumultus per orientem & Ægyptum concitatus esset, ac Byzantii, qui a Nigro stabant, cumque susceperant, extremum periculum adiissent, interfecto Nigro, victrix Seueri pars exstitit; & post eum Albino quoque tam imperio, quam vita functo, principatus ad solum Seuerũ peruenit. Quapropter ad eorum, quæ ignauiter acta fuerant, correctionem se conuertit; & ante omnia de militibus, qui Pertinacem necauerant, & Iuliano tradiderant imperium, acerba supplicia sumsit. Deinde re mil tari nauiter cõstituta, Persas adgressus, vno impetu Ctesiphontem Babylonemque cepit, Arabes Scenitas percurrit, Arabiam vniuersam excidio dedit, aliaque complura fortiter gessit. Et erat erga delinquẽtes inexorabilis; eorumq; bona, qui flagitiorum rei peragebantur, publicabat. Quũque multas vrbes sumtuosis admodũ ædificiis ornasset, & ANTONINVM filium designasset Imperatorem; moriturus & ipsi, & alteri filio GETÆ, imperii heredibus institutis, tutorem Papinianum reliquit, virum iustissimum, & qui tam cognitione, quam expositione legum omnes ante pariter, & post se Romanos iurisconsultos superauit. *Antoninus Seueri f. cum fratre Geta.* Hunc præfecti prætorio munere fungentem, suspectum Antoninus habebat, alia nulla de caussa, quam quod Papinianus animaduertẽs, cum infesto erga Getam fratrem animo esse, quo illi minus insidiaretur, pro viribus impediret. Hoc igitur impedimentũ e medio remouere volens, Papiniano per milites necem struit: spatiumq; latũ nactus, fratrem interficit; quũ ne quidem mater adcurrentem ad se potuisset eripere.

Postquam & Antoninus fratricidii pœnas, interiecto non magno tempore dedit, ne co-

gnito quidem vnquam ipsius percussore: *Macrinus.* MACRINVM præfectum prætorii milites, qui ad vrbem erant, Imperatorem dicunt; qui per orientem, adolescentulum quemdam Emisenũ: veluti qui genere matri Antonini coniunctus esset. Vtroque exercitu adpellationem suam tuente, ciuile discidium exstitit: Emiseni quidem *Antoninus Emisenus.* ANTONINI copiis Romam eum deducentibus, Macrini vero militibus extra Italiam profectis. Vbi manus ad Antiochiam Syriæ conseruissent exercitus, vict⁹ omnino Macrinus, castris fuga desertis, ad interiectum Byzantio & Chalcedoni fretum capitur, & vulneribus confectus exspirat. Quum Antoninus victoria potitus, de iis qui Macrini partes sequuti fuerant, velut hostibus, pœnas sumsisset: & vitam cæteroqui turpem ac probrosam, magis & circulatoribus deditus, egisset: non tulere Romani effrenem hominis luxum atque libidinem: eoque interemto, & cadauere in frusta discerpto, *Alexander Seuerus.* ALEXANDRVM Imperatorem designarũt, itidem ex familia Seueri prognatum. Hic quum & iuuenis adhuc esset, & egregia indole præditus; fecit, vt omnes de imperio spes bonas conciperent, præfectis prætorii constitutis Flauiano & Chresto; viris nec rei militaris imperitis, & ad res togatas præclare dyponẽdas idoneis. Verum vbi Mamæa, mater Imperatoris, Vlpianum eis arbitrum, quasique consortem officii, præfecisset; quod & iurisconsultus esset præstantissimus, & recte res disponere præsentes, ac futura perspicere sollerter posset: offensi milites, mortem homini clãdestinam moliuntur. Id quũ animaduertisset Mamæa, statimq; detectis insidiis, horum consiliorum auctores e medio sustulisset: Vlpiano soli præfectorum prætorii munus cõmittitur. Sed quod exercitibus in suspicionem venisset, (de caussis, quas equidem accurate dicere non habeo; quando de ipsius instituto diuersa litteris prodita sunt) seditione mota trucidatur, quum ne ipse quidem Imperator opem ei ferre potuisset. Secundum hæc paullatim milites a pristina in Alexandrum beneuolentia recedentes, ad obeunda ipsius imperia segnes se præbere: veritique, ne quid ob ignauiam eis accideret mali, ad seditiones tendere: sequutoque concursu, quemdam Antoninum ad imperium producere. Sed quum is recusata imperii mole, fuga

τοῦ παίσαντος τούτου ἀγνοηθέντος,* τὰ μὲν ἐν Ῥώμῃ στρατόπεδα Μακρῖνον ὕπαρχον ὄντα τῆς αὐλῆς, ἀναδεικνύουσι βασιλέα· τὰ δὲ κατὰ τὴν ἕω, Ἐμεσηνόν τι μειράκιον, ὡς γένει τῇ Ἀντωνίνου μητρὶ συναπτόμενον. ἑκάστου δὲ στρατεύματος τῆς οἰκείας ἀναρρήσεως ἀντεχομένου, στάσις ἐμφύλιος ἦν, τῶν μὲν περὶ τὸν Ἐμεσηνὸν Ἀντωνῖνον, ἀγόντων αὐτὸν ἐπὶ τὴν Ῥώμην, τῶν δὲ Μακρίνου στρατιωτῶν ἐξορμησάντων ἀπὸ τῆς Ἰταλίας. συμπεσόντων δὲ ἀλλήλοις τῶν στρατοπέδων ἐν τῇ κατὰ Συρίαν Ἀντιοχείᾳ, τῷ παντὶ Μακρῖνος ἐλαττωθεὶς, καὶ φυγῇ τὸ στρατόπεδον καταλιπὼν, εἰς τὸν μεταξὺ πορθμὸν Βυζαντίου καὶ Χαλκηδόνος ἁλίσκεται, καὶ τὸ σῶμα ξαινόμενος τελευτᾷ. Τοῦ δὲ Ἀντωνίνου κρατήσαντος, καὶ τοῖς τὰ Μακρίνου φρονήσασιν, ὡς δυσμενέσιν, ἐπεξελθόντος, τά τε ἄλλα αἰσχρῶς καὶ ἐπονειδίστως βεβιωκότος, μάγοις τε καὶ ἀγύρταις ἐσχολακότος· οὐκ ἐνεγκόντες οἱ Ῥωμαῖοι τὴν τῆς ἀσελγείας ὑπερβολὴν, κατασφάξαντες καὶ τὸ σῶμα διασπάσαντες, Ἀλέξανδρον ἀνέδειξαν βασιλέα, καὶ αὐτὸν ἐκ τῆς Σεβήρου γενεᾶς καταγόμενον. Οὗτος, νέος ὢν ἔτι, καὶ φύσεως εὖ ἔχων, ἀγαθὰς ἅπασιν ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ δέδωκεν ἔχειν ἐλπίδας· ἐπιστήσας ὑπάρχους τῇ αὐλῇ Φλαβιανὸν καὶ Χρηστὸν, ἄνδρας τῶν τε πολεμικῶν οὐκ ἀπείρους, καὶ τὰ ἐν εἰρήνῃ διαθεῖναι καλῶς ἱκανούς. Μαμαίας δὲ τῆς τοῦ βασιλέως μητρὸς ἐπιστησάσης αὐτοῖς Οὐλπιανὸν ἐπιγνώμονα, καὶ ὥσπερ κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς, ἐπεὶ καὶ νομοθέτης ἦν ἄριστος, καὶ τὸ παρὸν εὖ διαθεῖναι, καὶ τὸ μέλλον εὐστόχως συνιδεῖν δυνατός· ἐπὶ τούτῳ δυσχεράναντες, ἀναίρεσιν αὐτῷ μηχανῶνται λαθραίαν οἱ στρατιῶται. αἰσθομένης δὲ τούτου Μαμαίας, καὶ ἅμα τῷ φθάσαι τὴν ἐπίθεσιν, τοὺς ταῦτα βουλεύσαντας ἀνελούσης, κύριος τῆς τῶν ὑπάρχων ἀρχῆς Οὐλπιανὸς καθίσταται μόνος. ἐν ὑποψίᾳ δὲ τοῖς στρατοπέδοις γενόμενος, (τὰς δὲ αἰτίας ἀκριβῶς οὐκ ἔχω διεξελθεῖν· διάφορα γὰρ ἱστορήκασι περὶ τῆς αὐτοῦ προαιρέσεως) ἀναιρεῖται, στάσεως κινηθείσης, οὐδὲ τοῦ βασιλέως ἀρκέσαντος αὐτῷ πρὸς βοήθειαν. Ἐντεῦθεν οἱ στρατιῶται κατὰ βραχὺ τῆς πρὸς Ἀλέξανδρον εὐνοίας ἀποσαλεύοντες, ἀπρόθυμοι περὶ τὰς τούτου προστάξεις ἐφαίνοντο. καὶ δέει τοῦ μὴ παθεῖν τι διὰ τὴν ῥαθυμίαν, εἰς στάσεις ἐχώρουν. συστραφέντες τε παρήγαγον Ἀντωνῖνον εἰς βασιλείαν. ἐπεὶ δὲ τὸν ὄγκον οὐκ ἐνεγκὼν τῆς ἀρχῆς, φυγῇ

κατέσπευ

κατέστησεν ἑαυτὸν ἀφανῆ, καὶ Οὐράνιός δέ τις ἐκ δουλείου γένους ἀναῤῥηθεὶς, παραχρῆμα μετὰ τῆς ἁλουργίδος Ἀλεξάνδρῳ προσήχθη, ὁ μὲν κατὰ τοῦ βασιλέως ηὐξάνετο μῖσος· ὁ δὲ ἐπὶ τοῖς πανταχόθεν περιεστῶσιν ἀπορούμενος, τῷ τε σώματι καὶ τοῖς κατὰ φύσιν λογισμοῖς ἀλλοιότερος ἦν, ὥστε καὶ φιλαργυρίας αὐτῷ νόσον ἐνσκῆψαι, καὶ χρημάτων ἐσπουδάσθαι συλλογῇ, ταῦτά τε παρὰ τῇ μητρὶ θησαυρίζειν. Ἐχόντων δὲ αὐτῷ τῶν πραγμάτων οὐχ ὑγιῶς, τὰ περὶ Παιονίαν καὶ Μυσίαν στρατεύματα, καὶ πρότερον ἀλλοτρίως πρὸς αὐτὸν διακείμενα, τότε δὴ μᾶλλον πρὸς ἀπόστασιν ἐξερέθιστο. ὁρμήσαντα δὲ εἰς νεωτερισμὸν, ἄγει Μαξιμῖνον εἰς βασιλείαν, τότε τῆς Παιονικῆς ἴλης ἐξηγούμενον. καὶ Μαξιμῖνος μὲν τὰς περὶ αὐτὸν δυνάμεις ἀγείρας, ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ἐξώρμησεν, ἀπαρασκεύῳ τῷ βασιλεῖ ῥᾷον οἰόμενος ἐπιθήσεσθαι. Ἀλέξανδρος δὲ, ἐν τοῖς περὶ τὸν Ῥῆνον ἔθνεσι διατρίβων, κἀκεῖσε τὰ νεωτερισθέντα μαθὼν, τῆς ἐπὶ τὴν Ῥώμην εἴχετο πορείας. ἐπαγγελλόμενος δὲ τοῖς στρατιώταις καὶ αὐτῷ Μαξιμίνῳ συγγνώμην, εἰ τοῖς ἐγχειρηθεῖσιν ἐνδοῖεν, ὡς οὐχ οἷός τε γέγονε τούτους ἀναπείθεσθαι, πάσαις ἀπογνοὺς ταῖς ἐλπίσιν, ἑαυτὸν ἐπιδέδωκε τρόπον τινὰ τῇ σφαγῇ. Μαμαία δὲ, προελθοῦσα μετὰ τῶν ὑπάρχων ἐκ τῆς αὐλῆς, ὡς δὴ τὴν ταραχὴν καταπαύσουσα, αὐτή τε κατασφάττεται, καὶ οἱ ὕπαρχοι σὺν αὐτῇ. τῆς δὲ βασιλείας ἤδη βεβαίως παρὰ Μαξιμίνου κατεχομένης, ἐν μεταμελείᾳ πάντες ἦσαν, ὡς τυραννίδα πικρὰν μετρίας ἀλλαξάμενοι βασιλείας. γένους γὰρ ὢν ἀφανοῦς, ἅμα τῷ παραλαβεῖν τὴν ἀρχὴν, ὅσα φύσει προσῆν αὐτῷ πλεονεκτήματα, τῇ τῆς ἐξουσίας ἐξηφάνιζε παῤῥησίᾳ· καὶ πᾶσιν ἀφόρητος ἦν, οὐχ ὑβρίζων εἰς τοὺς ἐν τέλει μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ πάσης ὠμότητος τοῖς πράγμασι προσιὼν, μόνους δὲ θεραπεύων τοὺς συκοφάντας, ὅσοι μάλιστα τοὺς ἀπράγμονας κατεμήνυον, ὡς ὀφείλοντάς τι τοῖς βασιλικοῖς ταμιείοις. ἤδη δὲ καὶ εἰς φόνους ἀκρίτους ἐχώρει χρημάτων ἐπιθυμίᾳ, καὶ ὅσα τῶν πόλεων ἦν, οἰκεῖα ἐποίει, μετὰ τοῦ καὶ τοὺς οἰκήτορας τῶν οὐσιῶν ἀφαιρεῖσθαι. Βαρυνομένων δὲ τῶν ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐθνῶν ἐπὶ τῇ λίαν ὠμότητι, καὶ συνταραττομένων ἐπὶ ταῖς προφανέσι πλεονεξίαις, οἱ τὴν Λιβύην οἰκοῦντες, Γορδιανὸν καὶ τὸν ὁμώνυμον τούτῳ παῖδα, βασι-

se hominum ex oculis subduxisset: & *Vranius* quidam ex seruili genere designatus, confestim vna cum purpura deductus ad Alexãdrum fuisset: conceptum quidem aduersus Imperatorem crescebat odium: ipse vero quid in circumstantibus vndique periculis faceret hæsitans, & corpore mutatus erat, & inditis a natura dotibus animi: adeo quidem, vt eum auaritiæ morbus inuaderet, totusq; colligendis pecuniis incumbẽs, apud matrem eas reconderet. Hoc modo male adfectis rebus, qui erant in Pannonia Mysiaque exercitus, alienis ab ipso iampridem animis, tũc magis ad defectionem iritabantur: ideoque ad studium rerum nouarum conuersi, MAXIMINVM ad imperium efferunt, id temporis alæ Pannonicæ ducẽ. *Maximinus.* Maximinus, omnibus copiis præsentibus coactis, in Italiam profectus est; arbitratus, se facilius Imperatorẽ adhuc imparatum adgressurum. Alexander autẽ apud sitas ad Rhenum gentes commorabatur: ibiq; rerum nouatarum accepto nuntio, Romam continuis itineribus contendebat: Quumque tam militibus, quam ipsi Maximino veniam policeretur, si a ceptis desisterent: posteaquam dicto parentes efficere non poterat, spes omnes missas faciẽs, seipsum quodam modo cædi obtulit. Mamæa vero, cũ præfectis egressa prætorio, quasi tumultum sedatura: cum præfectis & ipsa necatur. Maximino iam stabilitum detinente imperium, neminem nõ pænitebat, quod acerbam tyrannidem moderato cum imperio commutassent. Nã obscuro natus genere Maximinus, quum primum accepisset imperium, quibus a natura præditus esset eximiis dotibus, ipsa potestatis licentia prodidit: adeoque cunctis erat intolerabilis, non tantum iniuriis adficiens in dignitate cõstitutos, verumetiam cum omni crudelitate negotia tractans, solosque calumniatores colẽs, qui præsertim cupidos quietis homines deferebant, velut imperatorii fisci debitores. Auaritia denique motus, ad cædes inaudita causa progrediebatur: & quæ municipiorũ erant, sibi vindicabat; facultates præterea suas municipibus ipsis eripiens.

Quare quum subiectæ Romanis gentes crudelitatem nimiam grauiter molesteq; ferrẽt, & ob manifestas rapacitates tumultuarentur: Afri GORDIANO, eique cognomine filio, de- *Gordiani pater & filius.*

signatis Imperatoribus, quum alios Romam legatos misere, tum Valerianum, virum cõsularem; qui deinceps imperio potitus est. Senatus eo, quod actum fuerat, cupide probato; ad deiiciendum imperio tyrãnum se comparat, milites ad rebellionem concitañs, & in memoriam populo reuocans iniurias priuatim singulis, & publice illatas omnibus. Quum vniuersis hæc probarentur, e senatu XX viros deligũt, artis imperatoriæ peritos: Ex his summa cum potestate constitutis duobus, BALBINO atq; MAXIMO, præceptisque Romam ducentibus itineribus; parati ad resistendum erant. Maximino autem, post adlatos harum rerum nuntios, Romam mouente cum Maurusiis & Celticis ordinibus; Aquileiæ prçsidiarii, propter occlusas ei portas, obsidione cincti fuerunt: ipse vero, suarum partium hominibus vix tandem boni publici caussam amplexis, & eorum voluntati adsensis, qui Maximinum imperio deiicere cupiebant, ad extremum periculum redactus, filiũ militibus supplicem obtulit, veluti propter ætatem suffecturum ad eos ab ira ad commiserationem reuocandos. At quum illi maiore iracundia feruidi, iuuenem miserabiliter interfecissent, & ipsum quoq; confestim trucidassent: accedens quidam, caput a corpore recisum Romam tulit, idque signum victoriæ manifestum exhibuit. Quapropter omni metu liberati, aduentum Imperatorum ex Africa præstolabantur. Sed iisdem vi tempestatis inter nauigãdum exstinctis, GORDIANO alterius filio Senatus summam rerum tradidit: a quo tempore populus Romanus de superiori mæsticia remisit, Imperatore per scenicos gymnicosque ludos ab ea ciues auocante. Cunctis autem velut ex profundo sopore iam recreatis, aduersus Imperatorẽ clandestinæ quædam insidię parantur; Maximi & Balbini opera quibusdam in eum militibus cõcitatis: quibus insidiis detectis, tam ipsi sceleris auctores, quam alii participes nõ pauci cæduntur. Non multo post & Karthaginiẽses a beneuolentia principis alienati, *Sabianum ad imperium efferunt. Sed quũ Gordianus copias Africanas exciuisset, animis eũ eo reconciliatis, adfectatorem tyrannidis dedunt; & impetrata delictorum venia,

Balbinus & Maximus.

Gordianus iunior.

†Sabinianũ vetus alii.

λέας ἀναδείξαντες, ἔστελλον ἐν Ῥώμῃ πρέσβεις, ἄλλους τε καὶ Βαλεριανὸν, ὃς τοῦ ὑπατικοῦ τάγματος ὢν, ἐβασίλευσεν ὕστερον. ἡ δὲ σύγκλητος, τὸ πραχθὲν ἀσμενίσασα, *παρεσκευάσατο πρὸς τὴν τοῦ τυράννου καθαίρεσιν, τούς τε στρατιώτας εἰς ἐπανάστασιν ἐρεθίζουσα, καὶ τὸν δῆμον ἀναμιμνήσκουσα τῶν εἰς ἕκαστον ἰδίᾳ καὶ κοινῇ πάντων ἀδικημάτων. ἐπεὶ δὲ πᾶσι ταῦτα ἐδόκει, προχειρίζονται τῆς βουλῆς ἄνδρας εἴκοσι, στρατηγίας ἐμπείρους, ἐκ τούτων αὐτοκράτορας ἑλόμενοι δύο, Βαλβῖνον καὶ Μάξιμον· καὶ προκαταλαβόντες τὰς ἐπὶ τὴν Ῥώμην φερούσας ὁδοὺς, ἕτοιμοι πρὸς τὴν ἐπανάστασιν ἦσαν. Τοῦ δὲ Μαξιμίνου, τούτων ἀπαγγελθέντων, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ὁρμήσαντος ἅμα τοῖς Μαυρουσίοις καὶ Κελτικοῖς τέλεσιν, οἱ μὲν τὴν Ἀκυληΐαν τεταγμένοι φυλάττειν, ἀποκλείσαντες αὐτῷ τὰς πύλας, ἐς πολιορκίαν καθίσταντο. τῶν δὲ *συναιρομένων αὐτῷ, μόλις τὸ κοινῇ λυσιτελοῦν ἑλομένων, συμφρονησάντων τε τοῖς καθελεῖν τὸν Μαξιμῖνον ἐσπουδακόσιν, εἰς ἔσχατον ἐληλακὼς κινδύνου, προσάγει τὸν παῖδα τοῖς στρατιώταις ἱκέτην, ὡς ἀρκέσοντα διὰ τὴν ἡλικίαν εἰς οἶκτον ἐκ τῆς ὀργῆς αὐτοὺς μεταστῆσαι. τῶν δὲ θυμῷ μείζονι τόν τε νέον οἰκτρῶς ἀνελόντων, καὶ αὐτὸν παραχρῆμα κατασφαξάντων, ἐπελθών τις, καὶ τὴν κεφαλὴν χωρίσας τοῦ σώματος, ἐπὶ τὴν Ῥώμην *ἀπήγαγε, σημεῖον ἐμφανὲς τοῦτο τῆς νίκης ποιούμενος. ταύτῃ τοίνυν ἀπαλλαγέντες τοῦ δέους, τὴν ἐκ Λιβύης τῶν βασιλέων ἀνέμενον ἄφιξιν. Τῶν δὲ βίᾳ χειμῶνος ἐν τῷ πλεῖν ἀπολομένων, Γορδιανῷ, θατέρου τούτων ὄντι παιδὶ, τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν ἡ γερουσία παρέδωκεν. ἀφ᾽ οὗ τῆς προλαβούσης κατηφείας ὁ Ῥωμαίων ἀνίετο δῆμος, τοῦ βασιλέως σκηνικοῖς τε καὶ γυμνικοῖς ἀγῶσι τοὺς πολίτας *ἀπαγαγόντος. Πάντων δὲ ὥσπερ ἐκ κάρου βαθέος ἀνασφηλάντων, ἐπιβουλὴ κατὰ τοῦ βασιλέως λαθραία συνίσταται, Μαξίμου καὶ Βαλβίνου στρατιώτας αὐτῷ τινὰς ἐπαναστησάντων. ἧς φωραθείσης, αὐτοί τε οἱ τῆς σκευωρίας ἄρξαντες ἀναιροῦνται, καὶ τῶν κοινωνησάντων αὐτοῖς οἱ πολλοί. Μετ᾽ οὐ πολὺ δὲ καὶ Καρχηδόνιοι, τῆς τοῦ βασιλέως εὐνοίας ἀλλοτριωθέντες, *Σαβιανὸν εἰς βασιλείαν προάγουσι. Γορδιανοῦ δὲ κινήσαντος τὰς ἐν Λιβύῃ δυνάμεις, ἐπανελθόντες πρὸς αὐτὸν τῇ γνώμῃ, τὸν μὲν ἐπιθέμενον τῇ τυραννίδι παραδιδόασι, συγγνώμης δὲ τυχόντες,

τὴν προ-

τῶν περιεχόντων αὐτοὺς κινδύνων ἠλευθερώθησαν. Ἐν τούτῳ δὴ πρὸς γάμον ἄγεται Γορδιανὸς Τιμησικλέους θυγατέρα, τῶν ἐπὶ παιδείᾳ διαβοήτων ἀνδρός. ὃν ὕπαρχον τῆς αὐλῆς ἀναδείξας, ἔδοξε τὸ διὰ τὸ νέον τῆς ἡλικίας τῇ κηδεμονίᾳ τῶν πραγμάτων ἐλλεῖπον ἀναπληροῦν. Ἤδη δὲ τῆς βασιλείας οὔσης ἐν ὀχυρῷ, Πέρσαι τοῖς κατὰ τὴν ἑῴαν ἔθνεσιν ἐπιέναι προσεδοκῶντο, τὴν ἀρχὴν Σαπώρου παραλαβόντος μετὰ Ἀρταξέρξην, τὴν ἀπὸ Παρθυαίων αὖθις εἰς Πέρσας τὴν ἀρχὴν μεταστήσαντα. μετὰ γὰρ [τὸν] Ἀλέξανδρον τὸν Φιλίππου, καὶ τοὺς διαδεξαμένους τὴν Μακεδόνων ἀρχήν, Ἀντιόχου τῶν ἄνω σατραπειῶν ἄρχοντος, Ἀρσάκης ὁ Παρθυαῖος διὰ τὴν εἰς τὸν ἀδελφὸν Τηριδάτην ὕβριν ἀγανακτήσας, πόλεμον πρὸς τὸν Ἀντιόχου σατράπην ἀράμενος, αἰτίαν δέδωκε Παρθυαίοις ἐκβαλοῦσι Μακεδόνας, εἰς ἑαυτοὺς τὴν ἀρχὴν περιστῆσαι. τότε τοίνυν ἐπὶ Πέρσας ὁ βασιλεὺς ᾔει παρασκευῇ τῇ πάσῃ. τοῦ δὲ Ῥωμαϊκοῦ στρατοῦ δόξαντος ἐν τῇ πρώτῃ μάχῃ κεκρατηκέναι, Τιμησικλῆς ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος τελευτήσας, ἠλάττωσε πολὺ τῷ βασιλεῖ τὴν ἐπὶ τῇ ἀσφαλείᾳ τῆς ἡγεμονίας πεποίθησιν. Φιλίππου γὰρ ὑπάρχου προχειρισθέντος, κατὰ βραχὺ τὰ τῆς εἰς τὸν βασιλέα τῶν στρατιωτῶν εὐνοίας ὑπερρύη. ὁρμώμενος γὰρ ἐξ Ἀραβίας ἔθνους χειρίστου, καὶ οὐδὲ ἐκ τοῦ βελτίονος εἰς τύχης ἐπίδοσιν προελθών, ἅμα τῷ παραλαβεῖν τὴν ἀρχήν, εἰς ἐπιθυμίαν βασιλείας ἐξήφθη, καὶ τῶν στρατιωτῶν τοὺς εἰς τὸ νεωτερίζειν ἐπιρρεπεῖς οἰκειούμενος, ἐπεὶ τὴν τῶν στρατιωτικῶν σιτήσεων συγκομιδὴν δαψιλῆ οὖσαν εἶδεν, ἔτι τοῦ βασιλέως περὶ Κάρρας καὶ Νίσιβιν σὺν τῷ στρατῷ διατρίβοντος, αὐτὸς ἐνδοτέρω τὰς ναῦς, αἳ τὴν στρατιωτικὴν τροφὴν εἶχον, εἰσιέναι διέταττεν, ὡς ἂν ἡ στρατιὰ λιμῷ πιεζομένη καὶ ἀπορίᾳ τῶν ἐπιτηδείων, ἀνασταίη πρὸς στάσιν. Ἔκβασις δὲ εἰς ἔργον αὐτῷ τῆς σκέψεως. οἱ στρατιῶται, πρόφασιν τὴν τῶν ἀναγκαίων ἔνδειαν ποιησάμενοι, σὺν οὐδενὶ κόσμῳ τὸν Γορδιανὸν περιστάντες, ὡς αἴτιον τῆς τοῦ στρατοπέδου φθορᾶς ἀναιροῦσι, Φιλίππῳ τὴν ἁλουργίδα κατὰ τὸ συγκείμενον περιθέντες. ὁ δὲ πρὸς μὲν Σαπώρην ἔθετο φιλίαν ἐνώμοτον· λύσας δὲ τὸν πόλεμον, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐξώρμα, τοὺς μὲν στρατιώτας ἁδραῖς διαδόσεσι θεραπεύων, εἰς δὲ τὴν Ῥώμην ἐκπέμπων τούς, ὅτι νόσῳ τετελεύτηκε Γορδιανός, ἀγγελοῦντας. ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν Ῥώμην ἀφίκετο, τοὺς ἐν τέλει τῆς βουλῆς λόγοις ἐπιεικέσιν ὑπαγαγόμενος,

periculis imminentibus erepti sunt. Dum hæc geruntur, Gordianus vxorem ducit † Timesiclis filiam, nobilis ex doctrina viri. quem vbi præfectum prætorii creasset, visus est id, quod curationi rerũ propter ætatem ipsius sane teneram deesset, supplere. Iam confirmato imperio, Persæ adgressuri nationes orientales exspectabantur; quod regnum eorum Sapores accepisset post Artaxerxem, qui Parthis illud ereptum rursus ad Persas transtulerat. Nam post Alexandrum, Philippi filium, & huius in imperio Macedonũ successores, Antiocho superioribus illis satrapiis imperante, Arsaces Parthus, propter illatã fratri Teridati cõtumeliam, bello aduersus Antiochi satrapam suscepto, Parthis auctor fuit, vt eiectis Macedonibus, regnũ sibi vindicarent. Imperator igitur, vniuerso cum adparatu, contra Persas mouet. Quumque Romanus exercit⁹ primo proelio superior exstitisse visus esset, Timesicles præfectus prætorio vita functus, non parum Imperatoris de securitate regni fiduciã imminuit. Nam Philippo in eius locum suffecto, paullatim beneuolentia militum erga imperatorem exstincta est. Ortus enim Philippus ex Arabia, gente nequissima, nec meliori ratione fortunam ad ampliorem progressus, vt primum hunc magistratum accepit, ad imperii se conuertit adfectationem: conciliansque sibi milites ad res nouas propensos, quod militares annonas abunde conuehi cerneret, Imperatore propter Carras & Nisibin adhuc cum exercitu hærente; naues, quæ cõmeatum militarem continebant, ad interiora penetrare iussit: vt fame pressus & inopia rerum necessariarum exercitus, ad seditionem se commoueret. Euentus cõsilio respondit. Milites, arrepta de penuria commeatus occasione, Gordianum, nulla decori ratione habita circumuentum, veluti cuius culpa periret exercitus, interficiunt; & PHILIPPVM ex composito purpura vestiunt. Is, sacramentis interuenientibus amicitia cum Sapore constituta, belloque sopito, Romam proficiscitur; militum animos amplis largitionibus demulcens, Romamque nuntios mittens, qui Gordianum morbo exstinctum dicerent. Vbi Romam venisset, ordinis senatorii viris oratione benigna sibi conciliatis,

† Misitheũ alii vocant, corrupte.

Philippus, XXIX

magistratus amplissimos hominibus sibi cōiunctissimis tradendos statuit. Itaq; Priscum fratrē Syriacis exercitibus præfecit, Seueriano genero Mysiæ Macedoniæque copiis creditis. Hoc modo stabili se potiturū imperio arbitratus, ipse contra *Carpos* expeditionem suscepit, qui iam Istro vicina loca populabantur. Proelio conserto, quum impressionem barbari non sustinerent; fuga quoddā ad castellum facta, obsidebantur. Vbi suos hinc inde dispersos rursus colligi cernerēt, receptis animis egressi, Romanum in exercitū irruebant. Sed quod impetum Maurorum ferre non possent, mentionem pangendi foederis iniecerunt: quibuscum Philippus eo non difficulter inito, discessit. Quū autem rerum perturbationes eodem tempore plures incidissent, orientales quidem partes tum exactionibus tributorum grauatæ, tum quod Priscus iis nationibus cum imperio præesse iussus, intolerabilis omnib. esset; ideoq; nouas ad res conuersæ, † *Tapianum* ad summā rerū prouexerunt; itidemq; Mysorū & Pānoniorum legiones *Marinum*. Ob has res conturbato Philippo, Senatumq; rogante, vel opem ad rerū præsentem statum sibi ferrent; vel, si suum eis displiceret imperium, hoc se abdicarent: nemine prorsus quidquam respondente, Decius familia dignitateq; præstans, & omni preterea virtutum genere ornatus, frustra dixit ob hæc eum trepidare. Quippe leui momēto futurum, vt per se ipsa hæc euanescerent; quod nulla possent ex parte stabilitatem aliquam habere. His Decii coniecturis, quas ex ipso rerum vsu sumserat, licet euentus reapse respondisset, Tapiano Marinoque non magno labore deturbatis: nihilo tamē minus in metu Philippus versabatur, qui odiū militum erga tribunos & duces in iis locis perspectū haberet. Itaq; Decium obsecrabat, vt earum legionum, quæ essent in Mysia Pannoniaque, imperium susciperet. Illo recusante, quod istuc neque sibi, neque Philippo expedire duceret; Thessalica, quam vocant, persuasione Philippus vsus, quæ esset cū coactione coniuncta, hominem ablegat in Pannoniā, castigaturū ibi Marini factionis complices. At illorum locorum milites, quū Decium viderent ad eos multandos venire, qui deliquerant: cōsultius sibi fore

† Papianū: al. Iotapianum.

ᾠήθη δεῖν τὰς μεγίστας τῶν ἀρχῶν τοῖς οἰκειότατα πρὸς αὐτὸν ἔχουσι παραδοῦναι. καὶ Πρῖσκον μὲν, ἀδελφὸν ὄντα, τῶν κατὰ Συρίαν προεστήσατο στρατοπέδων, Σεβηριανῷ δὲ τῷ κηδεστῇ τὰς ἐν Μυσίᾳ καὶ Μακεδονίᾳ δυνάμεις ἐπίστευσε. Τούτῳ δὲ βεβαίως ἕξειν τὴν ἀρχὴν οἰηθεὶς, αὐτὸς ἐπὶ Κάρπους ἐστράτευεν, ἤδη τὰ περὶ τὸν Ἴστρον λῃσαμένους. μάχης δὲ γενομένης, οὐκ ἐνεγκόντες οἱ βάρβαροι τὴν προσβολὴν, εἴς τι φρούριον συμφυγόντες, ἐν πολιορκίᾳ καθίσταντο. θεασάμενοι δὲ τοὺς ἐξ αὐτῶν ἄλλους ἄλλῃ διασπαρέντας, αὖθις συνειλεγμένους, ἅμα τε ἀνεθάῤῥησαν, καὶ ὑπεξελθόντες, τῷ Ῥωμαϊκῷ στρατοπέδῳ συνέπιπτον. οὐχ ὑποστάντες δὲ τὴν τῶν Μαυρουσίων ὁρμὴν, λόγους περὶ σπονδῶν ἐποιήσαντο· οἷς ὁ Φίλιππος ῥᾷον *θέλων ἀνεχώρει. Πολλῶν δὲ κατὰ τοῦτον ἐμπεσουσῶν ταραχῶν τοῖς πράγμασι, τὰ μὲν κατὰ τὴν ἑῴαν* τῇ τῶν φόρων εἰσπράξει, καὶ τῷ Πρῖσκον, ἄρχειν τῶν ἐκεῖσε καθεσταμένον ἐθνῶν, ἀφόρητον ἅπασιν εἶναι, βαρυνόμενα, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὸ νεωτερίζειν τραπέντα, *τὸν Παπιανὸν παρήγαγον εἰς τὴν τῶν ὅλων ἀρχήν· τὰ δὲ Μυσῶν *πράγματα καὶ Παιόνων, Μαρῖνον. Συνταραχθέντος δὲ ἐπὶ τούτοις Φιλίππου, καὶ δεομένου τῆς γερουσίας ἢ συλλαβέσθαι οἱ πρὸς τὰ καθεστῶτα, ἢ γοῦν, εἰ τῇ αὐτοῦ δυσαρεστοῖεν ἀρχῇ, ταύτης ἀφεῖναι· μηδενὸς δὲ τοπαράπαν *ἀποκρινομένου, Δέκιος καὶ γένει προέχων καὶ ἀξιώματι, προσέτι δὲ καὶ πάσαις διαπρέπων ταῖς ἀρεταῖς, μάτην ἔλεγεν αὐτὸν ἐπὶ τούτοις ἀγωνιᾶν· ῥᾷον γὰρ ἐν ἑαυτοῖς ταῦτα διαφθαρήσεσθαι, τὸ βέβαιον ἔχειν οὐδαμόθεν δυνάμενα. ἐκβάντων δὲ εἰς ἔργον ὧν ὁ Δέκιος ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων ἐτεκμήρατο πείρας, *τοῦ Παπιανοῦ τε καὶ Μαρίνου σὺν οὐ πολλῷ πόνῳ καθαιρεθέντων, οὐδὲν ἧττον ἐν φόβοις ὁ Φίλιππος ἦν, τὸ τῶν στρατιωτῶν μῖσος περὶ τοὺς ἐκεῖσε ταξιάρχους καὶ ἡγεμόνας εἰδώς. παρεκάλει τοίνυν τὸν Δέκιον τῶν ἐν Μυσίᾳ καὶ Παιονίᾳ ταγμάτων ἀναδέξασθαι τὴν ἀρχήν. τοῦ δὲ διὰ τὸ καὶ ἑαυτῷ καὶ Φιλίππῳ ταῦτα ἀξύμφορα ἡγεῖσθαι παραιτουμένου, τῇ Θετταλικῇ λεγομένῃ πειθανάγκῃ χρησάμενος, ἐκπέμπει κατὰ τὴν Παιονίαν αὐτὸν, σωφρονιοῦντα τοὺς ἐκεῖσε τὰ Μαρίνου φρονήσαντας. οἱ δὲ ταύτῃ στρατιῶται, τὸν Δέκιον ὁρῶντες τοῖς ἡμαρτηκόσιν ἐπεξιόντα, κάλλιον εἶναι σφίσιν

ἡγήσαντο,

ἡγήσαντο, καὶ τὸν παρὰ πόδας ἀποσείσασθαι κίνδυνον, καὶ ἅμα προστήσασθαι μόναρχον, ὃς καὶ τῶν κοινῶν ἂν ἐπιμεληθείη κρεῖττον, καὶ οὐ σὺν πόνῳ περιέσεσθαι Φιλίππου πολιτικῇ τε ἀρετῇ καὶ πολεμικῇ πείρᾳ προήκων. Περιθέντες οὖν αὐτῷ τὴν ἁλουργίδα, καὶ ἐφ' ἑαυτῷ λοιπὸν ὀρρωδοῦντα, πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων καὶ ἄκοντα συνωθοῦσι κηδεμονίαν. Φίλιππος τοίνυν, τῆς [τοῦ] Δεκίου προσαγγελθείσης ἀναρρήσεως αὐτῷ, τὰ στρατόπεδα συναγαγὼν, ἤλαυνεν ὡς ἐπιθησόμενος. οἱ δὲ σὺν τῷ Δεκίῳ, καίπερ πολλῷ πλείους εἶναι τοὺς ἐναντίους εἰδότες, ὅμως ἐθάρρουν, τῇ [τοῦ] Δεκίου πεποιθότες ἐπιστήμῃ καὶ περὶ πάντα προνοίᾳ. συμπεσόντων δὲ τῶν στρατοπέδων ἀλλήλοις, καὶ τοῦ μὲν τῷ πλήθει, τοῦ δὲ τῇ στρατηγίᾳ πλεονεκτοῦντος, ἔπεσον μὲν ἐκ τῆς Φιλίππου μερίδος πολλοί· καὶ αὐτὸς δὲ σὺν αὐτοῖς ἀναιρεῖται, καὶ τοῦ παιδὸς, ὃν ἔτυχε τῇ τοῦ καίσαρος ἀξίᾳ τιμήσας, ἀποσφαγέντος. οὕτω μὲν οὖν Δέκιος τῆς τῶν ὅλων ἀρχῆς ἐγένετο κύριος. Τῶν δὲ πραγμάτων διὰ τὴν Φιλίππου περὶ πάντα ἐκμέλειαν ταραχῆς πληρωθέντων, Σκύθαι τὸν Τάναϊν διαβάντες, ἐλῄζοντο τὰ περὶ τὴν Θρᾴκην χωρία. οἷς ἐπεξελθὼν Δέκιος, καὶ ἐν πάσαις κρατήσας ταῖς μάχαις, παρελόμενος δὲ καὶ τῆς λείας, ἣν ἔτυχον εἰληφότες, ἀποκλείειν αὐτοῖς ἐπειρᾶτο τὴν οἴκαδε ἀναχώρησιν, διαφθεῖραι πανωλεθρίᾳ διανοούμενος, ὡς ἂν μὴ καὶ αὖθις ἑαυτοὺς συναγαγόντες ἐπέλθοιεν. Γάλλον δὲ ἐπιστήσας τῇ τοῦ Τανάιδος ὄχθῃ, μετὰ δυνάμεως ἀρκούσης, αὐτὸς τοῖς λειπομένοις ἐπῄει. χωρούντων δὲ τῶν πραγμάτων αὐτῷ κατὰ νοῦν, εἰς τὸ νεωτερίζειν ὁ Γάλλος τραπεὶς, ἐπικηρυκεύεται πρὸς τοὺς βαρβάρους, κοινωνῆσαι τῆς ἐπιβουλῆς τῆς κατὰ Δεκίου παρακαλῶν. ἀσμενέστατα δὲ τὸ προσταχθὲν δεξαμένων, ὁ Γάλλος μὲν τῆς ἐπὶ τοῦ Τανάιδος ὄχθη φυλακῆς εἴχετο, οἱ δὲ βάρβαροι διελόντες αὑτοὺς τριχῇ, διέταξαν ἔν τινι τόπῳ τὴν προτέραν μοῖραν, οὗ προβέβλητο τέλμα. τοῦ Δεκίου δὲ τοὺς πολλοὺς αὐτῶν διαφθείραντος, τὸ δεύτερον ἐπεγένετο τάγμα. τραπέντος δὲ καὶ τούτου, ἐκ τοῦ τρίτου τάγματος ὀλίγοι πλησίον τοῦ τέλματος ἐπεφάνησαν. τοῦ δὲ Γάλλου διὰ τοῦ τέλματος ἐπ' αὐτοὺς ὁρμῆσαι τῷ Δεκίῳ σημήναντος, ἀγνοίᾳ τῶν τόπων ἀπερισκέπτως ἐπελθὼν, ἐμπαγείς τε ἅμα τῇ σὺν αὐτῷ δυνάμει τῷ πηλῷ, καὶ πανταχόθεν

putabant, si & periculum, quod ante pedes esset, amolirentur; & eadem opera principem summæ reipublicæ præficerent, qui eam melius gereret, & absque labore superior futurus esset; vt qui ciuili virtute pariter, & vsu militari Philippum anteiret. Igitur amictum purpura DECIVM, & sibi iam metuentem, ad procurationem rerum vel inuitum compellunt. Philippus, accepto de adpellatione Decii nuntio, coactis exercitibus, velut hostem adgressurus, in eum mouit. Qui vero stabant a Decio milites, licet ab aduersariis numero se vinci nossent; tamē Decii tam peritia, quā in omnibus rebus prouidentia freti, fidentibus animis erant. Vbi concurrissent exercitus, altero nomine multitudinis, altero ducis superiore: cōplures a Philippi partibus ceciderūt; inter quos & ipse cum filio, quē Cæsaris dignitate cohonestauerat, cæsus fuit. Hoc modo Decius summo potitus est imperio. Quia vero plenæ perturbationis res erant, ob inertem Philippi secordiam in omnibus: Scythę Tanaim transgressi, vicina Thraciæ loca prædis agendis infestabant: quos adgressus Decius, & omnibus proeliis superior, præda quoque recepta, qua potiti fuerant, quo minus domum reuerterētur, iter eis occludere conabatur, & vniuersos ad internecionem delere cogitabat, ne denuo coactis copiis irruerent. Quumque Gallum ad Tanaidis ripam, satis magnis cum copiis, collocasset; ipse cum reliquis ad hostem propius accedebat. Rebus ex animi sententia succedentibus, Gallus ad moliēdum res nouas cōuersus, ablegatis ad barbaros suis, vt in societatem insidiarum aduersus Decium venirēt, hortabatur. Illis cupidissime, quod imperatum erat, accipiētibus; Gallus quidem custodiendæ ripæ Tanaidis intentus erat; barbari vero, trifariam diuisi, quodam in loco primā aciem instructam collocabāt, quem locum palus quædam a frōte muniebat. Vbi multos ex eis Decius interemisset, legio secunda superuenit: qua ipsa quoque in fugam acta, pauci quidam ex acie tertia propter paludem conspecti sunt. Ibi quum Gallus Decio significasset, vt eos per ipsam paludem inuaderet: imprudenter, ob locorum ignorationem, progressus; & cum copiis, quas secum ducebat, in luto defixus; & a barbaris

vndiq; telis petitus, cum iis quos propter se habebat, nemine prorsus euadendi facultatem nancto, periit. Ac Decius quidem optime administrato regno, huiusmodi vitæ finem habuit. GALLVS vero, quum ad imperium peruenisset, ac VOLVSIANVM filium Augustum adpellasset, tantumque non clamaret, Decium cum exercitu suis insidiis perditum; prosperæ barbarorum res incrementum ceperunt. Non enim cum præda tantum Gallus eis, vt suos intra fines redirent, permisit: verumetiam quotannis certam pecuniæ summam dare promisit, & ex captiuis nobilissimum quemque per vim abduci passus est; quorum plerique capta Thraciæ Philippopoli, hostium in potestatem venerant. His rebus in hunc modum gestis, Romam Gallus venit, magnos ob cõstitutam cum barbaris pacem spiritus gerens. Ac initio quidem, imperii Deciani memoriam cum honore ac beneuolentia vsurpabat, & alterum ex filiis eius superstitem adoptabat: sed progressu temporis veritus, ne qui rerum nouarum studiis adsueti, regiarum in Decio virtutum memoriam aliquando suis cum animis repetentes, eius filio summam rerum traderent; mortem homini per insidias parat, nec adoptionis vlla, nec honesti ratione habita. Quum autem neglig ẽter imperium Gallus administraret, primum quidem *Scythæ* nationibus sibi finitimis turbas dabant: deinde paullatim progressi, ad ipsum vsque mare sita rapinis exhauriebant: adeo quidem, vt nulla Romanæ dicionis gens ab eis non vastata manserit: sed omnia prope dixerim opida destituta mœnibus, & iisdem munitorum magna pars, capta fuerint. Nec minus bello, quod vndique scaturiendo velut emerserat, lues etiam pestilens in opidis atque vicis subsequuta, quidquid erat humani generis reliquum, absumsit: ac numquam sane superioribus ea sæculis tantam hominum stragem ediderat. Hoc rerum statu, quum Imperatores rempublicam tueri non possent, & omnia extra Romam posita negligerent: rursus *Gotthi*, & *Borani*, & *Vrugundi*, & *Carpi*, ciuitates in Europa diripiebant; quidquid eis superabat, sibi auferẽtes.

ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἀκοντιζόμενος, μετὰ τῶν συνόντων αὐτῷ διεφθάρη, διαφυγεῖν οὐδενὸς δυνηθέντος. Δεκίῳ μὲν οὖν ἄριστα βεβασιλευκότι τέλος τοιόνδε συνέβη. Παρελθόντος δὲ εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ Γάλλου, καὶ συναναδείξαντος ἑαυτῷ τὸν παῖδα *Βολουσιανὸν βασιλέα, μόνον τε οὐχὶ βοῶντος ὡς ἐξ ἐπιβουλῆς αὐτοῦ Δέκιος μετὰ τοῦ στρατεύματος διεφθάρη, τὰ τῆς εὐημερίας τῶν βαρβάρων αὔξησιν ἐλάμβανεν. οὐ γὰρ μόνον ἐπανελθεῖν αὐτοῖς ἐς τὰ οἰκεῖα ξυνεχώρει μετὰ τῆς λείας ὁ Γάλλος, ἀλλὰ καὶ χρημάτων τι μέτρον ἔτους ἑκάστου χορηγεῖν ὑπέσχετο, καὶ τοῖς αἰχμαλώτοις, οἳ μάλιστα τῶν εὐπατριδῶν ἦσαν, ἐνεδίδου κατ' ἐξουσίαν ἀπάγειν· ὧν οἱ πλείους ἐκ τῆς ἐν Θρᾴκῃ Φιλιππουπόλεως ἁλούσης ἔτυχον εἰλημμένοι. Ταῦτα οὖν οὕτως ὁ Γάλλος διῳκηκὼς, εἰς τὴν Ῥώμην ἀφίκετο, μέγα φρονῶν ἐπὶ τεθείσῃ πρὸς τοὺς βαρβάρους εἰρήνῃ· καὶ τὴν μὲν ἀρχὴν εὐφήμως τῆς Δεκίου βασιλείας ἐμέμνητο, καὶ τὸν ἕνα περιόντα τῶν αὐτοῦ παίδων ἐποιεῖτο· χρόνου δὲ προϊόντος, εἰς δέος καταστὰς μήποτέ τινες τῶν εἰς τὰ πράγματα νεωτερίζειν εἰωθότων, εἰς μνήμην τῶν Δεκίου βασιλικῶν ἀρετῶν ἀναφέροντες, τῷ τούτου παιδὶ τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν παραδοῖεν, ἐπιβουλεύει θάνατον αὐτῷ, οὔτε τῆς ποιήσεως, οὔτε τοῦ καλῶς ἔχοντος λόγον τινὰ ποιησάμενος. Ἐκμελῶς δὲ τοῦ Γάλλου τὴν ἀρχὴν μεταχειριζομένου, Σκύθαι πρῶτοι μὲν τὰ πλησιόχωρα σφίσι συνετάραττον ἔθνη· προϊόντες δὲ ὁδῷ, καὶ τὰ μέχρι θαλάττης αὐτῆς ἐλῄζοντο· ὥστε μηδὲ ἓν ἔθνος Ῥωμαίοις ὑπήκοον ἀπόρθητον ὑπὸ τούτων καταλειφθῆναι, πᾶσαν δὲ ὡς εἰπεῖν ἀτείχιστον πόλιν, καὶ τῶν ὠχυρωμένων τείχεσι τὰς πλείους ἁλῶναι. οὐχ ἧττον δὲ τοῦ πολλαχόθεν ἐπιβρύσαντος πολέμου καὶ ὁ λοιμὸς πόλεσί τε καὶ κώμαις ἐπιγενόμενος, εἴ τι λελειμμένον ἦν ἀνθρώπειον γένος, διέφθειρεν, οὔπω πρότερον ἐν τοῖς φθάσασι χρόνοις τοσαύτην ἀνθρώπων ἀπώλειαν ἐργασάμενος. Ἐν τούτοις δὲ τῶν πραγμάτων ὄντων, καὶ τῶν κρατούντων οὐδαμῶς οἵων τε ὄντων ἀμύνειν τῷ πολιτεύματι, πάντα δὲ τὰ τῆς Ῥώμης ἔξω περιορώντων, αὖθις Γότθοι καὶ Βορανοὶ καὶ Οὐρουγοῦνδοι καὶ Κάρποι τὰς κατὰ τὴν Εὐρώπην ἐληΐζοντο πόλεις, εἴ τι περιλελειμμένον ἦν, οἰκειούμενοι.

Πέρσαι

Πέρσαι δὲ τὴν Ἀσίαν ἐπῄεσαν, τήν τε μέσην καταστρεφόμενοι τῶν ποταμῶν, καὶ ἐπὶ Συρίαν προϊόντες, ἄχρι καὶ Ἀντιοχείας αὐτῆς· ἕως εἷλον καὶ ταύτην, τῆς ἑῴας πάσης μητρόπολιν οὖσαν· καὶ τοὺς μὲν κατασφάξαντες τῶν οἰκητόρων, τοὺς δὲ αἰχμαλώτους ἀπαγαγόντες, ἅμα λείας ἀναριθμήτῳ πλήθει οἴκαδε ἀπῄεσαν, πᾶν ὁποῖον ἴδιον ἢ δημόσιον τῆς πόλεως οἰκοδόμημα διαφθείραντες, οὐδενὸς παντάπασιν ἀντιστάντος. Πέρσαις μὲν οὖν *ἐξεγένετο ῥᾳδίως τὴν Ἀσίαν κατακτήσασθαι πᾶσαν, εἰ μὴ τῇ τῶν λαφύρων ὑπερβολῇ περιχαρεῖς γεγονότες, ἀσμένως ταῦτα περισῶσαι καὶ ἀπαγαγεῖν οἴκοι διενοήθησαν. Τῶν δὲ Σκυθῶν ὅσοι ἦν τῆς Εὐρώπης ἐν ἀδείᾳ πολλῇ νεμομένων, ἤδη δὲ καὶ διαβαινόντων εἰς τὴν Ἀσίαν, καὶ τὰ μέχρι Καππαδοκίας καὶ Πεσσινοῦντος καὶ Ἐφέσου λῃσαμένων, Αἰμιλιανὸς Παιονικῶν ἡγούμενος τάξεων, ἀτόλμους ὄντας τοὺς ὑφ' ἑαυτὸν στρατιώτας ἀντιστῆναι τῇ τῶν βαρβάρων εὐημερίᾳ, παραθαρσύνας ὡς οἷός τε ἦν, καὶ τοῦ [τῶν] Ῥωμαίων ἀξιώματος ἀναμνήσας, ἐπιτίθεται τοῖς εὑρεθεῖσιν ἐκεῖσε βαρβάροις ἀπροσδοκήτως· καὶ τοὺς πολλοὺς ἀνελών, ἤδη δὲ καὶ ἐπὶ τὴν ἐκείνων γῆν τοὺς στρατιώτας διαβιβάσας, καὶ παραδόξως πᾶν τὸ προσπεσὸν διαφθείρας, παρὰ πᾶσάν τε ἐλπίδα τοὺς Ῥωμαίοις ὑπηκόους τῆς ἐκείνων μανίας ἐλευθερώσας, αἱρεῖται παρὰ τῶν τῇδε στρατιωτῶν αὐτοκράτωρ. συναγαγὼν δὲ τὰς αὐτόθι δυνάμεις, ἐκ τῆς κατὰ τῶν βαρβάρων νίκης ἐρρωμενεστέρας γεγενημένας, ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ἤλαυνεν, ἀπαρασκεύῳ τῷ Γάλλῳ βουλόμενος εἰς μάχην ἐλθεῖν. ὁ δὲ, τῶν κατὰ τὴν ἑῴαν πεπραγμένων *ἀνήκοος ὤν, αὐτὸς μὲν τοῖς παρατυχοῦσι παρεσκευάζετο· Βαλεριανὸν δὲ ἔστελλε τὰ ἐν Κελτοῖς καὶ Γερμανοῖς τάγματα οἴσοντα. μετὰ πολλοῦ δὲ τάχους Αἰμιλιανοῦ τῇ Ἰταλίᾳ προσαγαγόντος, ἐπειδὴ πλησίον ἀλλήλων γέγονε τὰ στρατεύματα, πολλῷ τὸν Γάλλον ἐλαττούμενον ταῖς δυνάμεσιν ὁρῶντες οἱ σὺν αὐτῷ, καὶ ἅμα πρὸς τὸ ἐκμελὲς καὶ ἀνειμένον τοῦ ἀνδρὸς ἀποβλέποντες, ἀναιροῦσιν αὐτὸν μετὰ τοῦ παιδός· καὶ προσχωρήσαντες Αἰμιλιανῷ, κρατύνειν ἔδοξαν αὐτῷ τὴν ἀρχήν. Βαλεριανοῦ δὲ μετὰ τῶν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις δυνάμεων ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ἐλαύνοντος, καὶ σὺν πολλῷ πλήθει τὸν Αἰμιλιανὸν καταπολεμῆσαι προθυμουμένου,

Persæ vero in Asiam pedem intulerũt, tum Mesopotamiã excidio dantes, tum in Syriam progredientes, ad ipsam vsque Antiochiam: donec & illam cepere totius oriẽtis metropolim, & incolis eius partim cæsis, partim in seruitutem abductis, infinita cum prædæ copia domum discesserunt; omnibus tam priuatis, quã publicis ciuitatis ædificiis, nullo penitus resistente, dirutis. Ac Persis quidem in procliui fuisset tota potiri Asia, si non ob immẽsam vim spoliorum lætabundi, libenter ea seruare, domumque deportare maluissent. *Scythæ* vero, quum quidquid occuparant in Europa, securi plane possiderent, & iam in Asiam quoque transgressi essent, omniaque ad Cappadociam, & Pesinuntem, & Ephesum vsque diripuissent: AIMILIANVS, legionum Pannoniæ dux, militibus suis, qui parum animi ad resistendum prosperæ barbarorum fortunæ habebãt, quanto poterat opere confirmatis, & dignitate populi Romani eis in memoriam reuocata: præter exspectationem barbaros, in iis locis repertos, adgressus est. Quumq; magnam eorum partem occidisset, milites in barbaricum transduxisset; quidquid habuisset obuium, necopinanter exitio dedisset; præter omnẽ deniq; spem, imperio Romano subiectos ipsorum furore liberasset: a militibus illis Imperator eligitur. Itaq; coactis eorum locorum copiis, quæ iam ex parta cõtra barbaros victoria confirmatiores animis erant factæ; Italiã versus mouit, cum imparato Gallo manũ conserturus. qui per orientẽ gesta quum inaudisset, iis ipse copiis, quas habebat ad manũ, semet armabat; & Valerianum, Celticas atque Germanicas legiones adlaturũ, ablegabat. Quũ magna celeritate suos Aimilianus in Italiam adduxisset, propeque se constitissent exercitus: qui cũ Gallo milites erant, amplitudine copiarũ hunc longe inferiorem esse videntes, & simul ad hominis ignauiam negligentiamque respicientes, eum cum filio necant: quorum quidem in partes Aimiliani transitione, stabilitum illius imperium videbatur. Sed Valeriano cũ transalpinis viribus in Italiã pergente, magnaq; cũ hominum multitudine alacriter Aimilianum debellare cogitante;

quod hunc sui potius militari, quam imperatorio more res adgredi cernerent, veluti non idoneum regno, de medio tollunt. VALERIANVS, de communi omnium sentẽtia summum imperium adeptus, magno studio rebus recte constituendis incumbebat. *Scythis* autem suis ex sedibus egressis, & præter hos *Marcomannis* quoque per irruptiones finitima Romano imperio loca deprædantibus, ad extremum redacta periculũ Thessalonica fuit: cuius obsidione vix magno labore soluta, fortiter hosti resistentibus iis, qui in vrbe erant; vniuersa turbis Græcia torquebatur. Athenienses, reficiendo muro studebant; cui ab eo tempore, quo dirutus a Sulla fuerat, nulla erat adhibita cura: Peloponesii, muro Isthmum obstruebãt. Publicæ vero ab omni Græcia, tutandæ caussa regionis, excubiæ habebãtur. Valerianus, animaduerso periculo, quod imperio Romano cunctis ex partibus immineret, GALLIENVM filium imperii consortem deligit: & quod vndique publicæ res infestarentur, ipse versus orientem mouet, vt *Persis* resisteret; Europæos exercitus filio tradit, cohortatus eum, cum iis vt copiis semet irruentibus vndique barbaris opponeret. Gallienus, videns *Germanicas gentes* ceteris infestiores esse, quæ adcolas Rheni Celticas nationes acrius vexarent, hanc partem sibi propugnandam ab hostibus sumit; aliis, qui per Italiam, Illyricum, Græciamque prædis agendis intenti essent, duces cum eorum locorũ exercitibus, bellum facere iussit. Ac ipse quidẽ Rheni transiectus custodiens, quantum præstare poterat, interdum transitu hostes arcet, interdum transeuntibus suos instructos obiicit. Sed quod ingenti cum multitudine, perexiguas ipse copias habens, bellum gereret, in angustum iam coactæ res ipsius erant; quum inito foedere cum quodam de gentis Germanicæ principibus, ex aliqua parte periculum minuisse visus fuit. Nam ceteros ille barbaros arcebat, quo minus continenter Rhenum transirent, & irruentibus obstabat. Ac Rheni quidem adcolarum hæc erat condicio. *Borani* vero, & *Gotthi*, & *Carpi*, & *Vrugundi*, (nationum hæc nomina, propter Istrum sedes habentium) nullam nec Italiæ, nec Illyrici par-

θεωροῦντες οἱ σὺν αὐτῷ στρατιωτικῶς μᾶλλον αὐτὸν ἢ ἀρχικῶς προσιόντα τοῖς πράγμασιν, ὡς πρὸς βασιλείαν ἀνάρμοστον ἀναιροῦσι. Παρελθὼν δὲ Βαλεριανὸς κοινῇ γνώμῃ πρὸς τὴν τῶν ὅλων ἀρχήν, σπουδὴν ἐποιεῖτο τὰ πράγματα εὖ διαθεῖναι. Σκυθῶν δὲ ἐξ ἠθῶν ἀναστάντων, καὶ Μαρκομαννῶν πρὸς τούτοις ἐξ ἐφόδου τὰ πρόσοικα τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ χωρία λεηλατούντων, εἰς ἔσχατον μὲν ἡ Θεσσαλονίκη περιέστη κινδύνου· μόλις δὲ καὶ σὺν πόνῳ πολλῷ τῆς πολιορκίας λυθείσης, τῶν ἔνδον καρτερῶς ἀντισχόντων, ταραχαῖς ἡ Ἑλλὰς ἐξητάζετο πᾶσα. καὶ Ἀθηναῖοι μὲν τοῦ τείχους ἐπεμελοῦντο, μηδεμιᾶς, ἐξότε Σύλλας τοῦτο διέφθειρεν, ἀξιωθέντος φροντίδος· Πελοποννήσιοι δὲ τὸν Ἰσθμὸν διετείχιζον. κοινὴ δὲ παρὰ πάσης φυλακὴ τῆς Ἑλλάδος ἐπ' ἀσφαλείᾳ τῆς χώρας ἐγίνετο. Συνιδὼν δὲ ὁ Βαλεριανὸς τὸν πανταχόθεν ἐπικείμενον τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ κίνδυνον, αἱρεῖται Γαλιηνὸν τὸν παῖδα τῆς ἀρχῆς κοινωνόν. ἐνοχλουμένων δὲ τῶν πραγμάτων ἁπανταχόθεν, αὐτὸς μὲν ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἤλαυνε, Πέρσαις ἀντιστησόμενος· τῷ δὲ παιδὶ τὰ ἐν τῇ Εὐρώπῃ στρατόπεδα παρεδίδου, τοῖς πανταχόθεν ἐπιοῦσι βαρβάροις μετὰ τῶν ἐκεῖσε δυνάμεων ἀντιστῆναι παρεγγυήσας. ὁρῶν δὲ ὁ Γαλιηνὸς τῶν ἄλλων ἐθνῶν ὄντα τὰ Γερμανικὰ χαλεπώτερα, σφοδρότερόν τε τοῖς περὶ τὸν Ῥῆνον οἰκοῦσι Κελτικοῖς ἔθνεσιν ἐνοχλοῦντα, τοῖς μὲν τῇδε πολεμίοις αὐτὸς ἀντετάττετο· τοῖς δὲ τὰ περὶ τὴν Ἰταλίαν καὶ τὰ ἐν Ἰλλυριοῖς καὶ τὴν Ἑλλάδα προθυμουμένοις λῄσασθαι, τοὺς στρατηγοὺς ἅμα τοῖς ἐκεῖσε στρατεύμασιν ἔταξε διαπολεμεῖν. αὐτὸς μὲν οὖν τὰς τοῦ Ῥήνου διαβάσεις φυλάττων, ὡς οἷόν τε ἦν, πῇ μὲν ἐκώλυε περαιοῦσθαι, πῇ δὲ καὶ διαβαίνουσιν ἀντετάττετο. πλήθει δὲ παμπόλλῳ μετὰ δυνάμεως ἐλάττονος πολεμῶν, ἐν ἀπόροις τε ὤν, ἔδοξεν ἐν μέρει τοῦ κινδύνου ἐλαττοῦν, σπονδὰς πρός τινα τῶν ἡγουμένων ἔθνους Γερμανικοῦ πεποιῆσθαι. τούς τε γὰρ ἄλλους βαρβάρους ἐκώλυεν οὗτος συνεχεῖς διὰ τοῦ Ῥήνου ποιεῖσθαι τὰς διαβάσεις, καὶ τοῖς ἐπιοῦσιν ἀνθίστατο. καὶ τὰ μὲν παροικοῦντα τὸν Ῥῆνον ἐν τούτοις ἦν. Βορανοὶ δὲ καὶ Γότθοι καὶ Κάρποι, καὶ Οὐρούγουνδοι, (γένη δὲ ταῦτα περὶ τὸν Ἴστρον οἰκοῦντα) μέρος οὐδὲν τῆς Ἰταλίας ἢ τῆς Ἰλλυρίδος κα-

ταλιπόντες ἀδήωτον διετέλουν, οὐδενὸς ἀνθισταμένου πάντα ἐπινεμόμενοι. Βορανοὶ δὲ καὶ τῆς εἰς τὴν Ἀσίαν διαβάσεως ἐπειρῶντο· καὶ ῥᾷόν γε κατεπράξαντο ταύτην διὰ τῶν οἰκούντων τὸν Βόσπορον, δέει μᾶλλον ἢ γνώμῃ πλοῖά τε δεδωκότων, καὶ ἡγησαμένων τῆς διαβάσεως. ἕως μὲν γὰρ βασιλεῖς αὐτοῖς ἦσαν, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεχόμενοι τὴν ἀρχήν, διά τε τὴν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν, καὶ τὸ τῆς ἐμπορείας εὐσύμβολον, καὶ τὰ παρὰ τῶν βασιλέων αὐτοῖς ἔτους ἑκάστου πεμπόμενα δῶρα, διετέλουν εἴργοντες ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διαβαίνειν βουλομένους τοὺς Σκύθας· ἐπεὶ δὲ τοῦ βασιλικοῦ γένους διαφθαρέντος ἀνάξιοί τινες καὶ ἀπερριμμένοι τῆς ἡγεμονίας κατέστησαν κύριοι, δεδιότες ἐφ' ἑαυτοῖς, τὴν διὰ τοῦ Βοσπόρου τοῖς Σκύθαις ἐπὶ τὴν Ἀσίαν δεδώκασι πάροδον, πλοίοις αὐτοὺς οἰκείοις διαβιβάσαντες, ἃ πάλιν ἀναλαβόντες, ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου. Τῶν δὲ Σκυθῶν τὰ ἐν ποσὶ πάντα λῃζομένων, οἱ μὲν τὴν παραλίαν οἰκοῦντες τοῦ Πόντου, πρὸς τὰ μεσόγεια καὶ ὀχυρώτατα ἀνεχώρουν· οἱ δὲ βάρβαροι τῇ Πιτυοῦντι πρώτῃ προσέβαλλον, τείχει τε μεγίστῳ περιβεβλημένῃ, καὶ λιμένα εὐορμότατον ἐχούσῃ. Σουκεσσιανοῦ δὲ τοῦ ἐκεῖσε στρατιωτῶν ἡγεμόνος καθεσταμένου, μετὰ τῆς οὔσης αὐτόθι δυνάμεως ἀντιστάντος, καὶ τοὺς βαρβάρους ἀποδιώξαντος, δεδιότες οἱ Σκύθαι μή ποτε *καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις φρουρίοις πυθόμενοι, καὶ συστάντες τοῖς ἐν τῇ Πιτυοῦντι στρατιώταις, πάντῃ αὐτοὺς ἀπολέσωσιν, ὅσων δεδύνηντο πλοίων ἐπιλαβόμενοι, σὺν κινδύνῳ μεγίστῳ τὰ οἰκεῖα κατέλαβον, ἐν τῷ κατὰ Πιτυοῦντα πολέμῳ πολλοὺς τῶν σφετέρων ἀποβαλόντες. Οἱ μὲν οὖν τὸν Εὔξεινον πόντον οἰκοῦντες, τῇ Σουκεσσιανοῦ στρατηγίᾳ περισωθέντες, ὡς διεξήλθομεν, οὐδέποτε τοὺς Σκύθας ἤλπιζον αὖθις περαιωθήσεσθαι, τὸν εἰρημένον μοι τρόπον ἀποκρουσθέντας. Οὐαλεριανοῦ δὲ Σουκεσσιανὸν μεταπεμψαμένου, καὶ ὕπαρχον τῆς αὐλῆς ἀναδείξαντος, καὶ σὺν αὐτῷ τὰ περὶ τὴν Ἀντιόχειαν καὶ τὸν ταύτης οἰκισμὸν οἰκονομοῦντος, αὖθις οἱ Σκύθαι πλοῖα παρὰ τῶν Βοσπορανῶν λαβόντες ἐπεραιώθησαν. κατασχόντες δὲ τὰ πλοῖα, καὶ οὐχ ὥσπερ πρότερον τοῖς Βοσπορανοῖς ἐνδόντες μετὰ τούτων ἐπανελθεῖν οἴκαδε, πλησίον τοῦ Φάσιδος ὡρμήθησαν, ἔνθα καὶ τὸ τῆς Φασιανῆς Ἀρτέμιδος ἱδρῦσθαι

tem a cõtinuis vastationibus immunem relinquebant, omnia, nemine resistente, diripientes. Et quidem *Borani* in Asiam quoque transiicere conabantur: idque per incolas Bospori sane quam facile obtinuerunt; qui metu potius, quam animi voluntate adducti, naues eis dederunt, & in transiiciendo duces fuerunt. Quam enim diu reges illi habebant, filiis in regnum paternũ succedentibus; partim propter amicitiam cum populo Romano, & commerciorum opportunitatem, partim propter ea munera, quæ ab Imperatoribus quotannis eis mittebãtur; Scythas in Asiã transiicere volentes arcere nõ desinebant. Verum postea, quam exstincto genere regio, quidam viles & abiecti principatum obtinuissent; sibimet ipsi metuentes, Scythis adeundæ per Bosporum Asiæ facultatem concesserunt, & suis eos nauibus transuexere; quibus deinde receptis, domum remearunt. Ceterum *Scythis* obuia quæque deprædantibus, qui maritima Ponti loca incolebant, ad mediterranea maximeque munita migrabant. Barbari vero Pityuntem primum adorti sunt, muro maximo circumdatam, & portum commodissimum habentem. Sed quum dux militum eius loci Successianus, cum iis copiis, quæ istic aderant, semet obiecisset, & reiectos inde barbaros abegisset: veriti Scythæ, ne huius rei fama per cetera quoque castella didita, eorum præsidiarii militibus Pityunteis adgregati, funditus ipsos delerent: quantam maximam poterant, nauigiorum nancti copiam, summo cum periculo domum reuerterunt, in hoc ad Pityuntem bello compluribus suorum amissis. Enimuero qui ad Pontum Euxinum habitabãt, Successiani ductu seruati, quemadmodum exposuimus, numquam fore sperabãt, vt rursum Scythæ transiicerent, qui iam indicato modo repulsi fuissent. Sed vbi Valerianus accessitum ad se Successianum præfectum prætorii dixisset, & cum eo res Antiochenæ ciuitatis, & instaurationẽ eius ordinaret: denuo *Scythæ*, sumtis a Bosporanis naui(bus), trãsmiserunt. Retentis autem nauigiis, nec (vt factitatum prius erat) concessa potestate Bosporanis, vt cum eis in patriam reuerterentur: propter Phasidem profecti sunt, vbi fanũ Dianæ Phasianæ, cum

Æetæ regia, collocatũ perhibẽt. Hoc fanum occupare conati, sed frustra, Pityuntem recta contendunt. Castello perfacile capto, suoque præsidio denudato, pergũt vlterius. Quumque magna copia nauigiorum abundarent, &, captiuis remigandi peritis ad nauigationem vsi, tempestatem commodam toto propemodum æstiuo tempore habuissent: Trapezuntem petierunt, vrbem amplam & populosam, quæque præter consuetos milites, aliorum infinitum prope numerum receperat. Obsidione cepta, ne per somnium quidem vrbe se potituros sperabant; quod esset ea duobus muris circumdata. Sed quum ignauia temulentiaque occupatos animaduerterent milites ne murũ quidem amplius conscendere, nec vllo tempore luxum & cõpotationes suas intermittere: arboribus, quas dudum ad hoc præparauerant, admotis muro, qua perueniri ad eum poterat; & noctu per has, aliis alios exiguo numero subsequentibus, adscendentes; vrbem capiunt, ob repentinam & improuisam hostis irruptionẽ metu perculsis præsidiariis, & per alias portas ex vrbe fuga dilapsis; ceteris ab hostibus interemptis. Vrbe hoc modo capta, ineffabilem barbari opum captiuorumq; copiam adepti sunt. Nam forte finitimi propemodum omnes in eam, veluti locum munitum, confluxerant. Templis & ædificiis dirutis, aliisque rebus, ad elegantiam magnitudinemve comparatis, & excursionibus tota regione vexata; compluribus cum nauigiis domũ discessere. Quum horum finitimi Scythæ adlatas ab eis opes conspexissent, & simile facinus audendi cupiditas eos incessisset: nauigia quidem ab eis parabantur, victibus ad eorum structuram mancipiorum opera, quæ secum habebãt, vel ceteroquin ipsis inopiæ caussa semet adiungẽtium; sed ea ratione, qua Borani fuissent vsi, minime nauigationem instituendam esse, tam longam, tam difficilem, perque vastata iam ante loca, decreuerunt: sed hiemis exspectato tempore, Ponto Euxino ad sinistram relicto, pedestribus copiis per ipsa litora, prout fieri poterat, cursim comitantibus; Istrum, Tomos, Anchialum, ad dextram

λέγουσαν ἱερὸν, καὶ τὰ τοῦ Αἰήτου βασίλεια. πειραθέντες δὲ τὸ ἱερὸν ἑλεῖν, καὶ οὐ δυνηθέντες, εὐθὺ [ἐπὶ] Πιτυοῦντος ἐχώρουν. Ἑλόντες δὲ ῥᾷστα τὸ φρούριον, καὶ τῆς ἐν αὐτῷ φυλακῆς ἐρημώσαντες, ἐχώρουν ἐς τὸ πρόσω. πλοίων δὲ πολλῶν εὐπορήσαντες, καὶ τῶν αἰχμαλώτων τοῖς ἐρέττειν ἐπισταμένοις εἰς ναυτιλίαν χρησάμενοι, γαλήνης παρὰ πάντα σχεδὸν τὸν τοῦ θέρους καιρὸν γενομένης, τῇ Τραπεζοῦντι προσέπλευσαν, πόλει μεγάλῃ καὶ πολυανθρώπῳ, καὶ πρὸς τοῖς ἐθάσι στρατιώταις μυρίων ἑτέρων δύναμιν προσλαβούσῃ. καταστάντες δὲ εἰς πολιορκίαν, κρατήσειν μὲν ἤλπιζον οὐδὲ ὄναρ τῆς πόλεως δύο τείχεσι περιειλημμένης· αἰσθανόμενοι δὲ τοὺς στρατιώτας ῥαθυμίᾳ καὶ μέθῃ κατειλημμένους, καὶ οὔτε εἰς τὸ τεῖχος λοιπὸν ἀνιόντας, οὐδένα δὲ καιρὸν τὴν τρυφὴν καὶ τὰ συμπόσια παριέντας, δένδρα πάλαι πρὸς τοῦτο εὐτρεπισθέντα προσθέντες τῷ τείχει καθ' ὃ [μὲν] βάσιμον ἦν, κατ' ὀλίγους τε διὰ τούτων νυκτὸς οὔσης ἀνάγοντες, αἱροῦσι τὴν πόλιν, τῶν μὲν στρατιωτῶν τῷ αἰφνιδίῳ καὶ ἀπροσδοκήτῳ τῆς ἐφόδου καταπλαγέντων, καὶ τοῦ ἄστεος ὑποδραμόντων δι' ἑτέρας πύλης, τῶν δὲ ἄλλων παρὰ τῶν πολεμίων ἀναιρεθέντων. τῆς δὲ πόλεως τοῦτον τὸν τρόπον ἁλούσης, γεγόνασι πλήθους ἀφάτου χρημάτων καὶ αἰχμαλώτων οἱ βάρβαροι κύριοι. πάντας γὰρ σχεδὸν τοὺς πέριξ οἰκοῦντας συνέβη κατ' αὐτὴν ὡς εἰς ὀχυρὸν χωρίον συναλισθῆναι. διαφθείραντες δὲ τά τε ἱερὰ καὶ τὰ οἰκοδομήματα, καὶ πᾶν ὅ τι πρὸς κάλλος ἢ μέγεθος ἤσκητο, καὶ προσέτι τὴν ἄλλην χώραν καταδραμόντες, ἅμα πλήθει παμπόλλων νεῶν ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου.

Τῶν δὲ ὁμορούντων Σκυθῶν θεασαμένων τὸν πλοῦτον ὃν ἐπηγάγοντο, καὶ εἰς ἐπιθυμίαν ἐλθόντων τοῦ δρᾶσαι [τὰ] παραπλήσια, πλοῖα μὲν κατεσκευάζετο, τῶν συνόντων αὐτοῖς αἰχμαλώτων, ἢ ἄλλως κατ' ἀπορίαν ἐπιμιγνυμένων, ὑπουργησάντων εἰς τὴν τούτων δημιουργίαν. τὸν αὐτὸν δὲ τοῖς Βορανοῖς τρόπον ποιήσασθαι τὸν ἔκπλουν οὐκ ἔγνωσαν, ὡς μακρὸν ὄντα καὶ δύσκολον, καὶ διὰ τόπων ἤδη πεπορθημένων· ἀναμείναντες δὲ τὸν χειμῶνα, τὸν Εὔξεινον πόντον ἐν ἀριστερᾷ καταλιπόντες, τῆς πεζῆς δυνάμεως αὐτοῖς διὰ τῶν ἠιόνων κατὰ τὸ παρεῖκον συμπαραθεούσης, Ἴστρον καὶ Τομέα καὶ Αγχίαλον κατὰ τὸ δεξιὸν παραμεί-

παραμείψαντες μέρος, ἐπὶ τὴν Φιλεατίναν ἐνέβησαν λίμνην, ἣ κατὰ δυτικὰς τροπὰς Βυζαντίου πρὸς τῷ Πόντῳ διάκειται. γνόντες δὲ τοὺς ταύτης ἁλιέας ἐν τοῖς ἕλεσι τοῖς ἐπικειμένοις τῇ λίμνῃ μετὰ τῶν ὄντων αὐτοῖς πλοίων ἀποκρυβέντας, ὁμολογίᾳ παραστησάμενοι καὶ τὴν πεζὴν δύναμιν ἐμβιβάσαντες, ἐπὶ τὴν διὰ τοῦ πορθμοῦ τοῦ μεταξὺ Βυζαντίου καὶ Χαλκηδόνος ἐχώρουν διάβασιν. οὔσης δὲ φυλακῆς ἔν τε αὐτῇ Χαλκηδόνι καὶ μέχρι τοῦ ἱεροῦ τοῦ πρὸς τῷ στόματι τοῦ Πόντου, πολλῷ τοὺς ἐπιόντας ὑπεραιρούσης, οἱ μὲν τῶν στρατιωτῶν ἀνεχώρησαν, ὑπαντῆσαι δῆθεν τῷ πεμφθέντι παρὰ βασιλέως ἡγεμόνι βουλόμενοι· οἱ δὲ, εἰς τοσοῦτον κατέστησαν δέος, ὥστε ἅμα τῇ ἀκοῇ προτροπάδην φυγεῖν. οὗ δὴ γενομένου, ἅμα τε ἐπεραιώθησαν οἱ βάρβαροι, καὶ Χαλκηδόνα μηδενὸς ἀντιστάντος ἑλόντες, χρημάτων καὶ ὅπλων καὶ ἄλλης ὅτι πλείστης ἀποσκευῆς γεγόνασιν ἐγκρατεῖς. Ἐπὶ δὲ τὴν Νικομήδειαν ἐχώρουν, μεγίστην οὖσαν καὶ εὐδαίμονα, διά τε πλοῦτον καὶ τὴν εἰς ἅπαντα εὐπορίαν, ὀνομαστοτάτην. ἐπεὶ δὲ τῆς φήμης προκαταλαβούσης ἔφθασαν οἱ ταύτης οἰκήτορες ἀποδρᾶναι μετὰ τῶν χρημάτων, ὅσαπερ οἷοί τε γεγόνασιν ἐπικομισάμενοι, τῶν μὲν εὑρεθέντων οἱ βάρβαροι τὸ πλῆθος ἐθαύμασαν, διὰ δὲ τιμῆς πάσης καὶ θεραπείας Χρυσόγονον ἦγον, τὸν ἐπὶ τὴν Νικομήδειαν αὐτοὺς ἐλθεῖν ἐκ πολλοῦ παρορμήσαντα. Ἐπιδραμόντες * δὲ Νικαίᾳ καὶ Κίῳ καὶ Ἀπαμείᾳ καὶ Προύσῃ, τὰ παραπλήσιά τε κἀν ταύταις πεποιηκότες, ἐπὶ τὴν Κύζικον ὥρμησαν. τοῦ Ῥυνδάκου δὲ ποταμοῦ πολλοῦ ῥεύσαντος ἐκ τῶν γινομένων ὄμβρων, περαιωθῆναι τοῦτον ἀδυνατήσαντες, ἀνεχώρησαν ὀπίσω· καὶ τὴν μὲν Νικομήδειαν ἐνέπρησαν, καὶ τὴν Νίκαιαν· ἁμάξαις δὲ καὶ πλοίοις ἐμβαλόντες τὰ λάφυρα, περὶ τῆς οἴκαδε ἐπανόδου διενοοῦντο, τοῦτο τῆς δευτέρας ἐφόδου ποιησάμενοι τέλος. Οὐαλεριανὸς δὲ, πυθόμενος τὰ κατὰ τὴν Βιθυνίαν, στρατηγῶν μὲν οὐδενὶ τὴν κατὰ τῶν βαρβάρων ἄμυναν ὑπὸ ἀπιστίας ἐθάρρει καταπιστεῦσαι· Φήλικα δὲ φυλάξοντα τὸ Βυζάντιον στείλας, αὐτὸς ἀπὸ τῆς Ἀντιοχείας ἄχρι Καππαδοκίας ἐχώρει, καὶ τῇ παρόδῳ μόνον ἐπιτρίψας τὰς πόλεις, ὑπέστρεψεν εἰς τοὐπίσω. λοιμοῦ δὲ τοῖς στρατοπέδοις ἐμπεσόντος, καὶ τὴν πλείω μοῖραν αὐτῶν διαφθείραντος, Σαπώρης ἐπιὼν

prætergressi, ad Phileatinam venere paludem, quę versus occidentem solstitialem Byzātii, Ponto adiacet. Cognito autem, eius lacus piscatores in adiacentibus lacui paludibus cum iis, quas haberent, nauibus abditos delitescere: interposita cautione persecerunt, vt sese sisterent: quumq; naues eorum copiis pedestribus suis onerassent, transire per id fretum nitebantur, quod Byzantio Chalcedonique interiacet. Erat non in ipsa modo Chalcedone præsidium, verumetiam ad fanum vsq; dispositū, quod est ad ostium Ponti; longeque barbaros illud aduentantes viribus superabat. Sed milites ipsi partim discessere, quasi qui occurrere duci ab Imperatore misso vellent; partim tanta trepidatione correpti fuerunt, vt ad primam rei famam citato cursu diffugerent. Quo facto, simul & transiere barbari, & Chalcedone nullo resistente capta, opibus & armis, alioque rerum adparatu copiosissimo potiti sunt. Hinc Nicomediam contenderunt, vrbem maximam & fortunatam, opibusque ac rerum omnium copia celeberrimam. Sed licet præcepta fama ciues iam ante diffugissent cum opibus suis, quas auferre secum poterant; nihilo minus barbari repertorum ab se copiam mirati, omni honore atque obseruantia Chrysogonum prosequebātur, qui iamdudum eis auctor fuerat, vt Nicomediā proficiscerentur. Quumque Nicæam, & Cium, & Apameam, & Prusam iisdem incursionibus vexassent, & in illis paria designassent; Cyzicum petiere. Verum quod Rhyndacus fluuius, ex imbribus auctus, ingentem aquarum vim volueret, transiectione frustra tentata, retro cesserunt: ac Nicomediam quidem, & Nicæam, iniectis ignibus, succenderunt: spoliis vero in plaustra nauesque coniectis, domum cogitabant, hoc impressioni secundæ fine imposito. Valerianus, intellectis iis quæ in Bithynia gererentur, ex diffidentia nemini ducum credere defensionem illius contra barbaros audebat: ac Felice misso, qui Byzantium tueretur, ipse ab Antiochia ad Cappadociam vsque progrediebatur, & transitu dumtaxat adtritis opidis, pedē referebat. Quumque pestis inuasisset exercitus, eorumque maiorem partem absumsisset: *Sapores* orientem

adgressus, exitio dabat omnia. Valerianus autem, qui propter molliciem, vitamque remissiorem, de subleuandis ad extremum prolapsis rebus desperasset, quum data pecunia bello finem imponere vellet: missos hoc nomine legatos Sapores ab se, rebus infectis, dimisit; & vt Imperator ipse de iis, quæ sibi duceret necessaria, secum in colloquium veniret, postulabat. Ille, nulla prudentia postulatis adsensus, & inconsulto cum paucis ad Saporem profectus, quasi de ineunda pace cum eo colloquuturus; ab hostibus subito comprehenditur, & ad mancipii fortunam redactus, in eadem cōdicione apud Persas viuendi finem fecit; maximo dedecore nomini Romano apud posteros relicto. Quum hic rerum per oriētem status esset, omnia velut destituta principe, confusa pariter, & indefensa iacebant. Et *Scythæ* coniunctis animis ex qualibet gente natione que sua in vnum congressi, parte quadam copiarum suarum Illyricum agebāt, ferebant; & ciuitates eiusdē vastabant; cum alia vero parte Italiam ingressi, ad ipsam vsq; Romam perrexerunt. At Gallieno transalpinis in locis hærente, Germanicisque bellis intento; Senatus, vrbem Romam in summum discrimen adductam videns, & milites, quotquot erant ad vrbem, instruxit; & arma valentioribus e plebe dedit, & hoc modo maiorem barbarico coëgit exercitum: quem hostes veriti, Romam illi quidem reliquere; sed vniuersam prope dixerim peruagando adflixerunt Italiam. Itidē quum per Illyricum res, ob Scytharum irruptionem, in extremo versarentur; & totum Romanis subiectum sic quassaretur imperium, vt ab interitu prope iam abesset: tanta pestis in ciuitatibus exorta, quanta numquam prius vllo tempore exstiterat, calamitates a barbaris illatas leuiores reddidit: lue vero correptis hoc adtulit commodi, beatos vti se ducerent, & captas vrbes, ad solitudinem plane redactas.

His rebus omnibus conturbatus Gallienus, Romam reuersus est: vt illato ab Scythis Italiæ bello remedium adferret. Quo tempore insurgentibus in eum † *Cecrope* Mauro, & *Aureolo*, & *Antonino*, & aliis pluribus; ce-

† al. Cere

τὴν ἑῴαν, ἅπαντα κατέστρεφε. Οὐαλεριανοῦ δὲ διά τι μαλακίαν καὶ βίου χαυνότητα βοηθῆσαι μὲν εἰς ἔσχατον ἐλθοῦσι τοῖς πράγμασιν ἀπογνόντος, χρημάτων δὲ δόσει καταλῦσαι τὸν πόλεμον βουλομένου· τοὺς μὲν ἐπὶ τούτῳ σταλέντας πρέσβεις ἀπράκτους ὁ Σαπώρης ἀπέπεμψεν, αὐτὸν δὲ ᾔτει τὸν βασιλέα περὶ τῶν ἀναγκαίων αὐτῷ νομιζομένων εἰς λόγους ἐλθεῖν. ὁ δὲ, σὺν οὐδεμιᾷ φρονήσει κατανεύσας τοῖς αἰτουμένοις, ἀπερισκέπτως μετ' ὀλίγων ὁρμήσας ἐπὶ Σαπώρην, ὡς δὴ περὶ σπονδῶν αὐτῷ διαλεξόμενος, ἄφνω συλλαμβάνεται παρὰ τῶν πολεμίων· καὶ ἐν αἰχμαλώτου τάξει καταστὰς, παρὰ Πέρσαις τὸν βίον ἀπέλιπε, μεγίστην αἰσχύνην ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα τῷ Ῥωμαίων ὀνόματι καταλελοιπώς.

Οὕτω δὲ τῶν ἀμφὶ τὴν ἑῴαν ἐν τούτοις, πάντα μὲν ἦν ἄναρχά τε καὶ ἀβοήθητα. Σκύθαι δὲ, ὁμογνωμονήσαντες, καὶ ἐκ παντὸς ἔθνους τε καὶ γένους εἰς ἓν συνελθόντες, τὴν τε Ἰλλυρίδα μοίρᾳ τινὶ σφῶν ἐλῄζοντο, καὶ τὰς ἐν ταύτῃ πόλεις ἐπόρθουν· μοίρᾳ δὲ ἤδη τὴν Ἰταλίαν καταλαβόντες, καὶ ἄχρι τῆς Ῥώμης ἐπῄεσαν.

Γαλιηνοῦ δὲ τοῖς ἐπέκεινα τῶν Ἄλπεων τόποις ἐγκαρτεροῦντος, καὶ Γερμανικοῖς ἀσχολουμένου πολέμοις, ἡ γερουσία τὴν Ῥώμην εἰς ἔσχατον ἐληλακυῖαν ὁρῶσα κακοῦ, τοὺς κατὰ ταύτην στρατιώτας ὁπλίσασα, δοῦσα δὲ ὅπλα καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ δήμου τοῖς ἐρρωμενεστέροις, στράτευμα πλήθει τοὺς βαρβάρους ὑπεραῖρον συνήγαγεν. ὅπερ ὀρρωδήσαντες οἱ πολέμιοι, τὴν μὲν Ῥώμην ἀπέλιπον, τὴν δὲ Ἰταλίαν πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, ἐπελθόντες ἐκάκωσαν. Εἰς ἔσχατον δὲ καὶ τῶν ἐν Ἰλλυριοῖς πραγμάτων ἐκ τῆς τῶν Σκυθῶν ἐφόδου διακειμένων, καὶ πάσης τῆς ὑπὸ Ῥωμαίους ἀρχῆς ἐς τὸ μηκέτι λοιπὸν εἶναι σαλευομένης, λοιμὸς ἐπιβρίσας ταῖς πόλεσιν, οἷος οὔπω πρότερον ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ συνέβη, τὰς μὲν ἀπὸ τῶν βαρβάρων συμφορὰς μετριωτέρας ἀπέφηνε, τοὺς δὲ τῇ νόσῳ κατειλημμένους εὐδαιμονίζειν ἑαυτοὺς ἐδίδου, καὶ τὰς ἑαλωκυίας ἤδη πόλεις, ἀνδρῶν παντάπασι γενομένας ἐρήμους. Ἐπὶ πᾶσι τούτοις ὁ Γαλλιηνὸς συνταραχθεὶς, εἰς τὴν Ῥώμην ἐπανῄει, τὸν ὑπὸ Σκυθῶν ἐπαχθέντα τῇ Ἰταλίᾳ πόλεμον διαθήσων. ἐν τούτῳ δὲ ἐπαναστάντων αὐτῷ Κέκροπός τε τοῦ Μαυρουσίου καὶ Αὐρεόλου, καὶ Ἀντωνίνου, καὶ ἑτέρων πλειόνων, οἱ μὲν

δῆλοι γε-

φερομένων ἀποκρίσεων μηνυτὴς τεταγμένος. τούτῳ πταίσματός τινος ἕνεκεν ὁ βασιλεὺς ἀπειλήσας, ἐς φόβον κατέστησε. καὶ δεδιὼς μὴ ταῖς ἀπειλαῖς ἔργον ἐπιτεθείη, τῶν δορυφόρων τισὶν, οὓς μάλιστα τολμηροτάτους ᾔδει, κοινολογεῖται· καὶ γράμματα δείξας ἅπερ ἦν εἰς τύπον τῶν βασιλέως γραμμάτων αὐτὸς μιμησάμενος, (ἐκ πολλοῦ γάρ οἱ τὰ τῆς μιμήσεως *ἐκμεμελέτητο) πείθει θάνατον ὑφορωμένους, (τοῦτο γὰρ ἦν ἐκ τῶν γραμμάτων τεκμήρασθαι) πρὸς τὴν κατὰ τοῦ βασιλέως ὁρμῆσαι σφαγήν. ἐπιτηρήσαντες οὖν αὐτὸν ἐξιόντα τῆς πόλεως δίχα τῆς ἀρκούσης φυλακῆς, ἐπελαύνουσι· καὶ πάντες ἐπαγαγόντες τὰ ξίφη, διώλεσαν. αὐτὸς μὲν οὖν ἐτάφη μεγαλοπρεπῶς αὐτόθι παρὰ τοῦ στρατοπέδου, τῶν ἔργων ἕνεκα καὶ τῶν κινδύνων, οὓς ὑπὲρ τῶν κοινῶν *ἀπεδείξατο πραγμάτων. Τακίτου δὲ τῆς Ῥώμης ἀναδεξαμένου βασιλείαν, καὶ τὴν ἀρχὴν ἔχοντος, Σκύθαι διὰ τῆς Μαιώτιδος λίμνης περαιωθέντες, διὰ τοῦ Πόντου τὰ μέχρι Κιλικίας ἐπέδραμον. οἷς ἐπεξελθὼν Τάκιτος, τοὺς μὲν αὐτὸς καταπολεμήσας ἐξέβαλε, τοὺς δὲ Φλωριανῷ προβεβλημένῳ τῆς αὐλῆς ὑπάρχῳ παραδοὺς, ἐπὶ τὴν Εὐρώπην ἐξώρμησεν. ἔνθα δὴ καὶ εἰς ἐπιβουλὴν ἐμπεσὼν, ἐξ αἰτίας ἀναιρεῖται τοιᾶσδε. Μαξιμίνῳ γένει προσήκοντι, τῆς Συρίας ἀρχὴν παραδέδωκεν. οὗτος τοῖς ἐν τέλει τραχύτατα προσφερόμενος, εἰς φθόνον ἅμα καὶ φόβον κατέστησε. τεκόντων δὲ τούτων μῖσος, τὸ λειπόμενον εἰς ἐπιβουλὴν ἐτελεύτησεν. ἧς κοινωνοὺς ποιησάμενοι τοὺς Αὐρηλιανὸν ἀνελόντας, αὐτῷ μὲν ἐπιθέμενοι Μαξιμίνῳ, κατέσφαξαν· διώξαντες δὲ ἀναζευγνύντα Τάκιτον, ἀναιροῦσιν. Ἐντεῦθεν εἰς ἐμφύλιον κατέστη τὰ πράγματα ταραχήν· τῶν μὲν κατὰ τὴν ἑῴαν, βασιλέα Πρόβον ἑλομένων· τῶν δὲ κατὰ τὴν Ῥώμην, Φλωριανόν. καὶ Πρόβος μὲν εἶχε Συρίαν καὶ Φοινίκην καὶ Παλαιστίνην καὶ τὴν Αἴγυπτον ἅπασαν· τὰ δὲ ἀπὸ Κιλικίας μέχρις Ἰταλίας, Φλωριανός· ὑπήκουον δὲ αὐτῷ καὶ τὰ ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνη, Γαλάται καὶ Ἴβηρες, ἅμα τῇ Βρεττανικῇ νήσῳ· καὶ προσέτι γε ἅπασα Λιβύη, καὶ τὰ Μαυρούσια φῦλα. Παρεσκευασμένων δὲ εἰς πόλεμον ἀμφοτέρων, εἰς τὴν Ταρσὸν ὁ Φλωριανὸς ἀφικόμενος, *αὐτῇ στρατοπεδεύειν ἔγνωκε, τὴν κατὰ τῶν ἐν τῷ Βοσπόρῳ Σκυθῶν νίκην ἡμιτελῆ καταλελοιπώς· ταύτῃ τε καὶ τοῖς ἐγκεκλεισμένοις *ἐνδοὺς τὰ οἰκεῖα καταλαβεῖν. τρίβοντος δὲ Πρόβου τὸν πόλεμον, οἷα καὶ ἐξ

ἐλάττονος

ἔλαττον πολλῷ δυνάμεως αὐτὸν ἀναδεξαμένου, κατὰ τὴν Ταρσὸν ἐν τῷ θέρει γινομένου καύματος, ἀηθήσαντες οἱ Φλωριανῷ συντεταγμένοι, διὰ τὸ ἐκ τῆς Εὐρώπης τὸ πλέον τοῦ στρατεύματος εἶναι, νόσῳ δεινῇ περιπίπτουσιν. ὅπερ μαθὼν ὁ Πρόβος, εἰς καιρὸν ἐπιθέσθαι διέγνω. τῶν δὲ Φλωριανοῦ στρατιωτῶν καὶ παρὰ δύναμιν ἐπεξελθόντων, ἐγίνοντο μὲν ἀκροβολισμοὶ περὶ τῆς πόλεως· ἔργου δὲ οὐδενὸς ἀφηγήσεως ἀξίου πραχθέντος, ἀλλ' ἀποστάντων ἀλλήλων τῶν στρατοπέδων, ἐλθόντες μετὰ ταῦτα τινὲς τῶν ἅμα Πρόβῳ στρατευομένων, παραλύουσι Φλωριανὸν τῆς ἀρχῆς. οὗ γενομένου χρόνον μὲν ἐφυλάχθη τινά· τῶν δὲ περὶ αὐτὸν οὐ κατὰ τὴν Πρόβου προαίρεσιν τοῦτο γεγενῆσθαι λεγόντων, ἀναλαβὼν τὴν ἁλουργίδα Φλωριανὸς αὖθις ὑπέχετο· μέχρις ἐπανελθόντες οἱ τὰ Πρόβῳ τὴν ἀλήθειαν περὶ τούτου δοκοῦντα μηνύοντες, ἀναιρεθῆναι παρὰ τῶν οἰκείων Φλωριανὸν πεποιήκασι. Περιστάσης δὲ τῆς βασιλείας εἰς Πρόβον, ἐλαύνων ἐπὶ τὰ πρόσω, προοίμιον ἐποιήσατο τῶν ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ πράξεων ἔργον ἐπαινετόν. παρὰ γὰρ τῶν ἀνελόντων Αὐρηλιανὸν καὶ ἐπιθεμένων Ταχίτῳ, δίκην ἔγνω λαβεῖν· ἀλλὰ προφανῶς μὲν οὐ πράττει τὸ βουληθὲν, δέει τοῦ μὴ [τινὰ] ταραχὴν ἐκ τούτου συμβῆναι· λόχον δὲ στήσας ἀνδρῶν, οἷς τοῦτο τεθαρρηκὼς ἔτυχεν, ἐφ' ἑστίασιν τοὺς φονέας ἐκάλει. τῶν δὲ συνελθόντων, ἐλπίδι τοῦ βασιλικῇ κοινωνῆσαι τραπέζῃ, πρός τι τῶν ὑπερῴων ἀναχωρήσας ὁ Πρόβος, ἐξ οὗ τὸ γινόμενον ἄποπτον ἦν, σύνθημα τοῖς ἐπιτεταγμένοις τὸ δρᾶμα ἐδίδου. τῶν δὲ τοῖς συνεληλυθόσιν ἀφράκτοις οὖσιν ἐπιθεμένων, ἅπαντας πλὴν ἑνὸς κατέσφαξαν. ὃν μετ' οὐ πολὺ συλλαβὼν, ὡς αἴτιον σφίσι κινδύνου γεγονότα, παραδίδωσι ζῶντα τῷ πυρί. Ταῦτα διαπραξαμένῳ τῷ Πρόβῳ Σατουρνῖνος γένος Μαυρούσιος, ἐπιτήδειος ὢν ἐς τὰ μάλιστα τῷ βασιλεῖ, διὰ τοῦτό τε καὶ τὴν Συρίας ἀρχὴν ἐπιτετραμμένος, τῆς βασιλέως ἀποστὰς πίστεως, εἰς ἐπαναστάσεως ἔννοιαν ἦλθεν. ὅπερ ἀκούσαντι τῷ Πρόβῳ, καὶ διανοουμένῳ τὸ ἐγχείρημα μετελθεῖν, ἔφθησαν οἱ κατὰ τὴν ἑῴαν στρατιῶται συγκαταοβέσαντες τῇ τυραννίδι τὸν ἄνθρωπον. Ἔπαυσε καὶ ἄλλην ἐπανάστασιν ἐν τῇ Βρεττανίᾳ μελετηθεῖσαν, διὰ Βικτωρίνου Μαυρουσίου τὸ γένος. ᾧπερ πεισθεὶς, ἔτυχε τὸν ἐπαναστάντα τῆς Βρεττανίας ἄρχοντα προστησάμενος. καλέσας γὰρ τὸν Βικτωρῖνον πρὸς ἑαυτὸν, καὶ ἐπὶ τῇ συμβουλῇ

longe minoribus illud viribus susceperat; quũ in æstate ad Tarsum æstus exsisteret, qui erant a partibus Floriani milites, caloris insueti, quod maior esset illius exercitus pars ex Europa, grauem in morbum incidebant. Quo cognito, in tempore Probus tentandum hostẽ statuit. Floriani vero militibus etiam vltra vires egressis, velitationes quidem ante vrbem fiebãt: sed quod nihil dignum commemoratione gestum fuisset, diremtis a se inuicem exercitibus, accessere deinceps quidam, qui Probo militabant, & imperium Floriano abrogarunt. Quo facto, ad tẽpus aliquod custoditus fuit. Sed quum sui dicerent, non hoc de Probi factum sententia, purpurã Florianus iterum sumsit: donec reuersi, qui significarent, quid reapse Probus de ipso statueret, a suis Florianum interfici curarunt. Probus imperio potitus, dũ mouet vlterius, exordium actionum pro republica suarũ dedit, facinus sane laudabile. Nã de iis qui Aurelianũ occiderant, & Tacito manus intulerãt, supplicium sumere decreuit. Non tamen id palam molitur, quod deliberauerat; metuẽs, ne quid ea res turbę daret: sed quodam alicubi cuneo militum cõstituto, quorum fidei rem commiserat, ad epulum cædis auctores inuitat. Posteaquam hac illi spe conuenissent, vt mensæ Imperatoris adhiberentur: in pergulã quãdam secessit Probus, de qua conspici res peragenda posset; ac signum facinori perpetrando destinatis dedit. Hi vero inermes eos adorti, qui conuenerant; omnes, excepto dumtaxat vno, iugularunt: quem nõ multo post comprehẽsum, veluti qui periculum eis creasset, viuum igni tradidit. His a Probo peractis, *Saturninus* natione Maurus, Imperatori maxime familiaris, & cui propter hãc ipsam caussam administratio Syriæ credita fuerat, ab Imperatoris fide discessit, & de rebellione cogitare cepit. Quod vbi Prob⁹ audisset, de conatu castigando cogitantem oriẽtales anteuertere milites, rebellione cũ ipso Saturnino exstincta. Sopiuit & aliam seditionem, in Britannia cõcitatam, per *Victorinum*, natione Maurum; cuius suasu perduellem istum Britanniæ præsidem fecerat. Nam quum ad se Victorinum arcessiuisset, eumq; de consilio dato

reprehendisset; delictum illud correcturum ablegat. Victorinus in Britanniam statim profectus, sollerti commento perduellem interficit. His ita gestis, vt diximus, etiam victoriis Probus aduersus barbaros potit' est, duobus bellis confectis; quorum alteri ipsemet interfuit, alteri ducē prę fecit. Et quoniam ciuitatibus Germanicis, quæ a vicinis Rheno barbaris infestabantur, necessario subueniendum erat: Rhenum versus ipsemet cum copijs mouit. Occepto bello, quum fames in omnibus ijs locis ingruisset: immensus imber delapsus, vna cum guttis frumentum quoque detulit; adeo quidem, vt eius acerui quibusdam in locis, per se structi, exstiterint. Omnibus ad rem nouam & incredibilē obstupefactis, initio quidem adtingere frumentum, eoq; famis vti remedio non audebant: sed quum necessitas omni sit metu valētior, panibus inde coctis vescentes, simul & famem pepulerunt; & Imperatoris fortuna, nullo prope negotio, superiores eo bello discesserunt. Alia quoq; bella leui labore cōfecit. Acres etiam pugnas commisit, primum cōtra Logiones, nationem Germanicam: quos quum vicisset, ac ducem eorum Semnonem, cum filio, viuum in potestatem redegisset; supplices factos in fidem recepit: & captiuis, omniq; prędā recuperata, quam habebant; certa quædam stipulatos dimisit, ipso quoque, cum filio, Semnone reddito. Alterum contra Francos proelium pugnauit: quibus opera ducum strenue victis, ipse cum Burgundorum Vandilorumq; copiis dimicauit. Quumq; militum numero suum deminui videret exercitum, partem quamdam ab hostibus auellere cogitabat, & cum ea proelio decernere. qua in re cōsilio Imperatoris fortuna non defuit. Quippe quod exercitus ambo fluminis vtramq; ripam occupassent, barbaros in aduersa ripa castra metatos ad pugnā Romani prouocabāt. Hac illi re quasi per iracundiam perciti, quotquot sane poterant, transiiciebant; signisq; collatis barbari partim cædebātur, partim viui Romanorum in potestatem veniebant. Reliqui, quum pacem ea lege petiissent, vt prædam cum captiuis, quos habebant, redderent: impetrato, quod postulauerant, non omnia restituerunt. Quamobrem indignatus Imperator, discedentes adortus, merito supplicio multauit; ipsis trucidatis, & †Igillo duce capto. Quotquot autem viuos in pote-

†al. Ingillo

μεμψάμενος, τὸ πλημμέλημα ἐπανορθώσοντα πέμπει. ὁ δὲ, ἐπὶ τὴν Βρεττανίαν εὐθὺς ἐξορμήσας, περινοίᾳ οὐκ ἀφανεῖ τὸν τύραννον ἀναιρεῖ. Ταῦτα δὲ διαθεὶς τὸν εἰρημένον μοι τρόπον, καὶ κατὰ τῶν βαρβάρων ἀνεδήσατο νίκας, δύο πολέμοις ἀγωνισάμενος· καὶ τῷ μὲν αὐτὸς παραγεγονὼς, τῷ δὲ ἑτέρῳ στρατηγὸν παραστησάμενος. ἐπεὶ δὲ ταῖς ἐν Γερμανίᾳ πόλεσιν ἐνοχλουμέναις ἐκ τῶν περὶ τὸν Ῥῆνον βαρβάρων ἠναγκάζετο βοηθεῖν, αὐτὸς μὲν ὡς ἐπὶ τὸν Ῥῆνον ἤλαυνεν· ἐνισταμένου δὲ τοῦ πολέμου, καὶ λιμοῦ πᾶσι τοῖς αὐτόθι τόποις ἐνσκήψαντος, ἄπλετος ὄμβρος καταρραγεὶς συγκατήγαγε ταῖς ψακάσι καὶ σῖτον· ὥστε καὶ σωρεὺς αὐτομάτως ἐν τόποις τισὶ συντεθῆναι. πάντων δὲ ἐπὶ τῷ παραδόξῳ καταπλαγέντων, τὸ μὲν πρῶτον ἅψασθαι, καὶ τούτῳ θεραπεῦσαι τὸν λιμὸν οὐκ ἐθάρρουν· ἐπεὶ δὲ παντὸς δέους ἡ ἀνάγκη καρτερωτέρα, πέψαντες ἄρτους καὶ μεταλαβόντες, ἅμα καὶ τὸν λιμὸν ἀπεσείσαντο, καὶ τοῦ πολέμου ῥᾷστα τῇ τοῦ βασιλέως περιγεγόνασι τύχῃ. Κατώρθωσε δὲ καὶ ἄλλους πολέμους οὐ σὺν πόνῳ πολλῷ. μάχας δὲ καρτερὰς ἠγωνίσατο, πρότερον μὲν πρὸς Λογίωνας, ἔθνος Γερμανικόν· οὓς καταγωνισάμενος, καὶ Σέμνωνα ζωγρήσας ἅμα τῷ παιδὶ τὸν τούτων ἡγούμενον, ἱκέτας ἐδέξατο, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους καὶ τὴν λείαν πᾶσαν, ἣν εἶχον, ἀναλαβὼν, ἐπὶ ῥηταῖς ὁμολογίαις ἠφίει, καὶ αὐτὸν Σέμνωνα μετὰ τοῦ παιδὸς ἀπέδωκε. Καὶ δευτέρα γέγονεν αὐτῷ μάχη πρὸς Φράγγους· οὓς διὰ τῶν στρατηγῶν κατὰ κράτος νενικηκὼς, αὐτὸς Βουργούνδοις καὶ Βανδίλοις ἐμάχετο. πλήθει δὲ τὴν οἰκείαν δύναμιν ἐλαττουμένην ὁρῶν, μερίδα τινὰ παρασπάσασθαι τῶν πολεμίων διενοεῖτο, καὶ ταύτῃ διαμάχεσθαι. καί πως συνέδραμε τῇ γνώμῃ τοῦ βασιλέως ἡ τύχη. τῶν γὰρ στρατοπέδων ὄντων παρ' ἑκάτερα ποταμοῦ, εἰς μάχην τοὺς πέραν βαρβάρους οἱ Ῥωμαῖοι προεκαλοῦντο. οἱ δὲ, ἐπὶ τούτῳ παροξυνθέντες, ὅσοι περ οἷοί τε ἦσαν, ἐπεραιοῦντο. καὶ συμπεσόντων σφίσι τῶν στρατοπέδων, οἱ μὲν ἀπεσφάττοντο τῶν βαρβάρων, οἱ δὲ καὶ ζῶντες ὑπὸ τοὺς Ῥωμαίους γεγόνασι. τῶν δὲ λειπομένων σπονδὰς αἰτησάντων, ἐφ' ᾧτε καὶ τὴν λείαν καὶ τοὺς αἰχμαλώτους, οὓς ἔτυχον ἔχοντες, ἀποδοῦναι, τυχόντες τῆς αἰτήσεως, οὐ πάντα ἀπέδοσαν. πρὸς ὃ βασιλεὺς ἀγανακτήσας, ἀναχωροῦσιν αὐτοῖς ἐπιθέμενος, ἀξίαν ἐπέθηκε δίκην, αὐτούς τε ἀποσφάξας, καὶ τὸν ἡγούμενον Ἴγιλλον ζωγρείᾳ ἑλών. ὅσους δὲ ζῶντας οἷός τε

γέγονεν

ζωγρήσας ἔλαβε, εἰς Βρεττανίαν παρέπεμψεν· οἳ τὴν νῆσον οἰκήσαντες, ἐπαναστάντος μετὰ ταῦτά τινος, γεγόνασι βασιλεῖ χρήσιμοι. Τούτων οὕτω περὶ τὸν Ῥῆνον αὐτῷ διαπολεμηθέντων, ἄξιον μηδὲ τὰ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον Ἰσαύροις πεπραγμένα παραδραμεῖν. Λύδιος, ὁ γένος Ἴσαυρος, ἐντεθραμμένος τῇ συνήθει λῃστείᾳ, στῖφος ὅμοιον ἑαυτῷ περιποιησάμενος, τὴν Παμφυλίαν ἅπασαν καὶ Λυκίαν ἐπῄει. συνελθόντων δὲ στρατιωτῶν ἐπὶ τῇ τῶν λῃστῶν καταλήψει, πρὸς Ῥωμαϊκὸν στρατόπεδον οὐχ οἷός τε ὢν ἀντιτάττεσθαι, Κρῆμναν καταλαμβάνει, πόλιν οὖσαν Λυκίας, ἐν ἀποκρήμνῳ τε κειμένην, καὶ κατὰ μέρος χαράδραις βαθυτάταις ὠχυρωμένην· ἐν ταύτῃ πολλοὺς ὡς ἐν ἀσφαλεῖ καὶ τειχήρει καταφυγόντας εὑρών. ἐπεὶ δὲ τοὺς Ῥωμαίους εἶδεν ἐγκειμένους τῇ πολιορκίᾳ, καὶ τὴν ἐν ταύτῃ τριβὴν γενναίως ὑφισταμένους, τὰ οἰκοδομήματα καθελών, ἀρόσιμον ἐποίησε τὴν γῆν σπείρων τε σῖτον, παρεσκεύαζε τοῖς ἐν τῇ πόλει δαπάνην. Ὁρῶν δὲ τὸ πλῆθος πολλῆς δεόμενον χορηγίας, τὴν ἄχρηστον ἡλικίαν, ἄρρενά τε καὶ θήλεα, ἠφίει, τῆς πόλεως ἐκβαλών· ἐπεὶ δὲ οἱ πολέμιοι τὸ Λυδίου βούλευμα προειδόμενοι, τοὺς ἐκβληθέντας αὖθις ἐπὶ τὴν πόλιν ἰέναι συνήλαυνον, ἐμβαλὼν εἰς τὰς περὶ τὴν πόλιν χαράδρας, διέφθειρεν. ὄρυγμα δέ τι, χρῆμα θαυμάσιον, ἀπὸ τῆς πόλεως ἐπὶ τὰ ἐκτὸς διορύξας, καὶ μέχρι τῶν ἐπέκεινα τοῦ πολεμίου στρατοπέδου τόπων ἐκτείνας, ἐξέπεμπε διὰ τούτου τινὰς ἐκ τῆς πόλεως ἐφ' ἁρπαγῇ θρεμμάτων καὶ ἄλλης τροφῆς· ἐκ τούτου τε χορηγία ἐν μέρει τοῖς πολιορκουμένοις εὐπόρει· μέχρις οἱ πολέμιοι τοῦτο, γυναικὸς αὐτοῖς μηνυσάσης, ἐξεῦρον. ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ἀπεῖπεν ὁ Λύδιος, ἀλλ' οἴνου μὲν κατὰ βραχὺ τοὺς αὐτῷ συνόντας ἀπέστησε, καὶ σῖτον ἐμέτρει τοῦ συνήθους ἐλάττονα. τῶν δὲ σιτίων καὶ οὕτως ἐκλειπόντων, εἰς ἀνάγκην κατέστη τοῦ πάντας ἀπολέσαι τοὺς ἐν τῇ πόλει, πλὴν ἀνδρῶν αὐτῷ τε ἐπιτηδείων, καὶ πρὸς φυλακὴν ἀρκεῖν δοκούντων. κατέσχε δὲ καὶ [τὰς] γυναῖκας, ἃς ἐπὶ τῇ τῆς φύσεως ἀναγκαίᾳ χρείᾳ κοινὰς εἶναι πεποίηκε πᾶσιν. Ἐπεὶ δὲ πρὸς πάντα κίνδυνον ἐγνώκει διαπαλαῖσαι, συμβαίνει τι μετὰ πάντα ταῦτα τοιοῦτον. συνῆν τις αὐτῷ μηχανάς τε κατασκευάζειν εἰδώς, καὶ ἐκ μηχανῶν εὐστόχως ἀφιέναι βέλη δυνάμενος· ὥστε ὁσάκις ἐνεκελεύσατο ὁ Λύδιος αὐτῷ κατά τινος τῶν πολεμίων ἀφιέναι βέ-

statem redigere potuerat, in Britanniam misit: qui sedes ea in insula nancti, quum deinde seditionē aliquis molitus esset, vtiles Imperatori fuerunt. His ita propter Rhenum ab eo debellatis, operæ pretium fuerit, ne illa quidem silentio præteriri, quæ id temporis *Isauri* patrarūt. *Lydius* quidam, natione Isaurus, consueto latrocinio innutritus, agmine sibi simili comparato, totam Pamphyliam atq; Lyciam inuadebat. Quum autem milites, ad capiēdos latrones, coiuissent: Lydius, qui exercitui Romano se non posset opponere, Cremnam occupauit, oppidum Lyciæ, situm in loco prærupto, & ex parte vallib. profundissimis munitum: cōpluribus in ea repertis, qui huc velut ad tutum, murisq; clausum opidum, confugerant. Posteaquam vero Romanos intentos obsidioni, moram eius fortiter ferre conspexit: ædificiis dirutis, solum arabile reddidit: & frumentum serens, iis, qui erāt in opido, victum parabat. Sed quod eam multitudinē suppeditatione copiosa videret egere, quidquid erat ætatis inutilis, tam mares, quam feminas, eiectos opido dimisit. Quum hostes preuiso Lydii consilio, rursus eiectos in opidum ire cogerent: in ambientes opidum valles præcipitatos perdidit. Meatu autem operis admirandi ab opido versus exteriora ducto, & perfodiendo vltra hostium castra porrecto; per eum ex opido quosdam emittebat, qui pecora, ceteraq; alimenta raperent. Atque hinc commeatus obsessis ex parte satis copiosus suppetebat; donec id hostes mulieris indicio deprehēderunt. Verum ne sic quidem animum despōdit Lydius; sed vinū paullatim suis ademit, & frumenti eis solito minus admetiebatur. At hoc etiam modo deficientibus alimētis, ad eam necessitatem redactus est, vt omnes, quotquot erant in opido, perderet; exceptis idoneis sibi viris, & qui ad opidi præsidium sufficere viderentur. Retinuit & mulieres nonnullas: quas ad vsum naturæ necessarium communes omnibus esse iussit. Quumque luctari constanter aduersus periculum quoduis constituisset, post istæc omnia tale quiddam accidit. Erat cum eo quidam, qui & machinas conficere nouerat, & machinis emittere tela singulari cum dexteritate poterat: adeo quidem, vt quoties Lydius aduersus aliquē ex hostibus telum emittere

iuberet, a scopo non aberraret. Huic ergo quum imperasset, vt quemdam ex aduersariis vulneraret, isque telo emisso, vel casu aberrasset fortuito, vel data opera: veste nudatum flagris misere cecidit, mortẽ prӕterea comminatus. Ille, tum propter verbera succensens, tum minis territus; oblata vsus occasione, semet ex opido subducit. Quum quosdam in milites e castris incidisset, & quidquid egisset, ac perpessus esset, iis exposuisset: quamdam in muro fenestram ostendit, per quam Lydius, quidquid in castris gereretur, speculari consueuerat. Per eam more suo prospectantem, telo se petiturum pollicetur. Ob hanc caussam, quum dux eius expeditionis hominem ad se recepisset; constituta machina, nonnullisq; collocatis ante se, per quos occultaretur, ne ab hostibus conspici posset; Lydium per foramen illud prospectantem intuitus, emisso telo, vulnere letali percutit. Ille, quum etiam post acceptum vulnus in quosdam ex suis crudeliter desӕuiisset, ac iureiurando superstites obstrinxisset, obsidioni nullo modo cessuros; vix tandem exspirauit. Qui erant in opido, non ferentes amplius obsidionem, exercitui se dediderunt. Atque hunc finem latronum illud agmen habuit. Quum autem & *Ptolemais*, in Thebaide sita, defecisset ab Imperatore, bellumque perexiguum ad tempus duraturum suscepisset: tam ipsam, quam socios beli *Blemmyas* Probus opera ducum suorum ad deditionem compulit. *Basternas*, gentem Scythicam, quӕ illi se subiecit, admittẽs in Thracia, concessis agris collocauit. Hi deinceps secundum leges & instituta Romanorum perpetuo vixerunt.

Itidem quum *Franci* ad Imperatorem accessissent, & ab eo sedes obtinuissent: pars eorum quӕdam defectionem molita, magnamq; nauium copiam nancta, totam Grӕciam conturbauit. In Siciliam quoque delata, & vrbẽ Syracusanam adorta, magnam in ea cӕdem edidit. Tamdem quum & in Africam adpulisset, ac reiecta fuisset, adductis Karthagine copiis: nihilo minus domum redire, nullum passa detrimentum, potuit. Hoc quoq; Probo imperãte contigit. *Gladiatores* numero ad octoginta, conspiratione facta, custodibusq; suis interemtis, in vrbem progressi, quidquid offerretur, diripiebant: quum multi, ceu fieri solet, eis se permiscuissent. Verum & illos Im-

λος, μὴ διαμαρτεῖν τοῦ σκοποῦ. τούτῳ τοίνυν ἐπιτάξας βαλεῖν τινὰ τῶν ἐναντίων, ἐπειδὴ διήμαρτε βέλος ἐκπέμψας ἢ ἐκ τύχης ἢ ἐκ προνοίας, γυμνώσας τῆς ἐσθῆτος ἐσχάτως ἐμαστίγωσε, προσαπειλήσας καὶ θάνατον. ὁ δὲ, καὶ ἐπὶ ταῖς βασάνοις ἀγανακτῶν, καὶ ἐπὶ ταῖς ἀπειλαῖς δεδιὼς, καιροῦ δοθέντος ὑπεξάγει τῆς πόλεως ἑαυτόν. ἐντυχὼν δὲ τοῖς ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου, καὶ ὅσα πέπραχέ τε καὶ ἔπαθε πρὸς τούτοις ἐκφήνας, ἐπεδείξεν οὖσαν ἐν τῷ τείχει θυρίδα, δι' ἧς εἰώθει Λύδιος κατασκοπεῖν τὰ ἐν τῷ στρατοπέδῳ γινόμενα· ταύτης τε προκύπτοντα κατὰ τὸ σύνηθες ὑπισχνεῖτο τοξεύσειν. ἀποδεξαμένου δὲ αὐτὸν ἐπὶ τούτῳ τοῦ τῆς στρατείας ἡγουμένου, στήσας μηχανὴν, προστησάμενός τε τοὺς αὐτὸν ἀποκρύπτοντας, ὡς ἂν μὴ παρὰ τῶν ἐναντίων ὁρῷτο, προκύπτοντα τῆς ὀπῆς τὸν Λύδιον θεασάμενος, καὶ τὸ βέλος ἀφιεὶς, πλήττει καιρίαν. ὁ δὲ, πράξας καὶ μετὰ τὴν πληγὴν εἴς τινας τῶν συνόντων αὐτῷ τὰ αἴσχιστα, καὶ τοὺς λελειμμένους ὅρκοις ἐπαγαγὼν περὶ τοῦ μὴ ἐνδοῦναι τῇ πολιορκίᾳ καθάπαξ, μόλις ἐξέλιπεν. οἱ δὲ κατὰ τὴν πόλιν, οὐκ ἐνεγκόντες ἔτι τὴν πολιορκίαν, ἐξέδοσαν ἑαυτοὺς τῷ στρατοπέδῳ. καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τὸ λῃστικὸν τέλος ἐδέξατο. Τῆς δὲ κατὰ Θηβαΐδα Πτολεμαΐδος ἀποστάσης βασιλέως, πόλεμον δὲ προσκαταθεῖσα ἐπὶ χρόνον βραχὺν ἀραμένης, αὐτήν τε καὶ τοὺς συμμαχήσαντας αὐτῇ Βλέμμυας παρεστήσατο Πρόβος διὰ τῶν τότε στρατηγούντων. Βαστέρνας δὲ, Σκυθικὸν ἔθνος, ὑποπεσόντας αὐτῷ προσιέμενος, κατῴκισε Θρακίοις χωρίοις· καὶ διετέλεσαν τοῖς Ῥωμαίων βιοτεύοντες νόμοις. Καὶ Φράγκων τῷ βασιλεῖ προσελθόντων, καὶ τυχόντων οἰκήσεως, μοῖρά τις ἀποστᾶσα, πλοίων εὐπορήσασα, τὴν Ἑλλάδα συνετάραξεν ἅπασαν· καὶ Σικελίᾳ προσσχοῦσα καὶ τῇ Συρακοσίων προσμίξασα, πολὺν κατὰ ταύτην εἰργάσατο φόνον. ἤδη δὲ καὶ Λιβύῃ προσορμισθεῖσα, καὶ ἀποκρουσθεῖσα, δυνάμεως ἐκ Καρχηδόνος ἐπενεχθείσης, οἵα τε γέγονεν ἀπαθὴς ἐπανελθεῖν οἴκαδε. Πρόβου δὲ βασιλεύοντος καὶ τόδε συνέβη. τῶν μονομάχων ἐς ὀγδοήκοντα συστάντες, διαχειρισάμενοι τοὺς φυλάττοντας, εἰς τὰ τῆς πόλεως ἐξελάσαντες, τὰ ἐν ποσὶν ἐλῄζοντο, πολλῶν (οἷα συμβαίνειν φιλεῖ) συναναμιχθέντων αὐτοῖς. ἀλλὰ καὶ τούτους βασι-

λέω

πολλάς, δύναμιν ἐκπέμψας, ἐξέτεμε. Ταῦτα διαπραξαμένῳ τῷ Πρόβῳ, καλῶς τε καὶ δικαίως οἰκονομήσαντι τὴν ἀρχήν, ...

Ἰστέον ὡς ἐνταῦθα λείπει τὸ τέλος τοῦ α' λόγου καὶ ἡ ἀρχὴ τοῦ β'.

ΖΩΣΙΜΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

ἐκ τοῦ τὸν μακρότατον ἀνθρώπου βίον τὸ μέσον διάστημα περιλαμβάνειν ταύτης τῆς ἑορτῆς. *σέκουλα γὰρ τὸν αἰῶνα Ῥωμαῖοι καλοῦσι. συντελεῖ δὲ πρὸς λοιμῶν καὶ φθορῶν καὶ νόσων *ἀκέσεις. ἔσχε δὲ τὴν ἀρχὴν ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. Οὐάλεσος Οὐαλέσιος, ἀφ' οὗ τὸ *Οὐαλεριανῶν κατάγεται γένος, ἦν ἐν τῷ Σαβίνων ἔθνει περιφανής. τούτῳ πρὸ τῆς οἰκίας ἄλσος ἦν ἐκ δένδρων μεγίστων. τούτων πεσόντος κεραυνοῦ καταφλεχθέντων, ἠπόρει πρὸς τὸ *ἐκ τοῦ κεραυνοῦ καταφλεχθέντων σημαινόμενον. νόσου δὲ τοῖς αὐτοῦ παισὶν ἐνσκηψάσης ὑπὲρ τὴν τῶν ἰατρῶν τέχνην, διὰ τῶν μάντεων ᾔει. τῶν δὲ διὰ τοῦ τρόπου τῆς τοῦ πυρὸς πλώσεως ὅτι θεῶν ἐστι μῆνις τεκμηραμένων, εἰκότως δι' ἐκθυσιῶν ὁ Οὐαλέσιος τὸ θεῖον ἐξιλεοῦτο διὰ τῶν μάντεων. ὤν τε μετὰ τῆς γυναικὸς ἐν φόβῳ, καὶ τὸν τῶν παίδων θάνατον ἐλπίζων ὅσον οὐδέπω συμβήσεσθαι, προσπεσὼν τῇ Ἑστίᾳ, δύο τελείας ἀντὶ τῶν παίδων αὐτῇ δώσειν ὑπισχνεῖτο ψυχάς, ἑαυτοῦ τε καὶ τῆς τῶν παίδων μητρός. ἀποβλέπων δὲ εἰς τὸ κεραυνόβλητον ἄλσος, ἀκοῦσαι φωνῆς ἔδοξεν, ἀπάγειν εἰς Τάραντα ἐγκελευομένης τὰ τέκνα, κἀκεῖσε θερμήναντα τοῦ Τιβέρεως ὕδωρ ἐπὶ τῆς Ἅιδου καὶ Περσεφόνης ἐσχάρας, τοῖς παισὶ δοῦναι πιεῖν. ταῦτα ἀκούσας, τότε δὴ πλέον τὴν τῶν παίδων σωτηρίαν ἀπήλπισε. Τάραντά τε γὰρ πόρρω που τῆς Ἰταλίας εἶναι, καὶ οὐκ ἂν ἐν ταύτῃ τὸ Τιβέρεως ὕδωρ φανήσεσθαι. διδόναι δὲ αὐτῷ πονηρὰν ἐλπίδα καὶ τὸ θερμῆναι τὸ ὕδωρ ἐπὶ βωμοῦ χθονίων δαιμόνων ἀκοῦσαι. ἐπὶ τούτοις ἀπορησάντων καὶ τῶν τερατοσκόπων, αὖθις πυθόμενος, ἔγνω δεῖν τῷ θεῷ πείθεσθαι· καὶ ἐμβαλὼν πλοίῳ ποταμίῳ τὰ τέκνα, κατῆγε τὸ πῦρ. *ἐκθανόντων δὲ αὐτῶν ὑπὸ καύματι,

perator, missis copiis, excidit. His rebus a Probo gestis, qui & præclare ac iuste administrauit imperium, . .

Sciendum, heic primi libri finem desiderari, & secundi principium.

ZOSIMI HISTORIARVM LIBER SECVNDVS.

ex eo, quod hominis vita longissima medium celebritatis huius interuallum complectitur. Nam sæculū Romani vocant, quod αἰῶνα Græci dicūt; hoc est, ætatem. Conducit autem ad pestes, & lues, & morbos curandos. Originem ex caussa quadā huiusmodi habuit. Valesus Valesius, a quo Valerianorū familia deducitur, vir erat apud Sabinos illustris. Is ante domum suam lucū habebat, ex arboribus maxime proceris: quibus fulmine tactis, & exustis, quidnam arbores hæ vi fulminis absumtæ portenderent, ambigebat. Quum autē ipsius liberi morbo correpti essent, medicorū artem superante, haruspices adibat: qui quū ex ignis delapsi modo coniecissent, deûm hanc iram esse: non abs re cæsis hostiis numen Valesius, haruspicū opera, placabat. Et quoniam cum vxore in metu versabatur, & liberûm mortem magis, quam antehac vmquam alias, exspectabat: ad Vestam prolapsus, duas se adultas ei, puerorū loco, policebatur oblaturum animas; suā videlicet, ac matris eorum. Quūque respiceret ad lucum fulmine tactum, audire visus est vocem, quæ iuberet, vt Tarentum pueros deportaret; atque ibi calfactam aquam Tiberinam in Ditis patris & Proserpinæ foco, pueris bibēdam daret. His auditis, magis etiam de salute liberûm desperabat. Tarentum namque, remoto Italiæ loco situm esse, nec ibi Tiberinam aquam se reperturum. Præterea spem nō bonam & illud sibi præbere, quod aquā in ara deûm inferorum calfaciēdam audiuisset. Et quum ob hæc incerti etiam haruspices essent, iisdem rursus auditis, Deo parendum statuit. Itaque coniectis in fluuiale †nauigium liberis, ignem secundo flumine detulit. Ipsis autem se sub æstu exporrigētibus,

De ludis sæcularibus. Confer Valerii Maximi caput 4. lib. 2.

† lintrem dixit Valerius Max.

ad eam ripæ partẽ adnauigabat, qua parte motus fluminis tranquillior videretur. Quũq; pastoriciam quãdam in casam cũ pueris diuertisset, Tarenti capiendum esse hospitium, audiuit. Hæc enim loci eius erat adpellatio, Tarento propter Iapygium promontorium sito, cognominis. Quapropter ob euentum felicem numine Valesius adorato, gubernatori mandat, vt nauim ad terrã adpellat: & egressus, rem pastoribus exposuit. Quũq; haustam e Tiberi aquam in quodam foco, ab se id loci facto, calfecisset: eam pueris bibendam dedit. Qua illi pota, quiete sopiti, consanuerunt. Quumq; vidissent in somniis, Diti patri & Proserpinæ nigras immolandas esse hostias, continuumq; trinoctium carminibus & tripudiis exigẽdum: patri somniũ hoc indicauerunt, quasi vir magnus, & diuinam formam præferens, hæc in campo Martio fieri iussisset: in quo locus etiam vacuus est, ad equorum exercitium. Quum autem Valesius aram ibi construere vellet, eaque de caussa locum lapicidæ foderẽt: reperta est ara iam facta, in qua erãt hæ litteræ: DITIS PATRIS AC PROSERPINÆ. Itaq; tum clarius, quid agendum esset, edoctus; ad eam aram nigras hostias obtulit, & nocturnos ibidem ludos fecit. Hæc autem ara, & immolationis ritus, tali quadam ex caussa principium habuit. Bellum inter Romanos & Albanos erat: & quũ vtrimq; iam in armis essent, quidam prodigiosa facie conspectus est, amictus pelle nigra, & clamans; Ditem patrem atq; Proserpinã eis imperasse, rem sacrã sub terra prius sibi facerent, quam ventum ad manus esset. atque his dictis, euanuit. Romani, spectro territi, & aram sub terra struxerunt, & facta re sacra, rursus aram humo, ad XX pedum altitudinẽ egesta, obruerunt: vt præter Romanos, aliis omnibus de ea nihil constaret. Hac reperta Valesius, & sacro, nocturnisq; ludis peractis: adpellatus est *Manius Valerius Tarentinus*. Nã Deos inferos Romani *Manes* dicunt; & sanum esse, *Valere*: *Tarentini* deniq; nomẽ ei datum, ob rem sacram ad Tarentum factam. Sequentibus inde temporibus, pestilẽtia in vrbe orta, primo post exactos reges anno, P. Valeri⁹ Poplicola, cæso apud hanc aram Diti patri & Proserpinę boue nigro, nigraq; bucula, peste liberauit vrbem,

τούτῳ προσέπλει τῷ ὄχθης τῷ μέρει, καθ' ὃ τὸ τοῦ ποταμοῦ ῥεῦμα ἠρεμαῖον ἐδόκει. καλύβῃ δὲ ποιμένος ἐναυλισθεὶς ἅμα τοῖς παισὶν, ἤκουε κατάγεσθαι δεῖν ἐν τῷ Τάραντι. ταύτην γὰρ εἶχεν ὁ τόπος προσηγορίαν, τῷ κατὰ τὴν ἄκραν Ἰαπυγίαν ὁμώνυμος ὢν Τάραντι. προσκυνήσας οὖν ἐπὶ τῇ εὐτυχίᾳ τὸ θεῖον ὁ Οὐαλέσιος, ἐπὶ τὴν χέρσον ὀκεῖλαι τῷ κυβερνήτῃ προσέταττε· καὶ ἀποβὰς, τοῖς ποιμέσιν ἐξεῖπεν. ἀρυσάμενος δὲ ἐκ τοῦ Θύμβριδος ὕδωρ, καὶ τοῦτο θερμήνας ἐπὶ πυρὸς κατὰ τὸν τόπον ὑπ' αὐτοῦ πεποιημένης ἐσχάρας, ἔδωκε πιεῖν τοῖς παισίν. οἱ δὲ, ἅμα τῷ πιεῖν ὕπνου προσγενομένου, κατέστησαν ὑγιεῖς. ὄναρ δὲ θεασάμενοι, προσαγαγεῖν ἱερεῖα μέλανα Περσεφόνῃ καὶ Ἅιδῃ, καὶ τρεῖς ἐπαλλήλους ἄγειν παννυχίδας ᾠδῶν καὶ χορῶν, ἀφηγήσαντο πρὸς τὸν πατέρα τὸ ὄναρ, ὡς ἀνδρὸς μεγάλου καὶ θεοπρεποῦς ταῦτα ποιεῖν ἐπισκήψαντος ἐπὶ τοῦ Ἀρείου πεδίου, καθ' ὃ καὶ ἀνεῖται τόπος εἰς γυμνάσιον ἵππων· βουλομένου δὲ τοῦ Οὐαλεσίου βωμὸν αὐτόθι καθιδρῦσαι, καὶ τῶν λιθοξόων ὀρυττόντων ἐπὶ τούτῳ τὸν τόπον, βωμὸς εὑρέθη πεποιημένος, ἐν ᾧ γράμματα ἦν, ΑΔΟΥ ΚΑΙ ΠΕΡΣΕΦΟΝΗΣ. τότε τοίνυν σαφέστερον διδαχθεὶς τὸ πρακτέον, τούτῳ τῷ βωμῷ τὰ μέλανα προσῆγεν ἱερεῖα, καὶ τὰς παννυχίδας ἐν αὐτῷ διετέλει ποιῶν. Οὗτος δὲ ὁ βωμὸς καὶ ἡ τῆς ἱερουργίας κατάστασις, ἀρχὴν ἔλαβεν ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. Ῥωμαίοις καὶ Ἀλβανοῖς πόλεμος ἦν. ὄντων δὲ ἀμφοτέρων ἐν ὅπλοις, ἐπεφάνη τις τερατώδης τὴν ὄψιν, ἠμφιεσμένος δέρματι μέλανι, καὶ βοῶν, ὡς Ἅιδης καὶ Περσεφόνη, πρὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, θυσίαν ὑπὸ γῆν αὐτοῖς ποιῆσαι προσέταξαν. καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἀφανὴς γέγονε. τότε τοίνυν οἱ Ῥωμαῖοι ταραχθέντες ἐπὶ τῷ φάσματι, καὶ τὸν βωμὸν ὑπὸ γῆς ἱδρύσαντες, καὶ τὴν θυσίαν πεποιηκότες, χώματι βάθους εἴκοσι ποδῶν κατεκάλυψαν τὸν βωμὸν, ὡς ἂν πλὴν Ῥωμαίων ἅπασι τοῖς ἄλλοις ἄδηλον εἴη. τοῦτον ὁ Οὐαλέσιος εὑρὼν, καὶ τὴν θυσίαν καὶ τὰς παννυχίδας ἐπιτελέσας, ἐκλήθη Μάνιος Οὐαλέριος Ταραντῖνος. τούς τε γὰρ χθονίους θεοὺς, Μάνης καλοῦσι Ῥωμαῖοι, καὶ τὸ ὑγιαίνειν, βαλῆρε· Ταραντῖνος δὲ, ἀπὸ τῆς ἐν τῷ Τάραντι θυσίας. χρόνοις δὲ ὕστερον λοιμοῦ συμβάντος τῇ πόλει, τῷ πρώτῳ μετὰ τοὺς βασιλέας ἔτει, Πόπλιος Βαλέριος Ποπλικόλας ἐν τούτῳ τῷ βωμῷ θύσας Ἅιδῃ καὶ Περσεφόνῃ μέλανα βοῦν καὶ δάμαλιν μέλαιναν, ἠλευθέρωσε τῆς νόσου τὴν πόλιν,

ἐπιγράψας

ἐπιγράψας τῷ βωμῷ ταῦτα· ΠΟΠΛΙΟΣ ΒΑΛΕΡΙΟΣ ΠΟΠΛΙΚΟΛΑΣ ΤΟ ΠΥΡ ΑΡΕΙΟΥ ΠΕΔΙΟΥ ΑΔΗι ΚΑΙ ΠΕΡΣΕΦΟΝΗι ΚΑΘΙΕΡΩΣΑ, ΚΑΙ ΘΕΩΡΙΑΣ ΗΓΑΓΟΝ ΑΔΗι ΚΑΙ ΠΕΡΣΕΦΟΝΗι ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΡΩΜΑΙΩΝ ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ. Μετὰ δὲ ταῦτα νόσων καὶ πολέμων ἐνσκηψάντων, ἔτει μετὰ τὸν τῆς πόλεως οἰκισμὸν ἐπὶ τριακοσίοις πεντηκοστῷ καὶ δευτέρῳ, λύσιν εὑρεῖν ἡ γερουσία τῶν κακῶν ἐκ τῶν Σιβύλλης βουλομένη χρησμῶν, τοῖς εἰς τοῦτο τεταγμένοις ἀνδράσι *τοὺς χρησμοὺς ἀνερευνῆσαι παρεκελεύσατο. τῶν δὲ λοιπὸν παύσεσθαι τὸ κακὸν, εἰ θύσαιεν Ἄδῃ καὶ Περσεφόνῃ, προαγορευσάντων, ἀναζητήσαντες τὸν τόπον, Ἄδῃ καὶ Περσεφόνῃ κατὰ τὸ προσταχθὲν καθήγιζον, Μάρκου Ποπλίου τὸ τέταρτον ὑπατεύοντος· καὶ τῆς ἱερουργίας συντελεσθείσης τῶν ἐπικειμένων ἀπαλλαγέντες, τὸν βωμὸν αὖθις ἐκάλυψαν, ἐν ἐσχάτῳ που κείμενον τοῦ Ἀρείου πεδίου.

Ταύτης ἐπὶ χρόνον τῆς θυσίας ἀμεληθείσης, αὖθις τινῶν συμπεσόντων ἀποθυμίων, ἀνενεώσατο τὴν ἑορτὴν Ὀκταβιανὸς ὁ Σεβαστὸς; περιηχθείσης μὲν ὑπάτων ὄντων Λουκίου Κενσωρίνου καὶ Μάρκου Μαλλίου Πουνλίου, τότε δὲ Λουκίου Κενσωρίνου καὶ Γαΐου Σαβίνου, τὸν θεσμὸν Ἀτηίου Καπίτωνος ἐξηγησαμένου, τοὺς χρόνους καθ' οὓς ἔδει τὴν θυσίαν γενέσθαι καὶ τὴν θεωρίαν ἀχθῆναι, τῶν πεντεκαίδεκα ἀνδρῶν, οἳ τὰ Σιβύλλης θέσφατα φυλάττειν ἐτάχθησαν, ἀνερευνησάντων. μετὰ δὲ τὸν Σεβαστὸν Κλαύδιος ἤγαγε τὴν ἑορτὴν, οὐ φυλάξας τὸν τῶν ὡρισμένων ἐτῶν ἀριθμόν. μεθ' ὃν Δομετιανὸς, τὸν Κλαύδιον παραπεμψάμενος, καὶ τὴν περίοδον τῶν ἐτῶν, ἀφ' οὗ τὴν ἑορτὴν ὁ Σεβαστὸς ἐπετέλεσεν, ἀριθμήσας, ἔδοξε τὸν ἐξ ἀρχῆς παραδοθέντα φυλάττειν θεσμόν. ἐπὶ τούτοις ὁ Σευῆρος τῶν δέκα καὶ ἑκατὸν ἐνστάντων ἐτῶν, ἅμα τοῖς παισὶν Ἀντωνίνῳ καὶ Γέτᾳ τὴν αὐτὴν ἑορτὴν κατεστήσατο, Χίλωνος καὶ Λίβωνος ὄντων ὑπάτων. Τοιοῦτος δέ τις ὁ τρόπος ἀναγέγραπται τῆς ἑορτῆς. περιιόντες οἱ κήρυκες, εἰς τὴν ἑορτὴν συνιέναι πάντας ἐκέλευον ἐπὶ θέαν, ἣν οὔτε πρότερον εἶδον, οὔτε μετὰ ταῦτα θεάσονται. κατὰ δὲ τὴν ὥραν τοῦ θέρους, πρὸ ἡμερῶν ὀλίγων τῆς τὴν θεωρίαν ἀχθῆναι, ἐν τῷ Καπιτωλίῳ καὶ ἐν τῷ νεῷ τῷ κατὰ τὸ Παλάτιον, οἱ δεκαπέντε ἄνδρες ἐπὶ βήματος καθήμενοι, τῷ δήμῳ διανέμουσι τὰ καθάρσια. ταῦτα δέ ἐστι δᾷδες καὶ θεῖον καὶ ἄσφαλτον. δοῦλοι δὲ τούτων οὐ μετέχουσιν, ἀλλὰ ἐλεύθεροι μόνοι. συνελθόντος δὲ τοῦ δήμου παντὸς, ἔν τε τοῖς ῥηθεῖσι τόποις καὶ ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀρτέμιδος, ὃ ἐν τῷ Αὐεντίνῳ λόφῳ καθίδρυται, σῖτον καὶ κριθὴν ἕκαστος φέρει, καὶ

inscriptis aræ verbis hisce: P. VALERIUS POPLICOLA IGNEM CAMPI MARTII DITI PATRI ET PROSERPINÆ DEDICAVI; LUDOSQUE DITI PATRI ET PROSERPINÆ PRO LIBERTATE POP. ROM. FECI. Secundum hæc morbis & bellis exortis, anno ab vrbe condita supra trecentesimū, quinquagesimo secundo, Senatus, iis se malis liberare de Sibyllinis oraculis volens; eos, ad quos hæc cura pertinebat, oracula scrutari iussit. Illis mali finem fore nuntiantibus, si Diti patri & Proserpinæ rē sacram fecissent: perquisito loco, Diti patri & Proserpinæ, ceu iussi fuerāt, M. †Poplio quartū cos. vota nuncuparunt: & peracto sacro, malis vrgentibus liberati, rursus aram terra obruerunt, in extremo campo Martio alicubi sitam. Eodem sacrificio ad tempus neglecto, quū rursus aduersi quidam casus accidissent; Octauianus Augustꝰ ludos instaurauit; factos illos quidem ante, L. Censorino, & M. Manlio Puelio coss. tunc autem L. Censorino, & C. Sabino; quū Ateius Capito leges ludorū exposuisset; ac tempus, quo rem sacrā fieri, atq; edi spectacula oporteret, xvuiri, ad quos oraculorum Sibyllinorū custodia pertinebat, inuestigassent. Post Augustū, Claudius ludos celebrauit, numero prestitutorum annorū neglecto. Post eū Domitianus, Claudio valere iusso, numeratoque ambitu annorum, ex quo ludos Augustus fecisset; traditam ab initio legem seruare visus est. Secundum hos Seuerus, quùm anni cx iam adpetiissent; cū filiis, Antonino & Geta, ludos eosdē ordinauit, Chilone Liboneq; coss. Modus ludorum huiusmodi relatus est in litteras. Circumeuntes præcones, vniuersos ludorum caussa conuenire iubebant ad spectaculum, quod neque vidissent antea, neque visuri posthac essent. Ipso autem messis tempore, perpaucis diebus ante, quam ludi peragerentur; in Capitolio temploq; Palatino xvuiri sedentes in suggestu, lustralia populo distribuebāt. Ea sunt faces, & sulpur, & bitumen. Nec participes horum serui sunt, sed liberi dumtaxat homines. Posteaquam populus vniuersus & in locis iis quæ diximus, & in templo Dianæ, quod est in Auentino colle, conuenit; triticum, & hordeum, &

† Potito

& fabas quisque secum fert, ac Parcis nocturnos ludos caste pudiceq; faciunt. Vbi ludorum tempus adpetiit, quos tribus diebus, totidemq; noctibus in campo Martio faciunt; hostiæ propter ripam Tiberis ad Tarentum diis consecrãtur. His autem diis rem sacram faciunt; videlicet Ioui, Iunoni, Apollini, Latonæ, Dianæ: tum præter hos, Parcis, & Lucinis, & Cereri, & Diti patri, & Proserpinæ. Prima nocte spectaculorum, ad horam secundam, tribus aris in ripa fluminis constructis, Imperator cum xvuiris tres agnos cædit; & aris sanguine respersis solidas victimas adolet. Scena vero sine theatro constructa, lumina cũ rogis accenduntur, & hymnus recẽs factus canitur; adeoq; spectacula consentanea rebus diuinis eduntur. Et hæc qui peragunt, pro mercede primitias fructuum, tritici, hordei, fabarum, accipiunt. Nam illæ, ceu dictum est, ab vniuerso populo distribuũtur. Postridie conscenso Capitolio, & cõsuetis ibidẽ immolatis hostiis, ad constructum inde theatrum progressi, Apollini & Dianæ ludos faciunt. Insequẽti die matronæ nobiles ad horam ab oraculo constitutã in Capitolium conuenientes, Deo supplicant, & hymnis eum, ceu fas est, celebrant. Die tertio, in Apollinis æde Palatina, ter nouem illustres pueri, cum totidem virginibus, omnes † vtrimq; florentes, hoc est, qui ambos parẽtes adhuc superstites habent, hymnos & pæanes Græca Romanaq; lingua canunt, quibus subiectæ Romanis vrbes seruantur. Itidem alia secundum traditum a numine ritum fiebant. quę sane quamdiu peracta fuerũt, nullum respublica Romana detrimẽtum cepit. Vt autem & reapse vera istæc esse credamus, ipsum Sibyllæ oraculum adponam; quod ante nos etiam ab aliis est relatum:

† Patrimos & Matrimos Cicero, cum aliis, vocat.

Ast vbi mortalis longissima venerit ætas
Vitæ, centenis denis redeuntibus annis;
Sis Romane memor, nec te vlla obliuia fallãt:
Sis memor, vt facias Diis immortalibus illo
Rem sacram in campo, quem Thybridis adluit vnda;
Nox breuior tenebris terras vbi texerit atris,
Solque suum iubar abdiderit. tum victima Parcis
Caprarum atq; ouiũ pariter cadat Oceaninis.
Postea cærulea placantor & Ilithyiæ,
Lucina, quibus hæc sacris decet. inde feraci

κύαμον· καὶ ταῖς Μοίραις ἄγουσι παννυχίδας μετὰ σεμνότητος ἐν νυξίν. ἐνστάντος δὲ τοῦ χρόνου τῆς ἑορτῆς, ἣν ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐν τῷ τοῦ Ἄρεως ἐπιτελοῦσι πεδίῳ, καὶ ταῖς ἴσαις νυξί, καθιεροῦτο τὰ τελούμενα παρὰ τὴν ὄχθην τοῦ Θύμβειδος ἐν τῷ Τάραντι. θύουσι δὲ θεοῖς, Διὶ καὶ Ἥρᾳ καὶ Ἀπόλλωνι καὶ Λητοῖ καὶ Ἀρτέμιδι· καὶ προσέτι γε Μοίραις καὶ Εἰλειθυίαις καὶ Δήμητρι καὶ Ἅιδῃ καὶ Περσεφόνῃ. τῇ δὲ πρώτῃ τῶν θεωριῶν νυκτὶ δευτέρας ὥρας ὁ αὐτοκράτωρ ἐπὶ τὴν ὄχθην τοῦ ποταμοῦ τριῶν παρασκευασθέντων βωμῶν τρεῖς ἄρνας θύει, μετὰ τῶν δεκαπέντε ἀνδρῶν· καὶ τοὺς βωμοὺς καθαιμάξας, ὁλοκαυτοῖ τὰ θύματα. κατασκευασθείσης δὲ σκηνῆς δίχα θεάτρου, φῶτα ἀνάπτεται καὶ πυρά, καὶ ὕμνος ᾄδεται νεωστὶ πεποιημένος, θεωρίαι τε ἱεροπρεπεῖς ἄγονται. κομίζονται δὲ οἱ ταῦτα ποιοῦντες μισθὸν τὰς ἀπαρχὰς τῶν καρπῶν σίτου καὶ κριθῆς καὶ κυάμων. αὗται γάρ, ὡς εἴρηταί μοι, καὶ τῷ δήμῳ παντὶ διανέμονται). τῇ δὲ μετὰ ταύτην ἡμέρᾳ εἰς τὸ Καπετώλιον ἀναβάντες, κἀνταῦθα τὰς νενομισμένας θυσίας προσαγαγόντες, ἐνθένδε ἐπὶ τὸ κατεσκευασμένον θέατρον ἐλθόντες, τὰς θεωρίας ἐπιτελοῦσιν Ἀπόλλωνι καὶ Ἀρτέμιδι. τῇ δὲ μετὰ ταύτην ἡμέρᾳ γυναῖκες ἐπίσημοι, κατὰ τὴν ὥραν ἣν ὁ χρησμὸς ὑπηγόρευσεν, εἰς τὸ Καπετώλιον συναχθεῖσαι, λιτανεύουσι τὸν θεόν, καὶ ὑμνοῦσιν ὡς θέμις. ἡμέρᾳ δὲ τρίτῃ ἐν τῷ κατὰ τὸ Παλάτιον Ἀπόλλωνος ἱερῷ, τρὶς ἐννέα παῖδες ἐπιφανεῖς μετὰ παρθένων τοσούτων, οἱ πάντες ἀμφιθαλεῖς, ὅπερ ἐστίν, ἀμφοτέρους τοὺς γονεῖς ἔχοντες περιόντας, ὕμνους ᾄδουσι τῇ τε Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων φωνῇ, καὶ παιᾶνας, δι' ὧν αἱ ὑπὸ Ῥωμαίοις σώζονται πόλεις. ἄλλα τε κατὰ τὸν ὑφηγημένον παρὰ τοῦ θείου τρόπον ἐπράττετο· ὧν ἐπιτελουμένων διέμενεν ἡ ἀρχὴ Ῥωμαίων ἀλώβητος. ὡς ἂν δὲ καὶ ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἀληθῆ ταῦτα εἶναι πιστεύσωμεν, αὐτὸν παραθήσομαι τῆς Σιβύλλης χρησμόν, ἤδη πρὸ ἡμῶν παρ' ἑτέρων ἀνενηνεγμένον·

Ἀλλ' ὁπόταν μήκιστος ἵκῃ χρόνος ἀνθρώποισι
Ζωῆς, εἰς ἐτέων ἑκατὸν δέκα κύκλον ὁδεύων,
Μεμνῆσθαι Ῥωμαῖε, καὶ οὐ μάλα λῆσαι *ἑαυτοὺς,
Μεμνῆσθαι τάδε πάντα· θεοῖσι μὲν ἀθανάτοισι
Ῥέζειν ἐν πεδίῳ παρὰ Θύμβειδος ἄπλετον ὕδωρ,
*Ῥοπῇ στενότατον νὺξ ἡνίκα γαῖαν ἐπέλθῃ,
Ἠελίου κρύψαντος ἑὸν φάος. ἔνθα σὲ ῥέζειν
Ἱερὰ παντογόνοις Μοίραις ἄρνας τε καὶ αἶγας.
Κυανέας ἐπὶ ταῖσδ' Εἰλειθυίας ἀρέσασθαι
Παιδοτόκους θυέεσσιν, ὅπῃ θέμις. αὖθι δὲ Γαίῃ

Πληθομένῃ

Πληθομένῃ χοῖρός τε καὶ ὗς ἱερεῖτο μέλαινα.
Πάλλευκοι ταῦροι δὲ Διὸς παρὰ βωμὸν ἀγέσθων
Ἤματι, μὴ δ' ἐπὶ νυκτί. θεοῖσι γὰρ οὐρανίοισιν
Ἡμέριος πέλεται θυέων τρόπος. ὡς δὲ καὶ αὔτως
Ἱρεύειν δαμάλης τε. βοὸς δέμας ἀγλαὸν Ἥρης
Δεξάσθω νηὸς παρὰ σοῦ. καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων,
Ὅστε καὶ Ἠέλιος κικλήσκεται, ἶσα δεδέχθω
Θύματα Λητοΐδης. ἀειδόμενοί τε Λατῖνοι
Παιᾶνας, κούροις κούραισί τε νηὸν ἔχοιεν
Ἀθανάτων· χωρὶς δὲ κόραι χορὸν αὐταὶ ἔχοιεν,
Καὶ χωρὶς παίδων ἄρσην στάχυς· ἀλλὰ γονήων
Πάντων ζωόντων, οἷς ἀμφιθαλὴς ἔτι φύτλη.
Αἱ δὲ γάμου ζεύγλαις δεδμημέναι, ἤματι κείνῳ
Γνὺξ Ἥρης παρὰ βωμὸν ἀοίδιμον ἑδριόωσαι,
Δαίμονα λισσέσθωσαν, ἅπασι δὲ θελήματα δοῦναι
Ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξὶ, μάλιστα δὲ θηλυτέρῃσι.
Πάντες δ' ἐξ οἴκοιο φερέσθων ὅσσα κομίζειν
Ἐστὶ θέμις θνητοῖσιν, ἀπαρχομένοις βιότοιο,
Δαίμοσι μειλιχίοισιν ἱλάσματα, καὶ μακάρεσσιν
Οὐρανίδαις. τάδε πάντα τεθησαυρισμένα κείσθω,
Ὄφρα τε θηλυτέρῃσι καὶ ἀνδράσιν ἑδριόωσιν
Ἔνθεν πορσύνῃς μεμνημένος. ἤμασι δ' ἔστω
Νυξί τ' ἐπασσυτέρῃσι θεοσέπτους κατὰ θώκους
Παμπληθὴς ἄγυρις. σπουδὴ δὲ γέλωτι μεμίχθω.
Ταῦτά τοι ἐν φρεσὶν ᾖσιν ἀεὶ μεμνημένος εἶναι·
Καί σοι πᾶσα χθὼν Ἰταλὴ, καὶ πᾶσα Λατίνη,
Αἰὲν ὑπὸ σκήπτροισιν ὑπαυχένιον ζυγὸν ἕξει.

Εἰ τοίνυν, ὡς τὸ θεοπρόπιον φησὶ καὶ τὸ ἀληθὲς ἔχει, τούτων ἁπάντων κατὰ θεσμὸν ἐπιτελουμένων, ἐφυλάττετο μὲν ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ, καὶ διετέλεσαν τὴν καθ' ἡμᾶς πᾶσαν ὡς εἰπεῖν οἰκουμένην ὑφ' ἑαυτοῖς ἔχοντες· ἀμεληθείσης δὲ τῆς ἑορτῆς, ἀποθεμένου Διοκλητιανοῦ τὴν βασιλείαν, ὑπερρύη κατὰ βραχὺ, καὶ ἔλαθε κατὰ τὸ πλέον βαρβαρωθεῖσα, ὡς αὐτὰ ἡμῖν τὰ πράγματα ἔδειξε. Βούλομαι δὲ καὶ ἐκ τῶν χρόνων ἀληθῆ δεῖξαι τὸν λόγον. ἀπὸ γὰρ τῆς Χίλωνος καὶ Λίβωνος ὑπατείας, καθ' ἣν Σεβῆρος τὴν τῶν Σεκουλαρείων ἤγαγεν ἑορτὴν, ἄχρις ὅτε Διοκλητιανὸς ἐννάκις, ὀκτάκις δὲ Μαξιμιανὸς, γεγόνασιν ὕπατοι, διέδραμεν εἷς ἐνιαυτὸς πρὸς τοῖς ἑκατόν. καὶ τότε Διοκλητιανὸς ἰδιώτης ἐκ βασιλέως ἐγένετο· καὶ Μαξιμιανὸς ταὐτὸ τοῦτο πεποίηκε. τρὶς δὲ ἤδη γεγονότων ὑπάτων Κωνσταντίνου καὶ Λικιννίου, τῶν δέκα καὶ ἑκατὸν ἐνιαυτῶν ὁ χρόνος συνεπληροῦτο· καθ' ὃν ἔδει τὴν ἑορτὴν κατὰ τὸ νενομισμένον ἀχθῆναι. τούτου δὲ μὴ φυλαχθέντος, ἔδει εἰς τὴν νῦν συνέχουσαν ἡμᾶς ἐλθεῖν τὰ πράγματα δυσκληρείαν.

Telluri porcus mactator cum sue nigra.
Inde boues niuei Iouis adducuntor ad aram;
Idq; die, haud noctu. nam dijs caelestibus vna
Sacra diurna placent. Similes his sunto iuuenca:
Iunonis nitidam capiant altaria vaccam.
Hinc & sacra feret parta abs te Phoebus Apollo,
Latona genitus, quem Solem nomine dicunt.
Paeanasque canent sublata voce Latini
Aedibus in sacris pueri, innuptaeque puellae:
Sic tamen, ex alia vt consistant parte puellae,
Ex alia pueri dicant sua carmina; quorum
Saluus vterq; parens fruitur vitalibus auris.
At quae nuptarum fuerint numeroque locoque,
Adsideant flexis genibus Iunonis ad aram,
Diuam exorantes, cunctorum vt vota secundet;
Vota quidem & marium, magis at muliebria vota.
Quilibet eque domo secum ferat omnia, quae fas
Mortales superis, ceu primitias epularum,
Mitibus & diuis, diuis offerre beatis
Caelitibus. Sint haec omnes cumulata per aras,
Ex his suppeditet vt femellis maribusque,
Qui sacris aderunt. etenim noctesque diesque
Vis hominum praesens ad puluinaria diuum
Ingens si numero, ludicra & seria tractans.
Haec adeo tibi sint memori bene condita mente.
Itala sic tellus omnis, tellusque Latina
Aeternum tua sceptra colet, tua iussa capesset.

Quum igitur recte, sicut oraculum tradit, & ipsa res exigit, haec omnia suo modo ac ritu peragerentur: saluum erat Romanorum imperium, & vniuersum (prope dixerim) orbem nostrum perpetuo sibi subiectum habebant. Iisdem vero ludis neglectis, quũ imperio se DIOCLETIANVS abdicasset: paullatim quasi deliquit, taciteque redactum est ad barbariam maiori ex parte; sicuti res ipsae testantur. Libet autem eius, quod dico, veritatem de temporibus ipsis probare. Nam a consulatu Chilonis & Libonis, quo Seuerus ludos saeculares exhibuit, vsque ad Diocletiani nonum, Maximiani octauum consulatum, centum & vnus annus elapsi fuerunt. ac tum quidem priuatus ex Imperatore Diocletianus factus est; cuius exemplum Maximianus est sequutus. Verum Constantino & Licinnio tertiũ COSS. centum & decem annorũ tempus integrum aderat, quo iam ludos consueto more celebratos oportuit. Eo vero non obseruato, ad infelicitatem illam res prolabi necesse fuit, quae hoc tempore nos vrget.

Ac Diocletianus quidē annis tribus postea mortuus est. Qui vero iam facti erant Imperatores, CONSTANTIVS & MAXIMIANVS GALLERIVS; Cæsares adpellauere, *Seuerum* & *Maximinum*, qui nati erant ex sorore Gallerii: & Italiam Seuero, Maximino prouincias ad solem orientem sitas adtribuerūt. Quum autem in bono res essent statu, & vbiq; locorum barbari perlubenter, ob res superiorum temporum feliciter in eos gestas, quiescerent: CONSTANTINVS, natus ex consuetudine mulieris, quæ materfamilias non esset, nec in manum Imperatori Constantio legitime cōuenisset, iam dudum cum animo suo de imperio cogitans, & cupiditate maiori accensus, ex quo Seuerus & Maximinus dignitatem Cæsareā consequuti fuerant; ea loca relinquenda statuit, quibus in locis agebat, & ad Cōstantium patrem proficiscendum, qui apud nationes transalpinas erat, & in Britannia plerumq; viuebat. Veritus autem, ne forte fugiens adprehenderetur, quod compluribus iam notissimus esset amor imperii, quo flagrabat; equos stabularios, quos alebat respublica, quū primum aliquod stabulum adtigisset, mutilans & inutiles relinquēs, quotquot vlterius stabāt, iis vtebatur. Quod quum de loco in locum pergens faceret, exclusit ab vlteriori progressione persequentes; & ipse propius ad eos populos accessit, apud quos degebāt pater. Quumque contingeret, vt Constantius Imperator eodem tempore de vita decederet; neminem prætoriani milites ex legitimis ipsius liberis idoneum regno iudicarunt, sed Constantinum ad hoc aptum videntes, simulque spe magnificarum largitionū erecti, Cæsaris ei dignitatem tribuerunt. cuius imagine Romæ, pro more, exhibita: MAXENTIVS, Maximiani Herculii filius, non tolerandū ratus, Constantino quidem ex animi sentētia conatum suum succedere, qui muliere nō matrona genitus esset; se vero talis Imperatoris filium, neglectū iacere, paternum imperium obtinentibus aliis: adiunctis sibi administris instituti Marcelliano & Marcello tribunis militū, & Luciano, suillæ carnis præbitore, quam fiscus populo Romano largiebatur: & aulicis præterea militibus, quos prætorianos vocant; in regium ab his solium collocatus est: magnis se vicissim muneribus adfecturum policitus eos, a quibus hoc consequutus esset.

Διοκλητιανὸς μὲν τελευτᾷ τρισὶν ἐνιαυτοῖς ὕστερον· ἤδη δὲ καταστάντες αὐτοκράτορες Κωνστάντιος καὶ Μαξιμιανὸς ὁ Γαλλέριος, ἀνέδειξαν καίσαρας Σεβῆρον καὶ Μαξιμῖνον, ἀδελφῆς ὄντα παῖδα τοῦ Γαλλερίου· Σεβήρῳ μὲν τὴν Ἰταλίαν, Μαξιμίνῳ δὲ τὰ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον παραδόντες. τῶν δὲ πραγμάτων εὖ διακειμένων, καὶ τῶν πανταχοῦ βαρβάρων ἐκ τῶν προλαβόντων κατορθωμάτων ἀσμένως ἡσυχαζόντων, Κωνσταντῖνος, ἐξ ὁμιλίας γυναικὸς οὐ σεμνῆς οὐδὲ κατὰ νόμον συνελθούσης Κωνσταντίῳ τῷ βασιλεῖ γεγεννημένος, ἤδη μὲν ἔχων ἔννοιαν ἐν ἑαυτῷ βασιλείας, εἰς μείζονα δὲ καταστὰς ἐπιθυμίαν ἀφ' οὗ Σεβῆρος καὶ Μαξιμῖνος τῆς τοῦ καίσαρος τιμῆς ἔτυχον, ἔγνω τοὺς τόπους λιπεῖν ἐν οἷς ἔτυχε διατρίβων, ἐξορμῆσαι δὲ πρὸς τὸν πατέρα Κωνστάντιον, ἐν τοῖς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνεσιν ὄντα, καὶ τῇ Βρεττανίᾳ συνεχέστερον ἐνδημοῦντα. δεδιὼς δὲ μή ποτε φεύγων καταληφθείη, (περιφανὴς γὰρ ἦν ἤδη πολλοῖς ὁ κατέχων αὐτὸν ἔρως τῆς βασιλείας) τοὺς ἐν τοῖς σταθμοῖς ἵππους, οὓς τὸ δημόσιον ἔτρεφεν, ἅμα τῷ φθάσαι τὸν σταθμόν, κολούων καὶ ἀχρείους ἐῶν, τοῖς ἑξῆς ἑστῶσιν ἐχρῆτο· καὶ ἑξῆς τοῦτο ποιῶν, τοῖς μὲν διώκουσιν ἀπέκλειε τὴν ἐπὶ τὸ πρόσω πορείαν, αὐτὸς δὲ προσήγγιζε τοῖς ἔθνεσιν ἐν οἷς ἦν ὁ πατήρ.

Συμβὰν δὲ τὸν αὐτοκράτορα Κωνστάντιον ἐν αὐτῷ τελευτῆσαι τῷ χρόνῳ, τῶν * μενόντων αὐτῷ γνησίων παίδων οὐδένα πρὸς βασιλείαν ἔκριναν ἀξιόχρεων· ὁρῶντες δὲ Κωνσταντῖνον εὖ ἔχοντα οἱ περὶ τὴν αὐλὴν στρατιῶται, καὶ ἅμα δωρεῶν μεγαλοπρεπῶν ἐπαρθέντες ἐλπίσι, τὴν τοῦ καίσαρος ἀξίαν αὐτῷ περιέθεσαν. ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ δειχθείσης κατὰ τὸ συνηθές, οὐκ ἀνεκτὸν εἶναι νομίσας Μαξέντιος, ὁ Μαξιμιανοῦ τοῦ Ἑρκουλίου παῖς, εἰ Κωνσταντίνῳ μὲν ἐκβαίη τὸ σπουδασθέν, ἐξ ἀσέμνου μητρὸς γεγονότι, βασιλέως δὲ τοιούτου παῖς αὐτὸς γεγονώς, * οἴκοι κείμενος μείνοι, τὴν πατρῴαν ἀρχὴν ἑτέρων ἐχόντων· προσλαβὼν ὑπηρέτας τῆς ἐγχειρήσεως Μαρκελλιανὸν καὶ Μάρκελλον ταξιάρχους, καὶ Λουκιανόν, (ὃς τοῦ χοιρείου κρέως ἦν χορηγός, ὃ τὸ δημόσιον ἐπεδίδου τῷ Ῥωμαίων δήμῳ) καὶ προσέτι γε τοὺς περὶ τὴν αὐλὴν στρατιώτας, οὓς Πραιτωριανοὺς καλοῦσιν· εἰς τὸν βασίλειον θρόνον παρὰ τούτων ἀνεβιβάσθη, μεγάλαις ἀμείβεσθαι δωρεαῖς τοὺς τοῦτο δόντας αὐτῷ κατεπαγγελλόμενος.

ὥρμησαν

ὥρμησαν δὲ ἐπὶ τὴν πρᾶξιν Ἀβελλίου πρότερον ἀναιρεθέντος, ἐπειδὴ τὸν τῆς πόλεως ὑπάρχου τόπον ἐπέχων, ἔδοξε τοῖς ἐγχειρουμένοις ἐναντιοῦσθαι. Ταῦτα μαθὼν Μαξιμιανὸς ὁ Γαλλέριος, ἐκπέμπει τὸν καίσαρα Σεβῆρον πολεμήσοντα Μαξεντίῳ. *ἐξορμήσαντα δὲ αὐτὸν τοῦ Μεδιολάνου, καὶ διὰ τῶν Μαυρουσίων ἐλθόντα ταγμάτων, χρήμασι τὸ πολὺ μέρος τῶν σὺν αὐτῷ στρατιωτῶν διαφθείρας Μαξέντιος, ἤδη δὲ καὶ τὸν τῆς αὐλῆς ὕπαρχον προσποιησάμενος Ἀνυλλῖνον, ἐκράτησε ῥᾷστα. Σεβήρου συμφυγόντος εἰς τὴν Ῥάβενναν, πόλιν *ὀχυρὰν τε καὶ πολυάνθρωπον, καὶ τροφῶν ἔχουσαν πλῆθος αὐτῷ τε καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ στρατιώταις ἀρκοῦν. Ταῦτα γνοὺς Μαξιμιανὸς ὁ Ἑρκούλιος, καὶ ὑπὲρ τοῦ παιδὸς εἰκότως ἀγωνιῶν Μαξεντίου, τῆς Λουκανίας, ἐν ᾗ τότε ἦν, ἐξορμήσας, ἐπὶ τὴν Ῥάβενναν ἧκε. συνιδὼν δὲ ὡς οὐκ ἂν ἄκων ταύτης ἐκβληθείη Σεβῆρος, ἀσφαλοῦς τε οὔσης καὶ τροφὰς ἐχούσης ἀρκούσας, ὅρκοις ἀπατήσας, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐλθεῖν ἔπεισε. ἰόντα δὲ τοίνυν αὐτὸν, καὶ εἴς τι χωρίον ἐλθόντα, ᾧ Τρία καπηλεῖα προσηγορία, λόχος ἐγκαταστὰς αὐτόθι παρὰ *Μαξεντίου, συλλαβὼν καὶ βρόχῳ τὸν τράχηλον ἀρτήσας, ἀνεῖλεν. οὐκ ἐνεγκὼν δὲ μετρίως τὰ ἐπὶ τῷ καίσαρι Σεβήρῳ γενόμενα Μαξιμιανὸς ὁ Γαλλέριος, ἐκ τῆς ἑῴας ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἔγνω παραγενέσθαι, δίκην τε Μαξεντίῳ τῶν ἡμαρτημένων πρέπουσαν ἐπιθεῖναι. γενόμενος δὲ κατὰ τὴν Ἰταλίαν, καὶ τοὺς στρατιώτας οὐ πιστῶς περὶ αὐτὸν ἔχειν αἰσθόμενος, ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἀνέζευξε, μάχης οὐδεμιᾶς γενομένης. Ἐν τούτῳ καὶ Μαξιμιανὸς ὁ Ἑρκούλιος, δυσανασχετῶν ἐπὶ ταῖς κατεχούσαις τὴν πολιτείαν ταραχαῖς, πρὸς Διοκλητιανὸν ἀφικνεῖται, τηνικαῦτα ἐν Καρνούτῳ πόλει Κελτικῇ διατρίβοντα, καὶ πείθειν ἐπιχειρεῖ τὴν βασιλείαν ἀναλαβεῖν, καὶ μὴ περιιδεῖν τὴν τοσούτῳ χρόνῳ καὶ πόνοις αὐτῶν περισωθεῖσαν, ἐκδοθεῖσαν τῇ παραφρονούσῃ νεότητι καὶ παρανοίᾳ τῶν εἰσφρησάντων ἑαυτοὺς τῇ βασιλείᾳ, σαλευομένην. Διοκλητιανοῦ δὲ μὴ *πειθομένου τοῖς αἰτουμένοις, ἀλλὰ τὴν ἡσυχίαν ἔμπροσθεν ποιησαμένου τοῦ πράγματα ἔχειν, (ἴσως γὰρ καὶ προῄδει τὴν καθεξῆς τὰ πράγματα σύγχυσιν, οἷα καὶ τῇ περὶ τὸ θεῖον ἀεὶ προσκείμενος ἀγχιστείᾳ) διαμαρτὼν τῆς πείρας ὁ Ἑρκούλιος, καὶ μέχρι Ῥαβέννης ἐλθὼν, αὖθις ἐπὶ τὰς Ἄλπεις ἤλαυνεν, ἐντευξόμενος ἐκεῖσε διατρίβοντι Κωνσταντίνῳ. φύσει δὲ ὢν φιλοπράγμων καὶ ἄπιστος, δώσειν ὑποσχόμενος τὴν θυγα-

Facinus quidē ipsum auspicati sunt, Abellio prius interfecto, quod is præfecti vrbis locum obtinens, horū molitionibus aduersari visus esset. His cognitis, *Seuerum* Cæsarem Maximianus Gallerius ablegat, bellum Maxentio facturum. Eū Mediolano profectum, & cum Maurorum ordinibus accedētem, Maxentius, militum animis maiori ex parte pecunia corruptis, atq; etiam præfecto prætorii Anullino sibi conciliato, nullo negotio vicit. Seuerus fuga Rauēnam se contulit, vrbem munitam & populosam, quæq; copiam alimentorum tantam haberet, quantā tum ipsi, tum militibus eius sufficeret. Hęc quum *Maximianus Herculius* intellexisset, ac de filio Maxentio non abs re sollicitus esset; Lucania relicta, in qua id temporis degebat, Rauennam contendit. Quumq; vidisset, Seuerum hac inuitum eiici non posse, quod munita esset, & annonis idoneis abundaret: sacramentis circumuento, Romam vt veniret, persuasit. Quo quidem pergens, vbi quemdam ad locum venisset, quem Tres tabernas vocant, ab insidiis, quas eo loco † Maxentius collocauerat, adprehēsus necatur, inserta laqueo ceruice. Quūm autem Maximianus Gallerius haud æquo tulisset animo, quæ in Seuerum Cæsarem designata fuerāt: ab oriente Romam eūdum statuit, & admissorum nomine meritas Maxentio pœnas irrogandas. Vt in Italiam adpulerat, parum fidos erga se militum animos sentiēs, ad oriētem, nullo commisso prœlio, rediit. Interim Maximianus etiam Herculius eas turbas, quæ rempublicam vexarent, indigne ferēs; ad Diocletianum, id temporis † Carnuti (oppidum hoc Celticum est) degentem, venit; eique persuadere nititur, vt imperium resumeret, nec id pateretur tam diuturno tempore, tantisq; laboribus ipsorum conseruatum, insanienti iuuentæ, ac illorum dementiæ, a quibus occupatum esset, expositum quassari. Verum Diocletiano postulatis eius non adsentiente, sed negotiorum occupationi quietem anteferente: (nam fortassis etiam rerum perturbationem sequuturam prospiciebat, vt erat vir religionis obseruātissimus) Herculius eo conatu frustratus, & Rauennā vsq; progressus, rursum versus Alpes contendit, vt cōmorantē ibi Constantinū cōueniret. Quūq; natura inquietus & infidus esset, promissa illi Fau-

† *al.* Maximianus

Sigonius Carnunti *scripsit, & in* Pannonia *collocat.*

no factus est: & adlata purpura, Imperatorem ac Dominum clamabat; veniamque præteritorum poscebat. Nam vitã sibi certo policebatur, cujus nomine iusiurandum vxori eius a Constantino præstitum fuerat. Martinianum Constantinus satellitibus suis occidendum tradidit; Licinnio Thessalonicam ablegato, velut istic secure victuro. neque multo post ei, violata iurisiurandi religione, (quod quidem Constantino non insolens erat) laqueo vitam ademit. Posteaquam vniuersum imperium ad vnius Cõstantini potestatem rediisset, non iam amplius insitã a natura malitiam tegebat: sed indulgens animi libidini, omnia pro imperio agebat. Et patritis adhuc sacris vtebatur, non tam honoris religionisve caussa, quã necessitatis. quo fiebat, vt & hariolis, si qui essent experiẽtes, fidem haberet; veluti qui vera ei de rebus omnibus, feliciter gestis, prædixissent. At vbi Romam venit, omnis adrogãtiæ plenus, ab ipso lare sibi sumendum impietatis exordium putauit. Nam Crispum filium, Cæsaris (vt ante dictum est) ornatum titulo, quod in suspicionem venisset, quasi cum Fausta nouerca consuesceret; nulla ratione iuris naturalis habita, sustulit. Quumq; Cõstantini mater Helena tantam calamitatem ægro ferret animo, & intolerabilem ex cęde iuuenis dolorem perciperet: quasi consolans eã Constantinus, malum malo maiori sanauit. Nam quum balineum accẽdi supra modũ iussisset, eique Faustam inclusisset; mortuam inde extraxit. Horum ipse sibi conscius, & præterea cõtemtæ sacramentorum religionis: ad flamines accedens, admissorũ lustrationes poscebat. Illis respondentibus, non esse traditũ lustrationis modum, qui tam fœda eluere piacula posset: Ægyptius quidam, ex Hispania Romam delatus, palatinisq; mulierculis familiaris factus, & ad Cõstantini colloquium admissus; sentẽtiam doctrinæ Christianorum habere vim abolendi quodcumq; peccatũ confirmauit, & id ipsum adeo policeri; nimirũ acceptantes eam homines impios, mox omni delicto liberari. Eam orationem quum non grauate Constantinus accepisset, ac patrita missa faceret, perceptis iis quæ hic Ægyptius offerebat; principiũ impietatis hoc dedit, vt diuinationem suspectam haberet. Nam quod ei multæ res prosperæ

per hanc prædictæ fuissent, quib. quidem reipsa respondit euentus: verebatur, ne itidem aliis aduersus ipsum hanc cōsulentibus, id quod futurum esset, prædiceretur. Atque hoc consilio impulsus, ad huiusmodi abolenda se conuertit. Quum autem dies quidam more patrio festus adpetiisset, quo die in Capitolium exercitui adscendendum erat: eum adscensum verbis contumeliosis impudenter insectans, & a ritu sacrorum recedens, Senatus atque populi odium incurrit. Quumque profectas ab omnibus, ꝓpe dixerim, exsecrationes haud ferret; vrbem quamdam Romæ parem quærebat, in qua palatiū ipse sibi conderet. Itaque quum venisset inter Troadem & priscum illud Ilium, inuento loco ad vrbem condendā idoneo, fundamenta iecit; & muri partē aliquam in altum egit: quam adhuc videre est, si qui versus Hellespōtum nauigent. Sed quod eum huius operis instituti pænituisset, eo relicto, vt erat imperfectum, BYZANTIVM concessit: cuius vrbis situm admiratus, eam quammaxime statuit amplificandam, & efficiendam idoneam, vt principis in ea domicilium esset. Nam vrbs in colle sita est, eius isthmi partem complexa, quem isthmum id quod Ceras siue Cornu vocant, & Propontis, efficiunt. Et olim quidem eo loco portā habebat, quo loco porticus illæ desinunt, quas Seuerus Imperator exstruxit; quum suas aduersus Byzātios iras deposuisset, qui hostem ipsius Nigrum in vrbem admiserāt. Murus vero per collem demissus ab occidentali parte, vsq; ad Veneris ædē, & ipsum mare pertinebat, quod est e regione Chrysopolis. Eodem modo & ab aquilonali colle deorsum ductus erat vsque ad portum, † quod Nauale dicunt, & vlterius vsque ad mare, quod directo situm est ad id ostium, per quod in Pōtum Euxinum aduerso fluxu nauigatur. Et artum quidem hoc spatium, ad Pontum vsq;, trecentis plus minus stadiis in longitudinē patet. Hæc prisca ciuitatis amplitudo erat. Constātinus autē eo loco, quo loco quondā porta

† Νεώριον, vbi porta Νεωρίου, nūc Hebraea.

δυστυχημάτων ἐκβάντων εἰς ἔργον, ἐδεδίει μήποτε καὶ ἄλλοις κατ' αὐτοῦ τι πυνθανομένοις τὸ ἐσόμενον προρρηθείη· καὶ ἐκ ταύτης τῆς προαιρέσεως πρὸς τὸ ταῦτα καταλύειν ἐτράπη. τῆς δὲ πατρίου καταλαβούσης ἑορτῆς, καθ' ἣν ἀνάγκη τὸ στρατόπεδον ἦν ἰέναι εἰς τὸ Καπετώλιον, ἄνοδον ὀνειδίζων ἀναιδῶς, καὶ τῆς ἱερᾶς ἁγιστείας καταπατήσας, εἰς μῖσος τὴν γερουσίαν καὶ τὸν δῆμον ἀνέστησεν. Οὐκ ἐνεγκὼν δὲ τὰς παρὰ πάντων ὡς εἰπεῖν βλασφημίας, πόλιν ἀντίρροπον τῆς Ῥώμης ἐζήτει, καθ' ἣν αὐτὸν ἔδει βασίλεια καταστήσασθαι. γενόμενος δὲ μεταξὺ Τρωάδος καὶ τῆς ἀρχαίας Ἰλίου, καὶ τόπον εὑρὼν ἐς πόλεως κατασκευὴν ἐπιτήδειον, θεμελίους τε ἐπήξατο, καὶ τείχους τι μέρος εἰς ὕψος ἀνέστησεν· ὅπερ ἄχρι [νῦν] ὁρᾶν ἔνεστι τοῖς ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον πλέουσιν. ἐλθὼν δὲ εἰς μεταμέλειαν, καὶ ἀτελὲς τὸ ἔργον καταλιπών, ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ᾔει. θαυμάσας δὲ τὴν τῆς πόλεως θέσιν, ἔκρινε ταύτην ὅτι μάλιστα αὐξῆσαι, καὶ ἐς βασιλέως οἴκησιν ἁρμοδίαν καταστῆσαι. κεῖται μὲν γὰρ ἡ πόλις ἐπὶ λόφου, μέρος ἐπέχουσα τοῦ ἰσθμοῦ, τοῦ διὰ τοῦ καλουμένου Κέρατος καὶ τῆς Προποντίδος ἀποτελουμένου. καὶ τὸ μὲν παλαιὸν εἶχε τὴν πύλην ἐν τῇ συμπληρώσει τῶν στοῶν ἃς Σεβῆρος ὁ βασιλεὺς ᾠκοδομήσατο, παυσάμενος τῆς κατὰ Βυζαντίων ὀργῆς, ὅτι Νίγρον ὑπεδέξαντο πολέμιον ὄντα· τὸ δὲ τεῖχος διὰ τοῦ λόφου καθιέμενον ἦν ἀπὸ τοῦ δυτικοῦ μέρους ἄχρι τοῦ τῆς Ἀφροδίτης ναοῦ, καὶ θαλάσσης τῆς ἀντικρὺ Χρυσοπόλεως. ἀπὸ δὲ τοῦ βορείου λόφου κατὰ τὸν ἴσον τρόπον κατιὸν ἄχρι τοῦ λιμένος, ὃ καλοῦσι νεώριον, καὶ ἐπέκεινα μέχρι θαλάσσης, ἣ κατ' εὐθὺ κεῖται τοῦ στόματος δι' οὗ πρὸς τὸν Εὔξεινον ἀνάγονται Πόντον. μῆκος δὲ ἔχει τὸ στενὸν τοῦτο μέχρι τοῦ Πόντου σταδίων περί που τριακοσίων. τὸ μὲν οὖν ἀρχαῖον τῆς πόλεως μέγεθος τοῦτο ἦν. Ἀγορὰν δὲ ἐν τῷ τόπῳ, καθ' ὃν ἡ πύλη τὸ ἀρχαῖον ἦν, οἰκοδομήσας κυκλοτερῆ, καὶ στοαῖς *διστεγέσι ταύτην περιλαβών, ἁψῖδας δύο μαρμάρου Προικοννησίου μεγίστας ἀλλήλων ἀντίας ἀπετύπωσε, δι' ὧν ἔνεστιν εἰσιέναι εἰς τὰς Σεβήρου στοάς, καὶ τῆς πάλαι πόλεως ἐξιέναι. πολλῷ δὲ μείζονα τὴν πόλιν ἀποφῆναι βουλόμενος, τοῦ πάλαι τείχους ἐπέκεινα σταδίοις πεντεκαίδεκα τείχει περιέβαλε τὴν πόλιν, ἀπολαμβάνοντι πάντα τὸν ἰσθμὸν ἀπὸ θαλάσσης εἰς θάλασσαν.

erat, exstructo foro rotūdo, quod porticib. distegis inclusit; fornices duos e marmore Proconesio maximos fecit, oppositos sibi: ꝑ quos ire licet in Seueri porticus, & vrbe prisca egredi. Quumque vrbem longe maiorem efficere vellet, eā vltra veterem murum decē & quinque stadiis muro nouo circumdedit, qui totum isthmum a mari ad mare complecteretur.

ὥστε

τούτῳ τῷ τρόπῳ πολλῷ μείζονα τῆς προτέρας ἀποτελέσας, καὶ βασίλεια κατεσκεύασεν οὐ πολλῷ τῆς Ῥώμης ἐλάττονα· καὶ τὸν ἱππόδρομον εἰς ἅπαν ἐξήσκησε κάλλος, τὸ τῶν Διοσκούρων ἱερὸν μέρος αὐτοῦ ποιησάμενος, ὧν καὶ τὰ δείκηλα μέχρι νῦν ἔστιν ἐπὶ τῶν τοῦ ἱπποδρόμου στοῶν ἑστῶτα ἰδεῖν. ἔστησε δὲ κατά τι τοῦ ἱπποδρόμου μέρος καὶ τὸν τρίποδα τοῦ ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλωνος, ἔχοντα ἐν ἑαυτῷ καὶ αὐτὸ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἄγαλμα. οὔσης δὲ ἐν τῷ Βυζαντίῳ μεγίστης ἀγορᾶς τετραστόου, κατὰ τὰς τῆς μιᾶς στοᾶς ἄκρας, εἰς ἣν ἀνάγουσιν οὐκ ὀλίγοι βαθμοί, ναοὺς ᾠκοδομήσατο δύο, ἐγκαθιδρύσας ἀγάλματα θατέρῳ μὲν μητρὸς θεῶν Ῥέας, ὅπερ ἔτυχον οἱ σὺν Ἰάσονι πλεύσαντες ἱδρυσάμενοι κατὰ τὸ Δίνδυμον ὄρος, τὸ Κυζίκου τῆς πόλεως ὑπερκείμενον. φασὶ δὲ ὡς καὶ τοῦτο διὰ τὴν περὶ τὸ θεῖον ἐλωβήσατο ῥᾳθυμίαν, τούς τε περὶ ἑκάτερα λέοντας περιελών, καὶ τὸ σχῆμα τῶν χειρῶν ἐναλλάξας. κατέχειν γὰρ πάλαι δοκοῦσα τοὺς λέοντας, νῦν εἰς εὐχομένης μεταβέβληται σχῆμα, τὴν πόλιν ἐφορῶσα καὶ περιέπουσα. ἐν δὲ θατέρῳ Ῥώμης ἱδρύσατο τύχην. κατασκευάσας δὲ οἰκίας τισὶ τῶν ἐκ τῆς γερουσίας ἀκολουθήσασιν αὐτῷ, διετέλεσε πόλεμον οὐδένα κατορθώσας. Ἐπελθόντων δὲ * Θαϊφάλων, Σκυθικοῦ γένους, ἱππεῦσι πεντακοσίοις, οὐ μόνον οὐκ ἀντετάξατο τούτοις, ἀλλὰ [καὶ] τὸ πολὺ τῆς δυνάμεως ἀποβαλών, καὶ τὰ μέχρι τοῦ χάρακος αὐτοὺς ληιζομένους ἰδών, ἀγαπητῶς ἀποδρὰς διεσώθη.

Μείνας δὲ ἀπόλεμος, καὶ τρυφῇ τὸν βίον ἐκδούς, διένειμε τῷ Βυζαντίων δήμῳ σίτησιν δημοσίαν, ἣν ἄχρι τοῦδε διέμεινεν ἔχων. εἰς οἰκοδομίας δὲ πλείστας ἀνωφελεῖς τὰ δημόσια χρήματα δαπανῶν, τινὰ κατεσκεύασεν ἃ μικρὸν ὕστερον διελύετο, βέβαια διὰ τὴν ἔπειξιν οὐ γενόμενα. συνετάραξε δὲ [καὶ] τὰς πάλαι καθεσταμένας ἀρχάς. δύο γὰρ τῆς αὐλῆς ὄντων ὑπάρχων, καὶ τὴν ἀρχὴν κοινῇ μεταχειριζομένων, οὐ μόνον τὰ περὶ τὴν αὐλὴν τάγματα τῇ τούτων ᾠκονομεῖτο φροντίδι καὶ ἐξουσίᾳ, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰ ἐπιτετραμμένα τὴν τῆς πόλεως φυλακὴν, καὶ τὰ ταῖς ἐσχατιαῖς ἐγκαθήμενα πάσαις. ἡ γὰρ τῶν ὑπάρχων ἀρχή, δευτέρα μετὰ τὰ σκῆπτρα νομιζομένη, καὶ τὰς σιτήσεις ἐποιεῖτο τὰς ἐπιδόσεις, καὶ τὰ περὶ τὴν στρατιωτικὴν ἐπιστήμην ἁμαρτανόμενα

Hoc modo quum vrbē priore multo ampliorem reddidisset; regiā quoque condidit, Romana nō multo minorem. Itidem Hippodromum ad omnem elegantiam perpoliuit: cuius partem fecit Castoris & Pollucis ædem; quorum simulacra nunc etiam in porticibus Hippodromi stantia videre licet. Statuit & quadam in Hippodromi parte Apollinis Delphici tripodem, ipsius Apollinis simulacrum in se continentem. Quumque Byzantii forum maximum esset, quatuor porticibus inclusum: ad extremitates vnius ex hisce porticibus, ad quam gradus non pauci sursum ducunt, ædes duas exstruxit, collocato in harū altera matris Deum Rheæ simulacro; quod in monte Dindymo, qui opido Cyzico imminet, olim illi constituerant, quos Iason nauigationis socios habuit. Et aiūt eum hoc quadā ex vecordia, nihili facientē res diuinas, mutilasse; leonibus vtrimque sublatis, & manuum figura mutata. Nam quum olim tenere leones videretur, nunc speciem precantis exhibet, vrbem inspectans & obseruans. In altera Fortunæ Romanæ simulacrum posuit. Præterea quibusdam Roma sequutis eum senatoribus ædes exstruxit. Nec iam bellum vllū amplius gerebat. adeo quidem, vt Thaifalis, natione Scythica, cum equitibus quingentis irruentibus, non modo nullas copias aduersus eos in aciem eduxerit; sed etiam parte maiori exercitus amissa, quum hostes ad ipsum vallum vsque omnia diripere conspexisset, arrepta cupide fuga, sibi consuluerit. A bellorum curis vacuus, voluptariæque vitæ deditus, plebi Byzātinæ publicam †annonam distribuit, quam & hactenus illa semper habuit. Quumque pecuniam publicam in plurimas inutiles structuras impenderet, quædam ædificauit non multo post diruta, quod ob festinationem durabilia non essent. Conturbauit & magistratuum officia, iam olim instituta. Nam quum duo essent *præfecti prætorii*, qui hoc officium communiter gerebant, non palatini tantum ordines eorum cura potestateque gubernabantur: sed etiam ii quibus vrbis erat commissa custodia, & quotquot in omnibus limitibus erant collocati. Hic enim præfectorum prætorii magistratus, qui post Imperatorem secundus existimabatur, & annonas erogabat, & contra militarem disciplinam admissa

† *huius annonæ in Iustinianeo codice fit mentio.*

conuenientibus poenis corrigebat. Constantinus autem recte constituta loco mouens, vnum hûc magistratum in quatuor imperia discerpsit. Nam † vni præfecto prætorii totam Ægyptum, cum Libyæ Pentapoli, & orientem ad Mesopotamiam vsque, & præterea Cilices, Cappadoces, Armenios, oramque maritimam totam a Pamphylia Trapezuntem vsque, & vsque ad castella propter Phasidem sita, tradidit: eidem & Thracia commissa, & Mysia, † Asemi, ac Rhodopes, ac † Toperi opidi finibus circumscripta. præterea Cyprum adiecit, & Cycladas insulas; Lemno, & Imbro, & Samothracia exceptis. † Alteri Macedones adtribuit, & Thessalos, & Cretenses, & Græciam, & circumiacentes insulas, & Epirum vtramque; & preter has Illyrios, & Dacas, & Triballos, & Pannonios ad Valeriam vsque; & Mysiam preterea superiorem. † Tertio, totam Italiam, & Siciliam, & circumiacentes insulas, itemque Sardiniam, & Corsicam, & Africam a Syrtibus Cyrenen vsque: † quarto trãsalpinos Celtas & Hispanos, cum insula Britannica cõmisit. Hac ratione diuiso præfectorum magistratu, studiose conatus est aliis quoque modis eorum potestatem imminuere. Nam quum præessent vbique locorum militibus non modo centuriones & tribuni, verumetiam duces, (sic enim adpellabantur) qui quolibet in loco prætorum vicem obtinebant: *magistris militum* institutis, altero equitum, peditum altero, & in hos translata potestate militum ordinandorum, & coërcendi delinquentes, hac etiam in parte præfectorum auctoritati detraxit. Id vero tam paci, quam bello, detrimentum rebus adtulisse; me protinus indicante parebit. Quippe, dum præfecti prætoriis vbique terrarum tributa per adparitores suos exigerẽt, & militarem ex iis sumtum facerent; iidemq; milites dicto audientes haberent, in sustinendis ob delicta poenis, prout ipsis ea coërcenda videretur: non abs re milites cum animis suis cogitantes, eum, qui annonam & stipendium præberet, delinquentes etiam punire; nihil agere præter officium audebant, partim annonarum ademtionem, partim præsentem coërcitionem veriti. Nunc quum alius sit qui stipendiũ exhibet;

† P.P. orient.
† Trellium, Hæmi
† Doberi
† P.P. Illyrici
† P.P. Italiæ.
† P.P. Transalpinorũ; vt lib. 5 adpellatur.

ταῖς καθηκούσαις ἐπανορθοῦν κολάσεσι. Κωνσταντῖνος δὲ, τὰ καλῶς καθεστῶτα κινῶν, μίαν οὖσαν ἐς τέσσαρας διεῖλεν ἀρχάς. ὑπάρχῳ γὰρ ἑνὶ τὴν Αἴγυπτον ἅπασαν πρὸς τῇ Πενταπόλει Λιβύης, καὶ τὴν ἑῴαν ἄχρι Μεσοποταμίας, καὶ προσέτι γε Κίλικας, καὶ Καππαδόκας, καὶ Ἀρμενίους, καὶ τὴν παράλιον ἅπασαν, ἀπὸ Παμφυλίας ἄχρι Τραπεζοῦντος, καὶ τῶν παρὰ τὸν Φᾶσιν φρουρίων, παρέδωκε· τῷ αὐτῷ καὶ Θρᾴκην ἐπιτρέψας, Μυσίαν τε μέχρις * Ἀσήμου καὶ Ῥοδόπης [καὶ] μέχρι * Δοβήρου πόλεως ὁριζομένην· καὶ Κύπρον μέντοι, καὶ τὰς Κυκλάδας νήσους, δίχα Λήμνου καὶ Ἴμβρου καὶ Σαμοθρᾴκης. ἑτέρῳ δὲ Μακεδόνας, καὶ Θετταλοὺς, καὶ Κρῆτας, καὶ τὴν Ἑλλάδα, καὶ τὰς περὶ αὐτὴν νήσους, καὶ ἀμφοτέρας Ἠπείρους, καὶ πρὸς ταύταις Ἰλλυριοὺς, καὶ Δάκας, καὶ Τριβαλλοὺς, καὶ τοὺς ἄχρι τῆς Βαλερίας Παίονας, καὶ ἐπὶ τούτοις τὴν ἄνω Μυσίαν. τῷ δὲ τρίτῳ τὴν Ἰταλίαν ἅπασαν, καὶ Σικελίαν, καὶ τὰς περὶ αὐτὴν νήσους, καὶ ἔτι γε Σαρδόνα, καὶ Κύρνον, καὶ τὴν ἀπὸ Σύρτεων Κυρήνης ἄχρι Λιβύην. τῷ δὲ τετάρτῳ τοὺς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις Κελτούς τε καὶ Ἴβηρας πρὸς τῇ Βρεττανικῇ νήσῳ. ταύτην διελόμενος τὴν τῶν ὑπάρχων ἀρχὴν, καὶ ἄλλοις τρόποις ἐλαττῶσαι ταύτην ἐσπούδασεν. ἐφεστώτων γὰρ τοῖς ἁπανταχοῦ στρατιώταις οὐ μόνον ἑκατοντάρχων καὶ χιλιάρχων, ἀλλὰ καὶ τῶν λεγομένων δουκῶν, οἳ στρατηγῶν ἐν ἑκάστῳ τόπῳ τάξιν ἐπεῖχον· στρατηλάτας καταστήσας, τὸν μὲν, τῆς ἵππου, τὸν δὲ, τῶν πεζῶν, εἰς τούτους τε τὴν ἐξουσίαν τοῦ τάττειν στρατιώτας καὶ τιμωρεῖσθαι τοὺς ἁμαρτάνοντας μεταθεὶς, παρείλετο καὶ ταύτης τοὺς ὑπάρχους τῆς αὐθεντίας.

Ὅτι δὲ τοῦτο καὶ τοῖς * εἰρήνῃ καὶ τοῖς κατὰ πόλεμον ἐλυμήνατο πράγμασιν, αὐτίκα ἐρῶ. τῶν ὑπάρχων τοὺς ἁπανταχοῦ φόρους διὰ τῶν ὑπηρετουμένων αὐτοῖς εἰσπραττόντων, καὶ τὴν στρατιωτικὴν ἐκ τούτων ποιουμένων δαπάνην, ἐχόντων δὲ τοὺς στρατιώτας ὑποχειρίους εἰς τὸ δίκας ὑπέχειν κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν· εἰκότως οἱ στρατιῶται κατὰ νοῦν ἔχοντες ὡς ὁ χορηγῶν τὴν σίτησιν αὐτοῖς καὶ πταίουσιν ἐπεξέρχεται, πράττειν τι παρὰ τὸ καθῆκον οὐκ ἐθάρρουν, δέει καὶ τῆς τῶν σιτήσεων ἀφαιρέσεως, καὶ τῆς παραπόδας κολάσεως· νῦν δὲ ἑτέρου μὲν ὄντος τοῦ τὰς τροφὰς ἐπιδιδόντος, ἑτέρου

ἑτέροις [δὲ] τοῦ τῆς ἐπιστήμης κυρίου, κατ' ἐξουσίαν ἅπαντα πράττουσι· πρὸς τῷ καὶ τὸ πλέον τῶν σιτήσεων μέρος εἰς κέρδος τοῦ στρατηγοῦ καὶ τῶν ὑπηρετουμένων τούτῳ χωρεῖν. Ἔπραξε δέ τι Κωνσταντῖνος καὶ ἕτερον, ὃ τοῖς βαρβάροις ἀκώλυτον ἐποίησε τὴν ἐπὶ τὴν Ῥωμαίοις ὑποκειμένην χώραν διάβασιν. τῆς γὰρ Ῥωμαίων ἐπικρατείας ἁπανταχοῦ τῶν ἐσχατιῶν τῇ Διοκλητιανοῦ προνοίᾳ, κατὰ τὸν εἰρημένον ἤδη μοι τρόπον, πόλεσι καὶ φρουρίοις καὶ πύργοις διειλημμένης, καὶ παντὸς τοῦ στρατιωτικοῦ κατὰ ταῦτα τὴν οἴκησιν ἔχοντος, ἄπορος τοῖς βαρβάροις ἦν ἡ διάβασις, πανταχοῦ δυνάμεως ἀπαντώσης τοὺς ἐπιόντας ἀπώσασθαι. καὶ ταύτην δὴ τὴν ἀσφάλειαν διαφθείρων ὁ Κωνσταντῖνος, τῶν στρατιωτῶν τὸ πολὺ μέρος τῶν ἐσχατιῶν ἀποστήσας, ταῖς οὐ δεομέναις βοηθείας πόλεσιν ἐγκατέστησε, καὶ τοὺς ἐνοχλουμένους ὑπὸ βαρβάρων ἐγύμνωσε βοηθείας, καὶ ταῖς εὐθηνουμέναις τῶν πόλεων τὴν ἀπὸ τῶν στρατιωτῶν ἐπέθηκε λύμην, δι' ἣν ἤδη πλεῖσται γεγόνασιν ἔρημοι· καὶ τοὺς στρατιώτας, ἐκδόντας ἑαυτοὺς θεάτροις καὶ τρυφαῖς, ἐμαλάκισε. καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, τῆς ἄχρι τοῦδε τῶν πραγμάτων ἀπωλείας αὐτὸς τὴν ἀρχὴν καὶ τὰ σπέρματα δέδωκε. Καίσαρα δὲ καταστήσας ἤδη τὸν ἑαυτοῦ παῖδα Κωνσταντῖνον, ἀποδείξας δὲ σὺν αὐτῷ καὶ Κωνστάντιον καὶ Κώνσταντα, παῖδας ὄντας αὐτοῦ, ηὔξησε τὴν Κωνσταντινούπολιν εἰς μέγεθος πόλεως σφόδρα μεγίστης· ὥστε καὶ τῶν μετ' αὐτὸν αὐτοκρατόρων τοὺς πολλοὺς τὴν οἴκησιν ἑλομένους ἐν αὐτῇ, πλῆθος ὑπὲρ τὴν χρείαν συναγαγεῖν τῶν ἁπανταχοῦ γῆς, ἢ στρατείας ἢ ἐμπορείας ἕνεκεν, ἢ ἄλλων ἐπιτηδευμάτων, εἰς ταύτην ἀγειρομένων. διὸ καὶ τείχεσιν ἑτέροις, πολλῷ μείζοσιν ὧν ὁ Κωνσταντῖνος ἐποίησεν, αὐτὴν περιέβαλον· καὶ τὰς οἰκήσεις οὕτως εἶναι συνεχώρησαν συνεχεῖς, ὥστε καὶ οἰκουροῦντας καὶ ἐν ταῖς ἀγοραῖς ὄντας στενοχωρεῖσθαι τοὺς ταύτης οἰκήτορας, καὶ μετὰ κινδύνου βαδίζειν διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων καὶ ζώων πολυπληθίαν. ἐπεγαιώθη δὲ καὶ τῆς περὶ αὐτὴν θαλάσσης οὐκ ὀλίγον, πάλων κύκλῳ παγέντων, καὶ οἰκοδομημάτων αὐτοῖς ἐπιτεθέντων, ἃ καὶ καθ' ἑαυτὰ πόλιν ἀρκεῖ μεγάλην πληρῶσαι. Καί μοι πολλάκις ἐπῆλθε θαυμάσαι, πῶς εἰς τοσοῦτο τῆς Βυζαντίων πόλεως ηὐξημένης, ὡς μηδεμίαν ἄλλην ἐς εὐδαιμονίαν [ἢ] μέγεθος αὐτῇ παραβάλλεσθαι, πρόρρησις ἐκ θεῶν οὐδεμία περὶ τῆς εἰς ἀμείνονα τύχην αὐτῆς ἐπιδόσεως

alius, cuius arbitrio militum coërcitio est commissa: omnia pro imperio agunt: ne dicam, maiorē annonæ partem ducis, & adparitorū ipsius lucro cedere. Fecit & aliud quiddā Constantinus, quod in dicionem populi Romani liberum barbaris aditū præbuit. Nam quum imperiū Romanum extremis in limitibus vbique Diocletiani prouidentia, quemadmodum a nobis supra dictū est, opidis, & castellis atq; burgis inclusum esset, omnesque copiæ militares in iis domicilium haberent: fieri non poterat, vt barbari transirent, vbiq; copiis hostium repellendorum caussa occurrentibus. Hanc præsidiorum munitionē Constantinus abolens, maiorem militum partem, de limitibus submotam, in opidis nullius opis egentibus, collocauit; a barbaris vexatos presidio nudauit, tranquillas & quietas vrbes militum peste grauauit, qua iam complures ad solitudinem redactæ sunt; milites ipsos, theatris & voluptatib. addictos, emolliuit; deniq;, simpliciter vt dicam, rerū hactenus pereuntium internecioni principiū & semina prębuit. Iam Constantinum filiū Cæsarem adpellauerat; & vna cum ipso, tam Constantio, quam Constante filiis, eodem titulo cohonestatis; Constantinopolim ad amplitudinē vrbis longe maximæ tam feliciter auxit, vt plerią; post eū principes, ibidem constituto domicilio, maiorē, quam vsus poscat, hominum multitudinem eo pellexerint; qui vndiq; terrarū istuc vel militiæ, vel mercaturæ, vel aliorum negotiorum caussa confluunt. Quapropter & muris longe capacioribus, quam essent ii quos Constantinus struxit, eam circumdederunt; & ędificia tā esse contigua permiserunt, vt habitatores eius, siue domi se cōtineant, siue in cōpitis sint, artētur; nec sine periculo, propter ingentem hominum iumentorumq; copiam, incedant. Nec pars exigua vicini maris ad terræ formam redacta est, vndiq; defixis palis, & ædificiis in eos impositis; quæ seorsum ad complendam vrbem amplam sufficerent. Ac mihi quidē sæpe mirari subiit, qui fieret vt, quū vrbs Byzantina tantopere excreuerit, vt alia nulla cū hac, siue felicitatem, siue magnitudinē spectes, comparari possit; nullū vaticinium maioribus nostris de ipsius incremēto, meliorē ad fortunam

euectæ, datum fuerit. in qua cogitatione dum iampridem versor, multis historiarum monumentis, & oraculorum collectionibus euolutis, & exacto nōnullo tempore in hac de istis dubitatione: vix tandem in oraculum quoddam incidi, quod Erythrææ Sibyllæ, vel Epiroticæ Phaellonis esse perhiberetur. Nam & istæc adflata numine, fertur edidisse quædam oracula; quibus fretus Nicomedes, Prusiæ filius, qui ea suis ex commodis interpretaretur, hortatu Attali bellum patri Prusiæ fecit. Est autem oraculum huiusmodi:

Oraculū hoc de Byzantio, Turcorū vim per lupos notare videtur.

Rex Thracum, capies vrbē: in balātibus agnis
Vncunguē pariter, magnū, horribilemq; leonē
Augebis: patria quondam cimelia terra
Qui rapiet: citraq; laborem agro potieris.
Sed non aio diu te sceptris perfruiturum,
(Quippe canes vrgēt vtrimq;) sed bis spoliādū.
Sopitumq; lupū vncunguem † dirumq; ciebis.
Namq; vel inuiti ceruicem sub iuga mittet.
Bithynasq; lupi regiones tunc habitabunt,
Consilio Iouis: & mox regia sceptra tenebunt:
Magna qui veteris habitāt Byzantis in vrbe.
Felix Hellesponte, & moenia condita diuis.
Imperio superum —
Quā lupus ille grauis tamē inuitus trepidabit.
Norūt me, nostris habitāt qui sedibus. haud iā
Amplius ipsa animum celabo parentis, aperte
Mortali generi diuina oracula pandens. (tus:
Thressa malū tellus ingens parit, & prope par-
Vsu nempe malam subolem pariter feret illi.
Ad latera adiuncta ponto telluris & hulcus
Præumidū crescet, cito ruptum sanguine manans.

† al. timidumque

Hoc oraculū omnia, prope dixerim, reuera designat, obscurisque vocibus indicat euentura Bithynis mala, propter graue tributorum onus, quæ sequutis temporibus eis imposita fuerunt: & quod imperium cito venturum esset ad eos, *magna qui veteris habitant Byzantis in vrbe.* Quod autem sæculis non paucis interiectis ea, quæ prædicta fuerant, euenerint: non eo quis torqueat, ac si de re quadam alia vaticinium hoc loquatur. Nā omne tempus Deo breue est, qui semper & exsistit, & erit. Atq; hæc tum de verbis oraculi, tum de rerum ipsarum euentis ratiocinando collegi. Quod si cui videtur esse alia verborū oraculi sentētia, per me sane sic illud accipiat, licet. Ceterum Constantinus his ita perfectis, exhaurire nō desinebat vectigalia largitionibus; quæ non vbi par erat, sed in homines indignos, ac inutiles, fiebant. Et collatoribus quidem tributorū grauis erat, illos autem

τοῖς περὶ ἡμῶν ἀνθρώποις ἐδόθη· καὶ ταύτην ἐκ πολλοῦ τὴν ἔννοιαν ἔχων, πολλάς τε βίβλους ἱστορικὰς καὶ χρησμῶν συναγωγὰς ἀνελίξας, χρόνον τε ἐν τῷ περὶ τούτων ἀπορεῖν δαπανήσας, ἐνέτυχον μόλις χρησμῷ τινὶ, Σιβύλλης εἶναι λεγομένῳ τῆς Ἐρυθραίας, ἢ Φαελλοῦς τῆς Ἠπειρώτιδος. καὶ αὕτη γὰρ γενομένη κάτοχος, ἐκδεδωκέναι χρησμοὺς λέγεται· *ᾧ πεποιθότα Νικομήδην τὸν Προυσίου, καὶ πρὸς τὸ δοκοῦν λυσιτελεῖν ἑρμηνεύοντα, πόλεμον ἄρασθαι πρὸς τὸν πατέρα Προυσίαν, Ἀττάλῳ πειθόμενον. ἔχει δὲ τὸ λόγιον οὕτως·

Ὦ βασιλεῦ Θρηκῶν, λείψεις πόλιν ἐν προβάτοισιν
Αὐξήσεις δὲ λέοντα μέγαν, γαμψώνυχα, δεινόν·
Ὅς ποτε κινήσει πατρίας κειμήλια χώρας·
Γαῖαν δ᾽ *αἱρήσει μόχθων ἄτερ. οὐ δέ σε φημὶ
Σκηπτούχοις τιμαῖσιν ἀγάλλεσθαι μετὰ δηρόν,
Ἐκ δὲ θρόνων πεσέειν· οἱ κύνες ἀμφὶς ἔχουσι.
Κινήσεις δ᾽ εὕδοντα λύκον, γαμψώνυχα, *δεινόν.
Οὐδ᾽ ἐθέλοντι γὰρ εἴσω ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα θήσει.
Δὴ τότε Βιθυνῶν γαῖαν λύκοι οἰκήσουσι,
Ζηνὸς ἐπιφροσύναισι. ταχὺ δ᾽ ἐπιβήσεται ἀρχὴ
Ἀνδράσιν οἳ Βύζαντος ἕδος κάτα ναιετάουσι. (δρῶν.
Τρισμάκαρ Ἑλλήσποντε, θεόκτιτα τείχεά τ᾽ ἀν-
— θείαισιν ἐφετμαῖς
Ἦν λύκος αἰνόλυκος πτήξει κρατερῆς ὑπ᾽ ἀνάγκης.
Οἵ με γὰρ εἴσασίν τε ἐμὸν ναίοντες ἔδεθλον.
Οὐκέτι σιγήσω πατρὸς νόον, ἀλλ᾽ ἀναδείξω
Ἀθανάτων λογίων θνητοῖς εὔσημον ἀοιδήν.
Θρῆσσα κύει μέγα πῆμα, τόκος δέ οἱ οὐκέτι πηλοῦ.
Πεῖρα παῖδα κακὸν . . . καὶ τῆδε φέροντα·
Τρηχὺ παρ᾽ ἠπείρου πλευραῖς *ἐπαΐσσεται ἕλκος,
Καὶ μέγα οἰδήσει, ταχὺ δὲ ῥαγὲν αἱμορρήσει.

τοῦτο δὲ λόγιον πάντα μὲν ὡς εἰπεῖν ὑπεμφαῖνον ὄντως καὶ αἰνίγμασι λέγει, τά τε ἐσόμενα Βιθυνοῖς κακὰ διὰ τὴν τῶν ἐπενεχθέντων αὖθις ἐς τὰ μετὰ ταῦτα φόρων βαρύτητα· καὶ ὡς ἡ ἀρχὴ ταχέως ἐπιβήσεται Ἀνδράσιν οἳ Βύζαντος ἕδος κάτα ναιετάουσι. τὸ δὲ μετὰ χρόνους οὐκ ὀλίγους τὰ προρρηθέντα ἐκβῆναι, μὴ λαμβανέτω τις εἰς τὸ περὶ ἑτέρου τινὸς λέγειν τὴν πρόρρησιν. πᾶς γὰρ χρόνος τῷ θείῳ βραχὺς, ἀεί τε ὄντι καὶ ἐσομένῳ. Ταῦτα δὴ οὖν ἔκ τε τῶν τοῦ χρησμοῦ ῥημάτων, καὶ ἀπὸ τῶν ἐκβάντων ἐτεκμηράμην. εἰ δέ τῳ τὸ χρησθὲν ἑτέρως ἔχειν δοκεῖ, ταύτῃ νοείτω. Κωνσταντῖνος δὲ ταῦτα διαπραξάμενος, διετέλεσε δωρεαῖς οὐκ ἐν δέοντι γινομέναις, ἀλλὰ εἰς ἀναξίους καὶ ἀνωφελεῖς ἀνθρώπους τοὺς φόρους ἐκδαπανῶν· καὶ τοῖς μὲν εἰσφέρουσι γινόμενος φορτικὸς, τοὺς δὲ

μηδὲν

μηδὲν ὠφελεῖν δυναμένους πλουτίζων. τὴν γὰρ ἀσωτίαν ἡγεῖτο φιλοτιμίαν. οὗτος καὶ τὴν εἰσφορὰν ἐπήγαγε χρυσίου τε καὶ ἀργυρίου πᾶσι τοῖς ἁπανταχοῦ γῆς μετιοῦσι τὰς ἐμπορείας, καὶ τοῖς ἐν ταῖς πόλεσι παντοπωλίαν προτιθεῖσι, μέχρι καὶ τῶν εὐτελεστάτων, οὐδὲ τὰς δυστυχεῖς ἑταίρας ἔξω ταύτης ἐάσας τῆς εἰσφορᾶς. ὥστε ἦν ἰδεῖν, μέλλοντος τοῦ τετραετοῦς ἐνίστασθαι χρόνου, καθ' ὃν ἔδει τοῦτο τὸ τέλος εἰσφέρεσθαι, θρήνους ἀνὰ πᾶσαν πόλιν καὶ ὀδυρμούς· ἐνστάντος δὲ, μάστιγας καὶ βασάνους ἐπιφερομένας τοῖς σώμασι τῶν διὰ πενίας ἐσχάτης ζημίαν ὑπενεγκεῖν μὴ δυναμένων. ἤδη δὲ καὶ μητέρες ἀπεδίδοντο τοὺς παῖδας, καὶ πατέρες ἐπὶ πορνεῖον θυγατέρας ἐστήσαντο, ἐκ τῆς τούτων ἐργασίας ἀργύριον τοῖς τοῦ χρυσαργύρου πράκτορσιν εἰσενεγκεῖν ἐπειγόμενοι. βουλόμενος δὲ καὶ τοῖς ἐν λαμπρᾷ τύχῃ προσοῦσαί τι λυπηρὸν, ἕκαστον εἰς τὴν τοῦ πραίτωρος ἀξίαν ἐκάλει, καὶ τῷ προκαλύμματι τῆς τιμῆς ἀργυρίου σταθμὸν ἀπῄτει πολύν· ἦν οὖν ἰδεῖν, τῶν εἰς τοῦτο τεταγμένων ἐπιδημούντων ταῖς πόλεσι, φυγὴν ἁπάντων καὶ ἀποδημίαν ἀλλόφυλον, δεδιότων μὴ σὺν ἀπωλείᾳ τῆς οὐσίας, ταύτης τύχοιεν τῆς ἀξίας. ἀπεγράψατο δὲ τὰς τῶν λαμπροτάτων οὐσίας, τέλος ἐπιθεὶς, ᾧτινι φόλλιν αὐτὸς ἐπέθηκεν ὄνομα· καὶ ταῖς τοιαύταις εἰσφοραῖς τὰς πόλεις ἐξεδαπάνησεν. ἐπιμενούσης γὰρ καὶ μετὰ Κωνσταντῖνον τῆς ἀπαιτήσεως ἐπὶ χρόνον συχνὸν, ἐξαντλουμένου κατὰ βραχὺ τοῦ πλούτου τῶν πόλεων, ἔρημοι τῶν οἰκούντων αἱ πλεῖσται γεγόνασι. Τούτοις ἅπασι τοῖς τρόποις ὁ Κωνσταντῖνος τὰ πολιτεύματα λυμηνάμενος, ἐτελεύτησε νόσῳ. Διαδεξάμενοι δὲ τὴν βασιλείαν τῶν αὐτοῦ παίδων, ὄντων τριῶν, (ἐτέχθησαν δὲ οὗτοι οὐκ ἀπὸ Φαύστης τῆς τοῦ Ἑρκουλίου Μαξιμιανοῦ θυγατρὸς, ἀλλ' ἐξ ἄλλης, ἣν μοιχείας ἐπαγαγὼν μέμψιν, ἀπέκτεινεν) εἴχοντο τῶν πραγμάτων, τῇ τῆς νεότητος ἐνδιδόντες ῥοπῇ μᾶλλον, ἢ τῷ τῶν κοινῶν ὠφελίμῳ. πρῶτον γὰρ ἐνείμαντο τὰ ἔθνη· καὶ Κωνσταντῖνος μὲν ὁ πρεσβύτερος ἅμα τῷ νεωτάτῳ Κώνσταντι, τὰ ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἅπαντα, καὶ τὴν Ἰταλίαν καὶ Ἰλλυρίδα πρὸς τούτοις ἔλαχεν ἔχειν· ἔτι δὲ τὰ περὶ τὸν Εὔξεινον Πόντον, καὶ τὴν ὑπὸ Καρχηδόνα Λιβύην. Κωνσταντίῳ δὲ τὰ περὶ τὴν Ἀσίαν, καὶ τὴν ἑῴαν, καὶ Αἴγυπτον, ἐπετέτραπτο. συνῆρχον δὲ αὐτοῖς τρόπον τινὰ, Δαλμάτιος, καῖσαρ ὑπὸ

cumulabat opibus, qui nulli esse vsui poterãt. Nam profusionem pro munificentia ducebat. Idem & auri argentiq; collationem imposuit omnibus vbique terrarum negotiationes exercentibus, & dardanariis opidorum, ad vilissimos vsque; ne miseris quidem meretriculis hac collatione liberatis. Itaque videre erat, quoties quartus quisq; annus adpeteret, quo tributum illud pendendum erat, meras per vniuersam vrbem lacrumas & ploratus: vbi vero iam aduenisset, nõ nisi flagra tormentaq; corporibus eorum adhibita, qui propter paupertatem extremã sustinere iacturam hãc non possent. Quin & liberos ipsæ matres distrahebant, & patres filias prostituebant; ex harum quæstu † *chrysargyri* (quasi dicas aurargentei tributi) exactoribus pecuniam offerre coacti. Quumq; splẽdidioris etiam fortunę hominibus excogitare quiddam vellet, quod eis dolorem adferret: quemlibet horum ad praturæ dignitatem vocabat, & honoris prætextu magnum pecuniæ pondus exigebat. Iccirco quoties ad vrbes venissent, q̃ huius rei mandatum habebant; videre erat fugam omnium, & profectionem ad extraneos; metuentium, ne cum facultãtum detrimento dignitatem hanc apiscerentur. Habebat autem descripta virorũ clarissimorum patrimonia, quibus & tributum imposuit, quod ipse *Follem* nuncupauit. Et huiusmodi sane collationibus vrbes exhausit. Nam quum etiam lõngo tempore post Constantinum duraret earũ exactio, paullatim exhaustis opidorum diuitiis, ab habitatoribus complura deserta fuerunt. His omnibus modis quum rempublicam detrimento graui Cõstantinus adfecisset, morbo exstinctus est. Eius filii, successionem in imperio nancti, qui erant omnino tres, nõ ex Fausta Maximiani Herculii filia nati, sed ex alia, quã insimulatã adulterii morte adfecerat; sic rebus intẽti erant, vt libidinis iuuenilis potiorem, quam cõmodi publici rationem haberent. Nam primũ inter se nationes partiebantur. Et CONSTANTINVS quidẽ, natu maximus, cũ minimo natu CONSTANTE, omnia trans Alpes sita, & Italiã, & Illyricũ sortitus est: prætereа Ponto Euxino finitima, & Africæ quidquid ad Karthaginẽ pertinet. CONSTANTIO datũ est, quidquid esset in Asia, & oriẽte, & Ægypto. Erant & imperii quodã modo participes, *Dalmatius*, a Constantino

† De chrysargyro, siue auro lustrali, mentio etiam in tit. C. de aur. lustr. coll.

Cæſar dictus; & *Conſtantius*, Cōſtantini frater, & *Anaballianus*; qui purpurea & †aureis ornata limbis veſte vtebantur: dignitatem *nobiliſſimatus*, vt vocant, ab ipſo Conſtantino, propter adgnationis reuerentiam, conſequuti. Tributo in hunc modū ſuo cuique imperio, Conſtantius, quaſi qui data opera in hoc incumberet, ne impietate a patre ſuperaretur; exorſus ab ipſo lare, cognati ſanguinis effuſione virilem omnibus animum probare voluit. Ac primum quidē Conſtātium patruum a militibus interfici curat. Deinde Dalmatio Cęſari ſimiles inſidias ſtruit; Optato quoq; cum hoc interfici iuſſo, qui *patricii* dignitatem adeptus a Conſtantino fuerat. Eum honoris titulū primus Conſtantinus excogitauerat, lataque lege ſanxerat, vt qui hunc cōſequuti fuiſſent, ſupra ipſos præfectos prætoriorū ſeſſitarent. Tunc & Ablauius præfectus prætorii necatus eſt, ipſa Vindicta merita hominē poena multāte; quod per inſidias Sopatro philoſopho mortem machinatus fuiſſet, dū ei †Conſtantini familiaritatem inuideret. Ac veluti cōtra cognationem vniuerſam graſſatus, etiā his Anaballianum adiecit; quū milites ſubornaſſet, vt clamarent; alterius neminis imperiū ſe ferre poſſe, quam Conſtantini filiorum. Et hæc quidē Cōſtantii fuere facinora. Ceterū controuerſia mota inter Conſtantinū & Conſtantem, de pertinente ad Karthaginē Africa, deque Italia: Conſtans incautū fratrem opprimere volēs, inimicitias toto triennio diſſimulat. exſpectatoq; tempore, quo prouinciā ſibi fidam & beneuolam ingreſſus erat; ablegat milites, ſpecie quidē tenus opem Cōſtantio laturos in gerendo bello Perſico: ſed reapſe Conſtantinū, nihil tale ſcientē, oppreſſuros. Hi perficientes ea, quæ imperata fuerant; Cōſtantinum occidunt. Hoc modo quum fratrē Conſtās e medio ſuſtuliſſet, in ſubditos cū omni crudelitate graſſabatur, & omnē intolerabilem tyrannidē excedebat. Emtis enim barbaris, quibus eſſet vultus elegans, & aliis itidē, quos obſidum loco ſecū haberet, quiduis aduerſus ſubditos agēdi facultate cōceſſa, veluti qui oculis ad impudicitiam ei gratificarentur: omnes imperio ſuo ſubiectas nationes in extrema mala præcipitabat. Quæ quū aulici moleſte ferrent, & ipſum venationis voluptatibus deditum viderent;

† vel, inaurata veſte

† al. Conſtantis.

Κωνσαντίνε καίσαρ καταςαθείς· ἔτι δὲ [καὶ] Κωνςάντιος ἀδελφὸς ὢν αὐτοῦ, καὶ Αναβαλλιανὸς, ἐσθῆτι χρώμενοι κοκκοβαφεῖ καὶ περιχρύσῳ, τῆς τοῦ λεγομένου νωβελισσίμου παρ᾽ αὐτοῦ Κωνσαντίνε τυχόντες ἀξίας, αἰδοῖ τῆς συγγενείας. Ἀλλὰ τῆς ἀρχῆς οὕτως ἑκάςῳ νεμηθείσης, Κωνςάντιος ὥσπερ ἐξεπίτηδες μὴ κατόπιν γενέσθαι τῆς τοῦ πατρὸς ἀσεβείας ἐσπουδακὼς, ἀφ᾽ ἑςίας ἀρξάμενος, αἷμα συγγενὲς . . ἀνδρείας τόπου δεῖγμα παρασχεῖν ἅπασιν ἠβουλήθη. καὶ πρῶτον μὲν Κωνσαντίῳ πατρὸς ἀδελφῷ διὰ τῶν ςρατιωτῶν κατασκευάζεται θάνατον. ἔπειτα καὶ Δαλματίῳ τῷ καίσαρι ῥάπτει τὴν ὁμοίαν ἐπιβουλὴν, συναναιρεθῆναι τούτῳ καὶ Ὀπτάτον παρασκευάσας, ὃς παρὰ Κωνσαντίνε τῆς ἀξίας τετυχήκει τοῦ πατρικίου, πρώτου ταύτην ἐπινοήσαντος τὴν τιμὴν, καὶ προκαθῆσθαι τοὺς ταύτης ἠξιωμένους τῶν τῆς αὐλῆς ὑπάρχων νομοθετήσαντος. ἀνῃρέθη δὲ τότε Ἀβλάβιος ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος, τῆς δίκης ἀξίαν αὐτῷ ποινὴν ἐπιθείσης, ἀνθ᾽ ὧν ἐπεβούλευσε θάνατον Σωπάτρῳ τῷ φιλοσόφῳ, φθόνῳ τῆς *Κωνσαντίνε πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος. ὥσπερ δὲ κατὰ πάσης χωρῶν τῆς συγγενείας, καὶ Ἀναβαλλιανὸν τούτοις ἐπέθηκεν· ὑποθέμενος ἐκβοᾶν τοῖς ςρατιώταις, ὡς οὐκ ἂν ἄρχοντος ἑτέρου, πλὴν τῶν Κωνσαντίνε παίδων, ἀνάσχοιντο. ταῦτα μὲν οὕτω Κωνσαντίῳ διεπονήθη. Κωνσαντίνῳ δὲ καὶ Κώνςαντι περὶ τῆς ὑπὸ Καρχηδόνα Λιβύης καὶ Ἰταλίας γενομένης ἀμφισβητήσεως, ἀφυλάκτῳ βουλόμενος ὁ Κώνςας ἐπιθέσθαι τἀδελφῷ, ἐπὶ μὲν τριετῆ χρόνον τὴν ἔχθραν ἔμεινεν ἐπικρύπτων· καραδοκήσας δὲ χώρας ἐπιβαίνοντα πρὸς αὐτὸν φιλίως ἐχούσης, ἔςελλε ςρατιώτας, ὡς μὲν φαινομένῳ, Κωνσαντίῳ συμμαχήσοντας εἰς τὸν κατὰ Περσῶν πόλεμον· ἐπιθησομένους δὲ Κωνσαντίνῳ, μὴ προειδομένῳ τι τούτων· οἳ τὰ ἐπιτάγματα πληρώσαντες, ἀναιροῦσι τὸν Κωνσαντῖνον. Τούτῳ δὲ τῷ τρόπῳ τὸν ἀδελφὸν ὁ Κώνςας ἐκποδὼν ποιησάμενος, διὰ πάσης ὠμότητος ἐχώρει κατὰ τῶν ὑπηκόων, πᾶσαν ἀφόρητον ὑπερβαλλόμενος τυραννίδα. βαρβάρους γὰρ εὐπροσώπους ὠνούμενος, καὶ ἔχων ἐν ὁμήρων τάξει παρ᾽ ἑαυτῷ, πάντα τε παρασχεῖν ἐφιεὶς κατὰ τῶν ὑπηκόων αὐτοῖς, οἷα τῷ ὁρᾶν ἐπιδιδοῦσιν αὐτῷ πρὸς διαφθορὰν, εἰς ἔσχατον ἤγαγε πάντα τὰ ὑπ᾽ αὐτὸν ἔθνη κακοῦ. πρὸς ἃ δυσχεραίνοντες οἱ περὶ τὴν αὐλὴν, ἐπειδὴ ταῖς περὶ θήραν τέρψεσιν αὐτὸν ἐγκείμενον εἶδον,

ἡγεμόσι πρὸς τοῦτο χρησάμενοι Μαρκελλίνῳ τῷ τοῦ ταμιείου προεστηκότι, καὶ Μαγνεντίῳ τῷ τὴν ἀρχὴν ἐπιτετραμμένῳ τῶν Ἰοβιανῶν καὶ Ἑρκουλιανῶν, (τάγματα δὲ ταῦτα ἐπώνυμα) τρόπῳ τοιῷδε τὴν ἐπιβουλὴν τὴν κατ' αὐτοῦ σκευωροῦσι. γενέθλιον *ἄξειν ἡμέραν οἰκείου παιδὸς ὁ Μαρκελλῖνος εἰπών, ἐκάλει πρὸς ἑστίασιν ἄλλους τε πολλοὺς τῶν ἐξεχόντων τοῦ στρατοπέδου, καὶ Μαγνέντιον σὺν αὐτοῖς· τοῦ δὲ συμποσίου μέχρι μέσων ἐκταθέντος νυκτῶν, ὁ Μαγνέντιος διά τι δῆθεν τῶν ἀναγκαίων *διαναστὰς ἐκ τοῦ δείπνου, καὶ πρὸς βραχὺ τῶν δαιτυμόνων ἑαυτὸν ἀποστήσας, ἐφαίνετο τοῖς συμπόταις ὥσπερ ἐν σκηνῇ τὴν βασιλικὴν ἠμφιεσμένος στολήν. τῶν δὲ περὶ τὸ δεῖπνον ἀνειπόντων αὐτὸν βασιλέα, πάντες ὁμοίως ὅσοι τὴν πόλιν Αὐγουστόδουνον ᾤκουν, (ἐν αὐτῇ γὰρ ταῦτα ἐπράχθη) τῆς αὐτῆς ἐγίνοντο γνώμης. ἐπεὶ δὲ ἡ φήμη καὶ περαιτέρω διέβαινεν, ὁ ἐκ τῶν ἀγρῶν ὄχλος ἔξω συνέρρει τῆς πόλεως. ἐν τούτῳ δὲ καὶ ἐκ τῶν ἐν Ἰλλυριοῖς ἱππέων εἰς ἀναπλήρωσιν τῶν ἐν Κελτοῖς ταγμάτων ἀποσταλέντες, *ἐνεμίγησαν τοῖς ἐπὶ ταύτῃ τῇ πράξει συνειλεγμένοις. καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ὁμίλου στρατιωτικοῦ παντὸς οἱ προεστῶτες εἰς ἓν συνελθόντες, ἐπεὶ τοὺς ἀρχηγοὺς τῆς συνωμοσίας ἐκβοήσαντας εἶδον, οὐκ εἰδότες σχεδὸν τὸ πραττόμενον, ἐπεβόων ἅπαντες, σεβαστὸν ἀνακαλοῦντες Μαγνέντιον. Τούτων ὁ Κώνστας αἰσθόμενος, ἀποδρᾶναι πρός τινα πολίχνην ὡρμήθη τοῦ Πυρηναίου πλησίον ᾠκισμένην· (Ἑλένη δὲ τοὔνομα τῷ πολιχνίῳ) καταληφθεὶς δὲ ὑπὸ Γαΐσωνος, εἰς τοῦτο μετά τινων ἐπιλέκτων σταλέντος, ἀνῃρέθη, πάσης αὐτὸν βοηθείας ἀπολιπούσης. Μαγνεντίου τοίνυν τὴν ἀρχὴν ἔχοντος, καὶ τῶν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἐθνῶν καὶ τῆς Ἰταλίας αὐτῆς κυριεύοντος, τῆς στρατηγίας τῶν ἐν Παιονίαις στρατοπέδων *Βετρανίων ἔχειν ταχθείς, ὅτι Μαγνέντιος εἰς βασιλείαν ἤχθη πυθόμενος, εἰς τὴν αὐτὴν ἦλθεν ἐπιθυμίαν· καὶ ψήφῳ τῶν αὐτόθι ταγμάτων βασιλεὺς ἀνεδείχθη, καὶ ἐν τῇ Μούρσῃ Παιονίας οὔσῃ πόλει διέτριβε. Τούτων οὕτως ἐχόντων, Πέρσαι μὲν τὰς τῆς ἑῴας ἐλῄζοντο πόλεις, καὶ μάλιστα τὰς μέσης τῶν ποταμῶν. Κωνστάντιος δέ, καὶ ταῦτα τῷ πρὸς αὐτοὺς ἐλαττούμενος πολέμῳ, τοῖς κατὰ Μαγνέντιον ὅμως ἐπεξελθεῖν ἐγνώκει καὶ Βετρανίωνα. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ λογιζομένου, καὶ ἐν παρασκευαῖς ὄντος, Μαγνεντίου διατρίβοντος ἐν Κελτοῖς· Νεπωτιανός, ἐξ ἀδελφῆς *Κωνσταντίου τεχθείς, Εὐτροπίας ὄνομα,

ducibus vsi, Marcellino fisci præfecto, & Magnentio, cui creditum erat in Iouianos & Herculianos imperiũ, (legionum ea nomina sunt) hoc quodã modo insidias ei moliuntur. Marcellinus, qui natalem filii sui se celebraturum diceret, ad epulum quũ alios multos in castris dignitate præstãtes, tum Magnentium inuitat. Ea comesatione mediam ad noctem producta, Magnentius quasi rei necessariæ caussa de mensa surgens, quũ perexiguum ad tempus a conuiuis secessisset: eis se rursus amictum stola regia, velut in scena, spectandum exhibuit. Ibi quum eum conuiuæ regem adpellassent, similiter omnes incolæ vrbis Augustoduni, qua hæc in vrbe gesta sunt, in eamdem sententiam veniunt. Et quoniam rei fama tendebat vlterius, extra vrbem rustica quoque plebs confluebat. Per idem tempus quidam Illyricanorum equitum in supplemẽtum Celticorum ordinum missi, cum iis se coniunxerunt, qui huius rei caussa cõuenerant. Ad summam, in vnum congressi, quicumque cũ imperio militibus præerant, quod coniurationis principes iam proclamasse viderent; ignari prope quid ageretur, exclamabãt omnes, & MAGNENTIVM Augustum adpellabant. Hæc Constans animaduertens, quoddam ad opidum, propter Pyrenæum sitũ, cui nomen esset Helena, profugere conatus est. Verum a Gaisone, qui eo nomine cum selectis quibusdam missus fuerat, adprehensus; & omni destitutus ope, necatus est. Magnentio imperium adepto, ac iam in potestate transalpinas nationes & ipsam Italiam habente: *Vetranio*, dux exercituum in Pannoniis, audito, Magnentium ad imperium euectum esse, incensus eadem libidine, suarum legionum suffragio dictus est Imperator; & ad Mursam, quod est opidum Pannoniæ, substitit. Hoc rerum statu, *Persæ* vrbes orientis, & Mesopotamiæ præsertim, infestis excursionibus vexabãt. Constantius autem, licet hoc bello Persis inferior esset, tamen Magnentium & Vetranionem persequi statuit.

Dum hæc secũ cogitat, & in adparatu totus est, apud Celtas adhuc hærẽte Magnẽtio: *Nepotianus*, sorore † Cõstantii genitus, cui nomen Eutropia,

† *al.* Constantini

† gladiatores intelligit.

collecta multitudine non † sanorum hominum, sed latrociniis & luxu perditæ vitæ deditorum, Romam accessit, & imperatorio se habitu spectandum exhibuit. Sed quum in eum Anicius, quem Magnētius præfectum prætorii constituerat, quosdam e plebe armasset, & eduxisset vrbe, cū Nepotiano dimicaturus; acre proelium commissum fuit. Romanis autem, vt imperitis, & ordinē nullum seruantibus, non magno labore in fugam actis; præfectus prętorii fugientes conspicatus, & vrbis periculum veritus, portas occlusit. Itaque Nepotiani milites hos omnes, vt qui nullā euadendi viam inuenire potuissent, trucidarunt. Sed Nepotianum Magnentius, non multis post diebus exercitu misso, duce Marcellino, cui commissum erat in palatinos ordines imperium, (Romani *magistrum officiorum* vocāt) interfecit. Constantius autē, ex oriente profectus, ad bellū contra Magnentium gerendum, arte quadam Vetranionem prius amicitia sibi deuinciendū arbitratus est; ne cū duobus ei, sed vno perduelle dimicādum esset. Itidem Magnentius omnem operam & studium adhibebat, vt amicitiam Vetranionis impetraret, & eo socio susceptum aduersus Constantium bellum conficeret. Itaq; quum vterq; legatos ad Vetranionem, hoc nomine, misisset; ille Cōnstantio, quā Magnentio, maluit adsentiri. Vbi rebus infectis Magnentii legati discessissent, Constantius petebat, vt in vnum copiæ cogerentur, & publicum de gerendo contra Magnentium bello consilium haberetur. Vetranione Cōstantii verbis decepto, quoddam in tribunal, hac ipsa de causa paratū, adscenderunt. Constantius, priorem dicendi locum, ob generis dignitatem, nanctus; nulla nō orationis parte militibus liberalitatem paternam ad animum reuocare, cum iis sacramētis, quibus sancte promisissent, omni se beneuolentia filios ipsius complexuros. simul petere, ne committerent, vt impune Magnentius euaderet, qui Constantini filium occidisset, quocum multa bella cōfecissent, & a quo muneribus adfecti maximis essent. Hæc vbi milites audiuissent, opimis iam ante donis occupati, adulterinos imperatores expurgandos esse clamarunt. Simul exutū purpura Vetranionē de tribunali detrahūt, vt priuatus viueret. Constantius autē, nihil passus in illum designari grauius, in Bithynia vitam

συναγαγὼν πλῆθος οὐ καθεστώτων ἀνθρώπων, ἀλλὰ λῃστείᾳ καὶ ἐκδεδιῃτημένῳ βίῳ τὰ καθ' ἑαυτοὺς παραδόντων, ἐπέστη τῇ Ῥώμῃ, βασιλικὸν σχῆμα δεικνύς. Ἀνικήτου δὲ τοῦ παρὰ [τοῦ] Μαγνεντίου καταστάντος ὑπάρχου τῆς αὐλῆς, τῶν ἀπὸ τοῦ δήμου τινὰς ἐξοπλίσαντος, καὶ τῆς πόλεως ἐξαγαγόντος, ὡς δὴ Νεπωτιανῷ πολεμήσοντας, μάχη μὲν ἐγίνετο καρτερά· τῶν δὲ Ῥωμαίων, οἷα δὴ ἀπείρων καὶ ἀσυντάκτων, οὐ σὺν πολλῷ πόνῳ τραπέντων, φεύγοντας αὐτοὺς ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος θεασάμενος, καὶ ἐπὶ τῇ πόλει δεδιώς, τὰς πύλας ἀπέκλεισεν. οὓς οὐ δυνηθέντας διαφυγεῖν, ἐπιδιώξαντες οἱ Νεπωτιανοῦ στρατιῶται, πάντας ἀπώλεσαν. ἀλλὰ Νεπωτιανὸν μὲν, οὐ πολλαῖς ἡμέραις ὕστερον ἐκπέμψας Μαγνέντιος δύναμιν, ἡγουμένου Μαρκελλίνου οὗ τὴν ἀρχὴν ἐπιτετραμμένου τῶν περὶ τὴν αὐλὴν τάξεων, (ὃν μάγιστρον ὀφφικίων καλοῦσιν) ἀνεῖλε. Κωνστάντιος δὲ, ἐκ τῆς ἑῴας ἐπὶ τὸν κατὰ Μαγνεντίου πόλεμον ἐξορμήσας, ᾠήθη δεῖν πρότερον τέχνῃ τινὶ φίλιον ἑαυτῷ Βετρανίωνα καταστῆσαι, διὰ τὸ μὴ πρὸς δύο λοιπὸν [πόλεμον,] ἀλλὰ πρὸς ἕνα τύραννον ἔχειν. ἐγίνετο δὲ καὶ Μαγνεντίῳ σπουδὴ τὴν φιλίαν ἐπισπάσασθαι Βετρανίωνος, καὶ σὺν αὐτῷ τὸν πρὸς Κωνστάντιον διαγωνίσασθαι πόλεμον. ἑκατέρου τοίνυν κήρυκας περὶ τούτου πρὸς Βετρανίωνα στείλαντος, εἵλετο Κωνσταντίῳ θέσθαι μᾶλλον ἢ Μαγνεντίῳ. τῶν οὖν Μαγνεντίου πρέσβεων ἀναχωρησάντων ἀπράκτων, συνελθεῖν ἐς ταὐτὸ τὰ στρατόπεδα Κωνστάντιος παρεκάλει, καὶ σκέμμα κοινὸν περὶ τοῦ πρὸς Μαγνέντιον προστιθῆναι πολέμου. παραχθέντος δὲ Βετρανίωνος τοῖς Κωνσταντίου λόγοις, ἐπὶ βήματος τινὸς ἐπὶ τούτῳ κατασκευασθέντος ἀνέβησαν. Κωνστάντιος τοίνυν λαχὼν πρῶτος εἰπεῖν, διὰ γένους ἀξίωσιν, πανταχοῦ τῶν λόγων τὰς τοῦ πατρὸς ἀνεμίμνησκε τοὺς στρατιώτας φιλοτιμίας, καὶ τῶν ὅρκων οὓς ὀμωμόκασιν, ἦ μὴν εὐνοίας τοῖς τούτου φυλάξειν παισίν· ἠξίου τε μήτε περιιδεῖν ἀθῷον ἀναχωροῦντα Μαγνέντιον, Κωνσταντίνου παιδὸς ὄντα φονέα, μεθ' οὗ πολλοὺς πολέμους διεπονήσαντο, καὶ μεγίσταις ἐτιμήθησαν δωρεαῖς. τούτων ἀκηκοότες οἱ στρατιῶται, προκατειλημμένοι τε δώροις ἀδροῖς, τὰ κίβδηλα τῆς βασιλείας ἐξεβόησαν ἐκκαθαίρεσθαι· καὶ ἅμα Βετρανίωνα τῆς ἐσθῆτος ἐκδύσαντες, κατήγαγον ἐκ τοῦ βήματος ἰδιώτην. Κωνστάντιος δὲ, οὐδὲν ἄχαρι παθεῖν αὐτὸν συγχωρήσας, ἐδίδου βίον αὐτῷ

διατεί-

διατρέφεσθαι κατὰ τὴν Βιθυνίαν ἀρκοῦντα. καὶ βιοὺς ἐν ταύτῃ χρόνον, οὐκ ἔχων ἔτι πράγματα, τετελεύτηκε. Τούτῳ δὲ τῷ τρόπῳ τῆς κατὰ Βετρανίωνος ἀπάτης εἰς ἔργον ἐκβάσης, ἐπὶ Μαγνέντιον ἐλαύνων Κωνστάντιος, Γάλλον, ὄντα τοῦ θείου παῖδα, Ἰουλιανοῦ δὲ τοῦ μετὰ ταῦτα βασιλεύσαντος ἀδελφὸν ὁμοπάτριον, καίσαρα καθίστησι, καὶ * Κωνσταντίαν αὐτῷ κατεγγυήσας τὴν ἀδελφήν· εἴτε τοῖς Περσῶν πολέμοις ἀντιστησόμενον, εἴτε (ὅπερ ἦν ἀληθὲς) πρόφασιν τῆς αὐτοῦ βουλόμενος εὑρεῖν ἀναιρέσεως. μόνοι γὰρ ἐτύγχανον αὐτός τε καὶ ὁ ἀδελφὸς ἐκ τοῦ Κωνσταντίου γένους περιλειφθέντες, τῶν ἄλλων πρὸς αὐτοῦ πάντων ἀνῃρημένων, ὡς διεξήλθομεν ἤδη. τούτῳ μὲν οὖν τὸ τοῦ καίσαρος ἐπιτίθησι σχῆμα· Λουκιλλιανῷ δὲ τὸν πρὸς Πέρσας ἐπιτρέψας πόλεμον, αὐτὸς ἐπὶ Μαγνέντιον ἐχώρει, καὶ τὰ Βετρανίωνος στρατόπεδα τοῖς οὖσιν αὐτῷ συμπαραλαβών. καὶ Μαγνέντιος δὲ, μείζοσι παρασκευαῖς ἐγνωκὼς ἀπαντῆσαι, Δεκέντιον γένει συναπτόμενον, ἐπὶ φυλακῇ τῶν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἐθνῶν, ἀναδείκνυσι καίσαρα. Τῶν δὲ στρατοπέδων ἐν Παιονίαις συνδραμόντων, καὶ περὶ Μοῦρσαν πόλιν ἀλλήλων ἐγγὺς γινομένων, ἐν τοῖς περὶ τὰ Ἄδρανα τέμπεσι καθίσας ὁ Μαγνέντιος λόχον, ἐπιπέμπει [τινὰ] τοῖς Κωνσταντίου στρατηγοῖς ἄγγελον, τὴν πορείαν ἀναβαλλόμενον, ὅπως ἂν εἰς Σισκίαν οἱ ἐναντίοι καταλάβωσιν. ἐν ταύτῃ γὰρ αὐτὸν, ὡς ἀναπεπταμένα πεδία ἐχούσῃ, μάχην συνάψειν. Ταῦτα Κωνστάντιος ἀκούσας, καὶ περιχαρὴς τῇ ἀγγελίᾳ γινόμενος, εἰ μέλλοι τῇ ἵππῳ πλεονεκτῶν [ἐν] ἱππασίμοις πολεμήσειν χωρίοις, ἐξανέστησεν ὡς ἐπὶ Σισκίαν τὸν στρατόν. περιιοῦσι δὲ αὐτοῖς ἀνόπλοις καὶ ἀσυντάκτοις, (οὐδὲ γὰρ ἤλπιζόν τι τῶν ἐσομένων) ἐπιπεσόντες οἱ κατὰ ἐνέδραν τοῖς τέμπεσι καθίσαντες λόχοι, καὶ λίθοις ἅπαντας ὡς εἰπεῖν καταχώσαντες, τῆς περαιτέρω διαβάσεως ἀπεκώλυσαν. Πολλῶν δὲ πεσόντων, Μαγνέντιος μὲν, ἐπὶ τοσούτῳ πλεονεκτήματι μεγαλαυχούμενος, ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν, οὐκ ἠνείχετο τῆς ἐπὶ πλέον τοῦ πολέμου τριβῆς· ἀλλὰ ἐπὶ Παιονίαν ἐχώρει, καὶ παραγινόμενος ἐν τοῖς περὶ τὸ * ποτὲ Κίου πεδίοις, ἅτινα μέσα τέμνων Δράος ὁ ποταμὸς Νωρικοὺς καὶ Παίονας παραμείψας, ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἐκδίδωσιν· ἐπὶ Παίονας ἤλαυνε, Σιρμίου πλησίον συνάψαι τὴν μάχην διανοούμενος. Φασὶ δὲ ὡς τῆς μητρὸς αὐτῷ ταύτην ἀπαγορευούσης τὴν ὁδὸν, καὶ κωλυούσης ἐπὶ Ἰλλυριοὺς

exigenti sumtum pro victu necessarium adsignauit. Vbi quũ ad tempus aliquod superstes fuisset, negotiis & curis solutus, reb. humanis excessit. Hoc modo quum dolus aduersus Vetranionẽ reipsa successisset, Constantius in Magnentium copias ducens, *Gallum* patrui filium, germanum eius Iuliani fratrem, qui secundũ hæc imperauit, Cæsarem adpellat; eidem sorore † Constantia desponsa; siue vt Persis resisteret, siue, quod verũ erat, vt occasionem eius interficiendi reperiret. Nam solus hic cum fratre de Constantii genere superabat, aliis omnibus iam ab eo necatis, vti cõmemorauimus. Hoc igitur cultu Cæsaris ornato, & Lucilliano cõmisso bello Persico; contra Magnentium ipse pergebat, Vetranionis ad suas adiunctis copiis. Magnentius quoque, maiori adparatu occurrẽdum ratus, *Decentium* propinquum suum, vt præsidio transalpinis nationibus esset, Cæsarem declarat. Posteaquam exercitus in Pannoniis conuenissent, & iuxta Mursam opidum ad se inuicem propius accessissent: Magnentius ad eas fauces, quæ Adranis adiacẽt, collocatis insidiis, ad Constantii duces nuntium mittit, qui eius itineri moram iniiceret, vt hostes Sisciam venire possent: quo loco Magnentium proelii copiam facturum aiebat, vt qui patentes campos haberet. His auditis Constantius, eoque nuntio non mediocriter lætatus, quod idoneis equitatui locis ipse dimicaturus esset, qui copiis equestribus hostem superaret: castra Sisciam versus mouit. In eius milites, qui & inermes, & nullis seruatis ordinibus incederent, nec id vererentur quod futurum erat, quum irruissent ex cohortes, quæ insidiarum caussa fauces insederant: omnes prope lapidibus obrutos, vlterius transire prohibuerunt. Compluribus cæsis, Magnentius ob rem tam bene gestam magnopere se iactitans, sumtis secum copiis, bellum diutius extrahi nõ patitur; sed in Pannoniam contendit. quumque peruenisset ad sitos ante Potecium campos, quos medios Draus amnis intersecans, Noricos & Pannonios prọterlapsus, in Istrum semet exonerat: in Pannonios militem ducit, quod prope Sirmiũm manum cum hoste conserere cogitaret. Aiunt autem, Magnentium matri, quæ illi hoc itinere interdiceret, & a transitu ad Illyrios

† al. Constantina

arceret, non paruiſſe; quamquam de multis ſuperiorũm temporum prædictionibus, eam veram vatem eſſe, perſuaſum haberet. Interea deliberante Magnentio, Sauum ne fluuium ponte facto trãſiiceret, an iunctis nauigiis, ita militem tranſportaret: Philippum Conſtantius ablegat, vnum ex iis qui maximis in dignitatibus erant conſtituti, & prudentia præſtantem; ſpecie quidem tenus de foedere ac pace colloquuturum; reapſe vero Magnentii copias curioſius exploraturum, & quodnam ipſius de ſumma belli cõſilium eſſet, quibuſve cogitaret itineribus vti, perueſtigaturũm. Quum prope Philippus a caſtris abeſſet, Marcellinũ obuium habuit, hominem maximæ poteſtatis apud Magnentium; & cũ hoc ad Magnentium acceſſit. Is conuocatis ad concionem militibus, Philippum cauſſam edicere iubet, quam ob cauſſam aduenisſet. Tum ille ad exercitũ quidem dicere, non ipſos decere, Romanis ſubiectos, aduerſus Romanos arma gerere: præſertim imperante Cõſtantini filio, quo cum multa de barbaris tropæa ſtatuiſſent: ad Magnentium vero, par eſſe, Conſtantini memoriam coleret, & eorum beneficiorum, quibus & ipſum, & parentes ipſius, adfeciſſet. nam ab eo in fidem & clientelam receptum eſſe, maximoſque cõſequutum honores. Quibus expoſitis, poſtulabat; vt Italia Magnentius cederet, ac tranſalpinas nationes retineret, eiſque cum imperio præeſſet vniuerſis. Hæc a Philippo dicta, prope totum conturbauerunt exercitum. Quapropter in metũ coniectus Magnentius, multoque labore permotis militibus, vt ſe conantem aliquid proloqui tolerarent: ſe quoque pacem amplecti dixit; ſimulque cõcionem dimitti iuſſit interea, dum ipſe conſiderato, quid agendum eſſet, ſententiam hac de re ſuam poſtridie indicaſſet. Concione dimiſſa, Marcellinus Philippum excipit, vti quo cum ius hoſpitii conſtituturus eſſet. Magnentius autem ſecum ipſe diſputabat, an Philippus infecta re dimittendus eſſet; an iure legatorum violato, retinendus. Interim cohortium præfectos, & decuriones, & quotquot militũ ordinibus cum imperio præerant, viſum eſt adhibere cenæ, ac inter cenandum ſententiam animi declarare. Quod quum feciſſet, ac poſtridie milites iterum conuocaſſet; quæcumque

διαβαίνειν, ἠπείθησε· καὶ ταῦτα, μάντιν ἀληθῆ ταύτην εἶναι πολλαῖς προλαβούσαις προρρήσεσι πεπεισμένος. ἀλλὰ Μαγνεντίου διαπορουμένου πότερον γεφύρῃ περαιωθῆναι τὸν Σάον ποταμὸν, ἢ ζεῦξαι πλοῖα, καὶ ταύτῃ διαβιβάσαι τὸ στράτευμα· Κωνστάντιος ἐκπέμπει Φίλιππον, τὸν ἐν μεγίστοις ἀξιώμασιν ἄνδρα, καὶ φρονήσει προέχοντα, τῷ μὲν προφανεῖ, περὶ σπονδῶν καὶ εἰρήνης διαλεξόμενον· τοῖς δὲ ἀληθέσι, τὴν Μαγνεντίου πολυπραγμονήσοντα δύναμιν, καὶ ἣν ἔχει περὶ τὸν πόλεμον ἔννοιαν, καὶ ποίαις ὁδοῖς χρῆσθαι διανοεῖται. ὁ δὲ, ἐπεὶ πλησίον ἦν, συνήντησε Μαρκελλίνῳ, μεγίστην παρὰ Μαγνεντίῳ δύναμιν ἔχοντι· καὶ σὺν αὐτῷ πρὸς Μαγνέντιον ἤει. συναγαγὼν δὲ οὗτος εἰς ἐκκλησίαν τὸ στράτευμα, λέγειν ἐκέλευε Φιλίππῳ τὴν αἰτίαν δι' ἣν παραγέγονεν. ὁ δὲ, πρὸς μὲν τὸ στρατόπεδον ἔλεγεν, ὡς οὐ προσήκει Ῥωμαίοις ὄντας ὑπηκόους, κατὰ Ῥωμαίων πόλεμον αἴρεσθαι, καὶ μάλιστα Κωνσταντίνου παιδὸς βασιλεύοντος, μεθ' οὗ πολλὰ κατὰ βαρβάρων ἔστησαν τρόπαια· πρὸς δὲ Μαγνέντιον, ὡς δέοι μνήμην ἔχειν αὐτὸν τοῦ Κωνσταντίνου, καὶ τῶν περὶ αὐτόν τε καὶ τοὺς αὐτοῦ γονέας εὐεργεσιῶν· δεδέχθαι γὰρ ὑπ' ἐκείνου, καὶ μεγίστων ἠξιῶσθαι τιμῶν. καὶ ταῦτα διεξελθὼν, παραχωρῆσαι μὲν ᾔτει Μαγνέντιον Ἰταλίας, ἔχειν δὲ τὰ ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνη, καὶ τούτων ἄρχειν ἁπάντων. Ταῦτα ῥηθέντα παρὰ Φιλίππου, μικροῦ δεῖν ἅπαν τὸ στράτευμα συνετάραξεν. ἐφ' οἷς ὀρρωδήσας ὁ Μαγνέντιος, καὶ σὺν πολλῷ πόνῳ καταστήσας τοὺς στρατιώτας εἰς τὸ λέγειν τι βουλόμενον αὐτὸν ὑπομεῖναι· τὴν μὲν εἰρήνην ἀσμενίζειν καὶ αὐτὸς ἔλεγε· λύειν δὲ τέως τὴν ἐκκλησίαν ἐκέλευεν, ἄχρις ὅτε τὸ πρακτέον σκοπήσας, ἣν ἔχει περὶ τούτου γνώμην τῇ ὑστεραίᾳ μηνύσειεν. Ἐπὶ τούτῳ τῆς συνόδου λυθείσης, Μαρκελλῖνος μὲν ἐδέχετο Φίλιππον, ὡς ἐπιξενωθησόμενον αὐτῷ· Μαγνέντιος δὲ καθ' ἑαυτὸν ἔστρεφε γνώμην, πότερον χρὴ Φίλιππον ἄπρακτον ἀποπέμπειν, ἢ κατέχειν παρ' ἑαυτῷ, τὸν ἐπὶ τοῖς πρέσβεσι παραβαίνοντι θεσμόν. τέως δὲ τοὺς λοχαγοὺς, καὶ δεκαδάρχας, καὶ ὅσοι ταῖς τάξεσι τῶν στρατιωτῶν ἐφεστᾶσιν, ἐδόκει δειπνίζειν αὐτῷ, καὶ παρὰ τὸ δεῖπνον ἣν εἶχε γνώμην ἐκφῆναι. πράξας δὲ τοῦτο, γενομένης ἡμέρας αὖθις τὸ στράτευμα συναγείρας, ὅσα

Κώνστας

Κώνστας εἰς αὐτοὺς ἐπαρῴνησε, διεξῄει· καὶ ὅπως οὐκ ἐνεγκόντες τὸ μέγεθος ὧν εἰς τὸ πολίτευμα παρῳνόμενα, πάντες ἐπὶ τὸ κοινῇ λυσιτελοῦν ὥρμησαν· ἐλευθερώσαντες δὲ πονηροῦ θηρίου τὰς πόλεις, αὐτῷ τὴν βασιλείαν ἐπέθηκαν ἄκοντι.

subit, & indagare, num ab se parta Romani vnquam aliis vt traderent, imperare sibi potuerint; aut vt haberent alii quidquam eorum, quæ semel in ipsorum dicionem venissent, passi fuerint. Nam quum L. Lucullus regno Tigranem Mithridatemq; deiecisset, ac primus imperio Romano sitas ad intimam vsque Armeniam regiones, ipsamque pręterea Nisibim adquisiuisset, vna cũ finitimis eidem castellis: Pompeius Magnus, rebus ab hoc præclare gestis finem imponens, per cõstitutam ab se pacem Romanis horum possessionem stabiliuit. Postea vero quam Persis rursum cõmotis, prætorem summa cum potestate Crassum Senatus creasset, atque is cum hoste congressus, fœdam in hunc vsque diem Romanis infamiam reliquisset, in ipso proelio captus, & apud Persas exstinctus: copiarum dux factus Antonius, & amore Cleopatræ captus, negligenter rebus ad bellum administrandum pertinentibus, & segniter intentus erat: ita quidem, vt & ille discesserit, admissis quibusdam indignis Romano nomine. Nec tamen Romani, licet eis hi casus aduersi accidissent, vllam ex hisce prouinciis amiserunt. Re vero publica ipsorum in vnius dominatum commutata, quum Augustus limites imperio Romano statuisset, Tigrim & Euphratem; ne sic quidẽ hac regione cesserunt. Longo secundum hæc interiecto tempore, quum Gordianus Imperator bello Persas adortus esset, ac medio in hostico cecidisset: ne post hanc quidem victoriam Persæ quidquam eorum, quæ Romanæ dicioni subiecta fuissent, auulserunt; idque Philippo successionem imperii consequuto, qui turpissimam cum Persis pacem fecit. Non multo post, quum ignis Persicus orientem inuadendo permeasset, ac magna illa capta per vim fuisset Antiochia, copiæque Persicæ Cilicum ad portas vsque penetrassent: Valerianus Imperator in eos expeditione suscepta, Persarum in potestatem redactus, ne sic quidem concessit Persis, vt istæc loca sui iuris efficerẽt. Sola mors Imperatoris Iuliani ad horũ amissionem suffecit; adeo quidem, vt huc vsque nihil horum Imperatores Romani recuperare potuerint, sed paullatim etiam plures gentes amiserint: quarum aliæ semet in libertatem vindicarunt, aliæ barbaris se dediderunt, aliæ magnam ad solitudinem redactæ sunt. Et hæc quidem

a nobis in historiæ progressu de rebus ipsis ostendentur. Pace cum Persis eo, quo diximus, modo cõstituta; Iouianus Imperator secure cum exercitu reuertens, ac in aspera & inaquosa loca multa delatus, cõpluribus in hostilis soli transitu militibus amissis, vnum ex tribunis Mauricium Nisibi cõmeatum exercitui adportare iussit, & cum eo quam lõgissime posset, militibus obuiam venire. Misit & alios in Italiam, qui Iuliani obitũ, & designationẽ ipsius nuntiarent. Vbi vix magno labore atq; ærumna propius Nisibim accessisset, opidũ quidem hosti deditũ, ingredi recusabat; sed in quadam ante portam area sub dio diuertens, postridie coronas & supplicationes recipiebat: opidanis omnibus obsecrantibus, ne se desereret, neue barbaros mores experiri cogeret eos, qui tot iam sæculis Romanis legibus innutriti fuissent. Fœdum & ceteroquin esse, Constantium tribus susceptis bellis Persicis, in omnibus superatum, Nisibi tamen præsidio fuisse; atque illam obsessam, & extremum in discrimen adductam, omni studio incolumem seruasse: ipsum, nulla tali necessitate vrgente, ciuitatem hosti dedere, ac cum diem Romanis conspiciendum præbere, quem necdum antehac viderint; qui, tantum vt opidum, tantaque regio, tradatur hostibus, permittere cogantur. Quum hæc audiens Imperator, pacta conuenta prætexeret; Sabinus, ordinis decurionum princeps, ad ea, quæ a populo supplicandi caussa prolata fuerant; Nec opus esse sibi sumtu ad bellum Persicũ, adiecit; nec auxiliis externis: sed ipsosmet posse corporibus suis, & impensis, inferendum sibi bellum propulsare. quo in bello si victoria potiti fuissent, rursus se Romanorum subditos futuros, eodemque modo facturos imperata, quo prius. Illo subiiciente, pacta conuenta violari non posse: multoties opidani supplices orabant, ne Romanum imperium hoc propugnaculo spoliaretur. Verum vbi nihil proficerent amplius, Imperatore cum iracundia quadã abscedente, ac Persis secundum pacis leges, & ipsas gentes, & castella, & vrbẽ occupare volẽtibus: nonnullæ quidẽ gentes & castellorũ incolæ, nisi clã aufugere potuissent, potestatem faciebant

συγγραφῆς προϊούσης, ἐπὶ τῶν πραγμάτων διαχθήσεται. τῆς δὲ πρὸς Πέρσας γενομένης εἰρήνης, ὃν διεξήλθομεν τρόπον, Ἰοβιανὸς ὁ βασιλεὺς μετ' ἀδείας ἐπανιὼν ἅμα τῷ στρατοπέδῳ, καὶ πολλαῖς περιπεσὼν* δυσχωρίαις καὶ τόποις ἀνύδροις, πολλούς τε τῆς στρατιᾶς ἀποβαλὼν ἐν τῇ διὰ τῆς πολεμίας παρόδῳ, Μαυρίκιον μὲν, τῶν λοχαγῶν ἕνα, τροφὴν ἐκ Νισίβιος ἀγαγεῖν ἐκέλευε τῷ στρατοπέδῳ, ἀπαντῆσαι δὲ μετ' ταύτης, ὡς ἂν οἷός τε ᾖ, πορρωτάτω. κατὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν, ἄλλους ἐξέπεμπε, τὴν Ἰουλιανοῦ τελευτὴν, καὶ τὴν ἀνάρρησιν τὴν οἰκείαν ἀπαγγελοῦντας. μόλις δὲ σὺν πολλῇ κακοπαθείᾳ τῇ Νισίβει πλησιάσας, εἰσιέναι μὲν οὐκ ἤθελε τῇ πόλει, τοῖς πολεμίοις ἐκδεδομένῃ· καταλύσας δὲ ἔν τινι πρὸ τῆς πύλης ὑπαίθρῳ, τῇ ὑστεραίᾳ στεφάνους ἅμα καὶ ἱκεσίας ἐδέχετο, πάντων ὅσοι κατὰ τὴν πόλιν ἦσαν, ἐκλιπαρούντων μὴ προέσθαι σφᾶς, μηδὲ εἰς πεῖραν καταστῆσαι βαρβάρων ἠθῶν,* τοσαύτη ἐτῶν ἑκατοντάσι, τοῖς Ῥωμαίων νόμοις ἐντεθραμμένους. αἰσχρὸν δὲ καὶ ἄλλως εἶναι, Κωνστάντιον μὲν, τρεῖς Περσικοὺς πολέμους ἀναδεξάμενον, καὶ ἐν πᾶσιν ἐλαττωθέντα, Νισίβιος ἀντιλαβέσθαι, καὶ πολιορκουμένην αὐτὴν, καὶ εἰς ἔσχατον ἐλθοῦσαν κινδύνου, διὰ πάσης περισῶσαι σπουδῆς· αὐτὸν δὲ, μηδεμιᾶς τοιαύτης ἐπικειμένης ἀνάγκης, τοῖς πολεμίοις τὴν πόλιν ἐκδοῦναι, καὶ δεῖξαι Ῥωμαίοις ἡμέραν, ἣν οὔπω τεθέανται, περιιδεῖν ἀναγκαζομένοις πόλιν τοσαύτην καὶ χώραν πολεμίοις ἐκδιδομένην. ἐπεὶ δὲ τούτων ὁ βασιλεὺς ἀκούων, τὰ συντεθειμένα προεΐσχετο, Σαβῖνος τοῦ βουλευτικοῦ προεστὼς καταλόγου, προσετίθει τοῖς παρὰ τοῦ πλήθους εἰς ἱκεσίαν προσενεχθεῖσιν, ὡς οὔτε δαπάνης εἰς τὴν πρὸς Πέρσας δεήσοιται μάχην, οὔτε ἐπικουρίας ἐπεισάκτου· δυνήσονται δὲ αὐτοὶ σώμασιν οἰκείοις καὶ δαπανήμασι, τὸν ἐπαχθησόμενον αὐτοῖς ἀποκρούσασθαι πόλεμον· κρατήσαντές τε, ἔσονται πάλιν ὑπήκοοι Ῥωμαίοις, τὰ προσταττόμενα πληροῦντες ὃν τρόπον καὶ πρότερον. τοῦ δὲ εἰπόντος, οὐδὲν οἷόν τε τῶν συντεθειμένων παραβαθῆναι, πολλάκις οἱ ἀπὸ τῆς πόλεως ἐδεήθησαν ἱκετεύοντες μὴ στερηθῆναι τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν τοῦ προτειχίσματος. ἐπεὶ δὲ ἤνυον πλέον οὐδὲν, ἀναχωρήσαντος σὺν ὀργῇ τοῦ βασιλέως, καὶ Περσῶν παραλαβεῖν κατὰ τὰς σπονδὰς ἐθελόντων τά τε ἔθνη, καὶ τὰ φρούρια, καὶ τὴν πόλιν, οἱ μὲν τῶν ἐθνῶν καὶ τῶν φρουρίων οἰκήτορες, εἰ μὴ λάθρα φυγεῖν ἠδυνήθησαν, ἐνεδίδοσαν τοῖς Πέρ-

τοῖς Πέρσαις, παρῆλθεν εἰς αὐτὴν ὅ τι βούλοιντο· Νισιβινοὶ δὲ, ἀνακωχῆς εἰς τὸ μεταστῆναι τυχόντες, οἱ μὲν πολλοὶ, καὶ σχεδὸν ἅπαντες, εἰς τὴν Ἄμιδαν ἀπανέστησαν· ὀλίγοι δὲ ἑτέρας κατῴκησαν πόλεις· πάντα δὲ ἦν οἰμωγῆς καὶ θρήνων μεστὰ, πόλεως ἑκάστης ἐκκεῖσθαι ταῖς Περσῶν ἐφόδοις, Νισίβιος ἐκδοθείσης αὐτοῖς, οἰομένων. Καρρηνοῖς δὲ τοσοῦτον ἐνέπεσε πένθος τῆς Ἰουλιανοῦ τελευτῆς μηνυθείσης, ὥστε τὸν ἀπαγγείλαντα καταλεῦσαι, σωρόν τε λίθων μέγιστον ἐπ' αὐτῷ ἀνεγεῖραι. τοσαύτην ἴσχυσεν ἀνδρὸς ἑνὸς τελευτὴ τοῖς κοινοῖς πράγμασιν ἐμποιῆσαι μεταβολήν. Ἰοβιανοῦ δὲ σπουδῇ τὰς πόλεις διαδραμόντος, οἷα δὴ πένθει καὶ συννοίᾳ τῶν πόλεων ἐχομένων, καὶ ἱλαρὸν οὐδὲν ἢ χάριεν ἐνδείξασθαι (καθάπερ ἦν ἔθος τοῖς αὐτόθι δήμοις) ὑφισταμένων, παρεγένοντο μὲν τῶν στρατιωτῶν ὅσοι τὴν δορυφορίαν εἶχον εἰς τὴν Ἀντιόχειαν ἅμα τῷ βασιλεῖ· εἵπετο δὲ καὶ ὁ στρατὸς ἅπας τῷ Ἰουλιανοῦ σώματι. καὶ τοῦτο μὲν εἰς Κιλικίαν ἀπενεχθὲν, ἔν τινι Ταρσοῦ προαστείῳ βασιλικῇ ταφῇ παρεδίδοτο, καὶ ἐπίγραμμα προσεγράφετο τῷ τάφῳ τοιόνδε·

" Ἰουλιανὸς μετὰ Τίγριν
" ἀγάρροον ἐνθάδε κεῖται, Ἀμφότερον βασιλεύς
" τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής.

Ἐχόμενος δὲ τῆς τῶν ὅλων ἀρχῆς Ἰοβιανὸς, ἄλλα τε διετίθει, καὶ τοῖς ἐν Παιονίᾳ στρατοπέδοις Λουκιλλιανὸν, ὄντα κηδεστὴν αὐτῷ, καὶ Προκόπιον, καὶ Οὐαλεντινιανὸν, ὃς μετὰ ταῦτα γέγονε βασιλεὺς, ἐξαπέστελλε, τήν τε Ἰουλιανοῦ τελευτὴν ἀπαγγελοῦντας, καὶ ὅτι περ εἴη μετ' αὐτὸν αὐτοκράτωρ προβεβλημένος. ἀλλ' οἱ ἐν τῷ Σιρμίῳ Βάταβοι, πρὸς φυλακὴν ἀπολελειμμένοι τῆς πόλεως, ἅμα τῇ ἀκοῇ, τὸν μὲν Λουκιλλιανὸν, ὡς τηλικούτων κακῶν ἄγγελον, διεχρήσαντο, ἐν οὐδενὶ τὸ πρὸς τὸν βασιλέα θέμενοι κῆδος· Προκόπιον δὲ, τῆς πρὸς Ἰουλιανὸν συγγενείας αἰδοῖ, διαφῆκαν ἀθῷον· Οὐαλεντινιανὸς δὲ διαδρὰς, τὸν ἐξ ἐκείνων διέφυγε θάνατον. Ἐξορμήσαντι δὲ τῆς Ἀντιοχείας Ἰοβιανῷ, καὶ ἐχομένῳ τῆς ἐπὶ Κωνσταντινούπολιν ὁδοῦ, νόσος αἰφνιδίως ἐνσκήψασα, τῆς Βιθυνίας ἐν Δαδαστάνοις, ἐπήγαγε τοῦ βίου τὸ τέλος αὐτῷ, μῆνας μὲν ὀκτὼ βασιλεύσαντι, διαθεῖναι δέ τι τῶν κοινῶν πραγμάτων ἐς δέον οὐ δυνηθέντι. Βουλῆς δὲ περὶ τοῦ τίνα δέοι προστῆναι τοῦ πολιτεύματος, προτεθείσης, πολλοὶ μὲν καὶ περὶ πολλῶν ἐγίνοντο λόγοι τῷ στρατοπέδῳ,

Persis secum, quidquid vellēt, agendi: Nisibini autem, indutiis ad migrandum impetratis, maiori ex parte, ac propemodum omnes, Amidam discessere; pauci ad inhabitandum alia se contulerunt opida. Cuncta vero lamentis & vlulatibus erant plena; quod ciuitas quælibet, Nisibi tradita, Persarum se grassationib. expositam putaret. Carreni vero tantum percepere dolorem, morte Iuliani nunciata; vt eum, qui nuntium hunc adtulerat, lapidibus obruerent, ingentemque lapidum aceruum super eum excitarent. Tantam vnius viri mors publicis in rebus efficere mutationem potuit. Ceterum Iouiano celeriter opida percurrente, quod ea luctus atque mæror occupassent, nec læti iucundive quidquā exhibere, pro istorum more populorum, possent: quotquot erant satellitio Imperatoris deputati milites, Antiochiam cum Imperatore profecti sunt, vniuerso exercitu Iuliani cadauer comitante: quod in Ciliciam deportatum, quodam in suburbio Tarsi regiæ sepulturæ mandatum fuit, ad tumulum huiusmodi epigrammate adscripto: *Tigride Iulianus iacet heic post fata relicto, Rex pariter bonus, & bellator acerrimus idem.* Iouianus, summo intentus imperio, quum alia disponebat, tum ad exercitus in Pannonia Lucillianū socerum suum, & Procopium, & Valentinianum, qui secundum hæc factus est Imperator, ablegauit; vt & Iuliani mortem eis nuntiarent, & se, post illum, principem lectum exponerent. Sed apud Sirmium Batavi, qui ad opidi præsidium relicti fuerant, quum primū hæc audiuissent: Lucillianum, veluti tantorum malorum nuntium, interfecerunt, adfinitatis imperatoriç nulla ratione habita: Procopium, cognationis cum Iuliano reuerentia tacti, dimiserunt illæsum. Valentinianus autem fuga elapsus, morti ab eis imminenti semet eripuit. Quum autem Iouianus Antiochia discessisset, Constantinopolim pergens; subitus eū morbus in Dadastanis Bithyniæ corripiēs, vitæ finem adtulit: quū octo menses imperasset, nec publicis in rebus quidquam ex vsu cōstituere potuisset. Consultatione proposita, quisnam reipublicæ præficiēdus esset: varii quidem, & de variis sermones tam ab exercitu,

quam a ducibus habebantur: sed omnium suffragia in vnū Sallustium, præfectum prætorii, concurrebant. Illo senectutem prætendente, ac propterea rebus laborantibus se suffecturum negante; filium summæ rerum præfici postulabant. At quum iuuenem esse, nec alioquin ad tanti imperii molem satis idoneum diceret: in hoc quidem tēpore, quo minus præstantissimum sui sæculi virum eligerent, aberrarunt. Hinc in VALENTINIANVM collata suffragia; qui Cibali oriundus erat, (id opidum est Pannoniæ) vir bellis haud paucis exercitus, at eruditionis omnis expers. Nihilo minus absentem arcessebant; nec multi dies abiere, dum respublica principe carebat. Quum autem ad exercitū Nicææ, quæ vrbs est Bithyniæ, venisset; inito ibidem imperio, ceptum iter prosequebatur.

καὶ τοῖς τὰς ἡγεμονίας ἔχουσι· πάντων δὲ ἡ ψῆφος εἰς ἕνα συνῄει Σαλούστιον τὸν τῆς αὐλῆς ὕπαρχον. τοῦ δὲ τὸ γῆρας προϊσχομένου, καὶ διὰ τοῦτο φήσαντος οὐχ οἷός τε ἔσεσθαι πεπονηκόσιν ἀρκέσειν τοῖς πράγμασι, τὸν παῖδα γοῦν ἠξίουν εἰς τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν ἐλθεῖν. τοῦ δὲ καὶ νέον εἶναι, καὶ οὐδὲ ἄλλως ἐπιτήδειον πρὸς τοσαύτης ἀρχῆς ὄγκον εἰπόντος, τοῦ τῶν πάντων ἀμείνονος τῆς καθ' ἑαυτὸν ἀνδρὸς αἱρέσεως τότε διήμαρτον· ἤνεγκαν δὲ τὴν ψῆφον ἐπὶ Βαλεντινιανόν, ὃς ἐκ μὲν Κιβάλεως ὥρμητο, (πόλις δὲ αὕτη Παιονική) πολέμων δὲ μετασχὼν οὐκ ὀλίγων, παιδεύσεως οὐδεμιᾶς μετεσχήκει· μετεπέμποντο δὲ αὐτὸν ὅμως, οὐ παρόντα. καὶ ἡμερῶν οὐ πολλῶν ἐτρίβετο χρόνος, ἐν ἀναρχίᾳ τοῦ πολιτεύματος ὄντος. ἐπεὶ δὲ κατέλαβε τὸ στρατόπεδον ἐν Νικαίᾳ πόλει τῆς Βιθυνίας, ἐκεῖσε παραλαβὼν τὴν βασιλείαν, εἴχετο τῆς ἐπὶ τὸ πρόσω πορείας.

ZOSIMI HISTORIARVM LIBER QVARTVS.

QVÆ igitur gesta fuerunt ad obitum vsq; Iouiani, post quem Valētinianus lectus fuit, vti rebus Romanis præesset; libro superiore complexi sumus. Quum autem morbus in itinere Valētinianum inuasisset, atque hominem ad iram natura procliuem, maiorē ad crudelitatem, & extremam insaniam impulisset; suspicionem falsam cōcipiebat, quasi ex veneficio quodam, Iuliani amicorum fraude parato, ægrotaret. Et accusationes aduersus quosdā illustres instituebantur; quas sagacitate prudentiaque sua præfectus prętorii discutiebat. Eo munere Sallustius adhuc fungebatur. Quum morbus remisisset, Nicæa relicta, Constantinopolim accessit. Exercitu, ceterisq; necessariis hortantibus, imperii consortem sibi deligeret, vt, si quis casus accideret, non deesset, qui rebus opem ferret; nec eadem perpeterentur, quæ morte Iuliani perpessi fuissent: huic admonitioni obtemperat; animoque secum hinc inde versato, de cunctis, quos mente conceperat, VALENTEM fratrem deligit; ratus hunc omnium sibi fidissimum fore. Illum igitur imperii consortem adpellat. Dum autem vterque Constantinopoli degeret, qui Iuliani familiaribus insidiabantur, non

ΖΩΣΙΜΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΟ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

ΤΑ μὲν οὖν ἄχρι τῆς [περὶ] Ἰοβιανοῦ τελευτῆς, μεθ' ὃν Βαλεντινιανὸς ᾑρέθη τῶν Ῥωμαϊκῶν προεστάναι πραγμάτων, ἐν τῇ πρὸ ταύτης ἀνείληπται βίβλῳ. νόσου δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν ἐνσκηψάσης αὐτῷ, καὶ τὸ φύσει πρὸς ὀργὴν τοῦ ἀνδρὸς ἕτοιμον, εἰς ὠμότητα μείζονα, καὶ παραφορὰν ἄκραν ἀναστησάσης, ὑποψία μὲν αὐτὸν εἰσῄει ψευδής, ὡς ἔκ τινος γοητείας ὑπὸ τῶν Ἰουλιανοῦ φίλων αὐτῷ σκευωρηθείσης νοσοίη· κατηγορίαι δὲ κατά τινων ἦσαν ἐπιφανῶν, ἃς ἀγχινοίᾳ τε καὶ φρονήσει διέλυεν ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος· ἦν δὲ ἔτι Σαλούστιος. Ἐνδούσης δὲ αὐτῷ τῆς νόσου, τῆς Νικαίας ἀπαναστάς, εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν παρεγένετο· τοῦ δὲ στρατοπέδου, καὶ τῶν ἄλλως πρὸς αὐτὸν ἐπιτηδείως ἐχόντων, ἑλέσθαι κοινωνὸν τῆς βασιλείας παρακαλούντων, ὅπως, εἴ τις τοῖς πράγμασι συμβαίη περίστασις, ἔχοιεν τὸν ἀντιληψόμενον, καὶ μὴ ταὐτὰ πάθοιεν οἷς ἐπὶ τῆς Ἰουλιανοῦ πεπόνθασι τελευτῆς· πείθεται τῇ παραινέσει· καὶ στρέψας ἐν αὑτῷ γνώμην, ἐκ πάντων ὧν ἔλαβε κατὰ νοῦν, Βάλεντα τὸν ἀδελφὸν αἱρεῖται, πιστότατον αὐτῷ πάντων ἡγησάμενος ἔσεσθαι. τοῦτον γοῦν ἀναδείκνυσι κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς. Ἀμφοτέρων δὲ κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν ὄντων, οἱ τοῖς Ἰουλιανοῦ γνωρίμοις ἐπιβουλεύοντες, οὐ

διέλεγον πρός τε τὴν* βασιλείων καταστρέφοντες λόγους, ὡς ἐπιβουλεύοιεν οὗτοι τοῖς βασιλεῦσι, καὶ τὸ ἄλογον πλῆθος εἰς τοιαύτας ἐρεθίζοντες ἐκβοήσεις. οἱ δὲ βασιλεῖς, καὶ ἄλλως πρὸς τοὺς Ἰουλιανοῦ γνωρίμους ἀπεχθῶς ἔχοντες, τότε δὴ μᾶλλον εἰς τὸ κατ' αὐτῶν ἐξανίσταντο μῖσος· καὶ κρίσεις ἐπενόουν, λόγον οὐδαμόθεν ἐχούσας. ἐμνησικάκει δὲ Οὐαλεντινιανὸς Μαξίμῳ κατεξαίρετον τῷ φιλοσόφῳ, διαβολήν τινα κατὰ νοῦν ἔχων, ἣν ἔτυχεν ἐπὶ τῶν Ἰουλιανοῦ χρόνων κατ' αὐτοῦ ποιησάμενος, ὡς διὰ τὴν τῶν Χριστιανῶν θρησκείαν περὶ τοὺς θείους θεσμοὺς ἀσεβήσαντος. ἀλλὰ τούτων ἀφείλκυσεν αὐτοὺς τέως ἡ περὶ τὰ πολιτικὰ καὶ στρατιωτικὰ κηδεμονία τε καὶ φροντίς. ἐτράπησαν τοίνυν ἐπὶ τὸ διανεῖμαι τὰ ἔθνη τοῖς ἄρχουσι, καὶ τίνας δέοι τῆς βασιλικῆς αὐλῆς ἐπιτραπῆναι τὴν φυλακήν. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες, ὅσοι παρὰ Ἰουλιανοῦ διοικήσεις ἐθνῶν ἢ ἄλλας ἀρχὰς ἔτυχον ἐπιτετραμμένοι, παρελύοντο τούτων· ἐν οἷς καὶ Σαλούστιος ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος ἦν· μόνου δὲ Ἀρινθέου καὶ Βίκτορος, αἷς εἶχον πρότερον* στρατιωτικαῖς ἀρχαῖς ἐπιμεινάντων ἡγεμονίαις, παρῄεσαν ἐπὶ τὰς ἀρχάς, ὡς ἔτυχον, οἱ τούτων ἐπιθυμοῦντες τυχεῖν· ἑνὸς τούτου δόξαντος γίνεσθαι κατὰ λόγον. εἰ γάρ τις αὐτῶν ἐπὶ δικαίαις μέμψεσιν ἥλω, δίκην ὑπεῖχε, συγγνώμης οὐδεμιᾶς ἀξιούμενος. Τούτων αὐτοῖς οὕτω διακειμένων, ἔδοξε τῷ Οὐαλεντινιανῷ, διελομένῳ πρὸς τὸν ἀδελφὸν τὴν ἀρχήν, ἐπιτρέψαι μὲν αὐτῷ τὴν ἑῴαν, ἄχρις Αἰγύπτου καὶ Βιθυνίας καὶ Θρᾴκης· λαβόντα δὲ τὰς ἐν Ἰλλυριοῖς πόλεις αὐτόν, εἰς τὴν Ἰταλίαν διαβῆναι, καὶ τὰς ἐν ταύτῃ πόλεις ἔχειν ὑφ' ἑαυτῷ, μετὰ τῶν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἐθνῶν, Ἰβηρίας τε, καὶ τῆς Βρεττανικῆς νήσου, καὶ Λιβύης ἁπάσης. Τῆς τοίνυν ἀρχῆς οὕτω διαιρεθείσης, ὁ Οὐαλεντινιανὸς ἐμβριθέστερον τῇ ἀρχῇ προσῆλθεν, ἄρχοντάς τε ἐν κόσμῳ προσῆγεν, καὶ περὶ τὰς εἰσπράξεις τῶν εἰσφορῶν, καὶ τὰς ἐκ τούτων χορηγουμένας στρατιωτικὰς σιτήσεις, *ἀκριβέστατος ἦν. ἐπεὶ δὲ καὶ νόμων εἰσφορὰς ἐγνώκει ποιήσασθαι, ἀφ' ἑστίας ὥσπερ ἀρξάμενος, τὰς νυκτερινὰς ἐκώλυε θυσίας ἐπιτελεῖσθαι, τοῖς μυσαρῶς μὲν οὖν πραττομένοις ἐμποδὼν διὰ τοῦ τοιοῦδε νόμου γενέσθαι βουλόμενος. ἐπεὶ δὲ Πραιτεξτᾶτος, ὁ τῆς Ἑλλάδος τὴν ἀνθύπατον ἔχων ἀρχήν, ἀνὴρ ἐν πάσαις διαπρέπων ταῖς ἀρεταῖς, τοῦτον ἔφη τὸν νόμον ἀβίωτον τοῖς Ἕλλησι καταστήσειν τὸν βίον,

intermittebant tum coram Imperatoribus sermones serere, quasi principibus illi struerẽt insidias; tum brutam plebẽ concitare, vt eiusmodi voces iactaret. Imperatores autem, qui ceteroqui Iuliani familiaribus infesti essent, tunc etiam magis ad illos odio persequendos insurgunt, ac lites excogitant, nulla ratione subnixas. Et grauissime Valentinianus Maximo philosopho succensebat, criminationis cuiusdam memor, qua Iuliani temporibus Valentinianum detulerat; quasi propter religionem Christianam ille sacros in ritus impie deliquisset. Sed ab his eos id temporis ciuilium militariumque rerum cura reuocabat. Quapropter ad distribuendos præsidibus populos se conuertebant, & quibus aulæ imperatoriæ custodia committenda esset. Itaque ceteri omnes, quibuscumque a Iuliano gentium administrationes, aliive magistratus crediti fuerant, abdicabantur; quorũ in numero præfectus etiam prætorii Sallustius erat: solo autem Arintheo & Victore, quæ prius habebant ceu duces imperia militaria, retinentibus: ad magistratus reliquos fortuito perueniebant, qui eos adfectabant: quum quidem vnũ hoc ex rationis præscripto fieri videretur: Nam si quis eorũ iustis querelis conuictus fuisset, nullam impetrans veniam, poenas luebat. His ita constitutis, visum est Valentiniano, diuiso cum fratre imperio, curæ quidem illius orientem ad Ægyptum vsq;, Bithyniamq; ac Thraciam, permittere: se vero, sortitũ Illyricas vrbes, in Italiã transire, atque vrbes in ea sitas, vna cũ transalpinis nationibus, & Hispania, & insula Britannia, totaque Africa, iuri suo reseruare. Diuiso in hũc modum imperio, Valentinianus occepta seuerius gubernatione, magistratus recte atq; ordine constituebat; & in exactionibus tributorum, ac militaribus annonis, quæ inde suppeditabantur, rigidissimus erat. Et quia legum quoq; promulgationes instituere decreuerat, exorsus ab ipso lare, quod aiunt, nocturna sacra fieri prohibuit: qua lege coërcere volebat ea, quę scelerate designarentur. Sed quũ Prætextatus, qui proconsule Græciam administrabat, vir omni virtute præstans, hanc legem diceret vitam iniucundam & acerbam victu Græcis pariturum,

si futurum esset, vt mysteria sanctissima, quæ genus humanum continerent, prohiberentur: peragi ea rite, vi legis suæ cessante, permisit; ita tamē, vt omnia secundum patritas consuetudines, quales ab initio fuissent, perficerentur. Transrhenani vero barbari, qui quam diu Iulianus superstes erat, nomen Romanum metuebant, & sat habebant, si nemo quid eis in solo suo quiescentibus exhiberet molestiæ; morte Iuliani nuntiata, suis continuo sedibus egressi, ad gerendum contra Romanos bellum sese parabant. Quo Valentinianus animaduerso, copias & pedestres, & equestres, & armaturæ leuis, vti par erat, disponebat; sitaque ad Rhenum opida necessario præsidio muniebat. Atque hæc Valentinianus, rei bellicæ non omnino rudis, in hunc modū ordinabat. Valentem vero multæ perturbationes vndique circumstabant, qui desidem prius egisset vitam, & subito consequutus imperium fuisset, nec rerum molem sustineret. Nam & *Persæ*, quod potior ipsorum esset cōdicio per indutias sub Iouiano factas, animis elati; summaque cum licentia, Nisibi suam in potestatem redacta, grassantes; orientis opida conturbando, Imperatorem ad se trahebant: & quum is egressus Constantinopoli fuisset, auctore *Procopio* suscitata rebellio contigit. Huic enim Iulianus, vt sanguine sibi iuncto, parte copiarū credita, mandarat, vt cum Sebastiano per Adiabenen itinere facto, sibi per aliam viam in hostē eunti occurreret: concesso eidem, vt amictum Imperatorium haberet, ob caussam ceteris omnibus ignotam. Postea vero quam Deus alio rerum fortunam trāstulerat, ac post obitum Iuliani Iouianus imperatorium illud solium conscenderat: confestim aduolauit Procopius, ac datam sibi vestem imperatoriam Iouiano tradidit, & quamobrem hanc accepisset, fassus est: enixe rogans Imperatorem, vt militari se sacramento liberaret, & agriculturæ ac rei familiaris studio incumbentem, in otio viuere permitteret. Quo impetrato, Cæsareā, quæ Cappadociæ vrbs est, vna cum † vxoribus & liberis est profectus: quod istic habitare decreuisset, vbi & prædia magni pretii possidebat. Heic eo commorante, Valentinianus & Valens Imperatores lecti, prius etiam suspectum habentes, confestim mittunt, qui hominem comprehenderent. Ille se his

† malle post. vxore

εἰ μέλλοιεν κωλύεσθαι τὰ συνέχοντα τὸ ἀνθρώπειον γένος ἁγιώτατα μυστήρια κατὰ θεσμὸν ἐκτελεῖσθαι, ἐπέτρεψεν, ἀργοῦντος τοῦ νόμου· πράττεσθαι δὲ πάντα κατὰ τὰ ἐξ ἀρχῆς πάτρια. Τῶν δὲ ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον βαρβάρων, ἕως μὲν Ἰουλιανὸς περιῆν, τὸ Ῥωμαίων ὄνομα δεδιότων, ἀγαπώντων τε εἰ μηδεὶς αὐτοῖς κατὰ χώρας μένουσιν ἐνοχλοίη, τῆς τούτου τελευτῆς ἀπαγγελθείσης, ἀπανιστάμενοι αὐτίκα τῶν οἰκείων ἠθῶν, καὶ πρὸς τὸν κατὰ Ῥωμαίων παρεσκευάζοντο πόλεμον. οὗπερ αἰσθόμενος Οὐαλεντινιανὸς, διέταττεν, ὡς προσῆκον ἦν, τὰ στρατόπεδα, πεζά τε, καὶ ἱππικά, καὶ ψιλά· καὶ τῶν ἐπικειμένων τῷ Ῥήνῳ πόλεων ἐποιεῖτο τὴν δέουσαν φυλακήν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν, οὐκ ἔξω πάντη ὢν πολεμικῆς πείρας, Οὐαλεντινιανὸς διετύπου. Οὐάλεντα δὲ πολλαὶ πανταχόθεν περιίσταντο ταραχαί, πρότερον μὲν ἀπράγμονα τρίψαντα βίον, ἄφνω δὲ βασιλείαν παραλαβόντα, καὶ τὸν τῶν πραγμάτων ὄγκον οὐ φέροντα. οἵ τε γὰρ Πέρσαι, τῇ διὰ τὰς ἐπὶ Ἰοβιανοῦ σπονδὰς ἐπαρθέντες πλεονεξίᾳ, καὶ [τὰς] ἐφόδους ἐπ' ἀδείας ποιούμενοι, Νισίβιος ὑπ' αὐτοῖς γενομένης, εἷλκον πρὸς ἑαυτοὺς τὸν βασιλέα, τὰς τῆς ἑῴας συνταράττοντες πόλεις. καὶ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐξορμήσαντος, συμβέβηκεν ἡ κατὰ Προκόπιον ἐπανάστασις. τούτῳ γὰρ Ἰουλιανὸς, ὡς γένους συναπτομένῳ, μέρος τι τῆς δυνάμεως ἐμπιστεύσας, ἐκέλευσεν ἅμα Σεβαστιανῷ διὰ τῆς Ἀδιαβηνῆς χωροῦντι, ἀπαντῆσαι οἱ δι' ἑτέρας ὁδοῦ κατὰ τῶν πολεμίων ἰόντι, δοὺς αὐτῷ καὶ βασιλικὴν στολὴν ἔχειν, δι' αἰτίαν πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἠγνοημένην. ἐπεὶ δὲ ὁ δαίμων εἰς ἕτερόν τι τὴν τῶν πραγμάτων ἤγαγε τύχην, καὶ μετὰ τὴν Ἰουλιανοῦ τελευτὴν Ἰοβιανὸς εἰς τὸν βασίλειον ἀναβέβηκε θρόνον, δραμὼν εὐθὺς ὁ Προκόπιος, τὴν δεδομένην αὐτῷ βασιλικὴν ἐσθῆτα, Ἰοβιανῷ παρέδωκεν· ὑπὸ τίνος τε εἴη λαβὼν, ὡμολόγει, καὶ ἐξελιπάρει τὸν βασιλέα, τῆς τε στρατείας αὐτὸν ἀνεῖναι, καὶ ἐν ἡσυχίᾳ συγχωρῆσαι βιῶναι, γεωργίᾳ καὶ ἐπιμελείᾳ τῶν οἰκείων ἐγκαρτεροῦντα. καὶ τούτου τυχὼν, ἐπὶ τὴν Καισάρειαν, ἣ Καππαδοκίας ἐστὶν, ἅμα γυναιξὶ καὶ τέκνοις ἐχώρει, ταύτην οἰκεῖν ἐγνωκὼς, οἷα ἐν αὐτῇ τὰ τίμια κτήματα ἔχων. διατρίβοντος δὲ αὐτοῦ κατ' αὐτὴν, αἱρεθέντες αὐτοκράτορες Οὐαλεντινιανὸς καὶ Οὐάλης, ἐπεὶ καὶ πρότερον ὑπόπτως πρὸς αὐτὸν εἶχον, ἔστελλον παραχρῆμα τοὺς συλληψομένους· ὁ δὲ παρεδίδου

τούτοις

dedere, potestatemque facere perducendi, quo vellēt: saltem petere, prius vt cum vxore colloqui, liberosq; suos videre sibi permitterent. Quo concesso, epulum eis parat: & obrutos vino conspicatus, cum omnibus suis ad Pontum Euxinum cursu contendit. Inde, nauim ingressus, ad Taurianam Cherronesum pergit: vbi commoratus ad aliquod tempus, & animaduerso, nullam in incolis esse fidem: veritus ne aliquando aduentantibus iis, qui se istic perquirerent, dederetur: onerariam, prӕternauigantem vidēs, eique se cum suis committens, Constantinopolim noctu peruenit. Quūque diuertisset ad quemdam, ex consuetudine pristina sibi familiarem, & statum vrbis post Imperatoris profectionem considerasset: regnum adfectare cogitat; hoc eius inuasionis initio facto. Erat eunuchus quidam, cui nomen Eugenius, ex aula imperatoria non ita pridem eiectus, qui parum bene adfectus erga principes esset. Hoc sibi familiariter conciliato Procopius, quem & magnas opes possidere compererat; quinam esset, & quamobrem aduenisset, quove pacto res adgredi oporteret, indicat. Illo policito, se venturum in societatem omnium, quӕ tentarentur; atque etiam pecunias, vbi vsus posceret, suppeditaturum: ab hoc exorsi sunt principio, vt constitutum in vrbe prӕsidium, quod duobus militum numeris constabat, pecunia corrumperent. Prӕter hos seruis armatis, nec magno labore non exigua multitudine coacta, pluribus ad huiusmodi spōte sua semet offerentibus: intempesta nocte copiis in vrbem immissis, vniuersos perturbarunt: quod quisque suis ex ӕdibus egressi, Procopium, veluti regem scenicum, subito factum conspicerent. Quum vrbs tota maximo in tumultu versaretur, nec apud se quisquam illorum esset, qui poterant intelligere quid opus esset facto, propter conatus huiusce casum inexspectatum: complures adhuc latere se Procopius existimans, imperium sibi se constabiliturum, modo res eatenus occulta foret, existimabat. Quumq; †Cӕsarium, quem Imperatores prӕfectum vrbis constituerant; itemq; Nebridium, quem post Sallustium prӕfectum prӕtorii fecerant, adprehendisset: hos, quӕcumque sibi viderentur, ad subditos scribere coegit. Et seorsum custodiebat singulos, a communicandis consiliis eos excludens. His ita deliberatis, ad prӕtorium splendide processit: adscensoque

† *in Gregorii Nazianzeni fratrem fuisse videtur.*

τούτοις ἑαυτόν, καὶ ἄγειν ἐπέτρεπεν ὅποι βούλοιντο, πρότερον τῇ γυναικὶ διαλεχθῆναι καὶ τὰ τέκνα θεάσασθαι συγχωρούμενον. ἐπεὶ δὲ ἐνδεδώκασιν, ἑστίασιν αὐτοῖς παρεσκεύαζε· καὶ οἰνωθέντας ἰδών, ἅμα τοῖς οἰκείοις ἅπασιν ἐπὶ τὸν Εὔξεινον ἔδραμε πόντον· ἐκεῖθεν τε νεὼς ἐπιβάς, ἐπὶ τὴν Ταυριανὴν διῆλθε Χερρόνησον. χρόνον δέ τινα διατρίψας αὐτόθι, καὶ τοὺς οἰκήτορας θεασάμενος οὐδεμίαν ἐν αὐτοῖς ἔχοντας πίστιν, δεδιὼς μή ποτε τοῖς ἐπιζητήσασιν ἀφικνουμένοις αὐτὸν παραδοθείη, παραπλέουσαν ἰδὼν ὁλκάδα, καὶ ταύτῃ παραδοὺς ἑαυτὸν καὶ τοὺς οἰκείους, τὴν Κωνσταντινούπολιν καταλαμβάνει, νυκτὸς ἔτι οὔσης. καταλύσας δὲ πρός τινα τῶν ἐκ προλαβούσης συνηθείας ὄντων αὐτῷ γνωρίμων, καὶ κατασκεψάμενός τε ὅπως ἔχει τὰ τῆς πόλεως μετὰ τὴν τοῦ βασιλέως ἀποδημίαν, ἐπιθέσθαι τυραννίδι διενοεῖτο, ταύτην ἀρχὴν ποιησάμενος τῆς ἐπιθέσεως. ἦν τις εὐνοῦχος, Εὐγένιος ὄνομα, τῆς βασιλικῆς ἄρτι ἐκβεβλημένος αὐλῆς, ὑγιῶς δὲ πρὸς τοὺς κρατοῦντας οὐκ ἔχων. τοῦτον οἰκειωσάμενος ὁ Προκόπιος, ἐπειδὴ καὶ κύριον εὗρεν ὄντα πλούτου παμπόλλου, φράζει τέως τίς εἴη, καὶ κατὰ τίνα ἥκοι χρείαν, καὶ ὅπως δέοι τοῖς πράγμασιν ἐπιθέσθαι. τοῦ δὲ κοινωνεῖν ἅπασι τοῖς ἐγχειρουμένοις ὁμολογήσαντος, καὶ ἔνθα δὴ αὖ δέησε χρήματα χορηγεῖν, προοίμιον ἐποιήσαντο τῆς πράξεως, τὸ διαφθεῖραι χρήμασι τὴν ἐν τῇ πόλει καθισταμένην φρουράν, ἣν τάγματα στρατιωτῶν δύο ἐπλήρουν. δούλους δὲ πρὸς τούτοις ὁπλίσαντες, καὶ σὺν οὐ πολλῷ πόνῳ πλῆθος οὐκ ὀλίγον συναγαγόντες, οἷα πολλῶν ἐν τούτοις ἑαυτοὺς ἑκόντας ἐπιδιδόντων, νυκτὸς ἀωρὶ τὸ πλῆθος ἐπαφέντες τῇ πόλει, συνετάραξαν ἅπαντας· καὶ οἴκοθεν ἕκαστοι προϊόντες, ἐθεῶντο Προκόπιον ὥσπερ ἀπὸ σκηνῆς βασιλέα χειροτονηθέντα. θορύβου δὲ μεγίστου τὴν πόλιν ἅπασαν ἔχοντος, οὐδενός τε ὄντος ἐν ἑαυτῷ τῶν φρονεῖν τὰ δέοντα δυναμένων, διὰ τὸ τῆς ἐγχειρήσεως ἀπροσδόκητον, ἔτι τοὺς πολλοὺς ὁ Προκόπιος λανθάνειν ἐδόκει, βεβαιώσειν ἑαυτῷ τὸ κράτος, εἰ λάθοι τέως, οἰόμενος. καὶ συλλαβὼν Καισάριον, ὃν ἔτυχον οἱ βασιλεῖς πόλεως ὕπαρχον καταστήσαντες· ἔτι δὲ καὶ Νεβρίδιον, ᾧ τῆς αὐλῆς μετὰ Σαλούστιον παρέδωκαν τὴν ἀρχήν, γράφειν τὰ αὐτῷ δοκοῦντα τοῖς ὑπηκόοις ἠνάγκαζεν. ἐφύλαττε δὲ ἰδίᾳ ἕκαστον, τὸ μὴ κοινωνῆσαι σκέμματος αὐτοῖς ἀποκλείων. τούτων δὲ αὐτῷ βεβουλευμένων, εἰς τὰ βασίλεια προῄει λαμπρῶς. ἀνελθὼν δὲ

tribunali, quod ante prætorium est, quum spebus omnes, largisque promissis implesset: prætorium ingressus est, cetera procuraturus. Et quoniam recẽs Imperatores inter se partiti fuerant exercitus, ad milites, qui nullo adhuc ordine, iussu Imperatorum, hinc inde vagabãtur, mittendos quosdam censuit Procopius; qui, quoscumque possent, ad se traducerent. Quod sane perfacile conficiebat, pecuniis in eos, eorumque duces distributis. Adeoque copiæ non contemnendæ ad eum confluebant: ac palam ad inuadendum hostem se parabat. Itaque Marcellum cum exercitu in Bithyniam ablegat, ad comprehẽdendũ Serenianum, & imperatorios equites, quos ille secum habebat, sperans eos se deleturũ. At quum illi fuga Cyzicum se recepissent, opidum illud Marcellus, nauali prœlio, copiisque terrestribus superior, occupauit: Serenianum fuga elapsum, & in Lydiam digressum, adprehendit, & occidit. Hoc elatus successu victoriaque Procopius, paullatim & copias sibi adiungebat, & iam opinione multorum, bello cum principibus gerendo par erat. Nam & Romanæ legiones, & copiæ barbarorum ad eum confluebant. Præterea cognationis cum Imperatore Iuliano splendor, homines in partes ipsius trahebat, & quod omnibus in bellis, quæ ille gesserat, expeditionum socius fuisset. Quin & illustres quosdam viros ad Scytharum transistrianorum principem ablegabat, qui decem ei milia robustorum militum in belli societatem misit. Itidem ad eum & aliæ nationes barbaræ se conferebant, vt expeditionis participes essent. Quum autem ei, non cum ambobus Imperatoribus simul esse dimicandum, ad animum accidisset: præstare iudicabat, vt id temporis dumtaxat aduersus proximum pugnaret; ac deinde, quid porro agendum esset, dispiceret. Ac Procopius quidem hæc agebat.

Valens autem Imperator, accepto rebellionis huius ad Phrygiæ Galatiam nuntio, territus ad eius famam, totus perturbationis plenus erat. Sed quum eum † Arbitio bono esse animo iussisset, ad bellum instruebat eas copias, quæ ad manum erant: simulque mittebat ad fratrem, qui nuntiarent, quantas res Procopius molitus fuisset. Valentinianus ei, qui ad defensionem & custodiam imperii, sibi traditi, satis idoneus non fuisset, minime ferendum auxilium censebat:

† al. Arbetio

εἰς τὸ πρὸ τῆς αὐλῆς βῆμα, καὶ πληρώσας ἐλπίδων καὶ ἁδρῶν ὑποσχέσεων ἅπαντας, εἰσῄει, τῶν λοιπῶν ἐπιμελησόμενος. τῶν βασιλέων τοίνυν διὰ τὰ στρατόπεδα διελομένων, ᾠήθη δεῖν ὁ Προκόπιος ἐπὶ τοῖς στρατιώταις οὖσιν ἀτάκτοις, κατὰ κέλευσίν τινα τῶν βασιλέων, τόπους ἐκ τόπων ἀμείβουσιν, ἐπιπέμψαι τινὰς, οἳ δυνήσονται πάντας, οὓς ἂν οἷοί τε ὦσιν, ὡς αὐτὸν μεταστῆσαι. καὶ τοῦτο ῥᾳδίως ἤνυετο, χρημάτων αὐτοῖς τε καὶ τοῖς τούτων ἡγουμένοις διαδοθέντων· συνῆξέ τε πλῆθος οὐκ εὐκαταφρόνητον αὐτῷ, καὶ πρὸς ἐπίθεσιν ἀνέδην παρεσκευάζετο. πέμπει μὲν οὖν εἰς τὴν Βιθυνίαν μετὰ δυνάμεως Μάρκελλον, ἐπὶ συλλήψει Σερηνιανοῦ καὶ τῶν σὺν αὐτῷ βασιλικῶν ἱππέων, ἐκ καραδοκίας τοῦ διαφθεῖραι. συμφυγόντων δὲ αὐτῶν εἰς τὴν Κύζικον, τὴν μὲν πόλιν εἷλε Μάρκελλος, ναυμαχίᾳ καὶ πεζῇ δυνάμει κρατήσας· Σερηνιανὸν δὲ, διαφυγόντα, καὶ εἰς τὴν Λυδίαν ἀναχωρήσαντα, συλλαβὼν, διεχρήσατο. τούτῳ τῷ προτερήματι Προκόπιος ἐπαρθεὶς, δυνάμεις τε κατὰ βραχὺ περιεποιεῖτο· καὶ ἦν ἤδη, κατὰ τὴν τῶν πολλῶν δόξαν, ἀξιόμαχος τοῖς βασιλεῦσι. Ῥωμαίων τε γὰρ τάγματα καὶ βαρβάρων αὐτῷ πλῆθος προσετίθετο. πρὸς τοῦτο δὲ αὐτοὺς ἐπεσπᾶτο, τῆς Ἰουλιανοῦ τοῦ βασιλέως συγγενείας τὸ κλέος, καὶ τὸ συνεστρατεῦσθαι καθ' ἅπαντας τοὺς διαπονηθέντας ἐκείνῳ πολέμους. ἤδη δὲ τῶν ἐπιφανῶν τινὰς ἔστελλε πρὸς τὸν ἔχοντα τὴν ὑπὲρ τὸν Ἴστρον Σκυθῶν ἐπικράτειαν. ὁ δὲ, μυρίους ἀκμάζοντας ἔπεμπε συμμάχους αὐτῷ. καὶ ἄλλα δὲ βάρβαρα ἔθνη συνῆξε, μεθέξοντα τῆς ἐγχειρήσεως. λαβὼν δὲ εἰς ἔννοιαν, ὡς οὐ πρὸς ἄμφω δὴ τοὺς βασιλέας ἀγωνιστέον, ἄμεινον ἔκρινεν εἶναι τῷ πλησιάζοντι διαμάχεσθαι τέως, εἶτα σκέψασθαι τὸ πρακτέον.

Ἀλλὰ Προκόπιος μὲν ἐν τούτοις ἦν· ὁ δὲ βασιλεὺς Οὐάλης, τὴν ἐπανάστασιν ἐν τῇ κατὰ Φρυγίαν Γαλατίᾳ πυθόμενος, κατεπλάγη μὲν ἅμα τῇ ἀκοῇ, καὶ ἐπίμπλατο ταραχῆς. Ἀρβιτίωνος δὲ θαρρεῖν κελεύσαντος, ἔταττε μὲν ὡς εἰς πόλεμον τὰς οὔσας δυνάμεις. ἔστελλε δὲ πρὸς τὸν ἀδελφὸν τοὺς ἀπαγγελοῦντας ὅσοις ὁ Προκόπιος ἐνεχείρησεν. ἀλλὰ Οὐαλεντινιανὸς μὲν ἀπέγνω μὴ βοηθεῖν ἀνδρὶ, πρὸς φυλακὴν οὐκ ἀρκέσαντι τῆς αὐτῷ παραδεδομένης ἀρχῆς.

ὁ δὲ Οὐάλης, εἰς μάχην παρεσκευάζετο, τὴν στρατηγίαν Ἀρβιτίωνος, εἰς τὸν κατὰ Προκοπίου προχειρισάμενος πόλεμον. μελλόντων δὲ ὅσον οὐδέπω τῶν στρατοπέδων εἰς χεῖρας ἰέναι, κατεστρατήγει τὴν τούτου προπέτειαν Ἀρβιτίων, ὑπαγόμενος ὅτι πλείστους τῶν συστρατευομένων, καὶ παρὰ τούτων ὅσα Προκόπιος ἐβούλετο προμανθάνων. ἐπεὶ δὲ ἤλαυνον ἐπ' ἀλλήλους ὅ τε βασιλεὺς καὶ Προκόπιος, συναντῶσί πως σφίσιν εἰς Θυάτειρα τὰ στρατεύματα· μικροῦ δὲ ἐδέησεν ἡ Προκοπίου μερίς, ὑπερτέρα γενομένη, τὴν τῶν πραγμάτων εἰς αὐτὸν μεταθεῖναι ῥοπήν, τοῦ Ὁρμίσδου, τοῦ Πέρσου παιδός, (ὁμώνυμος δὲ ἦν τῷ πατρὶ) δόξαντος ἐν τῇ μάχῃ πλεονεκτεῖν. ἀλλὰ Γομάριος, τῶν Προκοπίου στρατηγῶν ἅτερος, κοινωνῶν τῆς πράξεως ἅπασιν οἱ Προκοπίῳ συστρατευόμενοι, τὰ βασιλέως ἐφρόνουν, ἐν αὐτῇ τῇ μάχῃ τὴν Αὐγούστου προσηγορίαν ἀναβοήσας, ἅπαντας τοὺς σὺν αὐτῷ τὴν αὐτὴν ἀφιέναι φωνὴν ἔκ τινος ἐποίει συνθήματος. οὗ δὴ γενομένου, μετεχώρουν ἅπαντες οἱ Προκοπίου στρατιῶται πρὸς Οὐάλεντα. Ὁ δέ, μετὰ τὴν νίκην ταῖς Σάρδεσιν ἐπιδημήσας, κἀκεῖθεν ἐπὶ Φρυγίας ἐλάσας, εὑρὼν δὲ τὸν Προκόπιον ἐν Νακωλείᾳ τῇ πόλει· κἀνταῦθα πάλιν Ἄπλωνος τοῦ Προκοπίου στρατηγοῦ τὸ πρᾶγμα πρὸς τὸ τῷ βασιλεῖ λυσιτελοῦν διαθέντος, ἐνίκα κατὰ κράτος ὁ Οὐάλης· ὥστε καὶ αὐτὸν χειρώσασθαι τὸν τυραννήσαντα, οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον καὶ Μάρκελλον συλλαβεῖν. τούτους μὲν οὖν διεχειρίσατο· εὑρὼν δὲ βασιλικήν τινα παρὰ Μαρκέλλῳ στολὴν ὑπὸ Προκοπίου δεδομένην αὐτῷ, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα κινηθείς, ἐπεξῄει πικρῶς ἅπασι, διερευνώμενος οὐ τοὺς συμπράξαντας τῇ τυραννίδι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς τῆς βουλῆς κοινωνήσαντας, ἢ ὅλως ἀκούσαντάς τι, καὶ μὴ παραχρῆμα τὸ μελετώμενον ἀπαγγείλαντας. πολὺς δὲ ἦν κατὰ πάντων οὐδεμιᾶς κρίσεως δικαίας χωρῶν· καὶ παρανάλωμα τῆς τοῦ βασιλέως ὀργῆς, οἵ τε τοῦ νεωτερισμοῦ μετασχόντες, καὶ οἱ κατὰ μηδὲν αἴτιοι, διὰ συγγένειαν ἢ φιλίαν, ἐγίνοντο. Τῶν δὲ κατὰ τὴν Οὐάλεντι νενεμημένην ἐπικράτειαν ὄντων ἐν τούτοις, ὁ βασιλεὺς Οὐαλεντινιανός, ἐν τοῖς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνεσι διατρίβων, μεγίστων καὶ ἀπροσδοκήτων ἐπειρᾶτο κινδύνων. τὸ γὰρ Γερμανικὸν ἅπαν, ὧν ἐπεπόνθει κατὰ τοὺς χρόνους ἐν οἷς Ἰουλιανὸς

Valens ad pugnam se comparabat, quum gerendo contra Procopium bello ducem Arbitionem cum imperio præfecisset. Vbi iam modo non manus conserturi essent exercitus, imperatoria quadam sollertia temeritatem Procopii circũueniebat Arbitio; quamplurimos ex iis, qui ei militabant, ad se pelliciẽs, & ex his Procopii consilia pręcognoscens. Quum vero copias Imperator, atque Procopius, contra se inuicem ducerent; accidit, vt ad Thyatira sibi occurrerent exercitus: & paullũ abfuit, quin Procopii pars victoria potita, rerum summam in ipsum trãsferret: quum Hormisdas, Persę illius filius, patri cognominis, eo prœlio visus fuisset hostibus exsistere superior. Sed Gomarius, alter ducum Procopii, particeps facinoris eorum omnium, qui Procopio militantes, rebus Imperatoris studebant; in ipso prœlio, clara voce pronuntiato Augusti nomine, fecit vt omnes sui milites eamdem vocem, tessera quadam data, emitterent. Quod vbi accidisset, omnes Procopii milites ad Valentem transibant. Is post victoriã Sardes ingressus, & illinc profectus in Phrygiam, reperto in opido Nacolia Procopio, quum rursus ibi Procopii dux Haplo, rem ita composuisset, vt Imperatori expediebat: vi summa Valens victoria potitus est, ita quidem, vt perduellem ipsum in potestatem suam redigeret; nec multo post Marcellum quoque comprehẽderet: quos ambos interfecit. Quũ autem amictum quemdam imperatorium apud Marcellum inuenisset, quẽ Procopius ei dederat: maximopere propterea commotus, in omnes acerbe grassabatur, nõ eos modo perquirens, qui facto perduellionem adiuuerant, verumetiã qui consilii participes fuerant, vel omnino inaudierant aliquid; nec quod institueretur, continuo detulerãt. Nec vllo prorsus adhibito iusto iudicio, grauiter in vniuersos desęuiebat adeo quidem, vt ab Imperatoris ira tam rerũ nouarum participes, quam omnis expertes culpæ, propter cognationem, vel amicitiam, absumerẽtur. Quum rerum in adtributo Valẽti imperio status hic esset, Imperator Valentinianus apud gentes transalpinas degẽs, maxima pariter, & inopinata pericula experiebatur. Quippe tota *Germanorũ* natio, reuocatis ad animos iis, quę perpessa tẽporibus illis fuisset, quibus Iulianus

Cæsaris auctoritatem habuerat: simul atq; de morte ipsius accepissent, excusso metu, qui animis eorum infixus erat, & innata genti audacia resumta, pariter vniuersi subiecta Romano imperio loca inuadebāt. Quibus Imperatore obuiam profecto, prœlium acre ceptum est; quo barbari Romanum exercitum vincebant, & citato cursu persequebātur. Valentinianus minime fuga periculū declinare statuit; sed hoc casu æquo animo tolerato, detrimenti accepti auctores perquirit, a quibus scilicet initium fugæ factum fuerat. Quæstione peraccurate instituta, quum legionem Batauorum ream peregisset: iussit, vt vniuersus exercitus sumtis armis conueniret, velut audituris militibus ea verba, quæ publice cunctis essent vsui futura. Secundum hæc verbis vsus est, quæ auctoribus fugæ pudorem infamiamque per omnem vitam irrogarent: iussitque Batauos, armis exutos, pretium offerētibus, veluti mancipia fugitiua, publice abducēdos alio, distrahi. Tum vero proni ad terram prolapsi omnes, vt exercitum penitus eiusmodi dedecore liberaret, obsecrabant: simulq; futurum policebantur, vt viros se præstarent, nomine Romano dignos. Quod quū ille deinceps ipsa re declarari iussisset, vbi de terra surrexissent, ac semet ex vsu armassent: pugnam redintegrabant: & extra vallum progressi, tam eo se bello strenue gesserunt, vt de barbarorū infinita multitudine, pauci domū incolumes redierint. Ac bellum quidem aduersus totam nationem Germanicam, huiusmodi tunc exitum habuit. Imperator autem Valens, multis post obitum Procopii capite plexis, & plurium bonis in fiscum illatis, in expeditione *Persica* præpediebatur; parte quadam transistrianorū *Scytharum* fines Romanos turbante. Aduersus quos satis amplis emissis copiis, quo minus vlterius progrederentur, inhibuit; & arma tradere coactos, in opida sua, propter Istrū sita, distribuit; cum mandato, vt in custodia vinculorum experte adseruarentur. Erant autem hi, quos Procopio Scytharum princeps ad belli societatem miserat. Quum igitur ille dimitti hos ab Imperatore peteret, quos rogatum se per legatos ab eo, qui tum rerum potiebatur, misisse dicebat: nulla in re Valens Imperator ei morem gerebat. Nam nec ad

τὴν τοῦ καίσαρος εἶχεν ἀρχήν, μεμνημένοι, ἅμα τῷ γνῶναι τὴν αὐτοῦ τελευτήν, τὸ ταῖς αὐτῶν ψυχαῖς ἐμπεπηγὸς δέος ἀποσεισάμενοι, καὶ τὸ φύσει προσπεφυκὸς αὖθις θάρσος ἀναλαβόντες, ὁμόσε πάντες τοῖς ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων βασιλείαν *ἐπῄεσαν χωρίοις. ὑπαντήσαντος δὲ αὐτοῖς τοῦ βασιλέως, μάχη συνίστατο καρτερά, καὶ ἐνίκων οἱ βάρβαροι, τὸ Ῥωμαίων προτροπάδην διώξαντες στράτευμα. Οὐαλεντινιανὸς δὲ οὐ φυγῇ διέγνω τὸν κίνδυνον ἀποκλῖναι· ἀλλ' ἐνεγκὼν τὴν τύχην, *διερευνᾶτο τοὺς τῶν ἐλαττωμάτων αἰτίους, οἵτινες ἦσαν οἱ τῆς φυγῆς ἄρξαντες. ἀναζητήσας δὲ σὺν ἀκριβείᾳ, καὶ τὸ τάγμα τῶν Βατάων αἰτιασάμενος, ἐκέλευσε τὸ στρατόπεδον ἅπαν, ἀναλαβὸν τὴν πανοπλίαν, συνελθεῖν, ὡς ἀκουσόμενον λόγων ὄφελος ἅπασι φερόντων κοινόν. τότε δὴ λόγοις ἐχρήσατο τοῖς τῆς φυγῆς ἄρξασιν αἰσχύνην εἰς ἅπαντα τὸν βίον ἐπάγουσι· καὶ τοὺς Βατάους προσέταττεν, ἀποθεμένους τὰ ὅπλα, τοῖς τίμημα προσφέρουσιν, οἷα δραπέτας οἰκέτας ἐπ' ἐξαγωγῇ δημοσίᾳ πωλεῖσθαι. τότε τοίνυν ἅπαντες ἐπὶ γῆν ἀνατετραμμένοι πρηνεῖς, ἐλιπάρουν πάσης ἐλευθερῶσαι τὸ στρατόπεδον ταύτης αἰσχύνης, ἄνδρες ὑπισχνούμενοι φανήσεσθαι τοῦ *Ῥωμαϊκοῦ ὀνόματος ἄξιοι. τοῦ δὲ ἐνθένδε ἤδη τοῦτο ἔργῳ δειχθῆναι κελεύσαντος, τῆς γῆς ἀναστήσαντες ἑαυτούς, ὁπλισάμενοί τε ὃν ἔδει τρόπον, ἀνεμαχέσαντο· καὶ τοῦ χάρακος προελθόντες, τοσαύτην περὶ τὸν πόλεμον ἐπεδείξαντο προθυμίαν, ὥστε ἐξ ἀπείρου πλήθους, ὀλίγους εἰς τὰ οἰκεῖα τῶν βαρβάρων διασωθῆναι. Ἡ μὲν οὖν πρὸς τὸ Γερμανικὸν ἅπαν μάχη, ταύτης ἔτυχε τότε τῆς τελευτῆς. Οὐάλης δὲ ὁ βασιλεύς, πολλοὺς μετὰ τὴν Προκοπίου τελευτὴν ἀνελών, πλειόνων δὲ τὰς οὐσίας εἰς τὸ δημόσιον ἐνεγκών, ἀνεκόπτετο τῆς ἐπὶ Πέρσας ἐλάσεως, μοίρας τῶν ὑπὲρ τὸν Ἴστρον Σκυθῶν τὰ Ῥωμαίων ὅρια ταραττούσης. ἐφ' οὓς δύναμιν ἀρκοῦσαν ἐκπέμψας, τῆς ἐπὶ τὸ πρόσω πορείας εἶρξε· καὶ τὰ ὅπλα παραδοῦναι συναναγκάσας, διένειμε ταῖς παρὰ τὸν Ἴστρον αὐτοῦ πόλεσιν, ἐν ἀδέσμῳ φρουρεῖσθαι παρακελευσάμενος φυλακῇ. οὗτοι δὲ ἦσαν οὓς ὁ τῶν Σκυθῶν ἡγούμενος ἔτυχε Προκοπίῳ συμμάχους ἐκπέμψας. ἐπεὶ οὖν τούτους ἀφεθῆναι παρὰ τοῦ βασιλέως ἀπῄτει, κατὰ πρεσβείαν τοῦ τότε κρατοῦντος αὐτοὺς φήσας ἐκπεπομφέναι, πρὸς οὐδὲν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς Οὐάλης ὑπήκουε. μήτε γὰρ πρὸς αὐτὸν

αὐτὸν τούτοις ἐστάλθαι ἔλεγε· μήτε φιλίους ὄντας, ἀλλὰ πολεμίους, ἁλῶναι. αὕτη τὸν Σκυθικὸν πόλεμον ἀνερρίπισεν ἡ αἰτία. διανοουμένους δὲ αὐτοὺς ἐπιέναι τοῖς Ῥωμαίων ὁρίοις αἰσθόμενος ὁ βασιλεύς, καὶ πρὸς αὐτὸ ἤδη συνειλεγμένους ἅπαντας σὺν ὀξύτητι πάσῃ· τὸ μὲν στρατόπεδον τῇ ὄχθῃ τοῦ Ἴστρου συμπαρατείνας, αὐτὸς δὲ ἐπὶ τῆς Μαρκιανουπόλεως (ἡ μεγίστη τῶν ἐν Θρᾴκῃ πόλεών ἐστι) διατρίβων, τῆς τε τῶν στρατιωτῶν ἐν ὅπλοις ἀσκήσεως ἐπιμέλειαν ἐποιεῖτο, καὶ μάλιστα τοῦ μηδεμίαν αὐτοῖς ἐπιλεῖψαι τροφήν. ὕπαρχον μὲν οὖν τῆς αὐλῆς Αὐξόνιον ἀπεδείκνυ, Σαλούστιον ταύτης διὰ τὸ γῆρας ἀφείς, ἤδη δεύτερον ταύτην μεταχειρισάμενον τὴν ἀρχήν. Αὐξόνιος δέ, καίπερ ἐνεστῶτος οὕτω μεγάλου πολέμου, περί τε τὴν τῶν εἰσφορῶν εἴσπραξιν δίκαιος ἦν, οὐδένα βαρύνεσθαι παρὰ τὸ καθῆκον καὶ ὀφειλόμενον ἀνεχόμενος· καὶ ὁλκάδων πλήθει τὴν στρατιωτικὴν σίτησιν διὰ τοῦ Εὐξείνου πόντου ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ Ἴστρου παραδιδούς, κἀντεῦθεν διὰ τῶν ποταμίων πλοίων ταῖς ἐπικειμέναις τῷ ποταμῷ πόλεσιν ἐναποτιθέμενος· ὥστε ἐξ ἑτοίμου ἀρύεσθαι τῷ στρατοπέδῳ τὴν χορηγίαν. Τούτων δὲ οὕτω χειμῶνος ὄντος ἔτι διῳκημένων, ἔαρος ἀρχομένου τῆς Μαρκιανουπόλεως ὁ βασιλεὺς ἀναστάς, ἅμα τοῖς εἰς τὸν Ἴστρον φυλάττουσι στρατιώταις περαιωθεὶς ἐν τῇ πολεμίᾳ, τοῖς βαρβάροις ἐπῄει. τῶν δὲ στῆναι πρὸς μάχην σταδίαν οὐ θαρρησάντων, ἐγκεκρυμμένων δὲ τοῖς ἕλεσι, καὶ ἐκ τούτων λαθραίας ποιουμένων ἐπιδρομάς, τοῖς μὲν στρατιώταις κατὰ χώραν ἐπέταττε μένειν· ὅσον δὲ ἦν οἰκετικὸν συναγαγών, καὶ ὅσον μέντοι τὴν τῆς ἀποσκευῆς ἐπετέτραπτο φυλακήν, ῥητόν τι χρυσίον ὑπισχνεῖτο δώσεσθαι, τῷ βαρβάρου φέροντι κεφαλήν. εὐθὺς οὖν ἅπαντες ἐπαρθέντες τῇ τοῦ κέρδους ἐλπίδι, ταῖς ὕλαις καὶ τοῖς ἕλεσιν εἰσδυόμενοι, τούς τε προσπίπτοντας ἀναιροῦντες, ἐπιδεικνῦντές τε τῶν κατασφαττομένων τὰς κεφαλάς, τὸ ταχθὲν ἐκομίζοντο. πολλοῦ δὲ πλήθους τοῦτον τὸν τρόπον ἀπολλυμένου, περὶ σπονδῶν οἱ λελειμμένοι τοῦ βασιλέως ἐδέοντο. τοῦ δὲ οὐκ ἀποσεισαμένου τὴν αἴτησιν, ἐγίνοντο σπονδαί, μὴ καταισχύνουσαι τὴν Ῥωμαίων ἀξίωσιν. ἐδόκει γὰρ Ῥωμαίους μὲν ἔχειν μετὰ πάσης ἀσφαλείας, ὅσα πρότερον εἶχον· βαρβάροις τε ἀπείρηται μὴ περαιοῦσθαι, μηδὲ ὅλως ποτὲ τοῖς Ῥωμαίων ἐπιβαίνειν ὁρίοις. Ταύτην ποιησάμενος τὴν εἰρήνην,

se missos illos aiebat, nec vt amicos, sed hostes, captos. Hęc caussa bellum Scythicum suscitauit. Quum autem sensisset Imperator, hostē de finibus Romanis inuadendis cogitare, atque hanc ob caussam vniuersos iam magna celeritate collectos: exercitum propter Istri ripam porrigens, & ipse Marcianopoli degens, quæ vrbium Thraciæ maxima est, tum vt in armis exercerentur milites, studiose curabat; tum vel maxime, ne vlla eis annona deesset. Præfectum quidē prætorii declarabat Auxonium, Sallustio propter senectutem hoc munere liberato, qui iam secūdo magistratum hunc gesserat. Auxonius vero, licet adeo magnum bellum immineret; tamen & in exigendis tributis iustus erat; neminem vltra, quam par esset, ac debiti posceret ratio, grauari permittens: & onerariarum magna copia militarem annonam per pontum Euxinum ad Istri curans ostia, fluuialibus inde nauigiis vectam in opida, propter amnem sita, recondebat; ita quidem, vt esset, vnde suppeditari ea militibus expedite posset. His in hunc modum adhuc durante hieme procuratis, inito vere Marcianopoli soluens Imperator, vna cum presidiariis ad Istrum militibus in hosticum transuectus, barbaros adoritur. Illis vero pugna stataria congredi non ausis, sed intra paludes abditis, & ex iis clandestinos incursus moliētibus: milites suo loco manere iussit, & omni calonum turba collecta, cum iis quibus erat impedimentorum commissa custodia, certam auri summam ei se daturum policetur, qui barbari caput adtulisset. Mox igitur omnes erecti spe lucri, siluas atque paludes ingressi, obuios quosque perimunt; & interfectorum capita monstrantes, pecuniam cōstitutam auferunt. Hoc modo quum ingēs multitudo periisset, reliqui pacem ab Imperatore petebant supplices. Id postulatum ille quum non reiecisset, pax facta fuit, quæ nullum maiestati Romanæ dedecus adtulit. Nam vtrimque placuit, vt omnino Romani secure possiderēt ea, quæcumq; prius erant in eorū potestate: barbarisq; fuit interdictū, ne trāsiicerēt, neue, prsus vmq̄ Romanos intra fines irruerēt. Hac pace facta,

Constantinopolim proficiscitur. Et quia præfectus prætorii diem suum in terris supremum clauserat, Modesto magistratum hunc tradit: atque his in hunc modum administratis, ad bellum contra *Persas* gerendum properat. In eius adparatu dum occupatur, Valentinianus Imperator, rebus Germanicis recte constitutis, in futurum quoque tempus securitati Celticarum nationum prospicere se debere arbitratus est. Quapropter maxima iuuenum multitudine tum de barbaris Rheni adcolis, tum de subiectarum imperio Romano gentium agricolis collecta, numerisque militaribus adscripta: sic eos bellicis in rebus exercuit, vt horum militum exercitationis & experientiæ metu, totos nouem annos nemo trāsrhenanorum subiecta Romanis opida vexarit. In hoc tempore †*Valentinianus* quidam, delictorum quorumdam nomine relegatus in insulam Britanniam, tyrannide adfectata, vitam cum eadem amisit. Imperator autem Valentinianus, morbo correptus est; quo vita propemodum excessit. Eo quum liberatus esset, congressi proceres aulici, successorem vt designaret imperii, cohortabantur; ne, si quid humanitus ipsi accidisset, detrimentum respublica caperet. Hac oratione permotus Imperator, GRATIANVM filium, Imperatorem, principatusque consortem dixit; iuuenem adhuc, nec plenos pubertatis annos ingressum.

†al. Valentinus

Dum hic rerum ad occidentem status esset, Valens Imperator contra *Persas* in orientem, quo tendebat initio, se parat: ac lente progressus, opidis legatos ad se mittentibus, vbi posceret vsus, opitulatur; aliaque multa rite administrat, æqua petentibus facile postulata concedens. Antiochiam quū peruenisset, omnino caute res bellicas administrat. Et hieme quidem in Antiochena regia commoratus, Hierapolim verno tempore proficiscitur: atq; inde contra Persas ducens exercitus, instante rursus hieme reuertitur Antiochiā. Ac bellum quidem Persicum in hunc modum extrahebatur. Quum autem Antiochiæ degeret Imperator, ex huiusmodi caussa rerum inusitatarum materies cepit. Erat *Theodorus* quidam, inter notarios Imperatoris adscriptus. Hunc nobili quidem genere prognatum, & educatum bene, sed iuuenem adhuc, qui

εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἀφικνεῖται. τελευτήσαντος δὲ τοῦ τῆς αὐλῆς ὑπάρχου, Μοδέστῳ ταύτην παραδίδωσι τὴν ἀρχήν. καὶ ταῦτα οὕτω διοικησάμενος, ἐπὶ τὸν κατὰ Περσῶν ἠπείγετο πόλεμον.

Ὄντος δὲ ἐν παρασκευαῖς αὐτοῦ, Οὐαλεντινιανὸς ὁ βασιλεὺς τὰ περὶ τοὺς Γερμανοὺς εὖ διαθέμενος, ᾤετο δεῖν καὶ τῆς εἰς τὸ μέλλον ἀσφαλείας τῶν Κελτικῶν ἐθνῶν ποιήσασθαι πρόνοιαν. νεολαίαν οὖν ὅτι πλείστην ἀθροίσας, ἔκ τε τῶν προσοικούντων τῷ Ῥήνῳ βαρβάρων, καὶ ἐκ τῶν ἐν τοῖς ὑπὸ Ῥωμαίοις ἔθνεσι γεωργῶν, τοῖς στρατιωτικοῖς ἐγκαταλέξας τάγμασιν, οὕτως αὐτοὺς ἐξήσκησε τὰ πολέμια, ὥστε φόβῳ τῆς περὶ τὰ τοιαῦτα τῶν στρατιωτῶν μελέτης καὶ πείρας, ἐννέα τοὺς πάντας ἐνιαυτοὺς μηδένα τῶν ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον, ταῖς ὑπὸ Ῥωμαίων πόλεσιν ἐνοχλῆσαι. Κατὰ τόνδε τὸν χρόνον Οὐαλεντινιανός, διά τινα πλημμελήματα τὴν Βρεττανικὴν νῆσον οἰκεῖν κελευσθείς, ἐπιθέμενος τυραννίδι, συναπέθετο ταύτῃ τὸν βίον. Βαλεντινιανῷ δὲ τῷ βασιλεῖ νόσος ἐνέσκηψεν, ἥτις αὐτὸν παρὰ βραχὺ τοῦ βίου μετέστησεν. ἐπεὶ δὲ ταύτην διέφυγε, συνελθόντες οἱ περὶ τὰ βασίλεια, λόγον αὐτὸν ποιήσασθαι παρεκάλουν τοῦ διαδεξομένου τὴν βασιλείαν, ὡς ἂν μή τινος αὐτῷ συμβαίνοντος, σφαλείη τὰ τῆς πολιτείας. πεισθεὶς δὲ τούτοις ὁ βασιλεὺς τοῖς λόγοις, ἀναδεῖ τὸν παῖδα Γρατιανὸν βασιλέα καὶ κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς, ὄντα νέον ἔτι, καὶ οὔπω πρὸς ἥβην ἐλθόντα τελείαν. Τῶν δὲ κατὰ τὴν ἑσπέραν ἐν τούτοις ὄντων, Οὐάλης ὁ βασιλεύς, ἐφ' ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ὥρμητο, κατὰ Περσῶν ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἐστέλλετο. προϊὼν δὲ σχολαίως, ἐβοήθει τὰ δέοντα πρεσβευομέναις ταῖς πόλεσι· καὶ ἄλλα πολλὰ κατὰ τὸ πρέπον ᾠκονόμει, τοῖς δίκαια αἰτοῦσι ῥᾳδίως φιλοτιμούμενος τὰ αἰτήματα. παρελθὼν δὲ εἰς τὴν Ἀντιόχειαν, μετὰ πάσης ἀσφαλείας τὰ τοῦ πολέμου διῴκει, τὸν μὲν χειμῶνα διατρίβων ἐν τοῖς αὐτόθι βασιλείοις, ἦρος δὲ ἐπὶ τὴν Ἱερὰν πόλιν ἀπιών, κἀκεῖθεν τὰ στρατόπεδα τοῖς Πέρσαις ἐπάγων, καὶ αὖθις ἐνισταμένου τοῦ χειμῶνος ἐπανιὼν εἰς τὴν Ἀντιόχειαν. Ἡ μὲν οὖν πρὸς Πέρσας οὕτως ἐτείνετο μάχη. τοῦ δὲ βασιλέως κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν ὄντος, παραδόξων ἐξανίστατο πραγμάτων ὑπόθεσις, ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. ἦν τις Θεόδωρος τοῖς βασιλικοῖς ὑπογραφεῦσιν ἐναριθμούμενος· τοῦτον εὖ μὲν γεγονότα τε καὶ τραφέντα, νέον δὲ ἔτι, καὶ

τῷ τῆς

τοῦ τῆς ἡλικίας θερμοῦ ῥᾳδίως κολάκων θωπείαις ἐπὶ τὰ χείρονα σαλευομένου, προστάντες τοιοῦτοί τινες, ἀναπείθουσιν ὡς περιττοί τινες εἰσὶν ἐν παιδείᾳ, καὶ τεκμήρασθαι τὸ μέλλον ἔκ τινος κατορθωθείσης αὐτοῖς μαντείας ἀξιοῖ. πυνθανόμενοι δὲ τίς μετὰ Οὐάλεντα βασιλεύσειεν, ἔστησαν τρίποδα, τὸ μέλλον αὐτοῖς διά τινος σημαίνοντα τελετῆς· φανῆναι δὲ ἐν τῷ τρίποδι γεγραμμένα, θῆτα, καὶ ε, καὶ ο, καὶ ἐπὶ τούτοις, τὸ δέλτα. ταῦτα δὲ, μονονουχὶ φωνὴν ἀφιέντα, δηλοῦν ὡς Θεόδωρος τὴν βασιλείαν μετὰ Οὐάλεντα διαδέξεται. τούτοις ἐπαρθεὶς τοῖς ὕθλοις, ὑπό τε τῆς ἄγαν ἐπιθυμίας ἀγύρταις συνεχῶς καὶ γόησιν ἐντυγχάνων, καὶ περὶ τοῦ πρακτέου κοινούμενος, βασιλεῖ καταφωρος γίνεται. καὶ αὐτὸς μὲν ἀξίαν ἐδίδου τῆς ἐγχειρήσεως δίκην· συνέβαινε δὲ ἐπὶ τούτῳ καὶ ἕτερον. Φορτουνατιανὸς, τῇ τῶν βασιλικῶν ἐφεστὼς ταμιείων φροντίδι, τῶν ὑφ' ἑαυτὸν στρατευομένων τινὰ, γοητείας γραφὴν φεύγοντα κρίνων, ὑπέβαλεν αἰκισμοῖς. τοῦ δὲ τῇ τῶν βασάνων ἀνάγκῃ καὶ ἄλλους ἐξονομάσαντος, ὡς συνεπισταμένους αὐτῷ, τὰ μὲν τῆς ἐξετάσεως, εἰς Μόδεστον, ὃς τῆς αὐλῆς ὕπαρχος ἦν, μετεφέρετο, οἷα προσώπων ἀχθέντων εἰς μέσον, τῇ ἀρχῇ τοῦ δικάσαντος πρότερον οὐχ ὑποκειμένων· ἡ δὲ κρίσις διὰ πάντων ἐχώρει. πρὸς δὲ ὀργὴν ἄμετρον ὁ βασιλεὺς ἀναστὰς, ὑπόπτως εἶχε πρὸς ἅπαντας τοὺς ἐπὶ φιλοσοφίᾳ διαβοήτους, ἢ ἄλλως λόγοις ἐντεθραμμένους· καὶ προσέτι τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τιμωμένων τινάς. καὶ οὗτοι γὰρ, ὡς ἐπιβουλεύοντες τῷ βασιλεῖ, προσηγγέλλοντο· καὶ δὴ ἐπέμποντο πανταχόθεν οἰμωγαὶ, καὶ ἁπάντων κοινὸς ὀδυρμός. ἦν γὰρ πλήρη τὰ μὲν δεσμωτήρια τῶν μάτην οἰκούντων αὐτά· διὰ δὲ τῶν ὁδῶν ἐφέρετο πλήθη πλείονα τῶν ἐν ταῖς πόλεσι καταλελειμμένων. αἱ δὲ ταῖς φυλακαῖς τῶν μάτην ἀγομένων ἐπιτεταγμέναι φυλαὶ, πρὸς ἀσφάλειαν τῶν φυλαττομένων οὐκ ἀρκεῖν ὡμολόγουν, δεδιέναι τε μήπου τε, πολλῷ πλείους ὄντες, ἐκβιάσωνται φυγεῖν ἑαυτοῖς. καὶ οἱ μὲν συκοφάνται, δίχα παντὸς ἀνεχώρουν κινδύνου, κατηγορεῖν ἀναγκαζόμενοι μόνον· οἱ δὲ κρινόμενοι, νῦν μὲν ἐτιμωροῦντο θανάτου, δίχα νομίμων ἐλέγχων· οἱ δὲ, τὰς οὐσίας ἀπώλλυον, παῖδας καὶ γυναῖκας καὶ τὴν ἄλλην συγγένειαν ἐσχάτῃ τύχῃ καταλιπόντες. ἦν γὰρ τὸ σπουδαζόμενον, ἐκ πολυτρόπων ἀσεβημάτων συλλογὴν τῷ δημοσίῳ πολλῶν γενέσθαι χρημάτων. πρῶτος μὲν οὖν

ex ætatis feruore, non difficulter adsentatorum adulationibus ad peiora impelleretur, adorti eius generis homines, excellere se litteris, & ex diuinatione quadam, ab se præclare percepta, futura coniiciendi se peritos esse persuadent. Inquirentes autem, quis post Valentem imperaturus esset, tripodē statuisse; qui ritu quodam arcano significaret eis, quod futurum esset. In hoc tripode scriptas literas Θ, & Ε, & Ο, & præter his Δ apparuisse: quæ quidem modo non vocem exprimentes indicent, Theodorum in imperio Valenti successurum. His ille nugis elatus, dum præ cupiditate nimia circulatores & maleficos frequenter adit, & cum eis, quod agendum erat, communicat; Imperatori proditur, & dignas conatu pœnas luit. Secundum hoc & aliud accidit. Fortunatianus imperatorio fisco prefectus, quemdam ex militantibus sub se veneficii reum, de caussa cognoscens, verberibus subiicit. Quum ille tormentis coactus & alios nominatim indicasset, tamquam sibi conscios: caussę quidem cognitio ad Modestum, præfectum prætorii, trāsfertur; quod in medium personæ productæ fuissent, quæ illius imperio, qui prius ius dixerat, non suberant: iudicium vero in vniuersos exercetur; & princeps ad iram immodicam concitatus, omnes philosophiæ nomine celebres, vel alias exultos litteris, & preterea quosdam honoratos in aula, suspectos habet. Nam & illi, velut insidiatores, principi deferebantur. Vndique ploratus & lamentatio communis omnibus emittitur. Erāt enim pleni carceres illorū, qui præter meritum in eis degebant: & per itinera maiores hominum copiæ vagabantur, quam in opidis essent relictæ. Cohortes autem, quibus erat eorū mandata custodia, quotquot in carceres absque caussa ducebantur, non se sufficere fatebantur adseruandis iis, qui custodiebantur: seq; vereri dicebant, ne longe numero plures, vi sibi viam ad fugam aperirent. Et calumniatores quidem absq; omni periculo discedebant, accusare dumtaxat coacti: rei vero, partim morte mulctabātur, absq; legitimis probationibus: partim facultates amittebant, liberis & coniugibus, ceterisq; cognatis, extremæ fortunæ relictis. Hoc enim agebatur, vt per nefarias rationes multiplices magnā fiscus pecuniç copiam colligeret. Primus ex

nobilibus philosophis interfectus est Maximus; & post illum oriundus e Phrygia Hilarius, qui ambiguũ quoddam oraculũ clarius fuisset interpretatus. Secundum hunc Simonides, & Patricius Lydus, & Andronicus e Caria: qui omnes ad summum doctrinę fastigium peruenerant, & potius inuidia, quam iusto calculo damnati fuerũt. Adeo vero plena confusionis erant omnia, vt libere delatores cum multitudine quorumuis semet offerentium domos ingrederẽtur, & obuios raperent, atq; illis traderent, qui etiam inaudita caussa quoslibet necare iussi fuerant. Et horum flagitiorum quidam quasi colophon erat Festus: quem ad omne crudelitatis genus promtum, miserat Imperator, vt Asiã proconsule administraret; ne quis eruditione doctrinæ præditus superaret, sed initum consilium reipsa succederet. Nam quum omnes indagasset Festus, quos quidẽ reperisset, nulla cognitione adhibita interficiebat; reliquos exsilio semetipsos multare cogebat. Et calamitas quidem ea, quę culpa Theodori ciuitatibus accidit, hunc habuit finem. Valentinianus vero, qui visus fuisset bellum aduersus Germanos mediocriter administrasse; grauissimus subditis erat, tributorum exactiones acrius vrgens, eaq; vltra consuetum morem extorquẽs. Prætexebat autem militaris annonæ magnitudinem, quæ ipsum pecuniam fisco seruatam coegisset expendere. Quapropter odio cunctorũ in se concitato, acerbior etiam, quam prius, erat: ac neque magistratus examinare volebat, an a captandis lucris abstinerent; & gloriam ex inculpata vita nanctis inuidebat. Denique simpliciter vt rem aperiam, diuersus erat ab iis moribus, quos initio regni præ se tulerat. Eam ob caussam & *Afri*, nõ ferẽtes auariciam Romani, qui apud Mauros magistri militum officio fungebatur, amictum purpura *Firmum*, Imperatorẽ crearũt. cuius rei nuntius adlatus, haud abs re Valentinianum perturbauit. Ideoq; confestim numeros quosdam militũ, relicta Pannonię Mysięq; superioris custodia, in Africã nauigare iussit. Quo facto, *Sarmatæ* & *Quadi*, iam pridem illi, cui credita erat horum locorum custodia, (& erat is † Celestius) infensi; post militum profectionem in Africam, Pannonios & Mysos inuadunt.

† alii Marcellinum vocant

τῶν ἐπὶ φιλοσοφίᾳ γνωρίμων* ᾕρητο Μάξιμος· καὶ μετὰ τοῦτον ὁ ἐκ Φρυγίας Ἱλάριος, ὡς δὴ χρησμόν τινα λοξὸν, εἰς τὸ σαφέστερον ἑρμηνεύσας· καὶ Σιμωνίδης ἐπὶ τούτῳ, καὶ Πατρίκιος ὁ Λυδὸς, καὶ ὁ ἐκ Καρίας Ἀνδρόνικος. ἦσαν δὲ οὗτοι πάντες, εἰς ἄκρον παιδείας ἐληλυθότες, καὶ φθόνῳ μᾶλλον ἢ ψήφῳ δικαίᾳ κατακριθέντες. οὕτω δὲ ὁμοῦ πάντα συνετετάρακτο, ὥστε καὶ τῶν προστυχόντων τὰς οἰκίας ἐπεισιέναι μετὰ πλήθους ἀνέδην τοὺς συκοφάντας, καὶ τοὺς ἀπαντῶντας ἁρπάζειν, ἐκδιδόναι δὲ τοῖς φονεύειν ἅπαντας καὶ δίχα κρίσεως τεταγμένοις. τῶν δὲ ἀτοπημάτων ἦν κολοφὼν Φῆστος· ὃν εἰς *πᾶσαν εἰδὼς ὠμότητα πρόχειρον ὄντα, τῆς Ἀσίας ἀνθύπατον ὁ βασιλεὺς ἔστειλεν, ὡς ἂν μηδεὶς τῶν περὶ λόγους ἐσπουδακότων ἀπολειφθείη. καὶ εἰς ἔργον ᾔει τὸ βούλευμα. πάντας γὰρ ὁ Φῆστος ἀναζητήσας, οὓς μὲν εὗρεν, ἀκρίτως ἀπέκτεινε· τοὺς δὲ λοιποὺς, ὑπερόριον ἑαυτοῖς φυγὴν ἠνάγκασεν ἐπιθεῖναι. Καὶ ἡ μὲν ἐκ τῆς κατὰ Θεόδωρον αἰτίας συμβᾶσα ταῖς πόλεσι συμφορὰ, ταύτην ἔσχε τὴν τελευτήν. Οὐαλεντινιανὸς δὲ, δόξας πως τὸν πρὸς τοὺς Γερμανοὺς πόλεμον διαθεῖναι μετρίως, βαρύτατος ἦν, ταῖς ἀπαιτήσεσι τῶν εἰσφορῶν σφοδρότερον ἐπικείμενος, καὶ ὑπὲρ τὸ συνήθες ταύτας εἰσπράττων. ἐποιεῖτο δὲ τούτου πρόφασιν τῆς στρατιωτικῆς δαπάνης τὸ πλῆθος· ὅπερ ἠνάγκασεν αὐτὸν ἐκδαπανῆσαι τὰ τῷ δημοσίῳ φυλαττόμενα χρήματα. εἰς μῖσος τοίνυν ἅπαντας ἐπὶ τούτῳ κινήσας, ἔτι μεῖζον ἢ πρότερον ἐπικραίνετο· καὶ οὔτε τοὺς ἄρχοντας ἤθελεν ἐξετάζειν, εἰ κέρδους ἀπέχονται· τοῖς τε ἐκ τοῦ ζῆν ἀμέμπτως ἔχουσι δόξαν, ἐφθόνει· καὶ (ἁπλῶς εἰπεῖν) ἕτερός τις ἦν παρὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἐπιτηδευθέντα τρόπον αὐτῷ τῆς βασιλείας. Διὰ ταῦτα καὶ Λίβυες, οὐκ ἐνεγκόντες τὴν Ῥωμανοῦ πλεονεξίαν, τοῦ τὴν στρατιωτικὴν ἔχοντος ἐν Μαυρουσίοις ἀρχὴν, Φίρμῳ τὴν ἁλουργίδα δόντες, ἀνέδειξαν βασιλέα. ὅπερ ἀπαγγελθὲν, εἰκότως Βαλεντινιανὸν συνετάραξε. καὶ παραχρῆμα τάγματά τινα στρατιωτικὰ τὴν ἐν Παιονίᾳ καὶ Μυσίᾳ τῇ ἄνω καταλιπόντα φυλακὴν, ἐπὶ Λιβύην ἐκπλεῦσαι προσέταξε. τούτου δὴ γινομένου, Σαυρομάται καὶ Κούαδοι, καὶ πρότερον ὄντες ἔχθιστοι τῷ τὴν ἐν τούτοις ἐπιτετραμμένῳ τοῖς τόποις φυλακὴν, (ἦν δὲ Κελέστιος) μετὰ τὴν τῶν στρατιωτῶν εἰς Λιβύην ἀποδημίαν, ἐπέθεντο Παίοσί τε καὶ Μυσοῖς.

τοῦ δ,

ἐπεὶ γὰρ Κελέστιος τὸν τούτων ἄρχοντα πίστεσιν ἐνόρκοις παραγαγόντος, ἀνελόντος τε δόλῳ τῆς τραπέζης ἔτι *προκειμένης, εἰκότως οἱ βάρβαροι τῆς ἐφόδου ταύτην ἔχοντες πρόφασιν, τοὺς περὶ τὸν Ἴστρον ἐλῄζοντο, πᾶν, εἴ τι τῶν πόλεων ἦν ἐκτὸς, διαρπάζοντες. ἀλλὰ Παίονες μὲν εἰς ἁρπαγὴν τοῖς βαρβάροις προέκειντο, τῶν στρατιωτῶν ἐκμελῶς πρὸς τὸ φυλάττειν τὰς πόλεις ἐχόντων, καὶ τοῖς ἐνδοτέρω τοῦ ποταμοῦ *τόποις οὐχ ἧττον ἢ οἱ βάρβαροι παρενοχλούντων. Μυσία δὲ οὐδενὸς ἐπειράθη κακοῦ, Θεοδοσίου, τοῦ τὴν στρατιωτικὴν ἀρχὴν ἔχοντος, ἀνδρείως *στάντος, καὶ τοὺς ἐπιόντας ἀποδιώξαντος. ὅθεν ἐκ ταύτης τῆς νίκης δόξαν κτησάμενος, ἔτυχε μετὰ ταῦτα τῆς βασιλείας. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ἐν τοῖς οἰκείοις ἀφηγηθήσεται χρόνοις. Οὐαλεντινιανὸς δὲ, τὴν ἀκοὴν τῶν ἀπαγγελθέντων οὐκ ἐνεγκὼν, ἐκ Κελτῶν ὁρμήσας, ἐπὶ τὴν Ἰλλυρίδα διέβαινε, βουλευόμενος περὶ τοῦ πρὸς Κουάδους καὶ Σαυρομάτας πολέμου. Μερωβαύδην δὲ, στρατιωτικῶν ἔργων ἐμπειρίαν ἔχειν παρὰ τοὺς ἄλλους δοκοῦντα, παντὸς τοῦ στρατοπέδου προΐστησι. τοῦ δὲ χειμῶνος παρὰ τὸ εἰωθὸς ἐκταθέντος, ἔστελλον πρὸς αὐτὸν οἱ Κούαδοι πρεσβείας λόγους, ὑπὲρ τὸ μέτριον φέροντας. ἐφ' οἷς Οὐαλεντινιανὸς ἀγανακτήσας, καὶ ὑπὸ τῆς ἄγαν ὀργῆς, παραφορᾶς οὐ πόρρω γενόμενος, αἵματος κάτωθεν ἀναχθέντος ἐπὶ τὸ στόμα, συγκλείοντός τε τὰς τῆς φωνῆς ἀρτηρίας, ἐξέλιπεν, ἐν μὲν Ἰλλυριοῖς ἐννέα μῆνας, ἐλλειπουσῶν ὀλίγων ἡμερῶν, διατρίψας, εἰς δωδέκατον δὲ ἐνιαυτὸν τῆς βασιλείας προελθών. Τούτου τελευτήσαντος, ἐμπεσὼν τῷ Σιρμίῳ σκηπτὸς, τὰ βασίλεια κατέφλεξε καὶ τὴν ἀγοράν· ἔδοξέ τε τοῖς τὰ τοιαῦτα κρίνειν δεινοῖς, οὐκ αἴσιον τοῖς κοινοῖς πράγμασιν εἶναι τὸ *τέρας. καὶ σεισμοὶ δὲ ἔν τισι συνηνέχθησαν τόποις. ἐσείσθη δὲ καὶ Κρήτη σφοδρότερον, καὶ ἡ Πελοπόννησος μετὰ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος· ὥστε καὶ τὰς πολλὰς διαρρυῆναι τῶν πόλεων, πλὴν τῆς Ἀθηναίων πόλεως, καὶ τῆς Ἀττικῆς. ταύτην δὲ καὶ περισωθῆναι φασὶν ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. Νεστόριος, ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις ἱεροφαντεῖν τεταγμένος, ὄναρ ἐθεάσατο παρακελευόμενον χρῆναι τὸν Ἀχιλλέα τὸν ἥρωα δημοσίαις τιμᾶσθαι τιμαῖς· ἔσεσθαι γὰρ τοῦτο τῇ πόλει σωτήριον. ἐπεὶ δὲ ἐκοινώσατο τοῖς ἐν τέλει τὴν ὄψιν,

Nam quod ipsorum principem Celestius interposita fide, sacramento confirmata, circumuenerat; eumque fraude necauerat, necdum remota mensa: non abs re barbari, hanc expeditionis nancti occasionẽ, in vicinos Istro grassabantur; quidquid esset extra opida, diripientes. Itaque Pannonii barbarorum prædis erant expositi, dum milites segniter opida defenderent, & cis amnem posita loca non minus, quam barbari, vexarent. Mysia vero propterea nihil mali perpessa fuit, quod magister militum Theodosius viriliter obstitisset, & inuadentes fuga sibi consulere coegisset. Vnde factum, vt ex hac victoria gloriam consequutus, ad imperium deinceps peruenerit. Sed hæc suis temporibus & locis exponentur. Valentinianus autem, quæ nuntiata fuissent, audire non sustinens, e Celtis profectus, in Illyricum transiit: de bello *Quadis* & *Sarmatis* inferendo, deliberãs. Merobaudem, qui peritiam rei militaris habere supra ceteros videretur, toti exercitui præficit. Hieme præter morem durante longius, Quadi per legatos ei verba quædam modum excedentia denuntiant: ob quæ indignatus Valentinianus, præque nimia iracundia propemodum redactus ad insaniam, sanguine in os delapso, qui vocis arterias obstruebat, exstinctus est: quum in Illyrico mentes nouem, paucis diebus demtis, commoratus fuisset; & imperii duodecimum annũ adtigisset. Eo defuncto, fulmen e cælo Sirmii delapsum, regiam cum foro concremauit: visumque fuit iis, quorum acria de rebus huiusmodi iudicia sunt, parum prosperum publicis rebus hoc portentum esse. Terræmotus quoque nonnullis in locis acciderunt, Creta vehementius succussa, cum Peloponeso, reliquaque Græcia: ita vt opida complura collaberentur, exceptis Athenis, & Attica regione: quam ex huiusmodi caussa conseruatam perhibent. Nestorius, id temporis sacrorum antistes constitutus, somnium vidit, quod publicis honoribus Achillem heroa iuberet adfici. hoc enim vrbi salutare futurum. Quum autem visum hoc cum magistratibus communicasset,

atque illi, rati eum delirare, qui iam senex decrepitus esset, nihili, quod dictum fuerat, fecissent: ipse secum ratiocinatus, quid agendum esset, diuinisque cogitationibus edoctus; imaginem herois, exigua in domo fabricatam, sub Mineruæ simulacro, quod in virgineo conclaui collocatum est, posuit. Quoties autem perageret consueta huic deæ sacra, pariter & illa, quæ sciret heroi debita, rite faciebat. Atque hoc modo quum ipsa re somnii consilio satisfactum esset, terræmotu passim grassato, solos Athenienses saluos euadere contigit, hisce beneficiis herois tota pariter Attica fruente. Hoc autem verum esse, licet ex iis cognoscere, quæ Syrianus philosophus, hymnum in hunc heroa scribens, cõmemorauit. Et hæc quidem, a propositis rebus haud aliena, libuit adiicere. Ceterum exstincto Valentiniano, quum legionum tribuni, Merobaudes & Equitius, Valentem & Gratianum viderent in locis procul remotis degere; quod alter adhuc esset in oriente, alter apud occidentales Gallos a patre relictus fuisset; veriti, ne quando vsuueniret, vt transistriani barbari rebus principe destitutis irruerent: arcessitum minorem Valẽtiniani filium, natum ei de coniuge, quæ Magnentii prius vxor fuerat, nec procul inde cum matre degentem, in regiam purpura vestitum producunt, quum vix quintum ætatis annum ageret. Diuidentibus imperium inter se GRATIANO & VALENTINIANO minore, prout iis videbatur, qui apud eos res moderabantur: (nam principes ipsi propter ætatem sui iuris non erant) Gratiano quidem Celticæ nationes, & Hispania tota, cum insula Britannia, adtribuebantur: Valentinianum vero placuit Italiam, & Illyrios, & totam Africam possidere. Ceterum Valentem Imperatorem plures e pluribus locis irruentes bellorum fluctus circumstabant. Primum *Isauri*, (quos alii *Pisidas*, alii *Solymos*, alii *Cilices montanos* vocant: nos quidem accuratius de his aliquid indicabimus, vbi ad eum locum peruenerimus, de iis vt dicendum sit) opida Lyciæ Pamphyliæque vastabãt: quum mœnibus potiri non possent, sed omnia sub dio sita diriperent. Imperatore vero, qui adhuc hærebat Antiochiæ, satis magnas, vt ipse putabat, in eos mittente copias: Isauri, cum vniuersa præda, in montes

οἱ δέ, ληρεῖν αὐτόν, οἷα δὴ ὑπέργηρων ὄντα, νομίσαντες, ἐν οὐδενὶ τὸ ῥηθὲν ἐποιήσαντο, αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν λογισάμενος τὸ πρακτέον, καὶ ταῖς θεοφιλέσιν ἐννοίαις παιδαγωγούμενος, εἰκόνα τοῦ ἥρωος ἐν οἰκίσκῳ μικρῷ δημιουργήσας, ὑπέθηκε τῷ ἐν παρθενῶνι καθιδρυμένῳ τῆς Ἀθηνᾶς ἀγάλματι. τελῶν δὲ τῇ θεῷ τὰ συνήθη, κατὰ ταὐτὸν καὶ τῷ ἥρωι τὰ ἐγνωσμένα οἱ κατὰ θεσμὸν ἔπραττε. τούτῳ τε τῷ τρόπῳ τῆς τοῦ ἐνυπνίου συμβουλῆς ἔργῳ πληρωθείσης, ἐπιβρίσαντος τοῦ σεισμοῦ, μόνοις Ἀθηναίοις περισωθῆναι συνέβη, μετασχούσης τῆς τοῦ ἥρωος εὐεργεσίας καὶ πάσης τῆς Ἀττικῆς. ὅτι δὲ τοῦτο ἀληθές ἐστι, μαθεῖν ἔξεστι δι' ὧν ὁ φιλόσοφος Συριανὸς διεξῆλθεν, ὕμνον εἰς τοῦτον τὸν ἥρωα γράφων. Ἀλλὰ ταῦτα, οὐκ ἀνάρμοστα τοῖς προκειμένοις ὄντα, παρέθηκα. Οὐαλεντινιανοῦ δὲ τελευτήσαντος, ὁρῶντες οἱ ταξίαρχοι Μεροβαύδης καὶ Ἐκίτιος, Οὐάλεντα καὶ Γρατιανὸν πόρρω που διατρίβοντας, (ὁ μὲν γάρ, ἔτι κατὰ τὴν ἑῴαν ἦν· ὁ δέ, ἐν τοῖς ἑσπερίοις Γαλάταις παρὰ τοῦ πατρὸς ἀπολελειμμένος) ὑφορώμενοι μή ποτε συμβῇ τοὺς ὑπὲρ τὸν Ἴστρον βαρβάρους ἀνάρχοις ἐπιπεσεῖν τοῖς πράγμασι, παῖδα Οὐαλεντινιανοῦ νέον, ἐκ γαμετῆς αὐτῷ τεχθέντα τῆς πρότερον Μαγνεντίῳ συνοικησάσης, οὐ πόρρω που μετὰ τῆς μητρὸς ὄντα μεταπεμψάμενοι, παράγουσι μετὰ τῆς ἁλουργίδος εἰς τὰ βασίλεια, πέμπτον ἄγοντα μόλις ἐνιαυτόν. διελομένων δὲ πρὸς ἑαυτοὺς Γρατιανοῦ καὶ Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ νέου τὴν βασιλείαν, ὡς ἐδόκει τοῖς περὶ αὐτοὺς τὰ πράγματα κρίνουσιν, (αὐτοὶ γὰρ οἱ βασιλεῖς οὐκ ἦσαν κύριοι διὰ τὴν ἡλικίαν) Γρατιανῷ μὲν τὰ Κελτικὰ φῦλα καὶ Ἰβηρία πᾶσα καὶ ἡ Βρεττανικὴ νῆσος ἀπεκληροῦτο· Οὐαλεντινιανὸν δὲ ἐδόκει τὴν Ἰταλίαν τε καὶ Ἰλλυριοὺς καὶ τὴν ὅλην ἔχειν Λιβύην. Οὐάλεντα δὲ τὸν βασιλέα, πολλαὶ πολλαχόθεν περιειστήκεσαν πολέμων ἐπιφοραί. καὶ πρῶτον μὲν Ἴσαυροι (καλοῦσι δὲ αὐτούς, οἱ μὲν Πισίδας, οἱ δὲ Σολύμους, ἄλλοι δὲ Κίλικας ὀρείους· τὸ δὲ ἀκριβέστερον, ἡνίκα εἰς τοὺς περὶ αὐτῶν ἀφικώμεθα λόγους, δηλώσομεν) τὰς ἐν Λυκίᾳ καὶ Παμφυλίᾳ πόλεις ἐπόρθουν, τειχῶν μὲν κρατεῖν οὐ δυνάμενοι, τὰ δὲ ἐν τοῖς ὑπαίθροις ἅπαντα διαρπάζοντες. ἐπεὶ δὲ ὁ βασιλεὺς ἔτι κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν διατρίβων, ἔστελλεν ἐπ' αὐτοὺς ἀρκοῦσαν (ὡς ᾤετο) δύναμιν, οἱ μὲν Ἴσαυροι μετὰ τῆς λείας ἁπάσης εἰς τὰ τραχύτατα συνέ-

φεύγει

φεύγειν τὴν ὁρμὴν, οὔτε διῶξαι τῶν στρατιωτῶν δι' ἐκμέλειαν δυναμένων, οὔτε ἄλλως τὰ συμβαίνοντα ταῖς πόλεσι δυστυχήματα θεραπεῦσαι. Τούτων δὲ ὄντων ἐν τούτοις, φῦλόν τι βάρβαρον τοῖς ὑπὲρ τὸν Ἴστρον Σκυθικοῖς ἔθνεσιν ἐπανέστη, πρότερον μὲν οὐκ ἐγνωσμένον, τότε δὲ ἐξαίφνης ἀναφανέν· Οὔννους δὲ τούτους ἐκάλουν· εἴτε βασιλείους αὐτοὺς ὀνομάζειν προσήκει Σκύθας, εἴτε οὓς Ἡρόδοτός φησι παροικεῖν τὸν Ἴστρον, σιμοὺς ἀσθενέας ἀνθρώπους· εἴτε ἐκ τῆς Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην διέβησαν. καὶ τοῦτο γὰρ εὗρον ἱστορημένον, ὡς ἐκ τῆς ὑπὸ τοῦ Ταναΐδος καταφερομένης ἰλύος, ὁ Κιμμέριος ἀπογαιωθεὶς Βόσπορος, ἐνέδωκεν αὐτοῖς ἐκ τῆς Ἀσίας ἐπὶ τὴν Εὐρώπην πεζῇ διαβῆναι. παρελθόντες δὲ ὅμως, τοῖς ἵπποις καὶ γυναιξὶ καὶ παισὶ, καὶ οἷς ἐπεφέροντο, τοῖς ὑπὲρ τὸν Ἴστρον κατῳκημένοις ἐπέπεσαν Σκύθαις, μάχην μὲν σταδίαν οὔτε δυνάμενοι συνάπτειν, οὔτε εἰδότες ἐπαγαγεῖν· (πῶς γάρ; οἱ μήτε εἰς γῆν πῆξαι τοὺς πόδας οἷοί τε ὄντες ἑδραίως, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἵππων καὶ διαιτώμενοι καὶ καθεύδοντες) περιελάσεσι δὲ καὶ ἐκδρομαῖς καὶ εὐκαίροις ἀναχωρήσεσιν, ἐκ τῶν ἵππων κατατοξεύοντες, ἄπειρον τῶν Σκυθῶν εἰργάσαντο φόνον. τοῦτο συνεχῶς ποιοῦντες, εἰς τοῦτο τὸ Σκυθικὸν περιέστησαν τύχης, ὥστε τοὺς περιλελειμμένους, ὧν εἶχον ἐκστάντας οἰκήσεων, ἐκδοῦναι μὲν τοῖς Οὔννοις ταύτας οἰκεῖν· αὐτοὺς δὲ φεύγοντας, ἐπὶ τὴν ἀντιπέρας ὄχθην διαβῆναι τοῦ Ἴστρου, καὶ τὰς χεῖρας ἀνατείναντας, ἱκετεύειν δεχθῆναι παρὰ βασιλέως, ὑπισχνεῖσθαί τε πληρώσειν ἔργον αὐτῷ συμμάχων πιστῶν καὶ βεβαίων. τῶν δὲ τὰς ἐπὶ τοῦ Ἴστρου πόλεις φρουρεῖν τεταγμένων, εἰς τὴν τοῦ βασιλέως γνώμην ἀναβαλλομένων τὰ περὶ τούτου, δέχεσθαι τούτους Οὐάλης ἐπέτρεπε, πρότερον ἀποθεμένους τὰ ὅπλα. τῶν δὲ ταξιαρχῶν, καὶ ὅσοι στρατιωτῶν ἡγεμονίας εἶχον, διαβαινόντων μὲν, ἐφ' ᾧτε ὅπλων δίχα τοὺς βαρβάρους ἐπὶ τὰ Ῥωμαίων ὅρια παραπέμψαι, μηδενὸς δ' ἑτέρου ἐπιμελουμένων ἢ γυναικῶν εὐπροσώπων ἐπιλογῆς, καὶ παίδων ὡραίων εἰς αἰσχρότητα θήρας, ἢ οἰκετῶν ἢ γεωργῶν κτήσεως· (οἷς τισι μόνοις προσέχοντες, τῶν ἄλλων ὅσα πρὸς κοινὸν ὄφελος ἔφερεν, ὑπερεώρων)

asperrimos confugiebant; militibus, ob segnitiem, nec persequi eos valentibus, nec alia ratione casibus opidorum aduersis mederi. Dum hæc ab illis ita gererentur, natio quædam barbara transistrianas gentes *Scythicas* est adorta; prius illa quidem incognita, sed quæ subito tum temporis emersit. Eos adpellabant *Hunnos*, siue adeo *regii Scythæ* nuncupandi sunt, siue quos ait Herodotus Istri adcolas esse, homines simos & imbelles; siue denique in Europam ex Asia transiecere. Nam & hoc memoriæ proditum in historiis reperi, e limo, quem Tanais deuehit, Cimmerium Bosporum, ad terræ formam redactum, facultatem eis præbuisse, terrestri ex Asia in Europam itinere transeundi. Vtut sese res habeat, profecti cum equis, & vxoribus, & liberis, & iis rebus quas secum vehebant, habitantes super Istrum Scythas inuaserunt. Ac stataria quidem pugna prorsus neque poterant, neque norant hostem adgredi: (quo enim id pacto? qui ne quidem in terram firmiter pedes defigere poterant, sed in equis & hærebant interdiu, & somnum capiebant) sed partim circumequitando, partim excurrendo, partim opportune retrocedendo, & ex equis iaculando, immensam Scytharum cædem edebant. Quod quum frequenter facerent, nationem Scythicam ad eam fortunam redegerunt; vt superstites domiciliis suis relictis, Hunnis ea traderent incolenda; ipsi fugam capessentes, in aduersam Istri ripam transiicerent, erectisque manibus, supplices ab Imperatore se recipi peterent; simulque policerentur, officio se fidorum & constantium sociorum functuros. Eam rem quum præsidiis opidorum ad Istrum præfecti eo vsque differrent, dum de voluntate principis cognitum fuisset: Valens vti reciperentur, armis prius depositis, permisit. Itaque tribuni legionum, militumque duces, transiiciebant illi quidem, vt absque armis barbaros in fines Romanos deducerent: verum nihil agebant aliud, quam quod elegantis formæ mulieres deligerent, & pueros formosos ad vsum obscenum venarentur, aut calones agricolasve compararent: quibus solis intenti, cetera publicam ad vtilitatem spectātia negligebant.

Vnde fiebat, vt complures clam cum armis transuectos ignoraretur: qui simul atque solum Romanum ingressi fuissent, neque precum illarum supplicum, neque sacramentorum recordabantur: sed vniuersam Thraciam, cum Pannonia, & pertinentibus ad Macedoniam & Thessaliam vsq; regionibus, compleuere barbari, quęuis oblata sibi diripientes. Quum autem rebus eorum locorũ maximum immineret periculum, principem adeuntes, quid accidisset, nuntiant. Ille, negotiis Persicis, quemadmodum sane poterat, cõpositis; Antiochia cursim iter emensus, Constantinopolim abit: atque inde pergit in Thraciam, bellum aduersus Scythas illos transfugas gesturus. Egressus autem exercitus, & ipse princeps, huiusmodi portentum cõspexere. Corpus quoddam hominis in via iacens visum fuit, cetera quidẽ prorsus immobile, verberibusque cæso a capite ad pedes vsque consimile: verum oculos tantum apertos habẽs, qui propius accedentes intuerentur. Quum autem interrogantibus, quis esset, & vnde, tum a quo istæc perpessus fuisset, nihil omnino respõderet; pdigiosum quiddam rati, etiam prætereunti principi commonstrant. Quum is de rebus iisdem interrogasset, nihilo minus mutus erat: nec existimatus viuere, quod vniuersum corpus expers esset motus: nec integre mortuus, quando incolumes oculi esse viderentur. Tamdem subito portentum hoc euanuit. Itaq; quum ii, qui circumstabãt, quid agendum esset, ambigerent: homines in exponendis talibus ingeniosi, statum reipublicæ futurum portendi dicebant; quodque duratura rerum esset cæsarum & flagris confectarum facies, animam exhalantibus similis, donec magistratuum & administrantium improbitate † prorsus interiisset. Atque hoc nobis singula perlustrantibus vere prædictum adparebit.

† al. subito

Valens autẽ Imperator, qui iam Scythas vniuersam Thraciam agere, ferre cerneret; statuit eos, quos ex oriente secum adduxerat, ex equis pugnandi peritissimos, in equitatum Scythicum prius immittere. Quapropter accepta illi a principe tessera, exiguo numero alii post alios extra Constantinopolis portas egrediebantur; & remotos a suis Scythas contis transfigentes, multorum capita cottidie adferebant. Et quoniam equorum celeritas, ictusq;

ὥστε ἀμελείᾳ μετὰ τῶν ὅπλων ἔλαθον οἱ πλείους περαιωθέντες· καὶ ἅμα τῆς ὑπὸ Ῥωμαίοις γῆς ἐπιβάντες, οὔτε ἱκεσιῶν, οὔτε ὅρκων ἐμνήσθησαν· ἀλλ' ἡ Θρᾴκη τε ἅπασα, καὶ ἡ Παιονία, καὶ τὰ μέχρι Μακεδονίας καὶ Θετταλίας, ἐπλήρωτο βαρβάρων, τὰ προσπεσόντα ληϊζομένων. κινδύνου δὲ τοῖς ταύτῃ πράγμασιν ἐπικειμένου μεγίστου, δραμόντες ἐπὶ βασιλέα, τὸ συμβὰν ἀπαγγέλλουσιν. ὁ δὲ, τὰ πρὸς Πέρσας ὡς ἐνῆν διαθέμενος, ἀπὸ τῆς Ἀντιοχείας διαδραμὼν, ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἧκε· κἀντεῦθεν ἐπὶ Θρᾴκης ἐχώρει, τὸν πρὸς τοὺς αὐτομόλους Σκύθας ἀγωνισόμενος πόλεμον. ἐξιόντι δὲ τῷ στρατοπέδῳ, καὶ αὐτῷ δὲ τῷ βασιλεῖ, τέρας ὤφθη τοιόνδε. ἀνθρώπου τι σκῆνος ἐφαίνετο κατὰ τὴν ὁδὸν κείμενον, τὸ μὲν ἄλλο ἅπαν ἀκίνητον, καὶ ἀπὸ κεφαλῆς μεμαστιγωμένῳ ἄχρι ποδῶν ἐοικὸς, μόνους δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνεῳγμένους ἔχον, ἐμβλέποντας τοῖς πλησιάζουσιν. ἐπεὶ δὲ τοῖς ἐρωτῶσι τίς τε εἴη, καὶ πόθεν, ἢ παρά τινος ταῦτα πάθοι, παντάπασιν οὐδὲν ἀπεκρίνατο, τερατῶδες εἶναι νομίσαντες, ἐπέδειξαν καὶ τῷ βασιλεῖ *παρόντι. τοῦ δὲ τὰς αὐτὰς πεύσεις προσαγαγόντος, οὐδὲν ἧττον ἄφωνος ἦν· οὔτε ζῆν νομισθεὶς, διὰ τὸ πᾶν τὸ σῶμα ἀκίνητον εἶναι· οὔτε τεθνάναι τελέως, ἐπεὶ τὸ ἐρρῶσθαι τὸ βλέμμα ἐδόκει. καὶ γίγνεται ἀφανὲς ἄφνω τὸ τέρας. τῶν δὲ παρεστώτων περὶ τὸ πρακτέον ἀπορουμένων, συνέβαλλον οἱ τὰ τοιαῦτα ἐξηγεῖσθαι δεινοὶ, τὴν ἐσομένην προμηνύειν τῆς πολιτείας κατάστασιν, ὅτι τε πληττόμενα καὶ μαστιγούμενα διατελέσει τὰ πράγματα, ψυχορραγοῦσιν ἐοικότα, μέχρις ἂν τῇ τῶν ἀρχόντων καὶ ἐπιτροπευόντων κακίᾳ *τελέως φθαρείη. τοῦτο μὲν οὖν, ἐπιόντων ἡμῶν τὰ καθέκαστα, σὺν ἀληθείᾳ φανήσεται προαγορευθέν. ὁ δὲ βασιλεὺς Οὐάλης, ληϊζομένους ἤδη τὴν Θρᾴκην πᾶσαν τοὺς Σκύθας θεώμενος, ἔγνω τοὺς ἐκ τῆς ἑῴας σὺν αὐτῷ παραγενομένους, καὶ μάχεσθαι μεθ' ἵππων ἐμπειροτάτους, τῇ τῶν Σκυθῶν ἵππῳ πρότερον ἐπιπέμψαι. λαβόντες οὖν παρὰ τοῦ βασιλέως τὸ σύνθημα, κατ' ὀλίγους τῶν τῆς Κωνσταντινουπόλεως πυλῶν *ἐξῄεσαν, καὶ τοὺς ἐκλείποντας Σκυθῶν τοῖς κοντοῖς περονῶντες, πολλῶν ἡμέρας ἑκάστης ἔφερον κεφαλάς. ἐπεὶ δὲ ἡ τῶν ἵππων ταχυτὴς, καὶ ἡ τῶν

κοντῶν ἐπιφορᾷ, δυσμάχους εἶναι τοῖς Σκύθαις ἔδοξε, καταστρατηγῆσαι τὸ Σαρρακηνικὸν διενοήθη φῦλον. ἐνέδρας τινὰς κοίλοις ἐναποκρύψαντες τόποις, τρεῖς ἐνὶ Σκύθας ἐπιέναι συνέθεντο Σαρρακηνῷ· καὶ ταύτης διημάρτανον τῆς πείρας, τῶν Σαρρακηνῶν, διὰ τὸ τῶν σφετέρων ἵππων ταχὺ καὶ εὐάγωγον, κατ' ἐξουσίαν ἀποφευγόντων, ἡνίκα ἂν πλῆθος ἐπιὸν ἴδοιεν· ἐπελαυνόντων δὲ σχολαίοις, καὶ τοῖς κοντοῖς ἀναιρούντων, τοσοῦτος ἐγένετο Σκυθῶν φόνος, ὥστε ἀπαγορεύσαντας αὖθις ἐθελῆσαι περαιωθῆναι τὸν Ἴστρον, καὶ σφᾶς ἐκδοῦναι τοῖς Οὔννοις μᾶλλον, ἢ ὑπὸ Σαρρακηνῶν πανωλεθρίᾳ διαφθαρῆναι. καταλιπόντων δὲ αὐτῶν τοὺς περὶ Κωνσταντίνου τὴν πόλιν τόπους, καὶ πορρωτέρω προελθόντων, γέγονεν εὐρυχωρία τῷ βασιλεῖ παραγαγεῖν εἰς τὸ πρόσω τὸ στράτευμα. σκοπουμένου δὲ αὐτοῦ τίνι δέοι τρόπῳ διαθεῖναι τὸν πόλεμον, πλήθους ἐπικειμένου τοσούτου βαρβάρων, καὶ ἅμα τῇ τῶν ἀρχόντων βαρυνομένου κακίᾳ, καὶ παραλῦσαι μὲν αὖθις διὰ τὸν περιέχοντα τὰ πράγματα σάλον ὀκνοῦντος, ἀποροῦντος δὲ τίσι τὰς ἡγεμονίας παραδοῦναι προσήκει, μηδενὸς ἀξιόχρεω φαινομένου, καταλιπὼν Σεβαστιανὸς τὴν ἑσπέραν, οἷα τῶν αὐτόθι βασιλέων, διὰ νεότητα φρονεῖν ταῦτα πρὸς ἑαυτοὺς οὐκ ἀνεχομένων, ἀλλὰ ἐκδόντων ἑαυτοὺς εὐνούχων ἐπὶ τῷ κοιτῶνι τεταγμένων διαβολαῖς, εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν παρεγένετο. τοῦτο μαθὼν Οὐάλης, καὶ τὰς ἐν πολέμοις καὶ τῇ πάσῃ πολιτείᾳ τοῦ ἀνδρὸς ἀρετὰς ἐπιστάμενος, αἱρεῖται στρατηγὸν αὐτόν, καὶ τὴν ἡγεμονίαν τοῦ παντὸς πιστεύει πολέμου. ὁ δὲ, πρὸς τὸ ἐκδεδιῃτημένον καὶ παντάπασιν ἐκμελὲς τῶν ταξιαρχῶν καὶ στρατιωτῶν ἀφορῶν, καὶ ὡς εἰς φυγὴν μόνον εἰσὶ γεγυμνασμένοι, καὶ γυναικώδεις καὶ ἀθλίας εὐχάς, δισχιλίους ᾔτησεν, οὓς ἂν ἕλοιτο, δοθῆναι στρατιώτας αὐτῷ. πλήθους γὰρ ἡγεῖσθαι χαύνως ἠγμένων ἀνθρώπων, μὴ ῥᾴδιον εἶναι· παιδαγωγῆσαι δὲ ὀλίγους, καὶ εἰς τὸ ἀρρενωπὸν ἐκ τοῦ θήλεος ἀναγαγεῖν, οὐ σφόδρα δύσκολον εἶναι· καὶ ἄλλως δὲ λυσιτελὲς μᾶλλον, ἐν ὀλίγοις, ἢ παντὶ κινδυνεύειν τῷ πλήθει. πείθει ταῦτα λέγων τὸν βασιλέα· καὶ λαβὼν αἵρεσιν, οὐκ ἐκ τῶν ἐντεθραμμένων δειλίᾳ καὶ πρὸς τὸ φεύγειν γεγυμνασμένων, οὓς ᾔτησεν, εἵλετο, νεωστὶ δέ τινας ἐναριθμηθέντας τῷ

contorum, Scythis perquam difficulter posse superari videbantur; astu nationem Sarracenicam circumuenire statuerunt. Itaque depressis in locis abditis insidiis, tres Scythas vnum Sarracenum adoriri placuit: qui sane dolus eis non successit, Sarracenis, ob equorum suorum velocitatem & agilitatem, pro lubitu aufugientibus, quoties multitudinem aliquam aduentare cernerent. Iidem si tardiores adactis equis inuaderent, eosq; contis interimerent: tanta Scytharum cędes edebatur, vt Istrum, re desperata, transmittere mallent; & Hunnis se potius dedere, quam a Sarracenis ad internicionem deleri. Quumque vicina Constantinopoli loca deseruissent, & vlterius essent progressi: spatium Imperatori datum est, copias suas longius promouendi. Considerante autem ipso, quo pacto bellum hoc gerendum esset, tanta multitudine barbarorum imminente: quum pariter & improbitas magistratuum ei molestiam exhiberet, quibus imperium abrogare verebatur, propter eã tempestatem, qua tum res agitabantur; & quinam præficiendi muneribus essent, quibus parẽ & idoneum videre erat neminem, ambigeret: Sebastianus, occidente relicto, quod istic qui erant Imperatores, ob imbecillitatem ætatis hæc intelligere per se non possent, sed eunuchorum cubiculis præfectorum calumniis totos se traderent, Constantinopolim venit. Ea re cognita, Valens, qui huius viri tam in bellis, quam administranda vniuersa republica virtutes norat, Sebastianum prætorẽ copiarum deligit, eiusque fidei totius belli gerendi munus committit. Is ad mollitiem, summamq; secordiam tribunorum atque militum respiciens, & quod ad fugam, & muliebria miseraquę vota dumtaxat exercitati essent: duo milia militum, quos ipse deligeret, sibi dari petiit. Existimabat enim, non esse facile, multitudini hominum præesse, qui dissolute gubernati fuissent: at instituere paucos, & a moribus effeminatis ad viriles traducere, non admodum esse difficile. Magis & alioquin expedire, si fiat in paucis potius, quam in vniuersa multitudine periculum. Hæc dicens, Imperatori persuadet; electionemque nanctus, non eos sibi sumit, qui essent innutriti formidini, & ad capessendam fugam exercitati: sed quosdam recens adscriptos exer-

citui, corporisque dotibus egregiis a natura præditos; & qui præterea coniectandi perito viderentur, ad quodcumque facinus incitarentur, idonei futuri. Confestim igitur cuiusque naturam explorat, & exercitatione frequenti, quod deerat, supplet: dicto audientes collaudans, ac muneribus adficiens; in alios inobœdientes ita se gerens, vt acerbus & inexorabilis esse videretur. Hoc modo suis ad omnem disciplinam bellicam exercitis, in oppida mœnibus cincta se recipit; eius inprimis ratione habita, vt in tuto esset exercitus. Simul continuis insidiis barbaros pabulatum egressos adoritur; ac modo copia spoliorum onustos inueniens, præda suam in potestatem redacta trucidat; modo temulentos, quosdam & lauantes in flumine, iugulat. Quum magnā barbarorum partem huiusmodi strategematis deleuisset, ac reliqui metu ducis a pabulando se continerent: maxima quæ iam aduersus eum inuidia nata est. Ea vero peperit odium; vnde criminationes erga principem oriebantur; ab iis profectæ, quibus erant abrogata imperia, quiq; spadones aulicos ad hoc incitabant. Quum hoc modo Imperator ad absurdam suspicionem improbe fuisset impulsus, Sebastianus ei significat, vt suo loco maneret, nec vlterius progrederetur. Non enim in procliui esse, tanta cum multitudine aperto Marte cõgredi: sed per circuitus, & clandestinis adgressionibus tantisper extrahendum esse tempus, donec inopia commeatus desperatis rebus, vel se dederent, vel ex dicione populi Romani abirent, atque Hunnis se potius permitterent, quam miserrimis cladibus, quæ famem comitari soleant. Verum hæc illo monente, qui contrariarum partium erant, Imperatorem hortantur, ad bellum potius vniuerso cum exercitu egrederetur: quasi, barbaris iam maiori ex parte deletis, sine labore princeps ad victoriam accessurus esset. Quum autem sententia deterior vicisset, fortuna res in peius agente, copias vniuersas Imperator ad pugnam nullo producit ordine: quibus vbi barbari absque tergiuersatione occurrissent, ac prœlio longe superiores essent; propemodum vniuersos ad internecionem deleuerunt. Imperatore vero fuga cum paucis in vicum quemdam elapso,

στρατοπέδου, καὶ σώματος ἀναφέροντας εὐφυΐᾳ, καὶ προσέτι γε τῷ φύσει τεκμαίρεσθαι δυναμένῳ φαινομένους, εἰς ὅπερ ᾐρέθησαν, ἱκανούς. αὐτόθεν οὖν ἑκάστου τῆς φύσεως ἐπειρᾶτο, καὶ τῇ συνεχεῖ γυμνασίᾳ τὸ ἐνδέον ἐπλήρου· πειθομένους μὲν ἐπαινῶν καὶ δωρεαῖς ἀμειβόμενος, ἀπειθοῦσι δὲ σφοδρὸς καὶ ἀπαραίτητος εἶναι δοκῶν. οὕτω δὲ τοὺς σὺν αὐτῷ πρὸς πᾶσαν πολεμικὴν ἐπιστήμην ἀσκήσας, τὰς μὲν τειχήρεις κατελάμβανε πόλεις, τῆς ἀσφαλείας ὅτι μάλιστα τοῦ στρατοπέδου ποιούμενος λόγον· ἐνέδραις δὲ συνεχέσι τοῖς προνομεύουσι τῶν βαρβάρων ἐπῄει· καὶ νῦν μὲν τῷ πλήθει τῶν λαφύρων εὑρίσκων βαρυνομένους, ἀνῄρει, τῆς λείας γινόμενος κύριος· νῦν δὲ μεθύοντας, ἄλλους δὲ τῷ ποταμῷ λουομένους, ἀπέσφαζεν. Ὡς δὲ τὸ πολὺ τῶν βαρβάρων τοῖς τοιούτοις στρατηγήμασιν ἐδεδαπάνητο μέρος, καὶ τὸ λειπόμενον, δέει τοῦ στρατηγοῦ, τοῦ προνομεύειν ἀπείχετο, φθόνος ἐξανίσταται κατ' αὐτοῦ μέγιστος. ἐκ τούτου δὲ ἔτικτε μῖσος. ἐντεῦθεν τε διαβολαὶ πρὸς τὸν βασιλέα, τῶν τῆς ἀρχῆς ἐκπεπτωκότων, τοὺς κατὰ τὴν αὐλὴν εὐνούχους παρορμώντων εἰς τοῦτο. οὕτω δὴ τοῦ βασιλέως εἰς ἄλογον ὑποψίαν ὑπαχθέντος, Σεβαστιανὸς μὲν ἐδήλου κατὰ χώραν μένειν τῷ βασιλεῖ, καὶ μὴ περαιτέρω προβαίνειν· οὐδὲ γὰρ εἶναι ῥᾴδιον, πλήθει τοσούτῳ πόλεμον ἐκ τοῦ προφανοῦς ἐπάγειν, ἀλλ' ἐκ περιδρομῆς καὶ λαθραίαις ἐπιθέσεσι τρίβειν τὸν χρόνον, ἕως αὐτοὶ τῶν ἐπιτηδείων ἀπειπόντες, ἢ παραδοῖεν αὑτούς, ἢ τῆς ὑπὸ Ῥωμαίους χώρας ἀναχωρήσαιεν, τοῖς Οὔννοις ἐκδιδόντες τὸ καθ' ἑαυτοὺς μᾶλλον, ἢ τοῖς ἐκ τοῦ λιμοῦ συμβαίνειν εἰωθόσιν οἰκτροτάτοις ὀλέθροις. ἀλλ' ἐκείνου ταῦτα παραινοῦντος, οἱ τἀναντία σπουδάζοντες, ἐξιέναι μᾶλλον τὸν βασιλέα πανστρατιᾷ παρεκάλουν ἐπὶ τὸν πόλεμον, ὡς ἤδη τῶν βαρβάρων ὡς ἐπίπαν ἀπολωλότων, καὶ ἀκονιτὶ τοῦ βασιλέως τῇ νίκῃ παρεσομένου. κρατησάσης δὲ τῆς χείρονος γνώμης, ἐπεὶ πρὸς τὸ χεῖρον ἦγεν ἡ τύχη τὰ πράγματα, τὸν στρατὸν ἅπαντα σὺν οὐδενὶ κόσμῳ πρὸς τὴν μάχην ἐξῆγεν ὁ βασιλεύς. οἷς ἀπαντήσαντες ἀπροφασίστως οἱ βάρβαροι, καὶ παραπολὺ τῇ μάχῃ κρατήσαντες, μικροῦ μὲν ἅπαντας πανωλεθρίᾳ διέφθειραν· σὺν ὀλίγοις δὲ πεφευγότος εἴς τινα κώμην τοῦ βασιλέως,

οὐκ οὔσαι τῇ χώρῃ, περιθέντες ὕλην πανταχόθεν τῇ κώμῃ, καὶ πῦρ ἐνέντες, τοὺς ἐν αὐτῇ συμφυγόντας μετὰ τῶν ἐνοικούντων ἐνέπρησαν· ὡς μηδὲ τῷ τοῦ βασιλέως σώματι δυνηθῆναί τινα παντάπασιν ἐπιστῆναι. Τῶν δὲ πραγμάτων ἐπὶ λεπτοτάτης ἑστώτων ἐλπίδος, Βίκτωρ, ὁ τοῦ Ῥωμαίων ἡγούμενος ἱππικοῦ, τὸν κίνδυνον ἅμα τισὶν ἱππεῦσι διαφυγών, ἐπὶ Μακεδονίας τε καὶ Θετταλίας ἐλάσας, κἀκεῖθεν ἐπὶ Μυσοὺς καὶ Παίονας ἀναδραμών, αὐτόθι διατρίβοντι τῷ Γρατιανῷ τὸ συμβὰν ἀπαγγέλλει, καὶ τὴν τοῦ στρατοπέδου καὶ τοῦ βασιλέως ἀπώλειαν. ὁ δὲ, οὐ σφόδρα μὲν λυπηρῶς τὴν τοῦ θείου τελευτὴν ἤνεγκεν· (ἦν γάρ τις ὑποψία πρὸς ἀλλήλους αὐτοῖς) ὁρῶν δὲ αὐτὸν οὐκ ἀρκοῦντα πρὸς τὴν διοίκησιν, Θρᾴκης μὲν ὑπὸ τῶν ἐφεστώτων ταύτῃ βαρβάρων κατεχομένης, καὶ τῶν περὶ Μυσίαν καὶ Παιονίαν τόπων ὑπὸ τῶν ταύτῃ βαρβάρων ἐνοχλουμένων, τῶν δὲ περὶ τὸν Ῥῆνον ἐθνῶν ἀκωλύτως ταῖς πόλεσιν ἐπιόντων, αἱρεῖται τῆς βασιλείας κοινωνὸν Θεοδόσιον, ἐκ μὲν τῆς ἐν Ἰβηρίᾳ *Καλλεγίας, πόλεως [δὲ] Καύκας ὁρμώμενον, ὄντα δὲ οὐκ ἀπόλεμον, οὐδὲ ἀρχῆς στρατιωτικῆς ἄπειρον. ἐπιστήσας δὲ τοῖς κατὰ Θρᾴκην αὐτὸν καὶ τὴν ἕω πράγμασιν, αὐτὸς ἐπὶ Γαλάτας τοὺς ἑσπερίους ἐχώρει, τὰ αὐτόθι διαθήσων, εἰ οἷόστε γένοιτο. Θεοδοσίου δὲ τοῦ βασιλέως κατὰ τὴν Θεσσαλονίκην διατρίβοντος, πολλοὶ πανταχόθεν κατὰ κοινὰς καὶ ἰδίας συρρέοντες χρείας, τῶν προσηκόντων τυγχάνοντες ἀπηλλάττοντο. πλήθους δὲ πολλοῦ τῶν ὑπὲρ τὸν Ἴστρον Σκυθῶν, Γότθων λέγω καὶ Ταϊφάλων, καὶ ὅσα τούτοις ἦν ὁμοδίαιτα πρότερον ἔθνη, περαιωθέντων, καὶ ταῖς ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν οὔσαις πόλεσιν ἐνοχλεῖν ἀναγκαζομένων, διὰ τὸ πλῆθος Οὔννων τὰ παρ' αὐτῶν οἰκούμενα καταλαβεῖν, ὁ μὲν βασιλεὺς Θεοδόσιος ἐς πόλεμον πανστρατιᾷ παρεσκευάζετο. πάσης δὲ τῆς Θρᾴκης ὑπὸ τῶν εἰρημένων ἐθνῶν ἤδη κατειλημμένης, καὶ τῶν ἐπὶ τῇ φυλακῇ τῶν πόλεων καὶ τῶν αὐτόθι φρουρίων, οὐδὲ ἐπὶ βραχὺ θαρρούντων ἔξω τῶν τειχῶν προελθεῖν, μήτιγε καὶ ἐν τοῖς ὑπαίθροις εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, Μοδάρης, ὢν μὲν ἐκ τοῦ βασιλείου τῶν Σκυθῶν γένους, οὐ πρὸ πολλοῦ δὲ πρὸς Ῥωμαίους αὐτομολήσας, καὶ δι' ἣν ἐπεδείξατο πίστιν, στρατιωτικῆς προβεβλημένος ἀρχῆς, ἐπί τινος ἀναβιβάσας λόφου τοὺς στρατιώτας, ὁμαλοῦ μὲν καὶ γεώδους, ἐκτεινομένου δὲ εἰς μῆκος,

nullis cinctum mœnibus; ab omni parte vico materie circumdato, igneque immisso, quotquot eó confugerant, vna cum incolis, concremarũt: ita vt ne quidem ad corpus Imperatoris omnino quisquã peruenire posset. Rebus ad spem minutissimam redactis, dux equitatus Romani Victor, e periculo cum nonnullis equitibus elapsus, quum in Macedoniam Thessaliamque contendisset, atq; inde ad Mysos & Pannonios excurrisset: Gratiano in iis locis commoranti rem, vti accidisset, nuntiat; itemque tam exercitus, quam Imperatoris interitum. Ille non admodum mæsto patrui cædem animo tulit, quod inter eos suspicio quædam intercederet. Sed quia videbat, se rebus administrandis non sufficere, Thracia quidem a barbaris, qui eam inuaserant, occupata; Mysiæ vero Pannoniæque locis, ab hærentibus ibidem barbaris, vexatis; Rhenanis denique nationibus vrbes, citra cuiusquam impedimentum, infestantibus: imperii consortem THEODOSIVM deligit, oriundum ex opido Hispanicæ Callęciæ Cauca, hominem bellicosum, & imperii militaris haud ignarum. Hoc Thraciæ rebus & orienti præfecto, ipse ad occidentales Gallos tendit: vt eorum locorum res, si posset, componeret. Dum Imperator hic Theodosius Thessalonicæ commoratur, multi propter publicas & priuatas necessitates illuc vndique confluentes, impetratis ab eo, quæ par erat, discedebant. Quum autem ingentes copię transistrianorum *Scytharum*, *Gotthorum* inquã, & *Taifalorum*, & aliarum gentium, quæ prius inter hos viuere solebant, flumẽ transiecissent; & opidis Romanæ dicionis propterea graues esse cogerẽtur, quod Hunnorum multitudo terras ab ipsis habitatas occupasset: Theodosius Imperator ad bellum gerendum vniuersis se cum copiis parabat. Tota vero ab iis nationibus, quas diximus, occupata Thracia; & opidorum in illis locis castellorumq; præsidiariis ne paullum quidem extra munitiones progredi audentibus, nedum vt apertis in locis manus consererent: Modares, regio natus apud Scythas genere, qui non multo ante transfugerat ad Romanos, & propter fidelem Romanis nauatam operã, magisterium militum fuerat adeptus, quũ milites in collem quemdam duxisset, planũ quidem illum, & aruo similem, sed qui porrigeretur in longum,

& amplissimos campos sibi subiectos haberet: ibidem, barbaris id ab eo factum ignorantibus, hærebat. Quum autem per exploratores intellexisset, vniuersos in campis colli subiectis hostes, abusos annona, quam in agris & vicis non munitis repererant, vino iacere obrutos: tacite militibus imperat, vt gladios dumtaxat & scuta ferentes, armis maioribus grauioribusve posthabitis, consuetisque scutorum condensationibus omissis, barbaros iam luxu solutos inuaderent. Quod vbi factũ esset, perexiguo diei tempore barbaros adorti milites, vniuersos interfecerunt: quum quosdam nihil sentientes, quosdam inter sentiendum vulnerassent, & aliis alios mortis generibus interemissent. Quũ nulli iã viri superessent, mortuos spoliant; & mulieres ac pueros adgressi, quatuor plaustrorum milia capiunt, cum tot mancipiis, quot erat consentaneum tot vehi curribus: præter eos, qui pedites plaustra comitabantur, ac per vices (vt fieri consueuit) in plaustris quiescendo se recreabant. Ita quum iis quæ fors fortuna obtulerat, vsus esset exercitus: res Thraciæ, in extremo periculo exitii constitutæ, tum quidem in tranquillo erant, barbaris in ea præter omnem spem deletis. Orientis autem res, ex huiusmodi caussa, parũ aberat, quin prorsus interirent. Hunnis eo modo, quo diximus, trãsistrianas gentes adgressis, quum impressiones illorum Scythæ sustinere non possent; Valentem, id temporis rerum potientem obsecrarunt, vt se per Thraciam reciperet, sociorum & subditorum facturos officium, & obsecuturos in rebus omnibus, quas princeps imperasset. His verbis persuasus Valens, suscipit ille quidem eos: sed ratus, ipsorum se fidei nomine cautionem habiturum idoneam, si liberos eorum, necdum puberes, in alia regione curaret educari: magnam puerulorum multitudinem in orientem mittit, eorumque præficit educationi & custodiæ Iulium, quod eius viri sagacitatem & industriam vtriq; suffecturam officio putaret. Iulius eos in opida distribuit, ne barbara iuuẽtus, tanto collecta numero, amplũ haberet moliẽdi res nouas spatiũ, & a suis remota cõspiraret.

καὶ πεδία μέγιστα ὑποκείμενα ἔχοντος, ἔλαθε μὲν τοὺς βαρβάρους τοῦτο πεποιηκώς· ἐπεὶ δὲ διὰ τῶν κατασκόπων ἔγνω πάντας ἐν τοῖς ὑποκειμένοις τῷ λόφῳ πεδίοις τοὺς πολεμίους, ἀποχρησαμένους τῇ κατὰ τοὺς ἀγροὺς καὶ τὰς ἀτειχίστους κώμας εὑρεθείσῃ τροφῇ, κεῖσθαι μεθύοντας, ἡσυχῇ παραγγέλλει τοὺς στρατιώτας ξίφη μόνα καὶ ἀσπίδας ἐπικομιζομένους, μείζονος δὲ ἢ βαρυτέρας ὑπεριδόντας ὁπλίσεως, καὶ τοὺς συνασπισμοὺς τοὺς συνήθεις ἐάσαντας, ἐπελθεῖν τοῖς βαρβάροις ἤδη τῇ τρυφῇ παρειμένοις. οὗπερ γεγενημένου, βραχύ τι τῆς ἡμέρας ἐπιθέμενοι τοῖς βαρβάροις οἱ στρατιῶται, πάντας κατέσφαξαν, τοὺς μὲν οὐδὲ αἰσθανομένους, τοὺς δὲ ἅμα τῇ αἰσθήσει ζωθέντας, καὶ ἄλλους ἄλλοις θανάτου τρόποις ἀναιρεθέντας. ἐπεὶ δὲ τῶν ἀνδρῶν οὐδὲν ὑπελείφθη, τοὺς μὲν πεσόντας ἐσκύλευον· ἐπὶ δὲ τὰς γυναῖκας καὶ τοὺς παῖδας ὁρμήσαντες, ἁμάξας μὲν εἷλον τετρακισχιλίους, αἰχμαλώτους δὲ ὅσους ἦν εἰκὸς ἐπὶ τοσούτων ἁμαξῶν φέρεσθαι, δίχα τῶν βάδην ταύταις ἀκολουθούντων, καὶ ἐξ ἀμοιβῆς (οἷα φιλεῖ γίνεσθαι) τὰς ἀναπαύσεις ἐπ' αὐτῶν ποιουμένων. Οὕτω τοῖς ἀπὸ τῆς τύχης παρελθοῦσι τοῦ στρατοῦ χρησαμένου, τὰ μὲν τῆς Θρᾴκης, εἰς ἔσχατον ἀπωλείας ἐλθεῖν κινδυνεύσαντα, τέως ἦν ἐν ἡσυχίᾳ, παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα τῶν ἐν ταύτῃ βαρβάρων ἀπολομένων. τὰ δὲ κατὰ τὴν ἑῴαν, οὐ πόρρω γέγονε παντελοῦς ἀπωλείας, ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. τῶν Οὔννων, ὃν τρόπον διεξήλθον, τοῖς ὑπὲρ τὸν Ἴστρον κατῳκημένοις ἔθνεσιν ἐπελθόντων, οὐκ ἐνεγκόντες οἱ Σκύθαι τὰς τούτων ἐφόδους, Οὐάλεντος τηνικαῦτα βασιλεύοντος ἐδεήθησαν, κατὰ τὴν Θρᾴκην δέξασθαι αὐτοὺς, συμμάχων τε καὶ ὑπηκόων πληρώσοντας χρείαν, ὑπηρετησομένους δὲ πᾶσιν οἷς ἂν ὁ βασιλεὺς ἐπιτάξειε. τούτοις ὑπαχθεὶς τοῖς λόγοις ὁ Οὐάλης, δέχεται μὲν αὐτούς· οἰηθεὶς δὲ τῆς αὐτῶν πίστεως ἐχέγγυον ἀσφάλειαν ἔχειν, εἰ τοὺς αὐτῶν παῖδας, εἰς ἥβην οὔπω παρελθόντας, ἐν ἑτέρᾳ που διαιτᾶσθαι παρασκευάσειε χώρᾳ, πλῆθός πολύ τι παιδαρίων εἰς τὴν ἑῴαν ἐκπέμψας, Ἰούλιον ἐπέστησε τῇ τούτων ἀνατροφῇ τε καὶ φυλακῇ, τὴν ἀγχίνοιαν τοῦ ἀνδρὸς πρὸς ἑκάτερον ἀρκεῖν ἡγησάμενος. ὁ δὲ, ταῖς πόλεσιν αὐτοὺς ἐγκατένειμεν, ὥστε μὴ βάρβαρον νεολαίαν, εἰς πλῆθος συνειλεγμένων τοσοῦτον, εὐρυχωρίας ἔχειν τοῦ νεωτερίζειν τι, καὶ ἔξω τῶν οἰκείων συμφρονῆσαι.

τούτοις

τούτοις ἐνδιαιτωμένοις ταῖς πόλεσι, καὶ ἤδη ταῖς ἡλικίαις ἀκμάζουσι, τὰ κατὰ τὴν Θρᾴκην συμβάντα τοῖς αὐτῶν ὁμοφύλοις, ἠγγέλθη. δυσχεράναντες δὲ πρὸς τὴν ἀκοήν, ἀλλήλοις τε ὡμίλουν ὅσοι κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν ἔτυχον ὄντες, καὶ τοῖς ἑτέρας πόλεις οἰκοῦσι, λαθραίως ἐδήλουν, τῇ κατὰ τῶν πόλεων ἐπιθέσει τιμωρῆσαι τοῖς σφῶν πατράσι καὶ ὁμοφύλοις διανοούμενοι. ταύτης αἰσθόμενος ὁ Ἰούλιος τῆς τῶν βαρβάρων ὁρμῆς, καὶ ἀπορῶν μὲν ὅ τι πράξειε, δεδιὼς δὲ τὴν τῶν βαρβάρων ἐφ' ὅπερ ἂν ὁρμήσωσι, πρόχειρον ἐπιχείρησιν, τῷ μὲν βασιλεῖ Θεοδοσίῳ δῆλον καταστῆσαι τὸ μελετώμενον οὐκ ἔγνω, καὶ ἐν τοῖς περὶ Μακεδονίαν ἐνδιατρίβοντι τόποις, καὶ προσέτι γε ὡς μὴ παρ' αὐτοῦ, παρὰ Οὐάλεντος δὲ ταύτην ἐπιτραπεὶς τὴν φροντίδα, καὶ οὔπω σχεδὸν τῷ τότε βασιλεύοντι γνωριζόμενος· τῇ δὲ κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν γερουσίᾳ γράψας ἐν παραβύστῳ, καὶ παρὰ ταύτης ἐπιτραπείς, ὅ τι ἂν λυσιτελεῖν ἡγήσαιτο, πρᾶξαι, τοιῷδέ τινι τρόπῳ τὸν ἐπηρτημένον ταῖς πόλεσιν ἀποσείεται κίνδυνον. καλέσας ὡς ἑαυτὸν ἅπαντας, ὅσοι ταγμάτων ἔτυχον στρατιωτικῶν προεστῶτες, καὶ ὅρκους καταλαβών, ἣν εἶχε γνώμην αὐτοῖς ἐκοινώσατο. οἱ δέ, ἅπερ ἔδει πράττειν ἀκηκοότες, λόγους ἐνέσπειραν τοῖς ἐν ἑκάστῃ πόλει βαρβάροις, ὡς ὁ βασιλεὺς ἁδραῖς σφόδρα δωρεαῖς αὐτοὺς ἀμείψασθαι βούλοιτο, καὶ διαδοῦναι πᾶσιν οὐ χρήματα μόνον, ἀλλὰ καὶ γῆν, ὡς ἂν εἰς τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ Ῥωμαίων εὔνοιαν ἐπιδιδοῖεν. ἐπὶ τούτοις τε ἐκέλευον εἰς τὰς μητροπόλεις ἀγείρεσθαι, ῥητῆς αὐτοῖς εἰς τοῦτο δοθείσης ἡμέρας. ταύταις ἐπαρθέντες οἱ βάρβαροι ταῖς ἐλπίσιν, ἐχάλασαν μέν τι τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς κατὰ τῶν πόλεων ἀπωλείας· ἀναμείναντες δὲ τὴν κυρίαν, οὗπερ ἦν τεταγμένον ἑκάστοις ἰέναι, συνέρρεον. εἰδότες δὲ καὶ οἱ στρατιῶται τὸ σύνθημα, καταλαβόντες τὰ ταῖς ἀγοραῖς ἐπικείμενα τέγη, τοὺς βαρβάρους εἰσιόντας λίθοις καὶ βέλεσι κατηκόντισαν, ἕως ἅπαντας πανωλεθρίᾳ διαφθείραντες, τὰς ἐν τῇ ἑῴᾳ πόλεις τῶν ἐπικειμένων ἠλευθέρωσαν φόβων. Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν ἑῴαν καὶ Θρᾴκην συμπεσόντα ἐλαττώματα, τῇ τῶν στρατηγῶν ἀγχινοίᾳ ταύτην ἔσχε τὴν τελευτήν. ὁ δὲ βασιλεὺς Θεοδόσιος, ἐνδιαιτώμενος ἔτι τῇ Θεσσαλονίκῃ, τοῖς μὲν ἐντυγχάνουσιν ἐδόκει πως εὐπρόσιτος εἶναι·

His intra ciuitates degentibus, & ętatis iam maturitatem adsequutis, eæ res nuntiabantur; quæ res in Thracia popularibus suis accidissent. Qua fama permoleste cognita, quotquot in eodem erant opido, inter se congrediuntur; & alias vrbes inhabitantibus clamculum significant, cogitare se, Romanas vrbes adoriendo, parentes ac populares suos vlcisci. Iulius, hoc instituto barbarorum animaduerso, inops consilii, quid potissimum ageret, simulq; barbarorum conatus expeditos veritus, quocumque se conuertissent; Theodosio quidem Imperatori, quid ageretur, minime statuit aperiendum; partim quod is in Macedoniæ locis hæreret, partim quod a Valente fuisset hæc ei commissa procuratio, nō a Theodosio, tunc rerum domino, cui prope necdum innotuerat: scriptis autem secreto ad senatum Constantinopolitanum litteris, & ab eo accepta potestate agendi, quidquid expediturum reipublicæ putaret, tali quodam modo periculum vrbibus imminens auertit. Arcessitis ad se omnibus ordinum militarium præfectis, & sacramentis exactis; consilium, quod instituisset, cum eis communicat. Illi, perceptis iis quæ essent peragenda; rumores inter cuiuslibet vrbis barbaros didunt, Imperatorem largis admodum muneribus eos adficere velle; nec pecuniam dumtaxat, verumetiam agros distributurum in omnes; vt eos ad suam, & populi Romani, amicitiam pelliceret. Ideoq; iubebant, vt certo ad hoc eis die statuto, intra metropoles conuenirent. Per has elati spes barbari, nonnihil de iracundia, deq; struendo vrbibus exitio, remittunt: & exspectato die præstituto, quó singuli venire iussi fuerant, confluūt. Quum autem milites quoque datam sibi tesseram non ignorarent, occupatis tectis, quæ versus forum quodlibet spectabant, ingressos barbaros lapidibus & telis tantisper petunt; donec vniuersis ad internecionem deletis, vrbes orientales imminenti formidine liberassent. Et damna quidem, quæ per orientem & Thraciam acciderant, exitum huiusmodi, sagacitate ducum, habuerūt. Imperator autem Theodosius, adhuc Thessalonicæ degens, adeuntibus ille quidem facilis accessu videbatur:

ſed a voluptate negligentiaque exorſus imperium, officia præpoſitorum reipublicæ magiſtratuum conturbauit; & rerum militarium duces numero plures, quam antea fuiſſent, inſtituit. Quippe quum vnus eſſet *equitum magiſter*, & vnus itidem *peditum præfectus*: pluribus, quam quinque, magiſtratus hoſce diſtribuit; & hoc ipſo fiſcum pluribus annonis grauauit. Non enim amplius duobus tantummodo ducibus, ſed quinque, vel pluribus etiam, quæcumque duûm illorum quilibet ante habuiſſet, præbebantur. Simul tot magiſtratuum auariciæ milites expoſuit. Nam quilibet eorum non partem, ſed ſolidum, ac ſi duo tantum eſſent, cauponariam quamdam ex militaribus annonis factitando, colligere lucrum volebat. Nec his contentus, etiam *præfectos alarum, turmarum*que *duces*, & *tribunos* tantopere adauxit; vti duplo plures, quam prius eſſent, poſt ſe reliquerit; & milites interim nihil eorum, quæ ipſis ex fiſco præbebantur, acciperēt. Sed huc quidem Imperatoris negligentia, & enormi auaricia, res rediit. Tanti vero ſumtus in menſam Imperatoris erogandi primus auctor exſtitit, vt propter ciborū multitudinem, & in his adparandis lauticiem, populoſæ coquorum, & pocillatorum, & aliorum cohortes inſtituerētur; quas ſi quis enumerare voluerit, prolixæ ſcriptionis indigebit. Nam de multitudine inſeruientium principi ſpadonum, quodque complures horum, præſertim qui ceteris forma præſtabant, præſides in medium producerēt eos quos ipſi vellent; quodq; totum imperium ſua in poteſtate haberent, & quocumq; lubitum eſſet, animum principis flecterent: de his inquam, quid opus eſt orationem inſtituere prolixiorem? quando rerum interitus, exinde ſequuti, cauſſæ nobis indicandę veniunt. Quum enim temere, atque etiam in indignos fiſci bona profunderet, ideoq; non abs re pluribus pecuniis egeret: prouinciarum præfecturas quibuſuis accedentibus venales exponebat, nulla prorſus exiſtimationis, aut honeſtæ vitæ ratione habita: ſed eum iudicans idoneum, qui auri vel argenti maiorem ſummam adferret. Adeoque videre erat argentarios, & nummularios, & alios, profeſſiones in foro fœdiſſimas obeuntes, magiſtratuum inſignia ferre, maioremq; pecuniæ vim habentibus prouincias tradere. Quum talis in republica

publicorum cumulationes tributorum, quæ singulos in dies ab exactoribus excogitabātur, seditionem mouerunt; & tam ipsius principis, quam Augustæ statuis foede deiectis, voces iactarunt, non illas quidem iis indignas quæ gerebantur; sed cum dicacitate tamen, & ipsis familiari vrbanitate coniunctas. Quumque princeps ob ea cōmotus, quæ ab ipsis designata fuerant, merito supplicio se delictum hoc puniturum minaretur: metu iræ principis visum est ordini decurionū legatos mittere, qui a plebe commissa purgarent. Itaque Libanium professorem, cuius famam libri ab eo relicti prædicant; & Hilarium, splendore familiæ, atque omni eruditionis genere præstantem, deligunt. Ac professor ille quidem oratione coram Imperatore ac senatu de seditione pronuntiata, tantum efficere potuit; vt a concepta aduersus Antiochenos ira principem reuocaret: obiterq; factum est, vt ei princeps alteram quoque de reconciliatione oratione iniungeret, inimicitiis aduersus vrbem prorsus depositis. Hilarius autem, eximiæ virtutis causa laudatus, ab Imperatore toti Palæstinæ cū imperio præfectus fuit. Quum res orientis, & Thraciæ, & Illyrici, hoc essent in statu; Maximus, qui non ex dignitate res sibi succedere putabat, si solis imperaret iis nationibus, quæ Gratiano prius paruerant: de Valentiniano regno deiiciendo cogitabat; toto quidem illo, si posset: sin ea spe frustraretur, de parte illius aliqua saltim adquirenda, quantam sane occupare posset. Hac opinione victus, ad transeundas Alpes, & adeundam Italiam se parat. Quum autem videret, per viam angustam, & asperrimos inuiosq; montes, iter necessario faciundum esse; quos deinde lacus & paludes excipiunt, per quas dumtaxat viatoribus otiose tardeque transeuntibus, nō tantis copiis, exitus patet: quid agendum esset, ad consilium melius differebat. Quum autem Valentinianus legatos Aquileia mitteret, deque pace firmiore sibi caueri peteret; postulatis adsentitur Maximus; eā rem se quoque lubentissime accipere simulans. Itaque Domninum Valentinianus hanc ob caussam ablegat, natione Syrum, & notæ melioris familiarem. Quippe maxima secundum ipsum potestate præditus, fide pariter & vsu rerū præstare ceteris videbatur; & quidquid alioqui princeps alio nemine cōscio

τοῖς δημοσίοις φόροις ὁσημέραι παρὰ τῶν πρακτόρων ἐπινοουμένων προσθήκην, εἰς στάσιν ἀνέστησαν, καὶ τοὺς ἀνδριάντας αὐτοῦ τε τοῦ βασιλέως καὶ τῆς τούτῳ συνοικούσης, αἰσχρῶς καθελόντες, φωνὰς ἀφῆκαν, τῶν μὲν πεπραγμένων οὐκ ἀναξίας, οὐκ ἔξω μέντοι σκωμμυλίας, καὶ τῆς συνήθους αὐτοῖς ἀστειότητος. ἐπεὶ δὲ τοῖς παρ' αὐτῶν γεγενημένοις ὁ βασιλεὺς κινηθεὶς, ἠπείλει τῷ πλημμελήματι δίκην ἀξίαν ἐπιθεῖναι, δέει τῆς βασιλέως ὀργῆς, ἔδοξε τῇ βουλῇ πρέσβεις ἐκπέμπειν, ὑπὲρ ὧν ὁ δῆμος ἔπραξεν ἀπολογησομένους. αἱροῦνται τοίνυν Λιβάνιόν τε τὸν σοφιστὴν, οὗ τὸ κλέος ἐκ τῶν καταλελειμμένων ὑπ' αὐτοῦ κηρύττεται λόγων· καὶ Ἰλάρειον, γένους τε λαμπρότητι καὶ πάσῃ παιδείας εἴδει προήκοντα. καὶ ὁ μὲν σοφιστὴς τὸν περὶ τῆς στάσεως αὐτῷ τε βασιλεῖ καὶ τῇ γερουσίᾳ λόγον εἰπὼν, ἴσχυσε τὸν βασιλέα μεταστῆσαι τῆς κατ' Ἀντιοχέων ὀργῆς· ὥστε ἀμέλει τούτῳ καὶ τὸν περὶ τῶν διαλλαγῶν ἐπιθεῖναι, τελέως τοῦ βασιλέως τὸ πρὸς τὴν πόλιν ἔχθος ἀποθεμένου· Ἰλάρειος δὲ, διὰ τὸ μέγεθος τῆς ἀρετῆς, ἐπαίνων ἀξιωθεὶς, ἀρχὴν παρὰ βασιλέως ἐπέτρεπτο Παλαιστίνης ἁπάσης. Τῶν δὲ κατὰ τὴν ἑῴαν, καὶ Θρᾴκην, καὶ Ἰλλυριῶν, ὄντων ἐν τούτοις, Μάξιμος, οὐ κατὰ τὴν ἀξίαν οἰόμενος αὐτῷ τὰ πράγματα φέρεσθαι, μόνων ἄρχοντι τῶν ὑπὸ Γρατιανῷ πρότερον τεταγμένων ἐθνῶν, διενοεῖτο παραλῦσαι τὸν νέον Βαλεντινιανὸν τῆς βασιλείας, εἰ μὲν δύναιτο, πάσης· εἰ δὲ τούτου διαμάρτοι, μέρος γοῦν αὐτῆς, ὅσον ἂν οἷός τε γένοιτο, οἰκειώσασθαι. καὶ ταύτῃ κεκρατημένος τῇ γνώμῃ, διαβῆναι τὰς Ἄλπεις, καὶ ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν χωρῆσαι παρεσκευάζετο. θεωρῶν δὲ ὡς διὰ στενῆς ὁδοῦ καὶ τραχυτάτων καὶ ἀβάτων ὀρῶν, ἀνάγκη ποιήσασθαι τὴν ὁδοιπορίαν, διαδέχεται δὲ ταῦτα τέλματα καὶ ἕλη, ὁδοιπόροις σχολαίτερον διιοῦσιν, οὐχ ὅτι στρατιᾷ τοσαύτῃ, διέξοδον ἐνδιδόντα, τὸ πρακτέον εἰς ἀμείνονα βουλὴν ἀνετίθετο. τοῦ [δὲ] Βαλεντινιανοῦ πρεσβείαις ἐκ τῆς Ἀκυληίας χρωμένου, καὶ περὶ βεβαιοτέρας εἰρήνης ἀσφάλειαν αὐτῷ δοθῆναι παρακαλοῦντος, ἐπένευε ταῖς αἰτήσεσι Μάξιμος, *δέξασθαι τοῦτο καὶ αὐτὸς ὅτι μάλιστα *ποιούμενος. πέμπει τοίνυν Δομνῖνον ἐπὶ τούτῳ Βαλεντινιανὸς, Σύρον μὲν ὄντα τὸ γένος, ἐκ δὲ τοῦ βελτίονος αὐτῷ γνώριμον ὄντα. ὑπερδυναστεύων γὰρ αὐτῷ, πίστει καὶ πραγμάτων ἐμπειρίᾳ προέχειν τῶν ἄλλων ἐδόκει· καὶ ἄλλως ὅσα ὁ βασιλεὺς οὐδενὸς εἰδότος ἄλλου

πράττειν

περὶ πάντων ἐβούλετο, τούτῳ κατεξαίρετον ἐγνώκει θαρρεῖν. ἐλθὼν οὖν ὡς τὸν Μάξιμον ὁ Δομνῖνος, καὶ ὅσα τῆς πρεσβείας ἦν ἀπαγγείλας, ἠξιοῦτο θεραπείας καὶ φιλοφροσύνης παντοίας. τιμῆς τε γὰρ αὐτὸν ὁ Μάξιμος ὑπερβαλλούσης ἠξίου, καὶ ὄγκου δωρεῶν ἐπλήρου τοσοῦτον, ὥστε Δομνῖνον μηδένα τοιοῦτον ἔσεσθαι τῷ βασιλεῖ Οὐαλεντινιανῷ φίλον ὑπονοῆσαι. τοσοῦτον δὲ ἴσχυεν ὁ Μάξιμος τὸν Δομνῖνον παραγαγεῖν, ὥστε καὶ μέρος ἧς εἶχε στρατιᾶς συμπαραπέμψαι, συνοῖσον εἰς ἐπικουρίαν τῷ βασιλεῖ κατὰ τῶν ἐπικειμένων τοῖς ὑπ' αὐτὸν Παίοσι βαρβάρων. ἐπὶ τούτοις ἀναχωρήσαντος τοῦ Δομνίνου, καὶ ὡραϊζομένου τῷ πλήθει καὶ μεγέθει τῶν δωρεῶν καὶ τῇ τῶν δεδομένων αὐτῷ συμμάχων δορυφορίᾳ, τὴν ἀπὸ τῶν Ἄλπεων φέρουσαν ἐπὶ τὴν ἰδίαν ὁδὸν, ἔλαθε τῷ Μαξίμῳ ῥᾳδίαν καταστήσας. ὅπερ ὁ Μάξιμος προσδεξάμενος, καὶ ἐπὶ τούτῳ πάντα κατασκευάσας, ἐπηκολούθησε πανστρατιᾷ, μεθ' ἡσυχίας προπέμψας κατὰ τὴν ὁδὸν φύλακας· οἳ πᾶσαν ἐποιοῦντο φροντίδα τοῦ μηδένα παραδραμόντα τὴν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν Μαξίμου διάβασιν τοῖς ἀμφὶ Δομνῖνον ἀγγεῖλαι. καὶ ἦν ἡ τοιαύτη φυλακὴ λίαν εὔκολος. οὐδὲ γὰρ ἦν οἷόν τε λαθεῖν τοὺς διὰ τοῦ στενωτάτου τῶν Ἄλπεων ἰόντας. ὅτε τοίνυν ἔγνω τοὺς ἀμφὶ τὸν Δομνῖνον τὰ στενωπὰ τῶν Ἄλπεων καὶ τὰ τῶν ὀρῶν ἄβατα διεληλυθότας, ἤδη δὲ καὶ τὰ μετὰ τὰς Ἄλπεις, ὅσα ἦν ἑλώδη καὶ δυσχέρειαν ἐμποιοῦντα στρατοπέδῳ, πολέμιον στῖφος ἐναντιωσόμενον ἐν δυσχωρίαις οὐχ εὑρήσειν ἐλπίζων τι, τότε δὴ σὺν παντὶ τάχει τὴν Ἰταλίαν, οὐδενὸς ἐμποδὼν ὄντος, καταλαβὼν, τῇ Ἀκυληΐᾳ προσάγει. Οὐαλεντινιανοῦ δὲ τοῦ αἰφνιδίῳ καὶ παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα καταστάντος, δέος εἰσῄει τοὺς ἀμφ' αὐτὸν, μὴ καὶ ζωγρείαν ἑλὼν ὁ Μάξιμος διαχειρήσηται. τότε δὴ νεὼς ἐπιβὰς, ἐπὶ τὴν Θεσσαλονίκην ἀπῆρε. συναπέπλει δὲ αὐτῷ καὶ ἡ μήτηρ Ἰουστῖνα, Μαγνεντίῳ μὲν (ὡς εἴρηταί μοι πρότερον) συνοικήσασα, μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου καθαίρεσιν, Οὐαλεντινιανῷ τῷ βασιλεῖ διὰ κάλλους ὑπερβολὴν συναφθεῖσα, καὶ τὴν θυγατέρα Γάλλαν ἐπαγομένη. διαπλεύσαντες δὲ τὰ τοσαῦτα πελάγη, καὶ τῇ Θεσσαλονίκῃ προσορμισθέντες, πρεσβείᾳ πρὸς Θεοδόσιον ἐχρῶντο τὸν βασιλέα, νῦν γοῦν αὐτὸν τῇ κατὰ παντὸς τοῦ Οὐαλεντινιανοῦ γένους ἀσελγείᾳ τιμωρῆσαι παρακαλοῦντες. ὁ δὲ, καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν ἀκοὴν ἐκπλαγεὶς, λήθην

facere volebat, huic inprimis credendum statuerat. Itaque quum venisset ad Maximũ Domninus, capitibus legationis omnib. expositis, omni cum obseruantia comitateq; exceptus est. Nam & dignabatur eum honore Maximus eximio, & tanta munerũ mole satiabat, vt Imperatorem Valentinianum nullum huic parem habiturum amicum Domninus existimaret. Ac poterat vsque adeo Domninum decipere Maximus, vt etiam partem exercitus sui cum eo mitteret, quæ Imperatori cõtra barbaros, subiectis ipsi Pannoniis imminentes, esset auxilio. Posteaquã hæc cõsequutus Domninus abiisset, ac sibi placeret ob copiã magnitudinemq; munerum, quæ acceperat, & cõcessorum sibi sociorum satellitium: viam ab Alpibus domum ducentẽ imprudens Maximo faciliorem reddidit. Quod Maximus futurũ prospiciens, eaq; de causa cunctis adparatis rebus; vniuersis cũ copiis subsequutus est, tacite præmissis in itinere custodibus, qui omnẽ curam adhibebãt, ne cursu quis prætergressus, Maximi transitũ in Italiam Domnini comitibus nũtiaret. Ac huiusmodi sane custodia per erat facilis. Nec enim latere poterãt, qui parte Alpiũ artissima proficiscebãtur. Quũ igitur intelligeret, Domninũ cũ suis Alpes, qua sunt angustissimæ, inuiosq; mõtes penetrasse, cum iis præterea locis, quæ trans Alpes erãt palustria, militumq; copiis difficultatẽ obiiciebãt; nec hostile se vllũ agmẽ aduersum, impeditis in locis, inuenturũ speraret: omni cũ celeritate Italiã, nemine præpediẽte, ingressus, Aquileiã copias ducit. Valentiniano tã repentino casu extra spẽ omnem cõstituto, formidare ceperunt ipsius familiares, ne Maximus eũ viuũ in potestatẽ redactũ occideret. Quapropter nauẽ ingressus, Thessalonicã abiit, socia nauigationis Iustina matre; quæ Magnentiũ prius maritũ habuerat, vt ante diximus; & illo sublato, propter eximiã formæ venustatem, Valentiniano principi iuncta matrimonio fuerat. Hæc Gallã quoq; filiam secũ adducebat. Quum tot emensi maria, Thessalonicam adpulissent; legatione ad Imperatorẽ Theodosium missa, rogant; vt saltim nunc insolentiam, aduersus omnẽ Valentiniani familiã exercitam, vindicaret. Theodosius, ad ipsam rei famam obstupefactus, luxus

illius nimii nonnihil obliuiscitur, & paullum de insano voluptatū studio remittit. Habito deinde consilio visum, vt ipse cum nonnullis e senatu Thessalonicam se conferret. Hoc vbi factum fuit, de integro consultatur, quid agendum esset: communique decreto placuit, vt a Maximo patrata facinora punirentur. Non enim illi homini vitam amplius cōcedendam, qui & Gratianum occidisset, eiusque regnum vsurpasset; & hunc successum adeptus, via quasi quadam progressus fuisset, ac fratrem illius relicto sibi principatu exuisset. Offensus his Theodosius, ob insitā a natura molliciem, & hactenus actæ vitæ secordiam, ad bellum hoc segniorem se præbet; adferens in medium ea mala, quæ de bellis ciuilibus proueniūt; simulque ostendens, necessario rempublicam in his vtrimque letales plagas accipere. Quapropter aiebat, prius legatos esse mittēdos. ac si quidem Valētiniano Maximus imperium restituere mallet, & quietem amplecti; secundum formā pristinā in omnes imperium diuidendum esse. sin ab auaritia vinci se pateretur, citra tergiuersationem vllam bello persequendum. Aduersus hæc nemo quidem e senatu proferre quidquam audebat, quod aliquo modo reipublicæ cōducibilia viderentur: Iustina vero, nec rerum vsu destituta, nec inops cōsilii ad inueniendum id quod expediret, quum Theodosii pronum ad amores animum nosset: Gallam, filiam suam, eximia forma præstantem, coram eo statuit; & genua principis amplexa, suppliciter obsecrat; ne Gratiani, qui largitus ei fuisset imperium, cædem inultam relinqueret; neue se neglectos iacere sineret, omni spe destitutos. Quæ proferens, puellam illacrumantem, & fortunā suam deplorantem, ei commonstrat. His Theodosius auditis, simulque puellæ pulchritudinis intuitu captus, etiam vultu acceptum ex puellæ forma vulnus satis ille quidem prodebat; sed differebat tamen id, quod esset agendum; significans eis, vti spes bonas animis conciperent. Quum autem puellæ desiderio magis indies vreretur, conuenta Iustina, filiam eius in matrimonium sibi dari petit. Nam Placilla, quæ cum eo prius fuerat nupta, diē suum obierat. Ea vero se nō aliter ait hanc ei daturam, nisi bello contra Maximum suscepto, Gratiani cædem vltus esset, & Valentiniano patritum imperium restituisset. His ille condicionibus & impetrat nuptias, &

μέν τινα τῆς ἄγαν ἐπαύετο τρυφῆς, καὶ τῇ περὶ τὰς ἡδονὰς ἐνεδίδου μανίᾳ. βουλῆς δὲ προτεθείσης, ἔδοξε τὴν Θεσσαλονίκην αὐτὸν ἅμα τισὶ τῶν ἀπὸ τῆς γερουσίας καταλαβεῖν. οὗ δὴ γενομένου, τελεία περὶ τοῦ πρακτέου προετίθετο γνώμη, καὶ κοινῷ δόγματι συνεδόκει τοῖς Μαξίμῳ πεπλημμελημένοις ἐπεξελθεῖν. μὴ γὰρ εἶναι βιωτὸν ἀνθρώπῳ, Γρατιανὸν μὲν ἀνελόντι, καὶ τὴν βασιλείαν οἰκειωσαμένῳ τὴν τούτου· καὶ ἐπειδὴ τοῦτο προεχώρησεν, ὁδῷ προϊόντι, καὶ τῆς λελειμμένης ἀρχῆς τὸν ἀδελφὸν ἐκείνου παρελομένῳ. τούτοις δυσαρεστήσας ὁ Θεοδόσιος, διά τε τὴν ἔμφυτον μαλακίαν, καὶ τὴν τῆς προλαβούσης διαίτης ἐκμέλειαν, ὀκνεῖ πρὸς τὸν πόλεμον, τὰ ἐκ τῶν ἐμφυλίων κακὰ φέρων εἰς μέσον, καὶ ὡς ἀνάγκη πᾶσα τὰ κοινὰ πλήττεσθαι καιρίαις πληγαῖς ἀμφοτέρωθεν. ὅθεν ἔφασκε δεῖν πρότερον διακηρυκεύεσθαι· καὶ εἰ μὲν ἕλοιτο Βαλεντινιανῷ Μάξιμος ἀποδοῦναι τὴν βασιλείαν, καὶ ἄγειν τὴν ἡσυχίαν, κατὰ τὸ πρότερον σχῆμα τὴν ἀρχὴν εἰς ἅπαντας διῃρῆσθαι· πλεονεξίᾳ δὲ κρατούμενον αὐτὸν, καταπολεμῆσαι ἀπροφασίστως. τούτοις ἀντιφθέγγεσθαι μὲν οὐδεὶς τῶν ἀπὸ τῆς γερουσίας ἐθάρρει, δοκοῦσί πως κοινῇ τῇ πολιτείᾳ λυσιτελεῖν. Ἰουστίνα δὲ, οὔτε πραγμάτων ἄπειρος οὖσα, οὔτε πρὸς τὴν τοῦ συμφέροντος εὕρεσιν ἄπορος, ἐπισταμένη τὸ Θεοδοσίου περὶ τὰς ἐρωτικὰς ἐπιθυμίας ἐπιρρεπὲς, ἐφίστησι τὴν θυγατέρα Γάλλαν, ἐξαισίῳ διαπρέπουσαν κάλλει· καὶ τῶν γονάτων ἐπιλαβομένη τοῦ βασιλέως, ἱκέτευε, μήτε τὸν Γρατιανοῦ τοῦ δεδωκότος οἱ τὴν βασιλείαν θάνατον περιιδεῖν ἀτιμώρητον, μήτε σφᾶς εἰκῇ κειμένους ἐᾶσαι, πάσης ἐκπεπτωκότας ἐλπίδος. καὶ ταῦτα λέγουσα, τὴν κόρην ὀδυρομένην ἐδείκνυ, καὶ τὴν ἑαυτῆς ἀποκλαίουσαν τύχην. τούτων ἀκούσας ὁ Θεοδόσιος, καὶ ἅμα τῇ θέᾳ τοῦ τῆς κόρης κάλλους ἁλοὺς, παρέφαινε μὲν καὶ τῷ βλέμματι τὴν ἐπὶ τῷ κάλλει τῆς κόρης πληγὴν, ἀνεβάλλετο δὲ τὸ πρακτέον, χρηστὰς ἔχειν αὐτοὺς ὑποφαίνων ἐλπίδας. ὡς δὲ πλέον ἐπεσμύχετο τῇ τῆς κόρης ἐπιθυμίᾳ, τὴν Ἰουστίναν μετῄει θῶν, ᾔτει τὴν θυγατέρα πρὸς γάμον, οἷα Πλακίλλης τῆς πρότερον αὐτῷ γημαμένης, ἀπαλλαγείσης. οὐκ ἄλλως δὲ ἔφασκε δώσειν, εἰ μὴ τὸν κατὰ Μαξίμου *ἀράμενος, τῇ τε Γρατιανοῦ τιμωρήσειεν ἀναιρέσει, καὶ Βαλεντινιανῷ πάλιν ἀποδοίη τὴν τοῦ πατρὸς βασιλείαν. ἐπὶ τούτοις ἔτυχέ τε τοῦ γάμου, καὶ

ταῖς τοῦ πολέμου παρασκευαῖς ὅλον ἑαυτὸν ἐνεδίδου· καὶ συνελαυνόμενος ὑπὸ τῆς γυναικὸς, τό τε στρατιωτικὸν ἐφιλοφρονεῖτο σιτήσεων ἐπιδόσει, καὶ τὴν ἄλλην ἐκμέλειαν ὑπὸ τῆς χρείας ἀναγκαζόμενος ἐπηνώρθου, διαθεῖναί τε καὶ μετὰ τὴν ἀποδημίαν τὴν αὐτοῦ, δεησόμενα προνοίας, ἔγνωκε. διὰ τοῦτο, ἐπειδὴ Κυνήγιος ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος, ἐπανιὼν ἐξ Αἰγύπτου, κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν ἔτυχε τεθνεὼς, ὅντινα δέοι προστήσασθαι τῆς αὐλῆς ὕπαρχον, ἀνεζήτει· καὶ πολλοὺς πολλάκις ἀνασκοπήσας, εὗρε δὲ τελευταῖον ἄνδρα πρὸς τοῦτο ἁρμόδιον. μετακαλέσας τοίνυν ἐκ τῆς Ἀκυληΐας Τατιανὸν, ἤδη μὲν ἄλλας ἐπὶ Οὐάλεντος ἐγκεχειρισμένον ἀρχὰς, ἄνδρα δὲ ἐν πᾶσι σπουδαῖον, ἀναδείκνυσι τῆς αὐλῆς ὕπαρχον ἐν τῇ πατρίδι· καὶ τὰ τῆς ἀρχῆς σύμβολα πέμψας αὐτῷ, τὸν παῖδα τὸν αὐτοῦ Πρόκλον, τῆς πόλεως ὕπαρχον καθέστησεν. ἀλλ' ἐν τούτῳ μὲν εὖ διεσκέψατο, τὰς μεγίστας ἀρχὰς ἀνδράσι πιστοῖς ἐκδεδωκὼς, οἳ καὶ παρὰ τὴν τοῦ βασιλέως ἀποδημίαν, τὰ τῶν ὑπηκόων ἄριστα δυνήσονται διαθεῖναι· τοῖς δὲ στρατιώταις, ἱππεῦσι μὲν, Προμώτον· πεζοῖς δὲ, Τιμάσιον ἐπέστησεν. Ἐπεὶ δὲ πρὸς τὴν ἔξοδον οὐδὲν ἐλλείπειν ἐδόκει, λόγος ἐνέπεσε ταῖς βασιλέως ἀκοαῖς, ὡς οἱ τοῖς Ῥωμαϊκοῖς τέλεσιν ἀναμεμιγμένοι βάρβαροι, δωρεῶν ὑποσχέσει μεγάλων, παρὰ Μαξίμου περὶ προδοσίας ἐδέξαντο λόγους· αἰσθόμενοι δὲ ὡς περίπυστον γέγονε, περὶ τὰ τέλματα καὶ τὰς ἐν Μακεδονίᾳ λίμνας συνέφυγον, τοῖς αὐτόθι δάσεσιν ἑαυτοὺς ἀποκρύπτοντες· ἐν οἷς διωκόμενοι καὶ διὰ πάσης ἀναζητούμενοι μηχανῆς, κατὰ τὸ πολὺ διεφθάρησαν μέρος. ὥστε τὸν βασιλέα τούτου τοῦ δέους ἀπαλλαγέντα, σπουδῇ πάσῃ καὶ πανστρατιᾷ κατὰ Μαξίμου χωρῆσαι. Ἰουστῖναν μὲν οὖν ἅμα τῷ παιδὶ καὶ τῇ θυγατρὶ ναυσὶν ἐμβαλὼν, καὶ τοῖς ἀσφαλῶς παραπέμψουσι παραδοὺς, εἰς τὴν Ῥώμην ἐξέπεμπεν· ἐπεπίστευκει γὰρ ὡς ἀσμενέστατα Ῥωμαῖοι δέξονται τούτους, ἀλλοτριούμενοι Μαξίμου τῆς γνώμης. αὐτὸς δὲ ἅμα τῷ στρατῷ διὰ Παιονίας τῆς ἄνω καὶ τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν, ἐπὶ τὴν Ἀκυληΐαν αὐτὴν ἐλάσαι διενοεῖτο, καὶ ἐπελθεῖν ἀπαρασκεύῳ τῷ πολεμίῳ. Ταύτῃ τῇ πορείᾳ χρωμένου Θεοδοσίου, πυθόμενος Μάξιμος ὡς ἡ Οὐαλεντινιανοῦ μήτηρ ἅμα τοῖς παισὶ διαβαίνειν μέλλοι τὸν Ἰόνιον κόλπον, ταχυναυτοῦντα πλοῖα συναγαγὼν, καὶ Ἀνδραγαθίῳ παραδοὺς, ἐπὶ τὴν τούτων ἔστελλε

adparãdo bello totus incumbit. Quin & impulsus a muliere, militum animos auctis annonarum stipendiis demulcet, & reliquam segniciem sic vsu exigente corrigit; vt etiam ea sibi disponenda statueret, quæ post abitum ipsius, aliquam flagitatura prouidentiam essent. Ob eam caussam, mortuo in itinere Cynegio præfecto prætorii, quum ex Ægypto reuerteretur; quemnam præfectum prætorii constitueret, dispiciebat. Quumque multos multoties considerasset, tamdem virum ad hoc idoneum reperit. Arcessitum igitur Aquileia Tatianum, qui & alios sub Valente magistratus gesserat, & erat in omnibus virtute singulari præditus, prætorii præfectum in patria declarat; & missis ad eum magistratus insignibus, filio ipsius Proculo præturam vrbanã tradit. Enimuero præclare se heic gessit, amplissimis magistratibus eiusmodi viris commissis, qui etiam post abitum principis optime res subditorum administrare possent. Militum vero copiis, equestribus Promotum, pedestribus Timasiũ præficit. Quum autem nihil ad profectionẽ amplius deesse videretur, ad aures Imperatoris rumor est adlatus; permistos Romanis legionibus barbaros, magnis muneribus promissis, a Maximo de proditione sollicitatos. Animaduertentes autem illi, eius rei famam iam emanasse; versus paludes & lacus in Macedonia confugiunt, & in eorum locorum saltibus semet occultant: in quibus quum eos alii persequerẽtur, & quauis arte perquirerent, maiori ex parte perierunt: adeo quidem, vt Imperator hoc metu liberatus, omni studio, & omnibus cum copiis contra Maximũ pergeret. Iustinam quidem, cum filio & filia nauibus impositam, & tuto deducturis traditam, Romam ablegat: persuasus, Romanos lubentissimis animis hos excepturos, quorum a Maximo voluntates essent alienæ. Ipse cum exercitu per superiorem Pannoniam, & Apenninos montes, Aquileiam contendere, & imparatum hostem adgredi cogitabat. Dũ hoc Theodosius iter tenet, audiens Maximus, Valentiniani matrem cũ liberis sinum Ioniũ transiecturam: collectis velocibus & expeditis nauigiis, ac iisdem Andragathio traditis, hominem ad illos velut indagine capiẽdos

dimittit. Is in omnem partem nauigiis circumuectus, propositum tenere non potuit; quod illi iam ante fretum Ionium transmisissent. Inde satis magnis coactis copiis, omnia passim in iis locis circũnauigabat, quod Theodosium exercitu nauali bellum facturum existimaret. At Theodosius, his rebus intento Andragathio, per Pannoniam, portasque montium Apenninorum progressus, necopinantes & incautos Maximianos adoritur. Quumque pars quædam exercitus impetu celerrimo ad Aquileiæ muros accessisset, aditumque vi sibi per portas aperuisset: (quippe non poterant eis custodes, perquam pauci numero, resistere) Maximus imperatorio solio deturbatur, quum pecuniam in milites suos partiri cepisset. Habitu imperatorio exutus, ad Theodosiũ deducitur. Is paucis, quæcumque contra rempublicam deliquisset, velut exprobrationis loco recensitis; hominem carnifici tradit, meritam poenam luiturum. Hunc Maximus vitæ pariter ac tyrãnidis exitum habuit; qui astu superato Valentiniano, citra laborem omni se potiturum imperio Romano somniauerat.

Quia vero Theodosius Imperator audierat, Maximum transeuntem Alpes, filium *Victorem*, dignitate Cæsaris ornatum, apud transalpinas gentes reliquisse; confestim Arbogastem magistrum militum mittit: qui & imperio deiecit adolescentulum, & interfecit. His Andragathio nuntiatis, qui nauibus fretum Ionium scrutabatur; quod infinita se perpessurum mala sciret, non exspectato hostium aduentu, ipse sibi supplicium intulit, præcipitato in mare corpore; cui se credere, quam inimicissimis, mallet. Theodosius autem vniuersum imperium Valẽtiniano tradidit, quantum quidẽ ipsius olim pater habuerat. quod sane visum est ex officio erga bene meritos fieri. Ex iis vero, qui Maximo militauerant, quidquid selectum erat, inter suos retulit; ac Valentiniano permisit, vt res Italicas, Celticas, & alias imperii sui, disponeret: cui quidem & mater aderat; quæ, quidquid ob ætatis imbecillitatem, filii prudentiæ deesset, quantum a muliere præstari poterat, supplebat.

θήραν. ὁ δέ, περιπλεύσας ἀπανταχοῦ, καὶ τῆς πείρας διαμαρτών, (ἔφθησαν γὰρ ἐκεῖνοι τὸν Ἰόνιον περαιωθῆναι πορθμὸν) δύναμιν ἀρκοῦσαν συναγαγών, πάντα περιέπλει τὰ ἐκεῖσε, ναυτικῇ δυνάμει Θεοδόσιον οἰόμενος ἐπιθήσεσθαι. Ὄντος δὲ ἐν τούτοις Ἀνδραγαθίου, διελθὼν Παιονίαν καὶ τὰς ἐν τοῖς Ἀπεννίνοις ὄρεσι πύλας ὁ Θεοδόσιος, ἀπροσδοκήτοις ἅμα καὶ ἀφυλάκτοις τοῖς ἀμφὶ τὸν Μάξιμον ἐπιτίθεται. μέρους δὲ τινὸς τοῦ στρατοπέδου σὺν ὀξυτάτῃ ῥύμῃ τοῖς τῆς Ἀκυληΐας τείχεσι προσπεσόντος καὶ βιασαμένου τὴν διὰ τῶν πυλῶν εἴσοδον, (ἀντιστῆναι γὰρ αὐτοῖς οὐχ οἷοί τε γεγόνασιν οἱ φυλάττοντες, ὄντες ὀλίγοι) Μάξιμος μὲν ἐκ τοῦ βασιλείου κατήγετο θρόνου, χρήματα διανέμειν τοῖς ὑπ' αὐτὸν στρατιώταις ἀρξάμενος· γυμνωθεὶς δὲ τοῦ βασιλικοῦ σχήματος, Θεοδοσίῳ προσήγετο. ὁ δέ, βραχέα τῶν κατὰ τῆς πολιτείας αὐτῷ πεπλημμελημένων ἐν ὀνείδους μέρει διεξελθών, τῷ δημίῳ παρέδωκε, τὴν ὀφειλομένην ἐκτίσοντα δίκην. Μαξίμῳ μὲν οὖν τοῦτο τοῦ βίου καὶ τῆς τυραννίδος ἐγένετο τέλος, ἅμα τῷ κατὰ Οὐαλεντινιανοῦ προτερήματι, πᾶσαν ἕξειν ἀκονιτὶ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ὀνειροπολήσαντι. Θεοδόσιος δὲ ὁ βασιλεύς, ἀκηκοὼς ὅτι διαβαίνων τὰς Ἄλπεις ὁ Μάξιμος, Βίκτωρα τὸν υἱὸν ἀπέλιπεν αὐτόθι τῇ τοῦ καίσαρος ἀξίᾳ τετιμημένον, Ἀρβογάστην ἔστειλε παραχρῆμα τὸν στρατηγόν· ὃς παρέλυσέ τε τῆς ἀρχῆς καὶ ἀπέκτεινε τὸ μειράκιον. Τούτων ἀπαγγελθέντων Ἀνδραγαθίῳ τὰ περὶ τὸν Ἰόνιον διερευνωμένῳ πορθμόν, ὅτι μυρίοις περιπεσεῖται κακοῖς ἐπιστάμενος, οὐκ ἀναμείνας τοὺς ἐπιθησομένους, αὐτὸς ἑαυτῷ τὴν τιμωρίαν ἐπέθηκεν, καθεὶς εἰς τὴν θάλασσαν τὸ σῶμα, καὶ ταύτῃ μᾶλλον ἐκδοῦναι τὰ καθ' ἑαυτόν, ἢ τοῖς ἐχθίστοις ἑλόμενος. Τὴν μὲν οὖν βασιλείαν πᾶσαν Οὐαλεντινιανῷ παρέδωκεν, ὅσην ἐτύγχανεν ἔχων ὁ τούτου πατήρ· καὶ τοῦτο περὶ τοὺς εὐεργέτας καθῆκον ἔδοξεν εἶναι. τῶν δὲ ὑπὸ Μαξίμῳ στρατευσαμένων, ὅσον ἦν ἐπίλεκτον, μετὰ τῶν οἰκείων ἀναλαβών, ἀφῆκε μὲν ἐκεῖνον, τὰ περὶ τὴν Ἰταλίαν, καὶ Κελτούς, καὶ ὅσα τῆς ἐπικρατείας ἦν τῆς αὐτοῦ, διαθήσοντα. συνῆν δὲ καὶ ἡ μήτηρ αὐτῷ, τὸ ἐλλεῖπον ἐν φρονήσει διὰ τὸ νέον τῆς ἡλικίας, καθ' ὅσον γυναικὶ δυνατὸν ἦν, ἐκπληροῦσα.

Αὐτὸς δὲ εἰς τὴν Θεσσαλονίκην ἐπανελθών, οὐ τὴν τυχοῦσαν εὗρεν ἐν τοῖς Μακεδόνων πράγμασι ταραχήν. ὅσοι γὰρ

Ipse Thessalonicam reuersus, non leuem in rebus Macedonum perturbationem reperit.

ὅσοι γὰρ τῶν βαρβάρων ἐν τοῖς ἕλεσι καὶ ταῖς περὶ τὰς λίμνας ὕλαις ἑαυτοὺς ἀποκρύψαντες, ἐκ τῆς προτέρας τῶν Ῥωμαίων ἐφόδου διεσώθησαν, τὴν περὶ τὸν ἐμφύλιον πόλεμον ἀσχολίας Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως λαβόμενοι, τὰ Μακεδόνων καὶ Θετταλῶν ἐληΐζοντο, μηδενὸς αὐτοῖς ἐναντιωθέντος. ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς νίκης αὐτοῖς καὶ τὴν ἐπάνοδον τοῦ βασιλέως ἠγγέλθη, τοῖς ἕλεσιν αὖθις ἑαυτοὺς ἐναπέκρυψαν· αὐτόθεν τε λαθραίως ἐπιδημισάμενοι, τὰ ἐν ποσί τε ἄγοντες καὶ φέροντες ἡμέρας ἐπιφαινομένης, ἐπὶ τοὺς συνήθεις τόπους ἐχώρουν. ὥστε παρεῖναι τῷ βασιλεῖ λογίζεσθαι, φάσματα μᾶλλον ἢ ἀνθρώπους εἶναι τοὺς ἐπιόντας. ἀπορῶν τοίνυν, ἐκοινώσατο μὲν οὐδενὶ τὸ πρακτέον· ἀναλαβὼν δὲ ἄχρι πέντε ἱππέων τὸν ἀριθμόν, καὶ ἑκάστῳ τρεῖς ἵππους ἢ τέσσαρας ἕλκειν ἀπὸ ῥυτῆρος εἰπών, ὥστε ἐπειδὰν ὁ τὸν ἱππέα φέρων ἵππος ἀπείποι τῷ πόνῳ, μεταβαίνειν ἐπὶ τὸν ἕτερον, τούτῳ τε τῷ τρόπῳ πρὸς πάντα ἀρκέσαι τοὺς ἵππους κακοπάθειαν ἧς κατὰ νοῦν ἔλαβεν ἐγχειρήσεως. οὐδενὶ τῶν θεωμένων ὅτι βασιλεὺς εἴη διδοὺς ὑποπτεύειν, περιενόστει τοὺς ἀγρούς· καὶ εἴπου τροφῆς ἅμα τοῖς σὺν αὐτῷ δεηθείη, παρὰ τῶν ἀγροίκων αἰτῶν, ἐνέτυχε καταλύματι βραχεῖ παρὰ γραῒ οἰκουμένῳ, καὶ στέγης αὐτῷ μεταδοθῆναι καὶ ποτοῦ παρεκάλει. τῆς δὲ γραὸς φιλοφρόνως αὐτὸν ὑποδεξαμένης, οἴνου τε καὶ τῶν ἄλλων ὅσα ἔτυχεν ἔχουσα μεταδούσης, ἐπεὶ νὺξ ἐγένετο, αὐτόθι καθεύδειν ἐδεῖτο. τῆς δὲ πρεσβύτιδος καὶ πρὸς τοῦτο ἐνδούσης, κείμενος ὁ βασιλεὺς ἔν τινι μέρει τῆς καταλύσεως, ἄνθρωπον ἐθεάσατο, φθεγγόμενον μὲν οὐδὲ ἕν, ἐοικότα δὲ λανθάνειν ἐθέλοντι. καὶ τοῦτο θαυμάσας, ὡς αὐτὸν ἐκάλει τὴν γραῦν, καὶ ἐπυνθάνετο τίς εἴη, καὶ πόθεν. τῆς δὲ ἀγνοεῖν εἰπούσης, καὶ κατὰ ποίαν ἀφίκετο χρείαν· τοῦτο δὲ εἰδέναι φασκούσης, ὅτι γε ἀφ᾽ οὗ Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς ἐπιδημιέναι μετὰ τῆς στρατιᾶς ἠγγέλθη, καταλύσας παρ᾽ αὐτῇ, καὶ τὴν ὑπὲρ τῆς τροφῆς τιμὴν ἑκάστης ἡμέρας ἀποδιδοὺς, τὴν ἡμέραν ἅπασαν τῆς οἰκίας ἐξιών, ὅποι βούλεται περινοστῶν, νυκτὸς ἐπαγομένης ἐπιδημιῶν, ὥσπερ ἐκ κόπου, τροφῆς τε μεταλαμβάνει, καὶ κεῖται κατὰ τὸ νῦν ὁρώμενον σχῆμα· ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἀκούσας, τεκμηράμενός τε ὡς οὐ προσήκει τοὺς τῆς πρεσβύτιδος λόγους ἀνεξετάστους καταλιπεῖν, συναρπάσας τὸν ἄνθρωπον, ὅστις εἴη λέγειν ἀπῄτει. τοῦ δὲ οὐδὲν

Quotquot enim barbari, intra palu-
des & vicinas ſtagnis ſiluas abditi, de
priore Romanorum impreſſione ſal-
ui euaſerant; occupationem Theo-
doſii principis in bello ciuili, occaſio-
nis nancti loco, in Macedonũ Theſ-
ſalorumque fortunas, nemine reſi-
ſtente, graſſabãtur. Poſtea vero, quã
fama victoriæ, redituſque principis,
ad eos perlata fuiſſet: rurſus in palu-
des ſemet abdebant; & hinc clancu-
lum egreſſi, quum primum dies illu-
xiſſet, obuia quæuis agebant, ferebãt;
atque ita deinde ad loca conſueta ſe
recipiebant. adeo quidem, vt de ce-
tero principis animum ſubiret cogi-
tatio, ſpectra potius, quam homi-
nes, hos inuaſores eſſe. Quapropter
anceps animi, cum nemine re com-
municata, quam moliebatur; equi-
tibus numero quinque ſecum ſum-
tis, eorum quemque tres aut quatuor
equos loro ducere iuſſit; vt vbi ſeſſo-
rem geſtans equus defatigatus eſſet,
in alium ſe reciperet; eoque modo
quemuis ad laborem perferendum
in eo conatu, quem animo concepiſ-
ſet, equi ſufficerent. Nemini vero ſe
adſpicieti quidquam ſuſpicionis præ-
bens, quaſi eſſet Imperator, agros cir-
cumibat: & ſicubi cibo cum ſuis in-
digeret, a ruſticis eum petebat. Tam-
dem perexiguum ad diuerſorium ve-
nit, in quo degebat anus quædam; a
qua tecto recipi, potumque ſibi præ-
beri, poſtulat. Quum anus eum co-
miter ſuſcepiſſet, vinumque cum a-
liis, quę forte tum habebat, impertiiſ-
ſet: quandoquidem nox adpetebat,
ibidem vt dormiret, orat. Hoc etiam
ab anu impetrato, princeps in parte
diuerſorii quadam cubans, hominem
conſpicit, qui nihil omnino loqueba-
tur, & latitare volenti ſimilis erat.
Quod admiratus, anum ad ſe vocat,
& ille quis eſſet, aut vnde, quærit.
Ea reſpondere, ſe tum hoc, tum cu-
ius rei cauſſa veniſſet, ignorare: verũ
hoc ſe ſcire fateri, ex quo tempore
Theodoſium Imperatorem cum ex-
ercitu reuerſum eſſe, nuntiatũ fuerit;
hunc hominem apud ſe diuertere, ac
ſingulos in dies perſoluto victus pre-
tio, diem totum domo egreſſum, &
quocumq; lubitum ſit, circumeuntẽ;
aduentante nocte reuerti velut a labore, cibumque ſumere, atque illum in modum cuba-
re, veluti iam conſpiceretur. His auditis Imperator, qui hæc anus indicia minime relin-
quenda coniiceret inexplorata; correptum hominem dicere iubet, quiſnam eſſet. Illo nihil

omnino proloqui auso, quæstiones flagris admotis instituebatur. Quum ne huic quidem adhibitæ vi cederet; equitibus imperat, gladiis corpus eius pungerent: adiecto, se Theodosium Imperatorem esse. Tum ille, barbarorum in paludibus abditorum exploratorem se dicere, quibus renuntiaret, vbinam locorum esset; & quæ regiones, quive homines essent inuadendi. Confestim huic abscissum caput; & profectus ad exercitum princeps, qui non longe ab eo loco in castris erat, milites eo deducit, vbi degere barbaros cognouerat; cumque suis in illos irruens, omnes cuiusuis ætatis interficit, ac partim in paludibus abditos extrahit, partim in ipsis aquis iugulat: ita quidem, vt ingens barbarorum cædes ederetur. Dux vero Timasius, Imperatoris fortitudinē admiratus, vt militibus adhuc ieiunis, qui non amplius sufficere laboribus illis per paludes exanclandis possent, sumendi cibi spatium concederetur, rogat. Quum Imperator adnuisset, signo tuba receptui dato, milites ab opere, barbarorumque persequutione desistunt. Secessum ad epulas; quibus satiati, iamque a vino & labore victi, altum plane dormiunt. quo barbari superstites animaduerso, arma capiunt, & occupatos a somno temulentiaque adorti milites, hastis, & gladiis, & instrumento quouis ad cędem idoneo confodiunt: interfectusque cum copiis vniuersis fuisset & ipse princeps, si non ex iis quidam, qui necdum pransi fuerant, ad Imperatoris tentorium adcurrissent, & quod acciderat, nuntiassent. Quamobrem turbatus Imperator, & ii quos secum habebat; fuga periculum imminens euitare statuūt. Promotus autem, fugientibus obuiam factus (arcessitus enim a principe fuerat) ab Imperatore petit, vt sibi suorumque saluti consuleret: quippe barbaros sibi curæ futuros; qui merito contumaciam ipsorū supplicio castigaturus esset. Simul hæc dicēs, barbaros inuadit. Quumq; reperisset in militē adhuc dormientē irruētes, adortus est eos impetu velocissimo, & tot interemit; vt vel nemo, vel admodum pauci, qui se rursus in paludes receperunt, incolumes euaserint. Quæ igitur Imperatori Theodosio contigere, post interemtum Maximum

ἀναγκαζομένου πάντα πᾶσιν ἀποκρίνασθαι, βασάνους διὰ μαστίγων ἐπήγαγε. τοῦ δὲ μηδὲ τῇ διὰ τούτων εἴξαντος ἀνάγκῃ, ξίφεσιν ἀμύττειν αὐτοῦ τὸ σῶμα τοῖς ἱππεῦσιν ἐνεκελεύετο, προσθεὶς ὅτι αὐτὸς ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος εἴη. καὶ [ὃς,] τῶν ἐν τοῖς ἕλεσι κρυπτομένων βαρβάρων εἶναι κατάσκοπος ἔλεγε, ἀπαγγέλλειν τε αὐτοῖς ὅποι εἴη, καὶ ποίοις ἐπιέναι τόποις ἢ ἀνδράσι προσήκει. τούτου μὲν οὖν παραχρῆμα ἀπέτεμε τὴν κεφαλήν· ἐλάσας δὲ πρὸς τὸ στρατόπεδον, οὐ πόρρωθεν αὐλιζόμενον, ἄγει τε αὐτοὺς ἔνθα ἔγνω τοὺς βαρβάρους ἐνδιαιτᾶσθαι· σὺν αὐτοῖς τε ἐπιπεσὼν, ἡβηδὸν πάντας διέφθειρε, τοὺς μὲν τοῖς ἕλεσι κρυπτομένους ἐξάγων, τοὺς δὲ καὶ ἐν τοῖς ὕδασιν ἀποσφάττων· ὥστε φόνον τῶν βαρβάρων γενέσθαι πολύν. ὁ δὲ στρατηγὸς Τιμάσιος, τοῦ βασιλέως ἀγασθεὶς τὴν ἀνδρείαν, ἀσίτοις οὖσι τοῖς στρατιώταις, καὶ οὐκέτι πρὸς τοὺς ἐν τοῖς τέλμασι πόνους ἀρκεῖν δυναμένοις, τροφῆς ἠξίου συγχωρηθῆναι μεταλαβεῖν· τοῦ δὲ ἐνδόντος, ἡ μὲν σάλπιγξ ἤχουσα τὸ ἀνακλητικὸν, ἀφίστη τοὺς στρατιώτας τοῦ ἔργου, καὶ τῆς κατὰ τῶν βαρβάρων ἐπιφορᾶς. ἀναχωρήσαντες δὲ ἐπὶ τὴν εὐωχίαν, καὶ ταύτης ἐμφορηθέντες, οἴνῳ τε καὶ πότῳ συνειλημμένοι, βαθύτατον ἐκάθευδον ὕπνον. ὅπερ αἰσθόμενοι τῶν βαρβάρων οἱ περιλελειμμένοι, ὅπλα τε ἀνέλαβον, καὶ προσπεσόντες ὕπνῳ καὶ μέθῃ τοῖς στρατιώταις κεκρατημένοις, κατέκτεινον δόρασί τε καὶ ξίφεσι καὶ παντὶ τῷ πρὸς φόνον ἀρκοῦντι. συνῃρήκει δ' ἂν ἁπάσῃ τῇ στρατιᾷ καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτὸς, εἰ μή τινες τῶν οὔπω δείπνου μεταλαβόντων ἔδραμον ἐπὶ τὴν τοῦ βασιλέως σκηνὴν, τὸ συμβὰν ἐξαγγέλλοντες. ἐφ' οἷς αὐτός τε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ταραχθέντες, φυγῇ τὸν ἐπικείμενον κίνδυνον ἔγνωσαν ἀποδρᾶναι· φθάνουσι δὲ αὐτοῖς ὑπαντήσας Προμωτος, (ἔτυχε γὰρ ὑπὸ τοῦ βασιλέως μεταπεμπτὸς γεγονὼς) τὸν μὲν βασιλέα περισώζειν αὐτόν τε καὶ τοὺς αὐτῷ συνόντας ἠξίου· τῶν γὰρ βαρβάρων αὐτῷ μελήσειν, ἀξίαν τῆς αὐτῶν ἀπονοίας ἐπιθήσοντι δίκην. καὶ ἅμα ταῦτα λέγων, ἐπῄει· καὶ εὑρὼν ἔτι τοῖς καθεύδουσιν ἐγκειμένους, ἐπῆλθε μετὰ πάσης ὀξύτητος· καὶ τοσούτους ἀνεῖλεν, ὥστε ἢ οὐδένα ἢ σφόδρα ὀλίγους εἰς τὰ ἕλη συμφυγόντας περισωθῆναι. Τὰ μὲν οὖν συνενεχθέντα τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ, μετὰ τὴν Μαξίμου καθαίρεσιν ἐπανιόντι,

ἐπιδημιόντι, τοιάδε πως ἦν. εἰς δὲ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐπανελθών, ἐπὶ μὲν τῷ κατὰ Μαξίμου τροπαίῳ μέγα ἐφρόνει· τοῖς δὲ ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς τέλμασι βαρβάρων, εἰς αὐτόν τε καὶ τὸ στρατόπεδον ἅπαν γεγονόσι συνεσταλμένος, πολέμοις μὲν ἀπειπεῖν ἔγνωκε καὶ μάχαις· ἐπιτρέψας δὲ τὰ περὶ ταῦτα Προμώτῳ, αὐτὸς τῆς προτέρας ἀνεμιμνήσκετο διαίτης, πολυτελῆ δεῖπνα δειπνῶν, καὶ πολυπραγμονῶν ἐν ταῖς ἡδοναῖς, καὶ [τοῖς] θεάτροις καὶ ἱπποδρομίαις ἐναβρυνόμενος. ὥστε ἐπέστη μοι θαυμάζειν τούτου τοῦ ἀνδρὸς τὴν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ βίου ῥοπήν. φύσει γὰρ ὢν ἐκμελής, ῥαθυμίᾳ τε πάσῃ, καὶ οἷς προεῖπον, ἐκκείμενος, λυπηροῦ μὲν αὐτὸν οὐδενὸς ἢ δέος ἐπάγγελος, ἐνοχλοῦντος, ἐνεδίδου τῇ φύσει· καθιστάμενος δὲ εἰς ἀνάγκην, σαλεύειν κατά τι τὰ καθεστῶτα προσδοκωμένην, ἀπετίθετο μὲν τὴν ῥαθυμίαν, καὶ τῇ τρυφῇ χαίρειν εἰπών, εἰς τὸ ἀνδρωδέστερον καὶ ἐπίπονον καὶ ταλαιπαθὲς ἀνεχώρει. τοιοῦτος δὲ ἐξ αὐτῆς ἀποδεδειγμένος τῆς πείρας, ἐπειδὴ πάσης ἦν ἀπηλλαγμένος φροντίδος, ταῖς αὐτοῦ φύσει προσούσαις ἐκμελείαις ἐδούλευε. Τῶν δὲ τὰς ἀρχὰς ἐπιτετραμμένων, ἐν τιμῇ κατ' ἐξαίρετον ἤγετο Ῥουφῖνος, Κελτὸς τὸ γένος, μάγιστρος τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων καταστάς. τούτῳ γὰρ πάντα ὁ βασιλεὺς κατεθάρρει, τῶν ἄλλων ὀλιγωρῶν. ὅπερ ἔκνιζε Τιμάσιον καὶ Πρόμωτον, μετὰ τοσούτους ὑπὲρ τῆς πολιτείας κινδύνους ἐν δευτέρᾳ τάξει κειμένους. ἐφ' οἷς ὁ Ῥουφῖνος ὡραϊζόμενος, καὶ ἀναβεβηκὼς τῷ φρονήματι, σκέμματος κοινοῦ προκειμένου, θρασύτερόν τι ῥῆμα εἰς τὸν Πρόμωτον ἀπέρριψεν. ὁ δέ, οὐκ ἐνεγκών, ἐπήγαγε τῷ προσώπῳ τὴν χεῖρα, καὶ ἔπληξεν. ὁ δέ, εἰσελθὼν καὶ τῷ βασιλεῖ τὸ πρόσωπον δείξας, τοσοῦτον ἐξανέστησεν εἰς ὀργήν, ὥστε εἰπεῖν, εἰ μὴ τὸν κατὰ Ῥουφίνου φθόνον ἀπόθοιντο, ταχέως αὐτὸν ὄψονται βασιλεύοντα. ταῦτα ὁ Ῥουφῖνος ἀκηκοώς, ἐπειδὴ καὶ ἄλλως ἦν ἅπασιν ἐχθρὸς διὰ φιλοπρωτείας ὑπερβολήν, ἀναπείθει τὸν βασιλέα κελεῦσαι τῶν βασιλείων ἔξω που διατρίβειν Προμώτῳ, καὶ τῇ περὶ τὰ πολέμια μελέτῃ τοὺς στρατιώτας ἀσκεῖν. καὶ ἐπειδὴ τοῦτο κατέπραξε, καθίζει λόχον αὐτῷ βαρβάρων, ποιουμένῳ τὴν ἐπὶ Θρᾴκην ὁδοιπορίαν· οἱ δέ, τὸ σύνθημα δεξάμενοι, μηδὲν προειδομένῳ τοιοῦτον ἐπιθέμενοι, κατασφάζουσιν ἄνδρα πλούτου μὲν κρείττονα γεγονότα, χρησάμενον δὲ τῇ πολιτείᾳ

redeunti: talia fere fuerunt. Reuersus autem Constãtinopolim, ob partam quidem aduersus Maximum victoriam magnos gerebat spiritus; ob ea vero, quæ barbari latitantes in paludibus, in ipsum, & in omnem exercitum patrauerant, mæstior factus, bellis ac pugnis valedicere decreuit. Quumque Promoto curam horum commisisset, ipse priorem viuẽdi rationem ad animum reuocans, cenas magnificas cenabat, & in exquirẽdis voluptatibus curiosus erat, & theatris atque circensibus semet oblectabat. Adeoq; mihi principis huius vitam, in partem vtramque procliuem, mirari subit. Nam quum natura segnis esset, omnique secordiæ, & indicatis antea vitiis deditus: si nihil ei triste, nihil formidabile, molestiam exhiberet, naturæ frena laxabat: sin vrgeret aliqua necessitas, quæ statũ rerum quassatura timeretur; ignauiam deponebat, & deliciis valere iussis, ad virilem animum, ac laborum molestiarumque tolerantiam redibat. Quum ipso rerum vsu docente talis esset, omni sollicitudine liberatus, inditis a natura ignaui genii vitiis seruiebat. Ex iis autem quibus erant commissi magistratus, honoratissimo apud eũ loco *Rufinus* habebatur, natione Celta, palatinorum ordinum magister. Huic enim princeps omnia credere, nec reliquos magni æstimare: quod animos Timasii & Promoti nonnihil pungebat, qui post tot exhausta pro republica discrimina, posteriore loco censerentur. Rufinus autem, hoc nomine sibi placens, & elatus animo, quoddam in cõsilio publico verbum paullo ferocius in Promotum iactat. Id ille non ferens, ori manum impegit, eumq; percussit. Rufinus, ad principem ingressus, ostensa facie, tantam eum ad iram impulit; vt diceret, ni conceptam aduersus Rufinum inuidiam deponerent, breui principem visuros. His Rufinus auditis, qui ceteroquin etiam infestus aliis esset, ob nimium primatus & ambitionis studium; persuadet Imperatori, Promotum extra aulam alicubi commorari iuberet, & ad rei bellicæ studium milites exercere. Quod quũ obtinuisset, barbaros in insidiis collocat, dũ Promotus in Thraciam proficiscitur. Illi, accepto mandato, nihil tale prospicientẽ adgressi trucidant; virũ, qui & opes contemserat, & erga rempublicã,

ipsosq; principes sincere se gesserat: Merita vero præmia consilii voluntatisque suæ tulit, qui tam secorditer & impie publicas res administrantibus operam suã locasset. Huius facinoris fama vbique didita, quum esset in ore omnibus, & modestissimus quisq; tanta scelera periniquo ferret animo: Rufinus, quasi qui facinus honestum patrasset, consul designatur. Hinc Tatiano, eiusq; filio Proculo, (qui Rufinum alia nulla de caussa offenderãt, quam quod præfecturas gerentes, ille prætorianam, hic vrbanã, eas incorruptissimi a muneribus, & quam maxime fieri posset, ex officii ratione administrauerant) negotia nulla iusta de caussa facessuntur. Atque vt perfici possent, quæ in eos agitabantur consilia, prius magistratu Tatianus abdicatur, & in ius ducitur, Rufino præfecto aulæ designato. Ac in speciem quidem cõstituti sunt & alii, qui cum Rufino in societatẽ huius iudicii venirent: sed auctoritatem sententiæ ferendæ solus ille habebat. Quia vero Proculus, animaduersis insidiis, fuga sibi consuluerat, & suspectam Rufinus habebat industriam viri, metuebatq;, ne quid noui molitus, arte quadam res suas conturbaret: Tatianum patrem fraude, præstitisq; iuramentis circumuentum, ipso etiam Imperatore persuaso, vt tam patri quam filio spes maximas faceret; eoque modo de vera suspicione traductum ad vana somnia, tamdem impellit, vt filiũ per litteras reuocaret. Itaque Proculum, simul atq; comparuisset, correptum carcer excipit; & Tatiano patriam incolere iusso, frequenter ad cognoscendã Proculi caussam coitur. Tamdem iudices, vt inter ipsos & Rufinũ conuenerat, Proculum morte multandũ Sycas, quod †suburbii nomen est, abduci iubẽt. Id princeps animaduertens, misit qui gladium scilicet a ceruicibus eius reuocaret. At is, Rufini mandato parens, tardius abiit, &, vbi iam caput abscissum fuerat, aduenit. Dum hæc agerentur, Valentinianus Imperator e viuis excessisse nuntiatur: hoc quodã modo interfectus. *Arbogastes*, oriũdus e gente Francorũ, quem secundũ a Baudone duce locũ Gratian⁹ Imperator obtinere iusserat, illo rebus humanis exẽto, fretus industria sua, citra principis auctoritatẽ magisterium militũ in se transtulerat. Visus autem

†hodie Peram & Galatam vocãt

καὶ τοῖς βασιλεῦσιν εἰλικρινῶς, ἄξια δὲ τῆς προαιρέσεως ἐπίχειρα κομισάμενοι, ὅτι τοῖς οὕτως ἐκμελῶς καὶ ἀσεβῶς τὰ κοινὰ πράγματα διατιθεῖσιν ὑπηρετήσαντο. Ταύτης διαβοήτου τῆς πράξεως ἐν ἅπασι γενομένης, καὶ ἐν τοῖς ἁπάντων στόμασιν οὔσης, παντός τε σωφρονοῦντος ἐπὶ τοῖς τοσούτοις ἀτοπήμασι σχετλιάζοντος, αὐτὸς μὲν Ῥουφῖνος, ὥσπερ τι σεμνὸν ἐργασάμενος, ὕπατος ἀνεδείκνυτο· Τατιανῷ δὲ, καὶ τῷ τούτου παιδὶ Πρόκλῳ, Ῥουφίνῳ προσκεκρουκόσι δι᾽ οὐδὲν ἕτερον, ἢ ὅτι τὰς ὑπάρχους ἔχοντες ἐξουσίας, ὁ μὲν τῆς αὐλῆς, ὁ δὲ τῆς πόλεως, ἀδωροδόκητα καὶ ὡς ἔνι μάλιστα δεόντως αὐτὰς διετίθεσαν, ἐπήγετο πράγματα λόγον οὐκ ἔχοντα. καὶ ἵνα εἰς ἔργον ἀχθείη τὰ κατ᾽ αὐτῶν βουλευόμενα, πρότερον ἀπετίθετο Τατιανὸς τὴν ἀρχὴν, καὶ ἤγετο εἰς κρίσιν, ὑπάρχου τῆς αὐλῆς ἀποδεδειγμένου Ῥουφίνου· καὶ τῷ μὲν φαινομένῳ, κοινωνεῖν ἐτάχθησαν ἕτεροι Ῥουφίνῳ τῆς κρίσεως, ἐκεῖνος δὲ μόνος εἶχε τῆς ψήφου τὸ κῦρος. ἐπεὶ δὲ Πρόκλος, αἰσθόμενος τῆς ἐπιβουλῆς, . . . ὑφορώμενος ὁ Ῥουφῖνος τὸ δραστήριον τοῦ ἀνδρὸς, καὶ δεδιὼς μὴ νεώτερόν τι φρονήσας συνταράξῃ τινὶ τὰ κατ᾽ αὐτὸν μηχανῇ, μετελθὼν ἀπάτῃ τὸν πατέρα καὶ ὅρκοις, καὶ τὸν βασιλέα πείσας ὑποφῆναι καὶ αὐτῷ καὶ τῷ παιδὶ μεγίστας ἐλπίδας, τούτῳ τε τῷ τρόπῳ μεταγαγὼν ἐκ τῆς ἀληθοῦς ὑπονοίας εἰς ματαίους ὀνείρους, ἀναπείθει Τατιανὸν γράμμασι τὸν παῖδα μετακαλέσασθαι. Πρόκλον μὲν οὖν, ἅμα τῷ φανῆναι συναρπασθέντα, τὸ δεσμωτήριον δέχεται· Τατιανοῦ δὲ τῇ τῆς πατρίδος οἰκήσει παραδοθέντος, ἀκροάσεις συνεχεῖς ἐπὶ τῇ τοῦ Πρόκλου συνῄεσαν κρίσει. καὶ τελευτῶντες οἱ δικασταὶ κατὰ τὸ Ῥουφίνῳ συγκείμενον, ἀπάγεσθαι τοῦτον ἐν Συκαῖς τῷ προαστείῳ τὴν ἐπὶ θανάτῳ προσέταττον. οὗπερ αἰσθόμενος ὁ βασιλεὺς, ἔστελλε μὲν δῆθεν τὸν ἀνακαλεσόμενον ἐκ τοῦ τραχήλου τὸ ξίφος. ὁ δὲ, συνθήματι Ῥουφίνου πειθόμενος, σχολαίτερον ἀπιὼν, ἔφθασεν ἤδη πεσοῦσαν τὴν κεφαλήν. Ἐν δὲ τῷ ταῦτα πράττεσθαι, Οὐαλεντινιανὸς ὁ βασιλεὺς ἀγγέλλεται τελευτήσας. ὁ δὲ τῆς τελευτῆς τρόπος ἐγένετο τοιόσδε. Ἀρβογάστης, ἐκ τοῦ Φράγκων ὁρμώμενος ἔθνους, Βαύδωνι δὲ ὑποστρατηγεῖν ὑπὸ Γρατιανοῦ βασιλεύοντος τεταγμένος, ἐκείνου τελευτήσαντος, τῇ δραστηρίᾳ τεθαρρηκὼς, τὴν στρατιωτικὴν ἀρχὴν εἰς ἑαυτὸν περιέστησε, βασιλέως οὐ δεδωκότος, καὶ τἄλλα δὲ τοῖς

δὲ τοῖς ὑποτεταγμένοις στρατιώταις ὀφθεὶς, διά τε ἀνδρείαν καὶ πολεμικὴν ἐπιστήμην, καὶ χρημάτων ὑπεροψίαν, ἐπὶ μέγα προῆλθε δυνάμεως· καὶ τοσοῦτος ἦν, ὥστε καὶ πρὸς τὸν βασιλέα παρρησιάζεσθαι, καὶ ὅσα μὴ καλῶς αὐτῷ μηδὲ προσηκόντως ἔχειν ἐδόκει, κωλύειν. πρὸς ταῦτα δυσανασχετῶν ὁ Οὐαλεντινιανὸς, ἀντέτεινε μὲν πολλάκις, ἤνυε δὲ οὐδέν· ὠχύρωτο γὰρ ὁ Ἀρβογάστης τῇ τῶν στρατιωτῶν ἁπάντων εὐνοίᾳ. ὑποτετάχθαι δὲ τούτῳ περαιτέρω μὴ φέρων, ἐπεὶ καθήμενος ἐπὶ τοῦ βασιλείου θρόνου τὸν Ἀρβογάστην ἐθεάσατο προσιόντα, δριμύτερον ὑποβλέπων, δέδωκεν αὐτῷ γράμματα τῆς ἀρχῆς παραλύοντα. ὁ δὲ, ἀναγνοὺς, Οὔτε δέδωκάς μοι, φησὶ, τὴν ἀρχήν· οὔτε ἀφελέσθαι δυνήσῃ. καὶ ταῦτα εἰπὼν, διαρρήξας τε τὸ γραμμάτιον, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ἀφεὶς, ἀπιὼν ᾤχετο. τότε δὴ λοιπὸν οὐκ ἐν ἀπορρήτῳ τὰ τῆς ὑποψίας ἐστρέφετο· φανερὰ δὲ [παρὰ] πᾶσι τὰ τῆς πρὸς ἀλλήλους αὐτοῖς ἐγίνετο δυσμενείας. καὶ ὁ μὲν Οὐαλεντινιανὸς συνεχέσι πρὸς τὸν βασιλέα Θεοδόσιον γράμμασιν ἐχρῆτο, τὴν κατὰ τῆς βασιλείας ἀλαζονείαν τἀνδρὸς ἐξαγγέλλων· καὶ βοηθεῖν παρεκάλει, δραμεῖσθαι πρὸς αὐτὸν, εἰ μὴ τάχιστα τοῦτο ποιήσειεν, ἐπομνύμενος. Ἀρβογάστῃ δὲ τὸ πρακτέον ἀνασκοποῦντι, γνώμη τις ἐπῆλθε τοιαύτη. ἦν τις ἐν τοῖς βασιλείοις ἀναστρεφόμενος, Εὐγένιος ὄνομα, παιδείᾳ προήκων ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε καὶ ῥητορικὸν ἐπιμελεῖσθαι βίον, καὶ προεστάναι διδασκαλείου. πρὸς τοῦτον ὁ Ῥιχομέρης, οἷα σφόδρα χαρίεντα καὶ ἀστεῖον, ἔχων οἰκείως, Ἀρβογάστῃ συνίστησιν, ἔχειν ἐν τοῖς συνήθεσι καὶ φίλοις αἰτήσας, ὡς οὐκ ἐσόμενον ἄχρηστον, εἴποτε πρᾶγμα φιλίας ἀληθοῦς δεόμενον ἀνακύψειε. Ῥιχομέρους τοιγαροῦν ὡς τὸν βασιλέα Θεοδόσιον ἐκδημήσαντος, ἡ συνεχὴς συνουσία φίλον Ἀρβογάστῃ τὸν Εὐγένιον ἐς τὰ μάλιστα πεποίηκε· καὶ οὐδὲν ἦν ὃ μὴ ἐθάρρει τῶν σπουδαίων αὐτῷ. τότε δὴ τὸν Εὐγένιον τοῦτον λαβὼν κατὰ νοῦν, καὶ ὅτι διά τε παιδείας ὑπερβολὴν καὶ τὴν ἄλλην τοῦ βίου σεμνότητα, πρὸς ἀγαθὴν βασιλείαν ἁρμοδιώτατος ἔσται, κοινοῦται μὲν αὐτῷ τὰ βεβουλευμένα· δυσαρεστοῦντα δὲ τοῖς λεγομένοις ἰδὼν, ἐπέμενε θεραπεύων, καὶ μὴ ἀποσείσασθαι τὰ δωρούμενα παρὰ τῆς τύχης αἰτῶν. ἐπεὶ δὲ ἔπεισεν, ἄμεινον ἔχειν ᾠήθη, Οὐαλεντινιανὸν ἐκποδὼν πρότερον καταστῆσαι, καὶ οὕτως Εὐγενίῳ παραδοῦναι τὴν μοναρχίαν.

subditis sibi militib⁹ idoneus, ob fortitudinem, reiq; bellicæ scientiam, & pecuniæ cõtemtum; magnam ad potentiam peruenit. Adeoq; tantus erat, vt etiam aduersus principem liberior esset, & quæcumq; non recte, nec vti par erat, fieri putabat, prohiberet. Ea Valentinianus permoleste ferẽs, opponit se quidem illi sæpius; sed nihil proficit. Nam Arbogastes omniũ militũ beneuolentia munitus erat. Tamdem Valentinianus, haud ferens amplius, vt huic subiectus esset; quũ augusto in solio sedens, accedentem videret Arbogastem: toruis oculis hominem adspiciens, libellum porrigit, quo ei magistratum abrogabat. Hoc ille perlecto; Nec potestatẽ mihi dedisti, ait, nec eripere poteris. Quibus prolatis, discerptoq; libello, & in terrã abiecto, discedit. Ex eo tempore non clamculum suspiciones alebãtur; sed omnibus eorum inimicitiæ patebãt. Ac Valentinianus quidem, crebris ad Imperatorem Theodosium litteris vtebatur, quibus eum de huius viri aduersus maiestatẽ principis adrogãtia certiorem reddebat: simulq; petebat, vt opem sibi ferret; iureiurando adfirmans, se ad ipsum aduolaturum, ni quamprimum hoc fecisset. Arbogasti vero, consideranti quid agendũ esset; huiusmodi quoddam consilium ad animum accidit. Versabatur in aula quidam, cui nomen *Eugenius*, tanta eruditione doctrinæ præstans; vt & oratoriam profiteretur, & scholam aperiret. Hunc Richomeris, vt hominẽ perelegantem & vrbanum, familiariter complectens, Arbogasti cõmendat; & ab eo petit, vt inter familiares & amicos illum habeat: quippe nõ futurum inutilem, si quando negotium aliquod emergat, quod officium verę amicitiæ poscat. Igitur vbi Richomeris ad Imperatorem Theodosiũ profectus fuisset, adsidua cõsuetudo amicissimum Arbogasti Eugenium reddidit: adeoq; nihil erat rei seriæ, quod illi nõ crederet. In hoc vero tempore, quum ei ad animũ hic Eugenius accidisset, qui propter eximiam doctrinam, & vitæ grauitatem, ad bonum imperiũ futurus esset aptissimus; cum eo, quæ secum ipse deliberasset, communicat. Sed quum illum offendi per ea, quæ proponerẽtur, videret; hominem demulcere pergit, & hortari, ne reiiceret ea, quæ a fortuna offerrentur. Vbi persuasisset, præstare ratus est, vt prius e medio Valentinianum tolleret, atque ita rerum summam Eugenio traderet.

Quapropter Imperatorem, qui apud opidum Galliæ Viennam commorabatur, & propter muros eius ludicra cum quibusdam militibus exercebat, nihil tale cogitantem adortus, letaliter vulnerat & interficit. Quũ omnes taciti facinus admissum ferrẽt, ob viri dignitatem, & fortitudinem bellicã; ac præterea, quod hominem magna beneuolentia milites prosequerẽtur, qui pecuniam contemneret: Eugenium Imperatorem declarat, omnibus de hoc viro, propter eius insignes dotes, spes bonas concipere iussis. His omnibus Theodosio principi eodem tempore nunciatis, coniux eius Galla, fratrem deplorans, vniuersam turbauit aulã. Simul & ipse princeps magno mærore curaque conficiebatur, qui consortem imperii florentem ætate, vinculoq; iunctum adfinitatis, amisisset; & in homines ab se alienos, & ceteroquin inuictos, quum ob mistam audaciæ fortitudinem Arbogastis, tum insignes Eugenii cũ doctrina cõiunctas virtutes, incidisset. Quamuis igitur hæc diceret, & cum animo sæpius versaret; aleam tamen de summa rerũ simul iacere decreuit; omnis generis adparatus ad bellũ gerendum instituens. Et turmas quidẽ equestres Richomeri cõmittere cogitabat, pluribus iam bellis eius viri fortitudinem expertus; itidemq; ceteris legionibus alios duces præficere. Quum autem Richomeris huius ipsius consultationis tempore morbo exstinctus esset, non abs re semet ad alios duces deligendos conuertit. Dum ergo de hoc sententia principis intra cogitationes ipsius adhuc hæreret, adesse missam ab Eugenio legationẽ nuntiatur; quæ de Theodosio principe quæreret, vtrũ adsentiri vellet, vt Eugenius imperio frueretur; an declarationẽ eius, vt irritam, reiiceret. Ea legatione Rufinus Atheniensis fungebatur; qui nec litteras Arbogastis secum adtulit, nec vllam aliam mentionem illius fecit. Quum princeps in deliberando, legatisque dando conuenienti responso, cũctaretur: accidit, vt etiã aliud quiddam huiusmodi fieret. Vbi primum Theodosius imperium fuerat consequutus, barbaros quosdam ad amicitiam bellorumque societatem admiserat, spe pariter & muneribus delenitos. Itidem & cuiusque nationis duces omni studio prosequebatur, & mensæ adhibebat.

τῷ βασιλεῖ τοίνυν ἐν Βιέννῃ Κελτικῇ πόλει τὰς διατριβὰς ποιουμένῳ, καὶ περὶ τὸ ταύτης τεῖχος ἅμα τισὶ τῶν στρατιωτῶν παιδιαῖς ἐνασχολουμένῳ, καὶ μηδὲν τοιοῦτον ἔχοντι κατὰ νοῦν, ἐμπεσὼν, παίει καιρίαν, καὶ διαφθείρει. πάντων δὲ σιωπῇ τὸ τολμηθὲν ἐνεγκόντων, διά τε τοῦ ἀνδρὸς τὸ ἀξίωμα, καὶ τὴν ἐν πολέμοις ἀνδρείαν, καὶ προσέτι γε ὅτι πολλὴν αὐτῷ διὰ τὸ χρημάτων ὑπερορᾶν οἱ στρατιῶται συνεισέφερον εὔνοιαν, ἀναδείκνυσιν Εὐγένιον βασιλέα, πᾶσιν ἐπ' αὐτῷ χρηστὰς ἔχειν δεδωκὼς ἐλπίδας, διὰ τὰ τῷ ἀνδρὶ προσόντα πλεονεκτήματα.

Τούτων τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ συναγγελθέντων, συνετάραξεν ἡ τούτου γαμετὴ Γάλλα τὰ βασίλεια, τὸν ἀδελφὸν ὀλοφυρομένη. πολλῇ δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς λύπῃ τε ἅμα καὶ φροντίδι κατείχετο, κοινωνοῦ μὲν τῆς ἀρχῆς ἐκπεσὼν, καὶ νέου καὶ ἀγχιστείᾳ συνημμένου· περιπεσὼν δὲ ἀνδράσιν ἀλλοτρίως τε πρὸς αὐτὸν ἔχουσι, καὶ ἄλλως οὖσιν ἀμάχοις, διά τε τὴν Ἀρβογάστου θρασύτητι μεμιγμένην ἀνδρείαν, καὶ τὰς Εὐγενίῳ πρεπούσας μετὰ παιδεύσεως ἀρετάς. καίπερ οὖν ταῦτα λέγων τε καὶ ἀνακινῶν τῷ λογισμῷ πολλάκις, ἀναρρῖψαι τὸν ὑπὲρ πάντων ὁμοῦ τῶν πραγμάτων κύβον ἐγνώκει, παντοίαις παρασκευαῖς εἰς τὸν πόλεμον χρώμενος. καὶ τὰ μὲν ἱππικὰ τάγματα Ῥιχομήρει καταπιστεῦσαι διενοεῖτο, τῆς ἀνδραγαθίας τἀνδρὸς ἐκ πολλῶν ἤδη πολέμων πεπειραμένος, ἑτέρους δὲ τοῖς ἄλλοις τέλεσιν ἐπιστῆσαι τοὺς ἡγουμένους. Ῥιχομήρους δὲ κατὰ καιρὸν τῆς περὶ ταῦτα βουλῆς νόσῳ τελευτήσαντος, εἰκότως ἐφ' ἑτέρας ἡγεμόνων αἱρέσεις ἐτράπετο. γνώμης οὖν ἔτι περὶ τούτου ταῖς τοῦ βασιλέως ἐννοίαις ὑποκειμένης, ἀπηγγέλλετο πρεσβεία παρὰ Εὐγενίου, πυνθανομένη τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου, πότερον τίθεται τῷ βασιλεύειν αὐτὸν, ἢ ἀποτίθεται τὴν ἀνάρρησιν. ὁ δὲ τῇ πρεσβείᾳ διακονούμενος, ἦν Ῥουφῖνος Ἀθηναῖος, Ἀρβογάστου μήτε γράμματα κομίσας, μήτε ἄλλην αὐτοῦ τινὰ ποιησάμενος μνήμην. τοῦ δὲ βασιλέως εἰς τὸ διασκέψασθαι καὶ προσηκόντως ἀποκρίνασθαι τοῖς πρέσβεσιν ἀναβαλλομένου, καὶ ἕτερόν τι τοιόνδε συνέπεσε πραχθῆναι. ἅμα τῷ παραλαβεῖν τὴν βασιλείαν, Θεοδόσιος βαρβάρους τινὰς εἰς φιλίαν καὶ ὁμαιχμίαν ἐδέξατο, καὶ ἐλπίσιν αὐτοὺς καὶ δωρεαῖς ἄλλαις τιμήσας. εἶχε δὲ καὶ ἐν θεραπείᾳ πάσῃ [καὶ] τοὺς ἑκάστης φυλῆς ἡγουμένους, καὶ τραπέζης ἠξίου κοινῆς.

οὗτοι

οὗτοι διέστησαν τὴν γνώμην, εἰς δύο αὖθις κινηθείσης. οἱ μὲν γὰρ ἔφασκον ἄμεινον εἶναι καταφρονῆσαι τῶν ὅρκων, οὓς ἔτυχον δεδωκότες, ὅτε Ῥωμαίοις ἑαυτοὺς ἐνεδίδοσαν· οἱ δὲ, τοὐναντίον, κατὰ μηδένα τρόπον ἐναντιωθῆναι τοῖς συγκειμένοις. ἦν δὲ ὁ μὲν πατῆσαι τὴν πίστιν ἐθέλων, καὶ πρὸς τοῦτο τοὺς ὁμοφύλους παρακαλῶν, Πρίουλφος· Φράουιστος δὲ, ὁ τοῖς ὀμωμοσμένοις ἐμμεῖναι φιλονεικῶν. καὶ ἐπὶ πολὺ μὲν ταύτην ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς τὴν ἔριν, ἐλάνθανον· ἐπεὶ δὲ τραπέζης ἠξιωμένοι βασιλικῆς, ἐκτεινομένου τοῦ πότου, παρεξάπτησαν εἰς ὀργὴν ἐξενεχθέντες, [καὶ] ἣν εἶχον ἐξέφηναν γνώμην· ὁ μὲν βασιλεὺς, τὴν ἑκάστου προαιρέσεως αἰσθόμενος, διέλυσε τὴν ἑστίασιν· ἀναχωρήσαντες δὲ τῶν βασιλείων, εἰς τοσοῦτον ἐξέστησαν, ἕως οὐκ ἐνεγκὼν ὁ Φράουιστος εἵλκυσε τὸ ξίφος, καὶ τὸν Πρίουλφον παίσας ἀνεῖλεν. ὡς δὲ ἐπελθεῖν οἱ τούτου στρατιῶται τῷ Φραουίστῳ διενοήθησαν, ἐν μέσῳ στάντες οἱ βασιλικοὶ δορυφόροι, περαιτέρω προελθεῖν τὴν στάσιν ἐκώλυσαν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ βασιλεὺς ἀκηκοὼς, ἤνεγκέ τε μετρίως, καὶ ἐν αὐτοῖς δαπανᾶσθαι διαμαχομένους συνεχώρησε. τοὺς δὲ πρέσβεις δώροις τε καὶ λόγοις ἐπαγαγὼν, ὃ μέτριον ἐν ἑαυτοῖς ἔχειν δοκοῦσιν, ἔπεμπεν ἐπ' οἴκου. καὶ μετὰ τὴν ἐκείνων ἀποδημίαν, τῶν τοῦ πολέμου παρασκευῶν εἴχετο. κεφάλαιον δὲ τῆς παρασκευῆς, ὥσπερ οὖν ἐστιν, οἰόμενος εἶναι τὴν τῶν στρατηγῶν αἵρεσιν, τῶν μὲν Ῥωμαϊκῶν στρατοπέδων ἔταξεν ἡγεῖσθαι Τιμάσιον, καὶ ἐπὶ τούτῳ Στελίχωνα (συνῴκει δὲ οὗτος Σερήνῃ, Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως ἀδελφοῦ θυγατρί) τοὺς δὲ συμμαχοῦντας αὐτῷ βαρβάρους, ὑπὸ Γαΐνῃ ἔταξε καὶ Σαούλ. ἐκοινώνει δὲ τῆς ἀρχῆς αὐτοῖς καὶ Βακούριος, ἕλκων μὲν ἐξ Ἀρμενίας τὸ γένος, ἔξω δὲ πάσης κακοηθείας ἀνήρ, μετὰ τοῦ καὶ τὰ πολεμικὰ πεπαιδεῦσθαι. Ἡ μὲν οὖν ἀρχαιρεσία, τοῦτον αὐτῷ διετέθη τὸν τρόπον· ἤδη δὲ αὐτῷ πρὸς τὴν ἔξοδον ἐπειγομένῳ, συμβέβηκε Γάλλαν τὴν γαμετὴν ἐν ταῖς ὠδῖσιν αὐταῖς τελευτῆσαι, σὺν τῷ βρέφει καὶ τὸν βίον ἀποθεμένην. Ταύτην μὲν οὖν κατὰ τὸν Ὁμηρικὸν νόμον ὁ βασιλεὺς ἐπ' ἦμαρ δακρύσας, ἀπεχώρει σὺν τῷ στρατῷ, τὰ κατὰ τὸν πόλεμον διαθήσων, ἀπολιπὼν Ἀρκάδιον τὸν υἱὸν, ἤδη πρὸ τούτου βασιλέα καθιστάμενον. ἐπεὶ δὲ νέος ἦν ἔτι, τὸ λεῖπον εἰς φρόνησιν αὐτῷ διὰ τὴν νεότητα θεραπεύων, ἀπέλιπεν αὐτόθι Ῥουφῖνον, ἅμα τε τῆς αὐλῆς ὕπαρχον ὄντα, καὶ ἐς πᾶν ὁπουοῦν ἕτερον τῆς ἑαυτοῦ κινεῖν ὄντα γνώ-

Hos inter exorta contentione, ad animorum discidia ventum est. Nam alii præstare dicebant, vt sacramēta floccifacerent, quæ id temporis, quo Romanorum se potestati permisissent, præstiterant. E diuerso alii, nullo modo quidquam aduersus pacta conuenta faciundum, aiebant. Et qui datam fidem pedibus proculcari volebat, ac suæ nationis homines hortabatur, vt id facerent, Priulfus erat: Fraūītius vero, qui iuramentis præstitis insistendum cōtendebat. Diu quidem certe non cōstabat, has inter eos rixas esse. Quum autem aliquando mensæ principis adhibiti, compotatione producta longius, ad iras abrepti mutuas prorupissent, animiq; sui quisque sententiam aperuisset: Imperator, voluntate cuiusque cognita, finem epulo imposuit. Illi vero, quum e prætorio discessissent, animis tantopere moti sunt; vt tamdem hæc non ferēs Fraustius, educto gladio Priulfum cæsum interficeret. Quū autem milites illius adgredi Fraustium cogitarent, stantes in medio satellites principis, tumultum hunc progredi longius haud permiserunt. Hæc tamen Imperator audita modice tulit, & inimicitiarum auctores mutuis se vulneribus conficere passus est.

Legatos autem, muneribus deceptos & verbis, quæ moderationis & humanitatis plena viderentur, domum remisit; post eorum abitum adparatui rerum bellicarum intentus. Eius autem caput esse ratus, vt est, delectum prætorum; Romanis quidem exercitibus ducem Timasium, & secundum hunc, Stelichonem præfecit. & erat hic Serenæ, principis Theodosii fratris filiæ, maritus. Fœderatos autem barbaros, Gaini & Saulo parere iussit. Horum potestatis particeps erat & Bacurius, oriūdus ex Armenia, vir omnis expers improbitatis, & rebus præterea bellicis exercitus. Hoc modo delectis ab eo ducibus, quum iam ad profectionem properaret: cōiugē ipsius Gallam parturiētem mori contigit, infantis onere cum vita deposito. Huic Homerico more diurnis Imperator persolutis lacrumis, cū exercitu, bellū gesturus, discedit; Arcadio filio relicto, qui iam ante fuerat Imperator declaratus. Et quoniā adhuc iuuenis erat, remedio quasi quodā id supplens, quod per ætatem ad prudētiam ei deerat; Rufinum ibidem relinquit, qui simul & aulæ præfectus esset, & ex animi sui arbitratu in quasuis res alias do-

minatum haberet; adeoque ageret omnia, quæcumq; principi potestas eminentiæ tribuit. His constitutis, & Honorio minore filio secum abducto, sitas in medio nationes omnes cursim transiit; & Alpium aditu præter omnem spem potitus, ad hostes accessit, inopinato aduentu Eugenio territo. Ceterum præstare ratus, vt legiones barbaras in aduersos immitteret, iisq; primum periclitaretur: Gainem, cū nationibus sibi subditis, hostem adgredi iussit, sequentibus hunc aliis etjam ducibus, quicumq; barbaricis ordinibus, equitibus inquam, & sagittariis equestribus, & peditatui præerant. Aduersus hos quum suos quoq; produxisset Eugenius, omnibusq; copiis cōgressi iam essent exercitus: ipso prœlii tempore talis defectus solis accidit, vt maiore temporis spatio nox esse potius, quam dies, existimaretur. Quumq; nocturnā quodam modo pugnā exercitus pugnarent, tanta strages hominū edita fuit; vt eo die maior pars fœderatorū Theodosi principis interficeretur, vna cū Bacurio duce, qui ante suos fortissime se periculis obiecit; ceteri, præter opinionem, fugae iam residuis euaderent. Igitur vbi noctis interuentu se recollegissent exercitus, elatus ob victoriam Eugenius, dona distribuebat in eos, qui supra ceteros strenue se gesserant, & cenandi potestatem faciebat; quasi nullū amplius post tantam cladem acceptam, prœlium futurum esset. His autem ad epulas cōuersis, Theodosius Imperator aurorā adpetentem conspicatus, vniuersis cum copiis in hostes adhuc humi iacentes irruit; & nihil eorum, quę perpeterētur, sentientes occidit. Quumque progressus esset ad Eugenii tentorium, quotquot propter hunc aderant, adortus, complures interemit: nonnullis, quos ipse terror excitauerat, dum fugam molirentur, captis: inter quos & Eugenius erat. Huic arrepto caput abscissum, hasta longissima præfixum, totis castris circumlatum fuit: vt iis ostēderetur, qui adhuc a partibus illius stabāt, par esse, quando Romani haberi vellent, vt animis ad Imperatorem suum, præsertim tyranno iam de medio sublato, redirent. Quapropter omnes fere post victoriā superstites, ad Imperatorē cursu delati, Augustū inclamant, & admissorū veniam poscunt: quibus eorum precibus Imperator haud grauatim adnuit. Arbogastes aūt, qui Theodosii humanitatem

μης, περιέποντά τε ὅσα βασιλεῖ δίδωσιν ἡ τῆς ὑπεροχῆς ἐξουσία. ταῦτα τε διαθεὶς, καὶ τὸν νεώτερον τῶν παίδων Ὀνώριον ἅμα ἑαυτῷ συναπαγαγὼν, τὰ ἐν μέσῳ πάντα διέδραμεν ἔθνη· καὶ τῆς διὰ τῶν Ἄλπεων παρόδου κρατήσας παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα, τοῖς πολεμίοις ἐπέστη. καὶ τὸν μὲν Εὐγένιον τῷ παραλόγῳ κατέπληξεν· οἰηθεὶς δὲ ἄμεινον εἶναι τὰ βαρβαρικὰ τάγματα τοῖς ἐναντίοις *καθεῖναι, καὶ τούτοις προτέροις διακινδυνεῦσαι, Γαΐνην ἔταξε σὺν τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἔθνεσιν ἐπελθεῖν, ἑπομένων αὐτῷ καὶ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων, ὅσοι τῶν βαρβαρικῶν ἔλαχον ἐξηγεῖσθαι ταγμάτων, ἱππέων τε ὁμοῦ καὶ ἱπποτοξοτῶν, καὶ πεζῶν. ἀντεπεξελθόντος δὲ Εὐγενίου, καὶ παντὶ τῷ στρατεύματι συμπεσόντων ἀλλήλοις τῶν στρατοπέδων, ἡλίου μὲν ἔκλειψιν ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ τῆς μάχης συνέβη γενέσθαι τοιαύτην, ὥστε νύκτα εἶναι μᾶλλον ἐπὶ πλεῖστα νομίζεσθαι χρόνον· νυκτομαχοῦντα δὲ τρόπον τινὰ τὰ στρατεύματα, τοσοῦτον ἐργάσασθαι φόνον, ὥστε κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν τὸ μὲν πολὺ μέρος τῶν Θεοδοσίῳ τῷ βασιλεῖ συμμαχούντων ἀποθανεῖν, καὶ τὸν στρατηγὸν Βακούριον, ἀνδρειότατα τῶν σφετέρων προκινδυνεύσαντα· τοὺς δὲ ἄλλους παραλόγως ἅμα τοῖς περιλειφθεῖσι διαφυγεῖν. ἐπεὶ οὖν νυκτὸς γενομένης ἐφ' ἑαυτῶν ἐγένετο τὰ στρατόπεδα, ὁ μὲν Εὐγένιος, ἐπαρθεὶς τῷ προτερήματι, δῶρα τε διένειμε τοῖς ἠριστευκόσι, καὶ ἐνεδίδου δειπνεῖν· ὡς δὴ μηδενὸς ἔτι μετὰ τοσοῦτον ἐλάττωμα πολέμου γενησομένου. τῶν δὲ ἐπὶ τὸ ἑστιᾶσθαι τραπέντων, ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος, ὄρθρον ἤδη μέλλοντα θεασάμενος, ἐπέπεσε σὺν παντὶ τῷ στρατεύματι κειμένοις ἔτι τοῖς πολεμίοις, καὶ οὐδενὸς ὧν ἔπασχον αἰσθανομένους ἀπέσφαττε. προελθὼν δὲ καὶ μέχρι τῆς Εὐγενίου σκηνῆς, καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐπιθέμενος, ἀνεῖλε τοὺς πλείονας. ἔνιοι δὲ τῇ καταπλήξει διεγερθέντες, καὶ ὁρμήσαντες εἰς φυγὴν, ἡλώκεσαν· ἐν οἷς καὶ αὐτὸς Εὐγένιος ἦν. ὃν συναρπάσαντες, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀφελόμενοι, κοντῷ τε διαπείραντες μακροτάτῳ, παντὶ περιέφερον τὸ στρατόπεδον, δεικνύντες τοῖς ἔτι *κἀκείνου φρονοῦσιν, ὡς προσήκει, Ῥωμαίους ὄντας, ὡς τὸν βασιλέα τῆς γνώμης ἐπιμεληθῆναι, ἐκποδὼν μάλιστα τοῦ τυράννου γεγενημένου. πάντες μὲν οὖν (ὡς εἰπεῖν) οἱ μετὰ τὴν νίκην ὑπολειφθέντες, ἐπὶ τὸν βασιλέα δραμόντες, τοῦτόν τε Αὔγουστον ἀνεβόησαν, καὶ ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις ἠξίουν ἔχειν συγγνώμην· καὶ ὁ βασιλεὺς ῥᾷον ἐπείθετο. Ἀρβογάστης δὲ, τυχεῖν ὑπὸ Θεοδοσίου φιλανθρωπίας οὐκ

ἀξιώσας

ἀξιώσας, ἐπὶ τὰ τραχύτατα συνέφυγε τῶν ὀρῶν. αἰσθόμενος δὲ ὡς πάντα περινοστοῦσι τόπον οἱ τοῦτον ἐπιζητοῦντες, ἑαυτὸν ὑπέθηκε τῷ ξίφει, τὸν ἑκούσιον θάνατον τῆς ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν συλλήψεως προτιμήσας.

Τῶν δὲ πραγμάτων ὧδε τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ προχωρησάντων, ἐπιδημήσας τῇ Ῥώμῃ, τὸν υἱὸν Ὁνώριον ἀναδείκνυσι βασιλέα, Στελίχωνα στρατηγόν τε ἀποφήνας ἅμα τῶν αὐτόθι ταγμάτων, καὶ ἐπίτροπον καταλιπὼν τῷ παιδί. συγκαλέσας δὲ τὴν γερουσίαν, τοῖς ἄνωθεν παραδεδομένοις ἐμμένουσαν πατρίοις, καὶ οὐχ ἑλομένην ἔτι συνενεχθῆναι τοῖς περὶ τὴν τῶν θεῶν ἀποκλίνασι καταφρόνησιν, λόγους *προσῆγε, παρακαλῶν ἀφιέναι μὲν ἣν πρότερον μετῄεσαν (ὡς αὐτὸς ἔλεγε) πλάνην, ἑλέσθαι δὲ τὴν τῶν Χριστιανῶν πίστιν, ἧς ἐπαγγελία, παντὸς ἁμαρτήματος καὶ πάσης ἀσεβείας ἀπαλλαγή. μηδενὸς δὲ τῇ παρακλήσει πεισθέντος, μηδὲ ἑλομένου τῶν ἀφ' οὗπερ ἡ πόλις ᾠκίσθη παραδεδομένων αὐτοῖς πατρίων ἀναχωρῆσαι, καὶ προτιμῆσαι τούτων ἄλογον συγκατάθεσιν, (ἐκεῖνα μὲν γὰρ φυλάξαντας, ἤδη διακοσίοις καὶ χιλίοις σχεδὸν ἔτεσιν ἀπόρθητον τὴν πόλιν οἰκεῖν· ἕτερα δὲ ἀντὶ τούτων ἀλλαξαμένους, τὸ ἐκβησόμενον ἀγνοεῖν) τότε δὴ ὁ Θεοδόσιος βαρύνεσθαι τὸ δημόσιον ἔλεγε τῇ περὶ τὰ ἱερὰ καὶ τὰς θυσίας δαπάνῃ, βούλεσθαί τε ταῦτα περιελεῖν, οὔτε τὸ πραττόμενον ἐπαινοῦντα, καὶ ἄλλως τῆς στρατιωτικῆς χρείας πλειόνων δεομένης χρημάτων. τῶν δὲ ἀπὸ τῆς γερουσίας μὴ κατὰ θεσμὸν εἰπόντων πράττεσθαι τὰ τελούμενα, μὴ δημοσίου τοῦ δαπανήματος ὄντος, διὰ τοῦτό τε τοῦ θυηπολικοῦ θεσμοῦ λήξαντος, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα τῆς πατρίου παραδόσεως ἦν, ἐν ἀμελείᾳ κειμένων, ἡ Ῥωμαίων ἐπικράτεια κατὰ μέρος ἐλαττωθεῖσα, βαρβάρων οἰκητήριον γέγονεν, ἢ καὶ τέλεον ἐκπεσοῦσα τῶν οἰκητόρων, εἰς τοῦτο κατέστη σχήματος, ὥστε μηδὲ τοὺς τόπους ἐν οἷς γεγόνασιν αἱ πόλεις, ἐπιγινώσκειν.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς τοῦτο τύχης κατενεχθέντα, δείξει σαφῶς ἡ κατὰ μέρος τῶν πραγμάτων ἀφήγησις· ὁ δὲ βασιλεὺς Θεοδόσιος, τὰ κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἔθνη, καὶ Ἴβηρας καὶ Κελτούς, καὶ προσέτι γε Λιβύην ἅπασαν, Ὁνωρίῳ τῷ παιδὶ παραδούς, αὐτὸς εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐπανιών, ἐτελεύτησε νόσῳ· καὶ τὸ τούτου σῶμα ταριχευθέν, τοῖς ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει βασιλικοῖς τάφοις ἐναπετέθη.

experiri non cuperet, in mõtes asperrimos confugit: & animaduertens, omnia loca perlustrari ab iis qui cum quærerẽt; ipse sibi manus intulit; præstare ratus, vt voluntariam mortem potius oppeteret, quum vt ab hostibus caperetur. Quum hoc modo res Theodosio principi successissent, Romam ingressus, HONORIVM filium Imperatorẽ declarat, Stelichone legionum in iis locis duce creato, & eodem filio suo tutore relicto. Ceterum aduocato Senatu, qui patritis auitisq; ritibus inhærebat, nec adhuc permoueri poterat, vt iis adsentiretur qui ad contemtum deorum deflexerant; orationem habuit, qua eos hortabatur, vt missum facerent errorem, (sic enim adpellabat) quem hactenus sequuti fuissent; & Christianorum fidem amplecterentur; quæ liberationem ab omni delicto & impietate policeatur. Sed quum huic exhortationi nemo pareret, nec a patritis ritibus, quos inde vsque ab origine vrbis accepissent, discedere vellent, & his expertem rationis adsensum præferre: (quum dicerent, illis obseruatis, se iam mille ducẽtis propemodum annis vrbem inuictam incoluisse; cum quibus si commutarent alia, quid euenturum esset, ignorarent) tum vero Theodosius, fiscum sumtu grauari, qui in sacra & hostias fieret; seque ista velle abolere dixit: qui neq; probaret id quod ageretur; & alioqui sciret, penuriam militarem maiores pecunias poscere. Quũ senatus respondisset, non rite fieri sacrificia, nisi de publico fierent impensæ; nihiloque minus ob hæc sacrorum lex abolita cessarit, aliaq; neglecta iaceant, quæcumque a maioribus tradita fuerunt: deminutum particulatim Romanum imperium, barbarorum domicilium factum est; aut potius incolis prorsus amissis, ad eam redactũ est formam, vt ne loca quidem, in quibus vrbes sitæ fuerunt, adgnoscantur. Sed hæc ad istam cõdicionem deuenisse, particulatim instituta rerũ narratio clare monstrabit. Ceterum Theodosius Imperator, Italiæ populis, & Hispanis, & Celtis, & vniuersa præter hæc Africa, Honorio filio suo traditis: dum Constantinopolim reuertitur, morbo vitam finiit; eiusque corpus pollinctum, sepulcris imperatoriis, quæ Constantinopoli sunt, illatum fuit.

ZOSIMI HISTORIARVM LIBER QVINTVS.

POSTEAQVAM summum imperium ad ARCADIVM & HONORIVM peruenisset, nomine quidem tenus id obtinere videbātur; sed reapse totius principatus potestas per oriētem penes *Rufinum*, per occidentem in arbitrio *Stelichonis* erat. Itidē lites omnes apud eos magna licentia determinabantur; & victor abibat, qui pecunia sententiam redimebat, vel alioqui iudicis beneuolentiam necessitudine quadam ad se trahebat. Prædia vero, quorum domini omnium ore tamq̃ beati prædicabantur, ad hos ipsos perueniebant: aliis quidē, muneribus eos demulcentibus, eaque via calumnias euitantibus: aliis vero sponte res suas dimittentibus, vt magistratū aliquem consequerentur, vel aliam quamdam vrbium perniciem sibi compararent. Quumq; per vrbes omne genus improbitatis increuisset, quidquid vbiq; diuitiarū erat, in Rufini Stelichonisq; domum cōfluebat; & omnib. in locis paupertas eorū domos exhauriebat, qui locupletes olim fuerant. Neque principes sentiebant quidquā eorum quæ gerebantur: sed quęcumq; Rufinus imperasset, aut Stelicho, pro lege non scripta ducebant. Et quoniā immensas opes illi congesserant, iā Rufinus de imperio quoq; sibi parando somniabat, quum de tradenda in matrimonium principi filia nubili cogitaret, atq; hanc adeundi principatus occasionem haberet. Adeoq; de hoc per quosdam inseruiētes principi secreto mentionem iniicit; quum ipse quidem existimaret, nemini omnino quidquam de hoc consilio constare; fama vero passim id, quod moliebatur, ad ipsam plebem vsq; diuulgaret. Nam ex ipso tumore superbiæ, & crescēte in dies adrogātia, quid haberet in animo, coniiciebāt omnes; & odiū commune aduersus eum augescebat. Ipse vero, quasi si delicta modica maioribus de industria facinorib. occultare vellet, aliud quiddā huiusmodi ausus est. Florentius, qui apud transalpinas gentes præfectus prætorii fuerat id temporis, quo magnus ille Iulianus dignitatē Cæsaris obtinebat, filium habuit Lucianū. Hic Rufino patrono vtebatur, & prędiis suis maximi pretii iā ei cesserat. Quo nomine se iuueni Rufinus obligatū, numq̃ non profitebatur; & laudes eius apud Imperatorem Arcadium cōmemorabat. Is vero comitem orientis fecit: cuius magistratus

ΖΩΣΙΜΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΟ ΠΕΜΠΤΟΝ.

ΤΗΣ δὲ τῶν ὅλων ἀρχῆς εἰς Ἀρκάδιον καὶ Ὁνώριον περιστάσης, ἄχρι μὲν ὀνόματος ἐδόκουν ἔχειν τὸ κράτος· ἡ δὲ πᾶσα τῆς ἀρχῆς δύναμις ἦν, κατὰ μὲν τὴν ἑῴαν, παρὰ Ῥουφίνῳ, κατὰ δὲ τὴν ἑσπέραν, ἐν τῇ Στελίχωνος γνώμῃ· δίκαι τὲ πᾶσαι παρ' αὐτοῖς κατ' ἐξουσίαν ἐκρίνοντο, καὶ ἀπῄει κεκρατηκὼς ὁ χρημάτων τὴν ψῆφον ὠνούμενος, ἢ ἄλλως οἰκειότητι τὴν τοῦ δικάζοντος ἐπισπώμενος εὔνοιαν. κτήματα δὲ, ὅσα τοὺς κυρίους ἐν τοῖς ἁπάντων ἐποίει στόμασιν εὐδαίμονας ὀνομάζεσθαι, μετῄει πρὸς τούτους, τῶν μὲν, δωρεαῖς θεραπευόντων, καὶ τούτῳ τὸ συκοφαντεῖσθαι διαφευγόντων, ἑτέρων δὲ τὰ οἰκεῖα προϊεμένων ὑπὲρ τοῦ τυχεῖν ἀρχῆς, ἢ ἄλλον τινὰ πρίασθαι τῶν πόλεων ὄλεθρον. παντὸς δὲ εἴδους πονηρείας ταῖς πόλεσιν ἐπιπολάζοντος, ὁ μὲν ἁπανταχόθεν πλοῦτος εἰς τὴν Ῥουφίνου καὶ Στελίχωνος οἰκίαν εἰσέρρει, καὶ ἡ πενία κατὰ πάντα τόπον ἐπενέμετο τὰς τῶν πάλαι πλουτούντων οἰκίας· ᾐσθάνοντο δὲ τῶν γινομένων οἱ βασιλεῖς οὐδενὸς, ἀλλὰ ἄγραφον [ᾤοντο] νόμον, ὅσα Ῥουφῖνος ἐπέταττε καὶ Στελίχων. ἐπεὶ δὲ *ἄπληστος ἦν αὖθις πλοῦτος συνειλεγμένος, ἤδη καὶ τὴν βασιλείαν ἑαυτῷ μνᾶσθαι Ῥουφῖνος ὠνειροπόλει, διανοούμενος, ἣν εἶχε θυγατέρα γάμου ὡραίαν, καὶ ἐγγυῆσαι τῷ βασιλεῖ· ὅπερ εἰσδύσεως πρόφασιν εἶχε. καὶ δὴ καθίησι περὶ τούτου λόγους ἐν παραβύστῳ διά τινων ἐπὶ τῇ βασιλικῇ θεραπείᾳ τεταγμένων, αὐτὸς μὲν οἰόμενος μηδένα παντάπασι τὴν σκέψιν εἰδέναι, τῆς δὲ φήμης ἄχρι [τοῦ δήμου] τὸ μελετώμενον ἐνεγκούσης. ἐκ γὰρ τοῦ τῆς ὑπεροψίας ὄγκου, καὶ τῆς ὁσημέραι προστιθεμένης ἀλαζονίας, τῆς *τούτου ἐννοίας ἅπαντες ἐτεκμαίροντο, καὶ τὸ κατ' αὐτοῦ κοινὸν ηὐξάνετο μῖσος. ὁ δὲ, ὥσπερ τὰ μετριώτερα πλημμελήματα μείζοσιν ἀτοπήμασιν ἐξεπίτηδες ἀποκρύψαι βουλόμενος, ἕτερον ἐτόλμησε τοιόνδε. Φλωρεντίῳ, τῆς αὐλῆς ἐν τοῖς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνεσιν ὑπάρχῳ γενομένῳ κατὰ τοὺς χρόνους ἐν οἷς Ἰουλιανὸς ὁ μέγας τὴν τοῦ καίσαρος εἶχε τιμὴν, Λουκιανὸς ἦν υἱός. οὗτος ἐχρῆτο προστάτῃ Ῥουφίνῳ, τὰ τιμιώτατα τῶν ὄντων αὐτῷ κτημάτων εἰς ἐκεῖνον μετενεγκών· ἐφ' οἷς ὁμολογῶν χάριτας ὁ Ῥουφῖνος τῷ νεανίσκῳ διετέλεσεν, ἐπαίνους αὐτοῦ παρὰ τῷ βασιλεῖ *Ἀρκαδίῳ διεξιών. ὁ δὲ, κόμητα τῆς *ἑῴας πεποίηκεν. αὕτη δὲ ἡ

ἀρχὴ

ἀρχὴ βούλεται τὸν προβεβλημένον αὐτῆς, ἐφεστάναι πᾶσι τοῖς τὰς [τὴν] ἑώας ἐπαρχίας ἰθύνουσι, καὶ ἐπὶ τοῖς οὐ κατὰ τὸ δέον πραττομένοις εὐθύνειν. ὁ Λουκιανὸς τοίνυν, πᾶσαν [ἀρχικὴν] ἀρετὴν εἰς τοὺς ἀρχομένους ἐπιδεικνύμενος, ἐπὶ δικαιοσύνῃ, καὶ σωφροσύνῃ, καὶ πᾶσι τοῖς ἄρχοντα κοσμεῖν δυναμένοις, διαβόητος ἦν, οὔτε προσώπων διαφορὰν, οὔτε ἕτερόν τι κατὰ νοῦν ἔχων, πλὴν ὧν ὁ νόμος ὑπηγόρευε. ὥστε ἀμέλει καὶ τὸν τοῦ βασιλέως θεῖον Εὐχέριον, αἰτοῦντά τι παρὰ τὸ προσῆκον, ἀποστήσας, εἰς τοῦτον ἐκίνησεν, ὥστε πρὸς τὸν βασιλέα διαβάλλειν. ἐπεὶ δὲ ὁ βασιλεὺς αἴτιον εἶπεν εἶναι Ῥουφῖνον, ἀνδρὶ τοιούτῳ τοσαύτην ἀρχὴν δεδωκότα, λαβὼν πρόφασιν ὁ Ῥουφῖνος, καὶ ἐφ' οἷς ἐμέμψατο ὁ βασιλεὺς δῆθεν ἀγανακτῶν, οὐδενὶ τὴν γνώμην ἣν εἶχεν ἐκφήνας, ἅμα σφόδρα ὀλίγοις ἐπὶ τὴν Ἀντιόχειαν ἵεται· νυκτὸς δὲ βαθείας ἐπιδημήσας τῇ πόλει, τὸν Λουκιανὸν συναρπάσας, εἰς εὐθύνας ἦγε, κατηγοροῦντος παντάπασιν οὐδενός. σφαίραις δὲ μολιβδίναις αὐτὸν κατὰ τοῦ τένοντος ἐκέλευε παίεσθαι· καὶ διαλιπόντα παραχρῆμα φέρεσθαι φορείῳ κεκαλυμμένον ἐποίει, διδοὺς ἅπασιν ὑπόνοιαν, ὡς οὐ τεθνηκὼς εἴη, τεύξεται δὲ πάντως φιλανθρωπίας. καὶ ἡ μὲν πόλις ἐπὶ τῷ παραλόγῳ τοῦ δράματος ἐδυσχέραινεν· ὁ δὲ, πραΰνων τὸν δῆμον, βασιλικὴν ᾠκοδόμει στοὰν, ἧς οὐδὲν ἡ πόλις ἔχει διαπρεπέστερον οἰκοδόμημα. καὶ ἐπὶ τούτοις ἐπανελθὼν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν, τὰ περὶ τῆς τοῦ βασιλέως κηδείας ἐπραγματεύετο, σπεύδων ὅσον οὔπω τὴν θυγατέρα τούτῳ συνάψαι. Τύχης δέ τινος ἕτερόν τι παρὰ τὸ προσδοκώμενον ἐκείνῳ πρυτανευούσης, διήμαρτε τῆς ἐλπίδος ὁ Ῥουφῖνος, ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. ἤστην δύο παῖδε Προμώτῳ, Θεοδοσίου περιόντος ἔτι, τοῖς αὐτοῦ παισὶ συναναστρεφόμενοι· τούτων δὲ ἅτερος εἶχε παρ' ἑαυτῷ παρθένον, κάλλει λάμπουσαν ἐξαισίῳ. ταύτην Εὐτρόπιος, εἷς τῶν περὶ τὴν βασιλικὴν θεραπείαν εὐνούχων, ἀγαγέσθαι παρῄνει τῷ βασιλεῖ, τὰ περὶ τοῦ κάλλους διεξιών. ἐπεὶ δὲ τοὺς λόγους ἡδέως ἑώρα δεχόμενον, ἔδειξε τῆς κόρης εἰκόνα· ταύτῃ τε πρὸς μείζονα τὸν Ἀρκάδιον ἐγείρας ἐπιθυμίαν, ἔπεισε τὸν ταύτης γάμον ἑλέσθαι, Ῥουφίνου μηδὲν ἐπισταμένου τῶν πραττομένων, οἰομένου δὲ ὅσον οὔπω τὴν αὐτοῦ θυγατέρα τῷ βασιλεῖ συνοικήσειν, κοινωνήσειν τε αὐτῷ μετ' οὐ πολὺ τῆς τῶν ὅλων ἀρχῆς. ὡς δὲ τὴν ἐπὶ τῷ γάμῳ πρᾶξιν ἑώρα κατωρθωμένην ὁ εὐνοῦχος αὐτῷ, χορεύειν τῷ δήμῳ καὶ στεφανηφορεῖν,

ea potestas est, vt, qui eũ gerit, omnibus prouincias orientis administrantibus præsit, & quæcumq; non aguntur, vti par erat, corrigat. Itaq; Lucianus omnem erga subditos dignam præside virtutem declarans, ob iusticiam, temperantiam, ceterasq; dotes omnes, quę magistratum ornare possunt, sane quam celebris erat: nec vel personarũ discrimen, vel aliud quidquam in animo eius hærebat, extra ea quæ lex dictaret: ita quidem, vt aliquãdo Imperatoris etiam patruum Eucherium, petentem aliquid pręter rationem decori, re nõ impetrata reiectum, tantopere commouerit, vt is hominem apud Imperatorem calumnia grauaret. Quumq; princeps in Rufinum culpam conferret, qui tali viro tantam potestatem dedisset; Rufinus, arrepta occasione, quasiq; principis reprehensionem moleste ferẽs, nemini consilio suo patefacto, cum paucis admodum Antiochiam proficiscitur: & intempesta nocte ciuitatẽ ingressus, comprehẽsum Lucianum, nemine prorsus accusante, caussam dicere cogit. Plumbeis autem pilis in ceruicem ei verbera dari iubet. quũque defecisset, mox opertum lectica vehi curat; omnibus eam præbens opinionem, quasi vita necdum amissa, quamdam omnino humanitatem experturus esset. Et vrbe quidem ipsa facinus insolens ęgerrime ferẽte, Rufinus plebem demulcẽs, regiam porticum exstruxit, qua nullũ habet vrbs ædificiũ splendidius. His peractis, Constantinopolim reuersus, impetrandæ adfinitatis imperatorię negotium adgreditur; magisq;, quam vmquam alias, principi filiã in matrimonium collocare studet. Sed quũ casus quidam aliud ei quidpiam præter exspectationẽ procuraret, ex huiusmodi caussa spe Rufinus excidit. Erant duo Promoti filii; qui adhuc superstite Theodosio, cum liberis eius educabantur. Horum alter apud se virginem habebat, eximia pulchritudine spectabilem. Hãc Eutropius, vnus ex inseruientibus Imperatori eunuchis, vt vxorẽ princeps duceret, venustate puellæ prædicata, cohortatur. Quũq; videret principem, quæ diceret, nõ illubenter admittere: monstrata puellæ imagine, perq; hãc Arcadio maius ad desideriũ incitato; huius vti nuptias amplecteretur, persuasit: Rufino eorũ ignaro, quę tractarentur, & existimante, tantum non propediem filiam suam principi nupturã, seq; non multo post, illius in summo imperio cõsortem futurum. Eunuchus autẽ, conspicatus, iam confectum ab se nuptiarum negotium: tripudiare populum, & sertis vti,

velut in nuptiis principis fieri cōsueſſet, iubet. Quumq; veſtem, quæ principem deceret, & mundum e regia ſumſiſſet, eaq; geſtanda miniſtris Imperatoris dediſſet: populo præeunte, per vrbem mediam incedit. Ratis autem omnibus, hęc Rufini filiæ datum iri, & illos comitantibus, qui ea ferebant; vbi progrediendo propius ad Promoti domum acceſſiſſent, cū donis hanc ſponſaliciis intrant; eisq; puellæ virgini traditis, quæ apud filium Promoti educabatur, quænam principis futura coniux eſſet, oſtenderūt. Hoc modo Rufinus ſpe ſua deiectus, qui aliam cum principe nuptam cerneret; quod reliquum erat, diſpiciebat, qua via Eutropium quoq; de medio tolleret. Et Arcadiani quidem imperii res in hoc ſtatu erāt. Stelicho vero, qui regni occidētalis curam gerebat, Honorio principi filiam, quam ſuſceperat ex Serena, matrimonio copulat. Et iſtæc Serena filia erat Honorii, qui Theodoſii, principum parentis, frater fuit. Cōmunita vero per Imperatoris adfinitatē potentia, ceteroquin etiam propemodū vniuerſas Romanorum copias ſibi ſubiectas habebat. Nam quum poſt deiectum imperio Eugenium, Theodoſius in Italia rebus humanis exceſſiſſet: Stelicho, qui dux totius exercitus erat, robuſtiſſimos & bellicoſiſſimos quoſq; milites ſibi retinuerat; viribus exhauſtos, & reiiculos, in orientem ablegās. His ita conſtitutis, quum Rufino ſuccenſeret, qui poteſtatem ſuæ parē per orientem habere vellet: ad Arcadium proficiſci cogitabat; cupiens & illius res pro lubitu ſuo diſponere. Quippe dicebat, ab Theodoſio morituro ſibi datum in mādatis, vt omni cura principem vtrumque complecteretur.

Hęc Rufinus animaduertens, quauis arte moliebatur, vt profectionē Stelichonis in oriētem auerteret; nihiloq; minus Arcadii copias militares diſſiparet, ac debiliores redderet. Quæ omnia ſollerter agere inſtituens, homines nequiores ad iſta perficienda reperit, quam cuperet: quorum vſus opera, magnorum imperio Romano malorum auctor exſtitit. Et quonā id pacto, dicā. Muſonius, homo Gręcus, qui ſummū doctrinæ faſtigium adtigit, tres habuit filios; Muſonium, Antiochū, & Axiochum. Muſonius & Axiochus, eruditione pariter, & integritate, virtutes paternas ſuperare cōtendebant: Antiochus, omnibus diuerſis ſtudiis oblectabatur, & inſtrumentū improbitatis erat. Hūc Rufinus, idoneū inſtituto ſuo repertum,

ὡς ἐπὶ βασιλικοῖς ἐκέλευε γάμοις. ἐσθῆτα δὲ βασιλεῖ πρέπουσαν καὶ κόσμον ἐκ τῶν βασιλείων λαβών, ταύτην τε φέρειν δοὺς βασιλικοῖς ὑπηρέταις, ἦγε διὰ μέσης τῆς πόλεως, ἡγουμένου τοῦ δήμου. πάντων δὲ τῇ Ῥουφίνου ταῦτα δώσειν τῇ θυγατρὶ . . καὶ συμπαρατρεχόντων τοῖς φέρουσιν, ἐπειδὴ προϊόντες ἐγένοντο τῆς Προμώτου πλησίον οἰκίας, εἰσῄεσάν τε μετὰ τῶν ἕδνων, καὶ ἀποδόντες τῇ παρὰ τῷ Προμώτου παιδὶ τρεφομένῃ παρθένῳ, τὴν τῷ βασιλεῖ συνοικεῖν μέλλουσαν ἔδειξαν. οὕτως ὁ Ῥουφῖνος τῆς ἐλπίδος ἀποκρουσθείς, ἐπειδὴ ἑτέραν συνοικοῦσαν εἶδεν ἑώρα, τὸ λειπόμενον ἐσκόπει, πῶς ἂν καὶ τὸν Εὐτρόπιον ἐκποδὼν ποιήσειε. Καὶ τὰ μὲν ὑπὸ τὴν Ἀρκαδίου βασιλείαν, ἐν τούτοις ἦν. Στελίχων δέ, τὴν κατὰ τὴν ἑσπέραν βασιλείας ἐπιτροπεύων, ἐκδίδωσι πρὸς γάμον Ὁνωρίῳ τῷ βασιλεῖ τὴν ἀπὸ Σερήνας οὖσαν αὐτῷ θυγατέρα. Σερήνα δὲ ἦν παῖς Ὁνωρίου, ὃς Θεοδοσίῳ τῷ τῶν βασιλευόντων πατρὶ γέγονεν ἀδελφός. ὀχυρώσας δὲ τῇ πρὸς τὸν βασιλέα κηδείᾳ τὴν δύναμιν, καὶ ἄλλως ἅπαν σχεδὸν τὸ Ῥωμαίων στρατόπεδον ὑπήκοον εἶχε. τελευτήσαντος γὰρ μετὰ τὴν Εὐγενίου καθαίρεσιν ἐν Ἰταλίᾳ Θεοδοσίου, στρατηγὸς ὢν τοῦ παντὸς στρατεύματος ὁ Στελίχων, εἴ τι δυνατὸν αὐτοῦ καὶ πολεμικώτατον ἦν, τοῦτο κατεῖχε· τὸ δὲ ἀπεσκληκὸς καὶ ἀπόβλητον, χωρεῖν ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἠφίει. καὶ ταῦτα διαθείς, ἔχων τε πρὸς Ῥουφῖνον εἰκότως, οἷα δύναμιν αὐτῷ ἀντίρροπον κατὰ τὴν ἑῴαν ἔχειν βουλόμενον, ὡς Ἀρκάδιον ἰέναι διενοεῖτο, διαθεῖναι κατ᾽ ἐξουσίαν καὶ τὰ κατ᾽ ἐκεῖνον ἐθέλων. ἔλεγε γάρ, ἐπιτετράφθαι παρὰ Θεοδοσίου τελευτᾶν μέλλοντος, τὰ κατ᾽ ἄμφω τοὺς βασιλέας ἔχειν ἐν πάσῃ φροντίδι. τούτων ὁ Ῥουφῖνος αἰσθόμενος, ἐκ πάσης ἐβουλεύετο μηχανῆς ἐκποδὼν γενέσθαι τὴν τοῦ Στελίχωνος ἐπὶ τὴν ἑῴαν ὁρμήν, καταλῦσαι δὲ οὐδὲν ἧττον, καὶ ἀσθενεστέραν τὴν οὖσαν Ἀρκαδίῳ στρατιωτικὴν δύναμιν καταστῆσαι. ταῦτα δὴ πάντα πραγματευόμενος, ἄνδρας εὗρε πρὸς ταῦτα πονηροτέρους ἢ ὥσπερ ἐβούλετο. οἷς χρησάμενος, μεγάλων ἦρξε τῇ Ῥωμαίων ἐπικρατείᾳ κακῶν. τὸ δὲ ὅπως, ἐρῶ. Μουσώνιος, Ἕλλην ἀνήρ, καὶ παιδείας ἥκων εἰς ἄκρον, τριῶν ἐγένετο παίδων πατήρ· οἷς ὀνόματα ἦν, Μουσώνιος, καὶ Ἀντίοχος, καὶ Ἀξίοχος. ἀλλὰ Μουσώνιος μὲν καὶ Ἀξίοχος, παιδείᾳ καὶ καλοκἀγαθίᾳ τὰς τοῦ πατρὸς ἐπεθύμουν παραδραμεῖν ἀρετάς· Ἀντίοχος δέ, πᾶσιν ἐνεβριμοῦτο τοῖς ἐναντίοις, αὐτὸς πονηρίας ὄργανον ὤν. τοῦτον ἁρμόδιον οἷς ἐβούλετο Ῥουφῖνος εὑρών,

αἰθύπατον

ἀνθύπατον καθίστησι τῆς Ἑλλάδος, ἕτοιμον ἐθέλων τοῖς ἐπιοῦσι βαρβάροις ποιῆσαι τὴν αὐτῆς ἀπώλειαν· [καὶ] Γεροντίῳ τὴν ἐν Θερμοπύλαις παραδοὺς φυλακὴν, ὑπηρετησομένῳ ταῖς αὐτοῦ κατὰ τῆς πολιτείας ἐννοίαις. Ταῦτα Ῥουφῖνος πονηρευσάμενος, ἐπεὶ στασιάζοντα καὶ ἀλλοτριωσάμενον τῶν νόμων ἑαυτὸν ἐθεώρησεν Ἀλάριχον (ἠγανάκτει γὰρ, ὅτι μὴ στρατιωτικῶν ἡγεῖτο δυνάμεων, ἀλλὰ μόνους εἶχε τοὺς βαρβάρους, οὓς Θεοδόσιος ἔτυχεν αὐτῷ παραδοὺς, ὅτε σὺν αὐτῷ τὴν Εὐγενίου τυραννίδα καθεῖλε) τότε τοίνυν ἐσήμαινε δι' ἀπορρήτων αὐτῷ, προσωτέρω τοὺς σὺν αὐτῷ βαρβάρους, ἢ ἄλλως σύγκλυδας ὄντας ἐξαγαγεῖν, ὡς ἑτοίμων ἁπάντων εἰς ἅλωσιν ἐσομένων. ἐπὶ τούτοις Ἀλάριχος τῆς Θρᾴκης ἀπανίστατο τόπων, καὶ ἐπὶ Μακεδονίαν προῄει καὶ Θετταλίαν, πάντα καταστρεφόμενος τὰ ἐν μέσῳ. γενόμενος δὲ Θερμοπυλῶν πλησίον, ἔπεμπε λάθρα πρὸς Ἀντίοχον τὸν ἀνθύπατον, καὶ Γερόντιον τὸν ἐφεστηκότα τῇ Θερμοπυλῶν φυλακῇ, τὴν ἔφοδον ἀγγέλλοντας. καὶ ὁ μὲν ἀπεχώρει μετὰ τῶν φυλάκων, ἐνδιδοὺς ἐλευθέραν καὶ ἀκώλυτον τὴν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα πάροδον τοῖς βαρβάροις. οἱ δὲ, ἐπὶ λείαν ἕτοιμον τῶν ἀγρῶν καὶ πανώλεθρον τῶν πόλεων ἀπώλειαν ἐχώρουν, τοὺς μὲν ἄνδρας ἡβηδὸν ἀποσφάττοντες, παιδάρια δὲ καὶ γυναῖκας ἀγεληδὸν ἅμα τῷ πλούτῳ παντὶ ληϊζόμενοι. καὶ ἡ μὲν Βοιωτία πᾶσα, καὶ ὅσα μετὰ τὴν ἀπὸ Θερμοπυλῶν εἴσοδον Ἑλληνικὰ ἔθνη διῆλθον οἱ βάρβαροι, ἔκειντο, τὴν ἐξ ἐκείνου μέχρι τοῦ νῦν καταστροφὴν διδόντα τοῖς θεωμένοις ὁρᾶν, μόνων Θηβαίων διὰ τὸ τῆς πόλεως ὀχυρὸν περισωθέντων, καὶ ὅτι συνιδεῖν τὰς Ἀθήνας ἑλεῖν Ἀλάριχος, οὐκ ἐπέμεινε τῇ τούτων πολιορκίᾳ. Θηβαίων τοίνυν διὰ τοῦτο ἐκπεφευγότων, ἐπὶ τὰς Ἀθήνας ἐχώρει, ῥᾷστα τὴν πόλιν οἰόμενος ἑλεῖν, διὰ τὸ μέγεθος τὴν ἔνδον φυλάξαι οὐ δυναμένην, καὶ προσέτι τοῦ Πειραιῶς ἐχομένους, ὅσον οὐδέπω τῶν ἐπιτηδείων μετ' οὐ πολὺ πολιορκουμένους ἐνδώσειν. ἀλλ' ὁ μὲν Ἀλάριχος ἐν τούταις ἦν τῶν ἐλπίδων· ἔμελλε δὲ ἡ τῆς πόλεως ἀρχαιότης καὶ ἐν οὕτω δυσσεβέσι καιροῖς, θείαν τινὰ πρόνοιαν ὑπὲρ ἑαυτῆς ἐπισπάσασθαι, καὶ μένειν ἀπόρθητος. ἄξιον δὲ μηδὲ τὴν αἰτίαν δι' ἣν ἡ πόλις περιεσώθη, θεοπρεπῆ τινὰ οὖσαν, καὶ εἰς εὐσέβειαν τοὺς ἀκούοντας ἐπικαλουμένην, σιωπῇ διελθεῖν. ἐπιὼν Ἀλάριχος πανστρατιᾷ τῇ πόλει, τὸ μὲν τεῖχος ἑώρα περινοστοῦσαν τὴν πρόμαχον Ἀθηνᾶν, ὡς ἔστιν αὐτὴν ὁρᾶν ἐν τοῖς ἀγάλμασιν,

pro cõsule rebus Græciæ præficit, dũ facilẽ irruẽtibus barbaris Græciæ vastationẽ efficere nititur: simulq; Gerontio præsidiũ ad Thermopylas tradit, qui & ipse consiliis eius aduersus rempublicam subseruiturus esset. His a Rufino per summam nequitiam designatis, posteaquam seditiosum esse, legibusq; semet eximere vidit *Alarichum*; (qui permoleste ferret, militum se copiis haud præfici, sed eos dumtaxat habere barbaros, quos ei tradiderat Theodosius, quo tempore cum illo tyrannidem Eugenianam euerterat) secreto ei significat, vt quos secum haberet barbaros, aliosve collecticios diuersarum gentium milites, vlterius duceret, omnibus absque labore potiturus. His fretus Alarichus, e Thracia discedit, & in Macedoniam Thessaliamq; progreditur, interiectis omnib. excidio datis. Propius autem ad Thermopylas delatus, clam ad proconsulem Antiochũ mittit, & ad Gerontium, Thermopylarũ custodiæ præfectum, qui suum eis aduentum nuntiarent. Gerontius cum præsidiariis abscedit, transitumq; liberum, omni absque impedimento, barbaris in Græciã relinquit. Illi vero ad agros nullo negotio diripiendos, & delẽdas penitus vrbes progrediuntur. Quidquid virilis sexus esset, ætatisque puberis, interimunt; pueros & mulierculas gregatim, vna cum opibus vniuersis, ceu partam prædã abigũt. Ac Bœotia quidem vniuersa, ceterique Græcorum populi, quoscũq; post suũ de Thermopylis ingressum transiere barbari, prostrati iacebant: ac vastitatem ab illo tempore suam nunc quoq; spectantium oculis exhibent; solis Thebanis, partim ob vrbis munitionẽ, conseruatis; partim, quod Alarichus Athenas capere properãs, earũ obsidioni non inhæsisset. Quum igitur ob hanc caussam Thebani discrimen euasissent, Athenas contẽdit; facillime se vrbem occupaturum ratus, quod propter amplitudinem interiorem custodiri non posset; quodque præterea contiguũ Piræeum haberet, non multo post inopia cõmeatus obsessos deditionem facturos putabat. Et Alarichus quidem has spes fouebat. Verum vrbis antiquitas etiam in tam impiis malis diuinam quamdam prouidentiam euocatura pro se, ac mansura vastationis expers erat. Operæ vero pretium fuerit, ne caussam quidem, ob quam vrbs seruata fuit, sane diuinam, & excitantem auditores ad pietatem, silentio præteriri. Quum ad vrbem Alarichus vniuersis cum copiis accederet, murum quidem circumlustrantem vidit propugnatricẽ Mineruam ea specie, qua inter simulacra conspicitur

armatam ſcilicet, quaſiq; iam adeuntes inuaſurã; ante moenia vero ſtantem Achillem heroa, talem omnino, qualem Troianis Homerus exhibuit, quum ira ſtimulante, Patrocli necem vlturus in eos pugnaret. Hoc ſpectrũ non ferẽs Alarichus, omni aduerſus vrbem conatu intermiſſo, pacem per præcones ciuibus offert. quorum illi quum orationem probaſſent, ſacramentis vltro citroque præſtitis, cum paucis Athenas Alarichus ingreſſus eſt. Exceptus omni genere comitatis, poſteaquam & lauiſſet, & cum ſelectiſſimis in vrbe viris fuiſſet epulatus, & præterea muneribus cultus; vrbe pariter, & Attica tota, ſine vllo maleficio ceſſit. Ac ciuitas quidem Athenienſis tum eo terræmotu, qui Valente principe cõtigit, & vniuerſam ſuccuſſit Græciam, ſola manſit incolumis, quẽadmodum præcedente libro diximus: tum hoc tempore in extremum adducta diſcrimen, euaſit. Alarichus vero, quum Atticam totam, nulla fœdatã vaſtitate, metu ſpectrorum, quæ adparuerant, reliquiſſet, in Megaridem tranſit: & opido primo impetu capto, verſus Peloponeſum properat, inuẽto nemine, qui reſiſteret. Quumq; Gerontius Iſthmi tranſeundi copiam ei feciſſet, omnes ab eo deinceps vrbes capi citra laborem & pugnam poterant; quod nullis eſſent munitæ mœnibus, velut Iſthmi præſidio ſecuræ. Confeſtim ergo prima Corinthus, cũ finitimis opidis, vi capitur; & ſecundum hanc Argos, vna cum iis locis, quæ inter hanc & Lacedæmonem interiacent. Ipſa quoq; in ſocietatẽ captæ Græciæ Sparta venit, nec armis amplius, nec idoneis ad pugnam viris munita, propter Romanorum auariciã; ſed iis expoſita magiſtratibus, qui & proditores eſſent, & illorum libidini, qui rerum potirẽtur, percupide in omnibus, ad perniciem publicam ſpectantibus, inſeruirent.

Nuntiata Rufino Græciæ calamitate, cupiditas imperii, qua flagrabat, incrementum ſumere. Nam cõturbata republica, nihil impedimento ſibi futurum in eiuſmodi conatu exiſtimabat. At Stelicho, militibus in naues impoſitis, ad opem aduerſis Achaiæ rebus ferendam proficiſcitur. Quumq; in Peloponeſum adpuliſſet, barbaros in Pholoen fugere coegit: & facillime commeatus eos inopia deleuiſſet, niſi deliciis, & mimis ridiculorum, & parũ verecundis mulierculis ſe dediſſet: ac militibus, quæcũq; barbari reliquerant,

ὡπλισμένην, καὶ οἵαν τοῖς ἐπιοῦσιν ἐνίστασθαι μέλλουσαν· τοῖς δὲ τείχεσι περιεστῶτα τὸν Ἀχιλλέα τὸν ἥρω τοιοῦτον, οἷον αὐτὸν τοῖς Τρωσὶν ἔδειξεν Ὅμηρος, ὅτε κατ' ὀργὴν τῷ θανάτῳ τοῦ Πατρόκλου τιμωρῶν ἐπολέμει. ταύτην ὁ Ἀλάριχος τὴν ὄψιν οὐκ ἐνεγκών, πάσης μὲν ἀπέστη κατὰ τῆς πόλεως ἐγχειρήσεως, ἐπεκηρυκεύετο δέ, καὶ προσδεξαμένων τοὺς λόγους, ὅρκους τε λαβόντων καὶ δόντων, εἰσῄει σὺν ὀλίγοις Ἀλάριχος εἰς τὰς Ἀθήνας. τυχὼν δὲ φιλοφροσύνης ἁπάσης, λουσάμενός τε, καὶ κοινωνήσας ἑστιάσεως τοῖς ἐν τῇ πόλει λογάσι, καὶ προσέτι γε δῶρα λαβών, ἀπεχώρει, τήν τε πόλιν ἀβλαβῆ καὶ τὴν Ἀττικὴν πᾶσαν καταλιπών. καὶ ἡ μὲν Ἀθηναίων πόλις ἐν τῷ κατὰ τὴν Οὐάλεντος βασιλείαν γενομένῳ σεισμῷ, πᾶσαν κατασείσαντος τὴν Ἑλλάδα, μόνη περιεσώθη, κατὰ τὸν εἰρημένον μοι τρόπον ἐν τῷ προλαβόντι βιβλίῳ· καὶ νῦν εἰς ἔσχατον ἐλθοῦσα κινδύνου, διέφυγεν. Ἀλάριχος δὲ, τὴν Ἀττικὴν πᾶσαν ἀπόρθητον ἀπολιπών, δέει τῶν φανέντων φασμάτων, ἐπὶ τὴν Μεγαρίδα παρῄει· καὶ ταύτην ἑλὼν ἐξ ἐπιδρομῆς, τῆς ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον ἐλάσεως εἴχετο, μηδεμιᾶς πειρώμενος ἀντιστάσεως. ἐνδόντος δὲ αὐτῷ Γεροντίου τὸν Ἰσθμὸν διαβῆναι, πάντα λοιπὸν ἦν αὐτῷ δίχα πόνου καὶ μάχης ἁλώσιμα τῶν πόλεων, διὰ τὴν ἀσφάλειαν ἣν ὁ Ἰσθμὸς παρεῖχεν αὐταῖς, ἀτειχίστων οὐσῶν. εὐθέως οὖν ἡ Κόρινθος πρώτη κατὰ κράτος ἡλίσκετο, καὶ τὰ προσοικοῦντα ταύτῃ πολίχνια· καὶ ἐπὶ ταύτῃ τὸ Ἄργος, καὶ ὅσα ἦν αὐτοῦ τε καὶ Λακεδαίμονος ἐν μέσῳ χωρία. καὶ αὐτὴ δὲ ἡ Σπάρτη συναπήγετο τῇ κοινῇ τῆς Ἑλλάδος ἁλώσει, μήτε ὅπλοις ἔτι, μήτε ἀνδράσι μαχίμοις τετειχισμένη, διὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων πλεονεξίαν, ἀλλ' ἄρχουσιν ἐκδεδομένη προδόταις, καὶ τῇ τῶν κρατούντων ἡδονῇ προθύμως ὑπηρετουμένοις εἰς ἅπαντα τὰ πρὸς κοινὸν ὄλεθρον φέροντα. Ῥουφῖνος μὲν οὖν, ἀγγελθέντος αὐτῷ τοῦ περὶ τὴν Ἑλλάδα πάθους, ἐπίδοσιν ἐλάμβανεν ἧς εἶχε περὶ τὴν βασιλείαν ἐπιθυμίας. συνταραττομένου γὰρ τοῦ πολιτεύματος, οὐδὲν ἐμποδὼν ᾤετο αὐτῷ φανήσεσθαι πρὸς τὴν τοιαύτην ἐπιχείρησιν. Στελίχων δὲ, ναυσὶ στρατιώτας ἐμβιβάσας, τοῖς κατὰ τὴν Ἀχαΐαν δυστυχήμασιν ὥρμητο βοηθεῖν· καὶ τῇ Πελοποννήσῳ προσσχών, εἰς Φολόην συμφυγεῖν τοὺς βαρβάρους ἠνάγκασε· καὶ ῥᾷστα διέφθειρεν ἂν αὐτούς, ἀπορίᾳ τῶν ἐπιτηδείων, εἰ μὴ τρυφῇ καὶ μίμοις γελοίων, ἥκιστά τε αἰσχυνομέναις γυναιξὶν ἐκδοὺς ἑαυτόν, ἀφῆκε τοὺς στρατιώτας ὅσα καταλελοίπασιν

οἱ βάρβαροι

οἱ βάρβαροι ἁρπάζειν, τοῦ τε δοῦναι τοῖς πολεμίοις εὐρυχωρίαν, ἀναχωρῆσαι τῆς Πελοποννήσου, μετὰ πάσης τῆς λείας εἰς τὴν Ἤπειρον διαβῆναι, καὶ τὰς ἐν ταύτῃ λῄσασθαι πόλεις. ὅπερ αὖθις ὁ Στελίχων πεποιηκότας ἰδών, ἄπρακτος ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ἀπέπλευσε, μείζονα καὶ χαλεπώτερα τοῖς Ἕλλησι κακά, δι' ὧν ἐπήγετο στρατιωτῶν, ἐπιθείς. Ἐπεὶ δὲ παρεγένετο, παραχρῆμα θάνατον ἔγνω Ῥουφίνῳ κατασκευάσαι, τρόπῳ τοιῷδε. πρὸς τὸν βασιλέα ποιεῖται λόγους Ὁνώριον, ὡς προσήκει τέλη τινὰ στρατιωτικὰ στεῖλαι πρὸς Ἀρκάδιον τὸν ἀδελφόν, ἐπαμυνοῦντα τοῖς ἐν τῇ ἐπικρατείᾳ τῇ τούτου κεκακωμένοις ἔθνεσι. καὶ ὅπερ ἐγνώκει πράττειν ἐπιτραπείς, ἔταττε τοὺς ἐπὶ τοῦτο σταλησομένους· Γαΐνην δὲ αὐτοῖς ἐπιστήσας ἡγεμόνα, ὅσα ἐπὶ Ῥουφίνου διενοεῖτο, ἐξέφηνε. τῶν δὲ στρατιωτῶν ἤδη πλησίον τῆς Κωνσταντινουπόλεως ὄντων, φθάσας ὁ Γαΐνης, ἀπήγγελλεν Ἀρκαδίῳ τῷ βασιλεῖ τὴν αὐτῶν παρουσίαν, καὶ ὡς παραγένοιντο τοῖς πράγμασι πεπονηκόσιν ἐφιέμενοι βοηθεῖν. τοῦ δὲ βασιλέως ἡσθέντος ἐπὶ τῇ τούτων ἀφίξει, ὑπαντῆσαι τοῖς στρατιώταις εἰσιέναι μέλλουσι παρεκάλεσε τὸν βασιλέα Γαΐνης. ταύτης γὰρ τῆς τιμῆς ἠξιῶσθαι τοὺς στρατιώτας, ἔλεγε σύνηθες εἶναι. πεισθέντος δὲ τοῦ βασιλέως καὶ πρὸ τῆς πόλεως ὑπαντήσαντος, ἐπειδὴ προσκυνήσαντες, τῆς προσηκούσης ἠξιώθησαν παρὰ τοῦ βασιλέως φιλοφροσύνης, δόντος Γαΐνου τὸ σύνθημα, πάντες ὁμοῦ τὸν Ῥουφῖνον ἀπολαβόντες ἐν μέσῳ, τοῖς ξίφεσι παίουσι· καὶ ὁ μέν, ἀφῄρητο τῆς δεξιᾶς· ὁ δέ, τὴν ἑτέραν ἔκοπτεν· ὁ δέ, τὴν κεφαλὴν τοῦ τραχήλου χωρίσας, ἀπῄει, παιᾶνας ᾄδων ἐπινικίους. ἐς τοσοῦτον δὲ ἐπετώθαζον, ὥστε τὴν χεῖρα πανταχῆ τῆς πόλεως περιάγειν, αἰτεῖν τε ἀργύριον δοῦναι τῷ ἀπλήστῳ τοὺς προστυγχάνοντας. Ῥουφῖνος μὲν οὖν, ἰδίᾳ τε πολλοῖς κακῶν ἀφορήτων γενόμενος αἴτιος, καὶ τῇ πολιτείᾳ λυμηνάμενος ἁπάσῃ, δίκην ἐξέτισε τῶν πεπονηρευμένων ἀξίαν. Εὐτρόπιος δέ, πρὸς πάντα Στελίχωνι συνεργήσας τὰ κατὰ τούτου βεβουλευμένα, τῶν ἐν τῇ αὐλῇ πραττομένων κύριος ἦν· καὶ τὴν μὲν Ῥουφίνου περιουσίαν κατὰ τὸ πλέον ἐσφετερίζετο, καὶ ἑτέροις ἐνδιδοὺς ἐκ ταύτης οἰκειοῦσθαι τὰ ὁπωσοῦν ἄξια τῆς αὐτοῦ κλήσεως νομιζόμενα. τῆς δὲ Ῥουφίνου γαμετῆς σὺν τῇ θυγατρὶ τῇ τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησίᾳ προσδραμούσης, δέει τοῦ μὴ συναπολέσθαι τῷ ἀνδρί, πίστιν

diripiendi potestatem fecisset, hostibusque spatium concedendi, vt e Peloponeso cum omni præda regressi, in Epirum transirent, & in vrbes eius grassarentur. Quod eos fecisse conspicatus Stelicho, rebus infectis in Italiam nauigat: quũ maiora grauioraque Græcis intulisset mala per eos milites, quos secum adduxerat. In Italiam quũ adpulisset, cõfestim Rufino necem struere, modo quodam tali, decreuit. Ad Honorium principem refert, quasdam militum cohortes ad Arcadium fratrem mittendas esse, quę adflictas misere sub eius imperio nationes tuerentur. Quumque iussus esset id exsequi, quod decreuisset; milites ad hãc rem perficiendam mittendos ordinat. quibus vbi Gainẽ ducem præfecisset, quæ suæ de Rufino cogitationes essent, exponit. Vbi prope iam a Constantinopoli milites aberant, antegressus Gaines, Arcadio principi militum aduentum nuntiat: eos adesse studio rebus laborantibus succurrendi, commemorans. Imperatore propter eorum aduentum lætitia perfuso, Gaines hortatur, vt ingressuris vrbem militibus ipse princeps obuiam prodiret. Aiebat enim, ex more militibus honorem hũc haberi. Quum obsequutus Imperator, ante vrbem eis occurrisset; ac milites eum venerati, vicissim a principe perbenigne fuissent excepti: data ab Gaine tessera, simul vniuersi Rufinum in medio interceptum gladiis feriunt: & hic quidem adimebat ei dextram, ille manum alteram præcidebat; alius capite discedebat a ceruice reuulso, consuetas victoriis ouationes accinens. Vsque adeo vero ludibriis interemtum adficiebãt, vt & manum eius vbique per vrbem circumgestarent, & ab occurrentibus peterent, insatiabili stipem darent. Ac Rufinus quidem, qui cõpluribus intolerabilium malorum auctor priuatim exstiterat, & vniuersæ reipublicæ detrimentum adtulerat, dignas admissis facinoribus diris poenas luit. Eutropius autẽ, opera Stelichoni nauata in omnibus, quæ contra Rufinum ille machinatus fuerat; iam iis quæ agerentur in aula, plena cum potestate præerat. Ac Rufini quidem facultates sibi maiori ex parte vindicat, quum aliis quoque concessisset, vt ex iis ea sibi sumerent, quæ possideri ab eis posse quoquo modo viderentur. Vxori vero filiæq; Rufini, ad ecclesiam Christianorum metu confugientibus, ne cum illo perirent; Eutropius

fide data permisit, vt Hierosolymorum ad vrbem nauigarent, quæ olim Iudæorum domicilium fuit, sed ab imperio Cōstantini a Christianis ornari ædificiis cepit. Heic illæ reliquū vitæ tempus exegerunt. Ceterum Eutropius omnes, qui essent alicuius auctoritatis, submouere volens; ne quis alius, præter ipsum, potestate Imperatori proximus esset: etiam Timasio, qui a Valentis vsque temporibus dignitatem magistri militum habuerat, & pluribus interfuerat bellis, nulla iusta de caussa insidias struit. Erat autem huiusmodi calumnia. Bargus, oriundus Laodicea, quod opidum est Syriæ, lucanicarum in foro institor, in flagitiis quibusdam deprehensus, Laodicea Sardes profugerat: vbi quū talem se gereret, qualis erat, malitia nobilitabatur. Hunc Timasius, qui Sardes venerat, quum facetum videret, ac mirum artificem quibusuis hominibus, in quos incideret, adsentando facile sibi conciliandis; in familiaritatem admittit, & confestim cohorti militum præficit. Nec illo contentus, etiam Constantinopolim secum abducit. Hoc factum non probantibus iis qui erant in magistratu, quod Bargo iam ante propter admissa quædam improba facinora fuisset interdictum, ne Constantinopoli degeret: Eutropius, homine reperto, quo ad struendā Timasio calumniam vteretur, velut instrumento idoneo; summittit hunc accusatorem Timasio, libellos falsos proferentem, qui adfectati crimē imperii Timasio impingerent. Imperator, iudicis officio fungens, præsidebat; Eutropius adstans, qui cubiculis augustalibus in vniuersum præpositus esset, ferendæ sententiæ penes se potestatem habebat. Quum moleste ferrent omnes, institorem farciminum tot muneribus atq; dignitatib. illustri viro crimē intentare; princeps relicto iudicio, id ipsum Saturnino & Procopio committit. Horum alter, prouectioris ætatis erat, magnisque perfunctus honoribus; non tamen adulationis expers, sed qui cōsuesset in iudiciis, eorū qui secundū principem summā potentiā obtinebant, studiis & animis obsequi. Procopius autem, Valentis Imperatoris socer fuerat, homo ferox & intractabilis, qui veritatem in nonnullis profiteri libere videretur: adeo quidē, vt hoc tempore sententiæ ferendæ contra Timasium adhibitus, obiiceret Saturnino, non debuisse Bargum accusatorem dari

δοὺς ὁ Εὐτρόπιος, ἐφῆκεν αὐταῖς εἰς τὴν κατὰ Ἱεροσόλυμα πόλιν ἐκπλεῦσαι, πάλαι μὲν οἰκητήριον Ἰουδαίων οὖσαν, ἀπὸ δὲ τῆς Κωνσταντίνου βασιλείας, ὑπὸ Χριστιανῶν τιμωμένην οἰκοδομήμασιν.

Ἐκεῖναι μὲν οὖν αὐτόθι τὸν λειπόμενον τοῦ βίου διέτριψαν χρόνον· Εὐτρόπιος δὲ πάντας, ὧν εἴ τις λόγος, ἐκποδὼν καταστῆσαι βουλόμενος, ὡς ἂν μηδεὶς ἕτερος πλὴν αὐτοῦ, βασιλεῖ παραδυναστεύῃ, καὶ ἐπὶ Τιμάσιον στρατιωτικῶν ἡγησάμενον ταγμάτων ἀπὸ τῶν Οὐάλεντος, καὶ πολλῶν μεταδόντι πολέμων, ἐπιβουλὴν ἵστησιν, οὐδεμιᾶς αἰτίας ὑπούσης. ἦν δὲ ἡ συκοφαντία τοιάδε. Βάργος, ἐκ τῆς ἐν Συρίᾳ Λαοδικείας ὁρμώμενος, ἀλλᾶντας ὠνίους ἐπ' ἀγορᾶς περιθεὶς, ἐπί τισιν ἁλοὺς ἀτοπήμασιν, ἀπὸ τῆς Λαοδικείας εἰς τὰς Σάρδεις ἦλθε φυγάς. εἶτα κἀκεῖσε φανεὶς οἷος ἦν, ἐπὶ πονηρίᾳ διεβεβόητο. τοῦτον ὁ Τιμάσιος, ταῖς Σάρδεσιν ἐπιδημήσας, στωμύλον ἰδὼν, δεινόν τε κολακείᾳ ῥᾳδίως ὑπαγαγέσθαι τοὺς περιτυγχάνοντας, ᾠκειώσατό τε, καὶ παραχρῆμα στρατιωτικοῦ τέλους ἔταξεν ἄρχειν· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἑαυτῷ συναπήγαγεν. οὐκ ἐπαινούντων δὲ τῶν ἐν τέλει τὸ γενόμενον, (ἔτυχε γὰρ πρότερον ὁ Βάργος διά τινα πονηρεύματα τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει διατριβῆς ἀποκεκλεισμένος) ὄργανον ἐπιτήδειον Εὐτρόπιος εἰς τὴν κατὰ Τιμασίου συκοφαντίαν τὸν ἄνδρα τοῦτον εὑρὼν, ἵστησι κατήγορον αὐτοῦ, γραμμάτια δεικνύντα ψευδῆ, βασιλείας ἐπιθυμίαν ἐπιφέροντα Τιμασίῳ. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς προὐκάθητο δικαστής· Εὐτρόπιος δὲ παρεστὼς, ἐπεὶ καὶ τὴν ἡγεμονίαν πάντων τῶν βασιλικῶν εἶχε κοιτώνων, τῆς πάσης ψήφου κύριος ἦν. πάντων δὲ δυσχεραινόντων, ἐφ' οἷς ἀλλαντοπώλης ἄνθρωπος τὸν ἐν ἀρχαῖς καὶ ἀξίαις διαπρέψαντα τοσαύταις, ἵσταται κρίνων, ἀναχωρεῖ μὲν τῆς κρίσεως ὁ βασιλεὺς, ἐπέτρεπε δὲ ταύτην Σατουρνίνῳ καὶ Προκοπίῳ. τούτοιν δὲ ὁ μὲν [εἰς,] εἰς βαθὺ γῆρας ἦν προελθὼν, καὶ μεγάλαις τετιμημένος ἀξίαις, οὐκ ἔξω δὲ κολακείας, ἀλλ' εἰωθὼς ἐν ταῖς κρίσεσι ταῖς τῶν βασιλεῖ παραδυναστευόντων θεραπεύειν ὁρμάς τε καὶ γνώμας· ὁ δὲ Προκόπιος, τοῦ μὲν βασιλέως ἐγεγόνει Οὐάλεντος κηδεστής, σκαιὸς δέ τις ὢν καὶ δυσάγωγος, ἔν τισιν ἐδόκει τἀληθῆ μετὰ παρρησίας ἐκφαίνειν. ὥστε ἀμέλει καὶ τότε συνενεχθεὶς εἰς τὴν κατὰ Τιμασίου ψῆφον, τῷ Σατουρνίνῳ τοῦτο προσέθηκεν, ὡς οὐκ ἔδει Τιμασίου Βάργον εἶναι

κατήγορον,

κατηγορεῖν, οὐδὲ τὸν τοσαύταις ἀρχαῖς διαπρέψαντα καὶ ἀξίαις, εὐτελοῦς ἀνθρώπου καὶ ἀνασεσυρμένου συκοφαντίαις ἁλῶναι, καὶ (ὅπερ ἦν ἀτοπώτατον) εὐεργέτην ὑπὸ τοῦ παθόντος εὖ, περιάγματα πάσχειν. ἤνυσε δὲ οὐδὲν ταύτῃ χρησάμενος τῇ παρρησίᾳ Προκόπιος· ἀλλ' ἡ μὲν Σατυρνίνου ψῆφος ἐκράτει, σφόδρα ἐπαινεθεῖσα· Τιμάσιος δὲ, τὴν Ὀάσεως οἴκησιν παραδοθεὶς, ἀπηλαύνετο, φυλακῆς αὐτὸν δημοσίας παραπεμπούσης. τόπος δὲ ἦν οὗτος λυπρότατος, καὶ οὐδενὶ τῶν αὐτῷ παραδιδομένων ἀναχωρεῖν ἐνδιδούς. ἥ τε γὰρ ἐν μέσῳ γῆ, ψαμμώδης οὖσα, καὶ πάντα πᾶσιν ἔρημος, καὶ ἀοίκητος, ἀφαιρεῖται τῆς γνώσεως τοὺς ἐπὶ τὴν Ὄασιν ἀπιόντας, τῶν ἀνέμων τοῖς ἴχνεσι τὴν ψάμμον ἐπιφερόντων, καὶ τῷ μήτε φυτὸν μήτε οἴκησιν εἶναι, γνώρισμα εἰς εἰκασίαν τι καταλιπεῖν τοῖς ὁδοιποροῦσι δυνάμενα. φήμη δὲ ὅμως εἰς ἅπαντας ἦλθε, παρὰ Συαγρίου τοῦ παιδὸς ἡρπάσθαι Τιμάσιον λέγουσα, διαφυγόντος τοὺς ἐσταλμένους εἰς ἀναζήτησιν αὐτοῦ, καὶ διά τινων ἁρπάσαντος τὸν πατέρα λῃστῶν. ἀλλ' εἴτε ἀληθῆ ταῦτα ἦν, εἴτε Εὐτροπίῳ χαριζόμενοι ταῦτα ἐν τῷ πλήθει διέσπειραν, οὐκ ἔγνω τις τὸ σαφές, πλὴν ὅτιπερ οὔτε Τιμάσιος οὔτε Συάγριος ἐξ ἐκείνου πεφήνασιν. ὁ δὲ Βάργος, [ὡς] ἔξω πάσης ὑποψίας καταστήσας Εὐτρόπιον, οὐκέτι τὴν Τιμασίου δυσμένειαν ὑφορώμενον, ἠξιοῦτο στρατιωτικοῦ τέλους ἀρχῆς, χρήματα φέρειν αὐτῷ κομψὰ δυναμένης, καὶ ἀνεχώρει μειζόνων ἐλπίσι δωρεῶν βουκολούμενος. ἠγνόει γὰρ ὡς Εὐτρόπιος, τοιοῦτον αὐτὸν φανέντα περὶ Τιμάσιον τὸν εὐεργέτην, καὶ περὶ αὐτὸν ὅμοιον φανήσεσθαι προσεδόκησεν. ἐκδημήσαντος γοῦν τῆς ἀρχῆς ἕνεκα Βάργου, τὴν τούτῳ συνοικοῦσαν γυναῖκα, διά τινας αἰτίας ἀπεχθῶς πρὸς αὐτὸν ἔχουσαν, πείθουσι γραμματεῖα προσδοῦναι τῷ βασιλεῖ, κατηγορίας φέροντα πλείστας, εἰς τὰ μέγιστά τε τῶν ἐγκλημάτων τὸν Βάργον ἀγούσας. ἅπερ ἀκηκοὼς Εὐτρόπιος, εὐθὺς ἦγεν εἰς κρίσιν τὸν ἄνθρωπον· καὶ ἁλόντα παρεδίδου τιμωρίᾳ πρεπούσῃ. μεθ' ἣν ἅπαντες θαυμάζοντες ἅμα καὶ ἀνυμνοῦντες τὸν τῆς Ἀδραστείας ὀφθαλμὸν διετέλεσαν, ὃν οὐχ οἷόν τε τινὰ τῶν ἠσεβηκότων κατά τι λαθεῖν. Μεθύων δὲ ἤδη τῷ πλούτῳ, καὶ ὑπὲρ τὰ νέφη τῇ φαντασίᾳ φέρεσθαι δοκῶν ὁ Εὐτρόπιος, ἐν ἅπασι σχεδὸν τοῖς ἔθνεσιν εἶχε τοὺς τὰ πραττόμενα πολυπραγμονοῦντας, καὶ ὅπως ἕκαστος ἔχοι τύχης· καὶ οὐδὲν ἦν

Timasio, nec virū tot gestis magistratibus dignitatibusq; clarum, vilis homuncionis & prorsus impuri calumniis opprimi, &(quod esset absurdissimum) bene merito fieri negotium ab eo qui beneficiis adfectus esset. Nō tamen hac vsus libertate Procopius quidquam profecit; sed admodum laudata Saturnini sententia vicit. Timasius autem, ad inhabitandam Oasim damnatus, expellitur; huc eum deducēte satellitio publico. Is erat locus insigniter sterilis; e quo nemo posset euadere, qui eo deportaretur. Nā quod aliunde huc euntibus interiectum solum occurrit, arenosum, vastum prorsus, & inhabitatum, noticiam pergentibus in Oasim omnem adimit: tum quod venti vestigiis arenam ingerant, tum etiam quod nec arbor vlla, nec domicilium sit, quę indicium aliquod iter faciētibus ad cōiecturam relinquere possint. Fama tamen ad omnes emanauit, a Syagrio filio Timasium ereptum fuisse; qui ad inquirendum se missos euasisset, operaque prædonum quorumdam patrem rapuisset. Sed siue adeo vera istæc erant, siue per quosdam Eutropio gratificātes in vulgus spargebantur; nemo quidem certe rem accurate cognoscere potuit, extraquā quod neque Timasius, neque Syagrius, ex eo tempore conspecti fuerūt. Bargus vero, qui omnis periculi metu liberasset Eutropium, non iam inimicitias Timasii suspectas amplius habentem, militum cohortis præfectura donatur, ex qua lucrum habere commodum posset; maiorumq; munerum spe deceptus abiit. Ignorabat enim, Eutropium sibi de eo, qui talem erga bene meritum Timasium se gessisset, non nisi consimilem animum erga se quoque policitum. Quum igitur muneris sui caussa Bargus domo profectus esset, iunctam ei matrimonio mulierem, quæ esset infesto propter caussas quasdam in illum animo, libellos quosdam offerre principi persuadēt; quibus accusationes plurimæ continerentur, & criminū grauissimorū Bargus insimularetur. His auditis, hominē Eutropius cōfestim in ius duci iubet, & cōuictum merito supplicio punit: quo facto, nō cessabant omnes oculū Adrastiæ tū admirari, tum celebrare; quē fieri nequeat, vt quisquā nefaria patrantiū vllo modo fallat. Eutropius autē iam opibus ebrius, supraque nubes imaginatione sua se ferri existimans; apud omnes prope nationes habebat, qui curiose scrutarentur, quidquid ageretur, & quæ esset cuiusque fortuna. nec omnino

quidquam erat, quod ei pecuniæ lucrum non ferret. Igitur cum aduersus Abundantium quoq; inuidia pariter & auaricia concitat. Erat autem Abundātius oriūdus e Scythia, Thraciæ parte; qui inde vsque a Gratiani tēporibus militauerat, ac sub Theodosio maximos honores adeptus, etiam prætor atque consul designatus fuerat. Posteaquam hunc quoq; voluit Eutropius facultates & dignitatem omnem amittere, saltim id scripto mandat Imperator; & mox aula pellitur Abundantius, oppidum Phoeniciæ Sidonem habitare iussus; vbi reliquū vitæ tempus trāsegit. Quum ergo iam neminem Constantinopoli prorsus haberet Eutropius, qui eum vel obtueri auderet: solum Stelichonem, arbitratu suo res occidentis tractantem, animo versans; quo minus ille Cōstantinopolim accederet, aditū ei præcludere cogitat. Quare principi persuadet, vt conuocato Senatu, Stelichonem hostem imperii, decreto publico, declaret. Quo facto, mox sibi Gildonē, totius ad Karthaginem pertinentis Africæ ducem, adiungit, & eius opera prouinciā Honorii principis imperio subtractam, Arcadianæ dicioni adiicit. Eam rem permoleste ferenti, nec mediocriter animi dubio Stelichoni, quidam fortuitus se casus obtulit. Quippe quū Gildo fratrem, quem habebat nomine † Masceldelum, furore quodam barbarico adpeteret insidiis; ad eam hunc necessitatem redegit, vt in Italiam ad Stelichonem nauigaret, quæque perpessus a fratre fuisset, eidem exponeret. Is amplis illi copiis traditis, suppeditatoque nauium idoneo numero; bellum aduersus Gildonem gesturum, ablegat. Posteaquam ad eum locum peruenisset, vbi commorari fratrem inaudiuerat, atque in illum imparatū cum exercitu irruisset: acri proelio commisso, vsq; adeo victor exstitit, vt Gildo sibi mortem, laqueo fracta gula, consciseret. Hoc enim perpeti maluit, quam in hostium potestatem venire. Gildonis vero frater, Africa Honorii regno restituta, victor in Italiam reuersus est. cui Stelicho licet ob rem bene gestam inuideret, tamen bonas spes faciens, colere se hominem simulat. Quum autem aliquando quoddam ad suburbanum prodiret, & in pontem fluminis peruenisset, atque illum cum aliis Masceldelus quoq; comitaretur: satellites, ab eo dato sibi signo satisfacientes, hominem in flumen detrudunt.

† alii Mazescelem vocant.

καθάπαξ ὃ μὴ χρημάτων αὐτῷ κέρδος ἐπῆγεν. ἀλλὰ τοίνυν αὐτὸν καὶ κατὰ Ἀβουνδαντίου φθόνος τε ὁμοῦ καὶ πλεονεξία. ἦν δὲ Ἀβουνδάντιος ἀπὸ τῆς ἐν τῇ Θρᾴκῃ Σκυθίας, ἐκ δὲ τῶν Γρατιανοῦ στρατευσάμενος χρόνων, καὶ ἐπὶ Θεοδοσίου τιμῶν μεγίστων ἐπιβάς, ἤδη δὲ καὶ στρατηγὸς καὶ ὕπατος ἀποδεδειγμένος. * ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦτον Εὐτρόπιος ἠβουλήθη τῆς οὐσίας τε ὁμοῦ καὶ πάσης τιμῆς ἐκπεσεῖν, ἔγραφε μὲν ταῦτα ὁ βασιλεύς, ἀπηλαύνετο δὲ Ἀβουνδάντιος τῶν βασιλείων, οἴκησιν τὴν ἐν Φοινίκῃ Σιδῶνα λαχών, καὶ ἐν ταύτῃ τὸν λοιπὸν χρόνον βεβιωκώς. Εὐτρόπιος τοίνυν, ἐν μὲν τῇ Κωνσταντινουπόλει παντάπασιν ἔχων οὐδένα τὸν ἀντιβλέπειν τολμῶντα. μόνον δὲ Στελίχωνα τὸν κατὰ τὴν ἑσπέραν κυριεύοντα πραγμάτων, κατὰ νοῦ ἔχων, ἀνελεῖν αὐτῷ διενοεῖτο τὴν ἐπὶ Κωνσταντινούπολιν ἄφιξιν. ἀναπείθει δὴ τὸν βασιλέα, τέως συναγαγόντα τὴν γερουσίαν, κοινῷ δόγματι, τῆς βασιλείας πολέμιον αὐτὸν προσειπεῖν. οὗ δὴ γενομένου, * Γίλδωνα παραχρῆμα πάσης ἔχοντα τῆς ὑπὸ Καρχηδόνα Λιβύης τὴν ἡγεμονίαν οἰκειωσάμενος, ἀφίστησι διὰ τούτου τὴν χώραν τῆς Ὀνωρίου βασιλείας, καὶ τῇ Ἀρκαδίου προστίθησιν. ἐπὶ τούτῳ δυσχεραίνοντι καὶ λίαν ἀπορουμένῳ Στελίχωνι, συνέβη δὲ ἀπὸ τῆς τύχης αὐτόματον. ἀδελφὸν γὰρ ἔχων ὁ Γίλδων, ᾧ Μασκέλδηλος ἦν ὄνομα, καὶ τούτῳ διὰ βαρβαρικὴν μανίαν ἐπιβουλεύσας, ἠνάγκασεν εἰς τὴν Ἰταλίαν ὡς Στελίχωνα πλεῦσαι, καὶ ὅσα παρὰ τἀδελφοῦ πέπονθεν ἐξειπεῖν. ὁ δέ, δυνάμεις ἁδρὰς αὐτῷ παραδούς, καὶ πλοῖα χορηγήσας ἀρκοῦντα, πολεμήσοντα τῷ Γίλδωνι παραπέμπει. ὁ δέ, ἀναστὰς ἔνθα διατρίβοντα τὸν ἀδελφὸν ἠκηκόει, καὶ ἀπαρασκεύῳ μετὰ τῆς στρατιᾶς ἐπιπεσών, μάχης καρτερᾶς γενομένης, τοσοῦτον ἐκράτησεν, ὥστε Γίλδωνα τὸν βίον ἀπολιπεῖν ἀπαγξάμενον. τοῦτο γὰρ εἵλετο μᾶλλον, ἢ ὑπὸ τοῖς πολεμίοις γενέσθαι. Καὶ ὁ μὲν Γίλδωνος ἀδελφός, ἀποδοὺς τῇ Ὀνωρίου βασιλείᾳ Λιβύην, εἰς Ἰταλίαν ἐπανῄει νενικηκώς. Στελίχων δέ, νεμεσήσας ἐπὶ τῷ κατορθώματι, θεραπεύειν ὅμως προσεποιεῖτο, χρηστὰς ὑποφαίνων ἐλπίδας. ἐπεὶ δὲ προϊὼν ἐπί τι προάστειον, ἐπὶ ποταμοῦ γεφύρας ἐγένετο, μετὰ δὲ τῶν ἄλλων εἵπετο καὶ ὁ Μασκέλδηλος αὐτῷ, σύνθημα πρὸς τοῦτο δεδομένον αὐτοῖς οἱ δορυφόροι πληροῦντες, ὠθοῦσι κατὰ τοῦ ποταμοῦ.

καὶ ὁ μὲν

καὶ ὁ μὲν Στελίχων ἐγέλα, ὁ δὲ ῥεῦμα συναρπάζον, ἀπέπνιγε τὸν ἄνθρωπον. Εἰντεῦθεν ἡ μὲν Εὐτροπίου δὲ καὶ ἔχθρα καὶ Στελίχωνος ἀνεκαλύπτετο, καὶ ἐν τοῖς ἁπάντων στόμασιν ἦν. ἀλλοτρίως δὲ πρὸς ἑαυτοὺς ἔχοντες, ἐπὶ πάσης ἀδείας τοῖς τῶν ἀρχομένων κακοῖς ἐνετρύφων· ὁ μὲν, ἤδη τὴν θυγατέρα Μαρίαν Ὁνωρίῳ τῷ βασιλεῖ γαμετὴν δεδωκώς· ὁ δὲ, κυριεύων Ἀρκαδίου καθάπερ βοσκήματος. εἴτε γὰρ κτῆμα περίβλεπτον ἦν τινὶ τῶν ὑπηκόων, εἰς θατέρου τούτων μετεπίπτετο δεσποτείαν· καὶ χρυσὸς δὲ καὶ ἄργυρος ἅπας, ἐκ τῶν πρότερον ἐχόντων, εἰς αὐτοὺς ἔρρει. πολὺς γὰρ ἦν ὁ τῶν ἁπανταχοῦ συκοφαντούντων ἑσμός· οἷς ἐπετέτακτο τοιαῦτα καταμηνύειν. Τῆς δὲ βασιλείας ἑκατέρωθεν οὔσης ἐν τούτοις, ἅπαντες μὲν οἱ τῆς γερουσίας πληρωμάτων, ἐπὶ τῇ τῶν πραγμάτων ἐδυσχέραινον κακοτυχίᾳ· οὐχ ἥκιστα δὲ Γαΐνης, οὔτε τῆς πρεσβυτέρῳ πρεπούσης στρατηγῷ τιμῆς ἀξιούμενος, οὔτε δωρεαῖς ἀπληστίαν ἐμπλῆσαι βαρβαρικὴν δυνάμενος. ἀπέκναιε δὲ πλέον αὐτὸν, εἰς τὴν Εὐτροπίου οἰκίαν χρήματα πάντα εἰσρέοντα. ἐπὶ τούτοις ἀχθόμενος, κοινωνὸν ποιεῖται Τριβίγιλδον τῆς σκέψεως. ἦν δὲ οὗτος ἀνὴρ φιλοκίνδυνος, καὶ πρὸς πᾶσαν ἀπόνοιαν ἑτοιμότατος. ἦρχε δὲ, οὐ Ῥωμαϊκῶν ἰλῶν, ἀλλὰ βαρβάρων, ἐνιδρυμένων τῇ Φρυγίᾳ, παρὰ βασιλέως τὴν τούτων λαβὼν ἐπιμέλειαν. οὗτος, ἐπὶ τὴν Φρυγίαν ἐθέλειν ἐκδημῆσαι προσποιούμενος, ὅπως ἂν ἐπισκέψαιτο τοὺς ὑπ' αὐτῷ τεταγμένους βαρβάρους, ἐπὶ τούτῳ τε τῆς Κωνσταντίνου πόλεως ἐξορμήσας, ἐχώρει. παραλαβὼν δὲ τοὺς βαρβάρους, ὧν τὴν ἡγεμονίαν εἶχεν, ἅπαντα ἐπῄει τὰ ἐν μέσῳ, φόνου μὲν ἀνδρῶν, ἢ γυναικῶν, ἢ παιδίων, οὐκ ἀπεχόμενος, τὰ δὲ ἐν ποσὶ ληϊζόμενος· ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τοσοῦτο πλῆθος συνήγαγεν οἰκετῶν καὶ ἄλλως ἀπερριμμένων ἀνθρώπων, ὥστε εἰς ἔσχατον κίνδυνον τὴν Ἀσίαν ἅπασαν ἀπαγαγεῖν. ἥ τε γὰρ Λυδία πάσης ἐνεπέπληστο ταραχῆς, πάντων (ὡς εἰπεῖν) ἐπὶ τὰ θαλάττια φυγόντων, καὶ ἅμα τοῖς σφετέροις ἅπασιν ἐπὶ τὰς νήσους ἢ ἄλλοθί ποι διαπλεόντων· καὶ ἡ πάραλος δὲ Ἀσία τὸν κίνδυνον ὅσον οὐδέπω θεωρῆσαι ἐπιστησόμενον αὐτῇ προσεδόκα. ἀλλ' ἐπειδὴ ταῦτα τῷ βασιλεύοντι συνηγγέλθη, λόγον μὲν οὐδένα τῆς κοινῆς ἐποιεῖτο συμφορᾶς, (οὐδὲ γὰρ οἷός τε ἦν συνιδεῖν τὸ πρακτέον, ἐσχάτως ἀνόητος ὤν) Εὐτροπίῳ δὲ τὴν πᾶσαν ἔδωκε τῆς βασιλείας οἰκονομίαν. ὁ δὲ, Γαΐνην αἱρεῖται καὶ

Ibi Stelicho ridere; Mascceldelus, fluminis abreptus impetu, suffocari. Hinc iã inimicitiæ Stelichonis & Eutropii in apertum erumpere, & in ore omnibus esse. Atque his odiis animorum mutuis insistentes, omni cum licentia subditorum malis insultant: quum iam Stelicho Mariam filiã Honorio principi dedisset vxorẽ, & Eutropius in Arcadium, veluti pecudem quamdam, imperiũ exerceret. Nam siue prædium aliquod insigne subditorum quispiam haberet, ad horum alterius dominiũ transibat: siue quid auri & argenti esset, id omne pristinis a possessoribus ad ipsos confluebat. Quippe magnum erat agmen hominum vbique calumnias struentium, quibus horum deferendorum cura cõmissa fuerat. Quum esset vtrimque hic imperii status, omnes ordinis senatorii proceres afflictã miseramque rerum condicionem indigne ferebant: præsertim *Gaines*, qui nec cõuenientẽ duci prouectioris ætatis honorem consequeretur; nec muneribus, ob insatiabilem animi barbari libidinem, expleri posset; quem denique magis etiam vreret, quod omnes in Eutropii domum pecuniæ deriuarentur. Has ob caussas indignatus, socium sibi consilii *Tribigildum* adiungit. Is periculis obeundis præsenti vir erat animo, & quoduis ad facinus audendũ promtissimus. Nec alis equestribus Romanis, sed barbaris, in Phrygia collocatis, præerat; quarũ erat illi a principe data cura. Hic in Phrygiã proficisci se velle simulat, vt militantes sub se barbaros inspiceret; eoque nomine Constantinopoli digressus abit. Quumq; barbaros secum sumsisset, quorũ dux erat, quidquid esset in itinere medio situm, inuadit: nec virorum, aut mulierũ, aut puerorum cædibus abstinens, & obuia quæq; diripiẽs, perexiguo tempore tantã coẽgit multitudinem calonũ, aliarumq; vilium personarum; vt Asiam totam in extremum discrimen adduceret. Nã & plena tumultus Lydia penitus erat, omnibus (prope dixerim) ad loca maritima confugientibus, & cum suis vniuersis ad insulas, alioue nauigantibus: & Asia, mari finitima, periculum iam imminens, quantum alias vmquam, se conspecturam verebatur. Hæc vbi nuntiata principi fuissent, nullam ille publicæ calamitatis rationem habere, (nec enim perspicere poterat, quid agendum esset, extreme stolidus homo) sed Eutropio totam administrationem imperii tradere. Is & Gainem, &

Leonem duces deligit; hunc ablegaturus in Asiam, vt obtinentes eã barbaros, vel alioqui promiscue collectitios, adoriretur: Gainem per Thraciam & Hellesponti dimissurus angustias, hostibus ibidẽ occursurum, si & istæc loca vexari ab eis conspexisset. Ac Leo sane, qui rebus Asiaticis opem ferre iussus fuit, nulla prorsus imperatoria virtute præditus erat, nec alia dote quapiam, quæ ad hanc fortunam eum prouehere mereretur; vno excepto, quod Eutropio familiaris esset. Gaines, in Thraciam mittebatur, quo minus per Hellespontum Tribigildi milites transiicerent, prohibiturus; ac nauali quoque prœlio cum eis congressurus, si quidem vsus ita posceret. In hunc modum ordinati duces, eo copias abducunt, quo sortitus quisque fuerat. Gaines, iis ad animum reuocatis, de quibus inter ipsum & Tribigildum conuenerat; quodque iam tempus adpetiisset, quo ceptum exsequi conatũ deberet: Tribigildo, suas vt copias ad Hellespontum duceret, imperat. Enimuero si, quæ cõtra rempublicam mente conceperat, occultasset; ac pacate cum barbaris suis, Constantinopoli fuisset egressus: omnino successurum erat ei quod ceperat consilium, Asiaque tota fuisset occupata: nec quo minus ea perdita, simul & oriens periret, quidq̃ erat omnino quod prohiberet. Sed quando adhuc vrbes illas imperio Romano fortuna saluas esse volebat, a natura barbaris insito calore furoreque Gaines abreptus, Constantinopoli discedit, vniuersa propemodum belli potestate accepta. Quumque vix Heracleam peruenisset, Tribigildo quid agendum esset, significat. Ille vero minime versus Hellespõtum progredi statuit; veritus ne in constitutas istic copias incideret: sed vastata penitus Phrygia, Pisidas adortus est; nec vllum expertus impedimentum, cuncta populatus abiit. Quæ res quum nunciarentur, nullam Gaines illorum qui bello premebantur, rationem habere; memor eorum, de quibus ipsi cum Tribigildo conuenisset. Interim Leo, sitis ad Hellespontum locis immoratur, qui nec prœlio congredi cum Tribigildo auderet; simulque vereri se diceret, ne forte Tribigildus per aliam viam parte quadam copiarum emissa, ex improuiso agros ad Hellespontum depopularetur. Quapropter accidit

Λέοντα στρατηγεῖ· τὸν μὲν, εἰς τὴν Ἀσίαν ἐκπέμψων, ἐπελευσόμενον τοῖς κατέχουσι ταύτην βαρβάροις, ἢ ἄλλως μιγάσιν ἀνθρώποις· Γαΐναν δὲ, διὰ τῆς Θρᾴκης καὶ τῶν τοῦ Ἑλλησπόντου στενῶν, ἀπαντήσοντα τοῖς πολεμίοις, εἰ καὶ τοῖς τόποις ἐκείνοις ἐνοχλοῦντας θεάσαιτο. Λέων μὲν οὖν, ὁ τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν συμβεβηκόσι βοηθῆσαι ταχθεὶς, ἀρετῆς μὲν οὐδὲ ἡστινοσοῦν μετειλήφει στρατηγικῆς, οὐδὲ ἄλλου τινὸς ἀξίου πρὸς τοῦτο τύχης αὐτὸν ἀγαγεῖν, πλὴν ὅτι πρὸς Εὐτρόπιον εἶχεν οἰκείως. Γαΐνης δὲ, τὴν ἐπὶ Θρᾴκην ἐστέλλετο, κωλύσων τὴν δι' Ἑλλησπόντου τῶν ἅμα Τριβιγίλδῳ διάβασιν, ναυμαχήσων τε αὖθις, εἰ καὶ τόπου φύσις χρεία. Ταύτῃ διαταχθέντες οἱ στρατηγοὶ, τὰς δυνάμεις ἀπῆγον, οὗπερ ἕκαστος ἔλαχε. Γαΐνης δὲ, ἃ συνέκειτο πρὸς Τριβίγιλδον αὐτῷ, λαβὼν κατὰ νοῦν, καὶ ὡς ἐνέστηκεν ὁ καιρὸς, ἀντιλαβέσθαι κελεύων τῆς ἐγχειρήσεως, ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἄγειν Τριβιγίλδῳ τὴν στρατιὰν ἐκέλευεν. εἰ μὲν οὖν ἅπερ ἐφρόνει κατὰ τῆς πολιτείας ἐταμιεύσατο, καὶ ἡσυχῇ μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ βαρβάρων τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἔτυχεν ἐξορμήσας, πάντως ἂν ἐξέβαινεν αὐτῷ τὸ βεβουλευμένον εἰς τέλος, καὶ ἥ τε Ἀσία πᾶσα κατείληπτο, καὶ συναπολέσθαι ταύτῃ τὴν ἑῴαν οὐδὲν ἦν τὸ κωλῦον. ἀλλ' ἐπειδὴ τῇ Ῥωμαίων ἐπικρατείᾳ φυλάττεσθαι τὰς πόλεις ἐβούλετο τέως ἡ τύχη, Γαΐνης μὲν τῷ προσόντι φύσει θερμῷ καὶ μανιώδει τοῖς βαρβάροις ἐξενεχθεὶς, ἀπεχώρει τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ὅλην (ὡς εἰπεῖν) τὴν ἐξουσίαν τοῦ πολέμου παραλαβών. οὔπω δὲ σχεδὸν εἰς τὴν Ἡράκλειαν ἀφιγμένος, τῷ Τριβιγίλδῳ τὸ πρακτέον ἐσήμαινεν. ὁ δὲ, ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον οὐκ ἔγνω χωρεῖν, δεδιὼς τοῦ μὴ περιπεσεῖν ταῖς αὐτόθι καθεσταμέναις δυνάμεσι· πᾶσαν δὲ καταστρεψάμενος τὴν Φρυγίαν, προσέβαλλε καὶ Πισίδαις· καὶ κωλύματος οὐδενὸς πειραθεὶς, ἀπῄει πάντα πορθῶν. Τούτων δὲ ἀπαγγελλομένων, ὁ μὲν Γαΐνης, οὐδένα τῶν πολεμουμένων ἐποιεῖτο λόγον, οἷα δὴ κατὰ νοῦν ἔχων, ὅσα πρὸς αὐτὸν Τριβιγίλδῳ συνέκειτο. Λέων δὲ, τοῖς περὶ τὸν Ἑλλήσποντον διέτριβε τόποις, οὔτε συμπεσεῖν ἐς μάχην Τριβιγίλδῳ θαρρῶν, καὶ ἅμα δεδιέναι φάσκων, μήποτε δι' ἑτέρας ὁδοῦ μέρος τι τῆς στρατιᾶς ἐκπέμψας Τριβίγιλδος, τὰ περὶ τὸν Ἑλλήσποντον λάθῃ χωρία καταστρεψάμενος. συνέβαινε τοίνυν,

οὕτως

ὄντος οὐδενὸς ἐμποδὼν τῷ Τριβιγίλδῳ, πᾶσαν μὲν κατὰ κράτος ἁλίσκεσθαι πόλιν, ἀναιρεῖσθαί τε πάντας τοὺς οἰκήτορας ἅμα τοῖς στρατιώταις, βαρβάρους δὲ συμμάχους Ῥωμαίοις εἶναι οὐδένα. τοῖς γὰρ ὁμοφύλοις ἐν ταῖς συμβολαῖς ἀναμιγνύμενοι, κατὰ τῶν Ῥωμαίοις ὑπηκόων ἐχώρουν. Ὁ δὲ Γαΐνης, ἐπὶ ταῖς Ῥωμαίων ἄχθεσθαι δοκῶν συμφοραῖς, θαυμάζειν *προσεποιεῖτο τὰ Τριβιγίλδου στρατηγήματα, καὶ ἀνανταγώνιστον ἔλεγεν εἶναι φρονήσει, καὶ ἀγχινοίᾳ μᾶλλον ἢ δυνάμει πλεονεκτοῦντα. περαιωθεὶς δὲ εἰς τὴν Ἀσίαν, ἐπεξῄει μὲν οὐδενί, περιεώρα δὲ τὴν τῶν πόλεων καὶ τῆς χώρας ἀπώλειαν, ἐπακολουθῶν μόνον καὶ τὰ γινόμενα τρόπον τινὰ θεωρῶν, ἐκαραδόκει τὴν ἐπὶ τὴν ἕω τοῦ Τριβιγίλδου διάβασιν, ἐκπέμπων μὲν αὐτῷ λάθρα δυνάμεις, συνεπιλαμβανομένας οἷς ἐπεχείρει, μήπω δὲ τὴν ἑαυτοῦ περὶ τὰ πράγματα γνώμην ἐπιδείξας. εἰ μὲν οὖν ἐπελθὼν [ἐπὶ] τὴν Φρυγίαν ὁ Τριβίγιλδος, μὴ τὴν ἐπὶ Πισιδίαν, ἀλλ' εὐθὺς ἐπὶ Λυδίαν ἐχώρησεν, οὐδὲν ἂν ἐκώλυσε, ταύτης ἀκονιτὶ κατὰ κράτος αἱρεθείσης, συναπολέσθαι καὶ τὴν Ἰωνίαν αὐτῇ· κἀκεῖθεν αὐτὸν ἐπὶ τὰς νήσους σκάφεσι διαβαίνοντα, καὶ ναυτικὸν ὅσον ἐβούλετο ποιησάμενον, ἅπασάν τε τὴν ἑῴαν διαδραμεῖν, καὶ μέχρις Αἰγύπτου πάντα λῄσασθαι, μηδεμιᾶς ἀξιομάχου δυνάμεως οὔσης. ἐπεὶ δὲ ταῦτα μὲν οὐκ ἔλαβε κατὰ νοῦν, ἔγνω δὲ τῇ Παμφυλίᾳ Πισίδαις ὁμορούσῃ τὰς δυνάμεις ἐπαγαγεῖν, ὁδοῖς μὲν ἐτύγχανε δυσεμβάτοις, καὶ ἱππασίᾳ παντάπασιν ἀπροσίτοις. στρατοπέδου δὲ οὐδενὸς ἐναντιουμένου, Οὐαλεντῖνός τις τὴν Σέλγην οἰκῶν, (πολίχνη δὲ αὕτη Παμφυλίας ἐστίν, ἐπὶ λόφου κειμένη) παιδείας μετρίως ἡμμένος, καὶ πείρας οὐκ ἔξω τυγχάνων πολεμικῆς, συναγαγὼν οἰκετῶν πλῆθος καὶ γεωργῶν, τοὺς πρὸς τοὺς γειτνιῶντας λῃστὰς συνεχέσι μάχαις γεγυμνασμένους, εἰς τοὺς ὑπερκειμένους τῶν παρόδων ἔστησε λόφους, ὡς ἂν θεωροῦντες ἅπαντας τοὺς διὰ τῆς ὁδοῦ πορευομένους, αὐτοὶ μὴ φαίνοιντο, κἂν εἰ ἡμέρας οὔσης οἱ ἐναντίοι διαβαίνοιεν. τοῦ δὲ Τριβιγίλδου διὰ τῆς ὁμαλωτέρας ὁδοῦ, μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ βαρβάρων, ἐπὶ τὰ κάτω μέρη τῆς Παμφυλίας ἐλάσαντος, ἐλθόντος τε ἔτι νυκτὸς οὔσης εἰς τοὺς ὑποκειμένους τῇ Σέλγῃ τόπους, ἐβάλλοντο σφενδόναις οἱ βάρβαροι συνεχέσι, ἀφιεμένων πέτρων χειροπληθῶν, καὶ ἔτι μειζόνων· ἦν γὰρ ἐξ ὑπερδεξίων ῥᾳδία

vt nulla re Tribigildum impediente, quæuis opida per vim caperentur: omnes illorum incolæ, cum ipsis militibus, interficerentur; nemo denique barbarus a Romanorum partibus staret. Nam ad suæ nationis homines in ipsis semet adgregãdo conflictibus, aduersus Romanorum subditos pedem inferebant. Gaines autem, qui Romanorum calamitates indigno videretur animo ferre, mirari se Tribigildi strategemata simulat; quem prudentia diceret insuperabilem, & sagacitate potius, quam viribus hostem vincere. Quum transiecisset in Asiam; neminem adgreditur; sed vrbium & agrorum excidio neglecto, tantumq; subsequens hostem, & quodam modo spectator eorum quæ gererentur; Tribigildi progressum in orientem exspectat, clam copias ad eum mittens, auxilio futuras ad ea quæ moliretur; necdum sua de rebus institutis patefacta sententia. Quod si Tribigildus Phrygiam ingressus, non Pisidiam versus, sed in Lydiam protinus contendisset: nihil fuisset impedimento; quo minus ea nullo labore per vim capta, simul & Ionia periisset: vnde nauigiis transuectus in insulas, comparata classe, quantam quidem vellet, vniuersum percurrisset orientem, & nullis idoneis copiis resistentibus, ad Ægyptum vsque cuncta diripuisset. At enim quod hæc ad animum ei non accidissent, copiasque ducere statuisset in Pamphyliam, finitimam Pisidis: in itinera multum impedita, & equitatui prorsus inaccessa, incidit. Quum nullus eis obsisteret exercitus, Valentinus quidam, Selgæ municeps, quod Pamphyliæ opidulum est, in colle situm; homo mediocriter eruditus, & rei bellicæ non omnino rudis, mancipiorum & agricolarum multitudine collecta, quotquot erant exerciti pugnis aduersus vicinos prædones cõtinuis, in colles constituit, iis imminentes locis, per quæ transeundum erat: vt adspicientes vniuersos iter istac facientes, ipsi prorsus a nemine conspicerentur, licet hostes interdiu transirent. Posteaquã Tribigildus itinere magis plano ad inferiora Pamphyliæ loca cum barbaris suis adequitasset, ac noctu ad subiecta Selgæ loca peruenisset: continuis barbari fundarum ictibus petebantur, excussis eius magnitudinis lapidibus, qui manus implerent, atque etiam maioribus. Quippe de locis superioribus etiam

lapidum paullo maiorum iactus facilis erat. Quum autem nullũ esset effugium, (nã ex altera viæ parte stagnum profundum & paludes erant; ex altera quidam artus adscensus, qui transitum vix duobus viris præbebat. Et adscensum hũc, qui erat orbicularis, ob similitudinem animalis, incolæ cochleam vocant. Hunc vero locũ Florentius quidam cũ præsidio tenebat, quum tot militiæ socios secum haberet, quot quidẽ ad impediendos eos, qui transire conarentur, sufficerent) intercepti locis hisce barbari, & copia magnitudineq; saxorum obruti, maiori ex parte peribant. Nam quod in angustum cogerentur, decidentes in eos lapides aberrare nõ poterãt, quin aliquos occiderent. Itaq; consilii vehementer inopes, in stagnũ se cõplures vna cum equis demiserũt; dumq; mortẽ vitant, quæ a saxis immineret, in paludibus extincti sunt. Tribigildus autem, cum trecentis conscensa cochlea, maximaq; pecunia corrupto Florentio, cum militibus pręsidiariis, transitũ redimit: eoq; modo quum euasisset, reliquos omnes funditus deleri passus est. Ratus hac ratione Tribigildus eo se liberatum periculo, quod Valentinus ipsi creauerat; in alia prioribus nõ minora pręceps actus est. Nam vniuersi propemodum opidorũ incolæ, correptis armis obuiis, eum cũ trecentis illis fugæ sociis, intra Melanẽ & Eurymedontẽ amnes concluserunt: quorũ alter supra Sidã labitur, alter Aspendũ interfluit. In artum coactus, & quid ageret, nesciẽs; suos ad Gainem mittit. Is permoleste quidem ferens ea, quæ accidissent; quod tamen necdum animi sui de rebellione sententiã aperiret, Leonem, secundũ ab se ducem mittit, qui Pamphyliis opem ferret, & cum Valentino Tribigildi copias adoriretur, nec amnes ab eis transiri permitteret. Leo quamuis natura vecors, & omni luxuriæ deditus; tamen quod imperatum erat, facit. Gaines autem veritus, ne forte dum Tribigildus ab omni parte oppugnatur, qui pares aduersariis copias non haberet, ad internecionem deleretur: barbarorũ, quos secum habebat, cohortes alias super alias in castra Romana mittit, vt ea paullatim absumerentur, & commodum Tribigildus fugiendi spatium consequeretur. Itaque barbari, quos Leoni Gaines

καὶ ἡ τῶν ἀδροτέρων ἄφεσις λίθων, ἀποφυγῆς δὲ οὐκ οὔσης, (ἦν γὰρ κατὰ μὲν θάτερον τῆς ὁδοῦ μέρος, λίμνη βαθεῖα καὶ τέλματα· κατὰ δὲ θάτερον, ἄνοδος στενὴ, δυοῖν μόλις ἀνδράσι πάροδον ἐνδιδοῦσα· κυκλοτερῆ δὲ τὴν ἄνοδον οὖσαν, οἱ ἐπιχώριοι καλοῦσι κοχλίαν, τῇ θέσει τοῦ ζώου παρεμφερῶς. τοῦτον ἐφύλαττε τὸν τόπον Φλωρέντιός τις, συμμάχους ἔχων εἰς τὸ κωλῦσαι τοὺς πειρωμένους διαβαίνειν ἀρκοῦντας) ἐν τούτοις ἀπειλημμένοι τοῖς τόποις οἱ βάρβαροι, καὶ τῷ πλήθει καὶ μεγέθει τῶν λίθων βαλλόμενοι, κατὰ τὸ πολὺ διεφθείροντο μέρος. καταστενοχωρουμένων γὰρ αὐτῶν, οἱ λίθοι πίπτοντες, οὐ διημάρτανον φόνου. πολλῆς τοίνυν ἐχούσης αὐτοὺς ἀπορίας, οἱ μὲν πλείους, εἰς τὴν λίμνην ἑαυτοὺς μετὰ τῶν ἵππων ἀφῆκαν, καὶ τὸν ἀπὸ τῶν πετρῶν φεύγοντες θάνατον, ἐν τοῖς τέλμασι διεφθάρησαν· Τριβίγιλδος δὲ, ἅμα τριακοσίοις ἀναβὰς ἐπὶ τὸν κοχλίαν, καὶ χρήμασιν ὅτι πλείστοις τὸν Φλωρέντιον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ φύλακας ὑπαχθῶν, ὠνεῖται τὴν πάροδον· καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ διαφυγὼν, τοὺς λοιποὺς ἅπαντας περιεῖδεν ἄρδην ἀπολουμένους. τοῦτον δὴ τὸν τρόπον οἰηθεὶς ὁ Τριβίγιλδος τὸν ἐπαχθέντα παρὰ Οὐαλεντίνου κίνδυνον αὐτῷ διαπεφευγέναι, τῷ προτέρῳ οὐκ ἐλάττοσι καθίστατο κινδύνοις περιπετής. ἅπαντες γὰρ (ὡς εἰπεῖν) οἱ τῶν πόλεων οἰκήτορες, τοῖς παρατυχοῦσιν ἐξοπλισάμενοι, συνέκλεισαν αὐτὸν ἅμα τοῖς συμφυγοῦσι τριακοσίοις, ἐν μέσῳ τοῦ Μέλανος ποταμοῦ καὶ τοῦ Εὐρυμέδοντος· ὧν ὁ μὲν, ἐπέκεινα διαβαίνει τῆς Σίδης· ὁ δὲ, διαρρεῖ τὴν Ἄσπενδον. στενοχωρούμενος δὲ, καὶ ἀπορῶν ὅ τι πράξειε, πρὸς τὸν Γαΐνην διεπρεσβεύετο. ὁ δὲ, δυσχεραίνων ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσιν, οὔπω δὲ τὴν εἶχε περὶ τὴν ἐπανάστασιν γνώμην ἐμφαίνων, Λέοντα τὸν ὑποστράτηγον ὄντα, βοηθήσοντα τοῖς κατὰ Παμφυλίαν ἐξέπεμπεν, ἐπιθησόμενον τοῖς ἀμφὶ Τριβίγιλδον ἅμα Οὐαλεντίνῳ, καὶ οὐ συγχωρήσοντα τοὺς ποταμοὺς διαβῆναι. ὁ δὲ, ἄνανδρος ὢν φύσει καὶ τρυφῇ πάσῃ τὸν βίον ἐκδεδωκὼς, ὅμως ἐποίει τὸ κελευόμενον. ὁ δὲ Γαΐνης, δεδιὼς μήποτε πανταχόθεν ὁ Τριβίγιλδος πολιορκούμενος, οὐκ ἔχων ἀξιόμαχον δύναμιν, ἄρδην ἀπόλοιτο, τῶν συνόντων αὐτῷ βαρβάρων λόχους ἄλλους ἐπ᾽ ἄλλοις ἔπεμπε τοῖς Ῥωμαϊκοῖς στρατοπέδοις, ὅπως αὐτά τε κατὰ βραχὺ διαφθείροιτο, καὶ Τριβιγίλδῳ φυγῆς εὐρυχωρία δοθείη. συνέπιπτον τοίνυν οἱ παρὰ Γαΐνου δεδομένοι

δεδομένοι Λέοντι πρὸς βοήθειαν βάρβαροι, Ῥωμαίων [καὶ] πάντῃ· καὶ τὴν μὲν χώραν ἐληΐζοντο, τοὺς δὲ στρατιώτας ἀνῄρουν· καὶ οὐκ ἀνῆκαν ἀπανταχῇ ἐπιόντες, ἕως ὅτε τὴν ὑπὸ Λέοντι σὺν αὐτῷ τῷ στρατηγῷ κατεδαπάνησαν δύναμιν, καὶ πᾶσαν (ὡς εἰπεῖν) τὴν χώραν ἔρημον πεποιήκασιν· ὥστε καὶ τὸ τῷ Γαΐνῃ σπουδαζόμενον εἰς ἔργον ἐκβῆναι. διαφυγὼν γὰρ ἐκ τῆς Παμφυλίας ὁ Τριβίγιλδος, χαλεπωτέρας τῶν προτέρων ταῖς ἐν Φρυγίᾳ πόλεσιν ἐπέθηκε συμφοράς. ὁ δὲ Γαΐνης, ἐξαίρων εἰς ὕψος τὰ τούτου τοῦ βαρβάρου κατορθώματα, τοσοῦτον ἐνέθηκεν αὐτοῦ φόβον τῇ γερουσίᾳ καὶ τοῖς περὶ τὴν αὐλὴν ἅπασιν, ὥστε ἠπείλει καὶ τοῖς καθ' Ἑλλήσποντον αὐτὸν ἐπελεύσεσθαι τόποις, καὶ ὅσον οὐδέπω πάντα ἄνω καὶ κάτω ποιήσειν, εἰ μὴ τὰ σπουδαζόμενα τῷ πολεμίῳ τῆς παρὰ τοῦ βασιλέως ἀξιωθείη προνοίας. ταῦτα δὲ ὁ Γαΐνης ἐμηχανᾶτο, λανθάνειν τε αὐτὸν ἐθέλων ὅπως ἐφρόνει, καὶ διὰ τῶν εἰς Τριβίγιλδον ἀναφερομένων τοῖς αὐτοῦ κατὰ νοῦν οὖσιν ἔργον ἐπιθεῖναι βουλόμενος. ἀπέκναιε γὰρ αὐτὸν οὐδὲ παρορᾶσθαι τοσοῦτον, ὅσον Εὐτρόπιος εἰς ἀκρότατον ἥκων ἤδη δυνάμεως, ὥστε καὶ εἰς ὑπάτους ἀναρρηθῆναι, καὶ τῷ χρόνῳ φέρεσθαι τὴν τούτου προσηγορίαν, καὶ τιμηθῆναι τῇ τῶν πατρικίων ἀξίᾳ. ταῦτα μάλιστα τὸν Γαΐνην ἐκίνησεν εἰς τὴν τῶν κοινῶν ἐπανάστασιν. παρασκευαζόμενος δὲ τῇ γνώμῃ πρὸς τοῦτο, πρότερον Εὐτροπίῳ θάνατον ἔγνω βουλεῦσαι· καὶ κατὰ τὴν Φρυγίαν ἔτι διατρίβων, ἐκπέμπει πρὸς βασιλέα, λέγων ὡς ἀπείρηκε τῇ περὶ τὰ πολέμια Τριβιγίλδου δεινότητι, καὶ ἄλλως οὐχ οἷόν τε φέρειν τὴν τούτου μανίαν, οὐδὲ τὴν Ἀσίαν τῶν ἐπικειμένων αὐτῇ κινδύνων ἐλευθερωθῆναι, πλὴν εἰ μὴ ταῖς αἰτήσεσιν αὐτοῦ βασιλεὺς ἐνδοῦναι πεισθείη. τὰ δὲ τῶν αἰτήσεων εἶναι, τὸν τῶν πάντων κακῶν αἰτιώτατον Εὐτρόπιον ἐκδοθῆναί οἱ πρὸς τὸ πρᾶξαι εἰς αὐτὸν ὅ τι βούλοιτο. ταῦτα ὁ βασιλεὺς Ἀρκάδιος ἀκηκοώς, ἅμα τε εἰσκαλεῖ τὸν Εὐτρόπιον, καὶ τῆς ἀξίας παραλύσας ἀφῆκεν· ὁ δὲ δρομαῖος ἐπὶ τὴν τῶν Χριστιανῶν ἐχώρησεν ἐκκλησίαν, ἔχουσαν ἐξ ἐκείνου τὸ ἄσυλον. ἐπεὶ δὲ πολὺς ἦν ὁ Γαΐνης, οὐκ ἄλλως ἀνήσειν λέγων τὸν Τριβίγιλδον, εἰ μὴ Εὐτρόπιος ἐκποδὼν γένοιτο, καὶ παρὰ τὸν ἐπὶ τῷ ἀσύλῳ τῶν ἐκκλησιῶν τεθέντα νόμον, ἐξαρπάσαντες αὐτόν, εἰς τὴν Κύπρον ἐκπέμπουσιν, ὑπὸ φυλακὴν ἀκριβῆ καταστήσαντες. ἐπικειμένου δὲ Γαΐνου,

in auxilium miserat, in quosuis Romanos irruunt, regionem depopulātur, milites interficiunt; nec omnia desinunt inuadere, donec exercitum Leonis cū ipso duce prorsus absumsissent, totamque propemodum regionem vastam & desertam reddidissent. quo factum vt, quod studiose Gaines expetebat, reapse cōtingeret. Quippe quum e Pamphylia Tribigildus euasisset, grauiores, quam antea, calamitates Phrygiæ ciuitatibus intulit. Gaines autem mirifice principi facinora Tribigildi extollere, tantumq; metum illius Senatui pariter & aulicis vniuersis inijcere; vt etiam venturum ad Hellespontū diceret, tantumque non sursum deorsum acturum omnia, ni princeps hostis postulata respicere dignatus esset. Hæc autem arte Gaines agebat, qui principem ignorare vellet animi sui sententiam; & per ea, quæ in Tribigildum conferrētur, animi sui cogitata perficere cuperet. Non enim tantopere cōtemtus vrebat hominem, quātum Eutropius ad summum iam potentiæ fastigium elatus: adeo quidem, vt etiam inter consules designaretur, & consulatus adpellationē diutius retineret, & patriciorum deniq; dignitatem adeptus esset. Hæc maxime Gainem ad inuadendam rempublicam permouerūt. quam ad rem quum animo iam paratus esset, prius Eutropio mortē moliri statuit. Itaq; quum adhuc in Phrygia degeret, mittit ad Imperatorem, qui diceret; se iam propter insignem Tribigildi bellicis in rebus sollertiam animum despōdisse, nec ceteroqui furorē huius sustineri posse, vel Asiam ab vrgētibus eā periculis liberari; nisi postulatis eius adsentiri princeps animum induxisset. Postulata vero hæc erant: Vt malorum omnium maximus auctor Eutropius sibi dederetur, in quem ipse statueret, quidquid vellet. His auditis Arcadius, & arcessit Eutropium, & abrogata dignitate dimittit. Eutropius se cursu Christianorum ad ecclesiam confert, quæ ab illo ius asyli habebat. Quia vero Gaines instabat, Tribigildum aliter de suo quidquam remissurum impetu negans, nisi de medio tolleretur Eutropius: etiam contra legem, qua ius asyli sancitum est ecclesiis, hominem inde abreptum in Cyprum relegant, accuratæ custodiæ traditū. Vrgente vero Gaine,

& ad cædem eius Arcadiū impellente: tamdē illi, qui res Imperatoris administrabant, iusiurandum Eutropio præstitum, quum extraheretur ex ecclesia, per cauillationē eludentes, cū e Cypro reuocāt: quasiq; iurassent, non se morte multaturos ipsum, dum Cōstantinopoli esset, Chalcedonē missum interficiunt. Et Eutropio quidem in vtramque partem insolito fortuna modo quodā est vsa. Nam & tantum ad culmen eum euexit, quātum nullus eunuchorum vmquam adtigit: & neci dedit, propter odium, quo se illum persequi hostes reipublicæ dicerent. Ceterum Gaines, quem iam manifesto constaret vniuersis ad res nouas tendere, tamen id clam adhuc esse putabat. quumq; sua in potestate Tribigildi animū haberet, quod potentia pariter & auctoritate præstaret: personam eius gerēs, pacē cum principe facit; ac præstitis vltro citroq; sacramentis, per Phrygiam Lydiamq; reuertitur. Eum Tribigildus a tergo sequitur, milites suos per Lydiam superiorem ita ducēs, vt Sardes ne quidem intueretur, quæ Lydię metropolis est. Posteaquam ad vrbem Thyatira se cōiunxissent, Tribigildum pænitebat, Sardes ab se non fuisse datas excidio, qui vrbem, ab omni destitutam auxilio, perfacile capere potuisset. Itaque cum Gaine reuerti statuit, & vrbem vi expugnare. Hoc decretū reapse fuerant exsequuturi, nisi delapsa ingens pluuia terram inundasset, fluminaque tantopere auxisset, vt transiri non possent. quo factum, vt hic ipsorum interrumperetur impetus. Diuiso hinc itinere copias ducitant; Gaines in Bithyniam; alter, versus Hellespontum: rebus omnibus, quæ semet offerrēt, barbarorum comitantium direptioni concessis. Posteaquā ille Chalcedonem peruenerat, hic Lampsaco finitima tenebat; extremo in periculo tū Constantinopolis, tum ipsum Romanum imperium versabatur. Gaines postulare, vt se princeps ipse conueniret. nec enim se cum alio quoquam, præter ipsum, colloquuturū. Quum princeps in hoc quoq; fuisset adsensus, coitum est in quodā ante Chalcedonem loco, vbi Euphemiæ religiosæ martyris ædes exstructa stabat: quæ propter cultum Christo præstitū honore adficitur. Placuit, Gainem & Tribigildum ex Asia in Europam transuehi, eisque ad mortem viros in republica

καὶ πρὸς τὴν ἀναίρεσιν αὐτοῦ τὸν Ἀρκάδιον συνελαύνοντος, σοφιζόμενοι τὸν ὅρκον οἱ τὰ περὶ βασιλέα διατιθέντες, ὃν ἔτυχεν Εὐτρόπιος εἰληφὼς, ἡνίκα τῆς ἐκκλησίας ἐξείλκετο, μετάπεμπτον μὲν ἐκ τῆς Κύπρου ποιοῦνται· ὥσπερ δὲ ὀμωμοκότες, ὄντι κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν αὐτῷ θάνατον μὴ ἐπάγειν, εἰς Χαλκηδόνα πέμψαντες, ἀποσφάττουσιν. Εὐτροπίῳ μὲν οὖν ἡ τύχη κατ' ἀμφότερα παραλόγως ἐχρήσατο, πρὸς ὕψος ἄρασα τοσοῦτον, ὅσον οὐδὲ εἷς πώποτε τῶν εὐνούχων ἀνεβιβάσθη, θάνατόν τε ἐπαγαγοῦσα διὰ τὸ μῖσος, ὃ πρὸς αὐτὸν οἱ τῇ πολιτείᾳ πολεμοῦντες ἔλεγον ἔχειν.

Ὁ δὲ Γαΐνης, ἤδη πᾶσιν ὢν περίδηλος ὡς εἰς νεωτερισμὸν φέρηται, λανθάνειν ὅμως ἐνόμιζε. καὶ Τριβιγίλδου γνώμης κύριος ὤν, οἷα καὶ δυνάμει προέχων καὶ ἀξιώσει, τὸ τούτου πρόσωπον ὑποδυόμενος, σπονδὰς πρὸς τὸν βασιλέα ποιεῖται· καὶ ὅρκους ὑποσχὼν καὶ λαβὼν, διὰ Φρυγίας ἀνέστρεψε καὶ Λυδίας. ἐφείπετο δὲ αὐτῷ καὶ ὁ Τριβίγιλδος, διὰ τῆς ἄνω Λυδίας ἄγων τοὺς ὑπ' αὐτὸν τεταγμένους, ὥστε μηδὲ θεάσασθαι τὰς Σάρδεις, ἣ τῆς Λυδίας ἐστὶ μητρόπολις. ἐπεὶ δὲ εἰς Θυάτειρα συνέμιξαν ἀλλήλοις, μετέμελε τῷ Τριβιγίλδῳ τὰς Σάρδεις ἀπορθήτους ἀφέντι· ῥᾴδιον ὂν τὴν πόλιν ἑλεῖν, πάσης ἔρημον οὖσαν ἐπικουρίας. ἀναστρέφειν οὖν ἔγνω σὺν τῷ Γαΐνῃ, καὶ τὴν πόλιν κατὰ κράτος ἑλεῖν· κἂν εἰς ἔργον αὖθις ἡ γνώμη προῆλθεν, εἰ μὴ γενόμενος ὄμβρος ἐξαίσιος, καὶ τήν τε γῆν ἐπικλύσας, καὶ τοὺς ποταμοὺς καταστήσας ἀπόρους, ταύτην αὐτῷ ἐνέκοψε τὴν ὁρμήν. διελόμενοι δὲ τὴν ὁδὸν, ἦγον τὰς δυνάμεις· ὁ μὲν Γαΐνης, ἐπὶ τὴν Βιθυνίαν, ἅτερος δὲ, ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον, τὰ ἐν ποσὶ πάντα τοῖς ἑπομένοις σφίσι βαρβάροις ἐκδόντες εἰς ἁρπαγήν. ὡς δὲ ὁ μὲν τὴν Χαλκηδόνα κατέλαβεν, ὁ δὲ τὰ περὶ τὴν Λάμψακον εἶχε, τὴν μὲν Κωνσταντινούπολιν, καὶ αὐτὴν τὴν Ῥωμαίων ἐπικράτειαν, ἔσχατος περιίστατο κίνδυνος. ὁ δὲ Γαΐνης, αὐτὸν ᾔτει τὸν βασιλέα πρὸς ἑαυτὸν ἥκειν· οὐ γὰρ ἂν ἑτέρῳ παρὰ τοῦτον τινὶ διαλέξασθαι. καὶ πρὸς τοῦτο δὴ τοῦ βασιλέως ἐνδόντος, ἐγένετο μὲν ἡ σύνοδος ἔν τινι πρὸ τῆς Χαλκηδόνος τόπῳ, καθ' ὃν ὁσίας Εὐφημίας μαρτύριον ᾠκοδόμητο, τιμῆς διὰ τὴν περὶ τὸν Χριστὸν θρησκείαν ἀξιωθείσης. ἐδόκει τε τὸν Γαΐνην καὶ Τριβίγιλδον ἀπὸ τῆς Ἀσίας ἐπὶ τὴν Εὐρώπην περαιωθῆναι, κομιζομένους ἐκδότους ἐπὶ θανάτῳ τοὺς ἐξέχοντας τοῦ

πολιτεύ-

πολιτευομένους ἄνδρας. οὗτοι δὲ ἦσαν Αὐρηλιανός, ὁ τὴν ὕπατον ἔχων ἐν ἐκείνῳ τῷ ἔτει τιμήν· καὶ Σατουρνῖνος, ἐναριθμηθεὶς ἤδη τοῖς ὑπάτοις· καὶ Ἰωάννης ἐπὶ τούτοις, τὰ ἀπόρρητα πάντα παρὰ τοῦ βασιλέως τεθαρρημένος· ὃν ἔλεγον οἱ πολλοὶ καὶ τοῦ Ἀρκαδίου παιδὸς εἶναι πατέρα. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς καὶ ταύτην αὐτοῦ τὴν τυραννικὴν αἴτησιν ἀπεπλήρου. Γαΐνης δέ, τοὺς ἄνδρας παραλαβών, καὶ τὸ ξίφος αὐτοῖς ἄχρι ψαῦσαι μόνον τοῦ σώματος ἐπιθείς, ἠρκέσθη τούτους ζημιωθῆναι φυγῇ. περαιωθεὶς δὲ ἐπὶ τὴν Θρᾴκην, ἀκολουθῆσαί οἱ Τριβιγίλδῳ κελεύσας, ἀπέλιπε τὴν Ἀσίαν, ἀναπνεύσασάν πως, καὶ τῶν περιστάντων ἀπαλλαγεῖσαν κινδύνων. ἐν δὲ τῇ Κωνσταντινουπόλει διατρίβων, τοὺς μὲν ὑπ' αὐτῷ τεταγμένους στρατιώτας, ἄλλους ἀλλαχῇ διέσπειρεν, ὥστε καὶ αὐτῶν τῶν ἐν τῇ αὐλῇ δορυφόρων γυμνῶσαι τὴν πόλιν· τοῖς δὲ βαρβάροις ἐδίδου λάθρα συνθήματα, παρεγγυῶν, ἐπειδὰν ἴδοιεν ἐξελθόντα τῆς πόλεως, ἐπιθέσθαι αὐτῇ παραχρῆμα, τῆς ἀπὸ τῶν στρατιωτῶν οὔσῃ βοηθείας ἐρήμῳ, καὶ τὴν πᾶσαν ἐπικράτειαν αὐτῷ παραδοῦναι. Ταῦτα τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἐπισκήψας πρᾶξαι βαρβάροις, ἐξῄει τῆς πόλεως, μαλακῶς ἔχειν εἰπὼν αὐτῷ τὸ σῶμα τοῖς ἐν τῷ πολέμῳ πόνοις, δεῖσθαί τε ῥᾳστώνης, ἧς οὐκ ἂν τύχῃ, μὴ παραδοὺς ἑαυτὸν φροντίδας οὐκ ἐχούσῃ διαβιοτῇ. καταλιπὼν οὖν ἐν τῇ πόλει βαρβάρους, πολλῷ τῷ μέτρῳ τὸν ἀριθμὸν ὑπεραίροντας τῶν ἐπὶ φυλακῇ τῆς αὐλῆς τεταγμένων, εἴς τι προάστειον ἀνεχώρει, τεσσαράκοντα σταδίοις τῆς πόλεως διεστώς, αὐτόθεν προσδεχόμενος ἐπιθήσεσθαι, τῶν ἐν ταύτῃ βαρβάρων κατὰ τὰ συγκείμενα πρότερον ἐπιτιθεμένων. ἀλλ' ἐν ταύταις μὲν ὁ Γαΐνης ταῖς ἐλπίσι· καὶ εἰ μὴ θερμότητι φερόμενος βαρβαρικῇ, τὸν ἁρμόδιον καιρὸν προκατείληφεν, οὐδὲν ἂν ἐκώλυσεν ἐπὶ τοῖς βαρβάροις γενέσθαι τὴν πόλιν. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀναμείνας τὸ σύνθημα, τῷ τείχει προσήγαγε, καταπλαγέντες οἱ φύλακες, ἀνεβόησαν. θορύβου δὲ πᾶσιν ἐγγινομένου, θρῆνος ἐξηχεῖτο γυναικῶν· οἰμωγὴ δὲ ἦν παμμιγής, ὡς ἤδη τῆς πόλεως ἐχομένης· ἕως συνδραμόντες ἅπαντες, κατὰ τῶν ἐν τῇ πόλει βαρβάρων συνέστησαν· τούτους τε ἀνελόντες ξίφεσί τε καὶ λίθοις, καὶ πᾶσι τοῖς εἰς χεῖρας ἐλθοῦσιν, ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀνέδραμον. ἅμα δὲ τοῖς φύλαξι τοὺς ἀμφὶ τὸν Γαΐνην ἀκοντίζοντες, πάντῃ τῷ προσπίπτοντι τῆς ἐπὶ τὴν πόλιν ὁρμῆς ἀνεχαίτισαν.

eminentiſſimos dedi. Hi erant, Aurelianus, qui eius anni cõſulatum gerebat; & Saturninus cõſularis, & præter hos Ioannes, cui princeps omnia ſua arcana crediderat, & quem plerique perhibebant eius filii, quem Arcadius habebat, patrẽ eſſe. Huic quoque poſtulato princeps, licet tyrannico, ſatisfacit. quumq; viros illos Gaines accepiſſet, eisque gladium admouiſſet; eatenus tamen, vt cutem tantummodo ſtringeret: ſatis habuit, eos exſilio dumtaxat poenas luere. Quũ trãſiecisſet in Thraciam, iuſſo ſe ſubſequi Tribigildo; Aſiam reliquit, reſpirantem aliquo modo, periculisq; circumſtantibus liberatam. Conſtantinopoli degens, conſtitutos ſuis ſub ſignis milites, alios alio diſperſit: adeo quidem, vt ipſis etiam prætorianis ſatellitibus vrbem nudaret. Barbaros vero clam datis ſignis hortatur, vt vbi milites egreſſos vrbe conſpexiſſent; confeſtim eam, militum ope deſtitutam, inuaderent; & poteſtatem vniuerſam ſibi traderent. Hæc mandata de iis, quæ fieri vellet, quum barbaris ſuis dediſſet, ex vrbe proficiſcitur; quod ex belli laboribus ægrum ſibi corpus eſſe diceret, ac requietis indigere: qua frui non poſſet, ni ſe vitæ curis ſolutæ tradidiſſet. Quapropter relictis in vrbe barbaris, qui militum prætorianorum numerum longe ſuperabant; quoddam in ſuburbanum ſecedit, quadraginta ſtadiis ab vrbe remotum: vnde vrbis inuadendæ occaſionem exſpectat, vbi primum hærentes in ea barbari, ceu conuenerat, impetum in illam feciſſent. In hac ſpe Gaines erat: ac, niſi barbarico feruore impulſus, idoneum tempus anticipaſſet, nihil fuiſſet impedimento, quo minus vrbem barbari ſuam in poteſtatem redegiſſent. Iam vero, quum nõ exſpectato ſigno, ſuos ad murum adduxiſſet; territi cuſtodes, exclamãt. quumque tumultus in omnibus exſtitiſſet, mulierum ploratus audiri, cum eiulatu promiſcuo, velut vrbe iam capta; donec concurſu facto, cuncti ſe contra barbaros, qui erant in vrbe, coniunxiſſent. Poſteaquam hos gladiis, lapidibus, & quibuſuis in manus oblatis armis interfeciſſent; in muros curſu redeunt, & vna cum præſidiariis tela in militem Gainis emittentes, re quauis obuia, quo minus in vrbem irrumperent, auertunt.

In hunc modum vrbe periculo liberata, intercepti ab vrbanis barbari, numero plures quam septem milia, Christianorum ecclesiā, palatio proximam, occuparunt; asylum hoc saluti suæ tuendæ quærentes. Eos Imperator hoc ipso in loco iubet interfici; quem eis ad euitādam facinorum admissorum iustissimam poenam nō satis idoneum esse vellet. Hæc præcipiente principe, nemo tamen eis inferre manum audebat, & ex asylis ipsos extrahere; quod vererentur, ne barbari defensionem pararent. Quapropter visum est demoliri tectum, quod mensæ sacrarii (sic enim vocāt) impositum est: vt, quibus hoc datum esset negotii, ligna in eos accēsa deiicerent, idque continuo factitantes, ad internecionem omnes exurerent. Hoc vbi factum fuisset, barbari quidem interemti sunt; sed visum est iis, qui valde christianissabant, magnum in vrbe media piaculū esse commissum. Gaines, quum ausu lōge grauissimo excidisset, aperte iam bellum aduersus rempublicam concitat. Et Thraciæ quidem agros adortus, muris opida munita, magistratuum & incolarū præsidio teneri videbat. Nam ex superiorum temporum incursionibus ad bella condocefacti, totis viribus ad prœliandum erumpebant. Itaq; Gaines, qui nihil præter gramen extra muros relictum cerneret, quod omnes adhibita cura varios fructus, & iumenta, & omnis generis penum coëgissent: Thracia relicta, in Chersonesum contendere statuit, & per Hellesponti angustias in Asiā recurrere. Dum hoc ille molitur, communi suffragio princeps atque senatus bello contra Gainē gerendo † Fraiutum ducem deligunt; natione quidem illum barbarum, sed cetera Græcum, non indole dumtaxat & moribus, verumetiam instituto animi, & numinū cultu. Huic ergo multis iam præturis illustri, quique totum orientem, inde a Cilicia vsque ad Phoenicen ac Palæstinam, a latronū lue repurgauerat, exercitus tradunt. quibus acceptis, Gaini se Fraiutus opponit, barbarorum trāsiectionem in Asiam per Hellespontum impediens. Interea vero, dum Gaines ad prœlium se parat; Fraiutus ferre non potuit, vt otiosi milites essent; sed cōtinuis eos exercitiis instruxit.

† alii Frauitetam vocant.

Ἀλλὰ τῆς πόλεως τῷ τρόπῳ τοιῷδε τὸν κίνδυνον διαφυγούσης, οἱ βάρβαροι * τῶν ἔνδον ἀπειλημμένοι, * πλείω ἢ ἑπτακισχίλιοι, τὴν τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησίαν, ἣ πλησίον ἐστὶ τῶν βασιλείων, κατέλαβον, * ταύτης τὸ ἄσυλον αὐτοῖς ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ περιποιοῦντες. οὓς ὁ βασιλεὺς καὶ ταύτῃ διαφθείρεσθαι παρεκελεύετο, μηδὲ ἀρκέσαι τὸν τόπον αὐτοῖς εἰς ἀποφυγὴν τῆς κατὰ τὴν ἀξίαν ὧν ἐτόλμησαν δίκης. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ταῦτα ἐκέλευεν· ἐθάρρει δὲ οὐδεὶς χεῖρας ἐπαγαγεῖν, καὶ τῶν ἀσύλων αὐτοὺς ἐξελκύσαι, δέει τοῦ τινὸς ἀντιστάσεως ὑπ' αὐτῶν πειραθῆναι. ἐδόκει τοίνυν, τὴν ὑπερκειμένην τῆς τραπέζης τοῦ λεγομένου θυσιαστηρίου στέγην γυμνωθεῖσαν, ἐνδοῦναι τοῖς εἰς τοῦτο τεταγμένοις, καὶ ξύλα πεπυρωμένα κατὰ τούτων ἀφιέναι, καὶ τοῦτο συνεχέστερον ποιοῦσιν, ἀθρόως ἅπαντας καταφλέξαι. καὶ τούτου γενομένου, τοὺς μὲν βαρβάρους ἀπώλλυεν· ἔδοξε δὲ παρὰ τοῖς σφόδρα χριστιανίζουσι, μέγα μύσος ἐν μέσῃ τετολμῆσθαι τῇ πόλει. Γαΐνης μὲν οὖν, τῆς οὕτω μεγίστης ἐγχειρήσεως ἀποσφαλείς, ἤδη προφανῶς τὸν κατὰ τῆς πολιτείας ἀνερρίπιζε πόλεμον· ἐπιὼν δὲ τοῖς ἐν Θρᾴκῃ χωρίοις, τὰς μὲν πόλεις ἑώρα καὶ τείχεσι πεφραγμένας, καὶ τὴν παρὰ τῶν ἀρχόντων καὶ οἰκητόρων ἐχούσας φυλακήν· ἤδη γὰρ ἐκ τῶν προλαβουσῶν ἐφόδων, οὐκ ἀμελέτητοι πολέμου γεγονότες, παντὶ σθένει πρὸς τὸ πολεμεῖν ὥρμηντο. καὶ Γαΐνης, οὐδὲν ἕτερον ἔξω τειχῶν ὑπολελειμμένον θεώμενος, πλὴν πόαν, (ἐμέλησε γὰρ ἅπασι συγκομίσαι καρπούς τε παντοίους, καὶ ζῷα, καὶ παντοίαν ἀποσκευὴν) ἔγνω τὴν Θρᾴκην ἀπολιπών, δραμεῖν ἐπὶ τὴν Χερρόνησον, καὶ εἰς τὴν Ἀσίαν παλινδρομῆσαι διὰ τῶν τοῦ Ἑλλησπόντου στενῶν. ὄντος δὲ ἐν τούτοις αὐτοῦ, κοινῇ ψήφῳ βασιλεύς τε καὶ ἡ γερουσία στρατηγὸν ἐπὶ τῷ κατὰ Γαΐνην αἱροῦνται πολέμῳ Φραΐουτον, ἄνδρα βάρβαρον μὲν τὸ γένος, Ἕλληνα δὲ ἄλλως οὐ τρόπῳ μόνον, ἀλλὰ [καὶ τῇ προαιρέσει] καὶ τῇ περὶ τὰ θεῖα θρησκείᾳ. τούτῳ τοίνυν, ἤδη πολλαῖς διαπρέψαντι στρατηγίαις, καὶ τὴν ἑῴαν ἅπασαν, ἀπὸ Κιλικίας ἄχρι Φοινίκης καὶ Παλαιστίνης, τῆς ἀπὸ τῶν λῃστῶν λύμης ἐλευθερώσαντι, παραδεδώκασι τὰς δυνάμεις. ὁ δέ, ταύτας παραλαβών, ἀντικαθίστατο τῷ Γαΐνῃ, τὴν διὰ τοῦ Ἑλλησπόντου κωλύων τῶν βαρβάρων ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διάβασιν. παρασκευαζομένου δὲ Γαΐνου πρὸς μάχην, ἀργούντων οὐκ ἠνείχετο τῶν στρατιωτῶν ὁ Φραΐουτος, ἀλλὰ μελέταις συνεχέσιν ἐξήσκει,

καὶ ἐπὶ τοσοῦτον τοῖς γυμνασίοις ἐπέρρωσεν, ὥστε ἀντὶ τῆς περὶ τούτου ῥᾳστώνης τε καὶ ἐκμελείας, ἐφ' οἷς ὁ Γαΐνης μέλλειν ἐδόκει πρὸς τὸν πόλεμον, δυσχεραίνειν. Φραΐτος μὲν οὖν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐν τούτοις ἦν, νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τό τε στρατόπεδον τὸ οἰκεῖον ἐπισκοπῶν, καὶ τὰς τῶν ἐναντίων ἀποθεωρῶν ἐγχειρήσεις· ἐπεμελεῖτο δὲ καὶ τοῦ ναυτικοῦ. πλοῖα γὰρ ἦν αὐτῷ πρὸς ναυμαχίαν ἀρκοῦντα· Λίβερνα ταῦτα καλούμενα, ἀπό τινος πόλεως ἐν Ἰταλίᾳ κειμένης ὀνομασθέντα, καθ' ἣν ἐξ ἀρχῆς τούτων τῶν πλοίων τὸ εἶδος ἐναυπηγήθη. δοκοῦσι δέ πως τὰ πλοῖα ταῦτα ταχυναυτεῖσθαι πεντηκοντόρων οὐχ ἧττον, κατὰ πολὺ τῶν τριηρικῶν ἐλαττούμενα, πλείοσιν ἔτεσι τῆς τούτων ἐκλιπούσης δημιουργίας· εἰ καὶ Πολύβιος ὁ συγγραφεὺς ἐκτίθεσθαί πως ἔδοξε τῶν ἑξηρικῶν πλοίων τὰ μέτρα, οἷς φαίνονται πολλάκις [κεχρῆσθαι] Ῥωμαῖοι καὶ Καρχηδόνιοι πολεμήσαντες πρὸς ἀλλήλους. ὁ δὲ Γαΐνης, βιασάμενος τὴν διὰ τοῦ Μακροῦ τείχους ἐπὶ τὴν Χερρόνησον εἴσοδον, ἐξέτασσε τοὺς βαρβάρους παρὰ πᾶσαν τὴν Θρᾳκίαν ὀφρύν, τὴν ἀντιπαρατείνουσαν τοῖς ἀπὸ τοῦ Παρίου μέχρι Λαμψάκου καὶ Ἀβύδου, καὶ τῶν ποιούντων τὴν στενὴν θάλασσαν τόπων. Ὁ μὲν οὖν Ῥωμαίων στρατηγὸς, ταῖς ναυσὶ περιέπλει τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν χωρία, νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν τὰ ἐγχειρήματα τῶν βαρβάρων ἀποσκοπῶν. ὁ δὲ Γαΐνης, ἀπορίᾳ τῶν ἐπιτηδείων ἐπὶ τῇ τριβῇ δυσανασχετῶν, ἐκ τῆς κατὰ Χερρόνησον ὕλης ξύλα τεμὼν, καὶ ταῦτα συγκολλήσας ἀλλήλοις πρὸς πᾶσαν ἀκρίβειαν, ἐπιτήδειά τε πρὸς ὑποδοχὴν ἀνδρῶν τε καὶ ἵππων ἀποτελέσας, ἐνεβίβασε τούτοις μετὰ τῶν ἵππων τοὺς ἄνδρας, καὶ ἀφῆκε φέρεσθαι κατὰ ῥοῦν· οὔτε γὰρ κώπαις ἰθύνεσθαι οἷά τε ἦν, οὔτε ἄλλως κυβερνητῶν ἀνέχεσθαι τέχνης, οὐδεμιᾷ τέχνῃ, βαρβαρικῇ δὲ ἐπινοίᾳ σχεδιασθέντα. μείνας δὲ αὐτὸς ἐπὶ τῆς χέρσου, κοινωνήσειν ὅσον οὐδέπω τῆς νίκης ἤλπιζεν, ὡς οὐδαμοῦ τῶν Ῥωμαίων αὖθις ἀξιομάχων φανησομένων. τοῦτο οὐκ ἔλαθε τὴν τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ῥωμαίων ἀγχίνοιαν· ἀλλὰ τὸ ἐγχειρούμενον τεκμηράμενος, βραχὺ τῆς γῆς ποιεῖ προαχθῆναι τὰς ναῦς. ὡς δὲ εἶδε τὰς τῶν βαρβάρων σχεδίας πρὸς [τὸ] τῷ ῥεύματι δοκοῦν φερομένας, αὐτὸς πρότερος ἐπεφέρετο τῇ κατὰ πρώτην τάξιν ἀπαντησάσῃ ξύλῳ. πλοῖον δὲ χαλκέμβολον

Adeo denique iam milites exercitationibus cōfirmauerat, vt ignauia desidiaque superiorum temporum deposita, permoleste ferrent, Gainem bello gerendo cunctari. His rebus in Asia Fraiutus intentus erat, quum interdiu noctuque tum sua perlustraret castra, tum speculando conatus hostiles exploraret. Classem quoque non negligebat. Quippe nauium habebat eum numerum, qui cōmittendo nauali proelio sufficeret. Eas Liburnas vocant, ab opido quodam in Italia sito sic nominatas; quo in opido naues ad eam formā initio fabricatæ fuerunt. Videntur autem hæ naues non minus esse veloces, quam illæ sint, quæ quinquaginta remis aguntur, sed multum a triremibus superari; ac longo iam tempore confici desierunt. quamquam scriptor historiæ Polybius hexericarum quoq; nauium rationes exposuit; quibus sæpe Romani & Karthaginiēses, quum inter se bella gererēt, vsi fuisse videntur. Ceterum Gaines, vi per Longum murum in Cherronesum patefacto aditu, barbaros propter vniuersum Thraciæ litus illud eminentius cōstituit, quod ex aduerso semet extendit & obiicit incipientibus a Pario locis, ad Lampsacum, & Abydum, & ad illa vsque loca, quæ mare istuc angustum efficiunt. Dux militū Romanorum, nauibus hæc Asiatica loca circumuectus, interdiu noctuq; barbarorum conatus speculatur. Gaines autem, propter inopiam commeatus, moram longiorem moleste ferens, tignis e silua in Cherroneso cæsis, & inter se peraccurate cōpactis, ac redditis ad homines & equos vehendos idoneis; milites vna cum equis imposuit, & fluxu secundo ferri permisit. Nam neq; remis dirigi poterant, nec alio quo modo gubernatorum artem admittebāt; quod arte nulla, sed barbarica tantum sollertia, opere tumultuario facta fuissent. Interim Gaines in litore subsistens, omnino se nūc victoria potiturū sperabat; quasi nullo modo pares suis hoc proelio Romani se præstituri essent. Hoc sagax ille dux Romanorum nō ignorabat; sed coniectura de conatu ipsius facta, iubet, vt naues a terra paullum proueherentur. Quum autem barbarorum rates agi videret, quo fluxus eas impelleret; ipse primus occurrentem in prima serie ratem inuadit. quumque nauim aheneo rostro munitam ha-

beret, rebus omnibus superior irruit; simulq; ratem aduersam propellens, & telis emissis vectores petens, vna cum ipsis eam viris demergit. Intuiti vero ducem ceterarum nauium vectores, & factum eius imitati, telis aduersos confecere; quum, si qui de ratibus excidissent, a mari abriperētur, ac nemo propemodum mortem effugere posset. Gaines, hoc tam graui adflictus detrimento, totque militiæ sociis amissis, ad inopiam consilii redactus; motis e Cherroneso nonnihil castris, ad sitam extra Cherronesum Thraciam procurrit. Fraiutus in hoc tempore fugientem Gainem minime persequendum statuit; sed illo ipso in loco suas ad se copias recipit: ea victoria contentus, quam fortuna dedisset. Quum nemo non Fraiutum accusaret, quod fugientem Gainem noluisset persequi, sed tam ipsi Gaini, quam barbaris fuga cum eo dilapsis, velut ex eadem natione secum ortis, pepercisset: rei nullius eiusmodi sibi conscius, ad principem reuertitur; magnos animos ob partā victoriam gerens, eamque libere diis illis acceptam referens, quos coleret. Nec enim pudebat eum, ipso quoque principe audiēte fateri, se ritu patrio deos venerari & colere; minimeque suo posse animo imperare, vt hac in parte vulgi opinionem sectaretur. Imperator exceptum Fraiutum, consulē designat. Gaines vero, magna copiarum amissa parte, ceu dictum est, cum reliquis ad Istrum cursu properat: & quia vastatam superioribus irruptionibus Thraciam reperisset, quidquid obuium esset, diripit. Veritus autem, ne forte sequutus alius quispiam Romanus exercitus, barbaros suos, qui pauci erant, adoriretur; simulque suspectos, qui eum comitabantur, Romanos habens: illos quidem, consilium eiusmodi non prospiciētes, vniuersos occidit: cū barbaris vero transiecit Istrum, ad sua reuerti, atque ibi deinceps viuere cogitans. Dū hæc Gaines agit, † Vldes Hunnorum eo tempore princeps, nō tutum arbitratus esse, homini barbaro, suas habenti copias permittere, trās Istrum vt domicilium haberet; prætereaq; ratus, Imperatori se Romano rem gratam facturum, si hunc expelleret: ad pugnam cum eo committendam se parat, & coactis copiis, aciem aduersus hostem instruit. Itidem Gaines,

† Huldin adpellatur ab alijs.

ἔχων, ἐκ δεξιῶν ἐπῄει· καὶ ὠθῶν ἅμα, καὶ βελῶν ἀφιεὶς τοὺς ἐμπλέοντας βαλών, αὐτάνδρους κατέδυε. θεασάμενοι δὲ τὸν στρατηγὸν οἱ τῶν ἄλλων νεῶν ἐπιβάται, καὶ μιμησάμενοι, τοὺς μὲν κατεκέντησαν, τῶν δὲ ξύλων ἐκπεσόντων, εἶχεν ἡ θάλασσα, μηδενὸς (ὡς εἰπεῖν) διαφυγεῖν τὸν θάνατον δυνηθέντος. ἐπὶ τούτῳ βαρυνόμενος ὁ Γαΐνης τῷ ἐλαττώματι, καὶ ἀπορῶν ἐπὶ τοσούτων συμμάχων ἀποβολῇ, ὀλίγον ἀναχωρήσας τῶν ἐν Χερρονήσῳ τόπων, ἐπὶ τὴν ἔξω Θρᾴκην ἀπέτρεχε. Φραίουτος δὲ, διώκειν τέως οὐκ ἔγνω φεύγοντα τὸν Γαΐνην, ἀλλὰ κατὰ χώραν τὴν δύναμιν ἀνελάμβανεν, τῷ δεδομένῳ παρὰ τῆς τύχης ἀρκούμενος προτερήματι. πάντων δὲ (ὡς εἰπεῖν) αἰτίας ἐπιφερόντων Φραιούτῳ, ὅτι διῶξαι φεύγοντα Γαΐνην οὐκ ἠθέλησε, φεισαμένῳ δὲ ὡς ὁμοφύλων αὐτοῦ τε Γαΐνου καὶ τῶν ἅμα τούτῳ διαφυγόντων, οὐδὲν τοιοῦτον ἑαυτῷ συνεπιστάμενος, ἐπεδήμει πρὸς τὸν βασιλέα, μέγα φρονῶν ἐπὶ τῇ νίκῃ, καὶ μετὰ παρρησίας τοῖς παρ' αὐτοῦ τιμωμένοις ταύτην ἀνατιθείς. οὐδὲ γὰρ ᾐσχύνετο, καὶ αὐτοῦ τοῦ βασιλέως ἀκούοντος, ὁμολογεῖν, ὅτι σέβοιτο καὶ τιμῴη θεοὺς κατὰ τὰ πάτρια, καὶ οὐκ ἀνέξεται κατὰ τοῦτο τοῖς ἀπὸ τοῦ πλήθους ἀκολουθῆσαι. Φραίουτον μὲν οὖν ἀποδεξάμενος ὁ βασιλεὺς, ὕπατον εἶναι κατέστησε. Γαΐνης δὲ, τὸ πολὺ τῆς δυνάμεως μέρος ἀποβαλὼν, ᾗπερ εἴρηται, μετὰ τῶν λειπομένων ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἀπέτρεχε. πεπορθημένην δὴ τὴν Θρᾴκην ἐκ τῶν προλαβουσῶν ἐφόδων εὑρὼν, τὰ δὲ ἐν ποσὶ ληιζόμενος. δεδιὼς δὲ μή ποτε στρατόπεδον ἕτερον Ῥωμαϊκὸν ἐπακολουθῆσαν, ἐπίθοιτο τοῖς σὺν αὐτῷ βαρβάροις, οὐ πολλοῖς οὖσιν, οὐκ ἔξω τε ὑποψίας ἔχων τοὺς ἑπομένους αὐτῷ Ῥωμαίους, ἐκείνους μὲν, οὐ προειδομένους τὸ βούλευμα, πάντας ἀπέκτεινεν· ἅμα δὲ τοῖς βαρβάροις, ἐπεραιώθη τὸν Ἴστρον, εἰς τὰ οἰκεῖα ἐπανελθεῖν διανοούμενος, αὐτόθι δὲ τοῦ λοιποῦ βιοτεύειν. Ἀλλ' ὁ μὲν Γαΐνης, ἐν τούτοις ἦν· Οὔλδης δὲ, ὁ τὴν Οὔννων ἔχων κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἡγεμονίαν, οὐκ ἀσφαλὲς ἡγησάμενος εἶναι βαρβάρῳ στρατόπεδον οἰκεῖον ἔχοντι, συγχωρῆσαι πέραν τοῦ Ἴστρου τὴν οἴκησιν ἔχειν, ἅμα δὲ καὶ τῷ Ῥωμαίων οἰόμενος βασιλεῖ χαριεῖσθαι, τοῦτον ἀποδιώκων, εἰς μάχην αὐτῷ καταστῆναι παρεσκευάζετο· καὶ συναγαγὼν τὴν δύναμιν, ἀντιπαρετάττετο. καὶ Γαΐνης δὲ,

οὔτε πρὸς

οὔτε πρὸς Ῥωμαίους ἐπανελθεῖν ἔτι δυνάμενος, οὔτε ἄλλως τὴν ἀπειλουμένην ἔφοδον διαφυγεῖν, ὁπλίσας τοὺς σὺν αὐτῷ, τοῖς Οὔννοις ἀπήντα. συμπλακέντων δὲ τῶν στρατοπέδων οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πολλάκις ἀλλήλοις, ἀντέσχε μὲν εἴς τινας μάχας ἡ Γαΐνου μερίς· ἐπεὶ δὲ πολλοί τε ἐξ αὐτῶν ἔπεσον, ἀνῃρέθη καὶ αὐτὸς Γαΐνης, καρτερῶς καὶ γενναίως ἀγωνισάμενος. Τοῦ πολέμου τῇ Γαΐνου τελευτῇ πέρας λαβόντος, Οὔλδης, ὁ τῶν Οὔννων ἡγούμενος, τὴν τούτου κεφαλὴν Ἀρκαδίῳ τῷ βασιλεῖ πέμψας, δωρεῶν ἠξιοῦτο· καὶ ἐπὶ τούτοις σπονδὰς πρὸς Ῥωμαίους ἐτίθετο. Τῶν δὲ πραγμάτων σὺν οὐδενὶ λόγῳ φερομένων, οἷα τοῦ βασιλέως φρονήσεως ἐστερημένου, τὰ ἐν τῇ Θρᾴκῃ συνεταράττετο. φυγάδες γὰρ οἰκέται, καὶ ἄλλως τὰς τάξεις ἀπολιπόντες, Οὔννους ἑαυτοὺς εἰπόντες εἶναι, τὰ ἐν τοῖς ὑπαίθροις διήρπαζον· ἕως ὁ Φραΐουτος ἐπιστρατεύσας, καὶ ὅσοις ἄλλοις ἐνέτυχεν ἀνελών, ἔξω φόβου πεποίηκε τοὺς οἰκήτορας. . . . .

qui nec ad Romanos amplius reuerti, nec alia via, quem minaretur Vldes impetum, effugere poſſet; ſuis armatis, in Hunnos tendit. Quum manus non ſemel, ſed multoties conſeruiſſent exercitus, ſtrenue Gainis miles aliquot prœliis reſtitit: tandem, compluribus cæſis, etiã Gaines ipſe, fortiter & animoſe pugnans, interfectus eſt. Bello Gainis morte finito, Vldes Hunnorum princeps, capite ipſius ad Arcadiũ miſſo, muneribus cultus eſt; & ſecũdum hæc fœdus cum Romanis iniit. Quum autem res temere fluctuarent, Imperatore prudẽtia deſtituto; Thracia rurſum perturbatur. Quippe fugitiua mancipia, cum aliis, qui ordines ſuos deſeruerant, quum ſe Hunnos eſſe perhiberẽt, quidquid in agris erat ſub dio, diripiunt: donec Fraiutus, expeditione ſuſcepta, tum his, tum aliis, quoſcumq; nanctus eſſet, interfectis; eorum locorum colonos extra metum poſuit. . . . .

. . . . . λίαν ἔγνωκε διαβῆναι, δεδιότες μὴ πάλιν κακῶς διατεθεῖεν. τούτῳ περιπεσόντες, ἀποβῆναι τῆς νεὼς ἐν τοῖς περὶ τὴν Ἤπειρον τόποις· καὶ περὶ τῆς σφῶν βουλευόμενοι σωτηρίας, (ἐποίει γὰρ αὐτοῖς ταύτην ἐπισφαλῆ τὸ τοῦ πλημμελήματος ὑπερβάλλον) καιρὸν δεδώκασι τοῖς παρ' αὐτῶν φυλαττομένοις φυγῆς. ἕτεροι δέ φασιν, ὡς χρημάτων αὐτοῖς τὴν ἄφεσιν ἐφιλοτιμήσαντο. οἱ δὲ, ὅπως ποτὲ διέφυγον, ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐπανελθόντες παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα, τῷ τε βασιλεῖ καὶ τῇ γερουσίᾳ καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἐφαίνοντο. ἐντεῦθεν ηὐξήθη τῇ συνοικούσῃ τῷ βασιλεῖ τὸ κατὰ Ἰωάννου τοῦ τῶν Χριστιανῶν ἐπισκόπου μῖσος, χαλεπαινούσης πρότερον μὲν αὐτῷ, κωμῳδεῖν εἰωθότι κατὰ τὰς συνόδους αὐτὴν ἐν ταῖς πρὸς τὸ πλῆθος ὁμιλίαις· τότε δὲ, μετὰ τὴν Ἰωάννου καὶ τῶν ἄλλων ἐπάνοδον, εἰς τὴν κατ' αὐτοῦ δυσμένειαν ἐμφανῶς ἐξανέστη. πράττουσα δὲ πάντα κατ' ἐξουσίαν, ἐκίνει τοὺς πανταχόθεν ἐπισκόπους πρὸς τὴν Ἰωάννου καθαίρεσιν· ὧν ἦν πρῶτος καὶ κορυφαῖος, ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας τῆς ἐν Αἰγύπτῳ Θεόφιλος, ὁ πρῶτος ἀρξάμενος τῆς κατὰ τῶν ἱερῶν καὶ τῶν ἐξ αἰῶνος πατρίων ἐπιβουλῆς.

. . . . . . veriti, ne male tractarentur. Poſteaquam in hoc incidiſſent, in Epiri locis e naui ſunt egreſſi. dumq; de ſalute ſua deliberant, quam nimia delicti magnitudo reddebat dubiam; fugæ ſpatium conceſſerunt iis quos cuſtodiebant. Alii data pecunia dimiſſos fuiſſe narrant. Illi vero, quocumque tamdem modo euaſere, Conſtantinopolim præter omnem ſpẽ reuerſi; principi, ſenatui, reliquis omnibus ſe conſpiciendos exhibuerunt. Hinc auctum fuit odium Auguſtæ contra Ioannem, Chriſtianorum epiſcopũ: quæ prius etiam illi ſuccenſeret, quod eã publicis in cõgreſſibus, quoties ad plebẽ diſſereret, perſtringere conſueſſet. In hoc quidem tempore, poſt Ioãnis aliorumq; reditum, palam infeſto in eũ animo eſſe cepit. Quumq; cuncta ex animi libidine gereret, omnium locorũ epiſcopos ad deiiciendũ loco ſuo Ioannẽ concitat: inter quos primus & ſummus erat, Alexandrinæ vrbis in Ægypto antiſtes Theophilus, qui primus ſacra, patriitoſq; ritus æternos, oppugnare cepit.

Ioannẽ Chryſoſtomum intelligit.

pecunia magiſtratus præfeciſſe, vel annonam militarem in lucrum ſuum vertiſſe. Quumque pater filii dumtaxat vnius eſſet, hanc ei dignitatis metam ſtatuit, vt ad officium Tribuni notariorum (quem vocant) prouecto, nullam aliam poteſtatem adquireret. Vt autem homines ſtudioſi tempus etiam mortis ipſius non ignorent, ſciant eā accidiſſe a.d.x. kal. Septembr. Baſſi Philippique conſulatu; quibus conſulibus & Arcadius Imperator fato functus eſt. Stelichone exſtincto, vniuerſæ res palatinæ arbitratu Olympii adminiſtrabātur. Et Olympius quidē ipſe Magiſtri poteſtatem accipiebat: cetera princeps in eos diſtribuebat, quos Olympius teſtimonio ſuo commēdaſſet. Quum autem vndique perquirerentur Stelichonis familiares, vel qui ceteroqui partes eius ſequuti viderentur: in ius tum Deuterius, auguſtalis cubiculi præpoſitus, tum Petrus, ſcholæ notariorum tribunus, ducuntur: & publicæ quæſtioni ſubiecti, de Stelichone quid dicere coguntur. Sed quum nihil haberent, quod vel aduerſus ſe ipſos, vel in illum deponerent: nullo ſtudii ſui fructu potitus Olympius, ad mortem vſque ſuſtibus eos cædi curauit. Aliis quoque compluribus, velut alicuius rei Stelichoni conſciis, in ius ductis, & per adhibitas quæſtiones dicere coactis, an compertum haberent, Stelichonem imperium adfectaſſe: quum nemo quidquam tale ſe ſcire diceret, ab huiuſmodi conatu homines in rebus talibus indagandis curioſi deſtiterunt. Imperator autem Honorius vxorē Thermantiam, auguſtali deiectam ſolio, matri ſuæ reddi iuſſit, nulla tamen iccirco ſuſpicione grauatam; & filium Stelichonis Eucherium, perueſtigatum vndique, iugulari. quem vbi fuga quādam in eccleſiam Romæ delatum reperiſſent, ob loci reuerentiam miſſum fecerunt. In eadem vrbe Roma Heliocrates, fiſco præfectus, litteras principis adferens, quæ litteræ iubebant omnium, quicumq; Stelichonis temporibus aliquem magiſtratum impetraſſent, facultates publicari; congerendis in fiſcum pecuniis occupatus erat. Et, quaſi non ſufficerent hæc ad exſatiandum malum genium, qui tunc & nefariorum catenis conſtringebat, & in ſolitudine numinis conturbabat vniuerſas res humanas: etiam aliud quiddam tale ſuperioribus adiectum fuit. Qui erant in opidis collocati milites, quum de morte Stelichonis ad eos nuntius adlatus fuiſſet; in barbarorum vxores atq; liberos per ſingulas vr-

bes grassantur; eisq;, veluti signo dato, ad internicionē deletis, quascumque facultates habebant, diripiunt. Quod quum inaudissent occisorum propinqui, & ex locis omnibus confluxissent, commoti grauiter ob violatam a Romanis tam impie fidem, Deo teste datam; Alaricho se omnes adiungere statuūt, & belli cum eo societatem aduersus Romā coire. Quo nomine collecta hominum triginta, vel paullo amplius, milia; promte, quocumq; videretur, concurrunt. Alarichus autem, ne per hos quidem incitatus, bellum suscipit; sed pacem adhuc bello præfert, induciarum memor, quæ Stelichone viuo factæ fuerant. Missis autem legatis, interueniente pecunia non magna pacem fieri postulat, & obsides dari, Aetium & Iasonem; illum Iouii, hunc Gaudentii filium. Simul ait, se quoq; nonnullos ex suis nobiles daturum obsides, atq; his condicionibus pacem culturum, & e Norico in Pannoniam copias abducturum. Quibus legibus petente pacē Alaricho, Imperator eius postulata reiicit. Atqui de duobus alterum facere debuit, & recte rebus pręsentibus consulere. Nam vel differendum erat bellum, induciis modica pecunia quadam impetratis: vel, si bellū gerere malebat, omnes cogendæ militum legiones, quæ vsquam essent, & qua transeundum hostibus erat, constituendæ; quo barbarus ab vlteriore progressu excluderetur. Deligendus item dux & imperator belli totius Sarus; qui & per se idoneus erat ad incutiendū hosti terrorem, ob fortitudinem ac bellicæ rei peritiam; & apud se barbarorū multitudinem, satis ad resistendum idoneam, habebat. Enimuero nec pacem amplexus, nec amicitia Sari conciliata, nec Romanis exercitibus collectis, sed in Olympii votis omni spe collocata; tantarū reipublicæ calamitatum auctor exstitit. Nam duces exercitui dedit eos, qui sui contemtum in animis hostium excitare possent: equitatui Turpillione, pedestribus copiis Varane præfecto: itidemq; domesticorum alæ, Vigilantio; quibus erant & reliqua contentanea. Quapropter omnes desperabūdi, iā in oculis Italię exitiū habere sibi videbantur. His in hunc modū ordinatis, Alarichus, adparatu Honorii deriso, Romanā expeditionē occepit. Et quoniā res adeo maximas nō tātum adparatu pari,

βαρβάρων ἐπέθεντο· καὶ ὥσπερ ἐκ συνθήματος πανωλεθρίᾳ διαφθείραντες, ὅσα ἦν αὐτοῖς ἐν οὐσίᾳ, διήρπασαν. ὅπερ ἀκηκοότες οἱ τοῖς ἀνῃρημένοις προσήκοντες, καὶ πανταχόθεν ἐς ταὐτὸ συνελθόντες, σχετλιάσαντες ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ Ῥωμαίων κατὰ τοῦ θεοῦ πίστεως ἀσεβείᾳ, πάντες ἔγνωσαν Ἀλλαρίχῳ προσθέσθαι, καὶ τοῦ κατὰ τῆς Ῥώμης αὐτῷ κοινωνῆσαι πολέμου· καὶ συναχθεῖσαι πρὸς τοῦτο πλείους ὀλίγῳ τριῶν μυριάδες, ἐφ' ὅπερ ἐδόκει συνέθεον. Ἀλλάριχος δὲ, οὐδὲ παρὰ τούτων ἐρεθιζόμενος ἤρατο τὸν πόλεμον, ἀλλὰ ἔτι τὴν εἰρήνην ἔμπροσθεν ἐποιεῖτο, τῶν ἐπὶ Στελίχωνος σπονδῶν μεμνημένος. στείλας δὲ πρέσβεις, ἐπὶ χρήμασιν οὐ πολλοῖς εἰρήνην ᾔτει γενέσθαι, λαβεῖν τε ὁμήρους, Ἀέτιον καὶ Ἰάσονα, τὸν μὲν, Ἰοβίου γενόμενον παῖδα, τὸν δὲ, Γαυδεντίου· δοῦναι δὲ καὶ αὐτὸς τῶν παρ' αὐτῷ τινας εὖ γεγονότων, καὶ ἐπὶ τούτοις ἄγειν τὴν ἡσυχίαν, μεταστῆσαί τε εἰς Παιονίαν ἐκ τοῦ Νωρικοῦ τὸ στράτευμα. ἐπὶ τούτοις Ἀλλαρίχου τὴν εἰρήνην αἰτοῦντος, ὁ βασιλεὺς ἀπεσείετο τὰ αἰτήματα. καίτοι γε δυοῖν ἐχρῆν θάτερον πράξαντα, τὸ παρὸν εὖ διαθεῖναι. ἢ γὰρ ἀναβαλέσθαι τὸν πόλεμον ἔδει, σπονδὰς ποιησάμενον ἐπὶ μετρίοις τισὶ χρήμασιν· ἢ πολεμεῖν αἱρούμενον, πάντα συναγαγεῖν ὅσα στρατιωτῶν τάγματα ἦν, καὶ ταῖς παρόδοις τῶν πολεμίων ἐγκαταστῆσαι, καὶ ἀποκλεῖσαι τὸν βάρβαρον τῆς ἐπὶ τὸ πρόσω πορείας· ἡγεμόνα τε καταστῆσαι, καὶ στρατηγὸν τοῦ πολέμου παντὸς, Σάρον, ὄντα μὲν καθ' ἑαυτὸν ἀξιόλογον καταπλῆξαι τοὺς πολεμίους, διά τε ἀνδρείαν καὶ πολεμικὴν ἐμπειρίαν, ἔχοντα δὲ καὶ βαρβάρων πλῆθος ἀρκοῦν εἰς ἀντίστασιν. ἀλλ' οὔτε τὴν εἰρήνην δεξάμενος, οὔτε τὴν Σάρου φιλίαν ἐπισπασάμενος, οὔτε τὸ Ῥωμαϊκὸν συναγαγὼν στρατόπεδον, τῶν δὲ Ὀλυμπίου τὰς ἐλπίδας ἀναρτήσας εὐχῶν, τοσούτων αἴτιος ἐγένετο τῷ πολιτεύματι συμφορῶν. στρατηγούς τε γὰρ ἐπέστησε τῷ στρατεύματι, καταφρόνησιν ἐμποιῆσαι τοῖς πολεμίοις ἀρκοῦντας· Τουρπιλλίωνα μὲν τοῖς ἱππεῦσιν, Οὐαράνην δὲ τοῖς πεζοῖς ἐπιστήσας, καὶ τῇ τῶν δομεστίκων ἴλῃ Βιγελάντιον, καὶ τὰ λοιπὰ τούτοις ὁμολογοῦντα. ὧν ἕνεκα ταῖς ἐλπίσι πάντες ἀπεγνωκότες, ἐν ὀφθαλμοῖς ἔχειν ἐδόκουν τὴν τῆς Ἰταλίας ἀπώλειαν. ἀλλὰ τούτων οὕτω διῳκημένων, ἐπὶ τὴν κατὰ τῆς Ῥώμης ἔφοδον Ἀλλάριχος ὡρμήθη, γελάσας τὴν Ὁνωρίου παρασκευήν. ἐπεὶ δὲ μεγίστοις οὕτω πράγμασιν οὐκ ἐκ τοῦ ἴσου μόνον,

ἀλλὰ καὶ

ἀλλὰ καὶ ἐκ μείζονος ὑπεροχῆς ἐγχειρῆσαι διενοεῖτο, μεταπέμπεται τὸν τῆς γαμετῆς ἀδελφὸν Ἀτάουλφον ἐκ τῆς ἀνωτάτω Παιονίας, ὡς ἂν αὐτῷ κοινωνήσοι τῆς πράξεως, Οὔννων καὶ Γότθων πλῆθος οὐκ εὐκαταφρόνητον ἔχων. οὐκ ἀναμείνας δὲ τὴν αὐτοῦ παρουσίαν, ἀλλ᾽ εἰς τὸ πρόσω προελθών, Ἀκυληΐαν μὲν παρατρέχει, καὶ τὰς ἐξῆς πόλεις, ἐπέκεινα τοῦ Ἠριδανοῦ ποταμοῦ κειμένας (φημὶ δὲ Κονκορδίαν, καὶ Ἄλτινον, καὶ ἐπὶ ταύτῃ Κρεμῶνα) καὶ περαιωθεὶς τὸν ποταμόν, ὥσπερ ἐν πανηγύρει, πολεμίου μηδενὸς ἀπαντήσαντος, εἴς τι τῆς Βονωνίας ὁρμητήριον ἦλθεν, ὃ καλοῦσιν Οἰκουβαρίαν. ἐντεῦθεν Αἰμιλίαν ἅπασαν παραμείψας, καὶ καταλιπὼν τὴν Ῥάβενναν, εἰς Ἀρίμινον ἀφίκετο, πόλιν τῆς Φλαμινίας μεγάλην. εἶτα καὶ ταύτην παραδραμών, καὶ τὰς ἄλλας ὅσαι τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας ἦσαν, εἰς τὸ Πίκηνον παρεγένετο· τοῦτο δὲ ἔθνος ἐστὶν ἐν ἐσχάτῳ που τοῦ Ἰονίου κείμενον κόλπου. ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν Ῥώμην ὁρμήσας, πάντα τὰ ἐν ποσὶν ἐλῄζετο φρούριά τε καὶ πόλεις. ὥστε εἰ μὴ πρὸ τῆς τῶν βαρβάρων εἰς τούτους τοὺς τόπους ἀφίξεως διαδράντες *ἔφθησαν Ἀρσάκιός τε καὶ Τερέντιος οἱ εὐνοῦχοι, καὶ τὸν Στελίχωνος υἱὸν Εὐχέριον εἰς τὴν Ῥώμην εἰσήγαγον, κατὰ πρόσταγμα τοῦ βασιλέως ἀποθανούμενον, καὶ *ἔργον οἷς βασιλεὺς ἐκέλευσεν ἐπετέθη, πάντως ἂν ὁ νέος, εἰς χεῖρας ἐλθὼν Ἀλλαρίχου, περιεσώθη. πληρώσαντες δὲ ἐπὶ τούτων τὸ προσταχθὲν οἱ εὐνοῦχοι, καὶ Θερμαντίαν τὴν Ὁνωρίου γαμετὴν τῇ μητρὶ παραδόντες, οὐ δυνηθέντες ἐπανελθεῖν διὰ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ πρὸς τὸν βασιλέα, νεὼς ἐπιβάντες, ὡς ἐπὶ Κελτοὺς καὶ Γαλάτας* ἀπέπλευσαν, ἧ καὶ ὁ βασιλεὺς ἐπεδήμει. ὄφελος δὲ μέγα τῆς πολιτείας ὁ βασιλεὺς ἡγησάμενος, εἰ τοὺς εὐνούχους ἀποδόντας Θερμαντίαν τῇ μητρί, καὶ ἀνελόντας Εὐχέριον, ὑπὲρ τούτων ἀμείψαιτο τῶν ἀνδραγαθημάτων, Τερέντιον μὲν ἔταξεν ἀφηγεῖσθαι τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος, Ἀρσακίῳ δὲ τὴν μετ᾽ αὐτὸν ἔδωκε τάξιν. ἀνελὼν δὲ Βαθανάριον, τὸν ἐν τῇ μεγάλῃ Λιβύῃ στρατιωτῶν . . . Στελίχωνος ἀδελφῆς ἄνδρα γενόμενον, Ἡρακλειανῷ παρέδωκε τὴν ἀρχήν, αὐτόχειρι Στελίχωνος ὄντι, καὶ ταύτην ἔπαθλον τὴν τιμὴν δεξαμένῳ.

Ἤδη δὲ Ἀλλαρίχου περὶ τὴν Ῥώμην ὄντος, καὶ καταστήσαντος εἰς τὴν πολιορκίαν τοὺς ἔνδον, ἐν ὑποψίᾳ ἔλαβε τὴν Σερῆναν ἡ γερουσία, οἷα τοὺς βαρβάρους κατὰ τῆς πόλεως ἀγαγοῦσαν· καὶ ἐδόκει κοινῇ τῇ γερουσίᾳ πάσῃ, καὶ Πλακιδίᾳ τῇ *ὁμομητρείᾳ

sed etiam maiore cogitabat adgredi: Ataulfum, coniugis suæ fratrem, ex Pannonia superiore arcessit; vt eum rei gerendæ sibi socium adiungeret; qui Hunnorum Gotthorumque copias haud aspernandas haberet. Verum illius aduentu non exspectato, vlterius progressus: Aquileiam, & vrbes ordine trans Eridanum flumen sitas, cursu præterit: Concordiam inquam, & Altinum, & secundum hanc Cremonam. Quumq; flumen transiecisset, velut in festa quadam celebritate, hoste nullo prorsus occurrente: quoddam ad castellum Bononiæ venit, quod Occubariam vocāt. Hinc Æmilia tota peragrata, relictaq; Rauēna; Ariminum accessit, vrbem Flaminiæ magnam. Deinde hac quoq; cursu prætérita cum ceteris, quę sunt eiusdem prouinciæ, in Picenum venit. ea gens in extremo sinu Ionio sita est. Hinc Romam versus promotis castris, obuia castella cuncta cum opidis diripit: adeo quidem, vt nisi ante aduentum in hæc loca barbarorum, Arsacius & Terentius eunuchi, cursu euasissent, & filium Stelichonis Eucherium Romā abduxissent, mandatu principis interficiendum, ibiq; principis imperium reapse fuissent exsequuti: omnino in Alarichi manus peruenisset adulescens, & saluus euasisset. Quum autem & in his eunuchi fecissent quod iussi fuerant; & Thermantiam, Honorii coniugem, matri reddidissent: quod eadem via reuerti ad Imperatorem non possent, naui conscensa, versus Celtas & Gallos profecti sunt, vbi princeps etiam degebat. Magno vero commodo reipublicæ futurum ratus Imperator, si hos eunuchos, qui Thermātiam matri reddiderant, & Eucherium interfecerāt, pro tam fortibus factis remuneraretur: Terentium augustalis cubiculi præpositū fecit, & Arsacio proximum ab eo locū dedit. Itidem occiso Bathanario, militum in magna Libya magistro, quocum nupta Stelichonis soror erat; eam prouinciam Heracliano tradidit, qui manu sua Stelichonem interfecit; eiusque facinoris prēmium, honorē hunc tulit.

Quum iam Alarichus prope Romam esset, & inclusos obsidione cinxisset; Serenam senatus suspectā habere cepit, quasi quę barbaros aduersus vrbē adtraxisset. Cæterumq; pariter & vniuersus senatus, & Placidia, principis

vterina soror, Serenā esse necandam, quæ præsentium malorū auctor exsisteret. Nā & Alarichum ipsum, Serena de medio sublata, discessurum ab vrbe: quod nemo superaturus esset, a quo ille sibi proditum iri vrbem sperare posset. Erat autem hæc quidem suspicio reapse falsa. Nam nihil huiusmodi Serenæ ad animum acciderat. Verum meritas violatarum rerum diuinarum pœnas luebat; velut hoc ipso iam loco narrare lubet. Quo tempore Theodosius maior, oppressa Eugenii tyrannide, Romam venit, & contemtum sacri cultus in animis omniū excitauit, publicum sumtum ad sacrificia se suppeditaturum infitiatus: expellebantur vtriusq; sexus sacerdotes, & fana sacrificiis omnibus destituta iacebant. Tunc igitur his illudens Serena, Matris deum ædem videre voluit. Conspicata vero mundum, collo simulacri Rheæ circumiectum, illo diuino cultu dignum: hunc ipsum simulacro ademtū, collo suo adhibuit. Quumq; vetula quædam, ex virginibus reliqua Vestalibus, hanc impietatem in os ei exprobrasset: tam contumeliis illi grauibus illusit, quam abigi per comites eam pedisequos iussit. Tum ea descendens, quidquid illa dignum impietate foret, vt & ipsi Serenæ, & marito eius, & liberis eueniret, imprecatur. Illa vero, nullius horum ratione habita, quum mundo isto sibi placens, e fano exisset: sæpenumero quiddam ei se tum quiescenti, tum vigilāti offerebat, quod mortem imminentem denūtiaret. Alii quoq; complures similia conspexerunt. Et quidē persecutrix impiorum Vindicta, tantopere suo satisfecit officio; vt etiam eo Serena cognito, quod de se futurū esset, non tamen sibi caueret; sed laqueo ceruices illas præberet elidendas, quibus diuæ mūdum iniecerat. Fertur & Stelicho, propter aliā quamdam, nō absimilem huic impietatem, arcana Vindictæ supplicia non effugisse. Nam & is mandasse perhibetur, vt fores Capitolii Romani, quæ auro magni ponderis erant obductę, laminis istis aureis spoliarētur. Eos autem, qui hoc facere iussi fuissent, in parte quadam forium perscriptum reperisse, MISERO REGI SERVANTVR. Atq; huic scripturæ respondit euentus. Nam misere simul & miserabiliter vitam finiit. Ceterum ne Serenæ quidem interitus Alarichum ab obsidione submouit; sed portas vniuersas vndiq; circumsedit; & occupato Tiberi flumine, subministrationem cōmeatus e portu impediebat.

τοῦ βασιλέως ἀδελφῆς, ταύτην ἀναιρεθῆναι, τῶν περιεστώτων κακῶν οὖσαν αἰτίαν. καὶ Ἀλλάριχον γὰρ αὐτόν, Σερήνας ἐκ ποδῶν γενομένης, ἀναχωρήσειν τῆς πόλεως, οἷα μηδενὸς ὄντος ἔτι τοῦ προδώσειν τὴν πόλιν ἐλπιζομένου. ἦν μὲν οὖν ἡ ὑποψία τῷ ὄντι ψευδής· οὐδὲν γὰρ ἡ Σερῆνα τοιοῦτον ἔλαβε κατὰ νοῦν· δίκην δὲ τῶν εἰς τὰ θεῖα δέδωκε δυσσεβημάτων ἀξίαν, ὡς αὐτίκα μάλα ἔρχομαι λέξων. ὅτε Θεοδόσιος ὁ πρεσβύτης, τὴν Εὐγενίου καθελὼν τυραννίδα, τὴν Ῥώμην κατέλαβε, καὶ τῆς ἱερᾶς ἁγιστείας ἐνεποίησε πᾶσιν ὀλιγωρίαν, τὴν δημοσίαν δαπάνην τοῖς ἱεροῖς χορηγεῖν ἀρνησάμενος, ἀπηλαύνοντο μὲν ἱερεῖς καὶ ἱέρειαι, κατελιμπάνετο δὲ πάσης ἱερουργίας τὰ τεμένη. τότε τοίνυν ἐπεγγελῶσα τούτοις ἡ Σερῆνα, τὸ μητρῷον ἰδεῖν ἐβουλήθη. θεασαμένη δὲ τῷ τῆς Ῥέας ἀγάλματι περικείμενον ἐπὶ τοῦ τραχήλου κόσμον, τῆς θείας ἐκείνης ἄξιον ἁγιστείας, περιελοῦσα τοῦ ἀγάλματος, τῷ ἑαυτῆς ἐπέθηκε τραχήλῳ· καὶ ἐπειδὴ πρεσβῦτις ἐκ τῶν Ἑστιακῶν περιλελειμμένη παρθένων, ὠνείδισεν αὐτῇ κατὰ πρόσωπον τὴν ἀσέβειαν, περιύβρισέ τε καὶ ἀπελαύνεσθαι διὰ τῶν ἑπομένων ἐκέλευσεν. ἡ δὲ κατιοῦσα, πᾶν ὅ τι ταύτης ἄξιον τῆς ἀσεβείας, ἐλθεῖν αὐτῇ Σερήνᾳ, καὶ ἀνδρί, καὶ τέκνοις ἠράσατο. ἐπεὶ δὲ οὐδενὸς τούτων ποιησαμένη λόγον, ἀνεχώρει τοῦ τεμένους, ἐγκαλλωπιζομένη τῷ κόσμῳ, πολλάκις μὲν ἐπεφοίτησεν ὄναρ αὐτῇ καὶ ὕπαρ, τὸν ἐπιόντα θάνατον προμηνύον· ἐθεάσαντο δὲ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τὰ παραπλήσια. καὶ τοσοῦτον ἴσχυσεν ἡ τοὺς ἀσεβεῖς *μετιοῦσα δίκη δρᾶσαι τὸ οἰκεῖον, ὥστε οὐδὲ μαθοῦσα τὸ ἐσόμενον, ἐφυλάξατο· ὑπέσχε δὲ τῇ ἀγχόνῃ τὸν τράχηλον, ᾧ τὸν τῆς θεοῦ κόσμον ἔτυχε περιθεῖσα. λέγεται δὲ καὶ Στελίχωνα, δι' ἑτέραν οὐ πόρρω ταύτης ἀσέβειαν, τῆς δίκης τὰ ἀπόρρητα μὴ διαφυγεῖν. καὶ οὗτος γὰρ, θύρας ἐν τῷ τῆς Ῥώμης Καπιτωλίῳ, χρυσίῳ πολὺν ἕλκοντι σταθμὸν ἠμφιεσμένας, ἀπολεπίσαι προστάξαι· τοὺς δὲ τοῦτο πληρῶσαι ταχθέντας, εὑρεῖν ἔν τινι μέρει τῶν θυρῶν γεγραμμένον, MISERO REGI SERVANTVR· ὅπερ ἐστίν, ἀθλίῳ τυράννῳ φυλάττονται. καὶ εἰς ἔργον ἐξέβη τὸ γεγραμμένον. ἀθλίως γὰρ καὶ ἐλεεινῶς τὸν βίον ἀπέλιπεν. Ἀλλ' οὐδὲ ἡ Σερήνας ἀπώλεια τῆς πολιορκίας ἀπέστησεν Ἀλλάριχον· ἀλλ' αὐτὸς μὲν κύκλῳ περιεῖχε τὰς πύλας ἁπάσας· καταλαβὼν δὲ τὸν Θύμβριν ποταμόν, τὴν διὰ τοῦ λιμένος τῶν ἐπιτηδείων ἐκώλυε χορηγίαν.

ὥσπερ οἱ

ὅπερ οἱ Ῥωμαῖοι θεασάμενοι, διακαρτερεῖν ἔγνωσαν, οἷα (ὡς εἰπεῖν) ἑκάστης ἡμέρας ἐκ τῆς Ῥαβέννης ἐλεύσεσθαι τῇ πόλει προσδοκῶντες ἐπικουρίαν. ὡς δὲ οὐδενὸς ἀφικνουμένου τῆς ἐλπίδος ἀπεσφάλησαν, ἐδόκει τὸ μέτρον ἐλαττωθῆναι τοῦ σίτου, καὶ τὸ ἥμισυ πέττεσθαι μόνον τοῦ πρότερον ἑκάστης ἡμέρας δαπανωμένου· εἶτα, τῆς ἐνδείας ἐπιτεινομένης, τὸ τρίτον. καὶ ἐπεὶ μηδεμία τοῦ κακοῦ θεραπείας ἦν μηχανή, τὰ δὲ τῇ γαστρὶ βοηθοῦντα πάντα ἀπέλιπε, λιμῷ κατὰ τὸ εἰκὸς ἐπήει λοιμός, καὶ πάντα ἦν νεκρῶν σωμάτων μεστά. τῆς δὲ πόλεως ἔξω θάπτεσθαι τῶν σωμάτων οὐ δυναμένων, (πᾶσαν γὰρ ἔξοδον ἐφύλαττον οἱ πολέμιοι) τάφος ἦν ἡ πόλις τῶν τεθνεώτων. ὥστε καὶ ἄλλως εἶναι τὸ χωρίον ἀοίκητον, ἀρκεῖν τε, εἰ καὶ μὴ τροφῆς ἦν ἀπορία, εἰς σωμάτων διαφθορὰν, τὴν ἀπὸ τῶν νεκρῶν ἀναδιδομένην ὀσμήν. ἐπήρκουν δὲ πολλοῖς εἰς τὸ μεταδιδόναι τῶν ἀναγκαίων, Λαῖτα ἡ Γρατιανοῦ βασιλεύσαντος γαμετὴ, καὶ Πισσαμένη μήτηρ ταύτης. τοῦ γὰρ δημοσίου βασιλικῆς αὐταῖς τραπέζης ἐπιδιδόντος παρασκευὴν, ἀπὸ Θεοδοσίου ταύτην ἐχούσαις τὴν δωρεὰν, οὐκ ὀλίγοι διὰ τὴν τῶν γυναικῶν φιλανθρωπίαν, τὸν λιμὸν ἐκ τῆς αὐτῶν οἰκίας παρεμυθοῦντο. ὡς δὲ εἰς ἔσχατον τοῦ κακοῦ προϊόντος, καὶ εἰς ἀλληλοφαγίαν ἐλθεῖν ἐκινδύνευσαν, τῶν ἄλλων ἁπάντων ὅσα ἐξάγιστα εἶναι τοῖς ἀνθρώποις ἐδόκει πεπειραμένοι, πρεσβείαν ἔγνωσαν στεῖλαι πρὸς τὸν πολέμιον, ἀπαγγελοῦσαν ὅτι καὶ πρὸς εἰρήνην εἰσὶν ἕτοιμοι τὸ μέτριον ἔχουσαν, καὶ πρὸς πόλεμον ἑτοιμότεροι, τοῦ Ῥωμαίων δήμου καὶ ἀναλαβόντος ὅπλα, καὶ τῇ συνεχεῖ περὶ ταῦτα μελέτῃ μηκέτι πρὸς τὸ πολεμεῖν ἀποκνοῦντος. αἱρεθέντος δὲ πρεσβευτοῦ Βασιλείου, τὸ μὲν γένος ἕλκοντος ἐξ Ἰβήρων, ἐπάρχου δὲ ἀξίᾳ τετιμημένου, συνεξῄει τούτῳ καὶ Ἰωάννης, τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων, οὓς τριβούνους καλοῦσιν, ἄρχων γεγενημένος, οἷα γνώριμος Ἀλλαρείχῳ καὶ πρόξενος. οἱ γὰρ ἀπὸ τῆς Ῥώμης, ἠπίστουν εἰ αὐτὸς Ἀλλάριχος ἔτι πάρεστι, καὶ αὐτὸς ὁ τὴν Ῥώμην εἴη πολιορκῶν. ἐκ γὰρ τῆς περιλαβούσης ἐβουκολοῦντο φήμης, ὡς ἕτερος εἴη τις τῶν τὰ Στελίχωνος φρονούντων, αὐτὸν ἐπαγαγὼν τῇ πόλει. οἱ δὲ πρέσβεις, ὡς αὐτὸν ἀφικόμενοι, κατῃδοῦντο μὲν ἐπὶ τῇ χρόνον τοσοῦτον κατασχούσῃ τοὺς Ῥωμαίους ἀγνοίᾳ, τὰ δὲ τῆς γερουσίας ἀπήγγελλον.

Quod conspicati Romani, obdurare statuerunt; veluti qui propemodum in singulos dies Rauenna venturum vrbi subsidium exspectarent. Quum autem nemine succurrente, spes eos destituisset; visum est annonæ mensuram esse deminuēdam, dimidiamque dumtaxat partem eius coquendam, quod antea singulos in dies erogaretur: hinc, augescēte penuria, tertiam. Et quia nullum excogitari poterat mali sanandi remedium, iamque cuncta ventris inediæ succurrentia defecerant; famē, ceu consentaneum erat, pestis excipiebat, & omnia plena cadaueribus erant. Quumq; non possent extra vrbem sepeliri cadauera, ꝙ omnes ex vrbe vias hostes obsiderēt; vrbs ipsa mortuorum sepulcrum erat: adeo quidem, vt esset alioquin etiam in vrbe solitudo; ac, si maxime nulla fuisset alimētorum penuria, vel exhalans e cadaueribus fætor, ad inficienda corrumpendaq; corpora suffecisset. Compluribus autem cibum diu sane suppeditabant Læta, Gratiani quondam principis coniux, eiusque mater Pissamena. Quippe quod ex liberalitate Theodosii fiscus eis adparatum mensæ regiæ præberet, non pauci, quæ harum mulierum erat humanitas, ex earum domo famem solabantur. Quum autem malo ad extremum progresso, periculū esset, ne tamdē eo redigerentur, vt mutuo se vorarēt; tentatis omnibus aliis, quæ hominibus etiam abominabilia videntur esse: legationem mittēdam ad hostem statuunt, quæ denuntiaret, obsessos & ad pacem paratos esse, modo condiciones ea mediocres haberet; & ad prœlium paratiores, postea quam populus Romanus & arma sumsisset in manus, & ex eorum tractatione continua, non amplius pugnare formidaret. Delecto ad hanc legationē Basilio, qui genere Hispanus erat, præsidisq; prouinciæ dignitatem adeptus; comitem ei se Ioannes adiunxit, præpositus aliquando notariis principis, quos tribunos vocant; velut Alaricho notus, & partiū conciliator. Nō enim certo Romanis constabat, an adhuc ipsemet Alarichus adesset, & an ipse Romam obsideret. Quippe nonnihil eos sparsa prius fama solabatur, hunc alium esse, qui Stelichonis partibus faueret, & ipsum ad vrbem adduxisset. Quum ad Alarichum legati venissent, puduit eos ignorantiæ, in qua tam diu populus Romanus hæsisset; pariterque mandata Senatus exponunt.

Quibus Alarichus auditis, ac præsertim quod populus arma tractans, ad pugnã paratus esset: Spissius, inquit, fœnum rariore facilius secatur. Quod verbum proloquutus, ingenti sublato cachinno, legatos irrisit. Quũ autem ad colloquia de pace ventum esset, verbis omnem barbaricam insolentiam superãtibus vtebatur. Aiebat enim, non aliter se finem obsidionis facturum, nisi & aurum omne, quod esset in vrbe, & argentum omne accepisset: preterea, quidquid reperisset in vrbe supellectilis, itemque mancipia barbara. Heic quum dixisset alter legatorum, si quidem hæc abstulisset, quid eis tamdem relinqueret, in vrbe qui essent? Animas, respondit. Hoc legati accepto responso, vt cum obsessis sibi colloqui liceret de eo quod agendum esset, petunt. Impetratis indutiis, quæ hac legatione fuissent vltro citroq; dicta, nuntiant. Tum vero persuasi Romani, Alarichum esse, qui bello vexaret vrbem; ac desperatis omnibus, quæ vires humanas spectarent: ad animos reuocant eam opem, quam in seditionibus olim vrbs fuisset experta; quodque patriis ritibus violatis, hanc amisissent. Dum hęc ipsi secum expendunt, Pompeianus, præfectus vrbis, forte in quosdam incidit, qui Romam e Tuscia venerant, & opidum quoddam aiebant, cui nomen † Neueia, præsentibus se liberasse periculis; perq; nuncupata numini vota, cultũq; patritũ, toni. ruis & fulgetris immanib. elicitis, barbaros imminẽtes abegisse. Cum his colloquutus, quæcumq; de Pontificum libris fieri expediret, fecit. Quia vero ad animum accidebat ei, quæ tunc inualuerat, opinio; quo tutius id perageret, quod in votis habebat, om̃nia cũ vrbis episcopo cõmunicat. Is erat Innocentius. qui quidem opinioni suæ salutem vrbis anteponens, clam permisit eis, vt facerent, quęcumque scirent. Quũ illi non aliter hęc vrbi conductura dicerent, nisi publice cõsueta sacrificia fierent, Senatu in Capitoliũ adscendente, atq; tum ibi, tum quolibet in vrbis foro, rite debita sacra peragente: nemo interesse cærimoniis ritu patrio celebrandis, ausus fuit; sed hominibus illis e Tuscia valere iussis, ad permulcendũ omni studio barbarum se cõuertunt. Itaq; rursus ad eum legatos mittunt,

† Nepeta. Sigonius Narniam dicit.

ὧν Ἀλλάριχος ἀκούσας, καὶ ὅτι μελέτᾳ χειριζόμενος ὁ δῆμος ὅπλα παρεσκευάσθαι πολεμεῖν, Δασύτερος ὢν ὁ χόρτος, ἔφη, τέμνεσθαι ῥᾴων, ἢ ἀραιότερος· καὶ τοῦτο φθεγξάμενος, πλατὺν τῶν πρέσβεων κατέχεε γέλωτα. ἐπειδὴ δὲ εἰς τοὺς περὶ τῆς εἰρήνης ἐληλύθασι λόγους, ἐχρῆτο ῥήμασιν ἐπέκεινα πάσης ἀλαζονείας βαρβαρικῆς. ἔλεγε γὰρ οὐκ ἄλλως ἀποστήσεσθαι τῆς πολιορκίας, εἰ μὴ τὸν χρυσὸν ἅπαντα, ὅσον ἡ πόλις ἔχοι, καὶ τὸν ἄργυρον, λάβοι· καὶ πρὸς τούτοις ὅσα ἐν ἐπίπλοις εὕροι κατὰ τὴν πόλιν· καὶ ἔτι τοὺς βαρβάρους οἰκέτας. εἰπόντος δὲ τῶν πρέσβεων ἑνός, Εἰ ταῦτα λάβοις, τί λοιπὸν ἔτι τοῖς ἐν τῇ πόλει καταλιμπάνεις; Τὰς ψυχάς, ἀπεκρίνατο. ταύτην οἱ πρέσβεις δεξάμενοι τὴν ἀπόφασιν, ᾔτησαν τοῖς ἐν τῇ πόλει κοινώσασθαι τὸ πρακτέον. ἐνδοσίμου δὲ τυχόντες, τοὺς ἐν τῇ πρεσβείᾳ γενομένους ἀπήγγελλον λόγους. τότε δὴ πεισθέντες Ἀλλάριχον εἶναι τὸν πολεμοῦντα, καὶ πᾶσι τοῖς εἰς ἀνθρωπίνην ἰσχὺν φέρουσιν ἀπογνόντες, ἀνεμιμνήσκοντο τῆς ἐπιφοιτώσης πάλαι τῇ πόλει κατὰ τὰς στάσεις ἐπικουρίας, καὶ ὡς παραβάντες τὰ πάτρια, ταύτης ἔρημοι κατελείφθησαν. Περὶ δὲ ταῦτα οὖσιν αὐτοῖς, Πομπηιανός, ὁ τῆς πόλεως ὕπαρχος, ἐνέτυχέ τισιν, ἐκ Τουσκίας εἰς τὴν Ῥώμην ἀφικομένοις, οἳ πόλιν ἔλεγον τινὰ *Νεβνίαν ὄνομα, τῶν περιστάντων αὐτὴν ἐλευθερῶσαι κινδύνων, καὶ τῇ πρὸς τὸ θεῖον εὐχῇ, καὶ κατὰ τὰ πάτρια θεραπείᾳ, βροντῶν ἐξαισίων καὶ πρηστήρων ἐπιγενομένων, τοὺς ἐπικειμένους βαρβάρους ἀποδιῶξαι. τούτοις διαλεχθεὶς *ἔπεισεν ὅσα ἐκ τῶν ἱερατικῶν ὄφελος. ἐπεὶ δὲ τὴν κρατοῦσαν κατὰ νοῦν ἐλάμβανε δόξαν, ἀσφαλέστερον ἐθέλων πρᾶξαι τὸ σπουδαζόμενον, ἀνατίθεται πάντα τῷ τῆς πόλεως ἐπισκόπῳ. ἦν δὲ Ἰννοκέντιος. ὁ δέ, τὴν τῆς πόλεως σωτηρίαν ἔμπροσθεν τῆς οἰκείας ποιησάμενος δόξης, λάθρα ἐφῆκεν αὐτοῖς ποιεῖν ἅπερ ἴσασιν. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἄλλως ἔφασαν τῇ πόλει τὰ γενόμενα συντελέσειν, εἰ μὴ δημοσίᾳ τὰ νομιζόμενα πραχθείη, τῆς γερουσίας εἰς τὸ Καπιτώλιον ἀναβαινούσης, αὐτόθι τε καὶ ἐν ταῖς τῆς πόλεως ἀγοραῖς, ὅσα προσήκει, πραττούσης, οὐκ ἐθάρρησεν οὐδεὶς τῆς κατὰ τὸ πάτριον μετασχεῖν ἁγιστείας, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἀπὸ τῆς Τουσκίας παρῆκαν, ἐτράπησαν δὲ εἰς τὸ θεραπεῦσαι τὸν βάρβαρον, καθ' ὅσον ἂν οἷοί τε γένωνται. πέμπουσι τοίνυν καὶ αὖθις τοὺς πρέσβεις καὶ λό-

καὶ λόγων ἑκατέρωθεν πλείστων γεγενημένων, ἔδοξε δοθῆναι παρὰ τῆς πόλεως πεντακισχιλίας μὲν χρυσίου λίτρας, τρισμυρίας τε πρὸς ταύταις ἀργυρίου, σηρικοὺς δὲ τετρακισχιλίους χιτῶνας· ἔτι δὲ κοκκοβαφῆ τρισχίλια δέρματα, καὶ πέπερι σταθμὸν *ἕλκον τρισχιλίων λιτρῶν. οὐκ ὄντων δὲ τῇ πόλει δημοσίων χρημάτων, πᾶσα ἦν ἀνάγκη τοῖς ἀπὸ τῆς γερουσίας, ὅσοι τὰς οὐσίας εἶχον, ἐκ καταγραφῆς ταύτην ὑποστῆναι τὴν εἰσφοράν. ἐπιτραπεὶς δὲ Παλλάδιος τῇ δυνάμει τῆς ἑκάστου περιουσίας τὸ δοθησόμενον συμμετρῆσαι, καὶ ἀδυνατήσας εἰς ὁλόκληρον ἅπαντα συναθροῖσαι, ἢ τῶν κεκτημένων μέρος τι τῶν ὄντων ἀποκρυψάντων, ἢ καὶ ἄλλως πως εἰς πενίαν τῆς πόλεως ἐλθούσης διὰ τὰς ἐπαλλήλους τῶν κρατούντων πλεονεξίας, ἐπὶ τὸν κολοφῶνα τῶν κακῶν ὁ τὰ ἀνθρώπινα λαχὼν ἀλιτήριος δαίμων, τὰ πράγματα πράττοντας ἦγε· τὸ γὰρ ἐλλεῖπον ἀναπληρῶσαι διὰ τοῦ κόσμου τοῦ περικειμένου τοῖς ἀγάλμασιν ἔγνωσαν· ὅπερ οὐδὲν ἕτερον ἦν, ἢ τὰ τελεταῖς ἁγίαις καθιδρυθέντα, καὶ τοῦ καθήκοντος κόσμου τυχόντα, διὰ τὸ φυλάξαι τῇ πόλει τὴν εὐδαιμονίαν ἀίδιον, ἐλαττωθείσης κατά τι τῆς τελετῆς, ἄψυχα εἶναι καὶ ἀνενέργητα. ἐπεὶ δὲ πολλαχόθεν ἔδει τὰ φέροντα πρὸς ἀπώλειαν τῆς πόλεως συνδραμεῖν, οὐκ ἀπεκόσμησαν τὰ ἀγάλματα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐχώνευσάν τινα τῶν ἐκ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου πεποιημένων. ὧν ἦν καὶ τὸ τῆς ἀνδρείας, ἣν καλοῦσι Ῥωμαῖοι βιρτούτεμ. *οὗπερ διαφθαρέντος, ὅσα τῆς ἀνδρείας ἦν καὶ ἀρετῆς παρὰ Ῥωμαίοις, ἀπέσβη, *τοῦτο τῶν περὶ τὰ θεῖα καὶ τὰς πατρίους ἁγιστείας ἐσχολακότων, ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου προφητευσάντων.

Τὰ μὲν οὖν χρήματα, τοῦτον συνεκομίσθη τὸν τρόπον. ἔδοξε δὲ, πρὸς τὸν βασιλέα πρεσβείαν σταλῆναι, κοινωσομένην αὐτῷ περὶ τῆς ἐσομένης εἰρήνης, καὶ ὡς οὐ τὰ *χρήματα μόνον Ἀλλάριχος, ἀλλὰ καὶ παῖδας τῶν εὖ γεγονότων ὁμήρους ἐθέλοι λαβεῖν, ἐφ' ᾧτε δὴ μὴ μόνον εἰρήνην, ἀλλὰ καὶ ὁμαιχμίαν πρὸς τὸν βασιλέα ποιήσασθαι, χωρῆσαί τε ὁμόσε Ῥωμαίοις κατὰ παντὸς ἐναντία τούτοις φρονεῖν βουλομένου. ἐπεὶ δὲ καὶ τῷ βασιλεῖ τὴν εἰρήνην ἐπὶ τούτοις ἔδοξε γενέσθαι, τὰ μὲν χρήματα τοῖς βαρβάροις ἐδόθη· τριῶν δὲ ἀγορὰν ἡμερῶν τοῖς ἀπὸ τῆς πόλεως Ἀλλάριχος ἀνῆκεν, ἄδειαν ἐξόδου διά τινων πυλῶν αὐτοῖς δεδωκώς, ἐπιτρέψας δὲ καὶ τὸν ἐκ τοῦ λιμένος ἀνάγεσθαι σῖτον.

& vtrimq; plurimis in medium prolatis, placuit ab vrbe solui quinq; milia pondo auri, argenti triginta milia, tunicarũ sericarũ quatuor milia, †vel lerum coccineorum tria milia, piperis tria librarũ milia. Quod aũt nullas vrbs in fisco pecunias haberet, omnino necessitas flagitabat, vt ii senatores, quotquot habebant patrimonia, collationem hãc ex descriptione susciperent. Quumq; Palladio datũ hoc negotii fuisset, vt, quod soluendũm erat, ex singulorum patrimonii facultate metiretur, isq; nequiuisset in solidũ omnia cogere, vel quod ipsi possessores partem aliquã bonorum occultassent, vel quod esset vrbs alioqui, propter Imperatorum continuas & auaras exactiones, ad paupertatem redacta: sceleratus ille genius, qui tũc sortitus res humanas erat, ad ipsum colophona malorum præfectos hisce negotiis impulit. Nam quod deerat, mundo supplere statuunt, quo erant exornata deum simulacra. quod sane nihil aliud erat, quam simulacra sacris ritibus atq; cærimoniis dedicata, mũdoque decenti exornata, propterea quod vrbi felicitatem perpetuã conseruassent; his ipsis cærimoniis nonnihil deminutis, esse inanima prorsus, & inefficacia. Quod denique cuncta, quæ tenderent ad interitũ vrbis, vndique concurrere oporteret, non ornamẽta dumtaxat sua simulacris ademerunt; verumetiam nonnulla, ex auro & argento facta, cõflarunt. quorũ erat in numero fortitudinis quoq; simulacrum, quã Romani Virtutem vocant. quo sane abolito, quidquid fortitudinis atq; virtutis apud Romanos superabat, exstinctũ fuit: id quod ex eo tempore futurum, homines rebus diuinis, & ritibus patriis exerciti, prædixerunt. Collectis igitur in hunc modum pecuniis, visum est ad Imperatorem mittendam esse legationem, quæ cum eo de pace futura cõferret, ac significaret, Alarichum nõ solum pecunias, verumetiã nobilium filios obsides accipere velle: & hoc modo nõ tantum pacẽ, sed & belli societatẽ cum Imperatore initurũ, & cum Romanis in aciem proditurum aduersus quẽuis, qui esse hostili vellet in eos animo. Quũ principi quoq; videretur, pacẽ hisce condicionibus esse cõponendam; pecunia barbaris numerata fuit. Et Alarichus triduo forum permisit vrbanis, exeũdi licentia per quasdã portas eis concessa; quũ etiam e portu subuehendæ annonæ potestatem fecisset.

† de quibus in l.3.C. de vest. holou.

Posteaquam ciues respirassent, omnibusque sibi reliquis venditis, coemissent necessaria, vel ex permutatione rerū aliarū adquisiuissent: Roma barbari discesserunt, & castra quibusdā in locis circa Tusciam metati sunt. Ac mancipia quidem propemodum omnia, quæ Romæ erant, in singulos fere dies ex vrbe aufugiētia, barbaris semet adgregabāt: ita quidem, vt collecta seruorū multitudo ad quadraginta milia excresceret. Dū vero barbari quidam hinc inde vagantur, Romanos ad portum deuectos, & commeatus aliquid subuehentes, adorti sunt. Hoc vbi comperisset Alarichus, veluti non sua voluntate factum, singulari studio vindicatum prohibuit. Mediocre iam laxamentum hoc malorum esse videbatur, quo tempore Honorius Imperator Rauennæ consulatum inibat, octies honorem hunc consequutus; in oriente, Theodosius Augustus, iam tertium consul. Secundum hæc mittit *Constātinus* tyrannus eunuchos ad Honorium, veniam poscēs, quod imperium delatum accepisset. Non enim id se sponte sua rapuisse, sed a militibus adhibita vi fuisse coactum. Hoc postulatum vbi princeps audiuisset, animaduertens haud facile se, quam diu militantes Alaricho barbari longius remoti non essent, de bellis aliis cogitare posse: prætereaq; rationem propinquorum habens, qui a tyranno in vinculis detinebantur: (erant autem ii, Verenianus & Didymius) nō postulato dumtaxat adsensus est, sed & imperatoriā vestem ei misit. Ac propinquorū quidem caussa frustra sollicitus erat, qui ante legationē hanc iugulati fuerant. His actis, eunuchos dimittit. Ceterum pace cum Alaricho nondum confirmata, quod Imperator nec obsides dedisset, nec postulatis omnibus satisfecisset: ab Senatu legati Rauennam mittuntur, Cecilianus, Attalus, & Maximianus; qui deploratis rebus aduersis, quæ vrbi accidissent, & eorum multitudine, qui periissent, tragicum in morem amplificata; nihil his rebus perfecerunt, Olympio cuncta perturbante, atque impediente, quæ recta viderentur. Itaque dimissis ita legatis, vt eas res, quarum caussa venerant, non impetrarent; Theodoro præfectura vrbana deiecto, Ceciliano eam tradidit; & Attalum fisco præesse iussit. Quum autem Olympius nihil aliud agendum sibi proponeret, quam vt eos vndique peruestigaret,

Ἀναπνευσάντων δὲ τῶν πολιτῶν, ἀποδομένων τε ὅσα ἦν αὐτοῖς περιττά, καὶ τὰ ἐνδέοντα πριαμένων, ἢ ἐξ ἀμοιβῆς ἄλλων πραγμάτων ποιησαμένων, ἀνεχώρησαν τῆς Ῥώμης οἱ βάρβαροι, καὶ τὰς σκηνὰς ἔν τισι περὶ τὴν Τυσκίαν ἐπήγνυντο τόποις. καὶ οἱ μὲν οἰκέται σχεδὸν ἅπαντες, οἱ κατὰ τὴν Ῥώμην ἦσαν, ἑκάστης (ὡς εἰπεῖν) ἡμέρας ἀναχωροῦντες τῆς πόλεως, ἀνεμίγνυντο τοῖς βαρβάροις, εἰς τεσσάρων μυριάδων πλῆθος *συνειλεγμένοις. *ἀλώμενοι δέ τινες τῶν βαρβάρων, τοῖς ἐπὶ τὸν λιμένα κατιοῦσι καὶ ἀνακομίζουσί τι τῶν ἐπιτηδείων, ἐπῄεσαν. ὅπερ μαθὼν Ἀλάριχος, ὡς μὴ κατὰ γνώμην αὐτοῦ γινόμενον, ἐκκόπτειν ἐσπούδαζε. Δοκούσης δὲ εἶναι τῶν κακῶν μετρίας ἀνακωχῆς, ἐν μὲν τῇ Ῥαβέννῃ προέρχεται ὁ βασιλεὺς Ὁνώριος ὕπατος, ὀκτάκις ἤδη τῆς τιμῆς ταύτης τυχών, κατὰ δὲ τὴν ἑῴαν Θεοδόσιος τὸ τρίτον, ὁ βασιλεύς. ἐπὶ τούτῳ τε Κωνσταντῖνος ὁ τύραννος, εὐνούχους πρὸς Ὁνώριον ἔστελλε, συγγνώμην αἰτῶν ἕνεκα τοῦ τὴν βασιλείαν ἀναδέξασθαι λαβεῖν. μηδὲ γὰρ ἐκ προαιρέσεως ἑλέσθαι ταύτην, ἀλλὰ ἀνάγκης αὐτῷ παρὰ τῶν στρατιωτῶν ἐπαχθείσης. ταύτης ἀκηκοὼς ὁ βασιλεὺς τῆς αἰτήσεως, θεωρῶν τε ὡς οὐ ῥᾴδιον αὐτῷ, τῶν σὺν Ἀλαρίχῳ βαρβάρων οὐ πόρρω ὄντων, περὶ πολέμων ἑτέρων διανοεῖσθαι· καὶ προσέτι γε λόγον ποιούμενος συγγενῶν οἰκείων παρὰ τοῦ τυράννου κατεχομένων, (οὗτοι δὲ ἦσαν Βερηνιανὸς καὶ Διδύμιος) ἐνδίδωσι τῇ αἰτήσει· ἐκπέμπει δὲ αὐτῷ καὶ βασιλικὴν ἐσθῆτα. τῶν μὲν οὖν συγγενῶν ἕνεκα, ματαίαν εἶχε φροντίδα, πρὸ ταύτης τῆς πρεσβείας ἀποσφαγέντων· τοὺς δὲ εὐνούχους ἐπὶ τούτοις ἀπέπεμπεν. Οὔπω δὲ τῆς πρὸς Ἀλάριχον βεβαιωθείσης εἰρήνης, οἷα τοῦ βασιλέως οὔτε τοὺς ὁμήρους παραδόντος, οὔτε τὰ αἰτούμενα πάντα πληρώσαντος, ἐπέμποντο παρὰ τῆς γερουσίας εἰς τὴν Ῥάβενναν πρέσβεις, Κεκιλιανὸς, καὶ Ἄτταλος, καὶ Μαξιμιανός. οἳ πάντα ἀποδυρόμενοι τὰ συμβάντα τῇ Ῥώμῃ, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἀπολωλότων ἐκτραγῳδήσαντες, ἤνυσαν πλέον οὐδὲν, Ὀλυμπίου συνταράσσοντος πάντα, καὶ τοῖς καλῶς ἔχειν δοκοῦσιν ἐμποδὼν γινομένου. ταύτῃ τοι τοὺς πρέσβεις ἐάσας ἀπράκτους ἐφ' οἷς ἐληλύθασι, παραλύσας Θεόδωρον τῆς τῶν ὑπάρχων ἀρχῆς, Κεκιλιανῷ ταύτην παρέδωκεν, Ἄτταλον δὲ προεστάναι τῶν θησαυρῶν ἔταξεν. ἔργον δὲ οὐδὲν ἕτερον ἔχοντος τοῦ Ὀλυμπίου, ἢ τὸ πανταχόθεν

τοὺς Στι-

τοὺς Στελίχωνι συνεπίστασθαί τι λεγομένους ἐγκλήματι, ἤχθησαν εἰς κρίσιν ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ συκοφαντίᾳ Μαρκελλιανὸς καὶ Σαλώνιος, ὄντες ἀδελφοί, καὶ ἐν τῷ τάγματι τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων ἀναφερόμενοι. καὶ τούτους γὰρ Ὀλύμπιος τῷ τῆς αὐλῆς παρέδωκεν ὑπάρχῳ· καὶ αἰκισμοῦ παντὸς εἴδει τὸ σῶμα ξανθέντες, τῶν Ὀλυμπίῳ σπουδαζομένων εἶπον οὐδέν. Τῶν δὲ κατὰ τὴν Ῥώμην ἐν οὐδεμιᾷ τύχῃ βελτίονι καθεστώτων, ἔδοξε τῷ βασιλεῖ, πέντε τῶν ἀπὸ Δαλματίας στρατιωτικὰ τάγματα, τῆς οἰκείας μεταστάντα καθέδρας, ἐπὶ φυλακῇ τῆς Ῥώμης ἐλθεῖν. τὰ δὲ τάγματα ταῦτα ἐπλήρουν ἄνδρες ἑξακισχίλιοι, τόλμῃ καὶ ῥώμῃ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ στρατεύματος κεφάλαιον ὄντες. ἡγεῖτο δὲ αὐτῶν Οὐάλης, πρὸς πάντα κίνδυνον ἑτοιμότατος. ὃς, οὐκ ἀξιώσας ὁδῶν ἃς οὐκ ἐφύλαττον οἱ πολέμιοι διελθεῖν, καραδοκήσαντος Ἀλαρίχου τὴν πάροδον, ἐπιπεσόντος τε σὺν παντὶ τῷ στρατεύματι, πάντας ὑπὸ ταῖς τῶν πολεμίων πεποίηκε γενέσθαι χερσί· καὶ μόλις διέφυγον ἄνδρες ἑκατόν, [ἐν] οἷς καὶ ὁ τούτων ἡγούμενος ἦν. ἐπεὶ γὰρ ἅμα Ἀττάλῳ τῷ ὑπὸ τῆς γερουσίας σταλέντι πρὸς τὸν βασιλέα, οἷός τε γέγονεν εἰς τὴν Ῥώμην ἐλθὼν διασωθῆναι. κακῶν δὲ μειζόνων ἀεὶ τοῖς οὖσι προστιθεμένων, ἐπιστὰς Ἄτταλος τῇ Ῥώμῃ, διαλύει τῆς φροντίδος Ἡλιοκράτην, ἣν ὁ βασιλεὺς ἦν αὐτῷ παραδούς, Ὀλυμπίῳ πειθόμενος. ἐτέτακτο γὰρ τὰς οὐσίας τῶν δεδημευμένων διὰ τὴν Στελίχωνος *οἰκειότητα διερευνῆσαι, καὶ ταύτας τῷ δημοσίῳ ποιεῖν. ἀλλ' ἐπεὶ μετρίᾳ φρενὶ, ὃ τοῖς δυστυχοῦσιν ἐνεπεμβαίνειν, ἐν ἀσεβείας ἐτίθετο μέρει, καὶ οὔτε πρὸς ἀκρίβειαν τὰ πράγματα ἀνεζήτει, πολλοῖς δὲ καὶ ἀποκρύπτειν ἃ δύναιντο, λάθρα ἐδήλου, φαῦλός τις εἶναι διὰ τοῦτο δόξας, εἰς τὴν Ῥάβενναν ἤγετο, τῆς περὶ τοὺς ἀτυχήσαντας φιλανθρωπίας ἕνεκα, δίκην ἐκτίσων. καὶ πάντως ἂν ἐπιμήθη θανάτου διὰ τὴν τότε κρατοῦσαν ὠμότητα, εἰ μή τινα τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησίαν ἔτυχε τηνικαῦτα καταλαβών. Μαξιμιλλιανὸς δέ, τοῖς πολεμίοις περιπεσὼν, ἀπεδόθη Μαρινιανῷ τῷ πατρί, τρισμυρίων ὑπὲρ αὐτοῦ δοθέντων χρυσῶν. ὡς γὰρ ἀναβαλλομένου τὴν εἰρήνην τοῦ βασιλέως, καὶ μὴ πληρώσαντος τὰ συγκείμενα [τοῖς ἁλισκομένοις τῶν εὖ γεγονότων,] οὐκ ἦν ἔτι τοῖς Ῥωμαίοις ἡ τῆς πόλεως ἔξοδος ἐλευθέρα. ἀλλὰ τῆς μὲν εἰρήνης ἕνεκα καὶ αὖθις ὡς βασιλέα πέμπει πρέσβεις ἡ γερουσία, καὶ τὸν τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον

qui aliquid de Stelichone scire perhiberentur; ob huiusmodi calumniam in ius ducti sunt Marcellianus & Salonius fratres, inter notarios principis militantes: quos Olympius præfecto prætorii tradidit. quumq; nullo non genere verberum cæsa fuissent eorũ corpora, nihil tamen illorum proferebant, quæ Olympius cognoscere gestiret. Rebus vrbanis Romæ nihilo melius, quam antea, constitutis; visum est principi, quinque Dalmaticos militum ordines, de suis excitos sedibus, ad vrbis custodiam arcessere. In his ordinibus erant hominũ sex milia, qui tum audacia, tũ robore corporum, exercitus Romani velut ipse vertex erant. Eorum dux Valens, ad obeundum quoduis periculũ promtissimus, quum indignum arbitraretur, ea per itinera proficisci, quæ ab hoste nõ obsiderentur: Alaricho trãsitum eius exspectante, suisq; cum copiis vniuersis irruente, cunctos hosce milites in hostiũ manus coniecit. Vix centum fuga dilapsi sunt; quorum in numero & ipse dux erat. Nam is cum Attalo, qui ab Senatu missus ad principem fuerat, in vrbem profectus, incolumis euasit. Quum autem præsentibus malis alia maiora semper accederent, Romam ingressus Attalus, Heliocratem ea cura liberat, quæ illi a principe fuerat auctore Olympio cõmissa. Quippe datum illi hoc erat negotii, vt eorum bona, qui propter familiaritatẽ Stelichonis proscripti fuissent, indagaret; eaq; in fiscum redigeret. Quia vero moderati vir ingenii sane quam impium duceret, insultare miseris; ac neq; res strictius inquireret, & multis etiã clamculum significaret, vt, quæcumq; possent, occultarent: visus iccirco nullius esse pretii, Rauẽnam abducitur, ob humanitatem miseris præstitam pœnas luiturus. omninoque morte multatus, ob grassantẽ id temporis immanitatem, fuisset, nisi forte quamdam in ecclesiam Christianorũ se recepisset. Maximillianus autem, quum in hostiũ manus incidisset, Mariniano patri venditus est, triginta milibus aureorum pro eo solutis. Quum enim pacẽ princeps differret, & pactis cõuentis haud satisfaceret: nõ amplius Romanis extra vrbem prodire liberũ erat. Senatus quidem, pacis caussa legatos iterum ad principem mittit, cum quibus & Romanus epi-

ſcopus proficiſcitur. Aderant iiſdem & barbari quidam, ab Alaricho miſſi, vt eos ab hoſtibus, infeſta habẽtibus itinera, tutarentur. Quum ad Imperatorem hi profecti eſſent, arceſſitus ab Alaricho Ataulfus, quemadmodũ ſupra commemoraui, Alpes tranſiit, quæ a Pannonia Venetiam verſus ſeſe porrigunt. quo comperto, quodq; copias non magnas haberet; Imperator ei milites vniuerſos, equites atque pedites, quotquot in vrbibus erant, cum ducibus ſuis occurrere iuſſit. Olympio, qui dux erat palatinorum ordinum, Hunnos ad Rauennam numero trecentos dedit. Hi quum eos qui venerant . . . . quam Piſas adpellant, adorti, conſertisq; manibus CIↃC Gotthos interfecerunt: & XVII dumtaxat amiſſis, Rauennam incolumes peruenere. Quum autẽ eunuchi palatini Olympium apud principem inſimulaſſent, velut auctorem eorum caſuũ, qui reipublicæ aduerſi accidiſſent: tantum effecerunt, vt ei magiſtratus abrogaretur. Ille, veritus ne quid aliud ſibi grauius accideret; fuga ſe in Dalmatiam contulit. Imperator Attalum vrbi præfectum Romam mittit; nimioq; ſollicitus opere, ne quid rerum ad fiſcum pertinẽtium occultaretur, Demetrium ablegat, qui Attali munus obiret, & fiſcalia bona perſcrutaretur. Quumq; multa tum in creandis magiſtratibus, tum aliis rebus innouaſſet; & eiectis iis qui prius cũ poteſtate fuerãt, aliis magiſtratus traderet: Generidum quoq; Dalmaticis militibus vniuerſis præfecit; eũdemq; ceterorũ etiã, quicũq; per Pannoniam ſuperiorem, & Noricos, & Rhætos, & quidquid horum eſt vſq; ad Alpes, in præſidiis erant, ducem conſtituit. Atque hic Generidus, erat ille quidem barbarus, ſed indole ad quoduis genus virtutis præclara præditus, & alieniſſimus ab auaricia. qui quum patriis ritibus adhuc inhæreret, nec a cultu deûm ſe pateretur abduci; lex promulgata fuit, quæ in aula cingulo vetaret eos vti, qui Chriſtiani nõ eſſent. Ea lege lata, Generidus, qui cum poteſtate militibus Romæ tum præerat, cingulo depoſito, domi ſe continuit. Quum autem princeps ab eo peteret, vt, quando magiſtratuum in numero eſſet, ordine locoq; ſuo ad palatium accederet: legem eſſe reſpondit, quæ cingulum habere ſe vetaret, aut inter magiſtratus vlla ratione cenſeri,

τοῖς πρέσβεσι συναπάραντος. ἦσαν δὲ σὺν αὐτοῖς καὶ βαρβάρων τινὲς ὑπ' Ἀλλαρίχου σταλέντες, ὡς ἂν περισώζοιεν αὐτοὺς ἐκ τῶν ἐνοχλούντων ταῖς ὁδοῖς πολεμίων. Ἀλλὰ τούτων ἐς τὸν βασιλέα κεχωρηκότων, Ἀτάυλφος ἀγόμενος ὑπ' Ἀλλαρίχου μετάπεμπτος, ὡς ἐν τοῖς ἀνωτέρω διεξῆλθον, ἐπεραιώθη τὰς Ἄλπεις, τὰς ἀπὸ Παιονίας ἐπὶ Οὐενετίαν φερούσας. ὅπερ ὁ βασιλεὺς ἀκηκοώς, μὴ πολλήν τε δύναμιν εἶναι αὐτῷ, τοὺς στρατιώτας πάντας, ἱππέας τε καὶ πεζούς, ὅσοι κατὰ τὰς πόλεις ἦσαν, ἀπαντῆσαι τούτῳ διέταξεν, ἅμα τοῖς σφῶν ἡγεμόσιν. Ὀλυμπίῳ δὲ τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων ἡγουμένῳ, τοὺς ἐν τῇ Ῥαβέννῃ δέδωκεν Οὔννους, τριακοσίους ὄντας τὸν ἀριθμόν. οἵτινες, ἐπεὶ τοὺς ἐληλυθότας . . . Πεῖσας αὐτὴν ὀνομάζουσιν, ἐπιθέμενοι, καὶ συμπεσόντες, ἀναιροῦσι μὲν τῶν Γότθων ἑκατὸν καὶ χιλίους· ἑπτακαίδεκα δὲ μόνοι πεσόντες, εἰς τὴν Ῥάβενναν ἐσώθησαν. Ὀλύμπιον δὲ οἱ περὶ τὴν αὐλὴν εὐνοῦχοι πρὸς τὸν βασιλέα διαβαλόντες, ὡς αἴτιον τῶν οὐ δεξιῶς συμβεβηκότων τῷ πολιτεύματι, παραλυθῆναι τῆς ἀρχῆς πεποιήκασιν. ὁ δέ, μὴ καὶ ἕτερόν τι πάθοι δεδιώς, φυγῇ χρησάμενος, τὴν Δαλματίαν κατελάμβανεν. ὁ δὲ βασιλεύς, ὕπαρχον μὲν τὸν Ἄτταλον εἰς τὴν Ῥώμην ἐκπέμπει· πολλὴν δὲ ποιούμενος λόγον, τοῦ μὴ λαθεῖν τι τῶν εἰς τὸ ταμιεῖον ἐλθόντων, ἐκπέμπει Δημήτριον, ἣν εἶχεν Ἄτταλος φροντίδα πληρώσοντα, καὶ διερευνησόμενον τὰς οὐσίας τοῦ δημοσίου. πολλὰ δὲ περὶ τὰς ἀρχὰς καὶ ἄλλα καινοτομήσας, καὶ τοὺς μὲν πρότερον καταδυναστεύοντας ἐκβαλών, ἄλλοις δὲ τὰς ἀρχὰς παραδούς, ἔταξε καὶ Γενέριδον τῶν ἐν Δαλματίᾳ πάντων ἡγεῖσθαι, ὄντα στρατηγὸν καὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι Παιονίαν τε τὴν ἄνω, καὶ Νωρικούς, καὶ Ῥαιτοὺς ἐφύλαττον, καὶ ὅσα αὐτῶν μέχρι τῶν Ἄλπεων. ἦν δὲ ὁ Γενέριδος, βάρβαρος μὲν τὸ γένος, τὸν δὲ τρόπον εἰς πᾶν ἀρετῆς εἶδος εὖ πεφυκώς, χρημάτων τε ἀδωρότατος. οὗτος, ἔτι τοῖς πατρῴοις ἐμμένων, καὶ τῆς εἰς θεοὺς θρησκείας ἐκστῆναι οὐκ ἀνεχόμενος, ἐπειδὴ νόμος εἰσήχθη τοῖς οὐκ οὖσι Χριστιανοῖς ζώνην ἐν τοῖς βασιλείοις ἔχειν ἀπαγορεύων, τούτου τοῦ νόμου τεθέντος, ἀρχῆς ἐν τῇ Ῥώμῃ στρατιωτικῆς προεστὼς ὁ Γενέριδος, ἔμεινεν ἐπ' οἴκου, τὴν ζώνην ἀποθέμενος. ἐπεὶ δὲ ὁ βασιλεύς, οἷα δὴ τοῖς ἄρχουσι συναριθμούμενον ἀπῄτει παριέναι κατὰ τὴν οἰκείαν τάξιν εἰς τὰ βασίλεια, νόμον ἔφησεν εἶναι κωλύοντα ζώνην αὐτὸν ἔχειν, ἢ ὅλως τοῖς ἄρχουσι καταλέγεσθαι

τοὺς τὴν

τοὺς τὴν τῶν Χριστιανῶν μὴ τιμῶντας θρησκείαν. τοῦ δὲ βασιλέως εἰπόντος, [ὡς] ἐπὶ μὲν τοῖς ἄλλοις ἅπασι τὸν νόμον κρατεῖν, ἐπ' αὐτοῦ δὲ οὐκέτι, τοσαῦτα τῆς πολιτείας προκινδυνεύσαντος· ταύτης οὐκ* ἀνέξεσθαι τῆς τιμῆς εἶπεν, εἰς ὕβριν πάντων φερούσης τῶν ὅσοι τῆς στρατείας διὰ τὸν νόμον διήμαρτον. καὶ οὐκ ἄλλως ἀντελάβετο τῆς ἀρχῆς, ἕως ὁ βασιλεὺς αἰδοῖ τε ἅμα καὶ χρείᾳ συνωθούμενος, ἔπαυσεν ἐπὶ πᾶσι τὸν νόμον, ἀποδοὺς ἑκάστῳ, τῆς αὐτοῦ ὄντι δόξης, ἄρχειν τε καὶ στρατεύεσθαι. Ἀπὸ ταύτης ὁρμώμενος τῆς μεγαλοφροσύνης Γενέριδος, συνεχέσι τοὺς στρατιώτας ἐπαίδευε γυμνασίαις· ἐπιδιδούς τε τὰς σιτήσεις αὐτοῖς, παραιρεῖσθαι τούτων οὐδενὶ κατὰ τὸ σύνηθες ἐνεδίδου, καὶ αὐτός, ἐξ ὧν αὐτῷ τὸ δημόσιον ἐδίδου, τὰ πρέποντα τοῖς πλέον πονοῦσι φιλοτιμούμενος. καὶ τοιοῦτος φανείς, τοῖς τε πλησιάζουσι βαρβάροις ἐπίφοβος ἦν, καὶ πάσας ἀσφαλεῖς τοῖς ἔθνεσιν, ὅσα φυλάττειν ἔλαχεν, ἐποίει. Κατὰ δὲ τὴν Ῥάβενναν, εἰς στάσιν ἀναστάντες οἱ στρατιῶται, τὸν ταύτης λιμένα καταλαμβάνουσι, σὺν οὐδενὶ κόσμῳ βοῶντες, καὶ τὸν βασιλέα φανῆναι σφίσιν αἰτοῦντες. τοῦ δὲ φόβῳ τῆς στάσεως ἀποκρυβέντος, προελθὼν εἰς μέσον Ἰόβιος, ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος, ἅμα καὶ τῇ τοῦ πατρικίου τετιμημένος ἀξίᾳ,* ποιούμενος ἀγνοεῖν τὴν αἰτίαν τῆς στάσεως, (καίτοιγε αὐτὸς ἐλέγετο αἴτιος ταύτης εἶναι), κοινωνὸν ἔχων* Ἐλλέβιχον εἰς τοῦτο, τὸν τῶν ἱππέων ἡγούμενον* δομεστίκων) ἀπῄτει λόγον αὐτοὺς ἀνθ' ὅτου πρὸς τοῦτο ἐξήχθησαν. ὡς δὲ παρὰ τῶν στρατιωτῶν ἤκουεν, ὡς πᾶσα ἀνάγκη Τουρπιλλίωνα καὶ Βιγιλάντιον αὐτοῖς ἐκδοθῆναι τοὺς στρατηγούς, καὶ μετὰ τούτων Τερέντιον τὸν τῶν βασιλικῶν προεστῶτα κοιτώνων, καὶ Ἀρσάκιον τὸν μετὰ τοῦτον τῇ τάξει καλούμενον, δείσαντος δὴ τοῦ βασιλέως τὴν τῶν στρατιωτῶν ἐπανάστασιν, κατὰ μὲν τῶν στρατηγῶν ἀειφυγίας ἐκφέρεται ψῆφος· καὶ ἐμβληθέντες πλοίῳ, παρὰ τῶν ἀπαγόντων ἀναιροῦνται. τοῦτο γὰρ ἦν αὐτοῖς κελεύσας Ἰόβιος. ἐδεδίει γὰρ μή ποτε ἐπανελθόντες, καὶ τὴν κατὰ σφῶν γνόντες ἐπιβουλήν, εἰς τὴν κατ' αὐτοῦ τὸν βασιλέα προσκαλέσωνται τιμωρίαν. Τερέντιος δὲ εἰς τὴν ἑῴαν ἐκπέμπεται, καὶ Ἀρσάκιος τὴν *Μεδιόλανον οἰκεῖν ἐκληρώσατο. καταστήσας δ' ὁ βασιλεὺς Εὐσέβιον μὲν ἀντὶ Τερεντίου φύλακα τοῦ κοιτῶνος, Οὐάλεντι δὲ τὴν ἀρχὴν ἣν εἶχε Τουρ-

qui religionem Christianam non venerarentur. Heic vbi subiecisset princeps, eam quidem legem, ad alios quod adtineret, ratam esse; sed ipsum illa non teneri, qui tantum pro republica discriminum adiisset: respōdit, se honorem illum non accipere, qui ad omnium tenderet iniuriam, quotquot militia propter hanc legem spoliati fuissent. Nec munus suum obiit, donec Imperator pudore pariter & necessitate compulsus, legem hanc in omnibus irritam esse iussit: concesso cuiuis, vt opinionem suam retinens, & magistratu fungeretur, & militaret. Ab hac exorsus magnanimitate Generidus, continuis laboribus milites exercet; & annonas eis suppeditans, nemini permittit, vt de his aliquid, more consueto, detraheret. Quin & ipse de iis, quæ fiscus ei præstabat, labores ceteris maiores sustinentibus conuenientia præmia largitur. Talem quum se gereret, & formidini barbaris finitimis erat, & nationibus iis præsidio, quas tueri iussus fuerat. Ceterum Rauennæ milites seditionē mota, portum eius occupant; & confuso clamore sublato, vt Imperator ipsos adiret, postulant. At illo metu seditionis occultato, progressus in mediū Iouius, qui & prætorii præfectus erat, & patricii dignitate cohonestatus, ignorare se caussam seditionis simulans, (quamquā huius auctor ipsemet esse perhiberetur, sociū nanctus ad eā Ellebichum, qui Comes equitū Domesticorū erat) caussam a militibus poscit, quamobrē ad hoc facinus prorupissent. quumq; de militibus audiret, omnino sibi Turpillionē & Vigilantiū duces, vna cū Terentio, Augustalium cubiculorum præposito, & proximo secundum hūc Arsacio, dedendos esse: principe militū defectionē verito, duces isti exsilio perpetuo multantur; & in nauim coniecti, ab iis necantur, qui eos auehebant. Hoc enim Iouius eis imperauerat. quippe metuebat, ne forte reuersi, cognitis iis insidiis, quæ aduersus ipsos structæ fuissent; principem ad sumēdum de se supplicium concitarent. Terentius in orientem relegatur, Arsacius Mediolani se cōtinere iubetur. Hinc Imperator in Terentii locum Eusebio cubiculi præposito creato, Turpillionis potestate

Allebicho

Valenti tradita, post Vigilantiū † Allobicho præfectura mandata: quodā modo seditionem militarem sedare visus est. Iouius autem præfectus prætorii, quum omnem apud Imperatorem potentiam in se transtulisset: legatos ad Alarichum mittere decreuit, qui eum hortarentur, vt ad ipsam vsq; Rauennam accederet, quod istic pacem facturi essent. Alaricho principis & Iouii litteris adsenso, & Ariminum profecto, quæ Rauenna triginta miliarib. abest; celeriter eo Iouius quoq; se contulit; &, quod in Epiris Alarichi hospes & amicus factus fuisset, de foedere pangendo tractat. Alarichi hæc postulata erāt: Vt in annos singulos auri certa summa solueretur, & annonæ mensura quædam suppeditaretur: Vt item ipse cum suis omnibus vtramq; Venetiam, & Noricos, & Dalmatiam incoleret. Hæc Iouius Alaricho præsente perscripta mittit ad Imperatorem, datis ad eumdem seorsum quoque litteris; quibus eum cohortabatur, Alarichū vtriusq; militiæ magistrū constitueret; vt hoc modo delenitus, de condicionū asperitate nōnihil remitteret, ac tolerabilibus moderatisq; legibus pacem faceret. Imperator, his acceptis litteris, Iouii temeritatē damnat; & vicissim missis ad eum litteris significat; auri quidem & annonæ modū vt ipse statueret, æquum esse; qui & præfectus esset prætorii, & publicorum tributorum copiam facultatemque perspectam haberet: at dignitatem, aut ducis officium, numquam se vel Alaricho, vel eius gentilibus concessurū. Hanc epistolam quum Iouius accepisset, non seorsum apertam, sed audiente Alaricho legit. Is cetera quidē moderate tulit; verum vbi negatū sibi, gentiq; suæ, militiæ magisteriū vidit; mox ira percitus, Romā contendere barbaros suos iussit, quasi confestim factā sibi totiq; gēti suæ iniuriam vlturus. Iouius autē ob inexspectatas hasce litteras Imperatoris, ad inopiam consilii redactus, Rauennam rediit. Quumq; se omni culpa liberare vellet, Honorium sacramentis obstrinxit, quibus sancte polliceretur, numquam pacem cum Alaricho facturū, sed bellū perpetuo gesturum. Simul & ipse principis tacto capite, iusiurandum præstat; & a ceteris, quotquot erant cum potestate, consimile quiddam exigit.

Πιλλίων παραδοὺς, καὶ μετὰ Βιγιλάντιον Ἀλλόβιχον ὕπαρχον καταστήσας, τὴν μὲν τῶν στρατιωτῶν παῦσαι πως ἔδοξε στάσιν. Ἰόβιος δὲ, ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος, πᾶσαν εἰς αὐτὸν τὴν παρὰ βασιλεῖ δύναμιν περιστήσας, ἔγνω πρέσβεις ἐκπέμψαι πρὸς Ἀλλάριχον, ἄχρι τῆς Ῥαβέννης αὐτὸν παραγενέσθαι παρακαλοῦντας, ὡς δὴ τῆς εἰρήνης αὐτόθι γενησομένης. πεισθέντος δὲ τοῖς τοῦ βασιλέως καὶ τοῖς Ἰοβίου γράμμασιν Ἀλλαρίχου, παραγενομένου τε εἰς τὴν Ἀρίμινον, Ῥαβέννης ἀφεστῶσαν μιλίοις τριάκοντα, συνδραμὼν κατὰ ταύτην Ἰόβιος, ἅτε ἐν ταῖς Ἠπείροις πρόξενος καὶ φίλος Ἀλλαρίχῳ γεγενημένος, τοὺς περὶ τῶν συνθηκῶν ἐποιήσατο λόγους. ἀπῄτει δὲ Ἀλλάριχος, χρυσίον μὲν ἔτους ἑκάστου δίδοσθαί τι ῥητὸν, καὶ σίτου τι χορηγεῖσθαι μέτρον· οἰκεῖν δὲ αὐτὸν ἅμα τοῖς σὺν αὐτῷ πᾶσι Βενετίας ἄμφω, καὶ Νωρικοὺς, καὶ Δελματίαν. ταῦτα ἐναντίον Ἀλλαρίχου γράψας Ἰόβιος, ἐκπέμπει τῷ βασιλεῖ, δοὺς καὶ ἰδίᾳ πρὸς αὐτὸν γράμματα, παραινοῦντα καταστῆσαι δυνάμεως ἑκατέρας στρατηγὸν Ἀλλάριχον· ὥστε ταύτης αὐτὸν τυχόντα τῆς θεραπείας, χαλάσαι τι τῆς βαρύτητος τῶν συνθηκῶν, καὶ ἐπὶ φορητοῖς καὶ μετρίοις ποιήσασθαι τὰς σπονδάς. ταύτην δεξάμενος ὁ βασιλεὺς τὴν ἐπιστολὴν, καταγινώσκει μὲν τῆς Ἰοβίου προπετείας, γράμμασι δὲ ἐχρῆτο πρὸς αὐτὸν, δι' ὧν ἐδήλου, χρυσίου μὲν καὶ σίτου μέτρον αὐτὸν ὁρίσαι προσήκειν, οἷα τῆς αὐλῆς ὕπαρχον ὄντα, καὶ τὴν τῶν δημοσίων φόρων ἐπιστάμενον δύναμιν· ἀξίαν δὲ ἢ στρατηγίαν μήποτε Ἀλλαρίχῳ δώσειν, ἢ τισὶ τῶν τῷ γένει προσηκόντων. Ταύτην δεξάμενος ὁ Ἰόβιος τὴν ἐπιστολὴν, οὐ καθ' ἑαυτὸν ἀνελίξας ἀνέγνω ταύτην, ἀλλὰ εἰς ἐπήκοον Ἀλλαρίχου. καὶ τὰ μὲν ἄλλα μετρίως ἤνεγκεν· ὡς δὲ ἀρνηθεῖσαν εἶδεν ἑαυτῷ τε καὶ τῷ γένει τὴν τῆς στρατηγίας ἀρχὴν, ἀναστὰς εἰς ὀργὴν αὐτόθεν, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐλαύνειν τοὺς σὺν αὐτῷ βαρβάρους ἐκέλευσεν, ὡς αὐτίκα τὴν εἰς αὐτὸν καὶ τὸ γένος ἅπαν ἀμειψούμενος ὕβριν. Ἰόβιος δὲ, ἀπορηθεὶς ἐπὶ τῷ παραλόγῳ τῶν τοῦ βασιλέως γραμμάτων, εἰς τὴν Ῥάβενναν ἐπανῄει. βουλόμενος δὲ τῆς μέμψεως αὐτὸν ἀπολῦσαι, κατέλαβεν ὅρκοις Ὁνώριον, ἦ μὴν εἰρήνην μήποτ' ἔσεσθαι πρὸς Ἀλλάριχον, ἀλλ' ἄχρι παντὸς πολεμήσειν. ὤμνυ δὲ καὶ αὐτὸς ὅρκον, τῆς βασιλείας ἁψάμενος κεφαλῆς, καὶ τοὺς ἄλλους, οἳ τὰς ἀρχὰς εἶχον, ταὐτὸν ποιῆσαι παρεσκεύαζε.

ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ Ο ΣΕΥΗΡΟΥ, κβʹ.

Ἀντωνῖνος, βασιλεὺς Ῥωμαίων, ὁ Σεβήρου· παρὰ τοῖς ἄλλοις κακοῖς καὶ ταῖς μιαιφονίαις χαίρων. καὶ οἱ στρατιῶται τοῦ βιάζεσθαι καὶ ἁρπάζειν λαβόντες ἐξουσίαν, οὐκέτι κατ' οὐδὲν διεκρίνοντο. τοιαῦτα δὲ πράττων, ὑπό τε * τῶν ἔργων ἐλαυνόμενος, καὶ πρὸς τὴν ἐν τῇ πόλει διατριβὴν ἀπεχθῶς ἔχων, ἀπεδήμει τῆς Ῥώμης, ὡς δὴ καὶ τὰ στρατόπεδα διοικήσων, καὶ τὰ ἔθνη ἐποψόμενος. ἐπεὶ δὲ τὸν Ἴστρον κατέλαβε, καὶ τοὺς ἐκεῖσε Γερμανοὺς ἐφιλοποιήσατο, ὡς καὶ συμμάχους παρ' αὐτῶν λαβεῖν καὶ τοῦ σώματος φρουρούς, καὶ τῇ φορεσίᾳ αὐτῶν χρῆσθαι. οὕτω τε καὶ ὑπὸ τῶν βαρβάρων καὶ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἠγαπᾶτο, κοινὸς ὢν πρὸς ἅπαντας, ὡς συστρατιώτης μᾶλλον ἢ βασιλεὺς παρ' αὐτῶν λεγόμενος. ἐπεὶ δὲ καὶ ἐς τὴν Μακεδονίαν ἀφίκετο, Ἀλέξανδρον ἑαυτὸν ὠνόμασεν. ἐκεῖθέν τε εἰς Πέργαμον παραγέγονε· καὶ ἐπὶ τὸν Ἀχιλλέως τάφον· καὶ στεφάνοις κοσμήσας καὶ ἄνθεσι, τὸν Ἀχιλλέα ἐμιμεῖτο. καὶ διὰ τῆς Ἀσίας καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν, εἰς Ἀντιόχειαν ἀφίκετο. καὶ διατρίψας χρόνον τινά, ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐστέλλετο, πρόφασιν ποιούμενος τὴν Ἀλεξάνδρου πόλιν ποθεῖν. ὡς δὲ ἐσήλασεν ἐν αὐτῇ σὺν παντὶ τῷ στρατῷ, ὑπεδέχθη παρὰ τῶν Ἀλεξανδρέων ὡς οὔπω τις βασιλέων πρότερον. καὶ ἐλθὼν εἰς τὸ Ἀλεξάνδρου μνῆμα, τήν τε χλαμύδα ἣν ἐφόρει, καὶ τὸν δακτύλιον καὶ τὴν ζώνην, καὶ εἴ τι πολυτελές, περιελόμενος, ἐπέθηκε τῇ ἐκείνου σορῷ. ὁ δὲ δῆμος ἔχαιρεν, οὐκ εἰδὼς τὴν τούτου λανθάνουσαν γνώμην. ἔγνω γὰρ ὅτι πολλὰ ἐς αὐτόν τε καὶ τὴν μητέρα ἀπέσκωψαν. διὰ δὲ προγράμματος τὴν νεολαίαν εἴς τι πεδίον κελεύει συνελθεῖν, φήσας εἰς τὴν Ἀλεξάνδρου τιμὴν φάλαγγας * συστήσασθαι. οἱ δέ, συνῆλθον ἀγαθαῖς ἐλπίσι. στιχηδὸν δὲ ἑστῶτας ἰδών, αὐτὸς μὲν ἐξῆλθεν· ἐπαφῆκε δὲ τοὺς στρατιώτας· καὶ πάντας συνέκοψαν. τοσοῦτος δὲ ἐγένετο φόνος, ὥστε τὸν Νεῖλον ἅπαντα φοινιχθῆναι. ¶ Ὅτι Σεβῆρος καὶ πάνυ πᾶσι τοῖς εἰς ἀρετὴν τείνουσι, καὶ κατὰ τὸ σῶμα καὶ κατὰ [τὴν] ψυχήν, ἤσκησε τὸν Ἀντωνῖνον· ὥστε καὶ αὐτοκράτορα ἤδη ὄντα, καὶ διδασκάλοις συνεῖναι, καὶ τὸ πολὺ τῆς ἡμέρας φιλοσοφεῖν. ἐξηραλοιφεῖ τε, καὶ ἵππευε καὶ ἐς ν' καὶ ψ' σταδίους· καὶ προσέτι καὶ νήχεσθαι καὶ ἐν κλύδωνι ἤσκητο. ὁ δέ, ἐκ μὲν τούτων, εἶπον τινὰ ἐρρώσθη· τῆς δὲ δὴ παιδεύσεως, ὡς οὐδὲ τὸ ὄνομα

ANTONINVS SEVERI F. XXII.

ANTONINVS, Romanorum Imperator, Seueri filius; præter cætera mala, cædibus etiam gaudens. Itaq; milites, vim faciendi & rapiendi potestate data, * nulla iam re a latronibus differebant. Talia cum ageret, & * facinoribus suis agitatus, & moram in vrbe perosus, Roma discessit, vt & legiones curaturus, & prouincias inspecturus. Ad Istrum cum peruenisset, Germanos accolas sibi conciliauit, vt & auxilia ab eis acciperet, & satellites; eorumque habitu vteretur. Sic & barbaris & militibus erat carus; comis erga omnes: qui Commilito potius ab eis quam Imperator diceretur. In Macedonia se Alexandrum vocauit. Pergamum vbi peruenit, & ad Achillis tumulum, eo floribus & coronis ornato, Achillem imitabatur. Perq; Asiam & alios populos Antiochiam profectus, & aliquamdiu ibi moratus, Alexandriam perrexit; vrbis Alexandri desiderium causatus. Quam cum omni exercitu ingressus, sic est ab Alexandrinis susceptus, vt nemo vmquam Imperator. Ad Alexandri monumētum cum venisset, chlamydem quam gestabat, & anulum, & cingulum, & si quid aliud pretiosum habebat, loculo illius imposuit. Populus itaque, animi illius ignarus, gaudebat. Cum enim eos in se & matrem multa dicteria iecisse cognouisset, publico edicto pubē omnē in planicie quadā cōuenire iussit, se in Alexandri honorē phalanges instituturū professus. Quæ cum, bona spe plena, præsto esset, ordine astantes contemplatus, ipse quidem abiit; sed immissis militibus omnes trucidauit: tanta cæde edita, vt Nilus vniuersus rubesceret. ¶ Traditur Seuerus omnib. rebus, ad animi corporisq; virtutem pertinentibus, Antoninum studiose excoluisse: vt iam Imperator quoque, & magistris vteretur, & magnam diei partem philosopharetur. Vtebatur & siccis vnctionibus, & ad DCCL stadia equitando conficiebat. Ad hæc natando etiam, in fluctu quoque & tempestate, exercebatur. At ille his rebus aliquo modo robur quidem corporis auxit; * disciplinæ autem adeo est oblitus, quasi ne nomen

quidem illius vnquã audiuisset. Neque tamen indisertus fuit aut imprudens: sed & multa acutissime perspexit, & expeditissime est elocutus. Nã & licentia potestatis elatus, & temeritate quidquid in buccam incidisset, incõsiderate eloquendi, & impudentia quiduis proferendi, sæpe scopum attingebat.

αὐτῆς πώποτε ἀκηκοώς, ἐπελάθετο. οὐ μήν τοι καὶ κακορρήμων ἢ κακογνώμων ἦν· ἀλλὰ καὶ συνεῖδε [τὰ] πολλὰ ὀξύτατα, καὶ ἔφραζεν ἑτοιμότατα. τῇ τε γὰρ ἐξουσίᾳ καὶ τῇ προπετείᾳ τὸ πάνθ᾽ ὁμοίως τὰ * προϊστάμενά οἱ ἀπερισκέπτως ἐκλαλεῖν, καὶ τῷ μηδὲν αὐτῶν ἐκφαίνειν αἰσχύνεσθαι, ἐπιτυχίᾳ τινὶ πολλάκις περιέπιπτεν.

Macrinvs, xxiii.

Παραναλωμα] Macrinus Imperator, cum se luxuriosæ & delicatæ vitæ dedidisset, * obiter cædes etiã miscebat hominum insontium.

ΜΑΚΡΙΝΟΣ, κγ´.

Παραναλωμα] * ὁ Μακρῖνος, ὁ βασιλεὺς, τρυφῇ καὶ ἐκδεδιῃτημένῳ βίῳ τὰ καθ᾽ ἑαυτὸν παραδοὺς, παραναλωμα τῆς τρυφῆς ἐποιεῖτο φόνους τῶν οὐδὲν ἠδικηκότων ἀνθρώπων· τουτέστι, προσόψημα.

Alexander, M. F. xxv.

Alexander Mamææ F. vna cum illa imperauit, & eius arbitratu administrauit omnia: quæ vndique imperium custodiebat, eique persuadebat vt * longissimo tempore ius diceret; quo illa occupatione distractus, tempus non haberet ad peccandum. Fuit natura mitis & mansuetus, & ad humanitatem propensissimus. Itaque cum imperium ad annos quatuordecim tenuisset, sine cædibus regnauit; quamuis aliqui in summa crimina incidissent: adeo vt post Marci obitum, Alexandri imperium sit admirationi. Querebatur de matre, & molestissime ferebat eius auariciam, quod ea malis artibus fiscum augeret: a qua coactus, multa faciebat. * Nam mater summũ in eum exercebat imperium; quæ cum a turpibus rebus & Imperatori indecoris arcebat, & omnium disciplinarũ magistros clam accersebat; cum ille palæstris & gymnasiis magnopere delectaretur, & magistros repelleret: eo denique impulsus, vt omnes scenicos, & in publicis theatris celebres, ad summos magistratus eueheret. qua de causa ciuibus inuisus fuit.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ Ὁ ΜΑΜ. κε´.

Ἀλέξανδρος ὁ Μαμαίας, σὺν τῇ μητρὶ ἄρξας, ὑπ᾽ ἐκείνῃ πάντα διῴκει· ἥτις πανταχόθεν ἐφρούρει τὴν ἀρχήν. δικάζειν τε οὖν αὐτὸν ἔπειθεν ἐπὶ πλεῖστον ὡς ἂν ἐν τούτοις ἀσχολούμενος, μὴ ἔχῃ καιρὸν ἐς τὸ ἐπιτηδεύειν τι τῶν ἁμαρτημάτων. ὑπῆρχε δὲ αὐτῷ καὶ φυσικὸν ἦθος πρᾶον καὶ ἥμερον, ἔς τε τὸ φιλάνθρωπον πάνυ ἐπιρρεπές. ἐς τεσσαρεσκαιδέκατον οὖν ἔτος ἄρξας τῆς βασιλείας, ἀναιμωτὶ ἦρξε, καί τοι τινῶν μεγίσταις αἰτίαις ὑποπεσόντων· ὡς μετὰ τὴν Μάρκου τελευτὴν, τὴν βασιλείαν θαυμάζειν Ἀλεξάνδρου. ᾐτιᾶτο δὲ καὶ τὴν μητέρα, καὶ πάνυ ἤσχαλλεν, ὁρῶν αὐτὴν φιλοχρήματον οὖσαν, καὶ πολλὰ ἐξ ἐπηρειῶν θησαυρίζουσαν. πολλὰ δὲ ὑπ᾽ αὐτῆς ἠναγκάζετο πράττειν. ἦρχε γὰρ αὐτοῦ ὑπερβαλλόντως ἡ μήτηρ· ἥτις ἀπῆγε τῶν αἰσχρῶν καὶ ἀπρεπῶν τοῖς βασιλεῦσιν ἔργων, διδασκάλους τε πάσης παιδείας λάθρα μετεπέμπετο. ὁ δὲ, παλαίστραις τε καὶ γυμνασίοις πάνυ ἔχαιρε, καὶ τοὺς διδασκάλους ἀπεσόβει. ἐς τοσοῦτον δὲ ἐξώκειλεν, ὡς δὴ πάντας τοὺς ἀπὸ τῆς σκηνῆς καὶ τῶν δημοσίων θεάτρων μεταγαγεῖν ἐπὶ τὰς ἀρχὰς τὰς μεγίστας. διὰ τοῦτο ἐμυσάττοντο αὐτόν.

Maximinvs, xxvi.

Maximinvs, Romanorum Imperator, suscepto principatu magnã mutationẽ instituit, potestate asperrime & magno cum terrore vtendo, & a clemẽti regno ad tyrannicã crudelitatẽ omnia reuocando. Erat enim ingenio, vt & genere, barbarus, & cædis auiditate gentilicia præditus. Statim igitur & amicos omnes, qui familiares Alexandro,

ΜΑΞΙΜΙΝΟΣ, κϛ´.

Μαξιμῖνος, βασιλεὺς Ῥωμαίων. οὗτος παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, πολλὴν τὴν μεταβολὴν ἐποιήσατο, τραχύτατα καὶ μετὰ πολλοῦ φόβου τῇ ἐξουσίᾳ χρώμενος· ἔκ τε ἡμέρου βασιλείας, εἰς τυραννίδος ὠμότητα, μεταγαγεῖν πάντας ἐπειρᾶτο. φύσει δὲ ἦν τὸ ἦθος, ὥσπερ καὶ τὸ γένος, βάρβαρος, καὶ τὸ φονικὸν πάτριον ἔχων. εὐθέως οὖν τούς τε φίλους πάντας οἳ συνῆσαν τῷ Ἀλεξάνδρῳ,

συνέδροι

συνέδροί τε ὑπὸ τῆς συγκλήτου συνεπικληθέντες, ἀπεσκευάσατο· * βουλόμενος εἶναι ἐν τῷ στρατῷ, καὶ μηδένα αὐτῷ παρεῖναι ἐκ συνειδήσεως εὐγενοῦς· πλείστους δὲ αὐτῶν καὶ ἀπέκτεινεν, ἐπιβουλὰς ὑποπτεύων. * Βασιλεύων δὲ τῆς ἑῴας, πολλὰ μιαρὰ καὶ ἄτοπα καθ' ὑπερβολὴν ἐπεδείξατο, καὶ πρὸς τούτοις διωγμὸν ἀπηνῆ καὶ ἀπάνθρωπον κατὰ πᾶσαν τὴν ἀνατολὴν εἰς τοὺς Χριστιανούς· καθ' ὃν πλεῖστοι τῶν εὐδοκίμων ἐμαρτύρησαν. ἄξια δὲ τῆς δυσσεβείας αὐτοῦ τὰ προοίμια, * μελλούσης αὐτὸν διαδέχεσθαι κολάσεως εἰκότως πέπονθε. νόσῳ γὰρ δεινοτάτῃ περιπεσόντος, ἀλγηδόνες ἰσχυραὶ τὴν πᾶσαν σάρκα αὐτοῦ διελυμαίνοντο· καὶ τὰ μὲν ἔγκατα διεφθείρετο ὑπὸ τῆς ἐνδομυχούσης σφοδροτάτης πυρώσεως· ἡ δὲ σὰρξ πᾶσα, κηροῦ δίκην ἐξετήκετο. λαβροτέρως δὲ φλογιζομένῳ, καὶ αὐτὰ συνεφρύγησαν τὰ ὀστᾶ. ὥστε ἐξαφανισθῆναι καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς ἀνθρωπίνης μορφῆς. ἐλεεινῶς δὲ κατασηπόμενος, τοσαύτην δυσωδίαν ἐξέπεμπεν, ὡς οὐδὲν τῶν ἐν τάφοις διαλυθέντων διαφέρειν. ὁ δὲ, βραχὺ ἐμπνέων, καὶ στενάξας, ἀπέθανε.

& a patribus conscriptis assessores appellati fuerant, remouit: nolens eos esse in exercitu, neq; secū esse, quemq̃ † cōscientia nobili. Plurimos etiā eorū interfecit, insidias veritus. * Dū autem in Oriente versaretur, multa scelesta & supra modum nefaria facinora edidit, persecutione crudeli & inhumana contra Christianos per omnes prouincias excitata; in qua plurimi celebres viri martyrium obierunt. Sed digna impietate sua præmia imminentis supplicii merito pertulit. Nam cum in morbum atrocissimum incidisset, vehementes dolores omnem carnem eius vexabant: & intestina eius ex acerrima inflammatione interna corrumpebantur, & caro tota ceræ instar liquescebat: eoq; incendio aucto, ipsa etiam ossa tosta sunt; vt & humanæ formæ character deleretur. Miserabiliter itaque putrescens, tantopere olebat, vt a cadaueribus in sepulcris corruptis nihil differret; exiguoque spiritu præditus, cum gemitu obiret.

† nobili ortū genere

ΔΕΚΙΟΣ, λ'.

Δέκιος, Ῥωμαίων βασιλεὺς, Φιλίππου διάδοχος· ὃς βασιλικῷ θεσπίσματι τοὺς τὰ Χριστιανῶν δοξάζοντας ἐθανάτου, καὶ τοὺς θεοὺς προσκυνεῖν ἠνάγκαζε.

DECIVS, XXX.

DECIVS, Romanorum Imperator, Philippi successor; edicto Christiani nominis homines capitis condemnabat & deos adorare cogebat.

ΑΥΡΗΛΙΑΝΟΣ, λε'.

Αὐρηλιανὸς, βασιλεὺς Ῥωμαίων, τὰ πολέμια δεινῶς ἠσκημένος· ἀκάθεκτος δὲ περὶ τὴν γνώμην, καὶ πολὺ πρὸς ὠμότητα ῥέπων, τῶν τε κατὰ πόλιν ἐπισήμων θανάτῳ πολλοὺς ἐζημίωσεν, ὑπὸ Ζηνοβίας ἐλεγχθέντας· χαλεπός τις καὶ φονικὸς ὑπάρχων, καὶ μᾶλλον ἀναγκαῖος στρατηγὸς, ἤπερ αἱρετὸς βασιλεύς· ἐν παντὶ δὲ καιρῷ δυσχερὴς καὶ ἀπρόσιτος· ὡς μηδὲ τῶν οἰκείων αἵματος διαμεῖναι καθαρός. τὴν γὰρ τοῦ παιδὸς γαμετὴν καὶ ἀνέγκλητον διεχρήσατο. τοῦ δὲ τῶν στρατιωτῶν τάγματος, καὶ τῶν ἐξιτήλων καὶ διαλελυμένων ἠθῶν ὡς ἐπίπαν γενναῖος ἦν ἐπανορθωτής. ¶ Μονιτάριοι, οἱ περὶ τὸ νόμισμα τεχνῖται. οἱ ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ διέφθειραν τὸ νόμισμα· καὶ τὸν ἴδιον ἄρχοντα *Φιλικήσιμον ἀνελόντες, ἐμφύλιον ἐγείρουσι πόλεμον. οὓς μόλις Αὐρηλιανὸς χειρωσάμενος, ὑποβαλλούσῃ κολάσεων ὠμότητι κατειργάσατο.

AVRELIANVS, XXXV.

AVRELIANVS Imperator, in re militari exercitatissimus, animo infreni, & ad crudelitatem prono: multos illustres ciues, a Zenobia conuictos, occidit: homo sæuus, & sanguinarius: & dux magis necessarius, quā optabilis Imperator; omni tempore difficilis & inaccessus; vt nec domestico sanguini pepercerit. nam filii vxorem indicta causa occidit. Militarium autem ordinum & euanidæ ac dissolutæ disciplinæ strenuus instaurator fuit. ¶ Monetarii sub Aureliano adulterarunt monetam: suoq; præfecto Felicissimo interfecto, intestinum bellum concitarunt. quos Aurelianus vix subactos, exquisita suppliciorum atrocitate confecit.

CARINVS, XXXIX.

CARINVS, Cari Imperatoris filius, potestatem adeptus suo arbitratu agendi quiduis, eam acerbissima tyrãnide commutauit, nomenq; suum factis lõge superauit. Nam pueris nobilibus factæ contumeliæ, ob assuetudinem, contumeliæ non habebantur, cum ea delicta familiaria & quotidiana essent. Crimina etiã cõmmiscebatur, & ius dicebat iis qui læsi essent; neque litigatorum vllus incolumis euadebat. Nam cũ cædes multæ atque ineffabiles perpetrarentur, quidam e beatis obiter consumebantur, sicut in communibus epulis gallinæ, in Carini delicias. Meminisse autem se dicebat, quosdam eorum qui mactabantur, non laudasse formam suam; alios, se adolescentem, cum orationem haberet, non ita esse admiratos, vt voluisset. Peribant etiã nonnulli, quod coram ipso risissent: omnia denique eius facta grauiora erant ostentus, in mediis populis rabie quadam grassantis. Ac quod publice prodesset, nihil prorsus egit Carinus: sed deliciis & peruersæ vitæ rationi deditus, cum luxu cædes innocẽtium hominum, a quibus vtcumq; offensus videretur, coniungebat. Proinde omnes acerbam illam tyrannidem, cum adolescentia permistam, cum omnia absurde & absque ratione agerentur, †grauiter & iniquis animis patiebantur.

ΚΑΡΙΝΟΣ, λθ'.

Καρῖνος, Κάρου τοῦ βασιλέως υἱὸς, γενόμενος ἐν ἐξουσίᾳ βουλήσεως κύριος, ἀνέδραμε τηλικοῦτον κακὸν ἐς τυραννίδα. οὕτω καὶ τοὔνομα τοῖς ἔργοις μακρῷ παρῆλθε. παίδων μὲν γὰρ* οἱ γεγονότων ὕβρεις, διὰ τὸ συνήθες, οὐδὲ ὕβρεις ἐνομίζοντο, ἀλλ' ἦν ἐγκύκλιον αὐτῷ καὶ πρόχειρον τοιαῦτα ἁμαρτάνειν. ὁ δὲ ἐγκλήματά τε ἀνέπλαττε, καὶ ἐδίκαζε τοῖς ἀδικουμένοις, καὶ τῶν δικαζομένων οὐδεὶς ἐσώζετο. ὅπου γε, πολλῆς οὔσης καὶ ἀδιηγήτου τῆς φθορᾶς, παρενανηλίσκοντο τινὲς τῶν εὐδαιμόνων, ὥσπερ ἐν κοινοῖς δείπνοις ἀλεκτορίδες, ἐς τὴν Καρίνου τρυφήν. μεμνῆσθαι δέ τῶν κατασφαττομένων ἔφασκε· τῶν μὲν, ὅτι οὐκ ἐπῄνεσαν αὐτοῦ τὸ κάλλος· τῶν δὲ, ὅτι λέγοντα, ὅτε ἦν μειράκιον, οὐκ ἐθαύμασαν ὡς ἐβούλετο. ἀπώλλυντο δέ τινες καὶ γελάσαντες ἐναντίον αὐτοῦ ποτε* καὶ πάντα ἦν αὐτοῦ βαρύτερα διασημείας· καὶ ἐλύττα ἐν μέσοις τοῖς ὑπηκόοις. Οὗτος ὁ Καρῖνος βασιλεύσας, πρᾶγμα μὲν ἐς κοινὸν ὄφελος φέρον οὐδὲν εἰργάσατο.* τρυφῇ δὲ καὶ ἐκδεδιῃτημένῳ βίῳ τὰ καθ' ἑαυτὸν παραδοὺς, παρανάλωμα τῆς τρυφῆς ἐποιεῖτο φόνους οὐδὲν ἠδικηκότων ἀνθρώπων, κατά τι προσκεκρουκέναι νομισθέντων αὐτῷ. βαρυνομένων* δὲ πάντων ἐπὶ τῇ πικρᾷ τυραννίδι συναναμιχθείσῃ νεότητι, καὶ πάντα ἐκμελῶς καὶ δίχα λογισμοῦ πράττοντος.

DIOCLETIANVS, XL.

DIOCLETIANVS, & Maximianus huius gener, Imperatores Romanorum. Sub his atrocissima commota est contra Christianos persecutio. Iusserunt enim in singulis prouinciis & vrbibus, Christi ecclesias euerti, & diuinas earum scripturas comburi: & quicumque Christiani inuenirentur, eos cogi vt dæmonibus immolarent. Sed victi multitudine eorum qui occidebãtur, decretum promulgarunt, vt iisdem dextri oculi eruerẽtur; cum ob doloris acerbitatem, tum propter ignominiam conspicuam, & Romanæ ciuitatis alienationem. Quos diuina vltio insecuta, merito excidit. nam alter quidem, a Senatu iugulatus est; alter, se suspendit. Hic Diocletianus, homo væcors, & Christi osor, ira & furore percitus, contra eos qui in Ægypto res nouas moliti erãt, nõ moderate neq; humaniter potestate vsus est:

ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟΣ, μ'.

Διοκλητιανὸς, καὶ Μαξιμιανὸς, βασιλεῖς Ῥωμαίων. ἐπὶ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ, διωγμὸς κατὰ Χριστιανῶν ἐκινήθη φρικωδέστατος. προσέταξε γὰρ κατὰ χώραν καὶ πόλιν τὰς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας καταστρέφεσθαι, καὶ τὰς θείας αὐτῶν γραφὰς κατακαίεσθαι· τοὺς δὲ Χριστιανοὺς εὑρισκομένους, ἀναγκάζεσθαι θύειν τοῖς δαίμοσιν. ἡττηθέντες δὲ τῷ πλήθει τῶν ἀναιρουμένων Χριστιανῶν, ἐξέθεντο δόγμα ὥστε τοὺς εὑρισκομένους Χριστιανοὺς ἐξορύττεσθαι τὸν δεξιὸν ὀφθαλμὸν οὐ μόνον διὰ τὸ ὀδυνηρὸν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ ἄτιμόν τε καὶ πρόδηλον, καὶ τὸ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας ἀλλότριον. οὓς ἡ θεία δίκη ἐνδίκως μετελθοῦσα, δικαίως ἐξέκοψε· καὶ ὁ μὲν, ἐσφάγη ὑπὸ τῆς συγκλήτου· ὁ δὲ, ἀπήγξατο. Οὗτος ὁ ἄνους καὶ μισόχριστος, μήνιμι καὶ ὀργῇ τῶν περὶ τὴν ἀρχὴν νεωτερισάντων περὶ τὴν Αἴγυπτον, οὐ μετρίως οὐδὲ ἡμέρως τῷ κράτει ἀπεχρήσατο·

ἀλλὰ

ἀλλὰ προγραφαῖς τε καὶ φόνοις τῶν ἐπισήμων μιαιφονῶν ἐπῆλθε τὴν Αἴγυπτον. ὅτε δὴ καὶ τὰ περὶ χυμείας ἀργύρου καὶ χρυσοῦ τοῖς παλαιοῖς αὐτῶν γεγραμμένα βιβλία διερευνησάμενος, ἔκαυσε, πρὸς τὸ μηκέτι πλοῦτον Αἰγυπτίοις ἐκ τῆς τοιαύτης περιγίνεσθαι τέχνης, μηδὲ, χρημάτων αὐτοὺς θαρροῦντας περιουσίᾳ, τοῦ λοιποῦ Ῥωμαίοις ἀνταίρειν. Ἦν δὲ οὗτος ποικίλος τις καὶ πανοῦργος· τῷ δὲ λίαν συνετῷ καὶ ὀξεῖ τῆς γνώμης, ἐπεκάλυπτε πολλάκις τὰ τῆς οἰκείας φύσεως ἐλαττώματα, πᾶσαν σκληρὰν πρᾶξιν ἑτέροις ἀνατιθείς. ἐπιμελὴς δὲ ὅμως καὶ ταχὺς ἐν τῇ τῶν πρακτέων ἐπιβολαῖς. καὶ πολλὰ τῆς τῆς βασιλικῆς θεραπείας, ἐπὶ δὲ αὐθαδέστερον, παρὰ τὰ καθεστηκότα Ῥωμαίοις πάτρια, μετεσκεύασεν. Ὅτι Διοκλητιανὸς καὶ Μαξιμιανὸς, τῆς βασιλείας ἀφέντες, τὸν ἰδιώτην μετῆλθον. καὶ ὁ μὲν, ἐς Σάλωνας πόλιν Ἰλλυρικὴν· ὁ δὲ, ἐς τοὺς Λευκανοὺς, ἀφίκετο· καὶ ὁ μὲν Μαξιμιανὸς, πόθῳ τῆς ἀρχῆς ἐς μεταμέλειαν ἦλθε· Διοκλητιανὸς δὲ, ἐν ἡσυχίᾳ κατεγήρα, ἐν ἔτεσι τρισὶν ὑπερβολῇ ἀρετῆς ἐνδιεξάγων, τῆς δὲ Ἑλληνικῆς θρησκείας οὐδ᾽ ὅλως ἀποστάς. ¶ Ἑρκούλιος δὲ καὶ δίχα παντὸς προκαλύμματος, ἄγριός τε ἦν καὶ τυραννικός· ὅ τε τῆς οἰκείας γνώμης τραχὺ, τῷ κατὰ τὸ πληκτικὸν τοῦ προσώπου παρεδήλου. τῇ γοῦν ἑαυτοῦ φύσει παντάπασιν ἐνδιδοὺς, καὶ τῷ Διοκλητιανῷ πρὸς ἅπαν ἄτοπόν τε καὶ σκληρὸν βούλευμα ἑκούσιος ὑπουργὸς καθίστατο.

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ Ὁ Μ. μγ΄.

Κωνσταντῖνος ὁ μέγας. ἐστὶ δὲ ἀφανῶν τίκτεται τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίῳ· γνωρισθεὶς δὲ κατά τινας γνωρίμους τρόπους ἐκ πατρί· ὃς κατά τινα τύχην ἔγνω τοὺς τόπους καταλιπεῖν ἐν οἷς διέτριβεν, ἐξορμῆσαι δὲ πρὸς τὸν πατέρα Κωνστάντιον, ἐν τοῖς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνεσιν ὄντα, καὶ Βρεττανίᾳ συνεχέστερον ἐνδημοῦντα. θεασάμενος δὲ αὐτὸν ὁ πατὴρ, χειροτονεῖ βασιλέα, τοὺς ἐκ τῆς Θεοδώρας υἱοὺς καταλιπὼν, ἰδὼν αὐτὸν εὖ ἔχοντα σώματος. Δύο δὲ καὶ ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων ἀπὸ τῆς Αὐγούστου Καίσαρος μοναρχίας, διεληλυθότων ἐνιαυτῶν, Κωνσταντῖνος τὴν νέαν Ῥώμην ἀνίστησι. ¶ Κωνσταντῖνος ὁ μέγας, βασιλεύς. περὶ οὗ γράφει Εὐνάπιος φλυαφοῦς καὶ παρῆκα αἰδοῖ αὐτοῦ τοῦ ἀνδρός. ¶ ΜΑΞΕΝΤΙΟΣ, βασιλεὺς Ῥωμαίων. ὃς κακῶς τοὺς Ῥωμαίους ἐπέτριβε, τυραννικῷ μᾶλλον ἢ βασιλικῷ τρόπῳ χρώμενος κατ᾽ αὐτῶν, μοιχεύων ἀναίδην τὰς τῶν ἐλευθέρων γυναῖκας, καὶ πολλοὺς ἀναιρῶν, καὶ ποιῶν τούτοις ἀκόλουθα. τοῦτο γνοὺς ὁ μέγας Κωνσταντῖνος, ῥύσασθαι τοὺς Ῥωμαίους τῆς ὑπ᾽ αὐτῷ βασιλείας ἐσπούδαζεν. εὐθύς τε φροντίδα ἐποιεῖτο, τίνα τρόπον καθέλοι αὐτόν.

ſed proſcriptionibus & cædibus illuſtrium virorum polluendo prouinciã peruaſit. Eodemq; tempore veterum ſcripta de fuſione argenti atque auri, conquiſita combuſſit; ne ex illa arte ditati Ægyptii, & pecuniæ freti copiis, in poſterũ rebellarent. Ingenio fuit vario & callido; ſed ſingulari prudentia & acumine. vitia naturæ ſæpe celauit, res omnes aſperiores in alios conferendo: diligens tamen, & in rebus gerendis ſtrenuus: & multa imperatorii cultus contra morem maiorum inſolentius mutauit. Diocletianus & Maximianus, abdicato imperio, ad vitam priuatam redierunt: ac ille quidem Salonas vrbem Illyricam ſe contulit; alter in Lucanos abiit. Ac Maximianum quidem relicti principatus pœnituit: Diocletianus autem, tranquille conſenuit; ac triennium ſumma cum virtute exegit; ethnica religione tamen mordicus retenta. ¶ Herculius, etiam ſine vllo prætextu ſæuus erat & tyrannicus; animiq; ſui aſperitatẽ toruitate vultus præ ſe ferebat. Itaq; prorſus ingenium ſecutus ſuum, Diocletiani etiam ad omnia cõſilia inhumana & aſpera vltro ſe miniſtrum præbuit.

CONSTANTINVS M. XLIII.

CONSTANTINVS Magnus, Imperatori Conſtantio obſcure natus, & e ſignis quibuſdã a patre agnitus: decreuit, relictis iis locis in quibus verſabatur, ad patrem Conſtantiũ proficiſci, apud Transalpinas gentes & in Britãnia plerumq; verſantem. Quem pater cum robuſto eſſe corpore videret, præteritis Theodoræ filiis, Imperatorem deſignat. Nouam Romam Conſtantinus annis CCCLXII ab Auguſti Cæſaris monarchia cõdidit. ¶ De hoc nugas ſcribit Eunapius: quas ob reuerentiam viri prætereo. ¶ MAXENTIVS, Imperator Romanorum; male Romanos attriuit, tyrãnico more potius quam imperatorio. Nã & palã ſtuprabat ingenuas matronas: & multos interficiebat, & his conſentanea cetera faciebat. Quo Magnus Cõſtantin⁹ cognito, liberare illos dominatu eius ſtudebat: ſtatimq; quo pacto illum euerteret, cogitabat.

Ei cogitationi intẽtus, sub meridiem vidit † columnam ignis, forma crucis scribentem, IN HOC VINCE: factusq; est Christianus. Licinius vero, collega eius, frigidas Græcorum fouẽs opiniones, Christianos oderat: metu tamen Cõstantini persecutionem apertam instituere reformidabat; sed clam per insidias multos occidebat. Tandem etiã aperte grassatur, atq; certo loco existit persecutio: quæ res Constantinum non latebat. Edicto enim vetuerat Licinius, ne inter sese conuenirent episcopi; ne res Christianorũ incrementi causam haberent. Dirupta itaque ficta amicitia, odioq; erumpente, tãdem a Constantino interfectus est Licinius.

stylum

¶ Constantinopolis, tanto est aliis omnibus vrbibus maior, quãto Romã esse minor videtur: a qua secundam numerari, longe mihi quidem certe videtur esse melius, quam ceterarum omnium primam existimari. Anni CCCLX a Cæsaris Augusti monarchia exierant, veteris Romę rebus ad finem tendentibus, cum Cõstantinus Constantii F. sceptris potitus, nouam Romam condit. A noua autẽ Roma condita, vsq; ad imperium Basilii & Cõstantini Porphyrogenitorum, anni sunt CCCVIII. ¶ Crispus autem, nomen filii Cõstantini Magni: quem indicta causa occidit, iam Cæsaris dignitate præditum; ob suspicionẽ consuetudinis cum Fausta nouerca; legis naturalis nulla habita ratione, quẽ tantum casum matrem Helenam ægre ferentem, vt consolaretur scilicet Constantinus, malũ malo maiore est medicatus. Balneo enim supra modũ calefacto, Faustam in eo collocatam, eduxit mortuã. Quærendum autem, num post baptismum hoc fecerit?

Constantius, Constans, & Constantinus, filii magni Constantini.

IVLIANVS APOST. XLVIII.

IVLIANVS Parabata & Apostata. (*id est, Perduellis, siue Transgressor & Desertor*) Romanorũ Imperator, Cõstantini magni Imperatoris nepos ex fratre Dalmata, & matre Galla. Scripsit de Cæsaribus seu Imperatoribus Romanorũ, ab Augusto exorsus: aliũ librũ De tribus figuris: & q̃ Saturnalia vocãtur: Misopogonẽ, (*id est Osorẽ barbæ*) seu Antiochicũ: Vnde mala sint secundũ indoctos:

ἐν τοιαύτῃ οὖν φροντίδι ὤν, περὶ μεσημβρινὰς ἡλίου ὥρας, εἶδεν ἐν τῷ οὐρανῷ στῦλον πυρὸς σταυροειδῶς γράφοντα, ΕΝ ΤΟΥΤΩ ΝΙΚΑ· καὶ γέγονε Χριστιανός. Λικίνιος δὲ, ὁ συμβασιλεύων αὐτῷ, τὰς Ἑλλήνων ψυχρὰς δόξας, ἐμίσει Χριστιανούς· καὶ διωγμὸν μὲν προφανῆ, φόβῳ Κωνσταντίνου κινεῖν ὑπεστέλλετο· λεληθότως δὲ πολλοὺς ἐσκευωρεῖτο· προϊὼν δὲ, καὶ φανερῶς ἐπεχείρει· καὶ γίνεται διωγμὸς τοπικός. τὸν δὲ Κωνσταντῖνον οὐκ ἐλάνθανε. νόμῳ γὰρ ὁ Λικίνιος τοὺς ἐπισκόπους ἐκέλευε μὴ φοιτᾶν παρ' ἀλλήλους· ὡς ἂν μὴ ἔχῃ πρόφασιν αὔξεσθαι τὰ Χριστιανῶν. διαρραγείσης δὲ τῆς πλαστῆς φιλίας, εἰς ἀπέχθειαν ἦλθον· καὶ τέλος ἀναιρεῖται ὑπὸ Κωνσταντίνου ὁ Λικίνιος. ¶ Κωνσταντινούπολις] αὕτη τοσοῦτον τῶν ἄλλων ἐστὶν ἁπασῶν μείζων, ὅσον τῆς Ῥώμης ἐλαττοῦσθαι δοκεῖ· ἧς τὸ δευτέραν τετάχθαι, μακρῷ καὶ βέλτιον ἔμοιγε φαίνεται, ἢ τῶν ἄλλων ἁπασῶν πρώτην νομίζεσθαι. τξ' χρόνοι ἀπὸ τῆς Αὐγούστου Καίσαρος μοναρχίας διεληλύθεισαν τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ· καὶ τῶν πραγμάτων αὐτῆς εἰς τέλος ἀφικνουμένων, Κωνσταντῖνος, ὁ Κωνσταντίου παῖς, τῶν σκήπτρων ἐπιλαβόμενος, τὴν Ῥώμην τὴν νέαν ἀνίστησιν. ἀπὸ δὲ τῆς κτίσεως τῆς νέας Ῥώμης, μέχρι τῶν κατεχόντων τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας Ῥωμαίων Βασιλείου καὶ Κωνσταντίνου τῶν πορφυρογεννήτων, *ἔτη. ¶ Κρίσπος δὲ, ὄνομα τοῦ υἱοῦ Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου· ὃν κατακτείνει ἄκριτον, ἤδη τῆς τοῦ Καίσαρος ἀξιωθέντα τιμῆς, εἰς ὑποψίαν ἐλθόντα τῇ Φαύστῃ τῇ μητρυιᾷ συνεῖναι· οὐ τῆς φύσεως θεσμοῦ μηδένα λόγον ποιησάμενος. τῆς δὲ Κωνσταντίνου μητρὸς Ἑλένης ἐπὶ τῷ τηλικούτῳ πάθει δυσχεραινούσης, παραμυθούμενος αὐτὴν ὥσπερ ὁ Κωνσταντῖνος, κακῷ τὸ κακὸν ἰάσατο μείζονι. βαλανεῖον γὰρ ὑπὲρ τὸ μέτρον ἐκπυρώσας, τούτῳ τὴν Φαῦσταν ἐναποθέμενος, ἐξήγαγε νεκράν. ζητητέον δὲ, εἰ μετὰ τὸ βαπτισθῆναι τοῦτο ἐποίησε.

Κωνστάντιος καὶ Κώνστας καὶ Κωνσταντῖνος, υἱοὶ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΣ Ὁ ΑΠ. μή.

Ἰουλιανὸς, ὁ Παραβάτης καὶ Ἀποστάτης, Ῥωμαίων βασιλεύς· Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου βασιλέως ἀνεψιὸς, ἀπὸ Δαλμάτου ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ μητρὸς Γάλλας τοὔνομα. ἔγραψε τοὺς καλουμένους Καίσαρας· περιέχει δὲ τοὺς ἀπὸ Αὐγούστου Ῥωμαίων βασιλεῖς· ἑτέραν βίβλον Περὶ τῶν τριῶν σχημάτων, καὶ τὰ καλούμενα Κρόνια· καὶ τὸν Μισοπώγωνα ἢ Ἀντιοχικόν· Περὶ τοῦ πόθεν τὰ κακὰ κατὰ τοὺς ἀπαιδεύτους·

Πρὸς

Πρὸς τὸν Κύνα Ἡράκλειτον, πῶς κυνιστέον· ἐπιστολὰς παντοδαπάς, καὶ ἄλλα. περὶ τοῦ Ἐμπεδοτίμου λέγει ὁ Παραβάτης οὕτως ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις Κρονίοις· Ἡμεῖς δὲ Ἐμπεδοτίμῳ καὶ Πυθαγόρᾳ πιστεύοντες, οἷς τε ἐκεῖθεν λαβὼν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἔφη· καὶ μικρῷ πρότερον· καὶ ὁ κλεινὸς ἡμῖν ἔδοξε καὶ ἱεροφάντης Ἰάμβλιχος. Ἐπὶ τοῦ Ἰουλιανοῦ πολλαὶ δίκαι ἐχώρουν, χύδην ἐμφορουμένων τῶν ἀνθρώπων τῆς δικαιοσύνης τοῦ κρίνοντος· ἀναβολαί τε οὐκ ἦσαν ἐπ᾽ αὐταῖς, ὅσαι νόμιμον ἐκ τῶν συνήθων γραμμάτων τὸ ἄδικον ἴσχουσιν, εἰς βοήθειαν τῶν ἀδικούντων καὶ προειληφότων· ἀλλ᾽ ἢ παραχρῆμα ἔδει τὸ ἴσον ἐλέγχεσθαι κατὰ φύσιν· ἢ τὸ μέλλον καὶ διωθούμενον εἰς τὸν χρόνον, ὕποπτον ἦν. Βαρὺς μὲν οὖν καὶ λυπηρὸς ἐτύγχανε· καὶ ἐπὶ τοῖσδε καὶ τὸ τῶν πονηρῶν ἔθνος καὶ ἀδικούντων διηγείρετο. οὐ γὰρ ἀδικεῖν ἐξῆν οὐδὲ λανθάνειν ἀδικοῦσι. βαρύτερον δὲ αὐτὸν ἀπεδείκνυε τοῖς μοχθηροῖς, καὶ τὸ εὐπρόσοδον. οἷα γὰρ παριόντος μὲν πολλάκις διὰ τὰς ἱερομηνίας καὶ θυσίας, ἡμέρου δὲ φύσει πρὸς πᾶσαν ἔντευξιν τυγχάνοντος, ἀκώλυτον τοὺς δεομένους λόγου τυχεῖν. ὁ μὲν οὖν ἐλάχιστον τὸ ἀπὸ τῶν πονηρῶν ταύτης βλασφημίας τε καὶ ὀργῆς ᾐσθάνετο καὶ ἐφρόντιζε. Περὶ τῆς τελευτῆς Ἰουλιανοῦ τοῦ Παραβάτου τοῦ ἀθέου, χρησμὸς ἦν τοιοῦτος· Ἀλλ᾽ ὁπόταν σκήπτροισι τεοῖς Περσήϊον αἷμα Ἄχρι Σελευκείης κλονέων ξιφέεσσι δαμάσσῃς· Δὴ τότε σε πρὸς Ὄλυμπον ἄγει πυριλαμπὲς ὄχημα, Ἀμφὶ θυελλείῃσι κυκώμενον ἐν στροφάλιγξι· Ῥίψαντα βροτέων ἐθέων πολύτλητον ἀνίην. Ἥξεις δ᾽ αἰθερίου φάεος πατρώϊον αὐλήν· Ἔνθεν ἀποπλαγχθεὶς μεροπήϊον ἐς δέμας ἦλθες. Ἔστι δὲ καὶ ὁ χρησμὸς ὁ δοθεὶς αὐτῷ ὅτε περὶ Κτησιφῶντα διῆγε· Γηγενέων ποτὲ φῦλον ἐνήρατο μητίετα Ζεύς, Ἔχθιστοι μακάρεσσιν Ὀλύμπια δώματ᾽ ἔχουσι. Ῥωμαίων βασιλεὺς Ἰουλιανὸς θεοειδής, Μαρνάμενος Περσῶν πόλιας καὶ τείχεα μακρὰ Ἀγχεμάχων διέπερσε πυρὶ κρατερῷ τε σιδήρῳ· Νωλεμέως δ᾽ ἐδάμασσε πόληάς τε καὶ ἔθνεα πολλά. Ἀλλὰ καὶ ἑσπερίων ἀνδρῶν, Ἀλαμανικὸν οὖδας Ὑσμίναις πυκιναῖσιν ἑλὼν, ἀλάπαξεν ἀρούρας. ¶ Λιβάνιος] ὁ δὲ Ἰουλιανὸς ὁ Παραβάτης, καίπερ τοσούτοις ἐμβεβηκώς, τῆς τε περὶ λόγους ἥπτετο φιλοτιμίας, καὶ τὸν τῆς Ἀντιοχείας σοφιστήν, ᾧ Λιβάνιος ὄνομα, διαφερόντως ἐθαύμασεν· τὰ μὲν, ἴσως ἐπαινῶν· τὰ δὲ, ὅπως λυποίη τὸν μέγαν σοφιστὴν Προαιρέσιον, προτιμῶν ἕτερον.

Ad Canem (seu Cynicum) Heraclitum, quo pacto secta Cynica tractanda sit: Epistolas omnis generis. & alia. De Empedotimo in Saturnalibus sic scribit Parabata: Nos Empedotimo & Pythagoræ, & iis quæ inde accepta Pōticus Heraclides tradidit: † & paulo ante; Inclytus nobis visus est & hierophantes Iamblichus. Ad Iulianum multæ causæ deferebantur; cū homines affatim fruerentur æquitate iudicis. Neq; enim dilationes erant earum; quæ lege sancitam e receptis scriptis haberent iniquitatem, & hominibus iniustis alienaque detinentibus auxiliarentur: sed aut statim æquitas naturę consentanea demonstranda erat; aut mora & procrastinatio suspecta habebatur. Grauis igitur & molestus erat: atque ob hæc etiam improborum & iniustorum natio excitabatur. Neque enim iniuste agere, neque celare iniurias licebat. Ac faciles ad eum aditus, infestiorē etiam eum reddebant improbis. Nam quia sæpe in publicum, propter sacra & victimas prodibat, naturaque mitis erat in omni congressu, nemini colloquiū negabatur. Ac ille quidem maledicta & iras improborum dissimulabat, minimeque curabat. De obitu Iuliani Parabatæ & impii, oraculum huiusmodi exstabat: *Sed quando sceptris tuis Persicum sanguinem, vsque ad Seleuciam agitans gladiis domueris; Tum sane te ad Olympum ducet igni fulgens currus, Cum procellis permistū in vertiginibus, Abiecta mortalium † morum ærumnosa molestia. Venies autem in ætherii luminis paternam aulam: Vnde cum aberrasses, humanum in corpus venisti.* Exstat & oraculum ei datum, cum iuxta Ctesiphontem versaretur: *Terrigenarum quondā genus deleuit cōsilio pollens Iupiter, Inimicissimum beatis Olympias ædes tenentibus. Romanorum Imperator Iulianus deo similis, Pugnans Persarum vrbes & mœnia longa, Comminus pugnantium, denastauit igni, validoq; ferro: Assidueque domuit & vrbes & gentes multas. Quin & occidentalium virorum, Alamanico solo prœliis crebris capto, vastauit arua.* ¶ *Libanius*] Iulianus autem Parabates, quamuis tāta mole negotiorū suscepta, tamē dicendi gloriam expetebat: & Antiochenū sophistam, cui Libanio nomen erat, supra modū admirabatur; partim quidem forsan, quod eum probaret; partim etiam, vt magnum sophistā Proęresium dolore afficeret, alterū illi præferēdo.

† membrorum

Acacius quidem certe, homo dicendi peritus, & Phryx Tuscianus, semper illum propter hæc accusabant, eiusque iudicia reprehendebant.

¶ Ἑταῖροι] Plato & ceteri philosophi germanos eruditionis amatores, *sodales* vocabant: quos & Iulianus imitabatur, in congressibus eruditorum omnes sodales appellans; non elatus imperio.

Ἀκάκιος γοῦν τις αὐτῷ τῶν περὶ τὴν ῥητορικὴν δεινῶν, καὶ ὁ ἐκ Φρυγίας Τουσκιανὸς, ἀεὶ πρὸς ταῦτα ἐπεκάλουν, καὶ διεμέμφοντο τὰς κρίσεις. ¶ Ἑταῖρε] ὁ Πλάτων καὶ οἱ ἄλλοι φιλόσοφοι, τοὺς γνησίους ἐραστὰς τῶν λόγων, ἑταίρους ἐκάλουν. οὓς ἐμιμεῖτο Ἰουλιανὸς, ἑταίρους πάντας καλῶν ἐν ταῖς συνουσίαις, οὐκ ἀπαυθαδιζόμενος τῇ βασιλείᾳ.

IOVIANVS, XLIX.

IOVIANVS, Imperator Romanorum orthodoxus; magna cura & sollicitudine complexus est ecclesias, & exsulantes episcopos reuocauit: & ad S. Athanasium misit, vt sinceræ fidei certitudinem scripto sibi declararet: isque illi misit epistolā rectis sententiis refertam. Imperauit post Iulianum: qui cum optionem dedisset militibus, vt aut sacrificarent, aut exauctorarentur: hic zonam deponere maluit. Nisibin profectus, vrbem populosam; ac duos menses ibi cōmoratus, quidquid pecuniæ habuit, consumpsit; incolas nullo benigno sermone aut beneficio prosecutus; homo nō suapte virtute, sed propter paternam gloriam ad tantum fastigium euectus. Fuit etenim non quidē prorsus infirmo corpore, nec bellicarū rerum rudis; sed rudis & expers doctrinæ, etiam quod habebat ingenii, per ignauiam obscurabat ac delebat. Hic post Iulianum, vt dictum est, imperio Romanorum potitus, omnibus rebus despectis, dignitate, quam consecutus erat, frui studebat: atq; e Perside fugiens, in fines Romanorū, ad ostentandam fortunam suam, properabat: ac Nisibim, vrbem Romanę olim dicionis, Persis dedit. Deridebatur igitur cantilenis, & versib. alio detortis, & famosis libellis, ob Nisibidis proditionem. Idem Iouianus, ab vxore sua incitatus, ædem elegantissimam, ab Adriano Imperatore ad cōsecrationē Traiani patris conditam, & a Iuliano bibliothecā designatam † eunucho cuidam Theophilo, cum omnibus libris cremauit, ipsis cōcubinis cum risu pyram incendentibus. Antiocheni autem, Imperatori irati, famosos libellos partim humi abiiciebāt, vt quiuis tolleret, ac legeret, partim parietibus affigebant. Erāt autem huiusmodi: *Venisti e bello: vtinam ibi perisses.* &, *Dyspari, forma præstātissime;* & reliqua. &,

ΙΟΒΙΑΝΟΣ, μθ΄.

Ἰοβιανὸς, βασιλεὺς Ῥωμαίων ὀρθόδοξος. ὃς ἐπιμέλειαν καὶ φροντίδα πολλὴν ἐποιεῖτο τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ τοὺς ἐν ἐξορίαις ἐπισκόπους πάντας ἀνεκαλέσατο· τῷ τε ἁγίῳ Ἀθανασίῳ ἀπέστειλε τῆς ἀμωμήτου πίστεως ἐγγράφως αὐτῷ σημᾶναι τὴν ἀκρίβειαν· ὁ δὲ, ἀπέστειλεν ἐπιστολὴν πλήρη ὀρθοδοξίας. Οὗτος μετὰ Ἰουλιανὸν ἦρξεν· ὃς, ἡνίκα Ἰουλιανὸς αἵρεσιν τοῖς στρατευομένοις ἐτίθει, θύειν ἢ ἀποστρατεύεσθαι, μᾶλλον τὴν ζώνην ἀποθέσθαι ἐβούλετο. ἐλθὼν δὲ ἐς Νίσιβιν πόλιν πολυάνθρωπον, δύο μῆνας ἐνδιατρίψας αὐτῇ, ὅσα περιεῖχε χρήματα κατανάλωσε, τοῖς ἐνοικοῦσι μηδενὸς μεταδοὺς ἢ λόγου φιλανθρώπου, ἢ πράξεως ἀγαθῆς· ἄνθρωπος οὐ δι᾽ ἀρετὴν οἰκείαν, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ πατρὸς δόξαν, ἐς τοσοῦτον ἀρχῆς προελθών. ἦν μὲν γὰρ οὐδὲ παντάπασιν ἀσθενὴς τὸ σῶμα, οὔτε πολεμικοῖς ἔργοις ἀγύμναστος. ἀμελέτητος δὲ ὢν καὶ ἄγευστος παιδεύσεως, καὶ ἣν εἶχε φύσιν, διὰ ῥαθυμίαν ἠμαύρου καὶ ἠφάνιζεν. Οὗτος, μετὰ Ἰουλιανὸν, ὡς εἴρηται, τῆς Ῥωμαίων βασιλείας ἐγκρατὴς γενόμενος, πάντων καταφρονήσας, ἐσπούδαζε τοῦ συμβάντος αὐτῷ ἀξιώματος ἀπολαῦσαι· καὶ φεύγων ἐκ Περσίδος, ἔσπευδε γενέσθαι τῶν Ῥωμαίων *ἐθῶν ἐντὸς, εἰς ἐπίδειξιν τῆς τύχης· καὶ τὴν Νίσιβιν πόλιν τοῖς Πέρσαις, πάλαι Ῥωμαίοις οὖσαν κατήκοον, ἐκδίδωσιν. ἀπέσκωπτον οὖν αὐτὸν ᾠδαῖς καὶ παρῳδίαις, καὶ τοῖς καλουμένοις φαμώσοις, διὰ τὴν τῆς Νισίβιδος προδοσίαν. Ὁ δὲ Ἰοβιανὸς, ἐκ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ κινηθεὶς, τὸν ὑπὸ Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως κτισθέντα ναὸν χαριέστατον, ἐς ἀποθέωσιν τοῦ πατρὸς Τραϊανοῦ, παρὰ δὲ τοῦ Ἰουλιανοῦ κατασταθέντα βιβλιοθήκην εὐνούχῳ τινὶ Θεοφίλῳ, κατέφλεξε σὺν πᾶσιν οἷς εἶχε βιβλίοις, αὐτῶν τῶν παλλακίδων ὑφαπτουσῶν μετὰ γέλωτος τὴν πυράν. οἱ δὲ Ἀντιοχεῖς, ἠγανάκτησαν κατὰ τοῦ βασιλέως· καὶ τὰ μὲν ἀπέρριπτον τῶν βιβλίων ἐς τὸ ἔδαφος, ὥστε ἀναιρεῖσθαι τὸν βουλόμενον καὶ ἀναγινώσκειν· τὰ δὲ, τοῖς τοίχοις προσεκόλλιζον. ἦν δὲ τοιαῦτα· Ἤλυθες ἐκ πολέμου· ὡς ὤφελες αὐτόθ᾽ ὀλέσθαι. καὶ, Δύσπαρι εἶδος ἄριστε, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ,

Εἰ μὴ

» Εἰ μὴ ἐγώ σε λαβών, ἀπὸ μὲν φίλα εἵματα δύσω
» Χλαῖνάν τ' ἠδὲ χιτῶνα, τά τ' αἰδῶ ἀμφικαλύπτει·
» Αὐτὸν δὲ κλαίοντα θοὰς ἐπὶ Πέρσας ἀφήσω. γραῦς δέ τις, μέγαν καὶ καλὸν αὐτὸν θεασαμένη, μαθοῦσά τε ἀνόητον εἶναι, ἐφθέγξατο, Ὅσον μῆκος καὶ βάθος ἡ μωρεία! καὶ ἄλλος δέ τις ἰδιώτης, ἀποτολμήσας μεγάλῃ τῇ φωνῇ βοῆσαι ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ, γέλωτα παρέσχε πᾶσιν, εἰπὼν κενὰ καὶ ψυχρὰ τῇ ἡλικίᾳ αὐτοῦ. καὶ ἐταράχθη ἂν ἄτοπα, εἰ μὴ Σαλούστιός τις ἔπαυσε τὴν στάσιν. Ὁ δὲ Ἰοβιανός, χειμῶνος ὄντος, ὁδοιπορῶν ἐπὶ Κιλικίαν καὶ Γαλατίαν· καὶ ἐν Δαδαστάνοις ἀπέθανε, μύκητα πεφαρμαγμένον φαγών. κατὰ δὲ τὴν ἡγεμονίαν χρηστὸς καὶ ἐλευθέριος ἔδοξεν εἶναι. Ἐπὶ Ἰοβιανοῦ ἦν Ἀκάκιος ἐπίσκοπος Καισαρείας Παλαιστίνης· ὃς λίβελλον ἔγραψε περὶ ὀρθοδόξου πίστεως, ἀποδεχόμενος τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον.

ΟΥΑΛΕΝΤΙΝΙΑΝΟΣ, ν.

Οὐαλεντινιανός, Ῥωμαίων βασιλεὺς Χριστιανός, καὶ τὰ τοῦ ὁμοουσίου φρονῶν, οὐδὲν τοὺς ἐναντίους ἠδίκει. ἐγένετο δὲ καὶ πρὸς τὸ νομοθετεῖν ἑτοιμότατος, φροντίζων καὶ τῆς τῶν θησαυρῶν δικαίας ὑποδοχῆς· πρὸς δὲ τῇ τῶν ἀρχόντων αἱρέσει ἀκριβής, καὶ τιμωρὸς τῶν ἀπειθούντων ἀπαραίτητος· ἐπὶ δὲ τοῖς πολέμοις ἄριστος. Ὁ δὲ ΟΥΑΛΗΣ τῆς Ἀρείου δόξης μεταποιούμενος, πολλοὺς ἐξορίαις ὑπέβαλε· καθ' ὃν χρόνον τῆς ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησίας Λιβέριος προειστήκει, τῆς δὲ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀθανάσιος, καὶ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει Εὐδόξιος τῆς Ἀρείου θρησκείας διδάσκαλος.

¶ Σαλούστιος, ἔπαρχος πραιτωρίων· ὃς προεβάλετο βασιλέα Οὐαλεντινιανόν. ὁ δέ, βασιλεύσας, διεδέξατο αὐτήν· καὶ ἔθηκε προθέματα, ἵνα εἴ τις τι ἠδίκηται παρ' αὐτοῦ, προσέλθῃ τῷ βασιλεῖ. οὐδεὶς δὲ προσῆλθεν. ἦν γὰρ ἁγνότατος ὁ Σαλούστιος. Οὗτος δὲ ὁ Οὐαλεντινιανός, τὸν πραιπόσιτον Ῥοδανόν, ἀδικήσαντα Βερενίκην τινὰ χήραν· ἧς προσελθούσης τῷ βασιλεῖ, ἔδωκε δικαστὴν Σαλούστιον. ὁ δέ, κατεδίκασε τὸν πραιπόσιτον. καὶ τούτου καταφρονήσαντος, τὸν πραιπόσιτον ἐν τῷ ἱππικῷ πυρὶ παραδίδωσι· καὶ τὴν κτῆσιν πᾶσαν τοῦ ἀρχιευνούχου τῇ χήρᾳ δίδωσι· καὶ φοβηθέντες, πάσης ἀδικίας ἀπέσχοντο. ¶ Λείας, βοσκήματα, πραίδας ἀπὸ πολεμίων] Σκυθῶν ἐπιδραμόντων τὴν Ῥωμαίων χώραν, καὶ πολλὴν λείαν περισυράντων, ὁ βασιλεὺς Οὐαλεντινιανὸς ὀργισθείς, καὶ βοήσας μειζόνως, ἐρράγη τὰ τῆς φωνῆς αἴτια, καὶ ἐτελεύτησε.

Nisi ego te captum, & caris vestibus exutum, Læna & tunica, quaq; pudenda obtegunt, Ipsum plorantem ilico in Persas remisero. Anus autem quædam, pulchritudinem & magnitudinem eius conspicata, cum amentem esse didicisset; *Quanta, inquit, est longitudo & profunditas, tanta est stultitia.* Et alius quidam homo priuatus, magna voce in circo equestri clamare ausus, risum præbuit omnibus, cũ inania quædam & frigida de statura illius dixisset. Ac grauius aliquid commissum esset; ni Salustius quidam seditionem compescuisset. Iouianus vero, hieme Ciliciam & Galatiã petens, Dadastanis obiit, fungo venenato deuorato. In principatu autem humanum & liberalẽ se præbuit. Sub Iouiano fuit Acacius Cæsareæ Palæstinæ episcopus: qui libellum de Orthodoxa fide scripsit, synodũ Nicaenam comprobans.

VALENTINIANVS,

VALENTINIANVS, Romanorum Imperator Christianus; cũ eiusdem cum Patre naturę Christum esse sentiret, nulla in re aduersarios lædebat. Fuit & ad leges ferẽdas promptissimus; in id quoque intentus, vt thesauri iuste acciperentur: (*id est, ne per iniuriam fiscus augeretur, aut per iniuriã exhauriretur*) in deligendis magistratibus accuratus, & inexorabilis cõtumacium vltor: in bellis fortissimus. VALENS autem, Arii opinioni addictus, multos in exsilium misit: quo tẽpore Romanæ ecclesiæ Liberius pręfuit, Alexandrinæ vero Athanasius, & Constãtinopolitanæ Eudoxius, Arianæ sectæ magister. ¶ Salustius, præfectus prætorio, Valentinianũ suo suffragio designauit Imperatorẽ. Qui cũ imperiũ suscepisset, edicta proposuit, vt si quis a se affectus esset iniuria, Imperatorẽ adiret. Verũ nemo questus est. fuit enim integerrimus Salustius. Hic Valentinianus, præpositum Rhodanum, qui Berenicen viduã iniuriis affecerat; mulieri de illo conquestæ iudicem dedit Salustiũ: a quo condemnatus præpositus, cum iudicium illius nihili faceret, ab Imperatore in Hippico crematus est, omnibus archieunuchi bonis viduæ assignatis. Quo exẽplo territi mortales, omni iniuria abstinuerũt. ¶ *Λείας, pecora, prædas*] Cum Scythæ incursionem in fines Romanorum fecissent, magnamq; prædam abegissent, Imperator Valentinianus iratus, & vehementius vociferatus, vocis instrumentis ruptis, obiit.

VALENS, LI.

VALENS, Imperator Romanorũ, peruersis imbutus opinionibus, hæreticorum defensor, via patrum suorum est ingressus. Nam & episcopos relegabat, & presbyteros, & diaconos, & monachos; Tatiano tum Alexandriæ præsidente. Multos Christianos excruciauit, & quosdam icremauit. Verũ hæc omnia fecit post mortem Athanasii. Homines igitur orthodoxi in vrbe Cõstãtinopolitana, spe concepta clementiæ Valentis, legatos ad eum Nicomediæ degentem miserunt, sacri ordinis viros LXXX: quorum duces erant Theodorus, & Curbagus, & Menedemus: quos vniuersos vna cum naui succendi iussit. omnes itaq; cum naui conflagrarunt: quæ quidem vsque ad Dacibiza durauit, ibiq; dissoluta est. Huius exsecrandi Valentis tempore, Lucius, episcopus quidam sectæ Arianæ, statim instar lupi in Ecclesiã impetum fecit: & Petrus Romam aufugit. Lucius autem ita grassatus est, vt nec in gentiliũ persecutionibus simile quidquam sit factum. Nam tria milia hominum emisit, qui e medio tollerent & perderent viros pios in deserto. ¶Valens, Romanorum Imperator, Arianæ opinioni addictus, multos in exsilium misit: quo tempore Romanę ecclesiæ Liberius præsidebat, Alexãdrinæ Athanasius, Constantinopolitanæ Eudoxius, Arianæ religionis doctor.

ΟΥΑΛΗΣ, να΄.

Οὐάλης, βασιλεὺς Ῥωμαίων. ὃς, κακοδοξῶν, καὶ συγκροτῶν τοὺς αἱρετικοὺς, εἰς τὴν ὁδὸν τῶν ἰδίων πατέρων ἐπορεύετο. καὶ γὰρ ἐπισκόπους εἰς ἐξορίαν ἔπεμπε, καὶ πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, καὶ μοναχοὺς, Τατιανοῦ τότε ἄρχοντος Ἀλεξανδρείας· καὶ πολλοὺς τῶν Χριστιανῶν ἐβασάνισε, καί τινας πυρὶ παρέδωκε. ταῦτα δὲ πάντα μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ Ἀθανασίου. οἱ οὖν ἐν Κωνσταντινουπόλει ὀρθόδοξοι, ἐλεηθήσεσθαι νομίζοντες ὑπὸ Οὐάλεντος, πρεσβείαν ἔπεμψαν πρὸς αὐτὸν ἐν Νικομηδείᾳ τυγχάνοντα, πέμψαντες ἱερατικοὺς ἄνδρας ὀγδοήκοντα· ὧν ἡγοῦντο Θεόδωρος, καὶ Κύρβαγος, καὶ Μενέδημος. οὓς ἅπαντας σὺν τῷ πλοίῳ ὑφαφθῆναι προσέταξε· καὶ πάντες σὺν τῇ νηὶ κατεφλέχθησαν, μέχρι Δακιβίζων τοῦ πλοίου διαρκέσαντος, κἀκεῖσε διαλυθέντος. Ἐπὶ τοῦ βδελυροῦ Οὐάλεντος, Λούκιός τις ἐπίσκοπος τῆς τῶν Ἀρειανῶν αἱρέσεως, παραχρῆμα ὡς λύκος τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπεπήδησεν· ὁ δὲ Πέτρος, εἰς τὴν Ῥώμην ἀπέφυγεν. ὁ δὲ Λούκιος, τοσαῦτα ἐνεδείξατο, οἷα οὐδὲ ἐν τοῖς διωγμοῖς τῶν Ἑλλήνων ἐγένετο. τρεῖς γὰρ χιλιάδας ἀπέστειλεν, ἀναιροῦντας καὶ πορθοῦντας κατὰ τὴν ἔρημον τοὺς θεοσεβεῖς ἄνδρας. ¶Οὐάλης, Ῥωμαίων βασιλεὺς, τῆς Ἀρείου δόξης μεταποιούμενος, πολλοὺς ἐξορίαις ὑπέβαλε· καθ' ὃν χρόνον τῆς ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησίας Λιβέριος προειστήκει, τῆς δὲ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀθανάσιος, καὶ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει Εὐδόξιος, τῆς Ἀρείου θρησκείας διδάσκαλος.

GRATIANVS, LII.

GRATIANVS, audita Valẽtis patrui morte, statim ad Oriẽtalem Romam (*i. Constantinopolim*) aduolauit: damnataq; eius aduersus Christianos sæuitia, missos ab illo in exsilium celeriter reuocauit, restitutis bonis, & damnis compensatis. Legeque concessit omnibus, vt secure & absq; cõtentione in suis ecclesiis conuenirẽt, solique templis arcerentur Eunomiani, Photiniani, Manichæi. ¶In Peripato (*seu Porticu ambulatoria*) Gratiani, Valentiniani, Theodosii statuę equis insidentes, super columnis positæ, & Firmiliani gibbi, risus mouendi gratia. ¶Obiit Basilius sub Gratiano Romanorum Imperatore.

ΓΡΑΤΙΑΝΟΣ, νβ΄.

Γρατιανός. οὗτος, ὡς ἐπύθετο τὴν τοῦ Οὐάλεντος τοῦ θείου τελευτὴν, αὐτίκα πρὸς τὴν ἑῴαν Ῥώμην διέβη· καὶ καταγνοὺς τῆς τοῦ θείου Οὐάλεντος τῆς περὶ τοὺς Χριστιανοὺς ὠμότητος, τοὺς μὲν ὑπ' ἐκείνου ἐξορισθέντας διὰ ταχέων ἀνεκαλεῖτο, οὐσίας τε αὖθις ἀποδιδοὺς, καὶ θεραπεύων τὰς βλάβας· πᾶσι δὲ νόμον παρέσχεν ἀδεῶς καὶ ἀδηρίτως ἐν ταῖς ἰδίαις ἐκκλησίαις συνάγεσθαι, μόνους δὲ τῶν ἐκκλησιῶν εἴργεσθαι Εὐνομιανοὺς, Φωτεινιανοὺς, Μανιχαίους. ¶Ὅτι ἐν τῷ περιπάτῳ ἔφιπποι στῆλαι ἵσταντο Γρατιανοῦ, Οὐαλεντινιανοῦ, καὶ Θεοδοσίου, καὶ κυρτοῦ Φιρμιλιανοῦ, πρὸς γέλωτα. ¶Τελευτᾷ δὲ Βασίλειος Γρατιανοῦ τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα διέποντος.

VALENTINIANVS IVN. LIII.

VALENTINIANVS, Imperator Romanorũ, per matrem Iustinam a recta fide auersus

ΟΥΑΛΕΝΤΙΝΙΑΝΟΣ Ο ΝΕΟΣ, νγ΄.

Οὐαλεντινιανὸς, βασιλεὺς Ῥωμαίων. οὗτος διὰ τῆς μητρὸς Ἰουστίνης, παρετράπη τῆς ὀρθῆς πίστεως,

καὶ ἐξε-

καὶ ἐξεβλήθη τῆς βασιλείας. καὶ ἐλθὼν πρὸς Θεοδόσιον, ἐπαιδεύθη τὴν ὀρθὴν πίστιν. ἔλεγε γὰρ αὐτῷ ὁ Θεοδόσιος, τὴν βασιλικὴν παράταξιν ἑστάναι, οὐ δι' ὅπλων, ἀλλ' ἐξ ἀγαθῶν προφάσεων. καὶ, οἶδα, φησιν, Οὐαλεντινιανέ, παρὰ τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων, ἡσυχάζοντος τοῦ στρατοπέδου, τὴν νίκην κατορθωθεῖσαν, καὶ τοὺς πολεμίους ὑποταγέντας, ὑποτελεῖς γεγενῆσθαι τοῦ προλαβόντος κινδύνου. οὕτω καὶ Κωνσταντῖνος ὁ μέγας ἀνορθωθεὶς, Λικίνιον τὸν τύραννον * ἐν ναυαγίῳ διέφθειρεν· οὕτω καὶ Οὐαλεντινιανὸς ὁ σὸς πατὴρ, εὐτυχέστερον τὴν βασιλείαν καὶ ἀβλαβῆ παρὰ τῶν πολεμίων ἰθύνων * ἐτέλεσε, τοῦ Θεοῦ ἐκδικοῦντος αὐτὸν καὶ μάχας ἀναριθμήτους καὶ νίκας ἀπίστους ἐδέξατο, πολλοὺς βαρβάρους διαφόρους ἀνελών. Οὐάλης δὲ ὁ θεῖος ὁ σὸς, τὸν Θεὸν διασπαράττων, ἐμίανε τὴν ἐκκλησίαν ὁ βέβηλος, διὰ τῆς σφαγῆς τῶν ἁγίων, καὶ ἐξορίας τῶν ἱερέων. ὃς τῇ τοῦ Θεοῦ βουλήσει, ὑπὸ τῶν Γότθων πολιορκηθεὶς, ἐκαύθη. ὀρθῶς τὸν Χριστὸν σέβεται ὁ οὐκ ἀδίκως σε ἐκβαλών. ἡ σὴ ἀπιστία, Μαξίμῳ εὐχέρειαν συνήνεγκεν. εἰ τὸν Χριστὸν οὐ βλέπομεν, τίνα παρακαλέσομεν μαχόμενοι; Ταῦτα καὶ πλείω τούτων νουθετήσας Θεοδόσιος Οὐαλεντινιανὸν, εἰς τὴν ὀρθὴν πίστιν μετήγαγεν. ¶ Ὁνωρία, ἀδελφὴ Βαλεντινιανοῦ. ἥτις καὶ αὐτὴ τῶν βασιλικῶν εἴχετο σκήπτρων· Εὐγενίῳ δέ τινι, τὴν ἐπιμέλειαν τῶν αὐτῆς ἐγχειρι[illegible], ἥλω ἐς λάθριον ἐρχομένη λέχος· καὶ ἐπὶ τῷ ἁμαρτήματι ἀνῃρέθη μὲν ἐκεῖνος· ἡ δὲ, τῶν βασιλείων ἐξηλάθη.

ΘΕΟΔΟΣΙΟΣ, νδ΄.

Θεοδόσιος, βασιλεὺς Ῥωμαίων, μετὰ τὴν * Μαξιμίνου τοῦ τυράννου ἀναίρεσιν καὶ τὴν ἧτταν καὶ τὴν σφαγὴν τὴν ἐκ τῶν ἐν τοῖς ἕλεσι κρυπτομένων Σκυθῶν, καὶ σφαγὴν Ῥωμαίων, ἐς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐλθὼν, πολέμοις μὲν ἀπειπεῖν ἔγνωκε καὶ μάχαις, ἐπιτρέψας τὰ περὶ τούτων Προμώτῳ· αὐτὸς δὲ τῆς προτέρας ἀνεμιμνήσκετο διαίτης, πολυτελῆ δεῖπνα δειπνῶν, καὶ πολυπραγμονῶν, ταῖς ἡδοναῖς καὶ τοῖς θεάτροις καὶ ἱπποδρομίαις ἐναβρυνόμενος. θαυμάζω δὲ τούτου τὴν ἐφ' ἑκάτερον τοῦ βίου ῥοπήν. φύσει γὰρ ὢν ἐκμελὴς, ῥαθυμίᾳ τε πάσῃ ἐκκείμενος, λυπηροῦ μὲν αὐτὸν οὐδενὸς ἢ δέους ἐπάγοντος ἢ ἐνοχλοῦντος, ἐνεδίδου τῇ φύσει· καθιστάμενος δὲ ἐς ἀνάγκην * δουλείαν κατά τινα καθεστῶτα προσδοκωμένην, ἀπετίθετο μὲν τὴν ῥαθυμίαν, καὶ τῇ τρυφῇ χαίρειν εἰπὼν, ἐς τὸ ἀνδρωδέστερον καὶ ἐπὶ πόνον καὶ ταλαιπαθὲς ἀνεχώρει· τοιοῦτος ἐξ αὐτῆς ἀποδεδειγμένος τῆς πείρας, ἐπειδὰν πάσης ἦν ἀπηλλαγμένος φροντίδος, τῇ αὐτῷ φύσει προσούσαις ἐκμελείαις ἐδούλευε. τῶν δὲ τὰς ἀρχὰς μετιόντων, κατ' ἐξαίρετον ἐν τιμῇ ἦγεν

est, & imperio eiectus. Cum autē venisset ad Theodosiū, in recta fide est institutus. Dicebat enim ei Theodosius: *Imperatoriam aciem stare nō armis, sed iustis causis.* &, *Noui*, inquit, *Valentiniane, religiosissimos Imperatores, quiescente exercitu, victoriam obtinuisse: & hostes subactos, tributarios esse factos† periculo antegresso. Sic & Cōstantinus Magnus, erectus, Licinium tyrannum † naufragio trucidauit. Sic etiam Valentinianus pater tuus, felicius imperium, & ab hostibus illæsum gubernauit; Deo eum defendēte, innumerabilibus prœliis victor, multis & diuersis barbaris sublatis. Valens vero patruus tuus, Deum diuellens, inquinauit Ecclesiam, homo profanus, cæde sanctorum, & sacerdotum relegatione: diuinaq; prouidentia a Gotthis oppugnatus, conflagrauit. Recte Christum colit is qui non immerito te eiecit: incredulitas tua, Maximo facultatem dedit. Si Christum nō videmus, quem inuocabimus pugnaturi?* Hæc, & plura etiam his, admonitus a Theodosio Valētinianus, ad fidem rectā adductus est. ¶ Honoria, soror Valentiniani; quæ & ipsa imperium tenuit. Sed cū deprehensum esset, eā clanculum vti consuetudine Eugenii cuiusdam, procuratoris sui, ob id delictum ille quidem interfectus, ipsa vero * regia expulsa est.

THEODOSIVS, LIIII.

THEODOSIVS, Romanorū Imperator, post * Maximini tyranni cædem, & cladem ab Scythis in paludibus latentibus acceptam, cædemque Romanorū, decreuerat bellis & pugnis valere iussis, & Promoto mādatis, veteris vitæ rationis meminisse, sumptuosis cœnis curiose instruēdis, & theatris & equorū decursionibus sese oblectando. Equidem miror vitæ eius in vtramq; partem inclinationem. Nam cum natura segnis & admodum socors esset, nulla molestia aut formidine interpellāte, genio indulgebat. Necessitate vero vrgente, * & metu seruitutis impēdente; eiecta socordia, & deliciis valere iussis, fortem & laborum tolerantem se præbebat: talis ipsa experientia declaratus, cum primum omni sollicitudine liberatus esset, naturæ suæ inertiæ seruiebat. Ex iis qui magistratus gerebāt,

Rufinum eximie honorabat, natione Gallum, magistrum ordinũ senatus. Idem, cum filium Honorium Romanorum Imperatorẽ designasset, coëgit senatũ, patria instituta seruantem, nec imitari volentem eos qui ad deorum contemptum declinassent: verbaq; fecit de veteri errore relinquendo, & Christianismo amplectẽdo: cuius promissio esset, ab omni peccato, omni impietate liberatio. Ei adhortationi cum nemo paruisset; nec quisquam a patriis institutis iá inde ab vrbe cõdita traditis, recedere vellet, iisq; Christianos ritus anteferre; quod, dũ illa tenuissent, annos prope MCC vrbem incolumem tenerent; sed quid sibi euenturum esset, illis permutatis, ignorarent: tum ille, sumptibus sacrificiorum & victimarum onerari ærarium, seque illa sublaturum esse dicebat: quod neque rem ipsam probaret, & alioqui etiam res militaris sumptus maiores postularet. Cum vero senatus negasset rẹcte ista legitimeq; fieri; &, vt sumptus publici deessent, non propterea ritus sacrorum prætermittendos esse: Romanorum imperium ex parte est imminutum.

THEODOSIVS IVNIOR, LIX.

THEODOSIVS minor, Romanorum Imperator, suscepto a patre principatu, homo imbellis & timidus, pace pecunia, non armis parta, Rempublicam Romanã grauiter afflixit. Nam cum ab eunuchis esset educatus, omnibus eorum imperatis parebat: adeo vt legiones etiam ope illorum indigerent, multaque & in ciuilibus & in militaribus institutis nouarentur; magistratibus non in viros qui eos gerere possent, collatis, sed in eos qui auro eunuchorum auaritiam explerent. Et cum Sebastiani satellites piraticis nauibus Hellespontum & Propontidem infestarent, eo rem eunuchi deduxerunt, Theodosium ludicris quibusdam, tamquam pueros, detinendo, vt nihil gereret memorabile. Nam cum ad annos L peruenisset, ipse quidem sordidis artibus & venatui vacabat: eunuchi vero & Chrysaphius summa rerum potiebãtur: quam illo mortuo Pulcheria soror ad se transtulit. ¶ In Milio super columna stetit Theodosii ænea status

Ῥουφῖνος, Κελτὸς τὸ γένος, μάγιστρος τῶν ἐν τῇ *βουλῇ τάξεων καταστάς. Ὁ αὐτὸς, μετὰ τὸ ἀναγορεῦσαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ὁνώριον ἐν τῇ Ῥωμαίων βασιλείᾳ, συνεκάλεσε τὴν γερουσίαν τοῖς πατρίοις ἐμμένουσαν ἔθεσι, καὶ οὐχ ἑλομένην *ἐνεχθῆναι τοῖς περὶ τὴν τῶν θεῶν ἀποκλίνασι καταφρόνησιν· λόγους τε προσῆγε, παρακαλῶν ἀφιέναι μὲν ἣν πρότερον εἵλοντο πλάνην, ἑλέσθαι δὲ τὴν τῶν Χριστιανῶν πίστιν· ἧς ἐπαγγελία, πάντων ἁμαρτήματος καὶ πάσης ἀσεβείας ἀπαλλαγή. μηδενὸς δὲ τῇ παρακλήσει πεισθέντος, μηδὲ ἑλομένου τῶν ἀφ' οὗπερ ἡ πόλις ᾠκίσθη παραδεδομένων αὐτοῖς πατρίων ἀναχωρῆσαι, καὶ προτιμῆσαι τούτων τὰ Χριστιανῶν· ἐκεῖνα μὲν φυλάξαντας, σʹ καὶ χιλίοις σχεδὸν ἔτεσιν ἀπόρθητον τὴν πόλιν οἰκεῖν· ἕτερα δὲ ἀντὶ τούτων ἀλλαξαμένους, τὸ ἐκβησόμενον ἀγνοεῖν. ὁ δὲ, βαρύνεσθαι ἔλεγε τὸ δημόσιον τῇ περὶ τὰ ἱερὰ καὶ τὰς θυσίας δαπάνῃ· βούλεσθαί τε ταῦτα περιελεῖν, οὔτε τὸ πραττόμενον ἐπαινοῦντα, καὶ ἄλλως τῆς στρατιωτικῆς χρείας πλειόνων δεομένης χρημάτων. τῶν δὲ ἀπὸ τῆς γερουσίας μὴ κατὰ θεσμὸν εἰπόντων πράττεσθαι τὰ τελούμενα, μήτε δημοσίου δαπανήματος ὄντος· διὰ τοῦτο οὖν τοῦ θυηπολικοῦ θεσμοῦ λήξαντος, ἡ Ῥωμαίων ἐπικράτεια κατὰ μέρος ἠλαττώθη.

ΘΕΟΔΟΣΙΟΣ Ὁ ΝΕΟΣ, νθʹ.

Θεοδόσιος, βασιλεὺς Ῥωμαίων, ὁ μικρός. οὗτος διαδεξάμενος παρὰ τοῦ πατρὸς τὴν ἀρχὴν, ἀπόλεμος ὢν, καὶ δειλίᾳ συζῶν, καὶ τὴν εἰρήνην χρήμασιν, οὐχ ὅπλοις κτησάμενος, πολλὰ παρεξένησε κακὰ τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ. ὑπὸ γὰρ τοῖς εὐνούχοις τραφεὶς, πρὸς πᾶν σφίσιν ἐπίταγμα εὐπειθὴς ἦν· ὥστε καὶ τοὺς λογάδας τῆς ἐκείνων δεῖσθαι ἐπικουρείας, καὶ πολλὰ νεοχμοῦσθαι ἐν τοῖς πολιτικοῖς καὶ στρατιωτικοῖς πράγμασι, μὴ παριόντων εἰς τὰς ἀρχὰς ἀνδρῶν τῶν διέπειν ταύτας δυναμένων, ἀλλὰ τῶν χορηγούντων χρυσίον διὰ τὴν τῶν εὐνούχων πλεονεξίαν. καὶ τῶν Σεβαστιανοῦ δορυφόρων πειρατικὸν συστάντων, τόν τε Ἑλλήσποντον καὶ τὴν Προποντίδα διετάραξαν. ἐς τοῦτο τὰ πράγματα ἀτοπίας οἱ εὐνοῦχοι *παρεσκεύασαν, ἀποβουκολοῦντες τὸν Θεοδόσιον, ὥσπερ τοὺς παῖδας ἀθύρμασιν, οὐδὲν, ὅ τι καὶ ἄξιον μνήμης, διαπράξασθαι παρεσκεύασαν. ἀλλ' εἰς νʹ ἐτῶν ἡλικίαν ἐληλυθὼς, διετέλεσε βαναύσους τε τινὰς μετιὼν τέχνας, καὶ θήρᾳ προσκαρτερῶν· ὥστε τοὺς εὐνούχους καὶ τὸν Χρυσάφιον ἔχειν τὸ τῆς βασιλείας κράτος. ὅνπερ ἡ Πουλχερία μετῆλθε, τοῦ ἀδελφοῦ τελευτήσαντος.
¶ Ὅτι ἐν τῷ μιλίῳ Θεοδοσίου ἵσταται στήλη ἐφ' ἵππου χαλκῆ.

Ῥωμανὸς ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ἐβασίλ. ἔτη γ', ͵ϛυοα
Νικηφόρος ὁ Φωκᾶς, ἐβασ. ἔτη ϛ ύ, ͵ϛυοη
Ἰωάννης ὁ Τζιμισκῆς ἐβασ. ἔτη ϛ ύ, ͵ϛυπδ

Βασίλειος

Βασίλειος καὶ Κωνσταντῖνος, ἐβασίλευσαν ἔτη νγ´, ,ϛφλζ

Ρωμανὸς ὁ Ἀργυρόπουλος, ἐβασίλευσεν ἔτη ε´, μῆνας ε´, ,ϛφμβ

Μιχαὴλ ὁ Παφλαγὼν, ἐβασ. ἔτη ζ´, ,ϛφμθ

Μιχαὴλ ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ, ἐβασίλευσε μῆνας δ´.

Κωνσταντῖνος ὁ Μονομάχος, ἐβασίλευσεν ἔτη ιγ ὑ´, ,ϛφξγ

Θεοδώρα ἡ Παφλαγόνα, ἐβασίλευσεν ἔτος α ὑ´, ,ϛφξδ

Μιχαὴλ ὁ ἀπὸ τοῦ στρατιωτικοῦ, ἐβασίλευσεν ἔτος α´, ,ϛφξε

Ισαάκιος ὁ Κομνηνὸς, ἐβασίλευσεν ἔτη β´, μῆνας β´, ,ϛφξζ

Κωνσταντῖνος ὁ Δούκας, ἐβασίλευσεν ἔτη ζ´, μῆνας ζ´, ,ϛφοδ

Εὐδοκία ἡ τούτου γυνὴ, ἐβασίλ. μῆνας ζ´.

Ρωμανὸς ὁ Διογένης, ἐβασ. ἔτη γ ὑ´, ,ϛφοζ

Μιχαὴλ ὁ υἱὸς τοῦ Δούκα, ἐβασίλευσεν ἔτη ϛ ὑ´, ,ϛφπγ

Νικηφόρος ὁ Βοτανειάτης ἐβασίλ. ἔτη γ´, ,ϛφπϛ

Ἀλέξιος ὁ Κομνηνὸς, ἐβασίλευσεν ἔτη λζ´, μῆνας δ´, ,ϛχκγ

Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ πορφυρογέννητος, ἐβασίλευσεν ἔτη κδ´, μῆνας η´, ,ϛχμζ

Μανουὴλ ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ πορφυρογέννητος, ἐβασίλευσεν ἔτη λη´, ,ϛχπε

Ἀλέξιος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ πορφυρογέννητος, ἐβασίλευσε μῆνας ϛ´.

Ἀνδρόνικος ὁ Κομνηνὸς, ὁ ἀνελὼν Ἀλέξιον τὸν πορφυρογέννητον, ἐβασίλευσεν ἔτη β ὑ´.

Ισαάκιος ὁ Ἄγγελος, ἐβασίλευσεν ἔτη η ὑ´.

Ἀλέξιος Κομνηνὸς, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὁ καὶ ἐκτυφλώσας καὶ ἐξώσας τῆς βασιλείας τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν Ισαάκιον, ἐβασίλ. ἔτη θ ὑ´.

Ἀλέξιος ὁ υἱὸς Ισαακίου, ἐβασίλευσε μῆνας θ´, ἡμέρας ι.

Ἀλέξιος ὁ Μούρτζουφλος, ὁ ἀνελὼν τὸν υἱὸν Ισαακίου τὸν Ἀλέξιον, ἐβασ. μῆνας β´, ἡμέρας ι´ οὗ καὶ βασιλεύοντος παρεδόθη ἡ πόλις τοῖς Λατίνοις, ἐν ἔτει ,ϛψιβ´, κατὰ τὴν ιβ´ τοῦ Ἀπριλλίου μηνὸς, ἡμέρα δευτέρα τῶν βαΐων.

Θεόδωρος ὁ Λάσκαρις, ἐβασίλ. ἔτη ιθ´.

Ιωάννης ὁ Δούκας, ἐβασίλευσεν ἔτη λγ´.

Basilius & Cōstantinus, imperarunt annos LIII, 6537

Romanus Argyropylus, imperauit annos V, *menses* V, 6542

Michael Paphlago imp. ann. VII, 6549

Michael, eius ex fratre nepos, imp. menses IIII.

Constantinus Monomachus, imperauit annos XIII, *S.* 6563

Theodora Paphlagona, imperauit annum I, *S.* 6564

Michael ex militari, imperauit annum I, 6565

Isaacius Comnenus, imperauit annos II, *menses* II, 6567

Constantinus Duca, imperauit ann. VII, *menses* VII, 6574

Eudocia, vxor eius, imp. menses VII.

Roman⁹ Diogenes, imp. ann. III, *S.* 6577

Michael, Ducæ filius, imperauit annos VI, *S.* 6583

Nicephorus Botaneates, imperauit annos III, 6586

Alexius Comnenus, imp. ann. XXXVII, *menses* IIII, 6623

Constantinus, filius eius, cogn. Porphyrogennetos, imp. ann. XXIIII, *menses* VIII, 6647

Manuel, filius eius, cogn. Porphyrogennetos, imp. ann. XXXVIII, 6685

Alexius, filius eius, cogn. Porphyrogennetos, imperauit menses VI.

Andronicus Comnenus, qui Alexiū Porphyrogennetū interemit, imp. ann. II, *S.*

Isacius Angelus, imp. annos VIII, *S.*

Alexius Comnenus, frater eius, qui fratrem Isacium & oculis & imperio priuauit, imperauit annos IX, *S.*

Alexius, Isacii filius, imperauit menses IX, *dies* X.

Alexius Murtzuphlus, qui Alexium Isacii filium interemit, imp. menses II, *dies* X. *sub cuius imperio vrbs Latinis est tradita, anno 6712, Aprilis mensis die* XII, *postridie palmarum.*

Theodorus Lascaris, imp. annos XIX.

Ioannes Duca, imp. annos XXXIII.

Theodorus, filius eius, imperauit annos III, *menses* X.

Ioannes, filius eius, imper. menses IIII, *dies* XV.

Michael Comnenus, cogn. Palæologus, imperauit annos XXIII, *menses* XI, *dies* XI. *Idem Constantinopolim ex Latinis recepit, anno 6769, Iulii mensis die* XXV, *postridie sanctæ Annæ. Idem e vita excessit Decembris die* XI, *Indictione* XI, *anno 6791.*

Θεόδωρος ὁ ὑιὸς αὐτοῦ, ἐβασίλευσεν ἔτη γʹ, μῆνας ιʹ.

Ιωάννης ὁ ὑιὸς αὐτοῦ, ἐβασίλευσε μῆνας δʹ, ἡμέρας ιεʹ.

Μιχαὴλ Κομνηνὸς, ὁ παλαιολόγος, ἐβασίλευσεν ἔτη κγʹ, μῆνας ιαʹ, ἡμέρας ιαʹ. ὁ αὐτὸς παρέλαβε τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐκ τῶν Λατίνων τῷ ,ςψξθʹ ἔτει, κατὰ τὴν κεʹ τοῦ Ιουλίου μηνὸς, τῆς ἁγίας Ἄννης ἡμέρα δευτέρα. Ὁ αὐτὸς ἀπεβίω κατὰ τὴν ιαʹ τοῦ δεκεμβρίου μηνὸς, τῆς ιαʹ ἰνδικτιῶνος, τῷ ,ςψϟαʹ ἔτει.

E LIB. QVI TEMPOR. computatio inscribitur.

ΕΚ ΤΙΝΟΣ ΧΡΟΝΩΝ ὉΜΑΔΟΣ.

C. Iulius Romæ imper. ann.	4	5458	Γάϊος Ιούλιος Ρωμαίων	δ	,ευνη
Cæsar Augustus	57	5515	Καῖσαρ Αὔγουστος	νζ	,εφιε
Tiberius	22	5537	Τιβέριος	κβ	,εφλζ
Caius Caligula	4	5541	Γάϊος	δ	,εφμα
Claudius	14	5555	Κλαύδιος	ιδ	,εφνε
Nero	14	5569	Νέρων	ιδ	,εφξθ
Vespasianus	10	5579	Οὐεσπεσιανός	ι	,εφοθ
Titus	3	5582	Τίτος	γ	,εφπβ
Domitianus	15	5597	Δομετιανός	ιε	,εφϟζ
Nerua	1	5598	Νερούας	α	,εφϟη
Traianus	18	5616	Τραϊανός	ιη	,εχις
Adrianus	21	5637	Αδριανός	κα	,εχλζ
Ælius Antoninus Pius	20	5657	Αἴλιος Αντωνῖνος	κ	,εχνζ
Marcus Antoninus	16	5673	Μάρκος Αντωνῖνος	ις	,εχογ
Commodus	12	5685	Κόμοδος	ιβ	,εχπε
Seuerus	18	5703	Σευῆρος	ιη	,εψγ
Antoninus Caracallus	7	5710	Αντωνῖνος Καράκαλλος	ζ	,εψι
Antoninus ali⁹, Heliogabalus	4	5714	Αντωνῖνος ἄλλος	δ	,εψιδ
Alexander Mamææ	14	5727	Αλέξανδρος ὁ Μαμαίας	ιδ	,εψκζ
Maximinus	3	5730	Μαξιμῖνος	γ	,εψλ
Gordianus	6	5736	Γορδιανός	ς	,εψλς
Philippus	6	5742	Φίλιππος	ς	,εψμβ
Decius	1	5743	Δέκιος	α	,εψμγ
Gallus & Volusianus	2	5745	Γάλλος καὶ Βουλουσιανός	β	,εψμε
Valerianus & Gallienus	15	5760	Οὐαλλεριανὸς καὶ Γαλῖνος	ιε	,εψξ
Claudius	1	5761	Κλαύδιος	α	,εψξα

Αὐρηλια-

Αὐρηλλιανός	ϛ	,εφξζ	*Aurelianus*	6	5767
Πρόβος	ζ	,εφοδ	*Probus*	7	5774
Κάρος καὶ Καρῖνος	β	,εφοϛ	*Carus & Carinus*	2	5776
Διοκλητιανός	κ	,εψϞϛ	*Diocletianus*	20	5796
Κωνσταντῖνος	λβ	,εωκη	*Constantinus*	32	5828
Κωνστάντιος	κδ	,εωνβ	*Constantius*	24	5852
Ἰουλιανός	γ	,εωνε	*Iulianus*	3	5855
Ἰοβιανός	α	,εωνϛ	*Iouianus*	1	5856
Οὐαλεντινιανός	ι	,εωξϛ	*Valentinianus*	10	5866
Οὐάλης	δ	,εωο	*Valens*	4	5870
Θεοδόσιος	ιϛ	,εωπϛ	*Theodosius*	16	5886
Ἀρκάδιος	ιδ	,εϡ	*Arcadius*	14	5900
Θεοδόσιος ὁ νέος	μβ	,εϡμβ	*Theodosius iunior*	42	5942
Μαρκιανός	ϛ	,εϡμη	*Marcianus*	6	5948
Λέων	ιη	,εϡξϛ	*Leo*	18	5966
Ζήνων	ιζ	,εϡπγ	*Zeno*	17	5983
Ἀναστάσιος	κζ	,ϛι	*Anastasius*	27	6010
Ἰουστῖνος	θ	,ϛιθ	*Iustinus*	9	6019
Ἰουστινιανός	λη	,ϛνζ	*Iustinianus*	38	6057
Ἰουστῖνος νέος	ιγ	,ϛο	*Iustinus iunior*	13	6070
Τιβέριος	δ	,ϛοδ	*Tiberius*	4	6074
Μαυρίκιος	κ	,ϛϞδ	*Maurictus*	20	6094
Φωκᾶς	η	,ϛρβ	*Phocas*	8	6102
Ἡράκλειος	λα	,ϛρλγ	*Heraclius*	31	6133
Κωνσταντῖνος	α	,ϛρλδ	*Constantinus*	1	6134
Κωνσταντῖνος	κζ	,ϛρξα	*Constantinus*	27	6161
Κωνσταντῖνος	ιζ	,ϛροη	*Constantinus*	17	6178
Ἰουστινιανός	ι	,ϛρπη	*Iustinianus*	10	6188
Λέων	γ	,ϛρϞα	*Leo*	3	6191
Τιβέριος ὁ καὶ Ἀψίμαρος	ζ	,ϛρϞη	*Tiberiꝰ, qui & Apsimarus*	7	6198
Ἰουστινιανὸς πάλιν	ϛ	,ϛσδ	*Iustinianus rursum*	6	6204
Φιλιππικὸς ὁ καὶ Βαρδάνης	β	,ϛσϛ	*Philippicus, qui & Bardanes*	2	6206
Ἀρτέμιος ὁ καὶ Ἀναστάσιος	γ	,ϛσθ	*Artemius, qui & Anastasius*	3	6209
Θεοδόσιος ὁ Ἀδραμυττηνός	α	,ϛσι	*Theodosius Adramytenus*	1	6210
Λέων ὁ καὶ Κόνων	κε	,ϛσλε	*Leo, qui & Cono*	25	6235
Ἀρταύασδος	γ	,ϛσλη	*Artauasdus*	3	6238
Κωνσταντῖνος υἱὸς Λέοντος	λα	,ϛσξθ	*Constantinus Leonis filius*	31	6269
Λέων υἱὸς Κωνσταντίνου	ε	,ϛσοδ	*Leo Constantini filius*	5	6274
Κωνσταντῖνος υἱὸς Λέοντος σὺν τῇ μητρὶ Εἰρήνῃ	ι, μ. β.	,ϛσπδ	*Constantinus Leonis filius cum Irene matre sua*	10, m. 2.	6284
Κωνσταντῖνος μόνος	ϛ, μ. θ.	,ϛσϞ	*Constantinus solus*	6, m. 9.	6290
Εἰρήνη ἡ μήτηρ αὐτοῦ πάλιν	β, μ. ϛ.	,ϛσϞβ. μ. ϛ	*Irene mater eius iterum*	2, m. 6.	6292, m. 6
Νικηφόρος	η, μ. θ.	,ϛτα. μ. γ	*Nicephorus*	8, m. 9.	6301, m. 3
Σταυράκιος ὁ υἱὸς αὐτοῦ	β	,ϛτγ	*Stauracius filius eius*	2	6303
Μιχαὴλ καὶ Θεοφύλακτος	β	,ϛτε	*Michael & Theophyla-*	2	6305
Λέων ὁ Ἀρμένιος	ζ	,ϛτιβ	*Leo Armenius (ctus*	7	6312

Michael	*9*	*6321*	Μιχαὴλ	θ	,ϛτκα
Theophilus filius eius	*12*	*6333*	Θεόφιλος ὁ ὑὸς αὐτοῦ	ιβ	,ϛτλγ
Michael filius eius cum Theodora matre	*14*		Μιχαὴλ ὁ ὑὸς αὐτοῦ σὺν τῇ μητρὶ Θεοδώρᾳ	ιδ	
Michael solus	*11*		Μιχαὴλ μόνος	ια	
Michael & Basilius	*1*		Μιχαὴλ καὶ Βασίλειος	α	
Basilius Thrax	*19*		Βασίλειος ὁ Θρᾷξ	ιθ	
Leo & Alexander filii eius	*26*		Λέων καὶ Ἀλέξανδρος ὑοὶ αὐτοῦ	κϛ	
Alexander & Constantinus	*1*		Ἀλέξανδρος καὶ Κωνσταντῖνος	α	
Constantinus solus	*7*		Κωνσταντῖνος μόνος	ζ	
Constantinus & Romanus socer eius	. .	. .	Κωνσταντῖνος καὶ Ρωμανὸς ὁ πενθερὸς αὐτοῦ	. .	. .

IN

IN ROMANAE HISTORIAE GRÆCOLATINVM SYNTAGMA NOTATIONES FRID. SYLBVRGII.

IN FASTOS.

DIVERSITATEM quæ inter Græcos & Latinos Fastos est, singulatim exponere, vt prolixum, ita & tædiosum foret. Itaq; generale tantum discrimen paucis exponam. Id primum est in quantitate; deinde in qualitate.

Quantitatis ratione primum additi sunt nonnusquā consules quos Latini Fasti non agnoscunt: deinde contra omissi sunt vel consules, vel alii magistratus qui pro consulibus ordinariis rempublicam interdum administrarunt. *Additionis* primum genus est quo inseruntur qui plane a Latinis absunt: vt pag. 30, v. 21, Τιβέριος Καῖσαρ τὸ β', καὶ Σκηπίων, absunt a Latinis Fastis: & eorum loco ponuntur qui sexto ab illis anno in Græcis præcedunt, Τιβέριος Καῖσαρ & Καπίτων. Sic pag. 16, v. 24 & 25: & p. 28, v. 31, 36, 37, 38. Ex quibus nonnulli suffecti fortassis fuerunt, nō ordinarii. Alterum additionis genus est, quo vnus consulatus in duos dirimitur. vt pag. 26, v. 14 & 15, Κλαύδιος cū Πύλχρῳ idem est, & Βιπίας (seu Βατίας) idem cum Σερβιλίῳ. Sic pag. 30, v. 23 & 40. *Omissionis* exemplum est in ipso statim principio; vbi quarti & quinti anni consules sunt prætermissi. Itidemq; pag. 30, v. 30, inclusi Σιλανὸς & Βάλβος, a m. s. exemplari absunt. Rursum ab initio nec Decemuiri, nec Tribuni militares, nec Tribuni plebis, nec Dictatores, qui pro consulibus nonnumquam reip. præfuerunt, a Græcis fastis sunt expositi; vt ex vacantibus aliquot paginarum interuallis est perspicuū. Consules enim tantum recēset iste chronographus, vt etiam Cassiodorus in suo Chronico. Est & alterum omissionis genus, quo duo consulatus in vnū confunduntur: vt pag. 12, v. extremo, in annum vrbis 393 conferuntur Libo & Lænas; cum, secundum Latinos Fastos, eo anno consul fuerit Libo cum Ambusto, & Lænas sequenti anno cum Manlio Imperioso. Sed est & tertium *defectus* genus, non auctori, sed tempori & posteritati adscribendū: quippe quorum iniuria complurium annorum consules plane sunt oblitterati: vt pag. 32, v. 14, interierunt consulatus XX: pag. 50, v. 27, interciderunt consulatus V: & pag. 56, v. 3, consulatus X.

Qualitatis prima species ponatur *Transpositio.* Ea etsi rarior est, tamen vix vlla occurrit pagina, in qua non aliquod eius inueniatur exemplum. Ac primum multiplex facta est transpositio; complurium videlicet consulum confusio: vt pag. 12, in olympiade ρι' & sequentibus. Deinde per longiora interualla facta est traiectio: vt pag. 30, Τιβέριος Καῖσαρ & Καπίτων referuntur in annum vrbis 758, cum secundum Capitolinos fastos cōsulatum gesserint anno 764. Sed longe crebrior est altera qualitatis species, *Mutatio*; eaque & ipsa multiplex ac varia.

Mutatio enim primum est in ipsis nominibus: eaque duplex, directa, & obliqua. Directam voco, cum nomina gentilitia vel cognomina, inter se directe cōmutata sunt: obliquam, cum nomina pro cognominibus, aut vicissim cognomina pro nominibus sunt posita; eaque vel sono affinia, vel longius discrepantia. *Nomina* longius discrepantia inter se commutata; vt Μάγιε pro Μηλιωίε. Sono affinia, vt Κορνήλιος, Καρβίλιος, Σερβίλιος. Sic Μάλλιος, Μάνλιος, Μαρίλιος. quamquā Græci inter Μάλλιον & Μάνλιον non solent aliquid facere discriminis. *Cognomina* lōgius discrepantia inter se cōmutata: vt Βρύτου pro Δρύσου, Γεγάνου pro Κόσσου, Φλάκκου pro Παῦλου. Sono affinia, vt Σκαπίωνος pro Κηπίωνος. Sic Βαρῶνος, Βαρου, Βήρυ: Πείσων, Κείσωνυ: Πελσωνιανῦ, Κελσῖνε: itemque Αλβίνε, Αρβίνε, Βάλβινε, Κάλβινε, Σαβίνε, crebro inter se permutata reperiuntur. vt & Τύλλε ac Τρβούλλε pro Ιύλλ sæpe posita. *Nomina pro cognominibus*: vt passim Ρυπλίε & Απωνίε pro Ρυφίλλ & Αιλίω. Sic Βολασου & Βαρῆε pro Βολίσου (seu Βολέσου) & Βαρῦ: Φυλβίου pro Φύλβε: Φλαβίε pro Φλάβου. Et contra, *Cognomina pro nominibus*: vt Ποστυμιανῦ pro Ποστουμίε, Κωπίλλε pro Κωπλίε. Itemq; Φλαμινίνε interdum pro Φλαμινίου: & cōtra Φλαμινίε pro Φλαμινίνε. Vbi hoc quoque obseruatione dignum est, *posteriorum temporum vocabula sæpenumero pro prisci temporis vocabulis esse supposita*; quod scilicet recentiora, notiora; vetusta, minus essent cognita: vt Ρουφινίε pro Ρυπλίε seu Ρουτίλλ: Μαχρῖνε pro Μαλλεῖνε: Μαμερτῖνε pro Μαμερκίνε. sic Τρβούλλ pro Ιύλλ, & similia. Quin & *Prænomen pro cognomine* positum in tertio consulatu; Πουπλίε scilicet pro Πουβλίλλ: qui idem olympiade ϟζ superiore commutationis genere appellatur Πουβλίλιος, gentilitio nomine perperam pro cognomine substituto.

Mutationis altera species, est litteræ syllabæve vnius aut pluriū a genuino scriptionis genere deflexio. Hæc quoque vel additione fit; vt Καπύλλου pro Καπύλε: vel detractione, vt Βαρῶνος pro Βάρρωνος: Βατίνε pro Βατινίε, Vatinio: Αβεντινεῖε pro Αβεντινησίε, Auentinense. Et in qualitatis metaplasmo, vel trāspositione, vt Τυδιτάνου pro Τυδιτανῦ: vel permutatione, vt Ἄλε pro Αάλε, Ahala. In permutationis genere sæpenumero pro η in exemplari erat ι: vt Ὑίρυ, Ρηγίλλ, Μυρίνε, pro Ὑήρυ, Ρηγύλλ, Μουρήνα. Item ε pro ι: vt Δεμαῖε, Κορνεφικίε. Sæpius ε pro αι: vt Κειλίε, Λελίε, Λεβίνε, Λενάτου, Σκεβόλε, & eius generis alia, quæ Latini scribunt per *ae* diphthongum. Ac rursum Κελιμοντανῦ pro Cælimontano seu Cœlimontano. In quorum plerisq;, vt vitiosa pronuntiatio scripturæ errorē præbuit; ita in quibusdam ad Græcam etymologiā aliquomodo allusum est: vt in Αγχιτέλας & Ὑψαντιανός. in illo enim ad verbum ἀγχίρφι, in hoc vero ad nomen Ὑψαντίσιος allusum videtur: sicut etiam in Κόμοδος pro Κόμμοδος. Nonnumquam multiplicatus est metaplasmus; vt in Ιψίε pro Ὑψαίε. Sæpe longius a vera scriptura discessum: vt Καμβίε pro Καρίνε: Θαυγάνου pro Καυδίνου: Οὐκρῶν pro Βρουνίε seu Ερυκίε. In Μάγου autem pro

Hasta, pene omnia Latinæ appellationis oblitterata sunt vestigia. Mutationis seu Variationis ea quoque notanda species, qua pro v consonante, modo ȣ, modo β in Gr. scribitur: vt Βύλσωνος, Σιβύρου, Καλβίνου: & Ȣήρου, Ȣάλεντος, Ȣιτιλίου. Sic pag. 30, Νέρβα: at 32 & 34 Νȣα.

Mutationis tertia species est in flexione seu declinatione: vt cū pro perittosyllaba flexione Latina, vsurpata est Græce flexio isosyllaba: vt Βετήρου, Vetere. Itemq; Ρήγου, Σακερδώτου, Rege, Sacerdote: & sæpissime Λαινάτου, Ασπρηνάτου, Φιδηνάτου, Lænate, Asprenate, Fidenate. ac rursum Μαλουγινησίου, Σεκουλαρίου, Κερεαλίου, Maluginense, Seculare, Cereale. quin & Πορφυρίου pro Πορφυρίωνος, Porphyrione. In quibusdam vtraque flexio vsurpata est: vt pag. 36, & Πραίσεντος & Πραισέντου. itemque 24, 17, Κάρβου: at 26, 7, rectius Κάρβωνος. Sic nomina isosyllaba in ας, alia communi, alia Dorico more flexa sunt: vt pag. 26, Κίννα, Μουρήνα, Μεσσάλα, Δολαβέλλα: & tamen ibidem Σύλλου, Κόττου. Sic pag. 30, Γάλβα καὶ Σύλλου, mixte: & paulo ante pure, Αγρίππα καὶ Γάλβα. itemque pag. 22, Γάλβα & Κόττα: & paulo ante Ταλίνου. Immo bis ibidem Νασικᾶ, & semel Νασίκου.

Vltima variatio, accentus est. cum enim passim vltima circumflexa legantur Κελεμεντιανοῦ, Βιβουλανοῦ, Σιλανοῦ, Σερρανοῦ, & eiusdem generis alia: tamen Αντεστίνου & alia quædam scripta in exemplari barytonωs: sicut etiam apud Pæanium 64, 47, Ρωμαίων Sίᾳ. Eodem modo passim scriptum Παπιριανοῦ: at 38, 31, Ματίρνου: accentu scilicet ad Latinam rationem conformato. Sic etiam in exemplari alicubi erat Γαλβά, Νερβά: & passim Πουβλικολά, Μεσσαλά, Αβιολά: (perperam acuto pro circumflexo posito) & tamen Αχεινόλα, vt Δολαβέλλα, Μουρήνα, Κίννα. Ac quamquā talia frequentius penultima acuta scribuntur, tamen Doricum accentum prorsus in eorum quibusdam reiicere nolim, modo circumflexe scribatur Μεσσαλᾶ, Αβιολᾶ, vt pag. 22 & Νασίκου & Νασικᾶ scribi, paulo ante dixi. Quod in genere hic de illis monere volui; vt quibus Dorica ratio magis placebit, eam pro arbitratu sequi liceat. Nam pleraque omnia, etiam corrupta, bona fide exprimenda censui, apposita mendosæ suspectæve scripturæ nota: vt sagacibus ingeniis esset acuminis exercendi materia. tamen 36, 20, continere me non potui quin pro Ιεβιρίου contra exemplaris fidem Ιβηρίου reponerem: quippe quod illis temporibus nōdum adeo barbara inoleuissent nomina.

In Latina etiam expositione plerumque deprauata Græcæ scripturæ vestigia expressi; apposita & ibi corruptæ suspectæve lectionis nota. In nonnullis tamen veriorem quandoque scripturam sum secutus, nota Græcis quidem adiecta, in Latinis autem omissa: vt 4, 15, † Ρηγιλλιανοῦ, *Regillano*: 10, 12, Βάρωνος, *Varrone*: 16, 12, † Αβεντινείου, *Auentinense*: & mox v. 44, † Κλεψίνου, *Clepsina*.

Hæc habui quæ in genere monerem. Quæ si quis ad specialia & singularia reuocare volet, per singulas paginas facili negotio examen persequi poterit: præsertim cum Latini fasti, velut exactior norma, e regione sint oppositi, & versus plerumque versibus respondeant. Quamquam etiam in Indicem particularia quædam, licet pauca, sunt relata.

De INDICTIONIBVS hoc addendum videtur, Chronicon nostrum m. s. duo illarum facere initia. primum, a C. Iulii Cæsaris anno primo, Olympiadis 183 anno secundo, Lepido & Planco coss. Ibi enim primum hic titulus est; Αρχὴ Ινδικτιόνων: deinde subiungitur latior explicatio; his verbis; Απὸ α' ἔτους Γαΐου Ιουλίου Καίσαρος, & τῶν προγεγραμμένων ὑπάτων, Λεπίδου & Πλάγκου, ἤγουν ιβ' καὶ αὐτῆς τοῦ Αρτεμισίου μηνός, Αντιοχεῖς τοὺς ἑαυτῶν χρόνους ἀριθμοῦσι· καὶ αἱ ἰνδικτίονες δὲ χρηματίζειν ἤρξαντο, ἀπὸ πρώτης & αὐτῆς τοῦ Γορπιαίου μηνός. id est, *A primo anno Caii Iulii Cæsaris, & præmissis consulibus, Lepido & Planco, seu a XII Artemisii mensis, Antiochenses sua tempora numerant: sed & Indictiones nominari cœperunt a primo die mensis Gorpiæi.* Αρτεμίσιος autem mensis in eiusdem chronici margine Maius appellatur; & Γορπιαῖος, September; sicut etiam apud Suidam; qui Macedonicas esse appellationes illas tradit. Exinde continuata Indictionum serie vsque ad Olympiadis 273 annum primum, post mentionem de morte Galerii Maximiani, subiicitur titulus hic; Ινδικτιόνων Κωνσταντινιανῶν ἐντεῦθεν ἀρχή, *Indictionū Constantinianarum exinde initium.* vt duo Indictionum genera facere Chronographus iste videatur, Iulianas scilicet & Constantinianas.

Ad CONSVLATVVM numerum pertinet adnotatio quæ in eodem Chronico ad penultimum Phocæ Aug. consulatum adscripta est; (60, 24) ὕπατοι δὲ ἀπὸ Φηλικιανοῦ καὶ Τατιανοῦ εἰσιν σοβ', ἕως τοῦ πάσχα τῆς ιβ' ἡλιακῆς ἰνδικτιόνος, τῆς νῦν ἐνισταμένης, (*Consules vero a Feliciano & Tatiano sunt 272, vsque ad pascha duodecimæ Indictionis solaris, quæ nunc est.* Fuerunt autem Felicianus & Tatianus cōsules anno vltimo Constantini Magni, 46, 32.

IN EVTROPIVM.

In Eutropii editione superiore, duas potissimum editiones secuti sumus. Earum recentior, est Eliæ Vineti; vetustior, Antonii Schonhouii; vtraque ad manu scriptorum librorum fidem examinata. Schonhouius enim, se Gandensem codicem secutum ait; Vinetus autem, Burdegalensem. In hoc ergo tomo Græcolatino quia idem auctor cum Græco metaphraste repetendus erat, id annitendum putaui, vt ipse quoque veterem librum m. s. alicunde impetrarem. Et cum e Francisco Modio, antiquorum librorum diligenti scrutatore cognouissem, optimæ notæ exemplar in Fuldensi bibliotheca superesse, tandem eo per assiduas amicorum intercessiones sum potitus. Eum igitur nactus librum, cum superiori editione nostra contuli; ac plerisque in locis meliorem, in nonnullis tamen etiam deteriorem comperi. Vt vero & lectorib. de vtriusq; exemplaris discrepantia constaret, quæ in textu ipso exprimere commode haud poteram, ea hic in Notationum libello, breuiter exponam, Latinum pariter & Græcum cuiusque paginæ textum percurrendo.

Quod igitur attinet ad Breuiarii vocabulum, id Vinetum quoq; in suo exemplari inuenisse, testatur eius præfatio. In Fuldensi autem libro id semel masculino fine vsurpatum est, initio libri I, hoc titulo; INCIPIT BREVIARIVS EVTROPI: LIB. I. In sequentib. autem, neutro genere: vt; BREVIARIVM AB VRBE CONDITA LIB. PRIMVS EXPLICIT. INCIPIT SECVNDVS. itidemque in fine libri III. & rursum in fine

fine lib. 7; EVTROPI BREVIARIVM AB VRBE CONDITA LIB. VII EXPLICIT. INCIPIT VIII. itidemque in fine libri IX. In ceteris, libri dumtaxat nomen vsurpatum est: vt in fine secundi; EVTROPI LIBER SECVNDVS EXPLICIT. INCIPIT TERTIVS. itidemque in fine quarti, quinti, sexti, octaui, decimi. Nostra vero inscriptio, partim e veteribus illis, partim ex ipso auctoris textu concinnata est. Verbum quento, in titulum GOTHICO, abest a Fuld. cod. V. 10, pro *vis* in F. est *bis*: & seq v. *vita* pro plurali *vitis*.

Ad historiæ textum ipsum vt veniam, notationes quædam generaliores, in Indicem referentur; vt non vni tantum, sed pluribus locis, atque adeo etiam pluribus auctoribus inseruire possint: quæ vero commodum ibi locum non habent, hic peculiariter pertexentur: ac vulgatorum quidem exemplarium lectio litera. v exprimetur; Fuldensis autem codicis scriptura, litera F. Vt ergo paucis notationis seriem persequar, V. 8, inclusa, *Rea Silvia*, e Fuld. libro addita, agnoscit etiam Græcus metaphrastes. Sed *Rheam* nonnulli cum adspiratione malunt, more Græco. V. 7, inclusum *anno*, additum e F.

Ad Græca vero vt transcendam, Παιανίας, ὄνομα κύριον, memoratur etiam a Suida. Sed μεταφράσαι τὴς ἐπιτομῆς Εὐτροπίου, τῇ Ῥωμαϊκῇ ἐπιτμηθείσης Λιβίου τῶν Ῥωμαίων, ab eodem Suida conscripsisse traditur Καπίτων Λύκιος: quem præter Isauricorum libros octo, etiam περὶ Λυκίας καὶ Παμφυλίας scripsisse, idem Suidas auctor est. Stephanus Byzantius Eutropium quidem & ipse citat, cum scribit, ἔστι δὲ καὶ Ἀρμενίας Καρχηδών, ὡς Εὐτρόπιος φησι. sed interpretis nomen apud eum non inueni. Rursum Suidas in Tiberio, in Vespasiano, in Adriano; præterea in Antonino Pio, Antonino philosopho, Aureliano, Diocletiano, Maximiano, Constantino item, & aliis nonnullis, Græcum Eutropii metaphrastem secutus est: vt e collatione liquido perspicitur. Sed nomen auctoris & ipse reticet. vt incertum sit e Capitone, an alio paraphraste, hæc desumpserit. Ab hac tamen versione, illa quam Suidas est secutus, discrepat: vt luculenter cognosces, si Suidæ collectanea, ordine infra digesta, cum hac metaphrasi conferre libeat. Sigonius PÆANIVM vocat, vt Libanium, Apollonium, Macedonium, Gorgonium. Quoniam porro Suidas scribit, Eutropium Liuii confecisse epitomen, haud abs re suspicetur aliquis eum memoria lapsum esse, ac Florum pro Eutropio ponere debuisse. nam *Lucii Annei Flori Epitoma de Tito Liuio*, exstat etiamnum in vetustis bibliothecis: eidemque tribuuntur etiam *Periochæ omnium librorum Liuii, a lib. I vsque ad* CXLII. ita enim vterque libellus in vet. membranis inscribitur. Eutropius autem non Liuii solum fecit Epitomen, sed Romanæ historiæ Epitomen vsque ad sua tempora deduxit; CCCXL ann. vltra Liuianam historiam. Liuius enim vsque ad Tiberium Augusti priuignum, Eutropius autem vsque ad Valentinianum & Valentem Aug. historiæ seriem pertexuit. V. 14, pro πιμμάσιοι, vetus liber aliam quoque scripturam habet, πιμμίσι: recté. V. 16, cum dicit πρὸ ἕνδεκα τῶν Μαΐων καλανδῶν, a Latino textu discedit. sed XI *kal. Maias* agnoscit cum Eutropio etiam Cicero, Solinus, Censorinus, Sextus Pompeius: & inter Græcos Plutarchus ac Theophilus Antiochenus: teste Panuinio. vt scribere interpres debuerit, τῇ πρὸ ἕνδεκα καλανδῶν Μαΐων: sicut apud Plutarchum est in Romulo. V. 17, in exemplaris margine adscripta erat adnotatio hæc; ἀπὸ Τρωϊκοῦ πολέμου ἔτη ἐγγὺς υ μέχρι συνοικισμοῦ Ῥώμης: hoc est, *a Troiano bello vsque ad vrbem conditam anni propemodum* CCCC.

P. 64, v. 1, inclusum *tunc*, abest a F. Sic *consecratus* v. 9. V. 13, *rex creatus est*] F. *recreatus est*: minus recte. V. 18, *computatione*] F. *supputatione*. V. 21, inclusa *&*, addita e F. V. 26, F. *triginta & duo annos regnasset*. V. 29, inclusum *Marcius*, abest a F. c. minus recte. In Græco textu, v. 46, possis etiam legere καὶ τῇ πόλει, *& in vrbe*, vt infra 205, 10.

P. 65, v. 1, *adiunxit*] F. *iunxit*. V. 11, *censium*] F. *census*, plur. num. V. 14, *capitum* LXXXIIII *milia*] F. *capita* LXXXIII: id est, *capita octogintatria milia*: quod loquendi genus apud ceteros quoque Cæsareæ historiæ scriptores obseruaui, nominatim apud Trebellium Pollionē & Flauium Vopiscum. & rursum infra 68, 13: [illegible], 36: 78, 45. Ac ne insolens plane tibi videatur hæc structuræ forma, exemplum eius exstat etiam in Græca Dionis Epitome infra, 357, 30: nec non in Græca metaphrasi huius libri, 78, 45. V. 17, inclusum *Superbi*, additum e F. c. itidemque *Roma* v. 26: at *sua*, v. 18, ab eodem abest. V. 33, vulg. lib. *Brutus, parens, & ipse Tarquinius*: quasi tres hic significentur, Brutus, pater Lucretiæ Lucretius, & Tarquinius Collatinus. sed veram scripturam esse Fuldensis libri, *Brutus, parens & ipse Tarquinii*, declarat etiam Græca metaphrasis, Βροῦτος, γένει προσήκων τῷ Ταρκυνίῳ, *Brutus, genere attingens Tarquinium*. *Parens*que & *Parentela*, pro Propinquus & Propinquitas, leguntur etiam apud ceteros Cæsareæ historiæ scriptores Latinos. Brutum autem Tarquinio consanguinitate iunctum fuisse, docet etiam Dionys. Halicarn. 264, 4. V. 38, *quattuor & viginti* agnoscit cum F. c. Græcus quoque metaphrastes. vulgati libri habent *vigintiquinque*; vt Dionysius Halicarn. & alii. In Græco autem textu, v. 5, mutilus est locus; librario per voces similiter finitas in errorem impulso. legendum videtur, τὸ βίῳ τὴν πατρῴαν ἐδέξατο παρ᾽ Ἀγκου μὲν, παρ᾽ οὗ τὴν βασιλείαν αὐτὸς διεδέξατο. qua phrasi paulo post auctor vtitur v. 16 & 18: & rursum infra 95, 41. V. 23, *Pometiam* & *Suessam* diuersas vrbes facit etiam Messalla Coruinus 378, 26. sed perperam. Vnum enim idemq; oppidum fuisse testantur Dionysius, Liuius, Plinius, Florus, alii: & hoc ipso in loco etiam Fuldensis codex. Hæc autem Suessa, Volscorum vrbs, *Suessa Pometia* dicta fuit, quod in Pometinis campis sita esset: ad differentiam *Suessæ Auruncæ*, quam (teste Liuio, lib. 8) Aurunci, oppido suo deserto, profugi cum liberis & coniugibus, communierunt, & a se denominarunt. Quas etsi loco easdem, temporibus tantum diuersas quidam existimant, Sigonius tamen & loco & tempore diremptas fuisse monuit, lib. 1 De antiquo iure Italiæ, cap. 3, 5, 10: & rursum lib. 2, cap. 5. Apud Ptolemæum quoque inter mediterranea Campaniæ oppida legitur Σύεσσα: quæ vero apud eundem in maritima Campaniæ ora dicitur Σύεσσα, aliis est *Sinuessa*; vt tradit Ortelius. Verior ergo lectio esset; Γαβίους, καὶ Σύεσσαν τὴν Πωμεντίαν; seu, Γαβίους, καὶ Σύεσσαν τὴν Πωμεντίνων πόλιν, vt Dionysius Hal. nominat. V. 25, fortasse cum præpositione legendum, ᾠκοδόμησεν ἐν τῷ καλ. Καπιτωλίῳ.

V.27, inclusa, τὴν ἀρχὴν, librarius omiserat. tu si τὴν βασιλείαν malis, per me licet. Sed & ante hæc ipsa desiderari videtur ἀφελόντες, ἀπέχοντες, aut simile quodpiam participium, cum præcedente substantiuo πολιχνίῳ iungendum. quamquam eadem ellipsis etiam paulo post, 66, 41, iterum vsurpata est. V.41, margini exemplaris hæc adscripta est adnotatio; ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης, ἕως τέλους τοῦ ἑβδόμου τῶν βασιλέων, καὶ ἀρχῆς τῶν ὑπάτων, ἔτη σμγ΄: id est, *ab vrbe condita, vsque ad finem septimi regis, & initium consulum, anni* 243. V.44, pro ὅτε τὸ, fortasse scribendum αὐτῆς: vel etiam ὅτι. V.48, cum ἵνα subaudiendum συμβαίη, ἐνδέχοιτο, vel simile quodpiam verbum finitum.

P.66, v.1, *annum vnum haberent*. sed *annuum* cum Fuld. cod. agnoscit etiam Gr. interpr. V.27, inclusa *in*, addita e F. Sic *ei* v.37. V.40, *consenuit* pro vulg. *persenuit* repositum e F.c. In Græco textu, v.10, Latina verba, *accepto*, & *migrauit*, minus recte intellexit metaphrastes. Eutropii mens hæc est; τὴν οὐσίαν λαβὼν ἅπασαν, ἀπῴκησεν ἐκ τῆς πόλεως: sicut etiam apud Dionysium Hal. 286, 31, Sp. Lucretius eidem Collatino suadet, πάντα τὰ ἑαυτοῦ λαβόντα, ἑτέρωσέ ποι τὴν οἴκησιν μεταθέσθαι: & pag. seq. Dionysius ipse refert, Collatinum, dono acceptis ex ærario talentis viginti, migrasse Lauinium. Quapropter etiam v.30, pro ἀπωσθέντες rectius idem metaphrastes dixisset ἀποικήσαντες. V.17, omissum Tarquinii iunioris prænomen, Ἄρρης, seu Ἄρρος: vtroque enim modo apud Dionys. legitur. V.22, in exemplaris margine addita est hæc adnotatio; οὗτός ἐστιν ὁ Ποπλικόλας ὃν Πλούταρχος Σόλωνι παράλληλον τίθησι, *Hic est Poplicola quem Plutarchus in Parallelis cum Solone componit.* V.41, adiectio illa metaphrastæ, καταπλαγεὶς τὸν Μούκιον, cum iis quæ sequuntur, a ceteris historicis non Tarquinio, sed Porsennæ tribuitur. quapropter hic vitiosa esse videtur transpositio; incertum interpretis an librarii culpa. Historiæ conuenientior est hæc lectio; ὡς εἶδεν αὐτῷ τὰ περὶ τῆς βασιλείας οὐ χωροῦντα κατὰ νοῦν, (ἤδη γὰρ καὶ Πορσήνας σπονδὰς ἐπεποίητο πρὸς Ῥωμαίους, καταπλαγεὶς τὸν Μούκιον ἐπιδόντα τῇ φλογὶ τὴν δεξιὰν, εἰκόνα τι γενόμενον ἀνδρείας τε καὶ καρτερίας τῆς Ῥωμαίων) ἐν Τουσκούλῳ, πολίχνῃ τῆς Ῥώμης οὐ πόῤῥω, μεταστὰς σὺν τῇ γαμετῇ καὶ τοῖς φιλτάτοις, τεσσαρεσκαίδεκα διετία. ἐνιαυτοὺς, ἐκεῖ τι κατεγήρασεν. Refert autē hoc Mucii facinus etiā Liuius & Florus. Tarquinium vero non Tusculi, sed Cumis consenuisse, scribit Dionysius 358, 12. V.46, legendum videtur cum præpositione, μετὰ τὴν νίκην ἐθριάμβευσαν. sed tamē infra quoque (85, 32) sine præpositione repetitur hoc ipsum loquendi genus.

P.67, v.2, inclusum *factus*, abest a F. V.25, *sequentis anno*] F. *sequente anno*. V.36, inclusum *suam*, non agnoscit F.c. Gr.t.v.11, mutilatum esse locum, ostendit antecedēs disiunctiuā ἤ. Dionysius 336.17, duplicem & ipse Dictatoris etymologiam affert: alteram, passiuam, διὰ τὸ ὑπὸ τοῦ ὑπάτου γινομένην τὴν ἀνάῤῥησιν, propterea quod a consule dicebatur: (cuius etymi Varro quoque meminit, lib. 4. De lingua Lat.) alteram, actiuam, διὰ τὴν ἐξουσίαν τοῦ κελεύειν καὶ διατάττειν ὅ τι ἂν δοκῇ: sicut scilicet *Edicta* quoque Latine appellātur τὰ ἐπιτάγματα καὶ αἱ διαγραφαὶ τῶν δικαίων τε καὶ ἀδίκων. V.17, vel αὐτὴ scribendum videtur, vel αὕτη ἡ ἀρχή: vt infra 71, 26. V.26, exemplaris margini hæc adscripta est adnotatio; ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης ἕως τῶν δημάρχων κατασταθέντων, ἔτη σξ΄ ἐγγύς: id est, *Ab vrbe condita vsque ad constitutos Tribunos plebis, anni circiter* 260. V.29, post τῶν ὑπάτων deest αἱρουμένων, vel simile quodpiā participium. V.40, exemplaris margini hæc adscripta erat adnotatio; οἱ δήμαρχοι, τῷ β΄ ἔτει τῆς ἑαυτῶν ἐξουσίας ἐπαρθέντες κατὰ τῶν ὑπάτων, ἐξόριστον τῆς Ῥώμης ἐποίησαν Γάϊον Μάρκιον· ὃν Πλούταρχος παράλληλον τίθησιν Ἀλκιβιάδῃ τῷ Ἀθηναίῳ: id est, *Tribuni plebis, secundo potestatis suæ anno aduersus consules elati, Roma in exsilium exterminarunt Gaium Marcium: quem Plutarchus in Parallelis componit cum Alcibiade Atheniense.* Vbi etiam nota Marcium prænomine Gaium dici, cum in vtroque textu, Latino & Græco, appelletur Quintus. V.45, a mente auctoris, atque adeo etiam ceterorum historicorum, discessit metaphrastes; nec constare historia potest, nisi pro ἐὰν legatur ἔμεινε. propior Latini textus hæc est versio; καὶ πολιορκήσας τὴν πατρίδα μᾶλλον, ἤδη νίκην ἐπαγγελλόμενος, πρέσβεις ἀπωσάμενος, εἰ μὴ ἡ μήτηρ αὐτοῦ Οὐετουρία, καὶ ἡ γαμετὴ Οὐολουμνία, πρὸς αὐτὸν ἐκ τῆς πόλεως ἦλθον.

P.68, v.1, in vtriusque consulis prænomine variat F.c. in quo scriptum est; *Gaio Fauio, & Lucio Virginio conss.* Vbi vt *Fauius* per *u* scriptum, ita mox *Fauia familia*. V.13, F. *ciuium capita centum milia, trecenti, decemnouem*. de quo loquendi genere supra quoque dictum ad 65, 14. V.40, v.l. *Marco Æmilio*. ego *Mamercum* cum F.c. cum Græca metaphrasi & Fastis Capitolinis malui. Gr. metaphras. v.22, mutilatus & corruptus est locus. lectio requiritur talis quæpiam; τὸν ἱδρῶτα τὸν ἀπὸ τῆς γεωργίας ἀπομορξάμενος, (seu ἀπομαξάμενος) τό τε σχῆμα μεταβαλὼν, ῥαβδίαν ἐνέδυ. τάξας στρατηγίδα τὴν αὐτοῖς ἐπιμάζειν. V.26, exemplaris margini adnotatio adscripta hæc; ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης ἕως τῆς τῶν δέκα ἀρχῆς ὑπατικῶν ἀνδρῶν, ἔτη τα΄: ὀλυμπιὰς πδ΄. id est; *Ab vrbe condita vsque ad imperium decemuirum consularium, anni* CCCI, *olympias* LXXXIIII.

P.69, v.1, F. *Post viginti annos*. V.36, F. *cœpit Roma crescere*: & v.39, *atque omnibus deletis earundem exercitibus occupauit*. V.44, pro *& ciuitates* F.c. habet *octo ciuitates*: Gr. metaphrasis ἑπτὰ πόλεις. Gr.t.v.3, exemplaris margini adscripta hæc adnotatio; οὗτός ἐστιν ὁ Κάμιλλος, ὃν παράλληλον τίθησι Πλούταρχος Θεμιστοκλεῖ τῷ Ἀθηναίῳ: id est, *Hic est Camillus quem Plutarchus in Parallelis componit cum Themistocle Atheniense.* V.30, titulus ille, Βιβλίον Β΄, a me additus est: itidem etiam in sequentibus. librorum enim nulla erat in Græco exemplari distinctio. Sequenti v. margini exēplaris adnotatiuncula hæc adscripta erat; ἔτος τξε΄, ὀλυμπιὰς ρ΄: *anno* 365, *olympias* 100. V.39, fortasse scripsit metaphrastes, αὐτήν τε εἷλε τὴν Βολσκῶν πόλιν, καὶ ἑτέραν Ἐβίκων. sed Αἰκῶν vel Αἰκικλῶν pro Ἐβίκων legemus rectius; cum Eutropius dicat *Æquorum vrbem*. Dionysius Αἰκανοὺς appellat.

P.70, v.5, F. *præsumpserunt*: & mox, *triennium perseuerauerunt*: & v.12, *adlatus est*: & mox, *qui ad Italiam venerant*. V.16, *congressus*] F. *progressus*. V.24, *ductis*] F. *ducta*: simplici structuræ forma. V.31, inclusum *Camillo*, abest a F. V.38, *ita vt--dederit*] F. *ita--dedit*. Gr.t.v.3, post ἐπὶ πολὺ desideratur verbum διεξῆλθε, διέμεινε, vel simile aliud, cum gen. cas. articulo τῶν. In sequentibus aliquantum ab auctore discessit metaphrastes. Quot vero annis tribuni militares consulari potestate fuerint, quot item tribuni plebis, e Fastis perspicitur luculentius; præsertim vero e Græcis; in quibus illi extraordinarii magistratus sunt omissi. V.32, corruptus est lo-

est locus: ac talis quæpiam requiritur lectio; ἐξ αὐτῶν τῶν πολιτῶν συνελέγη τὸ στράτευμα. δέκα δὲ ἐξ αὐτῶν πενταξέες ἐγένοντο. & cum in Latino textu tyronum fiat mentio, post στράτευμα addendum fortasse νεολέκτων στρατιωτῶν, aut νεοστρατεύτων στρατιωτῶν. (sic enim tirones vocant Glossæ vet.) vel, retento adiectiuo πολιτῶν, addendum ei substantiuum νέων.

P.71, v.11, inclusa, e F.c. addita, agnoscit etiam Gr. metaphrasis. V.28, inclusa, vt ab aliis quibusdam exemplaribus absunt, ita etiam a Gr. metaphrasi: at non a F.c. Gr.t.v.1, inclusa præpos. ἀπὸ, addita ex Suida. V.4, pro corrupto πλῆθη, legendum videtur πλῆθει, vel ἐκλήθη. V.20, pro λοιπῶν, aptius scribemus λοιπὸν, vt cũ alibi passim, tum 69,16. V.47, maior erit structuræ conuenientia, si pro τοῖς ἐπωνύμοις legamus τὸ ἐπώνυμον, *cognomen*. In sequenti commate exemplar habet αὐτοῖ, errore ambiguo. tu si nostrum αὐτοῖ nolis, reponere poteris αὐτῷ.

P.72, v.4, inclusum *datus*, abest a F.c. V.6, *eorum*] F.*ipsorum*. Seq.v. *Manius Curius*] F. *Marcus Curius*: itidemque Gr.metaphr. & hic, & infra 74,10: nisi quod hoc posteriore in loco habet Μάρκος. Sed Manium verum esse Curii prænomen, tradunt Sigonius & Panuinius. V.9, *annos nouem & XL*] F. *annos quadraginta nouem*. V.19, inclusa *in*, abest a F.c. V.26, F. *quæ cum Romanis agerentur*. Gr.t.v.29, pro τὴν βασιλείαν legendum esse τὴν Ἰταλίαν, Latinus textus arguit. V.32, aptius fortassis ὅτι οὕτως: & seq.v. ὡς Πύρρῳ κατὰ σχολήν.

P.73, v.6, inclusum *redimendis*, abest a F.c. Sic etiam *vt*, v.11. V.28, vulg.l. *illic fore omnes, q.* Sed rectius F. *illic fere omnes esse q.* V.35, F. *Pyrrus tamen fugatus*. Gr.t.v.16, conuenientius αὐτῷ προσθεῖν, *se adiungeret*: vel, αὐτῷ προσέλθοι, *ipsi se adiungeret, ad eum se conferret*. Sic v.19, pro τούτῳ non minus apte legeris τούτου, gen. casu.

P.74, v.1, inclusum *se*, additum e F. Contra inclusum prænomen *Manius*, v.8, ab eodem F. abest. V.16, F. *Gaio Fanio Licinio, Gaio Claudio Canino coss.* Vbi vt vitiata sunt cognomina, ita etiam in Gr. exemplari perperam scriptum erat Λικίνιος & Καμινίας, pro Λίκινος & Κανίνας: nec multo rectius in Fastis Gr. p.16, v.1. Seq. v. annus vrbis integris verbis in F. est expressus; *quadringentesimo sexagensimo primo*. V.22, F. *Quinto gulinio*. V.30, inclusum *iterum*, abest a F. Seq.v. annus vrbis in F. integris verbis est expressus; *quadringentensimo septuagensimo septimo*. Sic v.36, *ciuium capita ducenta nonaginta duo milia, trecenta triginta quattuor*. Gr.t.v.22, Pyrrhum tegula in caput iniecta, occisum esse in Argiuæ vrbis oppugnatione tradit in eius vita Plutarchus. Hic autem exemplaris margini hæc adscripta erat adnotatio; ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης ἕως τελευτῆς Πύρρου τοῦ Ἠπειρωτῶν βασιλέως, ἔτη υξα΄: id est, *ab vrbe condita vsque ad mortem Pyrrhi Epirotarum regis, anni* 461. V.33, aptius παρὰ Ῥωμαίων, *a Romanis*. V.43, exemplaris margini hæc adnotata erat census summa; ἀνδρῶν μυριάδες ἐγγὺς λ΄ τότε ἦσαν ἐν Ῥώμῃ: *hominum circiter* 30 *myriades* (id est trecenta milia) *tunc erant in vrbe Roma*. V.46, rectius ἐν τῇ Σικελίᾳ.

P.75, v.7, *paratum est*] F. *gestum est*, in textu: in marg. *paratum est*. V.16, *XXXI naues*] F. *triginta & vnam nauem*. V.20, inclusum *etiam*, additum e F. V.23, *vicit*] F. *vastauit*. V.32, inclusum, *oppidis*, abest a F.c. V.37, vulg.l. *cum VIII elephantis*. sed Fuld. scripturam, *decem & octo*, agnoscit etiam Gr. metaphr. Gr.t.v.11, margini exemplaris adscripta hæc adnotatio; ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης ἕως τοῦ πρώτως θαλάσσης ἐπιβῆναι Ῥωμαίοις & ναυμαχῆσαι Καρχηδονίοις, ἔτη υο΄ ἐγγιστα. id est, *ab vrbe condita vsq. ad id tempus quo Romani primùm ingressi mare, naualí prælio cum Carthaginensibus confixerunt, anni proxime* 470. V.27, τι vel tollenda videtur, vel in τὸν mutanda.

P.76, v.6, inclusum *omni*, abest a F. V.7, *remanserunt*] F. *refugerunt*. Ibidem mox v.l. *quindecim milia cum Imp. Reg. capta*. sed quingentos tantum hic cum F. agnoscit Gr.metaphr. V.36, *cum CXXX elephantis*] *cum triginta elefantis*, F. sed vulg. scripturam probat etiam Gr.metaphr. Seq. v. XX *milia* probat idem metaphrastes: F.c. habet *ducenta milia*. V.31, CXXX *elephantorum*] F. *triginta elefantorum*; omisso centenario: Gr.m. indefinite, *elephantorum magnitudo & multitudo*.

P.77, v.9 & 11, inclusa, absunt a F. Itidemque v.27. At quæ v.36 sunt inclusa, ex eodem F. sunt addita. Gr.t.v.39, cum præpos. legendum videtur, τῇ κατὰ τὴν Ἄφρων μάχῃ?

P.78, v.5, CXXV *demersa*] F. *quinque & viginti demersa*, omisso numero centenario: quem tamen & Gr.m. agnoscit. Ibidem mox idem F. *triginta duo milia hominũ capta*, XII *milia occisa*. Sed ibi quoque vulg. scripturam probat Gr.m. V.28, *per XXIII annos*] F. *triginta & tres*: Gr.m. *viginti & tres*. Gr.t.v.45, accus. σίτου ea structuræ forma excusari potest, quæ supra adnotata est ad 65,14: præsertim cum itidem apud Trebelliũ Pollionem in vita Claudii legamus, *annuos frumenti modios tria milia, laridi libras duo milia, vini veteris sextarios tria milia quingentos*. alioqui vsitatior loquendi forma est σίτου μυριάδας κ΄.

P.79, v.1, *tum bella reparare tentabant*] F. *tamen bellum rep. temptabant*. V.29, inclusa præpos. *a*, addita ex F. V.20, *per consulem*] F. *per consules*, plur.num. V.30, inclusum *suo*, abest a F. Gr.t.v.21, margini exemplaris adscripta hæc adnotatiuncula; ὅτι τὰ ὄρη τῶν Ἄλπεων διορίζουσιν Ἰταλίαν ἐκ Γαλατῶν: *Alpium montes, Italiam a Gallis distermiuant*. V.29, cum præpositione legendum videtur μετὰ τὴν νίκην, vel διὰ τὴν νίκην: quod alibi ἐπὶ τῇ νίκῃ. V.34, de Cn. Cornelio Scipione, margini exemplaris hęc adscripta erat adnotatio; οὗτος, πατὴρ ἦν τοῦ τὴν Ἀφρικὴν δουλώσαντος ὕστερον Σκιπίωνος, *hic pater fuit Scipionis eius qui post subegit Africam*.

P.80, v.1, F. *centum quinquaginta milium. Huic R.* Græca metaphrasis tantum CXL *milia* agnoscit. V.2, *per legatos*] F. *per legatum*. V.5, *bello abstineret*] F. *bellum abstineret*. V.6, inclusa *sed*, abest a F. V.7, *reddita*] F. *data sunt*. V.15, *adhuc ea parte inuias*] F. *tum ea p. inu.* V.16, XX *milia*] F. XI *milia*: Gr.m. tantum *decem milia*. V.25, *conflixit*] F. *confligit*. V.33, *ab impetu*] F. *ab ambitu*. Mox, *quingentesimo & quadragesimo*] F. *quingentesimo & quinquagensimo*. sed *quadragesimum* agnoscit etiam Gr.m. Gr.t.v.17, post ταῖς καλουμέναις Ἄλπεις desiderari videtur epitheton Ποινάς: de quibus vise Ammianum Marcell. 328,10. V.36, de Fabio hæc margini exemplaris adscripta erat adnotatio; οὗτος ὁ Φάβιος ἐστὶν ὃν παραβάλλων ὑφηγεῖ Πλούταρχος Περικλεῖ τῷ Ἀθηναίῳ: *hic est Fabius quem Plutarchus in Parallelis componit cum Pericle Atheniense*.

P.81, v.1, post *altero consule*, in F. additum scholion hoc, *id est Æmilio Paulo*. V.8, *aut occisi*] F.

& occisi. V. 31, *xx elephanti*] F. *xxx elefanti*. Gr. t. v. 10, αὐτοῖς excusari per syllepsin potest. alioqui congruentius est αὐτῷ. Seq. v. ὃ aduerbialiter accipiendum pro *vbi, quo in casu*. V. 46, ante ὑποχείριοι deest συμμάχους, seu συμμαχικήν, aut tale quidpiam; vt e Lat. textu clarum est. Seq. v. αὐτοῖς pro singulari αὐτῷ positum videtur ad vitandam ambiguitatem.

P. 82, v. 26, *a fratre Asdrubale*] F. *a fratre Hasdrubalis*: rectius, *a fratre eius Hasdrubale*; vt v. 8. V. 32, *nobilissima vrbe*] F. *nobilissima vrbs*: hyperbolicé. ablatiuum casum agnoscit hic etiam Gr. m. V. 35, *rege Asiæ*] F. *rege Isauriæ*. sed *Asiæ* probat etiam Gr. m. & ipse F. c. infra 88, 26: 90, 28. V. 41, inclusa præpos. *cum* abest a F. c. In Gr. t. v. 35, de Marcello in exemplaris margine adscripta hæc adnotatio; τοῦτον τὸν Μάρκελλον παραβάλλει Πλούταρχος Πελοπίδᾳ τῷ Θηβαίῳ: *hunc Marcellum Plutarchus in Parallelis componit cum Pelopida Thebano.*

P. 83, v. 17, *omnes fere Hispani*] F. *omnes Hispaniæ*. V. 24, *hominum*, add. e F. V. 38, *reddiderunt*] F. *dediderunt*. In Gr. t. v. 5, de Scipione altero, adscripta est exemplaris margini adnotatio hæc; οὗτος ὁ Σκιπίων υἱὸς τοῦ προειρημένου Σκιπίωνος, ὁ τὸν Ἀννίβαν τέλεον ἐκπολεμήσας: *hic Scipio est filius supradicti Scipionis, idemque Annibalem plane profligauit.* V. 54, ante τὴν Ἰταλίαν desideratur, μεταστάς, vel simile quodpiam participium: vt patet ex 81, 19.

P. 84, v. 23, F. *cum quattuor & quingentis milibus; vndecim milibus occisis*: corrupte. vulgatam lectionem confirmat etiam Gr. m. V. 32, inclusa, absunt a F. c. & Gr. m. V. 35, vulg. *xlv dies bis inducta data sunt*: ad quam scripturam accedit aliquomodo Gr. m. Sed F. lectio *diebus*, pro *dies bis*, est aliquanto concinnior. In Gr. t. v. 21, fortasse legendum, θείᾳ γὰρ ἐπιπνοίᾳ χρῆσθαι ἐπιστεύετο. τοσαῦτα κατώρθου: *diuino enim afflatu vti credebatur: tot & tanta gerebat felicissime.* V. 39, exemplaris margini adscriptum scholion hoc; ὅτι ιζ´ ἔτη Ἀννίβας ἐδῄου τὴν Ἰταλίαν: *septemdecim annos Italiã populatus Annibal.*

P. 85, v. 8, F. *additis quingentis milib. argenti ponderibus, centum milia librarum*. sed *addita* legendũ esse, structuræ lex ostendit. V. 26, *octingenta*] F. *octoginta*. & mox, *cetera supellectilis copiosa*. V. 36, F. c. sic distinguit; *Transacto Punico bello, secutum est Macedonicum. Contra Filippum regem quingentesimo quinquagesimo & primo a.* Et mox, *aduersum Filippum rem prospere gessit.* V. 47, vulg. *defenderent*. sed plusquamperf. *defenderant* cum F. c. agnoscit etiam Gr. m. Inclusa *vt*, ibidem, abest a F. In Gr. t. v. 24, conuenientius fortasse singulare ἦρξατο, *cœpit*, seu *cœptum est*. V. 40, exemplaris margini adscriptum scholion hoc; ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης ἕως τοῦ Μακεδονικοῦ πολέμου, ἔτη φν´: *ab vrbe condita vsq; ad bellum Macedonicum, anni 550.* V. 47, inclusa *& bis*, addita sunt e præced. pag. v. 47.

P. 86, v. 4, inclusa, *obsidem daret*, absunt a F. Sic v. 25, inclusa *&*, abest ab eodem F. Græcus metaphrastes legit, *circa Magnesiam ad Sipylum, Asiæ ciuitatem.* V. 31, vulg. IIII *milia equitum*. sed *tria* cum F. c. agnoscit etiam Gr. m. Seq. v. inclusa, *Antiochus*, & pr. *que*, absunt a F. In Gr. m. v. 4, legendum videtur τὴν ὑπὸ Ἀντίοχον. V. 8, legi potest ὅτι ἑκόντες, vel ὅτι ἑκόντες: vel plenius etiam, ὁμολογήσας τι λαβεῖν. V. 18, cum ὁ Μακεδόνων, subaudiendum βασιλεύς vel legendum ὁ Μακεδὼν Φίλιππος.

P. 87, v. 19, & 24, inclusa, *regem* & *rex*, absunt a F. c. V. 26, vulg. *P. Licinius consul, est a rege gr. pr. victus*. sed F. lectionem probat etiam Gr. m. V. 36, F. breuius, *fraterque simul in pot. R. ven.* V. 43, *fugit integer*] F. *inter fugit*: corrupte (vt videtur) pro, *integer fugit*. In Gr. m. v. 12, maior erit structuræ conuenientia si legamus, Πτολεμαίῳ τῷ Αἰγύπτου, καὶ Μασσανάσσῃ τῷ Νομάδων, i. βασιλεῖ; vel, Πτολεμαίου τοῦ Αἰγύπτου καὶ Μασσανάσσου τοῦ Νομάδων, vt paulo post dicit τῷ Ἰουγούρθᾳ Γέντιος. V. 31, in exemplari duplex erat scriptura, αὐτῇ, & αὐτήν. sed conuenientius tamẽ αὐτὸν vel αὐτοῖς: & fut. temp. παραχωρήσοντας: id est, eos qui ad deditionem ipsos compulsuri essent, si sponte se nollent dedere. V. 39, in exemplari erat accus. casu ἡμέρας. sed vel ἡμέραις legendum esse, vel ἡμερῶν, syntaxeos regula ostendit. Sequenti versu etsi Latino more non est expressa notatio temporis, vere tamen & recte expressus est eius sensus.

P. 88, v. 4, vulg. *hæ leges datæ sunt*. V. 6, inclusa, *vt appareret*, absunt a F. V. 8, vulg. *conuentu infinitorum populorum*. sed *finitimorum* cum F. agnoscit etiam Gr. m. V. 13, inclusa *in*, addita e F. V. 15, *rebellarant*] F. *rebellabant*. V. 23, inclusum prænomen *Caius*, abest a F. Sic *dona* v. 29. V. 38, F. *anno quinquagensimo primo*; integris scilicet verbis expresso numero. V. 39, inclusa vox *bellum*, abest a F. V. 49, F. *multa consulibus prospere gesta sunt*: more Græco. In Gr. m. v. 11, rectius, καὶ νικῶν τοὺς ἐχθρούς, καὶ ἀεὶ στεφανούμενος. V. 17, πεντηκοντήρους (seu, vt in Latino textu est, ἑξακοντήρους) descriptio non videtur satis accurata. cum enim Plinius lib. 32, vbi de echeneide agit, significet quinqueremem seu πεντήρη, a quadringentis remigibus actã fuisse, ducenis scilicet ex vtroque latere: & Plutarchus atque Athenæus, Philopatoris τεσσαρακοντήρη actam fuisse a quattuor milibus remigum: consequens erit, πεντηκοντήρη vix habuisse infra mille remiges: ideoque fortasse dicendum fuisse, ὡς πεντακοσίους ἐρέτας ἐξ ἑκατέρου τοῦ τοίχου. Aut, si ἑπτήρης (i. septiremis) habuit tantum quadragintanouem remiges, vt pictura eius innuit apud Bayfium, pag. 37: πεντηκοντήρης minimum habuit remiges nonagintaocto, quadragintanouẽ scilicet ex vtroq; latere.

P. 89, v. 5, inclusa, absunt a F. c. sed agnoscit ea tamen Græcus metaphrastes. V. 7, F. *anno vita nonagensimo septimo*; numero integris verbis expresso; sequente tamen per notas abbreuiato. V. 12, & 16, inclusa, *de* & *post*, absunt a F. Sic *ex militibus* v. 26. V. 35, F. *Andriscus, idem qui & Pseudophilippus*; omisso verbo *dicitur*. V. 40, *septemdecim*] F. XVI: id est sexdecim: quem numerum agnoscit etiam Gr. m. V. 42, inclusa, de androgyno, nec F. agnoscit, nec Gr. m. Gr. t. v. 3, de Masinissa exemplaris margini adnotatum est scholion hoc; Μασσανάσσης ὁ τῶν Νομάδων ἡγεμών, ἐτῶν ϙζ´: *Masanassa, Numidarum dux, annorum 97.* vbi etiam nota, Μασσανάσσην & Νομάδας dici, qui ab interprete Latino more nominantur Μασινίσσας & Νουμίδας. V. 17, exemplaris margini adscripta est hæc adnotatio; ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης ἕως τελείας καταστροφῆς τῆς Καρχηδόνος, ἔτη ψε´: *ab vrbe condita vsque ad extremam Carthaginis euersionem, anni 705.* V. 19, rectius κατὰ δύναμιν τὰς χεῖρας: quia in L. t. est *interim*. Sic v. 24, verius ἐπελθών, vt paulo ante ἐπ' αὐτοὺς χωρήσας. V. 41, αὐτοὺς vel ἐμφατικῶς accipiendum videtur, vel αὐτοὶ legendum. Præterea hoc ipsum membrum præcedenti videtur esse præponendum; hoc ordine; οἰκείαν δὲ συλλέξας στρατιάν, ὥστε αὐτοὺς τοὺς ἐν ἄστει ὁπλίσαι ὁλοκλήρως πάντας πρὸς τὰς μάχας, ἐπεχείρει πολεμεῖν, *collecto e firmissimis exercitu, adeo vt etiam ipsi armati (vt ætate*

ceteram videlicet turbam) *ad sedecim milia efficerent, bellare aggressus est.*

P. 90, v. 13, inclusum, *ignobilem*, abest a F. Sic *bello*, v. 25: *etiam*, v. 32: & *Romanos iniuit*, v. 42. Gr. t. v. 1, congruentius ἦρξατο πολέμου, vel ἤρξατο πολεμεῖν: & v. 5, ὡς ἐν τῷ λαβεῖν, *vt animo præsumeret*, *vt animum induceret*. In sequentibus, v. 7, primum Σκηπίων perperam positus pro Καιπίων seu Καιπίων: vt etiam pag. præced. v. 47. deinde, responsum Viriathi percussoribus datum, non a Cæpione, sed a senatu, ad quem illi fortasse ob grandiora postulata remissi fuerunt, datum videtur. quod etsi non diserte affirmat Eutropius, oblique tamen innuit. Appianus certe disertis verbis prodit, Cæpionem legatos Viriathi, ad pacem petendã missos, pecunia corrupisse, promissisque ingentibus oneratos ad Viriathum occidendum impulisse. Et liber De viris illustribus, *Cæpio*, inquit, *cum vincere eum aliter non posset, duos satellites pecunia corrupit: qui Viriathum humi depositum peremerũt. Quæ victoria, quia empta erat, a senatu non probata.* Nec multo aliter Liuii epitoma, & Valerius Maximus: vt ex iis Sigonius prolixe refert 196, 38.

P. 91, v. 7, inclusa *enim*, abest a F. V. 15, F. numero integris verbis expresso habet, *anno sexcentesimo vicesimo septimo.* alter autem eius anni consul, a Sigonio & Panuinio nominatur *Caius Sextius Caluinus.* V. 25, F. c. *sescentesimo & tertio anno ab vrbe condita*; Gr. m. *sexcentesimo & tricesimo*: numero vtrobique mutilato. Fasti Capitolini annum eum faciunt sexcentesimum tricesimũ quintum. V. 34, posterius periodi membrum, *alterum ex Thracia*, abest a F. c. sed agnoscit illud etiam Gr. m. Gr. t. v. 14, cum copula legendum videtur ἐθριάμβευσε. V. 30, pro πάλιν in exemplari erat πάλαι: nihil ad rem. V. 39, metaphrastes Latina Eutropii verba *ex Gallia*, cum præcedentibus coniunxit: quasi auctor significare voluerit Cimbros esse populum Galliæ: cum verius sit quod alii tradunt, Cimbros primum e Germaniæ transrhenanæ plagis maritimis in Galliam excurrisse, post e Gallia in Italiam progressos esse. atque adeo Eutropius ipse, pag. seq. v. 31, Cimbros & Teutonas Germanorum gentes facit. Tutius ergo Eutropii locum sic vertisset; ὅτι Κίμβρους ἐκ τῆς Γαλλίας (siue Γαλατίας) ἐφόδου κατὰ τῆς Ἰταλίας ποιήσασθαι. Paulo post etiam in belli Iugurthini causa, pater cum filiis est confusus, & quædam insuper omissa: sed librarii potius, vt videtur, quam metaphrastæ culpa. lectio igitur eius loci sic fortassis interpolanda est: αἰτίαν ἔχων τὸν Ἀδαρβάλου καὶ Ἱεμψάλου φόνον· οἱ παῖδες ἦσαν τοῦ βασιλεύσαντος Νουμιδῶν Μικίψου, ἀδελφοὶ δὲ Ἰουγούρθου, τῆς τε βασιλείας συμμέτοχοι, φίλοι δὲ καὶ σύμμαχοι Ῥωμαίων γεγονότες.

P. 92, v. 7, inclusa, addita sunt e F. c. sed cum *cepit* proxime antecedat, fortasse legendum, *multas ciuitates ipsius in deditionem accepit*: vt supra 90, 25. Id sane arguit Gr. m. τῶν τε πόλεων αὐτοῦ προσεχώρησαν αἱ πλείους, *& ciuitates ad eum accesserunt pleraque omnes.* V. 35, inclusum *atrus*, abest a F. c. V. 36, vulg. *Punicis bellis*. Gr. metaphrastes hæc omisit. Ibidem mox vulg. *venirent*. ego *redirent* cum F. malui; quia Galli aliquoties in Italiam redierunt; & similis præpositionis repetitio supra quoque fuit 83, 28.

P. 93, v. 4, inclusa, *contra eos*; & mox v. 5, *eo*, absunt a F. c. Idem paulo post habet, L *milia capta.* sed L X agnoscit cum vulg. ed. etiam Gr. m. ἓξ μυριάδες. V. 14, inclusum *anno*, abest a F. Sic *facta* & *nec*, v. 27, & 29. Vicissim inclusa *sed*, v. 34, ex eodem F. addita. Mox idem F. *sescentesimo secundo*: Gr. m. *sexcentesimo septuagesimo secundo*: ille, omisso sexagenario; hic, decade ad eum addita. Sigonius e fastis Capitolinis annum eum facit 665. Gr. t. v. 17, post Πικέντες omissum hoc commation Μάρσοι τε, vt partim e Latino textu, partim ex sequenti narratione perspicitur. Immo sociale hoc bellum a Marsis *Marsicum* est appellatum. V. 20, pro ὑπό τε, procul dubio legendum, ποιήσασθαι. V. 31, malim, πλεονεκτοῦντές τε σπουδαῖς ἀεὶ καὶ συμπλεκόμενοι καὶ νικῶν. V. 33, exemplaris margini adiectum hoc scholion; ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης ἕως τῆς πρώτης ὑπατείας Σύλλου, ἔτη χξβ΄. τοῦτον δὲ τὸν Σύλλαν ὁ Πλούταρχος παρέβαλεν ἐν τοῖς τοῦ Λυσάνδρου: *Ab vrbe condita vsque ad primum Syllæ consulatum, anni 662. Hunc vero Syllam Plutarchus in Parallelis componit cum Lysandro.* V. 47, καταληφθέντος absolute accipiendum est: vt seq. p. v. 45, κατορθωσάντος. vel in præced. membro legendum ὑπὸ Μιθριδάτου.

P. 94, v. 3, *dimicauit*, abest a F. c. & contra ex eodem seq. v. additum *armatus*. V. 19, inclusa *ad*, abest a F. c. V. 31, CXX] F. *centum & viginti*: integris verbis expresso numero. V. 29, *ipsamque vrbem cepit*] F. *ipsasque Athenas cepit.* V. 35, *contra quem*] F. *contraque.* Et mox, *quindecim milia*, pro *viginti milia*: sicut etiam Gr. m. V. 40, F. *iussit cum Sylla de pace agi.* Gr. t. v. 45, κατορθωσάντος absolute potest accipi. verius tamen fortasse accus. casu legerimus κατορθωσάντα: vt librarii incuria pro τα per α caudatum, perperam scriptum sit τος. cuius generis commutationes, in m. s. libris valde sunt frequentes.

P. 95, v. 17, inclusa *&*, abest a F. c. Mox pro VII *milia*, idem F. c. habet *sex milia*: vt etiam Gr. m. Sequentia in eodem codice sic leguntur; *sex cepit, centum XXIIII suos ammisit.* V. 24, inclusa, *& Marius*, absunt a F. Sic *tamen*, *eius*, v. 26 & 28. V. 33, LXXX] F. LXX; vt etiam Gr. m. ἑβδομήκοντα. V. 39, inclusum *atque*, additum e F. c. Contra, inclusum *traditis*, v. 41, ab eodem F. abest, itemque a Gr. m. V. 42, inclusam præpos. *a*, agnoscit quidem F. sed Gr. m. sine præpositione legit *secundus Sylla.* Gr. t. v. 11, pro οἰκίαν & καταλύσεις, in exemplari erat οἰκίαν καταλύσεως: nihil ad rem. V. 20, ab auctore discessit metaphrastes. non enim Eutropius dicit Scipionem sese cum exercitu tradidisse; vt metaphrastes vertit; sed, τὸν Σκηπίωνα μετῆλθε, ἐς τὸ συμπλακῆναι, καὶ τὸ αὐτοῦ στράτευμα ἀναιμωτὶ ἔκδοτον παρέλαβε.

P. 96, v. 8, vulg. *tractata sunt.* sed *tracta* cum F. c. agnoscit etiam Gr. m. V. 12, CCC] F. *ducentos*, itemque Gr. m. V. 28, inclusum *Metellus*, abest a F. V. 32, *a suis*] F. *per suos.* V. 33, *datus est*] F. *datur.* V. 35, F. *populo Romano*; datiuo casu. Gr. m. v. 2, cum κατορθωκότος subaudiendum ἦν. Ibidem rectius κατὰ Μιθριδάτου, gen. casu, vt cum alibi passim, tum 90, 35. V. 5, in exemplari erat τὸν Ἄφρον: duplici errore. legendum enim κατὰ τὸν Ἄφρων: vel prolixius, τὸν ἀπ' Ἄφρων ἐθριάμβευσε θρίαμβον: vel alio quopiam modo consimili. Sic v. 8, pro τῆς Ῥώμης datiuo casu legendum τῇ Ῥώμῃ, vel potius τοῖς Ῥωμαίοις. V. 12, rectius τῶν αἰδιλίων, *adilium*: & seq. v. τελέσαντος, vt cum alibi, tum 868, 22.

P. 97, v. 1, *in deditionem redegit*] F. *ad dicionem r.* V. 6, inclusa, *pro consule*, absunt a F. sed agnoscit ea Gr. m. V. 16, F. *sescentesimo septuagesimo se-*

mo; numero plenis verbis expresso. V.26, *Cyzico capto*] F. *Cyzico capta*. V.35, inclusa, *hominum ex parte*, absunt a F.c. Sic &, v.40. V.41, *ducibus*] F. *duce*, singulari fine. In Gr. m. v.11, & sequentibus, primum temporis notatio aliter expressa est: τῷ ... pro, ... Deinde, in triumphorum expositione, facta est & contractio & mutatio. Latina enim verba talem quampiam requirunt metaphrasin; ... Verius ergo dixisset, ... nam de vrbano triumpho, id est ob res vrbanas acto, nulla in Latino textu est mentio: nec ob ciuiles victorias vsurpati fuerunt triumphi, illis præsertim temporibus. Illyricus autem triumphus, referendus erit ad Cosconium: licet nec de eo quidquam memoret Eutropius.

P.98, v.3, *imponitur*] F. *impositus*. V.16, *quo ingentes*] F. *coniungentes*: perperam. V.22, inclusum, *Armenia*, abest a F. Sic mox v.24, *Mesopotamiam occupauerat*. V.27, F. *Tigrane certam ciuitatem Arzanena nobilissimam regni Armeniaci cœpit*. Et mox, *cum* VII *milibus quingentis clibanariis*. V.31, *octodecim*] F. X & VIII. V.35, *quos in Ponto Lucullus reliquerat*] F. *quoque in Ponto Lucullus ceperat*: corrupte. V.36, *regiones victas*] F. *legiones victas*: perperam. V.49, inclusa *ad*, abest a F.c. In Gr. t. v.9, de Lucio Lucullo hæc exemplaris margini adscripta est notatio; ... *hunc Lucullum Plutarchus in Parallelis componit cum Cimone Atheniense*. In sequ. male nobis periit metaphraseωs huius pars necessaria.

P.99, v.18, inclusa &, abest a F.c. Sic *ei*, v.24. V.27, F. *quadraginta milia eius occidit, & viginti tantum de exercitu suo perdidit*: lōgiore structuræ forma. V.30, inclusa &, addita e F. Contra inclusum *ei*, v.39, ab eodem F. abest. V.43, F. *in manibus suis conlocauit*. Sed Latinius *eius*. Gr. t. v.13, participium ὤν, perperam e præcedentis participii fine repetitum videtur: ideoque remouendum. Seq. v. rectius fortassis ... V.34, integrior lectio est; ... quo loquendi genere infra vtitur metaphrastes, 111, 32: 119, 7. V.38, congruentius ...: vt respondeat regenti substantiuo .... Verum hic quoque metaphrastes ab Eutropio discessit: cuius verba talem quampiam metaphrasin requirunt; ... V.43, cōiunctio ἡ, cum redditionem nullam habeat, vel tollenda videtur, vel in ἵνα mutanda.

P.100, v.13, inclusum *eo*, abest a F.c. V.24, F. *anno vrbis cōdita sexcentesimo nonagesimonono*. quē numerum etsi Græca quoque metaphrasis agnoscit, tamen proxime sequens numerus requirit vel cum vulg. editionibus LXXXIX; vel cum Capitolinis fastis, XC. Capitolinum certe numerū probat metaphrasis v.47. V.26, *sed ingens pr.*] F. *& ingens*: Gr. m. nulla ibi coniunctione vtitur. V.30, inclusa *in*, abest a F. V.31, F. *nonagesimo anno vrbis condita*. Variationis autem illius, *Anno ab vrbe cōdita*, & *Anno vrbis condita*, alia etiam exempla notata in Indice. V.36, vulg. *filius Mithridatis*. sed plurale *filii*, agnoscit cum F. etiam Gr. m. V.38, inclusum *pondus*, abest a F. Quæ lectio si vera est, Græcismo excusanda erit. Gr. t. v.7. pro ... antecedens substantiuum ... requirit genitiuum .... V.47, exemplaris margini adscriptum scholion hoc; ... *ab vrbe condita vsque ad primum consulatum Iulii Cæsaris, anni* 692. Is porro consulatus si tribus annis superiore fuit posterior, vt Gr. m. tradit, sequitur *nonum* e superiore tollendum esse.

P.101, v.11, *tricies centena milia*] F. *tricies sexcenta milia*: perperam. V.36, inclusa *in*, addita e F.c. Seq. v. vulg. *Romani nominis fortuna*: Gr. m. *Romana resp. forma*. ego F. sum secutus. V.40, F. *atque ita vt sine dubietate aliqua ei deferretur*. Gr. t. v.4, post ... deest tale quidpiam, ... *ex S.C. immissum est*. V.22, vt Græcus numerus Latino respondeat, legendum erit ... vel, ... in Latino enim t. est DCXCVII.

P.102, v.3, *transitus*] F. *transit*. V.5, inclusum, *senatus*, abest a F. V.18, vulg. *equitum in sinistro cornu* VII *milia; in dextro*, D. mihi F. lectio visa est verior: præsertim cum eam probet etiam Gr. m. V.21, *populorum victores*] F. *bellorum victores*: Gr. m. vtrumq; expressit. V.37, inclusum *etiam*, additum e F. Gr. t. v.20, metaphrastes breuitati studuit, dum non cuiusque cornus equites separatim, sed vniuersos simul expressit. talem enim metaphrasin Latinus textus requirit; ... qui in vniuersum faciunt ᴍ c. Sic v.47 post ... deest adiectiuum ..., ...

P.103, v.10, pro *dictatori* F.c. habet *& dictatori* perperam. simplicior & euidentior verborū structura esset hæc; *et dictatori magister equitum ante annum fuerat*. V.15, & 17, inclusa *magni*, *contra hos*, absunt a F. Sic *prælium*, v.26. V.44, vulg. *consul est factus*. ego F. sum secutus. De Bruti autem genere Eutropium a Dionysio dissentire, alibi quoque a me adnotatum est. Gr. t. v.22, commation istud, ..., non agnoscunt Latina exēplaria. V.28, inclusum ..., a librariis omissum, ego e Latino textu inserui. V.35, nota ... cū diuersis casibus in vno eodemq; membro. V.40, post ... desideratur participiū ... vel aliud eiusmodi. V.47. pro ... requiritur potius præteriti temporis participium, ... vel ....

P.104, v.2, inclusum *quadam*, abest a F. Contra inclusum *Augusto*, v.23, ex eodem F. additum est. V.25, *Cæsaris magister eq. fuerat*] F. *Cæsaris*. gen. casu. Datiuum probat idem loq. genus pag. præced. v.10. V.32, F. *vicensimo anno*; numero plenis verbis expresso. Mox idem F. *senatum proscribsit, cum Antonio ac Lepido remp. armis tenere cœpit*. V.39, perfectum præteritum, *occupauerunt*, agnoscit etiam F. V.48, *gesserat*] F. *gesserunt*. Gr. t. v.8, exemplaris margini adscriptum scholion hoc; ... *ab vrbe condita, vsque ad cædem Iulii Cæsaris, anni* 709. V.11, cum ..., subaudiendus genitiuus .... V.20, post participium ὢν desideratur relatiuus articulus ὁ: vel illud ipsum huius loco substitutum est. V.22, adiectiuum ... interpres de suo addidit. V.31, in exemplari erat ... sed vel ... legendum, vel .... V.39, conuenientius futurum, ...

P.105, v.3, *intra Italiam*] F. *in Italia*. V.12, F. *aduer-*

adversus Sextum Pompeium est: postremo conuenit. Sed vulgata lectio, *pax postremo conuenit*, exstat etiam infra 126, 15. V.24, *Asiam & Orientem*] F. *Orientē & Assiam.* V.29. *ipse pro victoria cessit*] F. *ipsis pro vict. cess.* V.35, *ex qua*] F. *ex quo*, f. loco. V.39, F. *prapositaque et Gneus Corn. Gall.* V.44, inclusa *post*, abest a F. V.49, F. *quinquaginta & sex*; numero integris verbis expresso. Gr.t. v.8, exemplar hæc cum superiorib. absq; vllo interuallo coniungit. Deesse tamen aliquot versus, arguit & Latinus textus, & transitio ista μετὰ τοῦτο. V.23, post ἐμφυλίας μάχας deesse ἀπεπαύσας, vel simile quodpiā participium, declarat, præter Latinum Eutropii textum, etiam Dion infra 181, 12. V.32, maior erit tēporis conuenientia, si legas ἐν τῇ θαλάσσῃ. V.35, post ἡ Κλεοπάτρα, non inconcinne addideris δὲ. V.41, conuenientius fortassis ἐπὶ πλεῖστον, sine præpositione: id est ὑπατικῶς ἐξουσίαν, vt Dion infra loquitur 190, 31. Præcedente autem versu & ἄρχοντα Ῥωμαίων retineri potest, & ἄρχοντα Ῥωμαίων pro eodem substitui. V.42, exemplaris margini adscripta hæc adnotatio; ὅτι ὁ Αὔγουστος ν5 τὰ πάντα ἐβασίλευσεν, ἀρξάμενος ἀπὸ κ ἔτους τῆς ἡλικίας. ὧν τὰ μὲν ιβ σὺν Ἀντωνίῳ καὶ Λεπίδῳ, τὰ δὲ μδ μόνος. ἔζησε πάντα ἔτη ἀπὸ γενέσεως ος: *Augustus imperauit annos in vniuersum 56, exorsus a 20 ætatis anno. quorum 12 cum Antonio & Lepido, reliquos 44 solus imperio præfuit. vixit autem a natiuitate annos in vniuersum 76.*

P.106, v.3, *sepultus est*, F. c. scriptura est: vulg. *sepelitur.* V.24, *sicut per Tib.*] F. *sic per Tib.* V.47, vulg. *priuignus eius.* sed F. scriptura, *ei*, structuram facit elegantiorem. Gr.t. v.14, τοῖς ὑπατεύουσιν, videtur accipi posse pro τοῖς ὑπατεύουσι, *consulatum gerentibus*: quia scilicet (vt Dio tradit pag. 341) Augustus, stabilito principatu, sic diuisit cum S. P. Q. prouincias, vt sibi relictis turbulentioribus & contumacioribus nationibus, penes senatum & populum essent pacatiores imbecillioresque prouinciæ; nempe Africa, Numidia, Asia, Græcia cum Epiro, Dalmatici & Macedonici populi, Sicilia, Creta, Cyrenaica Libyæ regio, Bithynia cum adiacente Ponto, Sardiniaque & Bætica; quarum hic quoque nonnullæ nominantur. Verum cum in prouincias non consules tunc mitterentur, sed cōsulares, & quidem pluribus interdum post consulatum annis; suspicetur aliquis, verius esse τοῖς ὑπατικοῖς. At ne sic quidem locus plane sanatus videtur: sed cum in Latino textu sit, *Romano adiecit imperio*, existimabit aliquis pro τοῖς ὑπατεύουσι, repònendum esse τοῖς ὑπ' αὐτοῖς οὖσι, *iis qui sub ipsorum* (senatus sc. populique) *erant imperio.* Præterea mox pro Καλαβρία in Latino est Κανταβρία. & Δαλμάται reponendum esse pro Δαλματία, satis declarant sequentia. Latina certe talem quampiam postulant metaphrasin: ἐδίδοτο γοῦν τῇ τῆς Ῥώμης πρὸς αὐτοῦ τοσοῦτο ἔθνη. χωρὶς γὰρ τῶν ἐμφυλίων πολέμων, ἐν οἷς ἀήττητος διέμεινε, τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ δι' αὐτοῦ προσετέθη Αἴγυπτός τε καὶ Κανταβρία· Δαλμάται τε ἐπὶ τούτοις. V.23, etsi ambiguus est error in istis, ἐκ μέσου, conuenientius tamen esse videtur ἐν μέσῳ quam ἐκ μέσου.

P.107, v.1, F. *Gaius Tiberius ing. soc.* perperam. etsi enim ab Augusto vitrico adoptatus est, tamen eius prænomen ad suum non adsumpsit, sed retento prænomine, nomen tantum gentilitium mutauit. vnde & in Fastis Panuinianis nominatur *Tiberius Iulius, diui Augusti filius, diui Iulii nepos, Cæsar.* V.9, inclusum *nunc*, abest a F. V.11, F. scripturam *septuagensimooctauo* probat etiam Gr. m. & Suetonius: at Paulus Diaconus habet LXXIX: Dion *septuagesimoseptimo.* Sic v.22, *vicensimonono* agnoscit cum F. eadem Pæanii metaphrasis: cum vulg. libri & hic & apud Paulum Diaconum habeant XXXIX. V.28, F. *Bellum Brittanis intulit.* V.30, *post Iulium Cæsarem*] F. *post Gaium Cæsarem*: itemque Gr. m. sed ambigue. V.33, F. *vltra Brittanias.* V.36, *filioque suo Britannici nom. imp.*] F. *filio autem suo Brittanici n. i.* V.38 & 39, inclusa, *in*, *ac*, absunt a F. c. Gr.t. v.11, pro τεσσαρακοστῷ Latini libri habent *vicensimo*, εἰκοστῷ. etiam apud Paulum Diaconum & Suetonium: quin & apud Dionem infra, 244, 40. V.29, post τοῦ Καλπουρνίου deest θεῖος vel πρὸς ἀδελφος, vt declarāt Latina Eutropii verba; & Dion infra 246, 18. V.36, prioris ducis nomen corruptum est, alterius plane omissum. ex Latino textu legendum, διὰ Γναίου Σεντίου καὶ Αὔλου Πλαυτίου. V.39, primum omissa sunt quæ de Claudii filio referuntur: τόν τε υἱὸν ἀπὸ τῆς νίκης Βρεττανικὸν ἐπωνόμασε. deinde quod de ciuilitate Claudii dicitur, recte intellectum expressumq; non est. Nec item in sequētibus *prosequi* est προπομπεύειν, sed potius προπέμπειν seu ἐπακολουθεῖν. Itaque talem quampiam metaphrasin requirunt Latina; οὕτω δὲ ἰδιωτικὸν τὴν φιλίαν ὁσίοις ἑαυτὸν παρέσχεν, ὥστε καὶ τὸν Πλαύτιον, ὑφ' οὗ ἀνδρα, πολλὰ τε ἀνδρείας ἐν τοῖς ὅπλοις ἀποδεδειγμένον, θριάμβου ἀξιώσας, αὐτὸς προέπεμψέ τε θριαμβεύοντα, καὶ ἐπὶ τὸ Καπιτώλιον ἀναβαίνοντι συνηκολούθησεν. nam προπομπεύειν est in pompa præire, nō sequi. Infra 111, 16, hanc ipsam ciuilitatem vertit κοινότητα. itemq; 116, 10: 127, 30: 128, 24: 129, 41. V.46, rectius προέχων, *prætereuns, antecellens*: vt infra 122, 46: 128, 24: 129, 29.

P.108, v.2, inclusa *in*, addita e F. V.8, *& tragico*] F. *vel tragico.* V.10, F. *spectaculis* pro *spectaculo*: perperam; vt declarant sequentia. V.20, *Propter hoc Romana vrbi*] F. *Per hac Romano orbi*: itemque Gr. m. recte. V.26, *de saxo*] F. *e saxo*: & mox tamen *e palatio.* V.27 & 28, inclusa, *est*, *is*, absunt a F. Sic *est*, *vita*, v.28 & 29. Idem eodem v.28, pro *nam* habet *iam*: & v.41, *sæpe proconsul*, vna voce composita. Gr.t. v.4, in vnum confusa sunt quæ distincte in Lat. textu de retibus & eorum funibus narrantur. versio requiritur talis; εἰς τε ἰχθύων θήραν δίκτυα ἐκ χρυσοῦ κατασκευάσας, βλαττίνοις (seu ἁλουργέσι) αὐτὰ χορδαῖς ἐξεῖλκε. V.17, maior erit temporum congruentia, si legamus ἐκέλευε, vt mox sequitur ἐποίει. V.22, post τῶν Ῥωμαίων, desideratur κατέσχε, ἐξῆλθε, vel simile quodpiam verbum. V.25, rectius συγχωρησαντος Πολέμωνος τοῦ τότε βασιλεύοντος Πόντου. V.28, verius καταλειφθεὶς, *derelictus, destitutus*: vt Latinus textus declarat. V.42, ἔστη pro ἀφείθη, h. e. ἔληξε, seu ἐπαύσατο. vel, εἰς pro ἐν accepta, sensus est, *in eo substitit.* at ἐν αὐτῷ ἐσβέσθη, *in eo exstincta est*, & maiorem & insolētiorem mutationem habet.

P.109, v.16, inclusa, *ad bellum*, addita e F. Itemque v.39, *in vrbe.* Contra, ab eodem F. absunt inclusa v.17 & 42, *ipsum*, *cum.* Gr.t. v.5, pro ἀγχόνῃ διαφθαρεὶς paraphrastes debuisset potius dicere σφαγείς. non enim strangulatum, sed iugulatum fuisse Galbam, vt Eutropius, ita & Suetonius refert. ac Plutarchus quoque diserte significat eum ἐσφάχθαι, & Dio κατακεκόφθαι. vt nō recte Latini verbi significationē paraphrastes intellexisse videatur. In Glossis certe veteribus *Iugulatores* sunt σφάκται. Error idem etiam pag. seq. initio. V.23, non cohæret structura, nisi verbū ἐτύγχανε vertatur in participiū τυχών, aut v.25, post ἐπέταξε inseratur copulatiua

n. V.33, post ἀπ' omissum esse ἐπὶ, vel simile quid, Latinus textus arguit. V.37, pro διςμυρίοις Latinus textus habet *duo milia*, δισχιλίοις: magna numeri discrepantia. V.41, ἱππεῦσι pro προςπεσοῦσι, notatum etiam in seq. V.43, in verbo ἐνδιδόλωται præpositio ἐν perperam e præcedentis aduerbii fine repetita videtur esse.

P.110, v.1, F. *erecto coma capite, & subiecto ad mentum gladio*: Suetonius, *reducto coma capite, ceu noxii solent*. Gr. m. vertit, κρεμασθεὶς ἀπὸ τῆς κόμης, *e coma suspensus*. V.12, inclusa *&*, addita e F. V.14, F. *hostes confixerit*. V.18, inclusa, absunt a F. V.25, *puniret*] F. *punierit*. V.30, inclusum *Thraceam*, non agnoscit F.c. nec Gr.m. vt perperã ex antecedentibus repetitũ videatur, pro *Thraciam* sc. Gr.t.v.3, *iugulare* vertit interpres ἀποπνίγειν, vt item pag. præced. v.5, ἀγχόνῃ διαφθείρει: quasi idẽ sit quod strangulare. Verum iugulare idẽ esse quod σφάττειν, testãtur non modo veteres Glossæ, sed confirmat hic etiam Suetonius, cũ scribit Vitellium minutissimis ictib. excarnificatũ atq; confectum esse; & Dio, κατακοπῆναι. V.7, cum Latinis, *& die uno*, pugnant Græca, μιᾶς προςδέουσης ἡμέρας. nisi forte metaphrastes scripsit, προςτιθείσης: de quo valde dubito.

P.111, v.7, inclusum *moderatissimus*, abest a F.c. V.14, *ita dimiserit vt in ead.*] F. *& dimiserit, & in ead.* V.16, inclusa, *& liberalitatis*, absunt a F. V.19, *Praterea*, F. scriptura est: vulg. *Propterea*. Seq. v. *cuiquam prastitisse*] F. *quicquam prastitisse*. V.21, inclusa interiectio *o*, abest a F. V.33, *gratias laudesq;*] F. *laudes gratiasq;*. Gr.t.v.3, defectus e Lat. textu expleri potest, ita: ἐτελεύτησε δὲ τὸν μὲν ἡλικίας ἔτος ὀγδοηκοστὸν ἀνύσας, τῆς δὲ ἀρχῆς ἐνάτου, καὶ ἡμέραις ἑπτά, seu ἡμέρᾳ ἑβδόμῃ. quæ in Latino textu leguntur pag. præced. v.41. V.5, quod metaphrastes dicit, ὁμώνυμος μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν γενόμενος τῷ πατρί, *post patris obitum eodẽ quo pater nomine dictus*, significare videtur, Titum ante patris mortẽ appellatum fuisse tãtummodo *Titum Flauium*; patre autẽ defuncto, assumpto eiusdem cognomine, appellatũ fuisse *Titum Flauiũ Vespasianum*. In Fastis tamen etiam viuo patre *T. Flauius Cæsar Vespasianus* nominatur, pag. 35 & 35. Eutropiusq; simpliciter hic dicit, *qui & ipse Vespasianus est dictus*, ὁ καὶ αὐτὸς ὁμώνυμος τῷ πατρὶ Οὐεσπασιανὸς ἐπικληθείς. V.23, cũ τῷ πάθει subaudiendũ περὶ αὐτοῦ. In sequentibus verba Eutropii & reddidit metaphr. & veluti corollario quodã adiecto exornauit, nõ inuenuste.

P.112, v.8, inclusa *quidem*, abest a F. V.11, vulg. *legiones eius cum duce interfecta*. sed singulare *legio* agnoscit cũ F. etiam Gr. m. Videtur aũt significare legionẽ *Flauiam*. V.21, XLV] F.c. *tricensimoquinto*. sed XLV agnoscit etiã Gr.m. & Dion. Seq. v. inclusa *cum*, abest a F. Sic v.46 & 48, inclusa, *nã, ciuitatem*, absunt ab eodẽ F. Gr.t.v.7, in exemplari erat ἵνα pro ἵν. V.22, exemplaris margini adscripta hæc adnotatiuncula; ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης ἕως Νέρβα τοῦ αὐτοκράτορος, ἔτη ωνʹ: *ab vrbe condita vsque ad Neruam Augustum, anni 850*. V.29, rectius ἐπεβουλεύσατο, tẽpore præterito. V.42, metaphr. nimis late reddidit verba Eutropii. is enim nõ modo Italici generis Traianum fuisse dicit, sed etiam *Italica in Hispania natum*, ἐν Ἰταλικῇ τῆς Ἰσπανίας γεγενημένον: quã ciuitatem præter ceteros agnoscũt etiam Ptolemæus & Stephanus Byzantius. Infra idem error 114, 27.

P.113, v.3, inclusum, *fuit*, abest a F. V.6, *reparauit*] F. *preparauit*. Inclusa, quæ mox sequũtur, absunt a F.c. sed agnoscit ea Gr. quoq; metaphr. Itidẽ & *mecha*, v.10. V.11, pro vulg. *tenet*, maluit c F. *tenuit*; quoniam Dacia illa Trãsdanubiana, Gallieni temporib. amissa, 121, 35; post ab Aureliano plane intermissa est, 123, 35. V.59, inclusum *tantũ*, abest a F. Seq. v. *atis*] F. *atque is*. Gr.t.v.14, membrum istud, Ἀλμάτας τε ὑφ' ἑαυτῷ κατέστησε, nõ agnoscũt Lat. Eutropii exẽplaria: nec vel Δαλμάτας vel Σαρμάτας hic cogitare sinunt sequẽtia. V.19, legendũ puto, καὶ μὴν καὶ τῶν Καρδουηνῶν καὶ Μαρδ. Carduenos .n. hic pro Adiabenis agnoscit etiam F.c. V.46, ante vel post adiectiuum εἷς, omissum est substantiuum βουλευτής, vt declarat textus Lat.

P.114, v.3, *illum*] F. *ipsum*. V.10, *anno sexagesimo tertio, mense vno, die quarto*, F.c. scriptura est: at vulg. l. *anno LXII, mense nono, & die quarto*: Gr.m *atatis annum agens sexagesimumtertium, mensem nonum, diem quintum*. V.36, F. *propterea quia Tr.* Gr.t.v.7, legendum, περὶ Σελευκείᾳ τῇ τῶν Ἰσαύρων: vel, πλησίον Σελευκείας τῆς τῶν Ἰσαύρων: vt in Latino, *apud Seleuciam Isauria*. V.19, rectius σωθείη, subiunctiuo verbi modo. V.27, idẽ a metaphraste cõmissus error qui supra 112, 42. nam hic quoq; nimis late reddita sunt verba Eutropii, *natus & ipse Italica in Hispania*: quæ proprie sonant; ἐτέχθη δὲ καὶ αὐτὸς ἐν Ἰταλικῇ τῆς Ἰσπανίας: vel, ἦν δὲ καὶ αὐτὸς τὴν πατρίδα Ἰταλικήσιος, τῆς Ἰσπανίας. ciues .n. huius Italicæ, Ἰταλικησίους fuisse dictos, (id est Italicenses) testatur Stephanus Byzantius. V.29, & historia & structura mutilata est; librarii fortasse magis quã metaphrastæ culpa. Latina talẽ quampiam metaphrasin requirunt: καὶ τῶν ὑπαρχιῶν ἃς ὁ Τραϊανὸς κατεστήσατο, βοῶν τὸ σχῆμα κατέλιπε. καὶ τῆς Ἀσσυρίας, Μεσοποταμίας τε καὶ Ἀρμενίας, τὴν φυλακὴν αὐτοῖς στρατιωτικῶς ἀνακαλεσάμενος, συνέστειλε τὰς τῆς βασιλείας ὅρους ἄχρις Εὐφρ.

P.115, v.2, *die vicẽsimo*, F.c. scriptura est: Gr. m. *die nono*: vulg. ex his cõposita, *die XXIX*: quã probat etiã Dionis Epitome. V.19, *plurima nationes*] F c. *prima nationes*. V.22, inclusum *omnes*, additũ e F.c. Gr.t.v.10, procul dubio legendũ τοῦ Νουμᾶ Πομπιλίου: vt paulo post, v.35, τὸν Νουμᾶν Πομπίλιον. V.19, αὐτῷ προςῆκεν, si vera lectio est, significabit, αὐτῷ ἐκωλύετο, *iis prohibebatur, seu excludebatur ab honorib*. Seq. v. Lat. textus, *regibus amicus*, pro ἀσπόνδους postulat cõtrariũ ἐνσπόνδους. V.44, legendũ puto, ἐκεῖνος δὲ τὴν αὐτοῦ ἀνεψιὰν ἀγαγόμενος ἐπὶ γάμῳ Ἀντωνίνου τοῦ Πίου, *ille vero Antonini Pii gener erat, ducta in matrimoniũ eius cõsobrina*.

P.116, v.4, F.c. *cum quadringenta milibus*: corrupte. verior ergo lectio, *quadraginta milib*. quam agnoscit etiã Gr.m. V.15, inclusa præpositio *a*, abest a F.c. Seq. v. idẽ F. *ex infantia*: id est ab infantia, a teneris annis: & sic etiã Gr. m. V.26, inclusum prænomen *Sextum*, non habet nec F.c. nec Gr.m. Sic *eo* v.36. V.37, in F. etiã hæc lectio est; *vniuersus exercitus Romanorum perierat*. Gr.t.v.9, legẽdum puto, νέον ἐπιμείνας τῆς ἀντιπαλαίσεως. V.12, exemplaris margini adscripta hæc notatio; ἕτερος Μάρκος Ἀντωνῖνος, ὁ σοφός: *Alter Marcus Antoninus, Sapiẽs ille*, seu Philosophus. ἕτερος tamen, quod in textu est, potius ad propinquius Ἀντωνῖνος, quam ad remotius Μάρκος fertur; atq; appositiue potius accipiendum est; hoc sensu, ἕτερος Ἀντωνῖνος, ὁ Μάρκος, *alter Antoninus, Marcus scilicet*; ad differentiã Lucii defuncti. Seq. v. structura & sensus paulo melius cõstabunt, si legamus, ὃ θαῦμα μόνον ἄξιον ἔχειν, ἐν ἐπαίνοις ἀπαριθμεῖν. Latinis magis respõderet hæc lectio; ὃ θαῦμα ῥᾷον ἄν τις ἔχοι ἢ τοῖς ἐπαίνοις ἀπαριθμοίη: vel simplicius, ὃν ῥᾷον ἄν τις θαυμάσειεν ἢ ἐπαινέσειεν. aliã Suidas metaphrasin secutus est infra 868, 6. V.30, legendũ vel, τοῦ τὸν ἀδελφὸν, vt infra 359, 12: vel, expuncta illa coniunctione τε, τοῦ ἀδελφοῦ: vel certe pro τοῦ τε scribendum τὸν.

V.39, Græca cum Latinis pugnát, nisi pro πολὺ πλῶμα τῶν οἰκείων, legamus πάμπληθές πλῶμα τῶν οἰκείων. Latina enim tale quiddam sonant; καὶ τοσοῦτο βαρύτερος ἐφάνη, παρ' ὅσον πᾶν τὸ Ῥωμαίων σύστημα ἐν αὐτοῖ διώλετο· τοσοῦτον γὰρ ἐπ' αὐτοῦ λοιμικῆς φθορᾶς ἴσχυσε σύμπτωμα, ὥστε μὴ τὴν Πρωτεύουσαν, ἐν Ῥώμῃ, ἐν Ἰταλίᾳ ἐν πάσαις ταῖς ἐπαρχίαις, ἀλλ' τι ἐπίρροι πάντως ἐξάλισιν, & τὸ σρατιωτῶν αἱ δυνάμεις ὀλίγου πάσης τῆς ποσότητος ἐξέλιπον.

P.117, v.10, inclusa &, abest a F.c. V.23, LXI] F. *sexagensimo*, omisso vnitatis numero; quē tamen etiam Gr.m. agnoscit. V.34, inclusum *atque*, additum e F. Seq.v.pro XII, F.c. habet *vigintis duobus*: perperam. V.38, *vt qui*] F. *& qui*. V.40, ex *S.C.*] F. ex *senatusconsulto*, absque finali genitiui casus littera. Gr.t.v.11, possis etiam legere, ἀντιλαμβανόμενον τῶν πραγμάτων: vt ad personā, non ad res, feratur participium. V.12, inclusum μὴ rectius abesse, & Lat. textus, & ipse sensus arguit. Sequentia, & mutilata & corrupta, sic legi possunt; ἐπὶ τρυφῇ τι τοῖς ὑπηκοοῖς ἐπιτρέψας κατ' τὸ σχῆμα τὸ βασιλ. εὐσχημοσύνης. V.26, ante participium ἀποδεξαμένη deest μήτι λαμπρὸν ἦν, vel μήτι φλαῦρόν ἦν, aut tale quidpiā. V.34, legendum, πρὸς τοὺς ἐκεῖ ὑποδεικνυμένους: vel, πρὸς τοὺς αὐτόθι ὑποδεικνυμένους.

P.118, v.6, *imperii Romani administrationem*] F. *imperii summam administr.* itemque Gr.m. V.12, inclusa *ad*, abest a F. V.13, *peruenit*] F. *venit*, sine præpos. V.20, inclusa &, abest a F. In Gr.m. legitur etiam tertium Seueri cognomen, *Adiabenicus*, a deuictis Adiabenis: cuius & Rufus meminit 553, 22: & Cassiodorus 614, 17. V.25, *Seuerus autem*] F. *Seuerus tamen*. V.30, CXXXII agnoscit cum F.c. etiam Gr.m. In vulg. ed. omissa centenaria nota, C. V.33, *anno XVIII, mense IIII*] F. *anno sextodecimo, mense tertio*: itidemque Gr.m. Dio, *anno septimodecimo, mense octauo, die tertio*. V.35, vulg. *filios suos successores reliquit*, sed *filios duos*, agnoscit cum F.c. etiam Gr.m. & confirmat Herodianus infra in Seueri consecratione 539, 20: 540, 8. Gr.t.v.35, pro τὰς ἀρχὰς rectius legemus τὰς ἐπαρχίας, *prouincias*.

P.119, v.1, *lauacra*, F.c. scriptura est: vulgata, *lauacri*, respicit antecedens substantiuum *opus*. V.5, inclusum *vt*, abest a F.c. Gr.t.v.3, fortasse rectius, ἡδοναῖς ἐς ὅσον τι ἐδούλευεν, ὥστε— V.35, pro δεκάτῳ legendum potius τεσσαρεσκαιδεκάτῳ, seu τρίτῳ ἐπὶ δεκάτῳ, vt in Latino textu est *tertio decimo*. Herodianus quarto decimo imperii anno interfectū scribit.

P.120, v.10, *Aquileia occisus*] F. *Aquileiæ*: vt infra quoq; 122, 27, *Mediolano cum fratre occisus*: & rursum 131, 12, *Nicomediæ mortuus*. Itidemque in Victoris Epitome, 542, 5, vet. liber habet, *Sirmio in turri ferrata occiditur*; vt Schottus adnotauit. V.26, inclusum *mox*, abest a F.c. Gr.t.v.13, metaphrastes ab auctore discessit longius, dum *adhuc puer* vertit νέος κομιδῇ. rectius ita vertisset, συναμφότερον δὲ αὐτοῦ καὶ ὁ υἱὸς, παῖς ὢν ἔτι nam adolescentiam attigisse hunc puerum, cum alii testantur tum Capitolinus 231, 54. & pueritiæ limites vsque ad annum ætatis septimum decimum extendi, testatur ipse Vlpianus.

P.121, v.3 inclusum *eius*, abest a F. Idem F. seq. v. *interfecti sunt; inter diuos referre*: ad quam structuram perficiendam deest fortasse *meruerunt*. V.35, F. *vastatis Gallis in Italiam penetrauerūt*. V.43, *cœperūt vindicare*] F. *ceperant*, temp. plusquamperf. & absq; diphthongo. V.44, inclusum *iam*, abest a F. Gr.t.v.8, rectius forsan ὑπεραπονοῦσι vel ὑπερεπαινοῦσι. V.11, conuenientius ἐπ' αὐτῶν, *subsp̄sis*, i. *ipsis verum potentibus*. & v.13, διαδεξάμενον, actiue. V.41, pro ἄλλα rectius legi Ἑλλάδα, e Lat. textu clarum est.

P.122, v.5, commatio isti, *quod Moguntiacum*, in F.c. superscripta est & altera lectio, *apud Moguntiam*: quæ etsi aliquo modo potest consistere, si finalis syllaba *cum* in aduerbiū temporale vertatur, durior tamen atq; obscurior est: & causalem *quod* agnoscit etiam Gr.m. V.43, F. *septimo decimo anno imperii*. Sed *die* legendum esse pro *anno*, cum ex aliis histor. clarum est, tum ex Trebellio Pollione 269, 39. Gr.m.v.6. δωδεκάτῳ procul dubio vitiosum est, & vera lectio hæc, ἐν δὴ Μογοντιακὸν τὴν πόλιν. Seq.v.pro Λαιλὶῳ Αἰλιανῷ, Latinus textus habet *Lolliano*, Λολλιανῷ. V.15, post τὰς ὑπομονὰς ἐπιδεικνύμενος, desideratur λιμὸν, χειμῶνα, vel simile quid; vt ex Lat. t. perspicuū est. Infra τοιαῖ hoc significat tu dicit metaphrastes, 125, 11. V.44, concinnius Κυντίλλιος ὁ τοῦ Κλαυδίου ἀδελφὸς. Et seq. v. πόλει pro τὸ τι. V.47, post τῆς βασιλείας omissum subst. ἡμέρας: forsan ob metaphrastæ dubitationem: quoniam ibi quidā codices pro die annum habent; euidenti errore, vt paulo ante in Lat. textus examine demonstratum est.

P.123, v.5, *quiq;*] F. *quiq;* minus commune inter. V.14, vulg. *occiso marito Odenatho, qui Orienti tenebat*. Sed melior F. scriptura. Inclusa quæ sequuntur, *non occidentiq; etiam*, absunt a F. V.29, *filius sororis interfector*] F. *filius sororis interemptor*. Gr.m. pluraliter & ambigue dicit τῶν ἀδελφιδῶν, *sororis liberorum*. V.40, inclusa *in*, abest a F. Gr.t.v.21, rectius καθ' ἑκατέρων, *de vtroq;*. V.28, monetarii qui fuerint, satis belle metaphrastes exposuit: sed historiā nō idem. Ea luculentius a Suida refertur infra in Collectaneis, 873, 42.

P.124, v.8, inclusum *locus*, abest a F. sed non itē a Gr.m. Quæ vero paulo post sequuntur, v.9, nec F. agnoscit, nec Gr.m. V.17, *dignum memoria egit*] F. *dignum memoriae egit*. V.30, *morum tamē ciuil.*] F. *morum autem ciuil*. Inclusa, 31, 32 & 36, absunt a F. & a Gr.m. Contra, inclusa v.43 & 45, addita sunt ex eodem F. Gr.t.v.25, & omissa & addita sunt nonnulla. Latina enim ita sonant: Γάιος τι καὶ Παῦλον ἀμφιλαμβάνειν ἐπὶ τῷ δήμῳ. quod sequitur comma tion, ἵνα πρὸς τὸν ἴδιον, additītiū est. Sequentia etiā, partim corrupta, partim traī positione obscurata, ad Latini textus vestigia sic propius accedent; τὰ στρατιωτικὰ τε χειρώσατο χερὶ, ὡ τι Α᾽λυμῷ ὄρει πρὸς Σιρμίῳ, & ἐν Λύρῳ ἐν Μυσίᾳ τῇ κάτω, ἀμπέλους κατεφύτευσε. V.37, pro Καρῷ ὁ Ναρβωνήσιος, e Latino textu legendū Κάρῳ Ναρβωνήσιος, vel τὸ πατρίδα Ναρβωνήσιος, *Narbone natus*. nisi forte malis Κάρος ὁ Ναρβωνήσιος: vt nulla additione facta, deprauata tantum corrigantur.

P.125, v.21, inclusa præpos. *a*, abest a F. V.27, *omnium odio* F. scriptura est: vulg. *omni odio*. V.37, *partem Galliæ reformauit*] F. *pacem Galliæ reformauit*: quam lectionem probat etiam Gr.m. V.38, *Post hæc tempora*] F. *Per hæc tempora*: superscripta & altera lectione, *hoc tempore*: pro qua posteriore malim *Eodem tempore*; vt Gr.m. habet, κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον. V.39 *instrenuo militiæ ordine famam consecutus*] F.c. *strenue*: fortasse rectius *strenua militiæ*. V.47, inclusa, absunt a F.c. sed agnoscit ea tamē & Gr.m. V.49, inclusa, *omnem*, &, absunt a F.c. Gr.t.v.1, malet fortasse aliquis, δόγματι πολεχόθω ἀπελούσας, vel δόγμασι πολεχόθω ἀπελαύσας. sed exemplaris scripturam, δόγματι πολεχόθω ἀπελαύσας.

tuetur structurae genus nō multum absimile, pag. praeced. v.28, τὸ Ἀλαμον κατεφύτευσεν ἀμπελῶνας. Sed v.14, procul dubio legendum, ὑμέτερα διηγήσατο: & mox, ἀπειργάζετο περὶ πάντων: vel saltem, περὶ πάντας, *supra omnes*. V. 28, conuenientius aduerb. ὑπερ-χαιρῶς: vt supra 67, 9: 70, 25: & infra 228, 29. Sic v.34, verius haud dubie, οὐ πολεμικῶν ἔργων. V. 41, pro συναγείρας structurae lex postulat vel συναγείρας, vel συναγείρει. quarum lectionum prior magis Attica est & venusta; vt infra 269, 19.

P.126, v. 33, F. *victoriam acerbe vsus est*; antiquo loquendi genere. V. 37, post *Galerium Maximianus*, deesse *aduersus Narseum*, cum ex Paulo Diacono manifestum est, tum ex Gr.m. & ex pag. seq. v.4. Gr.t.v.2, metaphrastes diuise legit *quinque Gentiani*: vt etiā Zonaras, & Pomponius Laetus, 526, 16. sed compos. *Quinquegentianos* agnoscit praeter Eutropium, Orosium, Iordanem, etiam Eusebii Chronicon m.s. V. 11, conuenientius (opinor) συμβασιλεύοντος, praes. temp. V.16, rectius forsan ἑκάτεροι, *vterque*. V. 21, melius fortasse dixisset, ἀπεχθείας ἰσχύος, omissa mentione τῶν πολεμίων: quod eo nomine Britannos citius quam Romanos aliquis intelliget. Et paulo ante, v.18, omissa est temporis notatio, ἔτει ἑβδόμῳ. V. 41, legendum videtur, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἐκράτησεν.

P.127, v.1, in F.c. duplex est scriptura, *ad vehiculum*, & *ante vehiculum*. priorem probat & Gr.m. & similis narratio supra 106, 44. V. 4, de Narseo quae hic dicuntur, Graecus metaphrastes exposuit pag. praeced. v.44. V.6, F. *simul fortitudine*; sine copulatiua *que*. V. 21, inclusum *inuidia*, abest a F.c. Sic *primus*, v. 24. V. 26, pro *cuncti* F. c. habet *nuncti*. quod ex aduerbio *nuncupatim* corruptum videri possit: vt verior lectio sit, *cū ante eum nuncupatim salutarentur*: praesertim cum Gr.m. dicat, μέχρις αὐτοῦ βασιλέων τῇ κοινῇ προσηγορίᾳ ἐρρωμένων. sed *cunctis* agnoscit etiam Iordanes 651, 16, *ante eum omnes, vt iudices ceteri, salutabantur*: itidemq; Cassiodorus 620, 17. V.41, F. *vno die*, masc. gen. Gr.t. v.8, metaphrastes non expressit participium *ouans*: cum tamen potuisset dicere, ἀφικνούμενός τι ὡς αὐτὸν ὑπάζων, vel τὸν ὑπάτων κατάγων θρίαμβον, vt Dionys. Hal. loquitur 314, 6. V. 39, conuenientius actiuum παραδοῦναι, *tradere*.

P. 128, v.2, pro *tum* F. habet *tamen*: minus apte. V.13, inclusa *ad*, abest a F.c. Contra, inclusum *ita*, v.17, additum e F. V. 28 & 30, inclusa, *eum, eis*, absunt a F. Sic *in*, v. 38. Contra, inclusa v.41 & sequentibus, ex eodem sunt addita: & confirmantur a Zosimo infra, 672, 3. Gr. t. v.1, locorum & personarum permutatio ac transpositio facta est. vera lectio haec est; ἵδρυνται ἐν ἑαυτοῖς, ὁ μὲν Ἑρκούλιος, περὶ τὴν Ἀκυληΐαν· Διοκλητιανὸς δὲ, ἐν Δαλματίᾳ, ὃς ἀρχῆθεν γεννηθεὶς Σάλωσι. atq; adeo ita legendum esse, patet ex ipsa metaphr. pag. seq. v.10: & 875, 16. V. 5, itidē verior haec lectio, τὸ χαμόν τινα μόνος ἑλόμενος καὶ μεταλαβὼν τοῦ ἀρετῆς εἴδους: quatuor dumtaxat litteris mutatis. Suidae collectanea infra 875, 15, agnoscunt & ipsa verbum μεταλαβεῖν: sed paulo diuersam habent huius Eutropiani loci metaphrasin. V. 10, tituli loco in exēplari rubrica exarata erant haec, Βασιλεία Γαλερίου καὶ Κωνσταντίου τοῦ πατρὸς τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, *Imperium Galerii, & Constantii patris Constantini magni*. cum tamen ea scholii verius quam tituli formam habeant? V. 19, cum coniunctione legendum videtur, καὶ γλωσσαλγοῦνται. V. 45, mutilus est locus. si legas ἐστὶ περὶ τῆς τελευτῆς, *etiam ante obitum*, sat bene constabit sententia.

P.129, v.17, F. *aucta Maxentii opes*: ambigue. V. 27, inclusa *que*, abest a F. V. 32, F. breuius, *profugit Herculius, Massiliaque oppr.* Et mox, *ex ea enim*. V. 42, inclusum *est*, abest a F. Idem F. mox, *Ita vt resp. tum a nob. IIII Imperatorib; tenebatur*: fortasse rectius, *Itaque resp. tum a nouis quattuor Imperatorib. tenebatur*: vt supra 126, 3: 128, 15.

P.130, v.7, inclusum *post*, abest a F. Sic *illi, eius*, v.14 & 15. V.29, vulg. libri *Constantinum*, accus. casu. Ego nominatiuum cum F.c. malui: quoniam eum casum agnoscit etiam Gr. m. & *mutare* pro *mutari* non est infrequens. V. 30, F. *fauorabilis animi*: minus conuenienter. V. 43, F. *ingentiq; apud barbaras gentes memoria gratiam conlocauit*: structura per hypallagen inuersa. V.46, F. *omnib; sibi*: fortasse rectius, *ab omnib. sibi*: vt & Gr. m. παρὰ πάντων. Gr.t.v.33, filii mētio etsi neq; hic in Lat. exemplaribus, neq; apud Paulū Diaconum vlla fit, fieri tamen debet; vt patet ex Victoris Epitome, 543, 42: & Zosimo 685, 19. itaque in Lat. textu legendum; *Crispum filium, egregium virum*: & rursum in Graeco ἀδελφιδοῦ pro ἀδελφοῦ. V.42, si ἐκείνων ad τὰς ἀρετὰς referas, & infinitiuū εἶναι subaudias, sensus erit sat commodus; *illarum esse*, seu *ab illis proficisci putabatur*. verum ad Latinum textū propius accedit haec lectio; ἀλλ' ἥττων ἐκείνων ἐνομίζετο, *inferior illis videbatur*. Mox etiam rectius leges, καὶ ἐν αὐτῇ Σκύθας τι καταπολεμήσας. V.47, post ἐπιτρεψάμενος deest ἀντεῖχε, vel simile aliquod verbum. Et mox conuenientius ἐπὶ τούτῳ, *super his, eo nomine*.

P.131, v.13, F. *mors eius est & tam*. V.15, inclusum pr. *eam*, non habet F.c. nec verbum *est*, v. 25. Contra, inclusum *Is*, v. 16, additum e F. Gr.t.v. 21, post Κώνσταντα deest πολιορκῶν, vel simile participium. Et mox nominatiuo casu legendum ἀνῃρημένος. V. 23, pro κατὰ sensus requirit praepos. μετὰ. V.43, post ἦν δὴ, desideratur ἐξὸν, ἐνδεχόμενον, aut simile participium absolutum.

P.132, v.4, *& cunctis amabilem*] F. *in cunctis amabilem*. V.7, inclusum *artium*, abest a F. Sic *que, pilo*, v.19. Gr. t. v. 14, pro ἀδελφικῶς haud dubie legendum ἀδελφῆς: & cum in sequentibus non Constantii, sed Magnentii fiat mentio, Constantii nomen inserendum est, totusque locus ita interpolandus; Νεπωτιανὸν δὲ, τὸν Κωνσταντίου ἀνεψιὸν, ἐξ ἀδελφῆς τοῦ πατρὸς γεγενημένον. Latina breuius ita sonant, Νεπωτιανὸν δὲ, τὸν Κωνσταντίνου ἀδελφιδοῦν, seu τὸν ἐξ ἀδελφῆς Κωνσταντίνου γεγενημένον. V. 26, post τῆς κεφαλῆς deest βλάβην, vel simile quid. Sequentis periodi defectus aliquomodo suppleri potest e simili optatione supra 102, 30. Reliqua vero explebit cui integrioris codicis meliore fato dabitur copia. Ego, quae potui, in medium contuli.

P.133, v. 5, inclusum *est*, abest a F. V.11, pro *tamen* F. habet *tum*: quod ferri potest propter sequentem conditionalem, *si*. V.16, inclusum *aliquamdiu*, abest a F. V.17, *sexto kal. Iulias*] F. x kl. Iul. Inclusa quae sequuntur, absunt ab eodem F. V.20, *nequaquam*] F. *quamquam*: perperam. V. 21, inclusa *&*, abest a F. Vnde suspicor veriorem esse scripturam hanc, *facundia ingenti promptitudine, memoria tenacissima*. V. 23, vulg. l. *tributorum, quatenus ferri posset, oppressor*. mihi F. scriptura visa est conuenientior. V. 43, F. XIII. kl. *Mai*. Sic v.46, idem F.

∞CXVIIII.

GVILIEL-

GVILIELMI XYLANDRI AVGVSTANI IN IOANNIS XIPHILINI EPITOMEN e Dionis historia, Annotationes.

LECTORI CANDIDO S.

QVOD emendaui multis in locis translationem huius Epitomæ, nemo debet existimare factum a me eo consilio quod in aliorum lucubrationes curiosius inquirere, aut alienæ laudi detrahere statuerim. non enim is sum qui reprehendendis aliis me oblectare aut velim, aut debeã: neque tantum mihi a meis rebus est otii, vt superuacaneis id laboribus impendendum habeam. Sed quum librum hunc cum Græco exemplari contulissem, quod erat mei (vt qui mihi Dionem, quantum possem, illustrandum sumpsissem) officii; offendissemque compluribus in locis aliter a Xiphilino & ipso Dione quam ab interprete scriptum: putaui me cum bona eius venia id posse efficere, vt Xiphilini genuina verba lectores haberent. Itaq; vt castigaui versionem eius, ita hic nonnulla loca, equidem de plurimis perpauca, annotare opus habui; quibus euidẽs fieret, nec curiose nec maligne, sed optima fide me hoc negotium tractasse. Quod omne ita accipiendum est, vt non voluisse me de existimatione interpretis diminutionẽ facere, sed potius ea in quibus opera ipsius potuisset requiri, candide adiicere, intelligatur.

Pag. 139, v. 7, num. 1, *Quasi fulmine consternatus ceciderit*] pro his verbis, *Perterritus ceciderit.* ὥσπερ ἐμβροντηθεὶς, in Græco scribe, non ἐμβρόντητος. Vox est ἀπὸ τῆς βροντῆς (*a tonitru*) deducta; ideo aduerbium similitudinis ὥσπερ additum. * Ibidem, v. 37, n. 2, *Principatũ in republ. affectans*] pro his verbis, *Rempublicam enim gerendam esse aiebat.* τὴν πολιτείαν ἄγειν ἠξίου. Ἀξιοῦν, *postulare sibi aliquid*, crebro significat: ἄγειν τὴν πολιτείαν, est, *primas in republica partes gerere*.

P. 140, v. 4, n. 3, *Qui erant ad alas, cadebantur*] ἐφονεύοντο μὲν τὰ περιίσχοντα, mendose, pro περιίσχοντες: nisi περὶ τὰ ἰσχία malis. Sed prior lectio est Dionis, ideoque verior.

P. 141, v. 23, n. 4, *Sed Hyrcanum nihili facit; Aristobulum in vinculis habet, postquam is neque pecunias dat, neque arcem tradit: quorum vtrumque, deditionem faciens, promiserat.* Hic locus vnus est ex iis qui maxime emendationem desiderabant, quia contrarium Xiphilini verbis sensum continebat. Interpres ita habebat; *Sed vt Hyrcanũ nihili facit, ita Aristobulum veretur. Verum postquam is neque pecunias dat, neque arcem tradit, Pompeius (cui ille coram vtrumque promiserat) Hierosol. &c.* In Græco etiam legitur incommode, τὸν μὲν ὖν Ὑρκανὸν οὐδενὸς λόγου ἀξιώσας, τὸν δὲ Ἀριστόβουλον δήσας. ὖν abundat. & δήσας non est *Vereri*, verum *Ligare*, a verbo δέω, a quo δεσμὸς (*Vinculum*) deducitur. δέισας autem per ει, est φοβηθείς. Porro in Græco, ἔπειτα τὰ Ἱεροσόλυμα, ita scribe, ἔπειτα τὰ δὲ Ἱερο. Sed & hæc & totam hanc periodum male extulit interpres, hoc modo (vt opinor) seductus. at Dionem legenti non est obscura. V. 36, n. 5, *Aristobulus captiuus abducitur*] ἀπηνέχθη. Interpres, *Sublatus est.* ἀπάγεσθαι dixit, quod Romam abductus sit Aristobulus.

P. 144, v. 13, n. 6, *Ipse procul ab vrbe expulsus est, millia passuum circiter quadringenta septuaginta*] Interpres, *Sexagintaseptem.* Ceterum numero stadiorum, qui est 3750, denarius deest, quominus per octo diuisus, 470 exhibeat.

P. 145, v. 34, n. 7, *Ad reliquam Galliam pertinet, & Hispaniam fere omnem.*] Non *Hispaniam* interpres, sed *Iberniam*: quum sit in Græco Ἰβηρίαν, quod nomen est Hispaniæ, a flumine Ibero. Itaque Dio etiam quodam loco τὰ περὶ τὴν Ἰβηρίαν dixit pro Hispania. Et per *Celticam*, intellige Germaniam.

P. 146, v. 15, n. 8, *Populique fauorem captat*] pro his verbis, *Remque publicam administrat.* τὴν πόλιν ἐδημαγώγει. Δημαγωγεῖν non esse idem quod *Rempubl. administrare*, (vt vertit Blancus) satis notum est. hinc δημαγωγοὶ dicti.

P. 147, v. 20, n. 9, *Memoria hominum commendabitur semp.* &c.] Pro ἀξίωμα τῷ αἰῶνι, scribo ἀξίωμα.

P. 149, v. 28, n. 10, *Sed tamen nullo magno momento pugnatum est*] pro his verbis, *Sed tamen sero pugnatum est.* Βραδεῖαι μάχαι sunt, non quæ sero (vt erat hic versum) committuntur, sed quæ non statim victoriam alteri parti, & finem bello adferunt. V. 33, n. 11, *Itaque permultis suorum amissis, quin ibi interiret* &c.] pro his verbis, *Ipse eos cõfertim trucidat; sed tamen quin* &c. συχνοὺς ἀπέβαλε. Est autem ἀποβάλλειν, *Amittere*: ἀποβάλλεσθαι, *Abiicere*. quã differentiam possem sexcentis scriptorum locis confirmare; nisi ante nos id alii docuissent. Itaque male interpres cõtrarium sensum posuit; quum ex ipsa historia constet, Cæsari tum cladem fuisse illatam. V. 36, n. 12, *Tamquam confecto iam bello*] pro his verbis, *Tamquam eo prælio superior fuisset*: ὡς ἐκ διαπεπολεμηκώς. Est autem διαπολεμεῖν, non, *Prælio aliquo vincere*, sed *Totum bellum conficere*, & (vt Liuius loquitur) *Debellare*. Ita Dio sæpe vsurpauit; ita alii.

P. 151, v. 19, n. 13, *Cleopatra imperio subiecti sunt*] Interpres, *Cleopatra se dediderunt.* Atqui παρεδίδοσθαι est passiuum; & sic sensus ipse docet. V. 22, n. 14, *Placet enim eiusmodi facinorum scelestorum vindictam, etiam præter rationem historiæ, rebus ipsis gestis annectere.*] Interpres τὰ ἐπίχειρα vertit, *ea quæ in promptu sunt*; non recte. ἐπίχειρα, *præmium* significant, & id quod propter aliquod factum tribuitur alicui. estq; μέσον vocabulum, hoc est e numero eorum quæ in bonam & malã partem sumuntur. In malam hic accipitur, vt & apud alios, & in hoc Æschyli eleganti dicto; Τοιαῦτα μέντοι τῆς ἄγαν ὑψηγόρου Γλώσσης, Προμηθεῦ, τἀπίχειρα γίγνεται. V. 29, n. 1, *Ipsa octaua die * qua olim* &c.] pro his verbis, *Is intra illos octo dies quibus olim* &c. Nam est in Græco, ἐν αὐτῇ τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ. Asteriscũ adieci; quia mensis nomen deest. V. 41, n. 2, *Eos quoque perterrefactos in suam potestatem redegit.* προσεποιήσατο. Interpres, *A se perterrefactos esse gloriatus est.* Quasi vero προσποιεῖσθαι tantum *Simulare* significet, & non sæpius Dio ita vsurparit vt ego verti.

P. 152, v. 5, n. 3, *Nam ea vltro, post mortem Pompeii, Cæsari deditionem fecerant*] pro his verbis, *Nam is vltro post mortem Pompeii ad Cæsarem venerat.* Interpres hæc verba ad Domitium Caluinum incommode retulit; quum de Athenis sint accipienda. Sed error Græci libri eum fefellit, vbi

est falso προσχωρήσας, scribendumque προσχωρησάσης.

P.153, v.18, n.4, *Romam, nemini obuio parcentes, venerunt*] pro his verbis, *Romam magnis itinerib. venerunt.* μηδὲν φειδόμενοι, falso, pro μηδενὸς: quod imposuit ipsi etiam interpreti.

P.154, v.29, n.5, *Licet seipse in historia satis infamauerit*] Interpres, *Magnis laudibus extulerit.* In Græco est vitiose ἐπῄνεσεν. pro qua voce e Dione restituo ἐπιλελέαινε; quod *Infamare* significat.

P.155, v.9, n.6, *Magnus ridebatur*] γέλωτα* προσεχλεύαζε. Tolle asteriscum, & lege, vt habet Dio, γέλωτα προσεπωφλίσκανε. Et mox pro δήμου repone δήμων.

P.156, v.28, n.7, *Bogud, qui forte cum aliis ducibus non erat*] Βαγύας male est in Græco; quod sequutus est Blancus. Corrige, vt sic Βογούας. V.40, n.8, *Sed de Octauio eius sororis nepote portendebat*] ἀδελφῆς: scribe ἀδελφιδῆς. qua de re apud Dionē dixi.

P.157, v.2, n.9, *Quam Sylla cincturæ laxitatem*] Interpres, *Mollitiem corporis.* male enim legebatur hic σώματος pro ζώματος. V.7, n.10, *Quam rem etsi Cicero non intellexerit, tamen rebus fructus ait*] pro his verbis, *Tamen imprudens ait.* Nam ἀφρόνως habetur in Græco.

P.158, v.38, *Suspicionem attulit*] ὑπωπτεύθη scribe, non ὑποπτεῦσαι.

P.159, v.43, *In quo septuaginta quinq. denarios populo viritim legauerat*] ἐδεδώκει πέντε καὶ ἑβδομήκοντα. καὶ πέντε addendum e Dione. Post, κανόνας δὲ καὶ: pro δὲ pone καὶ.

P.160, v.20, n.12, *Quod P. Seruilius Casca*] Pro Πλάνιος Σερβίλιος, scribe Πόπλιος. Dio.

P.164, v.37, n.1, *Deinde Vibium venientem*] In Græco etiam mendose fuit ἰόνιον pro Οὐίβιον.

P.169, v.21, n.2, *Edito scripto eam rem exposuit*] ἐξέθηκε γράμμα. Interpres incommode, & historiæ inconuenienter, *Literam de suo nomine detraxit.*

P.171, v.10, n.3, *Qui vt Ionium mare transierunt*] *Ganium flumen* erat hoc loco; sed vitio Græci codicis, vbi male Γάνιον pro Ἰόνιον legebatur: quod patet etiam ex Dione.

P.173, v.6, n.4, *Quinetiam aliquando alueo fluminis auerso, munitiones eorum inundatione replenit*] κατέκλυσε est hic etiam apud Dionem, & id sensus requirit. κατέκλεισε legisse videtur Blancus.

P.176, v.37, n.5, *Tunc ambo ab armis discedunt, hac reditum in gratiam vsi præscriptione; ad quam eò veniebant, quod eorum copiæ atque spes contrariæ erant. In eo fœdere &c*] ἀντίπαλοι est in Græco: quod significat ἰσοῤῥοπεῖς, ἡ γοῦν ἰσοδυνάμους, *æquales viribus.*

P.181, v.28, n.6, *Propterea quod eos comprehendere non potuissent propter nauium magnitudinem; tum quod imperiti vadorum, quæ erāt ad proximam terram, naues eo compellere nolebant. Quidam tamen existimant Agrippam satis duxisse hostes in fugam conuertere; quod Cæsaris, non suam ipsius rem gereret. Nam familiaribus suis dicere solebat, &c.*] Totus hic locus parum apte fuit ante conuersus. In Græco est πρὸς γῆν βράχεα ἔχουσαν, omissum ab interprete. His autem verbis *vada* intelliguntur, & ea loca vbi, aqua minus alta, impingere naues fundo & subsidere possunt. Hæc enim sunt βράχεα Græcis: quo modo frequenter omnes loquuntur. vt Polybius lib. 1 de Romanis, Annibali Rhodio exitum in portu obstruentibus, κατὰ δὲ τινα τόπον ἔχοντα βράχεα, συνίστη χῶμα. Virgilius eleganter & vocabulum hoc, & significationem, 1 Æneid. extulit, scribens, --*tres Eurus ab alto In breuia & Syrtes vrget, (miserabile visu) Illiditque vadis, atque aggere cingit arena.* Idem in 10 Æneid. --*multi seruare recursus Languentis pelagi, & breuibus se credere saltu.*

P.182, v.44, n.7, *Verum Cæsar eo veluti legato in rebus omnibus vtebatur; agitareque eum cum Sexto occulta colloquia suspicatus, eam suspicionem tamen nō patefecit, &c.*] pro his verbis, *Quamuis Cæsar eo veluti legato in rebus omnibus vteretur. Sed quum multa quæ contra Sextum parauerat, cum eo communicasset, cœpit eum suspectum habere. quam suspicionem tamen non patef. &c.* κοινολογεῖσθαι, est *Agitare consilia cum aliquo*: referturque hîc ad Lepidum.

P.183, v.22, n.8, *Vixitque in Italia non sine custod.a*] pro his verbis, *Vixitque in Ital.a sine præsidio*: ἄνευ φυλακῆς: idque sequutus est Blancus. Scribendum autem ἐν ἀδείᾳ φυλακῆς: id enim & historia requirit, & habet Dio.

P.192, v.9, n.9, *Sororis suæ filiam*] pro *Sororem suam.* ἀδελφὴν est in Græco, & Blancus id non recte sequutus est. Scribendum ἀδελφιδῆν: fuit enim Agrippæ vxor, Marcella, Octauiæ filia.

P.193, v.49, n.10, *Nec sunt reges aut dictatores appellati: quæ nomina semel sunt profligata e republ. sed eorum facta &c.*] pro his verbis, *Nec sunt reges aut dictatores appellati oppressa & exstincta republ. sed eorum facta &c.* ἐξέπεσεν, non ad Romanos, sed ad regium & dictatorium nomen referri oportet.

P.195, v.49, n.11, *Non dico Dionis nomine*] οὐκ ὡς ὁ Δίων ὁ Προυσαεὺς. Si ita scripsit Xiphilinus, (quod non puto certe) turpiter errauit, Diones confundens. Dio enim noster, longe fuit alius a Prusæo Dione, qui Chrysostomi nomen gessit; vt etiam Suidas demonstrat. Itaque ὁ Προυσαεὺς aut dele, aut ὁ Νικαεὺς scribe, [ex hac ipsa Epitome 413, 24.]

P.196, v.41, n.12, *Quibusdam ludis*] pro his verbis, *In quodam mercatu.* ἐν πανηγύρει τινί. Blancus non recte hîc, & sæpe aliâs, *Mercatum* vertit.

P.197, v.47, n.13, *Sed oportebat nimirum Musam, qui fortunæ, aut (vt ipse sentio) Dei opus sibi ipsi adscribebat, e vestigio redargui. Marcellus, &c.*] pro his verbis, *Sed tum is medicus beneficio fortunæ, vel diuino (vt ego arbitror) vsus est. Marcellus enim, &c.* Et paulo post. *Is ex posteris erat Marcelli eius*] pro, *Is nepos erat Marcelli, &c.* Hic vnus est e numero eorum locus, quos mutasse me non temere, sed necessario, facile quiuis eruditus intelliget.

P.198, v.45, n.14, *Multa in Cæsarem maledicta iaceret*] pro his verbis, *Multa in Cæsarem, vt res postulabat, diceret.* Sic Blancus; falsam lectionem sequutus, quæ hîc est ἐπιτήδεια, pro ἐκ ἐπιτήδεια. Sic autem habet Dio; estque λοιδορεῖν εἰς ὅνπερ ἐκ ἐπιτήδεια, *Obtrectare, Maledictis incessere.* Mox in Græco etiam *Elephantina* regio (χώρα) dicitur, quum sit apud Dionem πόλεως (vrbis) nomen: idque recte esse testantur geographi.

P.202, v.27, n.15, *De Vedio vero Pollione, qui mortem obiit, &c.*] Οὐιδίου Πωλίωνος, *Ouidio Polione*: male. scribendum Οὐηδίου Πωλίωνος. sic Dio, sic Plinius, Tacitusque.

P.203, v.48, n.16, *Scribebaturque eorum sententia. neque tamen vim senatusconsulti habebat, aut rata erat, sed tantum Auctoritas senatus dicebatur. nimirum vt tamen senatorum sententia nota esset. nam ea est verbi significatio, &c.* Locus hic fuerat peruersus, estque in Græco vitiose, ἐ αὔκτωρ, pro αὐκτω-

αὔκτω-

tinus scriptum. Si recte intelligatur, plurimum lucis affert bonis auctoribus, apud quos non perinde vt hic, perspicue inuenies, Senatusconsultum ab Auctoritate quid differat.

P. 205, v. 33, n. 17, *Caterum id factum eo recidit vt omnes istos Augustus offenderet, dum illi se negligi putabant*] pro his verbis, *Eueniique iis omnibus temere vt mutuo sibi infensi essent; dum illi,* &c. Locus necessario emendatus.

P. 206, v. 13, n. 18, *Usqueadeo commotus est vt iram domi sua continere non potuerit, sed rem*] pro his verbis, *Vt domi contineri non potuerit, sed rem,* &c. οὐκέτι αὐτὴν κατέσχεν. αὐτὴν ad θυμὸν refero, propter verbum κατέσχε. V. 40, n. 19, *Tamen in gratiam rediium est, postquam Phraates Caium in Syria adesse expertus, domesticamque seditionem ob sui odium veritus, Armenia cessit*] pro his verbis, *Tamen, quod abierit ex Armenia, Casar ei reconciliatus est, quodque intellexit Caium esse in Syria, cuius odio domi motum fieri posse suspicatus est. His,* &c. Confuse hæc prius habebant.

P. 215, v. 43, n. 19, *Nam Germani, quãtisper paulatim, ac ratione ac cautela adhibita dediscebant mores & instituta patria, eatenus mutatione vita non grauabantur, quam ne animaduertebant quidem. At postquam Varus, qui Syria prafectus fuerat, imperium Germania accepit, & ad eam gentem immutandam subito animum adiecit, cœpitque Germanis perinde atq; seruis imperare, & pecuniam tamquam a subditis exigere, Germani id ferre non potuerunt*] pro his verbis, *Nam etsi Celta breui temporis spatio propter prasidia apud se collocata, dedidicerant mores & instituta patria, neque primo mutatione vita grauabantur: quippe non animaduertebant se immutatos esse: tamen, postquam Varus, qui Syria prafectus fuerat, ceperatque imperium Germania, ac in ea cuncta administrabat cum imperio, propere venit in Galliam ad eam gentem immutandam subito, cœpitque Gallis perinde atq; seruis imperare, & pecuniam tamquam a subditis exigere, id Galli ferre non potuerunt.* Κελτοὺς, Germanos, Κελτικὴν, Germaniam esse, monuimus ante. κατὰ βραχὺ & ὁδῷ, significat nõ *Breui temporis spatio*, sed *Paulatim, Sensim, & quasi furtiue.* & μετὰ φυλακῆς, *Caute* significat. Totus locus desiderabat emendationem.

P. 217, v. 25, n. 20, *Ideoque eam nihil praterea discutientes aut examinantes admitterent, vtrique, ne sententiam diceret, interdixit. Itaque a plerisque* &c.] pro his verbis, *Sed vt eam nihil praterea discutientes aut examinantes admitterent. Qua de re etsi postea vetuit ne sermo amplius haberetur, tamen a plerisque* &c. μηδέ τι αὐτῶν εἰπεῖν. Locus deprauatus Blancum seduxit. μηδέ τι προ scribe cum Dione.

P. 223, v. 8, n. 1, *Quod si id tantum in Tiberio fuisset, cauere fibi ab eo nemo, cui cum ipso res fuisset, potuisset, quum omnia contrario atque is sensisset, modo accipiens vnusquisque, ea qua is nolebat, velle, & non cupere ipsum ea qua maxime expetebat, iudicasset*] pro his verbis, *Quod si id in Tib. tãtum fuisset, haud obscura esse potuisset eius voluntas iis qui tentassent studuissentque eam habere cognitam. quippe omnia in contrariam partem accepissent. Nam & quum se aliquid velle negauisset, tum id eum desiderare maxime: & quum cupere se dixisset, tum eum id nolle existimassent. Sed prater* &c. Locus hic totus contra quam est in Græco, erat in Latino.

P. 224, v. 47, n. 2, *Interdum palam suam sententiam proponebat*] pro his verbis, *Interdum contra disserebat:* ἄντικρυς; quod nõ *Contra*, (vt habet Blancus) sed *Aperte*, est.

P. 226, v. 30, n. 3, *Sapissime ad spectacula, non solum* &c.] pro his verbis, *Sapissime ad sacrificia,* &c. θεωρίας. sed Dio habet θυσίας.

P. 227, v. 48, n. 4, *Hoc enim illudens ei dicebat*] Blancus, *De quibus mordere se atque reprehendere videbatur, ipse non,* &c. Non recte: sed & in Græco perperam legitur, ὡς αὐτάγγελος ἐκεῖ τῶν αὐτῶν ὤν, & ἰσχυρισάμενος, καὶ σφόδρα. Rectius apud Dionem est, ὡς αὐτάγγελος αὐτοῦ, ὥς που & ἐπιβουλεύων ὤν, σκώπτων. Similis est sarcasmus Pyrrhi apud Virgilium in 2 Æneidos, qui Priamum obtrectantem sibi, & exemplum patris Achillis obiicientem, occisurus inquit, *Referes ergo hæc, & nuntius ibis Pelida genitori.*

P. 228, v. 2, n. 5, *Reliquis satisfecit tricenis nummis viritim distributis*] κατὰ πέντε & ἑξήκοντα. & sic etiam apud Dionem, quum ex superioribus liqueat, ἑβδομήκοντα scribendum.

P. 229, v. 5, n. 6, *Magnam hominum manum sibi comunxit*] pro his verbis, *Magnam pecuniam conflauit.* Pecuniam Blancus. Sed πολὺς hîc est: vt intelligi opus sit ἀνθρώπους: id quod historia vult.

P. 235, v. 5, n. 7, *Nec templum quod Augusto*] ἡρῷον, non sepulcrum (vt vertit Blancus) est, sed templum quod deo indigeti seu heroi poneretur, hoc est homini in deorum numerum relato, οἷον τῷ ἥρωι.

P. 236, v. 48, n. 8, *Nactus occasionem, adortus est*] pro his verbis, *Nactus occasionem perdidit.* καιρὸν λαβὼν ἐπέθετο. Est autẽ ἐπιθέσθαι, *Adoriri aliquem.*

P. 237, v. 5, n. 9, *Condemnatus est a senatu, missusque prator qui eum vinctum ad supplicium duceret. Quumque id Tib.* &c.] pro his verbis, *Condemnatus est a senatu, vt, quum esset prator futurus, in exsilium mitteretur. Quumque id Tib.* &c. Verba in Græco deprauata sequutus fuit interpres: quæ si e Dione (vt & multa alia) emendasset, melius Xiphilino consuluisset. Scribi autem debet pro στρατηγόν τι, στρατηγὸν τὸν ἄγοντα τι: & pro ἀρχείας αὔξοντες, ἀρχείας ἄξοντα. & deinde ad καὶ ἐς adiiciendum ἤδη.

P. 242, v. 9, n. 10, *Prius a carnifice vitiata*] pro his verbis, *Prius a plebe interfecta.* προδιαφθαρείσης ὑπὸ δήμου, lege, non δήμου: quod imposuit Blanco.

P. 246, v. 25, n. 1, *Tum primum simul consulatum gessit, ac senator factus est* &c.] pro his verbis, *Tum primum consulatum gessit* &c. ὑπάτευσεν ἅμα & ἐβουλεύσεν. scribe ἐβούλευσεν.

P. 252, v. 36, n. 2, *In Britanniam, in litore instructis militibus*] pro his verbis, *Vione instructis* &c. ἐν τῷ οὐιόνι ἐξήγαγε est in Græco: quod sequutus est Blancus. Atqui scribendum, ἐν τῷ ἠϊόνι.

P. 253, v. 11, n. 3, *Cassium Becillinum*] pro his verbis, *Cassium Melinum.* In Græco est Βεκιλλῖνον, apud Dionem etiam. ego Βεκιλλῖνον scriberem: hoc enim est cognomẽtum Cassiæ familiæ. Et Sp. Cassius, qui propter affectati regni suspicionem periit, (quæ historia est apud Liuium libro secundo ab v. c.) diserte Becillinus a Cicerone in Lælio nominatur. *Num Becillinum* (inquit) *amici regnum appetentem, num Sp. Melium iuuare debuerunt?* Supra autem dixerat, *Quis autem est qui Tarquinium Superbum, qui Spurium Cassium, Spurium Melium non oderit?*

P. 262, v. 1, n. 1, *Caterũ Messalina apud se Mnesterem habebat*] pro his verbis, *Amatorem habebat.* Μεσσαλίνα δὲ τὸν Μνηστῆρα εἶχεν. Blancus μνηστῆρα com-

mune nomen putauit, ideoque *amatorem* vertit: quasi vero procus & amator idem sint, quorum prior Græcis est μνηστήρ. Et paulo post, v. 11, *Et Mnesteri parceret*] pro his verbis, *Amanti parceret*, &c.

P. 263, v. 7, n. 2, *Quod quum Claudius audiuisset, Asiaticum necauit, vt quem conscium culpæ seipsum morte iam damnasse existimaret*] pro his verbis, *Quod quum Asiaticus audiuisset, conscius culpæ, ratusque se iam condemnatum esse, mortem sibi consciuit.* Peruersus fuit hic totus locus ante.

P. 271, v. 18, n. 3, *Non ergo percussor Neronis seipsum iam vita spoliauit?*] pro his verbis, *Igitur (inquit) percutiens Neronē interfecisset?* εἰδὼς οὖν ἤδη Νέρωνα τύψαντα, αὐτὸν κατεχρήσατο; αὐτὸν scriberetur melius: est enim ad Montanum referendum: quod non sensit Blancus. Hoc autem responso effecit Nero vt Montanus sibi ipsi manus afferret. Addam Taciti verba de libro decimotertio: *Iulius quidem Montanus, senatorii ordinis, sed qui nondum honorem capessisset; congressus forte per tenebras cum principe, quia vim tentantem acriter repulerat, deinde agnitum orauerat, quasi exprobrasset, mori adactus est.*

P. 279, v. 16, n. 4, *Vt contra Augustum & Caligulam egimus, nauigationem tentare periculosum esse ostendimus*] Blancus, *Vt contra Augustum & Caligulam, magna & metuenda classe contendimus.* Atqui neque in Græco est tale quidquam, neque in historia.

P. 284, v. 12, n. 5, *Tigellinumque Sophronium, qui & petulans, &c.*] Is apud Tacitū libro decimoseptimo, Ophonius Tigillinus legitur, mendose nimirum, pro Sophonius. Et fortassis hîc Σωφώνιος scribendum.

P. 289, v. 20, n. 6, *Quamquam Patauii in patria tragœdiam egit &c.*] Interpres, *Quamquam in Potamia patria:* sequutus mendam Græci codicis, vbi pro Παταβίῳ legitur Ποταμίᾳ. Pro *Quamquam* autem, scribendum docet sensus, *Et quod:* idque liquet ex his Taciti verbis lib. 16, *Eaque offensa altius penetrabat; quia idem Thrasea Patauii, vnde ortus erat, ludis cesticis a Troiano Antenore institutis, habitu tragico cecinerat.*

P. 292, v. 29, n. 7, *Nero currum agitans, acu pictus erat*] pro his verbis, *Nero dum currum agitaret, plagam accepit. Plagam accepit,* absurde hîc erat positum. ἐποικίλτο, est in textu Græco.

P. 295, v. 17, n. 8, *Cum Nerone & Sabina nomen iam gerente Sporo*] pro his verbis, *Cum Nerone & Sabina & Sporo.* μετὰ τῆς Σαβίνης τοῦ Σπόρου. non, *Sabina & Sporo.*

P. 304, v. 12, n. 1, *Qui sub Nerone valuerant*] pro his verbis, *Ex obscuris clari euaserant.* ἐπιπολάσαντας. At ἐπιπολάζειν non est (vt vertit Blancus) *Ex obscuro clarum euadere,* sed *Valere, Esse in aliqua auctoritate & notitia.* Hinc apud Aristotelem etiam non vno in loco δόξαι αἱ ἐπιπολάζουσαι dicuntur eæ opiniones siue sententiæ, quæ præ reliquis valent, & in aliquo numero habentur.

P. 316, v. 15, n. 1, *Comissationes exprobrabant: nam ventre obeso erat*] pro his verbis, *Immensa enim gula erat.* Hoc enim est γαστρίων, non *Immensa gula.*

P. 319, v. 51, n. 1, *Ita hi maledicendi libidinem suam, qua semper laborarunt, abunde explebant*] Addendum est his, *etiam vitæ periculum temere subeuntes:* quo verbum ἐξεπίτηδες... exprimatur, quod inter emendandum testimantem latuit. nam Blancus mirifice locum hunc extulit, *Quæ cum temere dicerent, eadem petulantia qua dicendi bant e vita, inferos explebant.* In Græco est, ἐπεὶ μὴ ὅτι τῶν ἐμφορηθῶσιν, καὶ τῆς ἀπαλγείας, ὑφ' ἧς ἀεί ποτε κακῶς ἀπαλλάττουσιν, ᾅδου ἐμφορῶνται. Ἀπαλλάττεσθαι est id quidē *Mori* apud Græcos; sed vocabula, ἀεί ποτε κακῶς, hanc significationem non admittunt; ne dicam sensum ab ea abhorrere. Porro autem κακῶς ἀπαλλάττειν, est *Male habere, Laborare*; [vel *Male excipi* seu *tractari*] vt apud Polybium, ἀναθαρρήσαντες ἤδη οἱ πολέμιοι, καὶ τῶν κακῶς ἤδη ἀπαλλάττοντες. Et in apologo de cauda draconem totum ducere volente, apud Plutarchum initio Agidis, αὐτήν τε κακῶς ἀπαλλάττειν, ... Vtor enim exemplis quæ potissimum succurrunt. ᾅδου autem & ᾄδου (quod *Inferi* significat) diuersa significare, vel pueri sciunt. Et ἐμφορηθῆναι, significat *Seipsum explere*; a cibo & potu sumpta metaphora hoc loco. dicimus enim ἐμφορηθῆναι κρεῶν, οἴνου, &c.

P. 320, v. 45, n. 2, *Quum Vespasianus videns Imperatorem*] pro his verbis, *Quum videret Imperatorem contra* &c. Peruersa hæc fuere antea.

P. 324, v. 39, n. 1, *Manifestato, eum feliciorem quam virtuosiorem fuisse*] pro his verbis, *Ita vt virtute eius maiorem felicitatem nacta sit.* ἐνδειχθεὶς ὅτι τύχῃ πλείονι ἢ ἀρετῇ ἐχρήσατο. quæ incommode erant reddita.

P. 325, v. 44, n. 2, *Dum in se coit*] pro his verbis, *Ex locorum vicinitate concaua facta sit.* συνιζάνω est, non *vicinum esse*, sed *coire in se*. Hinc συνίζησις figura apud grammaticos.

P. 332, v. 29, n. 1, *Postremo puer ille qui ante dæmonem repræsentauerat vnicuique, oblatus est*] pro his verbis, *Postremo puer dæmonion vnicuique, totus & ornatus, obtulit.* Τέλος ὁ παῖς ἐκεῖνος τὸ δαιμόνιον. Eadem est loquutio, quæ supra 295, 13, μετὰ τῆς Σαβίνης τοῦ Σπόρου: quod fefellit interpretem. Cæterum in Græco post κατεσκευασμένος, deest aliquid, vt εἰσῆλθε, aut εἰσκομισθῇ.

P. 335, v. 3, n. 2, *etsi nepos eius erat, duxeratq; vxorem Flauiam Domitillam, propinquam ipsius*] Hic locus peruersus est. quem quia inter emēdandum non animaduerti, nunc ita legendum moneo; *etsi propinquum suum, quique Flauiam Domitillam, Domitiani consanguineam, vxorem habebat.*

P. 337, v. 6, n. 3, *Non letale illud quidem: sed a Domitiano ad terram prostratus est*] pro his verbis, *Non letale illud quidem, sed tamen graue, vt eo accepto prostratus iaceret* &c. Peruersa hæc erāt mirum in modum. V. 45, n. 1, *Seras philosophus*] Merula, qui hæc ante verterat, *Suras* legit.

P. 342, v. 22, n. 1, *Sed Decebalus Longino*] pro his verbis, *Itaque Traianus Longino.* Locus ante contrario sensu editus. V. 38, n. 2, *Quod forte nactus erat*] pro his verbis, *Cum ei magna copia erat,* φαρμάκου εὐπορήσας, est in Græco textu.

P. 348, v. 5, n. 3, *Quod si is halitus sese altius efferret, habitari certe circa eum locum non potuisset: nunc quasi in se reuolutus ille, in suo loco continetur. Ego quidem* &c.] pro his verbis, *Qui locus quamuis longius latiusque pateret, tamen ob eam causam non esset habitabilis: nunc autem, quasi circumscriptus, desertus est. Ego quidem* &c. Hic locus est eorum e numero, quos emendare opus habui.

P. 350, v. 32, n. 4, *Ælio Adriano in Syria*] Scribe cum Xiphilino, *P. Ælio Adriano.*

P. 356, v. 23, *Claudianopolim appellamus*] Scribe *Claudiopolim*, Κλαυδιόπολιν.

P. 357, v. 6, n. 1, *Cuniculis muniebant, & mœnibus*] Pro *Cuniculis*, inepte erat *Pabulis*. neque est cur de-

cur demonstrem ὑπονόμους esse cuniculos.

P. 362, v. 40, n. 1, *Praeterea ferunt, deducto montis vertice, in continenti terra maritimum fluctum erupisse, spumamque puri & limpidi maris procul inde in terram proiectã fuisse. Ac de* &c.] pro his verbis, *Praeterea ferunt e mari mediterraneo fluctum in culmen montis longo interuallo distinctum peruenisse, proieciss eq. spumam longissime in continentem limpido ac tranquillo mari.* Hic locus pessime habebat ante. quod intelligent statim qui conferent.

P. 365, v. 11, n. 1, *Idque etsi propterea visus est dicere quod humili loco natus is erat; tamen euenit postea vt fortuna hunc ei honorem tribueret. Imperator* &c.] pro his verbis, *Idque propterea visum est dicere, quod ex humili loco natus, clarus euasisset, quodque esset futurum (sicut euenit postea) vt eundem fortuna deprimeret. Imp.* &c. Et hæc contrario, aut nullo verius sensu ante legebantur. In Græco quoque non satis constant. ἀναδιδράσκω quidem certe legendum ὑφ' ἓν.

P. 374, v. 11, n. 2, *(nam ea tum accidit rerum Romanarum mutatio) delabitur*] pro his verbis, *& in ea facta quæ Romanos qui tum fuere, nosque ipsos arguunt, delabitur.* κατηγορουμένων in Græco est, vox suspecta mendi. Interpres reliqua non expressit.

P. 375, v. 25, n. 1, *Cardianum*] Mox *Condianum* dicit; alterutrum falso.

P. 387, v. 29, n. 1, *Pertinax Afer erat natione*] pro his verbis, *Libs erat natione* &c. Et hoc mendum hic emendabo; quod ante properantem me fefellit· ἦν δὲ ὁ Περτίναξ Λίβυς ἐξ Ἄλβης Πομπηΐας. Pro Λίβυς, scribe Λίγυς: & pro *Afer, Ligur.* Alba enim Pompeia, vrbs est Liguriæ, teste Plinio libro tertio, capite quinto. Et Herodianus Pertinacem diserte Italum nominat.

P. 391, v. 49, n. 1, *Dicebantque Iuliano*] λεγόντων ὅτι τι Ιουλιανός, &c. Ita scribe, λεγόντων τι τῷ Ιουλιανῷ, ὅτι Σεβ. κ. τ. λ. ... ;

P. 392, v. 31, n. 2, *Non equidem seruilibus animis, sed ante cœnati, per milites medios perrumpentes, introimus in senatum*] pro his verbis, *Sub iugum seruitutis missi & cœnati conuenimus; impulsique a militibus, introimus* &c. Blancus non animaduertit particulæ οὐχ ὅτι vim; quum significet *Non modo non,* & reddatur ei ἀλλὰ καὶ. Idem ὠθούμενοι passiue vertit, quum sit medium, & actiue significet.

P. 404, v. 37, n. 1, *In his septem turres a portis Thraciis ædificatæ spectabant ad mare; quarum reliquæ quidem, per se vocales nõ sunt: quod si quis in prima turri vocem emisisset, aut lapidem in eam coniecisset, tale erat in ea artificiũ ac machina, vt is statim sonus ad secundam, indeq. ad tertiam & omnes deinceps non interceptus perferretur. Dum muri* &c.] pro his verbis, *In his septem turres a portis Thraciis ædificatæ spectabant ad mare; in quibus siquis ex custodibus occurrisset alteri, silentio transibat. Quod siquid primo significauisset edito clamore, aut iactu lapidis; aut si adhibita aliqua machina loquutus esset, proximo, vt idem faceret, tradebat. Quod quum deinceps ad omnes eodem modo perueniret, non se conturbabant inuicem; sed omnes vicissim, quisque ab eo qui præcedebat, vocem machinamque excipiebant, transmittebantque ad eum qui proxime sequeretur.* Totũ hunc locum longe elegantissimum, ita peruersum inueni, vt non potuerim non denuo vertere.

P. 410, v. 33, n. 2, *Cuius cædis causam imputauit militibus*] pro his verbis, *Cuius cædis causa timorem incussit militibus.* & πόνον τὸν φόβον. Legendum φόνον, non φόβον: quæ falsa vox interpretem decepit.

P. 424, v. 42, n. 3, *crimenari solebat incontinentes: ob eamque causam leges de mœchis tulit, ex quibus quamplurimi in ius vocati sunt*] pro his verbis, *ob eamque causam leges de mœchis tulit, ex quibus quamplurima cædes facta sunt.* & ὀνειδίζει τοῖς μὴ φρονοῦσι. scribe σωφρονοῦσι. & pro οὐ μὴ πλεῖσται, ὅτι πλεῖσται. Reliqua male erant versa. neque enim χαραὶ sunt *cædis,* sed *accusationes.* & ἐπεξιέναι τῇ χαρᾷ, non est, *Incidere in accusationem,* sed *Persequi iudicio crimen.*

P. 438, v. 12, n. 1, *opportune te vidimus*] διὰ χρόνου, *Diu te non vidimus.*

P. 440, v. 25, n. 1, *Sed multo plures equitum & senatorum per calumniã interemerat*] pro his verbis, *Macrinus quoque magnum numerum equitum & senatorum per calumniam interemit.* Blancus hæc male ad Macrinum retulit. V. 48, n. 2, *Accelerauit ei mortem cancer*] pro *Carcinus.* ὁ καρκῖνος non est proprium nomen.

P. 449, v. 19, n. 1, *Ad regionem Chalcedonensium*] pro, *Carthaginensium.* πρὸς τῇ Καρχηδονίᾳ. legendum Χαλκηδονίᾳ: est enim Chalcedo, Byzantio propinqua, Carthagine remotissima.

P. 452, v. 22, n. 1, *Iupiter e multis* &c.] Versus sunt Iliadis libro vndecimo.

IN DIONIS EPITOMEN XIPHILINIANAM NOTATIONES *Frid. Sylburgii.*

IN Dionis Epitome, (vt in Præfatione supra exposui 134) præter vulgatas editiones vsus sum primum manuscripto libro bibliothecæ Palatinæ, ex Italia quondam empto: deinde duobus impressis exemplaribus, quæ clarissimorum virorum manu aliquot in locis emendata, vel adnotatione aliqua illustrata erant; nempe Ioachimi Camerarii, & Guilielmi Xylandri. Præterea Dauid Hœschelius, pro suo erga me ac remp. studio, vltro communicauit quæ vel ab Hieronymo Wolfio, vel ab ipso fuerant obiter adnotata. Demum ex Hispaniis diligentissimus vetustatis scrutator Andreas Schottus, dittographias misit, quas e m. s. libro (is Georgii Merulæ olim fuit, post Iac. Hurtadi Mendozæ, & tandem Franc. Mendozę, Cardinalis Burgẽtis) depromptas habebat; additis etiam suis nonnusquam adnotationibus. Ad has suppetias adsciui ego primum Dionẽ ipsum, & excerptas e Dione legationes; deinde vtrumque Latinum interpretem, Xylandrum & Blancum: tum quæ a doctissimis nostri seculi criticis, Brodæo, Turnebo, Leopardo, Stephano, Lipsio, aliisve animaduersa reperiebam. Adhæc de meo quoque contuli nonnulla; vt deinceps suo loco indicabitur. Sicut autem in Eutropio, ita hic quoque generalia in Indicem referentur; vt non vni tantum, sed pluribus etiam locis, atque adeo pluribus auctoribus inseruire possint. In Latino textu, numerales notæ 1, 2, 3, Xylandri adnotationes indicant: asterisci autem, si nulla in margine apposita sit notatio, aliam loci versionem in his meis adnotationib. designant. Vt ergo in Notationũ instituto curriculo pergam, vulgatam huius Epitomes inscriptionẽ confirmant etiam sequentia. primum enim 148, 2,

ἐπιδημίας vocabulum iteratur: deinde 196,2,& nomen ortumque suum auctor iterum exprimit, & tempus quo Epitomen istam confecerit, designat. Lipsius Epistolicarum quæstionum libro 4, epist. 9, vocat *Dionis Epitomen a Xiphilino*; & lib. 5, epist. 22, *Dionis abbreuiatorem Xiphilinum*. Inclusa, quæ titulum sequuntur, absunt a Pal. c. m. s. Contra, inclusa μὲ, v.12, addita ex Pal. & Merulæ c. Rursum inclusa ὑγρὸν ῥαδίως, v.34, absunt a P. Ammianus Marcellin. 418, 17, puluere tantum naphthā incensam exstingui posse tradit. V.37, inclusa οἱ abest a P. at sequens ὡς addita e Xyland. & Stephano. V.39, ἤδη pro vulg. ἤδη repositum e P. V.43, pro ἴδοιεν P. habet εἴδοιεν, nullo prorsus significationis discrimine. In Lat. vers. v.16, pro *missus* interpres aptius fortasse dixisset *profectus*, seu *expeditione suscepta*. nam στέλλεσθαι non tantum *mitti* significat, sed etiam *proficisci*, vt cum alibi sæpe, tum 205, 35.

P.138, v.8, pro ταύτην malim καὶ αὐτήν, *& ipsam*: vel saltem καὶ ταύτην. V.29, fort. l. αὐξηθῆναι νεῶν καὶ στόλῳ, *auctum nauium etiam classe*, i. tanta nauium copia, vt etiam iustam classem sibi compararint. Lat. t. v.14, *infidis*] Gr. *immorigeris, refractariis*. Et mox, *acer in rer. gest. rat. exposc.*] Gr. *in operibus seu officiis exigendis*.

P.139, v.3, ἔν γε τούτῳ] P. ἔκ γε τούτου, *saltem ista ratione*. V.9, σφαλῇ pro vulg. ἁφῇ repositum e P. & M. V.34, P. & M. ἐπ' αὐξήσει. Seq. v. pro τίνα idem P. habet τίν' ἄλλον, *quem alium*. Lat. t. v.9, rectius Gr. sic vertentur: *Quod si ille a vobis ad hæc emissus offenderit, (vt cum in aliis multis, tum præsertim in maritimis certaminibus fieri assolet) quemnam pro eo ad res magis necessarias inuenietis?* Et mox; *vniuersa multitudo, velut ex composito, excl.* Te. Paulo post, *a mari sursum versus*; qua de re supra quoque, 137,20. V.36, *remp. enim gerere cupiebat; ostend.*

P.140, v.6, ἐπ' αὐτῷ legitur etiam apud Dionem, pag.12. sed aptius fortassis ἐπ' αὐτῷ. V.20, ὡς ante ἑαυτὸν habet etiam P. sed tollendum potius videtur. Lat. t. v.18, si ταγμάτων legas, locum ita vertes; *sub Cappadociæ præfectura censentur*; seu, *ad Cappadociæ præfecturam pertinent*.

P.141, v.18, κατοικοῦντας respicit non τὴν Παλαιστίνην, sed incolas eius; per syllepsin: vt infra quoque cum alibi, tum 803, 11. V.23, inclusa οὐδ' expungitur a Xyl. velut ex præcedenti membro perperam repetita. Contra, inclusa δὲ, v.16, ex eodem X. & Dione addita. V.40, inclusa ἐς abest a P. c. sed exstat ea etiam apud Dionem pag. 21. Lat. t. v.5, fortasse interpres scripsit, *qui ipsum adierant*: vt in Gr. est τοῖς προσιοῦσιν αὐτῷ, *cum adeuntibus*. Paulo post etiam pro *coniunxit* rectius dixisset (vt in Græco est) *constituit*; i. composuit, ordinauit. V.44, Blancus verterat, *vt legis confidentia superior esset*. possis etiam sic reddere, *vt etiam ad legis suæ libertatem omni virium contentione eniterentur*. i. vt etiam legem ac religionem suam magna libertate profiteri auderent, totisque viribus asserere niterentur.

P.142, v.29, καὶ legitur etiam apud Dionem p. 21. sed aptius vel καί, id est καὶ ἐν: vel simpliciter καί. V.20, ad τὰς δὲ ἡμέρας τὰς κατὰ τοὺς ἀστέρας ... ἀρξαμένας, hæc adnotat Schottus; Immo dies, vt nunc nominatur, procedunt proportione διὰ τεσσάρων, & διὰ πέντε: si primū diē tribuimus Soli, secundum Lunæ, tertiū Marti, & sic deinceps. Idem mox ad v.32, de duplici dierum ratione hæc adnotat; Primaratio est hæc;

III	Luna	II
V	Mercurius	IIII
VII	Venus	VI
II	Sol	I
IV	Mars	III
VI	Iupiter	V
I	Saturnus	VII.

Secunda ratio est hæc;

Saturnus	I
Iupiter	II
Mars	III
Sol	IV
Venus	V
Mercurius	VI
Luna	VII
Saturnus	IIX
Iupiter	IX
Mars	X
Sol	XI
Venus	XII
Mercurius	XIII
Luna	XIV
Saturnus	XV
Iupiter	XVI
Mars	XVII
Sol	XIIX
Venus	XIX
Mercurius	XX
Luna	XXI
Saturnus	XXII
Iupiter	XXIII
Mars	XXIIII
Sol.	ab hoc nomen habet dies

secundus. Hæc ibi Schottus. V.41, P. & M. ἀφιεμένην, præs. tempore: itemque Dio p.22.

P.143, v.1, λήψεται pro vulg. λήψεται repositum e P. c. & Dione, p.22. Paragraphi nota ¶ v.15, addita e P. c. quæ ideo fortasse appicta est, quia post longiorem veluti παρέκβασιν nunc demum ad primarium huius Epitomes scopum acceditur, Cæsaream videlicet historiam. V.45, rectius ἐμέμψατο. Paulo ante quoque, v.43, si malis δυνάμει τῷ λόγῳ, per me licet.

P.144, v.38, P. ἐπέπεμψαν: non inconuenienter. locus est apud Dionem p.61.

P.145, v.31, Græca sic potius videtur reddenda; *longitudineq; adæquat Galliā reliquam & Hispaniam fere omnē, in pelagus protenta*. Sed & paulo ante, v.20, rectius legi *ad aquam perennem*, ex Indice cognosces, in voce φρεάρ. V.38, πεπαρρησιασμένους præsenti tempore legitur etiā apud Dionem, p.72: fortasse tamen conuenientius aoristum πεπαρρησιασμένους.

P.146, v.18, P. χρηματίζεσθαι, errore ambiguo, pro χρηματίζεσθαι sc. vel χρηματίσασθαι. V.22, pro ναίσκος apud Dionem est νεώς, pag.82. V.25, ἐς ἐν ᾧ legitur etiam apud Dionem. itaq; cum sequenti accusatiuo τὸ στρατόπεδον subaudienda est præpositio κατά. V.34, inclusam γὰρ omittit P. c. & mox diuersa præpositione habet ἀπομονή. sed vulgata lectio exstat etiam apud Dionem. Lat. t. v.19, Græca ita fere sonant; *Nam quæ Aquila nominatur, (est autem parua ædicula, in eaque collocata est aquila aurea; erigiturque in omnibus per delectum conscriptis exercitibus; & ab vno viro gestatur super hasta procera, cuius ima pars in acutam cuspidem coacta est, vt in terra defigi possit) ex his igitur aquilis vna tunc Euphratem cum eo transire noluit*. Eius ædiculæ siue

siue sacelli meminit etiã Herodianus infra in Antonino Caracalla 544, 16.

P. 147, v. 6, lacunula est etiam in P. c. sed quid omissum sit, incertum est. Locus apud Dionẽ exstat p. 81. V. 8, pro ἐφθάρη P. habet ἐφθάρθη, significatione prorsus eadem, sed sono duriore. V. 10, pro ὅτι idem habet τότε: & v. 22, καὶ Ῥωμαίους, *etiam Romanos*. sed & illa lectio vitiosa est, & hæc minus vera.

P. 148, v. 5, pro τούτῳ in prima Xiphilini editione scriptum τοῦτο. vnde W. legit τοῦτο ποιοῦμαι μὲν, quia in sequenti membro mentio fit τῶν ἔργων. atque adeo apud Dionem quoque, p. 110, legitur, τὸ ὄνομα τῆς δικτατωρείας ἀπεῖπε, *dictaturæ nomen abdicauit*. potest tamen & τούτῳ retineri. V. 19, Καισαρείους ὀνομάσαντες] P. Καισαρείους ὀνομάζοντες. V. 25, inclusum Ἀπομανία, additum e P. & M. V. 28, τῷ αὐτῷ ποταμῷ, agnoscit etiam interpres: sed procul dubio legendum τῷ Ἄνᾳ, *ad Anam fluuium*: vt & P. ac M. c. habent, & Dio 112.

P. 149, v. 25, inclusa αὐτῶν addita e D. 114. sed concinnior W. lectio, καὶ πολλοὶ μὲν μάχῃ: quoniam hic proxime antecedit αὐτῶν, apud Dionem vero inter hanc & superiorem periodum aliæ sunt interiectæ. V. 41, Stephan. mauult ἀεὶ ἐν τοῖς πολεμικοῖς. sed πολέμια infra quoque aliquoties hac significatione vsurpatur, & apud Dionys. Halic. frequentissime.

P. 150, v. 2, γὰρ pro vulg. καὶ reposita ex W. Apud Dionem 117 alia est membrorum connexio: ideoque ibi hæc particula non exstat. V. 25, inclusa absunt a P. sed agnoscit ea etiam D. V. 28, W. passiue legit ἐφονεύοντο. sed actiuum ἐφόνευον & apud D. ipsum legitur, & narrationi magis conuenit. significare namque auctor vult, multos etiam semimortuos aduersariis cædem intulisse. Lat. t. v. 29, interpres rectius dixisset *paanem canebant*: vt Virg. quoque, *latum peana canentes*.

P. 151, v. 24, in P. c. titulus est hic, Καῖσαρ Ἰούλιος: omisso sc. prænomine, & præposito cognomine: vt supra 143, 16. V. 31, post εἰδῶν Xylander mensis nomen omissum putat. sed fortasse potius expungendum hoc vocabulum, vt supposititium. fieri enim potuit vt vocalis ι primum e præcedẽtis nominis fine a librario perperam sit repetita, deinde ab alio per incuriam in vocabulum eius numeri quem alioqui significat, conuersa. Apud Dionem certe nulla numeri mentione legitur, pag. 122, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ ποτε τά τε τοῦ Μιθριδάτου καὶ τὰ τῶν καταποντιστῶν ἐπινίκια ἤγαγεν. Plutarchus Pompeium interfectum scribit μιᾷ ὕστερον ἡμέρᾳ τῆς γενεθλίου, *vno die post natalem suum*. Sequenti versu pro ἐπὶ νίκης rectius legi ἐπινίκια, vt apud Dionem est loco iam citato, viderat etiam W. Lat. t. v. 21, Græca sic potius sonant: *Consentaneum est enim, scelestorum facinorum præmia, etiam in historia contextu, citius & proxime secundum ipsa facinora, subiungi.* Wolfius secundum huius periodi comma mancum esse putat, atque ita legit, τῶν ἀναγνῶν ἔργων ὅμοια τῇ καὶ ἐπέχεσθαι. sed vulgata lectio eo sensu quo exposui, non male consistit. eandemque confirmat auctor ipse, dum & hic statim facinori pœnam attexit, & infra eandem repetit, 153, 4. Et v. 40, *eos quoque insuper exterrefactos in suas partes traduxit*.

P. 152, v. 11, P. ἐνεχείρισε: quod cum præced. ἔπεμψε belle congruit. V. 19, idem P. παρεδεδώκει, præterito perfecto: mox tamen v. 27, præs. temp. παραδίδωσι. Lat. t. v. 45, Græca sic magis ad verbum expresseris; *Et alii ergo multi in mare deciderunt, & Cæsar ipse male periisset, partim vestimentorum pondere, partim Ægyptiorum iaculis; (cum enim purpurea essent vestimenta, facilius in ea dirigebantur ictus) nisi & illa abiecisset, & post natatu aliquousq; prouectus, nauiculam conscendisset.*

P. 153, v. 18, προπλευσούμενοι, *pranauigaturi*, est etiam apud D. 136. in P. autem προσπλευσούμενοι: minus cõuenienter. Mox etiam rectius apud Dionem est μηδενὸς φειδόμενοι: & seq. v. ἐπ' αὐτούς: illic genitiuo, hic accusatiuo casu. V. 23, aptius προσέπεμψε P. & Dio 137, 2. V. 28, pro ἅπαν in P. est ἄλλα: nihil ad rem. V. 44, postremum periodi membrum procul dubio e duobus in vnum librarii vitio est contractum. videtur enim Xiphilinus scripsisse, τούς τε ἐναντίους δι' αὐτῶν, καὶ αὐτοὺς δι' ἐκείνων κατεργαζόμενος, *& hostes ipsorum manibus, & ipsos manu hostium conficiens*. Dicommaton autem esse debere hoc membrum, indicat primum particula τε absque redditione posita: deinde confirmat Dio 137, 40, τούς τε γὰρ ἐναντίους ἅμα δι' αὐτῶν κατεργάζετο, καὶ ἐκείνους ἀπηλλάττετο. Lat. t. v. 37, interpres diuise legit ἐν τέλει: verior sensus est; *assignatoque integro stipendio, promisit se daturum qua stato militia tempore completo, dari consueuerunt.* Post etiam, v. 42, malim *promptos gnauosque fore milites*. Gr. sonant; *absque tergiuersatione cum ipso militaturos*.

P. 154, v. 17, inter ὄντι & χρηματίσαντι in P. c. interiecta est præpositio μετὰ: quæ locum ibi habere nequit, nisi absolute accipiatur pro μετὰ ταῦτα. V. 27, pro ἐσώπησε apud D. 144, contrario & lucuiento sensu est ἐστηλοκόπησε, *notauit, infamauit*, velut facinore suo publice in columnam infamium inciso. V. 35, τοὺς αἰχμαλώτους fœm. genere habet etiam P. c. Interpres masc. gen. vertit *inter captiuos*. V. 46, χρήσωσι indicatiuo modo appositum coniunctioni ἄν, quia subiunctiuum eius verbi aoristum non est in vsu. Lat. t. v. 19, rectius interpres dixisset *in singulare certamen*, seu *in duellum*. vel sic potius, *singulari certamine concurrerit, cum eoque mortuus sit*. qua de re & Florus 418, 43.

P. 155, v. 1, P. & M. καὶ κριθήσεσθαι: itemque Dio 147. id est, *& reum futurum & pœnas luiturum eorum qua contra leges fecisset*: vel, *& accusatum & damnatum iri ob ea q.* V. 6, προσεφοίτησαν P. & M. c. scriptura est: apud D. geminata præpositione scriptum προσεπεφοίτησαν. V. 7, apud D. est ἐκ τοῦ δείπνου ἐξῄεσαν, *a cœna discesserant*. Lat. t. v. 35, sic magis ad verbum reddideris Græca; *Equestri etiam ludo, qui Troia nominatur, vetere instituto decurrebant patricii generis pueri: & curuli certamine adolescentes honore illis pares concertabant.* Meminit & Sueton. 28, 17: & Dionys. Halicarn. 475, 29.

P. 156, v. 10, apud D. 149, est, ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα ἡμέρας ἐμβαλών: itemque in Xylandri versione, *intercalatis septem ac sexaginta diebus*. Eandemque lectionem confirmant quæ de anno xv mensium refert Sueton. 8, 37. V. 39, ἀδελφῆς legitur etiam in P. & apud D. 145, 5: ac rursum infra initio Octauii, 161, 7: & apud D. 178, 14: immo etiam apud Eutropium supra 104, 18, Octauius Cæsaris ἀδελφιδοῦς nominatur. sed Xylander probat ἀδελφιδῆς, ex Sueton. 18, 47. Lat. t. v. 48, malim *laxiore veste*, aut *fluxiore veste*, vt Suet. 9, 46.

P. 157, v. 2, σύμμαχος est etiam apud D. 154. sed

conuenientius Xyl. legit ζώμασι: vt mox v. 5, τὸ καινῶς ζωννύμενον. Suet. quoque 9, 46, fluxiore cinctura vsum scribit Cæsarem. V. 6, inclusa δὴ, addita ex P. V. 20, de Bruti ortu quod refert Dio, affirmat etiam Eutropius 103, 42: sed negat Dionysius Hal. 192, 6. V. 25, in vulg. ed. est κατέστησαι. quod etsi ferri aliquo modo potest, rectius tamen P. κατεστῆσαι, signif. actiua; vt etiam apud Dionem est ὠθεῖσθαι. V. 28, inclusa δὴ, addita e P. V. 46, M. c. εὐχερείᾳ. qui casus si placeat, vt placere potest in caussali significatione, mox eodem casu legendum fuerit ἐθελοδουλίᾳ. V. 47, articulus τὸ, additus e P. & M. Lat. t. v. 1, sunt qui ὑπόδησιν *calceatum* interpretari malint. sed Blancum recte vertisse *caligas*, auctor ipse infra declarat 175, 11. vise & Sueton. 9, 45.

P. 158, v. 16, ἐγκαλύπτω vno ν scriptum etiam in P. rectius. at v. 18, pro nomine Δία vt in vulg. ed. & P. sic etiam apud D. 160 supposita præpositio διὰ: nullo sensu. nam per Δία Ἰούλιον alludit Dio ad *Diuum Iulium*, seu *Diuum Iulium*; quasi Dijoue prognatum. V. 22, φρόνημα repositum e P. vulg. γενόμενα legitur etiam apud D. quę scriptura si Dionis est, facti celeritatem designat; vt in illo, *dictū, factum.* V. 27, inclusa, ὃν τάχιστα, addita e P. & M. & Dione ipso. V. 35, pro ὑποπτεύεσθαι omnino vel cum W. legendum ὑποπτεύειν: vel ὑποπτεύειν cum X. vel saltem ὑποπτεύειν. V. 38, malim, τοῦ Μάρκου τοῦ Βρ. βήματι: vt apud D. 162, τοῦ τούτου βήματι. Lat. t. v. 3, Græca sic magis ad verbum expresseris: *Ast enim, vrbem tantæ magnitudinis, quæque orbis nostri aspectus patentis maximam pulcherrimamque partem tenet, & vt multas magnasque opes possidet, ita etiam hominum in se multos variosque mores habet, tum actiones pariter fortunasque varias publice ac priuatim experitur, nullo modo posse sub populari regimine moderatione vti; facilimque vnum aliquem bonum quam multos inueniri; pluraq; ac maiora incommoda a multis malis quam ab vno manare necessario.* V. 19, Blancus verterat, *Deum & dominatorem rerum omnium Iouem coram nominare.* Ego sic mallem; *Ac tandem supra cetera omnia, Deum quoque communibus suffragiis creantes, & Diuum Iulium* (vel *Dijouem Iuliū*) *aperte appellarunt, & templum ei cum area dedicarunt, eiusque sacerdotem Antonium, vt Dialem aliquem flaminem, designarunt.*

P. 159, v. 3, ἐξιδίσῃ legitur etiam apud D. 161. sed procul dubio scribendum ἐξιδίσαι, *exsudaret*, i. excerneret in illo alui fluore. V. 32, P. πλείους pro πλείονας: quod probat etiam interpres. Mox quoque rectius προσλαβὼν quā προσλαβεῖν. Dio aliis verbis vtitur 169. V. 41, apud D. 170, est πέντε καὶ ἑβδομήκοντα, LXXV. Sueton. 17, 1, populo viritim trecenos sestertios a Cæsare legatos scribit. V. 46, pro τι, antecedens μὲν postulat δὴ. Lat. t. v. 35, Græca sic magis ad verbum sonant; *Cum porro inter eos cōuenisset, ac Brutus ad Lepidum, velut cognatum suum; Cassius vero ad Antonium se contulisset; atque vna cœnantibus cum alia (vt in talibus consentaneum est) dicerētur multa, tum Antonius Cassium interrog.*

P. 160, v. 14, P. & M. ἀνάξιον. V. 17, pro prænomine Πόπλιος in vulg. exempl. scriptum πλούσιος: vt Blancus quoque verterat, *quod Seruilius Casca, homo locuples.* sed Πόπλιος est etiā apud Dionem 177, 2: & rursum infra 176, 30: 196, 35. V. 26, pro βασιλείαν P. habet βασιλειῶν, *regnis.* Lat. t. v. 24, Græca ita sonant; *cum ei rerum a Cæsare ordinatarum examen commissum esset*; seu, *cum ei demandatum esset vt res a Cæsare ordinatas examinaret.* videtur enim διοίκησις ibi potius esse ordinatio & dispositio vltimæ voluntatis, quam administratio.

P. 161, v. 17, ἀδελφῆς pro ἀδελφιδῆς supra quoque legitur 156, 39. ac fortasse ita scriptum ab ipso auctore: præsertim cum idem Eutropius quoq; scripserit 104, 16. Suetonius tamē & alii, Cæsaris pronepotem faciunt Octauium. vnde Xylander vtrobique legit ἀδελφιδῆς. V. 10, inclusa, ἐφάνη μὲν, addita ex P. & M. & ipso Dione. V. 11, ἀδελφῷ est etiam apud D. sed Xyl. legit ἀνδρὶ, *viro, marito*, secundo scilicet: vt Suetonius quoq; 19, 38, L. Philippum Octauii vitricum facit. V. 15, pro τῆς ἐξουσίας rectius apud D. legitur τῆς νόσου: itidem.q; apud Eutropii metaphrasten supra 104, 18. Sequenti v. & vulgati libri & P. c. habēt ὅπως καὶ, ordine inuerso. nostra lectio ἐ ὃν, exstat etiam apud D. V. 17, P. ἐκ τοῦ Ἀπόλλωνος αὐτοῦ, *ex ipso Apolline.* sed αὐτ legitur etiam apud D. Ibidem M. κεκινημένον. V. 35, inclusum ἰδὼν, additum e P. c. V. 44, Dio 179 pluraliter habet μάστιγας, *flagra.* Lat. t. v. 40, Græca ita sonant; *rapto e manibus eius pane, in altum subuolasset; mox volatu delapsa, eum illi reddidit.* Suetonius paulo exactius 39, 17. A Dionysio & Liuio simile quid narratur de Tarquinio Prisco; itemq; in Viris illustr.

P. 162, v. 15, & προσημαίνειν ferri potest, & προσημαίνειν substitui. apud D. 179 est προσημαίνει. V. 20, pro μέγα Dio habet μεγάλα: & mox P. & M. ἐπιλπίδας pro ἐλπίδας. V. 35, apud D. est τῷ κλήρῳ αὐτοῦ διαδέξασθαι, per hypallagen aut ellipsin. X. & W. legunt τὸ κλῆρον αὐτοῦ διαδέξασθαι: vt infra 175, 40: 201, 42, & alibi. V. 42, inclusa ἐ abest a P. Lat. t. v. 20, rectius interpres vertisset, *eumque ad patricios introducere*: vt Suet. quoque 18, 24, Octauiam gentem per d. Iulium ad patriciatum reductam scribit. V. 38, Gr. *quam vllus vir.* V. 48, *de sublimi loco*, superfluum est.

P. 163, v. 16, pro ἐγνώκασιν apud D. 181, est ἐγνώκει: quod melius congruit cum præcedēti ἐβεβαιώθη. sed ferri tamen etiam ἐγνώκασι potest, si ad senatum & proceres referatur. V. 28, M. c. ὅτῳ pro ὅτῳ: quæ scriptura notata etiam alibi.

P. 164, v. 3, locus apud D. 184, eodē plane modo scriptus est. sed congruentior videtur hæc lectio; ὥστε φῶς τῷ ἡλίῳ, ταῖς μὲν ἐλαττωθῆναι τε ἐσβέννυσθαι, ταῖς δ᾽ ἐν. V. 43, ὀλίγοις pro vulg. ὀλίγας repos. e P. & M. V. 37, inclusum λαχόντας abest a P. c. Apud D. 210, pro eo legitur ὑπάρξαντας, eadem signif.

P. 165, v. 19, λήψεται est etiam in P. & apud D. 213. nec male; si ad Cæsarem Octauianum referatur.

P. 166, v. 4, aorista καταπολεμῆσαι & χρήσασθαι posita pro futuris; vt supra 149, 4. V. 7, rectius apud D. 217, πλὴν τῆς Βονωνίας, *præter Bononiam.* V. 30, pro καταλαβεῖν apud D. 218 est καταλαβὼν: minus conuenienter. V. 33, τῆς legitur etiam apud D. sed aduerbialis genitiuus νυκτὸς ibi omissus est. Lat. t. v. 34, Gr. ita sonant; *lupus in castra & in tentorium eius, cœnam ibi adornantis, ingressus, mensam deiecit; vires simul & difficultatem inde subsecuturam præsignans.*

P. 167, v. 7, inclusum αὐτῶν nec Dio agnoscit 220, nec fert sententia. Contra, inclusum πῶς v. 18, a P. omissum, idem D. agnoscit. V. 20, rectius apud D. ἀπώλλυντο, præterito imperf. V. 29, apud D. inter ἄλλως & ἄλλον interiecta est particula ἄν: minus

minus tamen necessaria. V. 40, pro ἐκπηδήσαντα idem D. 221 habet ἐκπηδήσαντα, *exsiliens.*

P. 168, v. 7, P. ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς, *pro marito suo*: quod etsi aliquo modo videtur ferri posse, cōuenientius tamen ὑπὸ, vt declarant sequentia. atque ita est etiam apud D. 221. V. 23, τὸ τε μὲν γὰρ apud D. quoq; 222 ellipticῶs legitur, subaudito ex preced. ἀξιομνημόνευτόν ἐστι: atque adeo γὰρ ibi posita pro γοῦν. Lat. t. v. 36, *sellam* pro *lecticam* reponit Lipsius Elect. lib. 1, c. 19: sicut & Glossis vet. δίφρος est *sella*; & διφροφόρος, *sellarius.* V. 49, Gr. ita sonant; *cumq; finxisset se herum fugientem occidisse, fides ei partim e spoliis, partim e stigmatum notis est habita.*

P. 169, v. 11, P. τεθνήμενον pro ἡττώμενον: & v. 32, ἐσώζετο pro ἔσωσεν. V. 43, τοὺς ὠνητὰς ἀπήλαυνον etsi ferri aliquo modo potest, vt sit, *a venalib. depellebant,* i. a venalium emptione: tamen verior fortassis est hæc loci scriptura; τοὺς μὲν ἄλλους τοὺς ὠνησομένους, ἀπήλαυνον, *ceteros quidem qui emere cuperent, depellebant.* Eius certe lectionis vestigia sunt apud D. 224, 3, 6. L. t. v. 3, Gr. ita sonant; *atque ita & illum simul conseruauit, & ipse honore est affectus.* Paulo post, v. 7, Blancus ita verterat; *In eadem causa etiam is est qui, quo patre s.* appellatiue scilicet accipiens ὁσίου vocabulum: pro quo in P. & M. c. scriptum ὁσίως, dempto fine. sed eo modo & sententiæ & structuræ vis inferretur; immo ipsi etiam auctori; qui superiorum exemplorum nomina interisse, sequentium exstare significat. quamobrem etiam Xylander in sua versione pro *quoque* rectius dixisset *autem*; sic; *Osius autem Geta.* V. 31, Gr. ita sonant; *Classis enim imperator creatus, mariisque imperio aliquamdiu felici successu vsus, postquā & ipse proscriptus est, Siciliam occupauit: Italiaque ex propinquo incubans, cum & iis qui proscriptorum aliquem ex percussorum manibus seruauissent, duplam pecuniæ summam promitteret, & illis ipsis receptacula honoresque deferret, multos conseruauit.*

P. 170, v. 40, W. legit τοὺς περὶ τὸν Βροῦτον & τὸν Κάσσιον: non male; vt patet ex D. 226. V. 42, inclusa, in vulg. lib. omissa, agnoscit idem D. ibidem, sed repetita præpositione atque articulo, sic, παρά τε τὴν τοῦ Ἁρμοδίου καὶ παρὰ τὴν τοῦ Ἀριστογείτονος. Lat. t. v. 13, Gr. vox ἡρῷον non *sepulcrum* significat, sed *monumentum heroicum*; seu fanū id fuerit, siue sepulcrum. Paulo post, v. 15, Blancus verterat, *ædibus in quibus fuerat occisus, ad aluum purgādam relictis.* Sed Xylandri versionem probat quod apud D. 225 legitur, τό τε οἴκημα ἐν ᾧ ἐσφάγη, παραχρῆμα ἔκλεισαν, *& conclaue in quo fuerat iugulatus, confestim occluserunt.*

P. 171, v. 2, P. ἐχρῆτό τε, *vtebaturque.* V. 31, P. ὅτι πολλῶν. sed ὅτι πολλοῖς legitur etiā apud D. 234.

P. 172, v. 6, inclusa καὶ, addita e P. & D. 235, 41. Ibidem mox vulg. l. atque adeo D. ipse 236, 1, habet τότε πάσιμοι. nostram scr. e P. c. desumptam, probat ipsa etiam sententia. V. 19, P. ἐχρῶντο, plur. num. quod per syllepsin seu synthesin excusari potest. Mox v. 21, idem P. habet τρέψονται, indic. modo. V. 38, sunt qui malint per transpositionem τοῦ τε τὸ πρότερ. sed vulg. lectio est etiam apud D. 237, 4. V. 45, pro ἐσφάχθαι apud D. est ἐσφάλθαι, *offendisse, cecidisse.*

P. 173, v. 3, κατειργάσατο supra quoque pro futuro vsurpatum 149, 4: 166, 4. sed apud D. hic diserte scriptum κατειργάσασθαι, 237, 22. V. 5, q. c. κατέκλεισε: vt Blancus quoque verterat, *intra munitiones conclusit.* sed κατέκλεισεν est etiam apud D. V. 13, X. mauult μάχῃ κρίνας τὰ ὅλα, *prælio de summa rerum decernere.* V. 23, Bruti exclamatio iisdem plane verbis apud D. est 238. Ad verbum Latine ita sonat; *O misera virtus; fabula vtique eras aliàs: ego vero te vt rem colebam. sed enim tu fortunæ iugum subiisti.* Eius exclamationis priorem partem Florus inuertit; 421, 27; *non in re, sed in verbo tantum esse virtutem*: posteriorem Plutarchus sic interpretatur, τὴν τύχην ἰσχυροτέραν τῆς ἀρετῆς: & Florus sic, *fortunam efficaciorem esse quam virtutem.* De eadem vise & Petri Victorii adnotationem Var. lect. lib. 23, c. 2.

P. 174, v. 30, P. ἐκ τοῦ ὠνου, sing. num. itemq; Dio 242. Lat. t. v. 12, ita potius sonant Græca; *quod Cæsar initio totam Italiam (nisi siquis emeritorum aliquid aut dono accepisset, aut ex publico emptum teneret) vna cum seruitiis & cetero instrumento, dominis ademerat, militibusque dederat.* Sic v. 27, *agrum quem aliqui eorum tenebant.* Et v. 46, *Et quid hæc miretur aliquis, cum & ensem accingeret, & tesseras militibus daret?*

P. 175, v. 18, vacuum spatium in P. c. aliquid deesse indicat; ac suspicionem auget quod in altero periodi membro est singulare verbum ἐδύνατο, in altero plurale καθεῖλον. attamen & apud D. 243, totus locus ita legitur, absq; vlla defectus nota: tantum post ἐδύνατο, v. 17, apud D. inserta est καὶ: pro τῷ vero, v. 19, in vulg. ed. est τὰ, perperam. Ibidem v. 18, pro ἐδύνατο M. c. habet δυνατὸν, s. ἦν. V. 32, nota præposterum nominum ordinem; & mox v. 36, rectum. Lat. t. v. 1, ita sonant Gr. *vt se diremptores (seu pacificatores) iudicesve praberent controuersiarum quæ inter ipsos essent.* V. 49, *interius quidem lenibus eas virgis distinguens, exterius autem crudum bouis corium, orbiculati clypei in morem, obducens.*

P. 176, v. 40, pro τά τε P. habet τότε, *tunc*; hoc sensu, *cetera omnia quæ trans Ionium sinum tunc in Europa & Asia Romanis parebant.* Vulgata scriptura exstat etiam apud D. 251, 6.

P. 177, v. 3, pro λιμὸς apud D. 252, 5, scriptum λοιμὸς, *pestilentia*: minus recte. V. 11, inclusa δὲ, abest a P. Lat. t. v. 45, ita sonant Gr. *in eoque & consalutabant se mutuo natantes, & inter amplexandum aquis mergebantur*; præ lætitia scilicet factæ tam desideratæ pacis.

P. 178, v. 4, P. ἀδελφοῦ, *fratri*: falso: recte D. 255 ἀδελφιδοῦ, *nepoti ex sorore.* V. 19, lacuna est etiam in P. c. ac sequentia de Domitio Caluino, non de Ventidio a Dione scribi, notauit X. Locus apud D. est p. 256, 257. Lat. t. v. 16, ita potius sonant Gr. *atque is Parthos munito loco castra metatos, præter Labieni voluntatem ob superiorum victoriarum successus sese adortos, magna vi in fugam vertit.* Et v. 47, *quem Cæsar sustulit, & ad patrem misit. ille autē non multo post moriens, & Druso huic & Tiberio Cæsarem curatorem reliquit.*

P. 179, v. 24, pro δύο ὀπαδοῖς quidam legunt ὑπ' αὐτόν. quod apud D. quoque legitur 260; sed cum additamento vulgatam lectionem exæquante. V. 29, ὡς Γαλάτας προσπλησιάζομεν, exstat ibidem. sed Xyl. datiuo casu mauult τοῖς Γαλάταις προσ. V. 42, σωθῆναι pro vulg. σωτηρίοις repositum ex eodem D.

P. 180, v. 13, pro ἄσκησιν D. 261 habet ἄκεσιν, *medicationem*: rectius. Ibidem pro εἶεν ἐπιτήδειοι scriptum εἶναι ἐπιτηδεύματα: non male; si ad ἀμφότερα τὰ οἰκήματα referas. V. 24, προσιόντες legitur apud D. quoque ibidem: at P. & M. & alii c. habent προσιόντες: vt infra 325, 35. sed vel προσιόντες vel προϊόντες huic

loco videtur conuenire melius. V. 40, post ἐφύτευσεν addendum e D. commation hoc; ἢ ἐρριζωθέντα ηὔξησεν, *qua & radicibus actu creuit.*

P. 181, Lat. t. v. 28, ita sonant Gr. *& ad terram breuia habentem, quorum imperiti erant, allabi (seu impingere) reformidabant.*

P. 182, v. 1, M. c. συμμαχία: quod tamẽ pro conflictu non est vsitatum. V. 42, rectius cum W. legemus κατολογηθέντα, accus. casu. Lat. t. v. 6, aptius ita verteris Gr. *nec tamen feliciter ea occasione est vsus.*

P. 183, v. 21, inclusum ἐν, additum ex D. 268. Lat. t. v. 19, rectius, *ad Casarem se contulerunt*; i. in Cæsaris partes transierunt. V. 35, *quod cladem Crassi ductu superiore anno acceptã, ipse anno sequenti eodem die Parthis rependisset.*

P. 184, v. 20, inclusum πατέρα, non habet P. sed agnoscit D. 273. V. 26, πεποιηκότες aliquo modo corruptum videtur: sed si ante ὁπόση subaudiatur πᾶν, recte & sensus constabit & structura.

P. 185, v. 26, pro ὀχλοῦν apud D. (281, 9) legitur aoristum ὀχλῆσαι: nec male ante hoc ipsum participium ex eodem D. addetur τὸ Μάρκιον ὀνομαζόμενον: vt non generaliter aqua, sed specialiter aqua Marcia intelligatur. V. 38, locum mutilum esse, notat X. Videntur tamẽ quæ apud D. interiecta sunt, a Xiphilino velut parenthetica, data opera omissa esse. V. 43, inclusum articulum τὸν, nec P. agnoscit, nec Dio. Lat. t. v. 18, Gr. ita sonant, *Armeniorum regem, dolo ac fraude captum, quod sibi in bello contra Parthos non tulisset auxilia, argenteis catenis circumduxit; post & aureis catenis vinctum ad Cleop. adduxit.*

P. 186, v. 13, apud D. 284, plurali numero est ἐψηφίσαντο: rectius. nec enim ad Cæsarẽ Octauium, sed ad S. P. Q. R. id verbum refertur.

P. 187, v. 15, inclusum commation πλήρης τι, non agnoscit P. nec Blancus interpres: Dio 292 hoc ipsum πλήρης habet pro πιστήρες: atque alterum abesse debere, res ipsa satis declarat. V. 22, εἰ μή, sine redditione vsurpatum: subaudiendum καλῶς ἔχει, vel simile quid. plena structura est paulo post, v. 35. V. 26, inclusa, & πάνυ μάλα ἄλλως, absunt a P. c. sed agnoscit ea Dio quoque 296. ac similis vsurpatio particulæ μάλα est etiam infra 189, 34.

P. 188, v. 29, P. ἐν αὐτοῖς. sed singulare αὐτοῦ legitur etiam apud D. 299. Lat. t. v. 24, ita sonant Gr. *cumque ita velis confestim sublatis in aquor euecti, ventum secundum forte fortuna essent nacti, Antonius ea re visa, & ipse subsecutus est.* V. 28, *lapide quadrato a fundamento exstruxit.* V. 48, *capite inclinato (seu incuruato) prospectantem.*

P. 189, v. 6, ἐπαναλαβὼν legitur etiam apud D. 301. alioqui maluerit fortasse aliquis ἐπανελθὼν, *aduersus eũ venit.* V. 24, pro τότε Dio 305 habet ὅτε: & mox P. οἷς pro οἷος. sed vulgata lectio proba est. V. 36, D. melius cum articulo habet ἐς τὴν ὕλην. Lat. t. v. 9, ita sonãt Gr. *Cum porro Casar Alexandriã iam teneret, ipsamque Cleopatram intra regiam in libera custodia seruaret, supplicabat ea Cas.* Et mox v. 15, *negligentius sese ornans, (nam e lugubri habitu mirifice ei decor accedebat) in lecto considebat.* Paulo post pro *Statuis* mallem *Imaginibus, Simulacris, Signis.* V. 28, *Hac cum diceret, palpebris oculisq́, in Casarem leniter intortis, modulatos quosdam edebat eiulatus, delicataque eum voce alloquebatur.*

P. 191, v. 11, inclusum τι, abest a P. c. sed agnoscit illud etiam D. 311. V. 39, plusquamperf. ἐφύκει legitur etiam apud D. 334: habita ratione non temporis potioris, sed personæ. Lat. t. v. 15, malim, *in ipso naso affixum habet.* V. 25, ita sonant Gr. *Atque hac partim sub regum, partim sub populi, partim sub principum imperio, septingentis & vigintiquinque annis Romani vel fecerunt vel passi sunt. Exinde rursum mero vnius imperio regi cœperunt.* Et v. 35, *vt imperium deponeret, efficeretq́, vt aquo iterum iure omnes essent.*

P. 192, v. 9, pro ἀδελφοῦ Dio 336, 10, habet ἀδελφιδῆν, *sororis sua filiam*: quam Xylander Marcellam vocat in Annotationibus & Stemmate Cęsaris. Post eidem Agrippæ idem Augustus, Marcello defuncto, Iuliam filiam vxorem dat, 199, 21. V. 11, ὁμοίαν τῇ ἑαυτοῦ legitur etiã apud D. at P. habet τὸ αὐτό. V. 37, P. δημοσιεῖον. sed δημοκρατικὸν, agnoscit etiã D. 340. V. 44, apud D. 341, 6, scriptũ & ὡς, *etiã sic*, id est etiam in absoluta imperii maiestate. Lat. t. v. 34, Græca vox καλλωπιζόμενος sonat, *velut insigni ornamento se sese venditans seu iactitans.* V. 42, *vt accurato septus esset prasidio.*

P. 193, v. 6, P. καρπῶν; & tamẽ in sequenti membro ἔχει: qualis modi diuersitas est etiam pag. seq. v. 34. Dio (341, 12) vtrobique optatiuo verbi modo habet καρποῖτο, & ἔχοι. V. 12, inclusa ᾖ, e P. & M. addita, si retinẽda videatur, commation istud coniungendum erit cum verbo ἐπαγγέλλω. Lat. t. v. 15, interpres legit ἀποκληρωθέντα. si προσκληρωθέντα cum vulg. libris retineamus, sensus est; *quin & gentes forte sibi assignatas redditurum senatui post decennium.* Sic v. 33, Gr. sonant; *atque ibi pratorium habebat.*

P. 194, v. 32, pro ἀρχῶν malet fortasse aliquis ἐς ἀρχῶν: inquit Stephanus. sed sine præpositione hęc vox apud Dionem quoque legitur, & pag. seq. v. 11 eodem modo repetitur, quamquam cum articulo; aduerbiali videlicet significatione pro *plane, omnino*: itidemque alibi sæpe. V. 34, ἀγαπῷεν, & sequenti membro αἰδῶνται, leguntur etiam apud D. 345, 13: cum syntaxeωs regula postulet ἀγαπῶσι, subiunctiuo verbi modo. Lat. t. v. 15, malim, *vt piaculi reus, seu vt piacularis.* Et mox ita sonant Gr. *Atque hac isto modo & per appellationes istas acceperunt, vt nihil, nisi datum sibi, habere videãtur. Sed insuper etiam aliud, quod nulli veterum Romanorum tributum fuit, sunt adepti. legibus enim soluti sunt, vt Latina verba sonant.*

P. 195, v. 20, particula & ante πᾶσαν, etsi pro intensiua *etiam* accipi potest, rectius tamen potest omitti, vt apud D. 346, 2. V. 21, αὐξήσει & ἕξει leguntur etiam apud D. at in P. c. αὐξήσοι & ἕξοι. V. 38, D. ἐκείνῳ ἤρεσε, communi more. V. 43, λελοιπέναι) habet idem D. at P. & M. λελοίπασι): structura minus vsitata. Seq. v. διώκειν, habet etiam D. & P. at q. ed. διοικεῖν, signif. plane diuersa.

P. 196, v. 36, ἄρκτους τε τετρακοσίας habet D. quoque 349: genere tamen fœminino, τετρακοσίας. at P. c. ἄρκτους τετρακοσίους, *vrsos quadringentos.*

P. 197, v. 4, interpres legit προεχώρει, *processit.* V. 15, aptius præteritum, ἐπεφέροντο. Dio 350 habet περιφερομένου. V. 38, inclusum ὡς, in P. c. præteritum, exstat etiam apud D. V. 43, τὰ τῆς τύχης ἔργα, habet idem Dio 351, 4: at P. ψυχῆς, *animi, ingenii*: minus conuenienter. Lat. t. v. 6, ita sonant Gr. *ita vt maior exercitus pars interierit. Non erat autem morbus iste similis consuetis morbis; sed in caput ingruens, exarefaciebat illud, agrosque confestim perimebat: si quis vero eluctaretur, eis in crura descendebat.*

debat, transcensisque ceteris corporis partibus vniuersis, etiam illa infestabat.

P. 198, v. 3, ὑπ' αὐτῷ τῷ Μύσῳ, est etiam apud D. 351. alioqui mallet fortasse aliquis ὑπὸ τῷ αὐτῷ Μούσῳ, *ab eodem Musa*: V. 33, inclusa, αἰτίας ἔχοντος, addita ex D. 354. itidemque ἐκ v 41. V. 45, pro ἄχρι τῆς χώρας τῆς Ελεφ. Dio 355 habet μέχρι τῆς πόλεως τῆς Ελεφ. *vsque ad vrbem Elephantinen*: cuius Herodotus quoque aliquoties meminit lib. 2.

P. 199, v. 18, mutilum esse locum, notat X. Apud D. sane plenius ac dilucidius ita hæc leguntur, 356: ὥστε καὶ ἐκ τούτου δῆλον γενέσθαι, ὅτι ἀδύνατον ἦν δημοκρατουμένους σφᾶς σωθῆναι. μικρὸν γοῦν τινος ἔν τε ταῖς ἀρχαιρεσίαις καὶ ἐν ταῖς ἀρχαῖς αὐταῖς μετέχοντες, ἐθορύβουν. id est, *vt inde quoque manifestum fieret, fieri non potuisse vt sub populi imperio salua maneret resp. quippe quod populus, etsi parum iuris ac potestatis ei erat reliquum, in comitiis scilicet atque ipsis magistratibus; tamen in iis ipsis turbas ciebat.* Epitomes verba melius constabũt si legamus, μικρὸν γοῦν τινος κινηθέντος μετέχοντες, ἐθορύβουν: *quippe qui, cum exigua adhuc iuris parte potirentur, tamen tumultuarentur*. V. 21, in vacuo spatio deesse θυγατέρα, *filiam*, patet ex seq. 201, 44: 205, 18: 206, 4. V. 27, inclusus articulus τῷ, abest a P. V. 39, pro vulg. Κουλωνῷ Camerarius reposuerat Μαικήνας, *Mæcenas*. sed Κυζικηνῷ cũ Xyl. legendum esse ex D. 357, 6, manifestum est etiam ex seq. 235, 4. V. 41, pro τι P. habet οἱ: e quibus compositione facta legendum videtur τοῖς, *quibusdam*.

P. 200, v. 13, pro ἐνδημίας legẽdum videtur ἐκδημίας, *egressu ex vrbe*: vt ex seq. colligitur. V. 19, interpres legit ὡς ὅτι καὶ Μυρήνας. apud D. 360 aliter hæc leguntur, tam quod ad subiectum, quam quod ad prædicatũ attinet. Seq. v. pro εἶπεν apud eundem D. est ἐξεγένετο, vt pag præced. v. 42. Lat. t. v. 30, Gr. sonant; *vt propter potentiæ dignitatisque commutationem. plus ludibrii probrique incurreret*. V. 38, *erat enim ex generosioribus*; non ortu duntaxat, sed etiam animo. Et 44, *cum a domesticis lateribus liberam de his loquendi copiam afferre non posset; vt qui & cum pluribus mulieribus coiret, & Liuia (vt perhibetur) subiectus esset; quam & ipsam, viuo eius marito priore, vxorem duxerat.*

P. 201, v. 5, P. ποιεῖσθαι. Ibidem mox liquidior erit structura, si præposita continuatiua legamus, ἐπειδὴ ὁ Καῖσαρ ὀργίζετο. V. 20, post εἰσφορὰ ex D. 363, inserendum κατὰ μῆνα, *singulis mensibus*. V. 30, πάλαι legitur etiam in P. c. & apud D. 364. ac ferri aliquomodo potest, hoc sensu; *cetera quoque magno numero aceruatim congesta seu constructa*. alioqui simplicior esset lectio, πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα.

P. 202, v. 2, pro ἐπιβουλεύοντα apud D. 362 est ἐπιβουλεύοντας, subiunctiuo verbi modo. V. 19, παρ' αὐτοῦ agnoscit etiam interpres; apud D. 367 non legitur hoc commation: nec video quid huc faciat: nisi forte Cornelium istum ab Augusto censore notatum ob vxoris mores intelligamus. Lat. t. v. 6, ita sonant Gr. *quamquam Romanis nummos argenteos, alii plures, alii pauciores, et, primo anni die adeuntes, ob beneuolentiam donabant*. qua de re & Suet. 31, 17.

P. 203, v. 11, pro ἰδοὺ q. l. ἰδεῖν. vulg. lectioni patrocinatur quod apud D. est, 362, λέγει περὶ περίσω. V. 17, omnino contra exemplarium consensum legendum ἐκ ἀπελευθέρων, ex D. 373, 10. V. 38, inclusus articulus τοῦ, abest a P. c. sed exstat etiam apud D. 374. Lat. t. v. 12, ita sonant Gr. *sed non forte fortuna, sed studio & prænotione quadam ab eo factum esse*. V. 44, *qui sine probabili aliqua caussa e senatu emanerent*.

P. 204, v. 2, mutilata vox apud D. quidem integra legitur, 374: sed præcedens καὶ ibi non exstat. forsan ea in articulum versa legendum, ἀλλὰ ἡ αὐκτωρίτας λεγομένη ἐγένετο; *sed fiebat ea quæ dicebatur Senatus Auctoritas*: id est, declarabatur quid patribus auctoribus decretum esset. Blancus ita locum verterat; *quamquam sine effectu erat, quod rata non esset sine Cæsaris auctoritate; hoc est, nisi certa eius ac manifesta accessisset voluntas. nam ea est verbi signif.* V. 13, pro συνελθεῖν apud D. est ἐξῆλθεν, 375, 1. V. 21, κατὰ δεσπότου legitur etiam apud D. 375: at P. μετὰ δεσπότου, *cum domino*; perperã. Hic vero Dionem a Tacito dissentire, notat Lipsius Comment. in Taciti Annal. lib. 2. V. 25, τότε pro vulg. τοῦτο repositum e P. c. sed verius fortasse τούτου. Mox sane v. 27, pro αὐτοῦ rectius apud D. est αὐτό, *id*. Idem D. seq. v. pro διὰ τοῦτο habet διὰ τό, *propter hoc*. V. 41, in P. c. duplex est scriptura: primum μόνης; deinde finali syllabæ α superscriptum οι.

P. 205, v. 7, inclusa δ', addita e P. V. 11, χαμαιπετῶν est etiam apud D. 376. P. & M. habent χάμαμαθῶν: quod etiamsi vertas in adiectiuum χαμαμαθεῖ, tamen vulgata scriptura melior est. V. 15, rectius D. 377, τῷ ἰδίῳ τῷ ἀρχῷ, geminato articulo. Lat. t. v. 15, vt Blancus στενωπάρχους interpretatur *curatores angiportuum*, ita in Vrbis descriptione apud Aurelium Victorem leguntur *Curatores*, bini fere in qualibet vrbis regione. videntur tamen στενωπάρχοι esse potius *Vicorum magistri*, seu *Vicomagistri*, vt idem Victor nominat; & Sueton. in Augusto indicat, cap. 36. V. 39, ita sonant Gr. *vt & conspectu & factis e medio eis cederet*: id est, vt e medio digressus, nec conspectu eos nec factis offenderet. V. 48, *singulis sexaginta drachmas dedit*: eorum scilicet quibus frumentum e publico dabatur.

P. 206, v. 46, ἄσημον habet etiam D. 378. P. pro eo habet ἱερόν, & in marg. ἱερόν: nihil ad rem.

P. 207, v. 5, συνένοφον exstat apud D. ibidem. in P. est tantum præpositio συν: ceterarum syllabarum relictum est spatium vacuum. V. 33, rectius apud D. τὴν αἰτίαν τῷ δήμῳ οἱ ἡγεμόνευ. V. 40, rectius apud D. & in M. c. τὸν μὲν ἐδὲν λῦσαι. Lat. t. v. 35, ita sonant Gr. *vel etiam quod pontificis erat, s. ea domus*.

P. 208, v. 14, inclusa καὶ, addita ex D. 379. V. 28, inclusa ἐν, abest a P. c. Apud D. expressa quidem est ea præpositio, sed omissum participium ὑπαρχόντων, ellipsi vsitata & eleganti. V. 33, inclusa καὶ, addita ex D. 380. itidemque δὲ & καὶ v. 45. Lat. t. v. 33, ita sonant Gr. *nec persuadendo nec cogendo posse exstitisse*.

P. 209, v. 2, P. ἡμᾶς, accus. casu: minus conuenienter. V. 10, inclusa καὶ, abest a D. 380. contra, eadem ex eodem addita, v. 24. Idem D. seq. v. pro τύχῃ multo rectius habet ψυχῇ, i. *puro curarumque ac suspicionum vacuo animo*. V. 29, inclusa, τοῖς γε, addita ex D. Sic mox καὶ & οὐ, v. 36: & contracte τὰ ἀρχαῖα pro τὰ ἀρχαῖα. V. 39, P. c. ἡ γάρ τι ὅτι: nullo sensu idoneo. vulgata lectio exstat etiam apud D. ac ferri aliquo modo posse videtur, si priore membro ὅτι accipiatur pro ἤτοι, & membro posteriore καὶ redditiue capiatur pro *etiam*. tamen multo verisimilior est Stephani coniectura, vel ἀεὶ γάρ τι scribendum; vel pendere sententiam vsque ad φίλ μοῦ. Schottus e M. c. adnotat ἰδὼν: quod plane corruptum est. V. 45, ἐπ' ἀνδρίαν habet etiam P. c. ac

D. ἐπ' ἀνδρείας: rectius W. ἐπ' ἀνδρία, datiuo casu.

P.210, v.4, inclusa καὶ, addita ex D. V.12, D. 381, ἐκ ἐκείνοι, ὅτι φοβούμενοι, μισοῦσι: minus conuenienter. V.28, inclusa, αὐτῶν, & τι, addita ex D. V. 36, pro διά τοῦτο P.c. habet etiam alteram lectionem, διά ταῦτα. Inclusa quæ sequuntur, addita sunt e D. V.38, D. φησί τινι ἀναλογία ἐκείνην αὐτῷ χρῆσθαι. V.43, inclusa ϛ, addita e D.

P.211, v.2, pro articulo τὸ P.c. habet τι, *aliquid*: valde conuenienter. Seq. v. inclusa ϛ, addita e D. V.7, cum πάλα subaudiendum participium ἀμφοτερίζοντων. V.8, inclusa ϛ τά, addita e D. V.20, D. πολλοὺς μὲν ζῆλος, πολλοὺς δὲ ἐπιθυμία χρημάτων, ἄλλους ἀνδρίας φόβῳ, ϛ μάλα ἄλλους σύμβολα δόξη κτείνειν ἐδυνάμην. V.26, inclusa ϛ & τι, addita e D. itemque μὲν v.30. V.31, pro ὅ τι Dio habet ὅτι τι. V.39, post χαὶ defectus signum est in P.c. at non item apud D. V.41, P. c. ἐκ τούτων, plur. num. Seq. v. inclusum πολλοὶ additum e D. Lat. t. v. 31, ita sonant Gr. *eos qui talia speculantur & auscultant*: seu, talia oculis & auribus insidiose cōsectantur; vt ad principē deferant.

P.212, v.4, inclusa δὴ, addita e D. 382. V.8, apud D. est πείσης: cum quo verbi modo ἂν frequentius construitur. V.11, inclusa, αὖ, ἔτι, addita ex D. Ibidem idem D. habet πάθοι: & tamen in seq. membro ἴδῃ. V.16, inclusa γὰρ, addita e P. & M. at ὁρᾷ v.18, ex D. V.25, D. ταῦτά τι, *& hac*. Idem mox ἀκούσαι & βλέψαι, temp. aor. Seq. v. rectius apud eundem est διά ταῦτα τι, alioqui legendum foret τούτων τι, *horum aliquid*. V.29, rectius D. ὑπ' ἀλλήλων, *a se inuicem*. V.32, D. τὸ πάντας, ἂν οἷόν τε ᾖ, σώζειν δυνάσθαι, *omnes homines, si fieri queat, conseruare posse*. V.34, D infin. δεῖν. V.37, inclusa τι, addita e D. Lat. t. v. 31, ita rectius sonant Gr. *vt nihil neque a se inuicem, neque ab exteris hominibus damni capiant*.

P.213, v.12, inclusa, ἀπ' αὐτῶν, addita sunt e D. 383. Sic v.24, αὖ & ϛ: & rursum αὖ v.39. V.18, congruentius fortassis, αὖ ϛ τὰ μάλιστα μάθῃ τις: subiunctiuo scilicet modo. V.30, pro articulo οἱ P. habet coniunctionem εἰ: itemque Bl. interpres: minus congruenter. V.35, inclusum μοι, additum e D. Lat. t. v. 33, ita sonant Gr. *Qui autem veniam sunt consecuti, eos & delicti pœnitet, & iniuria aliquid benefactoribus suis deinceps facere pudet: quinimmo, ad referendam eis gratiam, in multis gnaua præstant officia, vberiorem obsequii remuneratione inde sperantes*.

P.214, v.6, post πέντε ϛ εἴκοσι apud D. 384, addita hæc parēthesis. ἢ, ὥς γε ἕτεροι λέγουσι, πέντε ϛ εἴκοσι. id est, *vel, vt alii dicunt, quinque & viginti*. V.16, P. εἰ ϛ, *etiamsi*. Ibid. mox vulg. l. εἴ τι, pro εἰ δὲ. V.18, D. ϛ οἱ δέκατοι, οἱ τε ἐν τῇ Παννονίᾳ τῇ ἄνω, οἱ Δίδυμοι, ϛ οἱ ἐν Ἰουδαίᾳ. τό τι ἰνδ. sicut etiam in Golzii Antiq. est *Legio* x *Gemina*, & *Legio* x *Suriaca*. V.22, inclusum commation ὑπὸ τῷ Κλαυδίῳ, additum e D. itidemque mox v.26, τὸ δίδυμον. V.33, μύριοι, additum e D. In P. & M. c. pro eo vocabulo relictum erat spatium vacuum; haud scio an per dubitationem. V.46, pro ἑξακοσίους Dio 385 habet ἑξακισχιλίους, *sexcentos*. Lat. t. v.31, ita sonant Gr. *Insuper & Prætoriani milites ad tutandum Augusti corpus, decem milia, in decem ordines tributa: tum ad vrbis præsidium, sex milia, quadrifariam diuisa*.

P.215, v.3, inclusus articulus ὁ, additus e P. & M. Sequentia vero inclusa, nō leguntur apud D. 386, 13. V.10, ϛ, addita e P: V.42, eadem ϛ addita e D.397. V.45, P. μαθητὰς: minus recte.

P.216, v.17, D. 399, ὅτι πολιτικὸν οἱ ἡλικία ἀξιόλογος ὑπελείπετο, *neque ex vrbana iuuentute quidquam, quod quidem alicuius esset momenti, supererat*. V. 38, ὑφ' ὧν, *sub quibus*, legitur etiam apud D. 400: & repetitur infra in Vita Seueri 421, 18. alioqui maluerit fortasse aliquis ὑφ' ἣν, *sub qua*. Lat. t. v.39, ita sonant Gr. *vatibus interdictum est ne de morte vel seorsum cuiquam, vel alius cum eo colloquentibus, vlla responsa darent*. V.47, *& senatum Tiberio commendauit. recitauit autem eum libellum non ipse, (neque enim clara voce loqui poterat) sed Germanicus, vt consueuerat*.

P.217, v.7, inclusum articulum τῷ non agnoscit P. nec D.401. V.9, τὸ τίμημα repositum ex P. c. In vulg. l. est τὸν τίμημα: itemque apud D. atq; adeo simile structuræ genus est apud Pæanium supra 93, 26. sed P.c. lectio & clarior est, & vsitatior. V.11, pro ἔτι P. & D. habent ἐν, *amplius*: recte. V. 13, D. καθ' ἕκαστον μῆνα, *singulis mensibus*: Xyl. καθ' ἑξάμηνον, *in semestre*: recte, vt patet ex 195, 32: vbi diserte scriptum is ἑξάμηνον. V.26, pro αὐτὸν apud D. est αὐτῶν: minus congruenter. V.23, P. μηδέ τι αὐτῶν. sed μηδέποτε agnoscit etiam D.402. Lat. t. v.1, ita sonant Gr. *si nō amplius cum eis epularetur. nam vt plurimum, præsertim autem quoties esset consessus, alias in foro, interdum etiam in ipsa curia, cum intrantem eum, tum rursus abeuntem salutabant*.

P.218, v.8, locus apud D. iisdem plane verbis legitur 402. sed post τῶν desiderari vel numeralem notam ρ', vel numerale nomen ἑκατοστῇ, *centesima*, perspicuum est cum ex sequentibus, tum ex Suet. 40, 21: vbi ostentum hoc eisdem prope verbis recensetur. V.23, Augusti dictum alludere videtur ad Græcam historiam. nam eodem prope modo Themistocles apud Aristoph. Equitibus, Atheniensium vrbem ἐποίησε μεστὴν, εὑρὼν ἐπιχειλῆ. V.27, vulg. l. & D. 402, ἐπὶ μύμου πρὸς πλευτῆς. ego cum P. πλευτῇ malui: quia id loquendi genus & melius sonat, & apud Dionys. Halicarn. aliquot in locis a me obseruatum est: immo hac ipsa p. v.17, itidem habemus ἐπὶ δίφροις ἐν ἱππεῦσι.

P.220, v.6, τυραννίδας τε ἐπιθυμῶν, legitur etiam apud D. 404: at P.c. τυραννίδα τις ἐπιθείς εἴη, *tyrannidem reip. imponeret*. Lat. t. v.26, Lipsius mauult *curru pompali*; vt notatum in πομπικῷ. V.30, ita sonāt Gr. *tum ceterorum Romanorum, qui quacumque re primatum obtinuerant, imagines ferebantur, facto ab ipso vsque Romulo exordio*. V.48, *deinde equites, partim ii qui ex equestri erant ordine, partim ceteri omnes; tum reliqui ad præsidium vrbis armati milites, in orbem cursitarunt*.

P.221, v.2, pro ἐπιβάλοντα ex D. 408 reponendum ἐπιβάλοντος: si constare structuram velis. V. 30, τῷ ἀργυρίῳ signate dictum, nempe τῷ ἐπικηρυχθέντι: vt interpres vertere debuerit, *atque insuper pecunia illa summa eum ditauit*; ea nimirum quæ capiti eius publico præconio erat imposita.

P.222, v.22, ψηφισθὲν pro vulg. ἐψηφισθὲν repositū ex D.410. V.26, inclusa ϛ aut tollenda est, aut mutanda in pronomen οἱ, *ei*. V.29, pro δήμοι legendum esse δημάρχοι, & res ipsa dictat, & confirmat Dio.

P.223, v.5, ἀφύλακτος cum W. legendum esse pro vulg. ἀφυλάκτως, res ipsa satis arguit. V.7, αὖ λαμβάνοντες, P.c. lectio est: vulg. l. & D. 411, ἀναλαμβάνοντες, minus recte. Paulo post, v.8, cum eodem P. accus. casu scriptum τὸ πλοῖον τοῦτον, & seq. membro τὸ μὴ ἐρεσσόμενον: quæ apud D. leguntur datiuo casu, τῷ: nullo

nullo tamen ſenſus diſcrimine. V.14, pro ὅτι W. in ſuo cod. ſcripſerat οἵ τι. ſed vulg. ὅτι legitur etiam apud D. 412. V.18, pro Ῥώμης apud D. eſt Νώλης. vt intelligatur id ſtatim poſt obitũ Auguſti factũ, antequam corpus eius Romam ad ſepulturam eſſet tranſlatum. Lat. t. v. 8, ita ſonant Gr. *Ac ſi ea tantum habuiſſet Tiberius, facile ſibi ab eo cauere potuiſſent qui morum eius experientiam ceperant.*

P.224, v.34, ἤ τι legitur etiam apud D. 414: cum ſenſus requirat ἢ ὀλίγον τι, *vel parum aliquid*. Lat. t. v.29, Græca vox ſonat *ſubligaculũ*. ſed & caligas eo nomine ſignificari, ſupra quoq; notatum ad 157,1.

P.225, v.16, incluſa ἐ, abeſt a P. c. ſed exſtat ea etiam apud D. 415. V.38, M. c. ἐκχαρίσαι: corrupte. fortaſſe librarius ſcribere voluit ἐκ χαρμῆς γε. vulgata lectio ἐκ χαρμῆς, exſtat etiam apud D. 416,14. V.39, αὐτῶν legitur & ipſum apud D. ibidem: at P. h. αὐτοῦ ἰδιοῦτο, *ſibi vt proprium adſcribebat.* Ibid. τῶν πρώτων οἰκοδομησάντων habent omnia exemplaria, id eſt, *eorum qui primi ædificauerant.* quod moneo ne quis forte malit aduerb. πρώτως. Lat. t. v.6, Græca vox ſonat *Præſes*.

P.226, v.26, P. ἐπὶ τὰς θύρας, *ad fores*: nihil ad rẽ: D. 417,3, ἐπὶ τὰς θέας, *ad ludorum ſpectacula.* Blanc. interpres θύρας maluit. quod cum mox v.35 repetatur, Dionis lectio videtur eſſe verior. V.30, συνεσπούδαζεν eſt etiam apud D. at in P. corrupte συνεσπούδαζον. V.39, incluſus articulus τῆ, abeſt a P. c. Apud D. breuius eſt, ἐξ οἰκίας τῆ ἀπελευθέρου τινός. V.40, P. ἰδιωτῶν: congruentius. Ibidem mox W. legit συμπροσέπεμπε: germana lectio eſt ἀντιπροσέπεμπε apud D. 416,41. V.44, W. οἰκοῦντι: D. 417 οἴκοι. Lat. t. v.16, ita ſonant Gr. *Atque in ſumma, tantum ſtudebat moderationi, vt, cum aliquando Rhodii magiſtratus, datis ad eum litteris, non ſubſcripſiſſent quod ſubſcribi de more ſolet, vota ei facientes.* Moderationis autẽ vocabulo vtitur in hac ipſa narratione Suet. quoq; 49,32. V.32, *ſed etiam vt plebs (ob ſuã præſentiã) modeſtior eſſet.*

P.227, v.10, P. ἐψηφίζοντο: D. 417 ἐσημείωσε. V.12, de vtraque nominandi ratione meminit etiam Pauſanias in Achaicis, 213,3: & copioſiſſime Sigonius in lib. De nomin. Rom. V.15, ἀνήλλαξε legitur apud D. quoque: haud ſcio tamen an verius ſit ἀπήλασε, *ſubmouit, depulit.* V.44, pro incluſis αὐτοῦ ὢν in P. eſt ſpatiũ vacuum. aptior hæc lectio, αὐτάγγελος ἐκείνῳ αὐτῆς, ὥς που ἐπισκήψαι εἴη, φήσαντος: vel, vt apud D. eſt 418, αὐτάγγελος αὐτοῦ, ὥς που ἐπισκήψαι εἴη, φήσας.

P.228, v.2, pro ἐξήνεγκε X l git ἐβδομήκοντα. V.19, calidam ardentibus infundi iubet Druſus; quaſi conuiuii res eſſet, non incendii: vt copioſe Lipſius explicat Elect. lib.1, c.4. V.23, incluſum χεῖσθαι, abeſt a D. 419: & mox pro κομίζειν apud eundem eſt νομίζειν: itemque in P. c. V.33, πολλαὶ habent etiã P. & D. alioqui maluerit fortaſſe aliquis πολλά, *multa*. V.38, incluſum σωφρόνως, additum ex D. V.44, P. μαντείας: D. μαντείᾳ τινί. V.46, P. & D. δοῦναί τινι, *dare alicui.* Lat. t. v.18, Blancus verterat; *hominibus ardentibus, eoſdem aquam poſtulantes, feruenti aqua iuſſerit perfundi*: perperam, vt Lipſius declarat loco iam citato.

P.229, v.8, Suet. in Tiberio, cap.71, de duobus vocabulis Græcis meminit. ſcribit enim *monopolium* eum cum veniæ deprecatione vſurpaſſe: *emblema* vero in quodam decreto ſenatus commutari iuſſiſſe. V.15, M Pomponius Marcellus, ſermonis Latini exactor modeſtiſſimus, cũ ex oratione Tiberium reprehendiſſet, affirmãte Atteio Capitone, & eſſe illud Latinum, &, ſi non eſſet, futurum certe; Iam inde mentitur, inquit, Capito. Tu enim Cęſar ciuitatem dare potes hominibus, verbis non potes: vt ex Suetonii Grammaticis illuſtribus adnotauit Schottus. V.18, incluſa δὴ, addita e P. & D. 420. Sic τὸ, v.43.

P.230, v.19, ἐλαῦ eſt etiam apud D. 421: at infra in Nerone 287,2, ἐλᾷ, *perdet.* Adhæc coniunctio τε poſt Συβαρίτης, abeſt a D. ed. Pro ἀφροσύνας vero W. mauult ἁβροσύνας, *delicias, luxuriã*. V.33, de inſidiarum modo meminit etiã Cornelius Tacitus; teſte Schotto. Lat. t. v.16, ita ſonant Gr. *& oraculum quoddam, velut Sibyllinum, quod alias quidem ad tempus* (i. annos) *vrbis non congruebat, ſed ad præſentia accinebatur, haud leniter eos commouebat.* V.27, *libroſque omnes qui vaticiniorum aliquid continerent, inſpexit: eorumque alios, vt nullius momenti, reprobauit; alios, in probatorum numerum recepit.*

P.231, v.9, mathematicorũ ſtudiis ob hoc temp. tunc vexatam fuiſſe, ex Tacito adnotat Schottus. Lat. t. v.29, ita ſonant Gr. *cũ alia in ea præfectura inſtituit, tũ cohortes quæ ante, vt nocturnorum vigilum, diſparatæ erant, in vnum murum coẽgit; vt imperata & omnes ſimul, & cito acciperent; omnibuſque, velut intra vnum murum degentes, eſſent formidabiles.*

P.233, v.1, de Lutorio Priſco meminit etiam Tacitus; teſte Schotto. V.15, Dionem & Zonaram a Tacito hic diſſentire, notat Lipſ. Comm. ad lib. 4 Annalium Taciti: ac veriſimilius eſſe, palma quã pugno Druſi os percuſſum a Seiano. Sed cum Dio ſupra 228,15, Druſo Caſtoris agnomen a nõnullis tributum ſcribat, quod exemplo Caſtoris & Pollucis, qui πὺξ ἀγαθοὶ celebrantur a pœtis, equiti plagas inflixiſſet, non abſurde ſuſpicetur aliquis, Seianum ad euertendũ id Druſi agnomen, pugnũ ei ipſi voluiſſe impingere, nõ palmã. Bl. vero, L. t. v.18, vertere debuiſſet, *vt ei etiã pugnum aliquãdo impegerit.*

P.234, v.4, καὶ τόπον, pro vulg. ἐπὶ τὸν repoſitum e P. & M. & ex Dione ipſo 423. At v.14, pro Ἀσίας P. minus conuenienter habet τινας. Lat. t. v.25, ita ſonant Gr. *Decennio imperii elapſo, etſi ad reſumendum imperium nullo ei ſenatusconſulto fuit opus: (nec enim neceſſe habebat interciſo principatu, vt Auguſtus, imperare) tamen decennalis celebritatis ſolennia ſunt peracta.*

P.235, v.41, de Sabini cane meminit etiam Plin. lib.8, c.40; teſte Sch. Lat. t. v.3, ita ſonant Gr. *Illo igitur tempore, cum hæc memoratu digna cõtigerunt, tum Cyzicenis iterum libertas eſt erepta, quod cives quoſdam Rom. in vincula coniecieſſent, & heroicum Auguſti fanũ, quod inchoarãt, nõ abſoluiſſent.* V.16, *accuſatus principi inſidias feciſſe, (aderat .n. coram) magnos cachinnos ſuſtuliſſet; Tiberius, admurmurãte nonnihil ſuper ea re ſenatu, Ne viuere quidem amplius mereor, inquit, ſi & Lentulus me odit.*

P.236, v.1, προεῖπε legendũ eſſe pro vulg. προεῖπε, & Lipſius e Luciano docet Elect. lib.1, c.6: & cõfirmat ſimilis huius Epitomes locus ſupra 159,43: & infra 397,26: itidemq; Herodiani 540,15,34. Itaq; & Blancus vertere debuiſſet; *neq; defunctam ipſe propoſuit.* Et v.5, *eamq; inter diuos referri diſerte vetuit.* Rurſum Gr. t. v.6, αὐτῇ, pro ἐπ' αὐτῇ, legitur etiam apud D. 425. V.25, interpres poſt μὲ inſerit εἶναι: quę ellipſis alibi quoq; haud infrequenter occurrit, præſertim apud Herodianum.

P.237, v.4, locus & in vulg. l. & in P. corruptus eſt. primum enim P. habet σπαν . . . σιν: vulg. l. σπανιζόμενα, corruptius: deinde mox, τὰ

ἀγωνίαν ἀσκῶν. Tum paulo post, v.7, pro καθὸ vulg. l. habent καθ' ὅτι: in P. autem pro eodem est spatium vacuum. Nostra lectio petita est ex D. 425. V.8, malet fortasse aliquis ὅτι πολλῶν. Præterea coniunctio τε deesse membrũ aliquod innuit. vt talis quæpiam loci requiratur lectio; ἀλλ' ἐκείνῳ τε, ἵνα ὅτι πολλῶν χαλεφθείη, ... V.11, ἀτιμία legitur etiam apud D. alioqui conuenientius fortassis ἀθυμία, mærore. cui paulo infra oppositum ἡδονή, v.18. V.15, ἑταῖρος e P. repositum est. in vulg. ed. & D. legitur ἕτερος, alius. Lat. t. v. 2, ita sonant Gr. *nam vno eodemque die, & apud Tiberium conuiuio exceptus, de amicitia poculo bibit, & in senatu condemnatus est.*

P.238, Lat. t. v.8, *sedes aureas* mauult Lipsius Comment. in lib. 2 Annalium Taciti. In præcedenti membro, si γραφαῖ pro picturis accipere malis, sensus est; *& in picturis ambos simul pingebant.* V 8. ita sonant Gr. *moleste ferunt, quasi calumniis infamentur; irascunturque, quasi grauibus afficiantur iniuriis.*

P.239, v.37, ἐτίμα legitur etiam apud D.427. ad sequẽs tamen καθῄρει melius per antithesin quadrare videtur ἐπῄρει, attollebat. V.43, inclusa ἐ, addita e P. & D. Lat. t. v.25, ita sonant Gr. *non consulatus, sed imperii collegam significantes.*

P.240, v.4, rectius D.427, ἔτι μὴ ἀφαιρεθ. ... V.7, τε post ἐκεῖνον vel tollenda, vt otiosa; vel in καὶ mutanda. Seq. v. inclusa ἐ, addita e D. Lat. t. v. 8, ita sonant Gr. *& alia enim sibi, & sacra quoque faciebat.* V.32, *Macro prætorianos, quibus partim ipse, partim senatorum consessus erat stipatus, sua eis potestate patefacta, litteras quoque se a Tiberio ferre dictitans quibus eis donatiuum aliquod tribueretur, in castra dimisit: vigilumque excubias pro illis circum ædem dispositas, intrat; redditaque consulibus epistola, iterum exit, antequam quidquam recitaretur.*

P.241, v.17, pro οἱ δὲ, apud D.429 legitur οἱ δ' οὐδ', repetita negatiua. Ex eodẽ D. & P. additum inclusum τε. V.22, D. ... P.c. ... quidem agnoscit, sed omissa particula τε. V.26, inclusa ..., addita e P. & D. sed D. ibidem mox rectius ... V.38, inclusa, addita ex eodem D. Lat. t. v.8, ita sonãt Gr. *acclamationibusque vtebantur, præcipientes ea quæ sperabant.* i. inter acclamandum talibus honorum titulis eum ornabãt, quales ei obuenturos esse animo præcipiebãt. V.12, *hæsitare admodum, vultumque deiicere.* V.18, *iam vero ea quæ hucusque lecta fuerant, quasi leuia essent ac sola, contemnebat; sperabatque vel nihil præterea, vel, si omnino, nihil saltem grauius de se mandatum esse.* V.26, *cum ergo tandem aliquando surrexisset, interea & Laco in consessum ingressus ei adsistit: ac demum perlecta epistola, cœp. omn.* V.42, *& quem ante coronis dignabantur.*

P.242, v.7, δημίου pro δήμου repositum e D.430. V.30, inclusus articulus τῶ, additus e P. & M. & D. 431. Lat. t. v.46, rectius ita verteris Gr. *sed etiam plane se intellexisse dissimulauit.*

P.243, v.8, vulg. l. & D.433 habent ... nostrum ..., e P.c. repositũ, melius quadrat cum præced. datiuo ἡμῖν.

P.244, Lat. t. v.14, possis etiam vertere, *condemnatus ob tragœd.* vt supra 233, 36.

P.245, v.15, pro ... Dio 439 habet ..., quingentas. Vise Suet. 67, 22. V.41, P.c. ... itidemq; Bl. interpres: cum tamẽ & temporum discrepantia, & antitheseos ratio, mendi eam scripturam arguant. V.45, Suid. infra 858, 29, in cit. huius loci habet ... Lat. t. v.36, ita sonant Gr. *reque alias maxima celeritate aggrediebatur, alias persequebatur lentissime; pecunias & profusissime cõsumebat, & sordidissime colligebat: blandientibus & libere loquentib. aque nũc delectabatur, nunc offendebatur: multos ob grandia delicta non puniuit; multos contra, qui nihil commisissent, trucidauit: sodalium alios vltra modum adulabatur, alios extremis afficiebat contumeliis.*

P.246, v.15, inclusum ὄντας, abest a P. sed exstat etiam apud D.441. V.21, ... legitur apud eosdem, & confirmatur a Suet. 74, 7. V.23, ... pro vulg. ... cum Xyl. repositum ex eodem Suet. 74, 11, 19, contra exemplarium consensum. Vise infra 257, v.31. V.37, P. & M. ... corrupte.

P.247, v.8, ... legitur etiam apud D.442. sed haud scio an verius ..., generis nobilitate. V.21, D.443, ... : vt interpres quoque, *ipsis kalendis Ianuariis.* V.30, ... habet idẽ D.443: at P. ..., temp. aor. Seq. v. idem P. composite habet ... Lat. t. v.13, sic ad verbum sonãt Gr. *vt nullum vmquam qui ab eo prouocasset, iudicare vellet; sed ipsi rursus talia cõmitteret omnia.*

P.248, v.29, P. ... : & mox ... fœm. gen. V.35, ... legitur etiam apud D. 446, & quidem præmisso articulo τῷ. at P.c. ...

P.249, v.18, ... legitur etiã in P.c. apud D. vero 447, ... At paulo post, v.22, P. minus apte habet ... V.42, ... agnoscit etiã D.448: at P. ...: perperam. Lat. t. v.47, ita sonant Gr. *equi certatores victoria dignissimi.*

P.250, v.4, inclusa τε, addita e P. & M. & D.448. Lat. t. v.15, ita sonant Gr. *natura lunarem figuram habeat.* Et mox, *cibo meroque vltra satietatem differtus.* V.33, *nihil dignum supplicio possedisse,* (id est, non possedisse tantas opes ob quas interfici debuisset) *admirandum adiecit elogium; Decepit me, inquit, & frustra interiit. viuere enim potuisset.* V. 47, *quo significabat, Caium ag.*

P.251, v.18, αὐτῷ pro vulg. αὐτὸν repos. e P. V. 22, inclusa δὲ, abest a P. sed exstat etiam apud D. 449. V.35, ... legitur apud D. quoque 450. P. coniunctẽ habet ... sed rectius fortasse particulam ... vel tollemus, vel in ... mutabimus. V.40, ἐπεὶ δὲ pro vulg. ... repos. ex Stephani adnot. Paulo post, v.43, ... post ..., non agnoscit D.450. Lat. t. v.35, ita sonant Gr. *motus iis qui tunc erant magistratibus:* consulibus sc.

P.252, v.5, P. ... : parum ad rem. V.12, leg. ... ex D.451. V.33, ... repositum ex D.453. vulg. ..., quod in P. quoq; legitur, aliquomodo alludit ad Albionem, Britanniæ insulam Ptolemæo. Lat. t. v.12 ita sonant Gr. *sed cum in alia de more absumebat, tum in exercitus. nam ducenta quinquaginta militum milia collegerat.* V.22, *poposcit Gallicanas descriptiones;* (i. rationariũ Galliæ, in quo quantus cuiusq; census esset, perscriptũ erat) *ex iisque ditissimorum quorumq, nece imperata, ad collus. rem.* Ibidem mox pro drachmis Latinius dixisset denarios. V.30, *propter cognomẽ.* V. 33, *nisi cõtempsisset hominẽ: quippe qui & natura & de industria magnã præ se ferret segnitiẽ.* Et mox, *Ad Oceanũ porro cũ venisset, quasi etiã in Britanniã ductu-*

rus exerc.

rum exercitum, omnibus militibus in litore dispositis, triremem conscendit: paulumque a terra soluens, mox remeauit. post, conscenso excelso tribunali (seu suggestu) signoque militibus velut ad pugnam dato, ac tubarum clangore concitatis animis, derepente conchylia eos legere iussit. Sumptisq; his spoliis, (nam exuuiis scilicet ad triumphalem pompam erat opus) magnos tollebat spiritus, quasi ipso etiam Oceano subacto; militibusque largiebatur multa.

P.253, v.1, μηδὲ μιᾶ pro vulg. μιᾷ repos. e P. & M. & D. 453. V.16, προσφέρειν agnoscit etiam D. at P. προσφέρειν, *praeferre*. V.20, inclusum ἂν, additum e P. & D. Lat. t. v.28, ita potius sonant Gr. *ne quis ad eum pertingeret*. V.48, *ita & vestitus ceu numerosa compositione, & apposititiis circumpositititiisque ornamentis, exquisite se variegabat, omniaque potius quam homo videri volebat.*

P.254, v.9, αὐτῶν legitur etiam in P. & apud D. 454. sed omnino cũ Steph. legendũ αὐτοῦ, *ipsi*. Mox etiam rectius, ἐθυσιάζετο, *atque adeo etiam sacrificia*. V.17, melius δοκοῦντός τι εἶ, expuncta particula τι, apud D. V.31, P. pro posteriore ὑπὸ habet ἀπὸ. V.39, ante τοῦ ex D. inserere potes καί. V.43, idem D. ἀπόλυς ὁρῶν, accus. casu. Lat. t. v.39, ita potius sonant Gr. *atque interim subinde & Deum appellare, & adorare; tandem etiam vouere, si seruaretur incolumis, se illi sacra facturum.* V.48, *exilique ac submissa voce, Vobis diis, inquit, solis licet vos mutuo videre.*

P.255, v.1, pro ἐπαχθεὶς P. & D. 454 habent ἐπαχθεὶς. possemus etiam legere ἐπαρθεὶς, vel ἀχαρθεὶς. V.6, participium περισχαλέσας, pro infin. περισχαλέσαι repositum ex eodem D. V.28, Homeri locus exstat Il. ψ. Lat. t. v.17, ita sonant Gr. *aedeque Castoris ac Pollucis, quae est in foro Romano, dissecta, inter media simulacra eorum, ad.* Qua de re Sueton. quoque 63,19. V.20, *Iouem Latialem se nominabat.* V.24, *ipse sibi sacerdos erat, equumq; sacerdotii collegam sibi designarat.* V.27, *Tonitribus per machinam quandam tonitrua opponebat, & fulguribus fulgura.*

P.256, v.27, P.c. τοῦ ῥάσαντος: forsan pro τοῦτον ἀράσαντος, *hoc percutiente.* apud D. 455, 40, legitur αὐτῷ συμπεσόντος, *obuiam facto*, s. Caio. Lat. t. v.2, ita potius sonant Gr. *quoties ordo eum tangeret.* V.13, *dilatusque, vt breui post daturus poenas, seruatus est incolumis.* V.18, *simul cibum capiebat, ad pedes eius assidens; & identidem eos inclinato capite deosculabatur.*

P.257, v.43, Schottus legẽdum putat νομίζονται, *portantur.* sed νομίζονται ferri posse, aliã in Indice loca declarant. V.45, inclusum οἰκεῖον nec P. agnoscit, nec D. 456: Suidas vero, in citatione huius loci, etiam praecedens τὸ ὅμοιον omittit, 859, 8. Lat. t. v.36, ita potius sonant Gr. *nullo vmquam in imperio suam resp. probasset operam.* V.43, *sed & sella operta primus Romanorum est vsus: atq; exinde nunc quoq; non Imperatores modo, sed etiam nos consulares sella vehimur; ante vero & Augustus & Tiberius lecticulis, (seu grabatis) qualibus matronae etiamnum vti solent, interdum vehebantur.* qua de re vide Lips. Elect. lib. 1, c.19.

P.258, v.34, pro τῇ in vtroq; membro apud D. 461, legitur τῆ, & παρόντι pro παρὼν: relato scilicet articulo ad substantiuum ἀφθονίας. Lat. t. v.47, τῇ ὥρᾳ significat potius *aestiuo tempore* quam *opportunis temporib.* vt patet ex seq.

P.259, v.3, αὐτὸν legitur etiam apud D. 461: ac referri ad τὸ λημμάτα potest. siquis tamen αὐτῷ malit, relatione ad ἀνάλημμα facta, non refragabor. V.6, rectius apud D. τῆς Ῥώμης ἄξιον. V.17, q.c. κατακαλυπτομένης: nihil ad rem. καλυπτομένους, *concedentes se*, agnoscit etiam D. 462, & confirmat Sueton. 81, 23. V.37, συνέπλασε habet etiam D. 463. at P.c. συνέπλασε, temp. aoristo. Lat. t. v.28, ita fere sonant Gr. *nam & alios eius generis, magna cum voluptate spectabat, & eos in primis qui horis inter spectacula interiectis circa prandii tempus sese concidebant.* qua de re vise Sueton. loco paulo ante indicato.

P.260, v.12, D. 464. πρὸς χαλεπήν: itemque Homer. Odyss. φ, & alibi. Seq. v. P. & D. περιεφοίτα, praet. imperf. V.20, inclusam τι nec P. agnoscit, nec D. Pro seq. αὐτὴν apud D. est αὐτῇ. conuenientius αὐτῇ, vel αὐτὴν, s. τὴν πολιτείαν, *ius ciuitatis*. V.25, pro τοῖ Stephanus mauult τις. apud D. exstat vtrumque, sic; καὶ ὑάλινά τις σκεῦη συντεθρυμμένα δῷ τινι, *etiam si aliquis alicui vitrea vasa confracta dedisset.* alicui nempe vel caesariano, vel alii cuicumque Romano. vt significetur, cuiuscumque, etiam vilissimi homuncionis, intercessione ius ciuitatis tũc impetrari potuisse.

P.261, v.21, τότε P. c. scriptura est. sed vulg. ὅτι τι, etiam apud D. 469, melius congruit cum praeced. ὅτι & seq. ὅπου. V.26, ex eodem D. legendum, ἔχουσα, πινότε ποιῆται μ. V.27, inclusum ἴσως, abest a P. c. sed agnoscit illud etiam D. Seq. v. D. ἐν πᾶσι, sine articulo; vt in praeced. membris κατὰ μῆκος, & κατὰ βάθος. V.34, οὐδὲ legitur apud D. quoque. sed fortasse in τοῖς δὲ mutandum; vel potius τοῖς δὲ ante οὐδὲ inserendum. Lat. t. v.32, ita sonant Gr. *tunc splendorem eius, quem in terram demittit, aliis magis, aliis minus obtegit; quibusdam ne minimũ quidem occulit. nam sol suum perpetuo proprium splend. hab.* V.47, *per media*; seu, *per intermedia.* V.49, *qualis est ipsa per se.*

P.262, v.4, τι expungenda, vel ex D. 470 huic membro attexendum istud, καὶ ἀπηλγέτο. nisi forte malis θαυμά τι: vt sit, *miraculi cuiusdam loco habebat.* V.21, inclusum ὁ addidit Xylander. sed idem cum vulg. editionibus, cumque P. & D. omitti potest, si πρόφυλαν accipiamus pro *emanebant.* Lat. t. v.46, ita potius sonant Gr. *apud eum reis factum est.*

P.263, v.36, Μόσαν habet cum vulg. ed. etiam Blancus interpr. itemque P. c. & D. 471: Xyland. Μόσαν reponit: itidemque Paul. Leopard. Emend. lib. 9, c.18; & Lips. Comment. ad Annal. Taciti lib. XI. sic enim ibi Tacitus; *Inter Mosam Rhenumque, trium & XX milium spatio, fossam produxit.* Vbi etiam nota XXIII *milia* pro CLXX *stadiis* Dionis: quamquam (vt ibidem ex Plutarcho, Suida, & aliis, idem Lips. docet) stadia CLXX conficiunt miliaria XXIII, duobus stadiis & semi minus; septem sc. stadiis & dimidio pro vno miliari captis. V.43, P.c. δὴ: sed δὲ etiam Dio 471. Lat. t. v.28, ita sonant Gr. *hoc tantum exclamans, O beatos duces veteres! vt significaret, illis quidem sine periculo licuisse fortitudinis specimina edere; sibi vero ab Imperatore per inuidiam fuisse impeditum.* V.38, pro XXI Tacitum habere XXIII, adnotatum paulo ante. V.41, rectius, *cellam habebat*; ex vet. Gloss. V.44, *secundum leges scilicet*, id est, idq; per legitimam copulationem, seu, eo ritu quo leges matrimonia volunt contrahi.

P.264, v.15, interpres nomin. casu legit ἀδελφοὶ

contra exemplarium consensum illud quidem, sed tamen congruentius. V.35, τὸ pro datiuo τῷ repositum ex P.c.

P.265, v.5, inclusam δὴ sunt qui expungendam putent, velut superuacuam: sed agnoscit eam D. quoque 472. pro *scilicet*. V.7, συσφαιρίσης apud eundem D. legitur: P. habet συνεχοίσης, minus apte. Narrat autem ista & Sueton.78,20. V.28, rectius apud D. πλησίον αὐτοῦ, *prope ipsum*, i. Tiberium. Lat.t.v.8, Gr. participium sonat *periturs*, seu *mox interiturs*. V.25, l. *Iulio Gallico oratori*: ex Zonara 187.

P.266, v.20, fortasse rectius legemus τότε, *tunc*; contra exemplarium consensum. V.42, pro γὰρ rectius δὲ P.& D.473. Lat.t.v.31, post *apertum est*, inserendum hoc ostentum ab interprete omissum; *& apum examen in castris sese conglobauit*.

P.267, v.3, hucusque Dionis editiones vulgatæ. sequentium Imperatorum vitæ, in eis desiderantur. Lat.t.v.11, ita sonant Gr. *corporisque vigore etiam supra annorum numerum florebat*. V.19, *quid enim aliquis & ceterorum casus queritetur?* V.21, *radii enim eum, dum partu ederetur, sub auroram, ex nulla solis affulsione manifesta, circumdederunt*. paulo aliter Suet.85,13. V.45, *quia senium serpentes propterea exuere putantur*.

P.268, v.14, P. ἐδεξάμενον, temp.aor. V.23, ἐπὶ δεξιώσει pro vulg. ἀποδεξιώσει repositum e Legationum volum.390: & mox v.26, ὀκφαυλῶναι pro vulg. ὀκφλῶναι. quamquam & ὀκφῶναι ibi retineri potest, si accipiatur signif. neutrali, aut neutropassiua. V.38, P. προδιαφθείρει.

P.269, v.19, αὐτὴ pro vulg. αὐτοῖς repositum e P. V.20, in commatio isto, πολλῷ δὲ δήλον, subaudiendum aduerbium μᾶλλον, ellipsi sat frequente. Sequenti versu defectus signū est etiam in P. Lat.t. v.3, ita sonant Gr. *ambitiosius contendere ne vel a matre, tamquam præstantiore, inferior haberetur; vel a Seneca & Burro, tamquam prudentioribus, superaretur*. id est, ne vel a matre dignitatis gloria, vel a Seneca & Burro prudentiæ laudibus superari videretur. V.41, *grauius & petulantius insultarent*. V.45, *quique russo culinerant*: vt in quadam inscriptione Prenest. AGITATORI PRIMO FACT. RVSSAT.

P.270, v.17, P.& M. compos. διεγνωμένα. V.31, pro γνῶσιν perperam in P. scriptum γῆσιν, cum spatio vacuo, defectus indicio. nihil tamen deesse videtur, nec γνῶσιν pro γνῶσιν cur quis substituere malit, liquido apparet. Lat.t.v.33, ita sonant Gr. *non tamen etiam diuulgabātur omnia; sed ex conlecturis alii de aliis spargebantur rumores. nam pro ipsorum improbitate ac nequitia, & ea quæ cōtigisse poterant, contigisse spargebantur; & quæ dicta erant probabilia, tamquam vera credebantur*.

P.271, v.13, pro ἐκ συνηθείας in P. est ἐν τῷ τ . . . vt fortasse scriptum fuerit ἐν τῷ θορύβῳ, *in tumultu*. V.16, ἀνάγκῃ positum pro ἀνάγκη. Seq.v.P. diuise habet ἐν ἢν: in ceteris nihil discrepat. verior esse videtur hæc lectio; ἐν οὐ ἤδη, Νέρωνα τύπτων, αὐτὸν κατεχρήσω. *Nondum ergo, qui Neronem verberat, se interfecit?* V.20, pro κτείνει si πάντα malis, non refragabor. Lat.t.v.13, ita sonant Gr. *Nec quidquam inde mali ad eum redundasset; (Nero enim, vt qui forte fortuna in tumultu se læsum putabat, nihil irarum gerebat) nisi ille per epistolam veniam ab eo petiuisset*. V.29, *accusatus etiam Seneca, cum de aliis, tum quod cum Agrippina consueuisset*. V.44, *& super iis conuiuia agitabat. id enim cum dixero, cetera quoque quæ huic sunt consequentia, significauero, libidines scilicet quas admisit*.

P.272, v.16, ἐκεῖνο pro vulg. ἐκείνῳ repos. e P.c. Seq.v. interpres singulariter & fœm.gen. legit αὐτῆς. V.37, rectius P. ἐνδεδυκυῖα, *demulsa erat*. Lat.t.v.6, Gr. sonant, *Sic me Cæsarem videas*. vt sc. apud Horat. *Sic te diua potens Cypri, Ventorumque regat pater*. V.19, *meretricem quandam Agrippinæ similem Nero hanc ipsam ob causam summopere dilexit: & dum vel ipse cum ea luderet, vel aliis eam ostenderet, dicebat se cū matre habere consuetudinem*.

P.273, v.3, P. ἐπεὶ δὴ ταῦθ'. sensus requirit, ἐπεὶ δ' ἐφίησι ταῦθ', aut aliquid huiusmodi. V.23, pro singulari τοῦτ' idem P. pluraliter habet ταῦθ', *hæc*. Lat.t.v.7, ita sonant Gr. *Mater, inquit, vale mihi, ac salua esto. nam & in te viuo, & per te regno*. V.46, *vt scilicet multa eiusmodi fieri optarent: datisque ad senatum litteris, enumeraret cum alia quorū sibi fuisset conscia, tum etiam quod ipsi struxisset insidias*.

P.274, v.2, rectius ἐπιστάμενον, vt pag. præced. v. penultimo. V.24, malet fortasse aliquis, τοῖς ἄλλοις τοῖς ὑπερπαλαιοῦσιν αὐτόν. V.30, vulg. l. ὁ ἐμὸς Νέρων ὑποκτεῖναί με δύναται: P. vtrobique habet μὲν. Vera lectio procul dubio hæc est; ἔλεγεν ὅτι, ἐμὲ Νέρων ὑποκτεῖναι μὲν δύναται, βλάψαι δὲ οὔ. cuius generis structuræ cum alibi passim exstant, tum in hoc ipso Nerone 269,19: 270,9: 273,41. V.44, P. συχνὴν γὰρ ἐπὶ ἄλλα. quæ scriptura si mendo caret, συχνὴν accipiendum erit pro aduerbio συχνῶς. Lat.t.v.penult. Bl. vertit; *unde ille nullam eiusmodi actionē admisit*.

P.275, v.16, νικητήρια agnoscit etiam Blanci versio, *tropæa*: sed procul dubio verior lectio est οἰκητήρια, hoc sensu; *in quibus etiam mox habitationes magnificas ædificauit*. V.18, inclusa δὴ abest a P. V.23, δόξαι legitur etiam in P.c. Aptius δ' ὄψει: sed longius paulo a vulgatis vestigiis remotum: & δόξαι in significatione τοῦ ἰδεῖν non est receptum. V.39, vulg. l. Μυμμίου: itemque P.c.& hic, & infra 297,22: perperam; vt cum ex aliis historicis clarū est, tum ex Eutropio supra, 89,30. In sequentibus, nominandi ratione insolentiore obscurata est nonnihil sententia. itaque paucis ea explicetur. Siculi ergo M. Claudium Marcellum ostendebant; Eutrop. 82,30: Epirotæ, Appium Claudium Pulchrum, 96,36: (vel potius L. Æmilium Paullum, 88,15) Asiani, L. Scipionem Asiaticum, 86,20: 87,3: Hispani, P. Cornelium Scipionem, cum Cnęo fratre, 81,26: 82,27: Carthaginenses, P. Cornelium Scipionem Africanum, 89,9. Lat.t.v.35, ita sonant Gr. *ac digitis eos alter alteri monstrabāt, & dicebant, Macedones quidem, Hic est n*.

P.276, v.12, haud scio an rectius πάντας συνέλεγε. Lat.t.v.2, ita sonant Gr. *per notas quasdam* (seu *tesseras*) *dabat*. sic enim apud Sueton. tesseras nummarias & frumentarias legimus: Lampridius Sortes vocat 103,31,36. V.28, *qui propter senectutem aut morbum separatim* (i. soli ac per se) *nihil facere poterant, in choro canebant*. V.45, *Et quoniam dignum actus colophonem imponi oportebat, ipse quoque Nero in theatrum prodiit, Gallionis præconis voce nominatim citatus: Cæsarq; primum in scena constitit, citharœdico indutus cultu: mox, Domini mei, inquit, fauentibus animis me audite: citharaque Attin quendam aut Bacchas cecinit Augustus*.

P.277, v.19, ὡς ὡς Πύθιος, agnoscit cum m.s.c. etiam Blancus interpres. Infra 298,29, ὡς præponitur nomini ὡς. quam lectionem si hoc etiam loco sequi

sequi velis, sensus est, *Quam vnus es Pythius*, seu Pythionices! V.46, Bl. interpres legit οἰκίαι τινὲς, *aedes quadam*: & mox ὕφυδροι. Simile quid in Albano etiam lacu visi narrat Dionys. Halic. 57,29. Lat. t. v. 6, ἀνασείοιεν interpres plausus signif. accipit. tu vise an hic potius verborum sit sensus; *ac cum loqui aliquid vellet, & ipsi manus vestesque attollebant, & alios ad idem faciendum pertrahebant*. vt scilicet intelligatur non applausus post habitam orationem, sed silentii attentionisque præparatio ante orationem; qualis infra 353,38. nam futuro temp. auctor ait φθέγξοιτο, non præterito φθέγξαιτο. V.9, ita sonant Gr. *Nam & peculiare quoddam sibi agmen comparauerat, ad quinque milia militum, qui Augustales nominabantur. Is laudes incipiebant: cogebanturque illis acclamare ceteri quoque omnes vel inuiti, Thrasea excepto. is enim numquam eis est obsecutus: ceteri vero, in primis autem nobilitas, magno studio, non tamen sine gemitu, confluebant, & omnia qua Augustales praeirent, etiam cum laetitia quadam significatione conclamabant.* V.33, *omnibus vt indignis victoria euocatis*, seu prouocatis. V.46, *cum tamen nemo hominum nec loqueretur nec gemeret*. Et mox, *in Tamesa fluuio sub aquis visebantur*.

P.278, v.7. inclusum χιλιας, abest a P.c. V.29, rectius forsan ἐκπέμπει: & v.40 παρεχόμενοι. Lat. t. v. 3, ita sonant Gr. *qua Claudius primariis eorum donauerat; & oportebat etiā ipsa, vt quidem Decianus Catus insula procurator dicebat, nunc mitti denuo.* V.41, *nonne prater pascendi arandique labores, & cetera qua ipsorum causa exantlamus omnia, etiam corporum ipsorum annua tributa pendimus?* (id est, etiā tirones e nostro corpore annui tributi loco dare cogimur) *Ac quanto erat melius, semel aliquibus esse venditos* (ac mancipatos) *quam sub inani libertatis vocabulo quotannis se redimere?* Et mox, *cum ne mori quidem apud illos absque multa liceat.*

P. 279, v. 27, aptius ἡμᾶς, *nos*. V. 29, ἴσως pro vulg. ὡς repositum e P. c. V. 40, interpr. l. ὑμῶν, secunda pers. Lat. t. v. 20, ita sonant Gr. *peculiaremque terrarum orbem habitantes*.

P.280, v.10, rectius καταφεύγουσι, indicatiuo modo. V.30, inclusa, absunt a P.c. eorumque loco relictum spatium vacuum. V.36, ἔργον, si mendo caret, ellipsin habet præpositionis κατά: vsitatius enim dicitur, ἔργῳ δὲ χωνῇ ἐστι. V.42, pro τὴν αὐτὴν perperam in vulg. ed. scriptum τῶν ἐς τὴν. Nostræ lectionis vestigia erant in P. & M. V.44, pro αὐτῶν Pal. c. habet αὐτῷ: verior lectio est, αἰτῶ, *peto*.

P.281, Lat. t. v.47, Græcum καθ' ἓν rectius verteris *vno agmine*, seu *coniunctis copiis*. Seq. v. interpres participium πλαγίους, præcedenti membro tribuendum, attribuit sequenti. ita enim sonant Gr. *neque rursum vno agmine, ne circumdatus concideretur, confligere ausus; trifariam distribuit copias; vt pluribus e locis simul pugnarent.*

P.282, v.8, P. οἱ πατέρες ἡμῶν, *patres nostri*. itidemque v.16, ἡμᾶς, *nos*. V.19, P. τύχητε, subiunctiuo modo: & seq. v. ἡμῖν, *nobis*. V.22, rectius μετὰ ταύτης μάχ. V.27, αὐτοὶ pro vulg. αὐτὰ repositum e P. Seq. v. nō male cum interprete legemus πάντων αὐτῶν. At pro seq. commatio ἄλλοις τε, sensus requirit τῶν ἐναντίων ἀνεχομένους, vel tale quidpiam. ac fortassis ὅλως τε exegema fuit sequētis clausulæ, πάντα τὰ αὐτῶν παθεῖν, & e margine in vacuum item locum per librarii inscitiam intrusum est. Quin & Latina ita potius sonare debent; *Itaque cum in manibus vestris sit vel omnibus hominibus secure imperare, quos partim maiores vestri vobis reliquerunt, partim ipsi vos adquisiuistis; vel omnibus illis priuari; eligite potius strenue dimicando imperium, opes, felicitatemque vobis parare, quam per ignauiam contraria illis subire.* V.40, P. ἡμᾶς, *nos*: itemque mox v.42 ἡμῶν: rectius, opinor. sequitur enim primæ personæ verbum κεχρώμεθα, v.45. V.45, ἐπλήσαντες legitur etiam in P. c. sed procul dubio corruptum. αὐτήσαντες non multum a vestigiis discedit: at verius fortasse ἔχοντες χρήσαντες, aut simile quid. Adhæc, vt primū periodi membrum, ita & sequentia suas quæque habent parentheses, atque ita distinguenda esse videntur: νικήσειν ἡμᾶς ἐλπίζω, καὶ τῇ παρὰ τῶν θεῶν συμμαχίᾳ, (τοῖς γὰρ ἀδικουμένοις ὡς τὸ πολὺ συναίρουσι) καὶ τῇ πατρῴᾳ ἡμῶν ἀνδρίᾳ, (Ῥωμαίους τε ὄντας, καὶ ταῖς ἀρεταῖς ἁπάντων ἀνθρώπων κεκρατηκότας) καὶ ταῖς ἐμπειρίαις, (καὶ γὰρ αὐτοὺς τούτους τοὺς νῦν ἀνθεστῶτας, ἐπλήσαντες κεχρώμεθα) τῷ τε ἀξιώματι. vt Latina quoque versio talis esse debeat: *victuros nos spero, fretus & deorum ope atque auxilio, (quippe qui iniuriam patientibus plerumque opitulentur) & patria fortitudine nostra, (Romani enim sumus, virtutibusque nostris omnes homines imperio nostro subiecimus) tum crebra experientia, (nam hos ipsos qui nobis nunc obsistunt, etiam ante, licet numero inferiores, subiugauimus) & postremo dignitate.*

P.283, v.3, P. & M. αὐτομόλους: perperam. V.15, P. ἦρε τὸ σημ. actiua scilicet forma. V.19, P. δια . . . τῶν πολ. relicto scilicet spatio vacuo pro syllaba δίω. vulgati libri pro isto aduerbio habent καὶ δῆμοι, nullo sensu. Seq. v. pro ἐπάξαντες P. habet ἐξάξαντες: sed verius fortassis ἐπαλαλάξαντες, vt supra 139,42. Lat. t. v.17, ita potius sonant Gr. *atque exinde sunt congressi: barbari quidem, multo clamore minacibusque cantilenis vtentes; Romani autem, silentio & decenti ordine, quousque ad teli iactum peruenissent. ibi enim, hoste pedetētim in eos procedente, vnanimi barritu per signum sublato, tota viriū contentione in barbaros incurrerunt.* V.44, *Bunduica morbo exstincta, illam quidem vehementer luxerunt, magnificeq. sepelierunt: ipsi autem, vt vere tunc superati, sese huc illuc disperserunt.*

P. 284, v.7, τῇ παρρησίᾳ pro vulg. αὐτῇ repos. ex P.c. margine: eandemq; lectionem e Merulæ codice notauit etiam Schottus. V.14, nescio an rectius σὺν ἑταίρῳ ἑνί, *cum vno e sodalibus*. V.17, conuenientius οἱ ἄλλοι πάντες, *ceteri omnes*. V.43 inclusa καὶ, addita e P.c. V.45, rectius, opinor, παρεσκευασμένον τοῦ πότου. Lat. t. v. 32, Græcum vocabulum ἔτνος *pultem* seu *pulmenta* potius significat quam *legumina*. V.44, sunt qui malint, *publice sumptuosa cœna epulatus est*. quia scilicet Tigellinus, non ipse Nero, ἑστιάτωρ eo epulo fuisse dicitur: & P.c. ibi neutraliter habet ἐδείπνει, non actiue ἐδείπνισε.

P.285, v.9, rectius πεποιηκυῖαι καὶ ἐκπεπορευμέναι, fœm. fine, vt mox αἱ συγκείμεναι, contra exemplariū consensum. Lat. t. v.14, ita sonant Gr. *Itaque, velut promiscua vulgi multitudo, simul & potabant citra saturitatem, & petulanter lasciuiebant.*

P. 286, Lat. t. v. 4, ita sonant Gr. *interea multi, pars sua exportantes, pars etiam aliena rapientes, palabundi inter se confundebantur, & in supellectilibus fallebantur*. id est, palantes inter se concurrebant, & supellectilibus ea concursatione confusis, in suis dignoscendis partim errabant, partim disceptabāt.

P.287, v.17, perperam vulg. l. ἐσκεδασμένα, itemque P.c. V.46, rectius cum interprete legemus πάντων θαυμαζόντων. Lat. t. v.21, ita potius sonant Gr. *is enim, vt quiuis alius e primariis Roman*

nis, non tantum genere clarus & corpore robustus, sed animo etiam vegetus erat: magnaque erat & fortitud. V.34, *ita enim eum pro illo Imperatorem habere cupiebant, vt etiam malum esse ista dumtaxat in parte vellent*: id est, probitatis leges tantum in Nerone tollendo transilire; cetera, probitatis studium persequi.

P.288, v.1, pro ὑπάρχη sententia requirit potius ὑπήρχη, vel aliud eiusmodi verbum. V.22, malet fortasse aliquis ἀήθειαν, *insolentiam*: sed ἀλήθειαν tamē explodere nolim. sensus enim est; nihil a quoquam confingi potuisse criminis, quod non in Neronis factis esset verũ, seu, quod nō re vera in Neronis factis deprehenderetur. V.32, conuenientius fœm. genere legemus τῆς ἐκείνης, s. τῆς γυναικὸς, vxoris suæ. V.39, in P.c. legitur tantum πρὸ: pro altera compositionis parte, φρόμενος, relictum spatium vacuum. Lat.t.v.9, ita sonant Gr. *Sulpicius Aper centurio, & Subrius Flauius tribunus, e stipatorum* (seu prætorianorum) *numero, etiam coram ipso Nerone sunt confessi.* V.36, *quam & librum, quem conscribebat, correxisset, & cetera apud aliquos deposuisset: metuens scilicet ne, si Neronis in manus venissent, interirent.*

P.289, v.21, pro incluso αὐτὸν in P.c. relictũ spatium vacuum. nec sane huc congruit pronomen, sed potius verbum, ᾄσαι, aut aliud consimile. Lat.t.v.19, ita potius sonant Gr. *neque vllum ludicri specimen exhibuerat.* sic enim ἐπιδείξασθαι accipiendum esse hoc loco, patet ex superioribus, 276, 21, & seq. V.29, *tabernas elocaret*, seu mercede locaret. Et mox, *imaginem Cassii.* V.47, *inauratis resticulis* (aut soleis) *calciatas.*

P.290, v.2, P. ἀνέμισεν, temp. aor. V.5, γεγαμημένος legēdum, nomin. casu; i. *nuptus*: vt e seq. clarum est, 295, 25: & 299, 23. sensus enim est, Neronem in Sabinæ defunctæ locũ duxisse Sporum, puerum exsectum; licet Pythagoræ cuidam liberto (vel, vt Lipsius mauult, libertino) nuptus esset: atque ita eum Sporo fuisse maritum, Pythagoræ vxorem. V.18, καὶ πρὶ legendum esse pro vulg. καίπερ, monuit etiam Stephanus, & confirmat infra loquendi genus simile, 303, 42. V.23, vulg. l. τὰ βασιλικὸν βιβλίον: cum quibus etsi subaudiri potest accusatiuus ἱστορίας, ego tamen Pal.c. lectionem vt simpliciorem sequi malui. V.33, mutilus est locus: ac talis quæpiam requiri videtur lectio; ἐπινίκια αὐτοῦ (vel aduerb. αὐτοῦ, *ibi*) μετ' ἐκρότουν, τῷ δὲ κιθαρῳδίας διδασκάλῳ αὐτὸν στεφανοῦντος. μετὰ δὲ τὸ ἀγῶνα τέως, τὰ Παλλαδίου θέας ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ κοσμήσας, ἡνιόχησεν. id est, *& ceu victor plausu excipiebatur, citharœdorum magistro coronam ei imponente: post, cum in circo Tigellinus adornasset spectacula, currus etiam agitauit.* Diuise autem initio periodi legendum esse ὅ τι, declarat in sequentibus redditiuum ἐπεί. Vise infra 292, 32. Lat.t.v.19, ita sonat genuina Gr. lectio & versio; *ac de librorum conscribendorum numero, antequam quidquam eorum composuisset, deliberabat, assumptis cum aliis, tum Annæo Cornuto.*

P.291, Lat.t.v.9, rectius, *pro velo.* V.11, *vehiculis a Nerone missis.* V.16, *alternatisque manibus*; seu manu manui superposita: quod vulgo *cruciatis brachiis* dicitur, i. crucis in modum iunctis. V.19, *Munerarius fuit Patrobius.* V.24, *&, cum Patrobio aliquis ob hæc esset habendus honor, Teridates desuper e sua sede sagittis feras iaculatus est.*

P.292, v.4, aor. φθέγξαιτο & νικήσαιτο pro fut. φθέγξαιτο, νικήσαιτο. V.16, P.c. βασιλέας, *reges.* V.28, ἀπείρασι pro vulg. ἀπειρίας repositum e Xyl.c. V.46, aptius, opinor, πρὸς τοῦτο, *eam ad rem.* Lat.t.v.8, ita sonãt Gr. *& oro quod tui fusi fila mihi attribueris: tu enim mihi & Parcæ es & Fortuna.* V.39, *Bonum, Domine, mancipium habes Corbulonem*; seu, Bonum tibi, Domine, Corbulo est mancipium.

P.293, v.12, particula ὅτι vel expungenda est, vel in aliam conuenientiorem mutanda, ὅλως scilicet, ἅπαξ, aut similem. V.35, inclusum ὡς abest a P.c. Lat.t.v.12, ita potius sonant Gr. *ac tandem, cum ei Nero molestiam instando facesseret, rescrips.* Et mox, *Si ergo in Asiam veneris, tunc de congressu inter nos conueniet.*

P.294, v.30, P. νικῴη, optatiuo modo. alioqui νικᾷ & νικτῇ absolute quoque possunt accipi, vt in formali verborum alienorum allegatione. V.34, ἵνα pro vulg. ὅτι repos. ex Steph. adnot. Lat.t.v.5, ita potius sonant Gr. *vt in citharœdorum certamine vinceret, in Cæsarum certamine vinceretur. Ac quid sola ista in eo queritetur aliquis, cum etiam embatis conscensis de Imperatoria maiestate deciderit; personaque induta, principatus dignitatem abiecerit; vinciri se vt fugitiuum passus sit; ducendum se vt cæcum præbuerit, prægnans fuerit, pepererit, insanierit?* V.21, cum adiectiuis istis *Pythicum, Olympicum, Periodicum*, subaudiendum est e sequentibus substantiuum *victorem.* V.36, *Ac si sola ea ita fuissent, pudori tantum ludibrioque citra periculum res fuisset: nunc aut.*

P.295, v.37, P. ἐλυμαινόμεθα, allusione ad ἐλυμαινόμεθα facta: perperam. Lat.t.v.18, ita sonant Gr. *etsi erat mulier, eaque nobilis.* V.30, *præter cetera, etiam Domina, & Imperatrix, & Hera nominabatur.* V.35, *Et tales igitur turpitudines admittebat Nero, & senatores quoque in florea tunicula, sindoneque collo circumposita, salutauit.* V.49, *Cirrhæum agrum abstulit.*

P.296, v.19, inclusus articulus τὸ, additus e P.c. V.30, vulg. l. ἀνέκλαυσεν: nostrum ἀνέβλυσεν, e P. repositum, longe conuenientius. Lat.t.v.3, ita sonant Gr. *e quo sacer spiritus ascendebat.* V.18, *senatorius es*, i. senatus studiosior. V.22, *studioseque auscultabant, & clara voce exclamabant, laudabantur & honorabantur.* V.41, *quippe qui pariter & magnas res inceptaret, & grandes largitiones faceret.*

P.297, v.3, suspectum est νοία: conuenientius παντοία, ὁμοία, vel simile quid. V.7, ἐξελήλαβες λαβόντες partitiue dictum videri potest. sequẽs tamen relatiuum ὧν, videtur potius postulare ἐξελήλαβες. V.20, sunt qui malint, νῦν γὰρ δὴ, νῦν πρῶτον ὀπτίσειεν. V.26, Καικίνας reponendum esse pro vulg. ἐ Κίννας, docuit Lips. Comment. in XIII Annal. Taciti. V.22, pro Sulpiciorum cognomine Πυθικοὶ, vt quidem hoc loco est scriptum, in Latinis fastis est *Peticus*, per e simplex, sine aspiratione: eademq; scriptura exstat etiam in Græcis Fastis; nisi quod, extrema syllaba variata, ibi primum Πετίκου, mox Πετίκος legitur. Lipsius Comment. ad lib. XIII Annal. Taciti, mediam inter hæc scripturam mauult, Ποιτικοὶ: quia scilicet diphthongus οι ad vocalem υ propius accedit. V.46, ἐξεφόβησαν pro simplici ἐφόβησαν repositum e P.c. vt supra quoque 258, 13, pro vulg. φοβουμένης idem P. habet ἐκφοβουμένης: idemque compositum repetitur etiam 259, 26.

P.298, v.10, rectius fortassis, οὓς αὐτὸς, *quos retulerat*, s. Nero. V.27, si post posterius οὐα, & seq. v. post Ἀνθρώπων, punctum suspensum colloces, maior apparebit membrorum similitudo. post προσ-

δοτικας

ἀνίκως autem ſubauditur verbum εἶ,αι. V.37, Blancus interpres ſingulariter legit ἅρμαλι νικήσας. V. 44, αὐτὸ pro vulg. αὐτοῦ repoſ. e P. & X. Lat.t.v.45, ita ſonant Gr. *In theatrum tamen nihilominus ingreſſus, & citharæ cecinit, & tragœdias egit. equis vtique non modo non certabat aliquoties, ſed nonnunquam etiam volens ſe vinci patiebatur.*

P.299, v.4, pro incluſis ἐκεῖ τις relictum in P. ſpatium vacuum. V.36, ἐπιθυμίας agnoſcit etiam interpretis verſio: ſed conuenientius eſſe videtur ἐπωνυμίας, *appellationes.* Lat.t.v.31, *vidi eum vinciri, vidi trahi: vidi denique vterum ferre, ac parere.* V. 39, *horum enim perſonas agit; & horum pro illis* (patriis ſcilicet atq; auitis) *appellationes ſibi imponit.*

P.300, v.3, P. τοῦ Βινδίκου; omiſſo participio ἀποκτείναντα: vt ſupra 169,28. Zonaras 189, vulgatam ſcripturam confirmat, cum ait, ἐπικηρύξαντος τοῦ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κομίσαντι τοῦ Βίνδικος. V.13, pro incluſo μηδενὸς relictum in P. ſpatium vacuum. V.41, incluſum ἄλλοι, additum e P. c. ſed ita potius inſtituenda videtur lectio; ὥσπερ τις οἱ ἄλλοι πάντα ἐπεχείρουν: vt legit etiam interpres. Lat.t.v.39, ita ſonant Gr. *nam & efficax quantumque erat, & copias magnas pariter promptaſque habebat. ac milites, detractis confractiſque Neronis imaginibus, ipſum Cæſarem Auguſtumque nominarant: cumque refragaretur, militum quidam vni e ſignis iſta celeriter inſcripſerat. ſed ipſe, & deleuit illa; & vix tandem ſedatis perſuaſit vt penes ſenatum populumque rem eſſe paterentur.*

P.301, v. 1, ſtructura non conſtat, niſi pro infin. μελετήσαι φασὶ reponatur participium μελετησάμενος. V.4, τέρας non abſurde ſuſpicetur aliquis e marginali adnotatione in textum irrepſiſſe. ſi tamen iuſtum habet locum, ſignificabit ὁ τερατώδης Νέρων: & Latina ita reddēda erunt; *Talia tunc quoque ludebat portentum*, ſeu monſtrum illud hominis; *nec curabat quod ambæ fores, & Auguſtei monumenti, & ſui cubiculi, eadem nocte ſua ſponte patuiſſent.* V.6, incluſum αὐτῇ, abeſt a P.c. V.10, pro Λυκίας ſunt qui malint Κιλικίας. V.17, incluſa τι addita e P. c. ſed proxime ſequens aduerbium πάντη, nec interpres agnoſcit, nec Zonar. 189. V.24, pro ἐκ rectius cum interprete & Xyl. legemus ἐνίων, *quibuſdam.* V.39, rectius fortaſſe τὸ παριόντα. Latina quoq; ibidem ita potius ſonant; *omneſque qui præterirent, quaſi aduerſum ſe venirent, ſuſpectabat: & ad quamcumque vocem, quaſi ab ea requireretur, trepidabat: ac, ſi vel catulus latraſſet, vel anicula cantaſſet, virgultumve aut ramulus ab aura quaſſatus ſtrepuiſſet, vehementer conſternabatur.*

P.302, v.9, apud Sueton. 96,5, plenius eſt, Θανεῖν μ' ἄνωγε σύγγαμος, μήτηρ, πατήρ: matriſq; vmbram ei præ ceteris obuerſatam fuiſſe veriſimile eſt. V. 15, τὸ ἄφθονον, ſi Dionis eſt ſcriptura, alludit ad metaphoricam bonorum decoctionem ſeu profuſionem. alioqui legendum fuerit potius ἄφθιτον. ſic enim Suet. 96,40, *Hæc eſt Neronis decocta.* V.23, περιιόντων αὐτῶν αἰδούμενος, in margine P. ſcriptū eſt; in contextu autem, περιιόντας αὐτοὺς αἰδούμενος: vt ſupra 300,17, & apud Zonar.190. Seq. v. P.c. ἑαυτὸν ἀποκτεῖναι: Zonar. ἑαυτὸν καὶ σφαγῇ ἀποκτεῖναι. V.28, iambus erit ſi legamus, Ὦ Ζεῦ θεοί θ', οἷος τεχνίτης ὄλλυμαι! Apud Suet. 96, 50, abſque metro eſt, *Qualis artifex pereo.* V. 33, pro καίπερ ſenſus requirit ὅπερ, καθάπερ, vel ſimile quid. De Iuliorum autem in Nerone defectu, hæc adnot. Camerarius: Antonii & Octauię maioris, filia fuit Antonia maior & minor. maior, nubſit Domitio Aënobarbo, & peperit filiū Domitium; qui ex Agrippina Germanici filia ſuſcepit Neronem. Minor Antonia; nubſit Druſo, Tiberii Neronis & Liuiæ filio, ac peperit Germanicum & Claudium. Germanici filia fuit Agrippina, Domitii vxor, Neronis mater; & filius Caius. habuit igitur Nero auunculū Caium. & ita Iulia gens, quos Æneadas vocarunt, in Nerone defecit. Hæc ille, & plenius Xylander in ſtemmate Iuliorum Cæſarum.

P.303, v.29, P.c. margo, μὴ δὲ ἄλλως perperam. V.34, ὑπ' αὐτοῦ, ſi mendo caret, ſignificabit *eo nomine, ea de cauſa.* ſed poſſis etiam legere ἐπ' αὐτοῦ, *eo tenente imperium.* Lat.t.v.19, ita ſonant Gr. *Ipſe porro, cetera quidem, moderate gerebat imperium, neque oneroſus erat; ratus ſcilicet non captum a ſe, ſed datum ſibi eſſe imperiū: quod etiam identidem dictitabat. verum erat in coac. p.* V.37, *tam dementi eo principe fuerunt inſolentia*: vel, *ob eius indulgentiam eo inſania ac dementia proceſſerunt.*

P.304, v.23, incluſum αὐτοῦ, abeſt a P.c. V.27, P.c. diſtinguit poſt ὄντως. ſed conuenientius forſan ἐνταῦθα, *hic.* V.36, ſenſus poſtulat, ἀγανακτήσας ὅτι μὴ αὐτ. atque adeo ita eſt apud Zonar. 190. Sic v. 38, pro ἐ ſenſus requirit compoſitum καίτοι, ſeu καίπερ. Lat.t. v.21, poſſis etiam vertere *ſub Rufo, ſub Rufi ducatu.* & mox, *ſub alio, ſub alius principatu.* Et v. 12, *ſub Nerone emerſerant*, ſeu eminuerant. Blancus verterat, *ex obſcuris clari euaſerant.*

P.305, v.44, incluſum ἐκ additum e P.c. Paulō ante v. 41, dictum Othonis a Sueton. 105,11, ita refertur, τί γάρ μοι ἐ μακροῖς αὐλοῖς; elliptica orationis forma. vel enim ſubaudiri poteſt αὐλεῖν ἔδει, vt hoc loco: vel, κοινόν ἐστιν, vt in euang. Ioann. τί ἐμοὶ καὶ σοὶ γύναι; *quid mihi & tibi communionis eſt?* De prouerbio autem illo viſe Turneb. Aduerſ. lib. 5, c. 1.

P.306, v.1, pro incluſa ἐπὶ relictū in P. ſpatium vacuum. V. 27, ἐπεβεβούλευτο pro ſimplici ἐβεβούλευτο repoſitum e P.c. Seq. v. pro incluſis vacuum eſt ſpatium in eodem c.P. V.44, rectius forſan ὑπὸ νου. Lat.t.v.39, *ipſius amore*; ſeu, *pro ſua erga ipſum beneuolentia.*

P.307, v.4, rectius ἐπειδή τις: Zonaras 191, nec τι habet, nec ἐκ. V.10, incluſum μὲ, add. e P.

P. 308, Lat.t. v. 37, ita ſonant Gr. *de nocte ſcripto propoſito denuntiant vt e vita excedas intra eum diem quo mortuus eſt.*

P.309, Lat. t. v.18, ita ſonant Gr. *vt Vitelliana etiamnunc ex eo & liba & alia quædam edulia nominentur.* V.38, *pauco & exili* (ſeu vili) *inſtrumento.* V.48, *alii pocœnia*, id eſt, poſtcœnia: quæ Germani noſtri vocant *hypnopoſia*; pocula ſcilicet ante ſomnum, ne anima hæreat in ſicco. Et ſeq. v. *paucorum dierum internallo.*

P.310, v.18, ἀπ' αὐτῶν retineri poteſt: ſed poteſt tamen & ſingulariter legi ἀπ' αὐτοῦ, ſ. τῷ τοῖς θεάτροις ἐπιφοιτῆσαι. Lat.t. v.10, rectius, *adorat. ab omnibus.*

P.311, v.1, fortaſſe leg. καί οἱ ὁ Μετ. ἰσχυρῶς προσέκειτο, *eique valde inſtabat*, ſeu *eumque valde inſtigabat.* Seq. v. ἐκεῖνον pro vulg. ἐκεῖ repoſ. e St. & Xyl. V.40, incluſa τι, addita e P.c.

P.312, v.2, pro σφαῖ P.c. habet aduerb ἐμφανῶς, *manifeſte.* V.22, P. c. ἀπολομένων, præterito aoriſto: itemque Legationum volumen pag. 395. Lat. t. v.28, ita ſonant Gr. *vel etiam haſtis incumbentes*, (circumfuſis ſcilicet brachiis: vt infra in Herodiani Commodo, 489,15) *aut ſedentes.* V.31, *prouocare ſe mutuo.*

P. 313, v. 16, pro ὄντες structura & sensus postulant ὄντας: & mox ἀπαντωμένων pro ἀπαντωμένων. V. 39, congruentius ἀπώλοντο P.c. V. 41, inclusa ἐ abest a P.c. Lat. t. v. 16, ita sonant Gr. *Orto sole, cum milites tertiæ legionis quæ Gallica nominatur, (ea in Syria hibernat, tunc autem forte fortuna in Vespasiani partib. erat) ipsum derepente salutassent, vt consueuerant; suspicati Vitelliani adesse Mucianum, mutati sunt animis: clamoreque victi, fuga se mandarunt: (vt sæpe vel leuissima, præoccupatos lassitudine animos grauissime consternant) regressique intra mœnia, protensis manibus supplices orabant.*

P. 314, v. 4, commation istud εἰς Ταρακίναν, abest a P.c. sed repetitur infra 316, 2. V. 15, ἰδημιουργήει pro vulg. ἰδημιούργει repos. e P.c. V. 20, conuenientius περιβάλλειν αὐτοῖς: vel περιβάλλειν αὐτόν: vel etiam aduerb. αὐτοῦ, ibi. Et mox, τίς τι δέρμα. Lat. t. v. 1, *sacra* (seu *victimas*) *dispersérunt.* V. 42, *male accepti ducedunt.*

P. 315, v. 14, ὄντι pro vulg. ὄντι cum St. & X. legendum esse, structuræ norma ostendit. V. 28, Legationum volumen 396, ὅ τε Τιβέριος μφέρει ῥαδίως διήγαγε. V. 36, vulg l. τῶν στρατῶν τῶν ἀφιγμένων: perperam. nostra lectio petita est ex Legat. vol. 396. V. 39, inclusa ἐς, addita ex eod. vol. Lat. t. v. 15, ita sonant Gr. *Illi enim primũ per internuntios quosdam, nunc in defunctorum loculos, nunc in corbes fructuum plenos, nunc in ancupum arundines iniectis litteris, omnia quæ in vrbe fierent, edocebantur.* V. 40, *prætendebant. Sed multi etiam ipsorum, tegulis ex ædium tectis impetiti, & in vicorum angustiis obsistentium multitudine trusi, perierunt.*

P. 316, v. 21, rectius ὡς μόνως δυνάμεθα, *qua sola ratione possum.* quamquam μόνως, *solus*, apud Zonar. quoque legitur 194, 3. Lat. t. v. 25, ita sonant Gr. *sed trahebatur in carcerem, sicut etiam ipsius statuæ, multis cum ridiculis tum probrosis adiectis dicteriis.*

P. 317, v. 32, aptius ἠγάλλετο: vel, vt Xyl. legit, ἠγάλλετο. V. 36, ἐπιγραφόμενος legitur etiam apud Zonar. 194, 18. alioqui mallet fortasse aliquis ὑπογραφόμενος, *subscribens.* cuius subscriptionis crebra métio apud Suetonium & ceteros Augustæ historiæ scriptores Latinos. Lat. t. v. 22, ita sonant Gr. *atque ipse Nero visus aliquando in somnis Iouis currum in Vespasiani ædes inuehere.* V. 29, *vt & alii nonnulli, ad princ.* V. 32, *magnopere namque se iactabat, vt qui & ipse Vespasiano principatum contulisset, & frater ab eodem appellaretur, hab.*

P. 318, v. 38, inclusus articulus τῶ, additus e P.c. Lat. t. v. 8, Gr. sonant, *primus Lingonum*, seu *vir inter Lingones primarius.*

P. 319, v. 2, P.c. πηλῷ περιπλάσας. vera lectio fortasse, τὼ ὀφθαλμὼ πηλῷ περιπλάσας, *insputo in oculos luto*; seu, luto sputo subacto, cæcique oculis illito: ad imitationem sc. Christi, Ioann. 9, 6. Lat. t. v. 4, rectius, *manu alterius calcata.* V. 13, *nam cum aliis multis rationib. pecunias ab eis exegit, nullo quæstus genere prætermisso, etiamsi mendicus aliquis foret; tum præter cetera ex ipsis etiam sacris pecunias collegit.* V. 25, *Pro quibus cum Titus deprecatus esset.* V. 30, *neque enim nouit Cæsarem agere.*

P. 320, v. 2, pro ἢ non minus apte legas ἢ. Et seq. v. τὸ αὐτὸ τῶν, cõuenientius quã plur. τὰ αὐτὰ τούτων. V. 8, Xyl. mauult περὶ τῶν. V. 22, fort. cum præpos. leg. ἐν τῇ ἀς. vel contracte καί. V. 37, inclusum αὐτόν, add. e P. & M. Lat. t. v. 22, *portæ palatii*, seu portæ Imperatoriæ domus. V. 26, *Quæque ipse præ senectute legere non poterat, aut quæ senatui absens per litteras mandabat, per filios suos plerumque recitari iubebat: hac quoque in re senatui honorem deferens. Conuiuasque cum ex hoc ipso senatu, tum ex aliis quotidie multos adsciscebat.* V. 38, *ac, si scripta quæpiam (vt assolet) incerto auctore in Imperatorem, quæ probrũ ipsi afferrẽt, proponerentur, ip.*

P. 321, v. 1, Ἀρσάκης vsurpatum videtur pro Βολόγαισος ὁ Ἀρσακίδης, *Vologæsus Arsacides*. nisi Arsacis nomen commune fuit omnibus Parthiæ regibus, aut cognominis loco vsurpatum, vt apud Latinos *Cæsar Augustus.* V. 24, inclusa δή, e P.c. addita est: contra καί, v. 27, ab eodem abest. V. 41, P.c. ὅσα ἂν ὑπαγορεύσῃς μοι: rectius.

P. 322, v. 11, αὐτῷ pro vulg. αὐτοῦ repos. e P.c. V. 39, P. ἐξήλασεν, *extrusit.* Lat. t. v. 23, *in theatris.* V. 38, *eam dimisit. nam cum ab aliis multa spargebantur, tum rursum cynici quidam sophistæ in vrbem irrepserant: ex quibus Diogenes quidem, prior in theatrum magna hominũ multitudine refertum, ingressus, post multa in eos iactata conuitia, flagris cæsus fuit.*

P. 323, v. 23, inclusus artic. ὁ abest a P.c. Contra, v. 27, inclusa ὁ αὐτοκράτωρ, ex eodem P. addita. V. 24, pro δὴ vulg. l. hab. δή, omisso etiam articulo ante αὐτοκράτορα: perperam.

P. 324, v. 4, fortasse cõuenientius ἡγεμόνας, temp. aor. V. 15, rectius ἄλλῳ, vel pluraliter ἄλλοις. V. 21, ἐν ἑκατοστῇ, pro ἀεὶ δὲ, vel ᾧ, alibi quoque inueniuntur; vt cognosces ex Indice. V. 22, inclusum ὄν, abest a P.c. At seq. v. pro αὐτῷ in eodem est αὐτοῦ: minus conuenienter. V. 26, P.c. ab impressis nihil variat: sed rectius ex Zon. 195 ita legemus, δέκα τε γὰρ ἔτη μετὰ τὴν αὐταρχίαν, ἐβίω καὶ μῆνας δύο, ἡμέρας τε εἴκοσι ἔζησεν, ἐν ἐνιαυτῷ ἑ. id est, *nam ex quo imperium iniit, biennium vixit, mensesque duos, & dies viginti; supra ætatis annum nonum & trig.* Lat. t. v. 15, ita sonant Gr. *qui iuxta principes cum potentia sunt*; id est, qui secundum principes potentia & auctoritate pollent; vt Cæsares scilicet, præfecti prætorio, & similes.

P. 325, v. 5, pro βεβαιωθῆναι ex Zonara 195 repone δοθῆναι. sic enim & Sueton. 118, 21, *beneficia a superioribus concessa principibus.* Sequenti etiam versu congruentius fortasse, ὥστε μή, καθ' ἑκάστους αὐτοὺς αἰτοῦντας, αὐτός ταράττεσθαι: vel, αὐτοῖς τε ἅμα καὶ αὐτῷ πρ. ἔχει. i. *ne, dum singulatim peterentur, & ipsis pariter & sibi facesseretur negotium.* V. 25, P.c. δὲ αὐτὸ τοῦτο. *propter hæc ipsa.* V. 36, Zonar. τὸ δὲ μέσον, δαπανηθὲν τῷ πυρί, κοῖλον ἐκ τοῦ συνιζάνειν ἐγένετο: *medium vero, dum igni consumptum, magis ac magis subsedit, concauum est redditum.* In vulgata sane lectione præpositio ἐκ perperam e præcedentis participii fine videtur repetita. Lat. t. v. 15, *centurionibus suis ac tribuno.* Et paulo post; *atque ex vlteriori parte ad castra quæ illic erant, non animaduertentes* (seu præter opinionem) *appulerunt.* (i. non considerato nauigationis cursu, præter opinionem, ex vlteriori parte quam petiuerant, in orbem reuerterunt ad castra quæ deseruerant) *vnde Agricola, aliis quoque ad nauigationis orbem experiundum emissis, etiam ex illis insulam esse comperit.* V. 37, *ea parte tantum igni obnoxium est*, seu igni exæstuat. V. 47, *ambitus vero, igni est dicatus: atque interdiu fumum, noctu flammam emittit.* Vltimo versu pro *nec* puto interpretem scripsisse *ac.*

P. 326, v. 1, inclusa ἐ, addita e P. & M. V. 5, ἔχων masc. fine legitur etiam in P.c. Refertur igitur non ad τὸ ὄρος, sed ad ὁ κύκλος, ὁ τῷ πυρὶ ἀνειμένος, pag. præced. v. 41. V. 28, Stephanus cum interprete legit

legit Χιμέρας, vt mox sequitur ἐκ φωνῆς. In sequentibus, inclusa βοῶν & τε, absunt a P. c. itidemq; v. 46. Ad illustrationẽ autem v. 44. pertinent hæc Plinii lib. 3, c. 5; *Litore autem hoc Neapolis, Herculanium, Pompeii; haud procul aspectante monte Vesuuio, alluente vero Sarno amne.* de quib. & Dionys. Hal. 35, 15. L. t. v. 13, ita sonant Gr. *Sic enim res habuit. Viri multi & magni, omnem naturã humanam excedentes, quales scribuntur pingunturq; gigantes, partim in monte, partim in agro circumiacente atq; oppidis, interdiu & noctu, cum terrã obeuntes, tũ aerem percursantes visebantur. Post hæc cõsecuta siccitas horreda, vehementesq; derepente terræmotus; vt etiam totus ille campus quasi feruore quodã vibraretur, summaq; cacumina subsultarent. tũ sonitus, partim sub terra, tonitrib. similes; partim super terra, mugituum quadam imitatione edebantur. Mare cõfremebat; calumq; & ipsum vna insonabat: indeq; fragor immanis derepente exaudiebatur, perinde ac si montes corruerent;* vel, quasi montes inter se colliderentur.

P. 327, v. 10, pro γὰρ malet fortasse aliquis δὲ. sed potest tamen hæc periodus etiã parenthetικῶς accipi: vt præcedenti μὲν respondeat δὲ periodi sequentis. V. 29, Zon. 196, 14, πολλὰ δὲ τῶν δημοσίων ἔργων αὐτὸς ἀνῳκοδόμησεν: i. *multa etiã e publicis operib.* (incẽdio scilicet cõsumptis) *priuato sumptu instaurauit.* vt hic talis quæpiã requiri videatur lectio; αὐτὸς τε δὲ τὰ ἐν τῇ πόλει ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ἀνῳκοδόμησε. Lat. t. v. 8, ita sonãt Gr. *Cinis ergo iste nihil magnopere tunc eis incõmodauit: (post enim, grauem eis pestilentiam inuexit) sed alius ignis super terra coortus anno insequenti magnam admodum Romæ partem depopulatus est, interea dum Titus ad Campaniæ calamitatem visendam profectus erat. nam Serap.* V. 25, *Titus ergo Campaniæ quidem duos e consularib. misit conditores:* (seu opidorũ & ædificiorum instauratores duumuiros consulares) *pecuniasq; eam ad rem cum alias donauit, tum eorum qui sine herede essent mortui.* Et mox v. 29, *Omnia etiam* (quæ in vrbe deflagrarant) *ex iis quæ suppetebant* (i. partim suis partim publicis pecuniis) *restituit. Et in ceteris quidem* (dedicandis) *nihil singulare præstitit: at cum theatrum venatorium & denominatum a se balneum dedicaret, multa fecit, & mirabilia.* V. 38, *quæ mulieres quoque, non tamen nobiles, vna confecerunt.* i. ad quas conficiendas mulieres quoque præter viros accesserunt.

P. 328, v. 34, forsan aptius diuise αὖ ἄγων. Lat. t. v. 1, Gr. son. *primo die gladiatorius ludus, cædesq; bestiarum f.* Interpres ναυμαχία pro μονομαχία maluisse videtur, quia id innuunt præcedentia. sed si sequentia consideremus, mutatione haud opus est. Monumentum autem v. 9 dicere videtur Caii & Lucii, eo in luco exstructum.

P. 329, v. 9, θεῶν pro vulg. θεῖον repos. e P. c. V. 19, inclusum τε, add. e P. & M. c. Contra, inclusum ὄντα, v. 28, abest a P. c. V. 35, P. καί τι pro καί τι: & mox αὐτῆς γε pro αὐτῆς τε. Lat. t. v. 22, Gr. son. *maximam pecuniam acquisiuissent.* V. 27, *superauit in paternorum fraternorumque amicorum ignominiosa & exitiosa tractatione.*

P. 330, v. 34, P. c. παρεσκευάσθαι: minus apte. V. 38, αἰτία excusari potest: sed congruentius tamẽ αἴτια. Lat. t. v. 5, Gr. son. *& floribus & vnguentis honorari.*

P. 331, v. 25, δῆθεν additum e P. & M. Contra τε, v. 35, a P. abest. V. 33, interpres singulariter μαρδίαν legit: sed plurale agnoscit etiam Zon. 197. V. 44, P. c. ὁμοίας, *similes.* Lat. t. v. 6, Gr. son. *sed & cladi apte mederi;* seu, cladem probe sarcire. V. 23, *imagines statuæque cum argenteæ tum aureæ.*

P. 332, v. 1, vulg. l. προφερόμενα. sed προφέρεσθαι cum P. & X. legendum esse, satis declarant sequentia. Sequenti etiam versu congruentius οἷος, masc. gen. V. 28, παιδὸς pro vulg. ἑαυτοῦ repos. e P. & M. V. 30, inclusus artic. τῇ abest a P. c. Lat. t. v. 18, Gr. s. *prius abire iussis ipsorũ famulis.* V. 34, *Domitianus igitur eiusmodi triumphalia, vel (vt vulgus quidem appellabat) parentalia, ob eos qui partim in Dacia, partim Romæ interierant, celebrauit.*

P. 333, v. 3, P. c. ἐπ' αὐτῶν. V. 23, post ἀφεῖναι deesse videtur ἐγὼ δὲ, vt declarat in præcedenti membro ὁ μὲν. Lat. t. v. 2, rectius, *in regiam eius,* sing. num. V. 47, *sese exuerat.*

P. 334, v. 2, pro ὅτι sententia postulat ἀλλ' ἔτι. V. 11, P. συνεγράψατο δὲ αὐτὰς καὶ τοῖς ἐπῆλθεν. In qua lectione vt καὶ aptiore loco posita est, ita minus apte aoristum pro imperfecto substitutum. Seq. v. τοῖς insertum ex eodem P. c. & ὡς v. 18. atq; adeo aduerbiũ istud ibi requiri, declarat paulo post, v. 23, simile cõmation, ὡς αὐτοκράτωρ. V. 20, P. & M. Κλαύδιόν τε καὶ Πακώνιον: cum tamen de vno eodemque agi sit perspicuum. Lat. t. v. 11, Gr son. *excerpsisset, & lectitaret.* V. 18, *sæpenumero & vinctis solus loquebatur, vincula eorum manib. suis tenens; (nec. n. aliis credebat quæ illi essent dicturi) & illos ipsos, etiã vinctos, metuebat.* V. 33, Bl. verterat, *post censoriam dignitatem.* sed primum honorũ gradum fuisse ταμιείαν, non τιμητείαν, complurium testimonio clarum est. V. 38, *qui inter primos cum quibusdam aduersus eum coniurauerat.* V. 47, *multosq; & indicabo tibi, & coarguam.*

P. 335, v. 10, καὶ post ἄλλα vel tollenda videtur, vel post sequens οἷα collocanda. V. 20, malim τοῦ Νέρωνος, s. Ξιφιλίνου. Lat. t. v. 7, ita sonant Gr. *quo crimine alii quoque multi, qui ad Iudaicos ritus defecerant, condemnati sunt.* V. 21, *quos etiam in ipsa præfectura curabat reos agi.* V. 49, *quas cum pusio quidam, ex eo genere qui nudi ad garriendum alii solent, eo interdiu* (i. meridie, infra 337, 1) *dormiente subreptas teneret manibus, nesciens quid ferret.* Quæ iisdem prope verbis de Commodo infra narrãtur ab Herodiano, 486, 38. Suetonius hac de re nihil: Zonaras Dionem nostrum sequitur.

P. 336, v. 1, εἶχεν pro vulg. εἶλεν repositũ e P. c. V. 15, ἐκ τούτων defendi potest, si referamus ad geneseos dies & horas. possumus tamen etiã cum interprete legere ἐκ τῶν ἐλπιζόντων. V. 26, pro εἰκὼν P. & M. & Zon. habent προσκλαίων, congruentius. L. t. v. 27, Gr. s. *non paucos qui ex ea ex re ne sperauerant quidem se cum aliqua fore potẽtia.* V. 21, *Et, cum tantarum rerum nihil improuisum accidere soleat; ipsi quoque cum alia euenerunt signa, tum ipse per somnum vidit & Rusticum ad se cũ gladio accedere, & Mineruam, quã in cubiculo stantẽ habebat, armaturã abiecisse; & [se] super nigrorum equorum curru in vastũ hiatum incidere.* postremum .n. hoc membrũ potius ad ipsum Domitianũ q̃ ad Mineruã pertinere videtur.

P. 337, v. 1, τὸ μεσημβρινὸν legitur etiã in Suidæ collectaneis infra 864, 16. itidemq; pag. præced. v. 1, μεθ' ἡμέραν, *interdiu:* apud Zon. autem 197, 59, τὸ μεσημβρινὸν, *meridie.* V. 7, aptius forsan οὕτω δὴ, *ita demum,* seu *tunc demũ.* V. 43, interpres passiue legit συνεφαπτομένων. Lat. t. v. 2, ita sonant Gr. *primum Parthenius ferrũ gladii, qui semper sub eius ceruicali iacebat, exemit, ne eo vteretur.* id est ferrum gladii exemit, vaginam dumtaxat reliquit. V. 43, *sed & delatorum multi adiudicati sunt morti: inter quos fuit etiam Seras philosophus. Cum ergo turba exstitissent*

haud vulgarem, ex eo quod omnes omnib. accusare permitteretur, aiunt Front. cons.

P.338, v.19, malim cum articulo τῷ δικαιώματι. V.27, Rufi epitaphium Latinum Camerarius & Schottus e Plinii minoris epistolis citant sic; *Hic situs est Rufus, pulso qui Vindice quondam Imperium asseruit, non sibi, sed patriæ.* de Vindicis autem interitu Dio ipse paulo aliter supra 300,22. V.30, inclusum τοῦ, add. e P.c. V.36, Neruæ quod tribuitur, Victor tribuit Tito Cæsari 513,52. Sequentia confer cum Victoris Epitome 536,34.

P.339, v.5, non male ex Zonara legemus, διά τε γήρως βαθὺ καὶ τρόπων χρηστότητα καταφρονούμενος, *cum & ob grandē senectutem & ob morum bonitatem cōtemneretur.* alioqui pro ἔτι reponendum foret ἤδη, aut simile quid. V.11, versus qui citatur, desumptus est ex oratione Chrysis sacerdotis ad Apollinem, Il. α. Lat.t.v.29, *tunica & toga purpurea.* V.42, *multa faciebat quibus partim remp. corrigeret, partim bonis gratificaretur. nam & illam diligenter procurabat; adeo vt ciuitatib. Italicis ad liberorū sustentationē multa largiretur; & his multa cōferebat beneficia.*

P.340, v.41, pro μὲ γὰρ rectius leges μὲν οὖν, ex Zon. 199,60. Lat.t.v.40, ita sonant Gr. *Venationum namque, conuiuiorum, deliciarum, (seu iocorum) quin & consiliorum operumque socium se illis praebebat: ac sæpenumero etiā quartus vehebatur: domosq. nonnullorum vel absque custodia ingressus, hilaritati cum eis sese dabat.*

P.341, v.10. vulg. l. τοῖς τόποις. ego cum P. τῆς Ταπαῖς malui, vt supra 332,41. V.19, aptius χαλεπωτέρων legemus ex Suidæ collectaneis infra, 864,45. V.21, inclusum αὐτοῖς, abest a P.c. Ibid. mox superuacua est præpositio ἐπὶ, vt declarant hæc Zonaræ, 200, ... τὰ ἀκρα κατείληφε, *postquam summa cacumina occupauit.* V.28, P.c. τὰ προτεθέντα, *eorum quæ proposita fuerant.* cum vulgata lectione congruunt hæc in Legat. volum. 401, πάντα τὰ κελευσθησόμενα ποιήσειν. idemq; loquendi genus reperitur 341, 26. Lat.t.v.15 Gr. son. *sociorum cum alios tū Burros Traianū hortari, vt retro verso itinere pacem colat.* V.21, *sed in fascias eam ac turundas concidisse.* V.44, *captiuorumque ritu iunctis manibus, supplices quædā proloquebantur: deinde pace solenniter firmata, arma receperūt. Traianus porro, triūpho ob victoriā acto, acceptoq. Dacici cognomine, in theatro gladiatores cōmisit; quib. delectabatur: & saltatores quoq. in theatrū reduxit, quod vnū ex iis Pyladem amaret.*

P.342, v.2, inclusa δ', addita e P.c. Lat.t.v.7, ita sonant Gr. *& iis qui ante aduersatiī fuerant, clades inferre.* V.31, *Traianus medium quoddam responsum dedit, e quo appareret, neque magnā admodum, neque prorsus exiguā Longini rationem haberi, cum eum aut perire aut magno redimi vellet. Vbi cū Decebalus aliquantū cūctatus dispiceret qd facto opus esset, Longinus interea, facta sibi veneni copia, eo epoto mortē oppetiit.*

P.343, v.1, inclusum καὶ abest a P.c. V.14, ἐν superuacua est, & forsan e fine præcedentis copulatiuæ ē repetita. Lat.t.v.1, Gr. s. *in fluuio magno, & aqua vorticosa, soloque limoso.* V.4, *Latitudinem porro fluuii dixi, non quod tanto ibi spatio fluat, (nam alicubi duplo & triplo maior restagnat) sed quod angustissima pontique faciēdo iis in locis aptissima pars, tanta sit: quanto autem magis ibi e spatioso stagno descendens, rursumque in maius inde stagnum procedens, in angustum concluditur, tanto & rapidior fit & profundior. vt id quoque pontis fac.*

P.344, v.11, inclusa γ', addita ex Steph. adnot. V. 20, rectius συνεχώνευσε, *conflauit.* V.30, in P.c. nullū est defectus indiciū; itidemq; Zon. habet, τὸν ἰατρὸν τοῦ Σούρα ἐκέλευσε, καὶ δι' ἐκείνου τοὺς ὀφθαλμούς, διὰ δὲ τοῦ κουρέως ἐκείνου τὸ γένειον ἐξύρησε. vt ipse quoq; verbū ἐξύρησε ad vtriusq; mēbri accusatiuos retulisse videatur: quasi videlicet Traianus per Suræ medicū oculos, (h.e. oculorū supercilia) per tonsorem vero mentū radi iusserit. alioqui post ὀφθαλμοὺς deesse videtur ἐγχρῖσαι, ἰάσασθαι, vel aliud cōsimile verbum. V.38, P. & M. διηγωνίζοντο: significantius. V.41, pro τοῦ Bl. legerat αὐτοῦ, & ad Suram retulerat. Xyl. vulgatam lectionē exprimere maluit. cum qua facere videntur etiā hæc Zonaræ, 201,4, ἐπεὶ χρὴ μέν τι τὸν δορυφόρων προϊστάμενον, καὶ ἐπέχειν αὐτοῦ τὸ ξίφος. Et Victoris breuiariū 515,1, post mentionē de Sura, *Præfectum prætorio*, inquit, *Saburanum nomine, cum insigne potestatis, vti mos erat, pugionem daret, crebro monuit*— Vbi *Suranum* fortasse aliquis malit, vt in Consularib. fastis Panuinii, p.35. Lat.t.v.16, Gr. s. *in quibus ferarum pecudumque altilium ad vndecim milia iugulata sunt, & gladiatorum x milia decertarunt.* V. 21, *nummosque monetæ exsolescentis* (seu fugientis) *conflauit omnes.* V.47, Bl. verterat, *huic etiam principió*— cū ita sonet vulgata Græcorū lectio; *Quin & cum primum ei qui prætorianis erat præfuturus, gladium porrigeret, quo eum accingi oportebat.*

P.345, v.27, ἐπιδηλότερος suspectum videri queat. nec certū tamen an verius sit ἐπιχαιρότερος. Lat.t.v. 6, Gr. son. *re ad senatum delata.* V.35, *nonnumquam falsos disseminabat nuntios, & prospeculatorem agebat: vt milites & ordines seruare studerent, & ad omnia parati atque impauidi essent.*

P.346, v.42, καλέσαντες pro vulg. καλ. repositū e P. c. V.35, τι post αὐτοῖς vel superflua est, vel aliud post se membrū postulat. Lat.t.v.9, ita sonāt Gr. *post, consecuta terra quasi bullientis violentissima subsultatio; & partim tellus ipsa tota sursum eiectabatur, partim ædificia subsiliebant: eorumque alia in altum elata, rursum e sublimi collabentia frangebantur; alia, huc illuc velut salo iactata, subuertebantur, magnamque etiam subdiualis spatii partem præoccupabāt. & dum ligna, lateres, ac lapides confringebantur, crepitus fragorque terribilissimus exsistebat.* V.42, *aut in fornicato aliquo intercolumnio incol. seru.* Cum hac porro terræmotus descriptione confer Ammian. Marcell. 347,41.

P.347, v.3, P.c. πρὸς μακρὸν, sing. num. V.17, inclusus articulus τῷ, additus e P & M. V.23, P. ἔζευξεν αὐτὸν, s. τὸν ποταμὸν, *ponte illum iunxit, pontem in eo fecit.* V.34, fort. l. καὶ ταύτας γὰρ... ὅτι: vt significet, eas quoque vrbes esse Assyriæ. Lat.t.v.11, Gr. s. *ita vt leuiter admodum iclus, e periculo euaderet. cum vero ad complures dies terræmotus duraret, in circo sub diuo agitabat.* V.38, *Adiabenenq. omnem in suam potestatem redegerunt; (ea Assyriæ circa Ninum pars est) Arbelasque, & Gaugamela, ad quæ Darium vicit Alexander. ea quoq. sunt Assyria: eaque ipsa, etiam Atyria propterea barbarico more appellata est, duob. ss in t transmutatis.* Sed quorsum feratur commation istud διὰ τοῦτο, *propterea*, obscurum est.

P.348, v.17, malet fortasse aliquis ... sed ista modi enallage, passim obuia est. V.36, vera lectio est, τὸ Σημεῖον καλούμενον, expuncta syllaba τε: vt cum Pintiano legit Paulus Leopard. Emend. l.8, c.2, ex Plinio, Iosepho, Stephano Byzantio, & aliis. Lat. t.v.1, Gr. sonant, *ferro validius*, seu firmius. V. 23, *itaque tractorius machinis* (ὄνους *Græci vocant*) *transportatis nauibus.* V.39, Blancus verterat,

qui

qui vallum Tesspasini habitabant, (nam ita ab incolis appellatur) erantque in d. Merula rectius aliquanto *Vallum Spasinum.*

P.349, v.1, aptius fortasse plusquamperf. κεχείρωτο: & v.14, ἐξέδησε, prę t.imperf. V.39, si pro τε substituas copulatiuã τε, & pro ποιούμενοι reponas ποιοῦσι vel ποιῶσι, paulo melius & structura constabit, & sententia. Latina quoq; sic melius sonabunt; *& eũ propter hac ipsa diu a magna multitudine obsideri nequit, tum a sole, cui etiam sacra est, defenditur.*

P.350, v.22, pro ὑδὲν, procul dubio legendum ὑδενὶ, *nullo.* V.37, existimarit fortasse aliquis, legendum potius κατ' ἔθος, *de more.* sed vulgatam lectionem confirmat hæc Zonaræ metaphrasis 202, 2, ἐξ ἐπίσχεσιν αἵματος ἐτησίως αὐτῷ ἐκκρινομένη διὰ γαστρὸς, *ob retentionem sanguinis qui ei quotannis per ventrem excernebatur.* V.43, inclusum τε, addita e P.c. Lat. t.v.17, Græca ista, τὰ ἔντερα αὐτῶν, si mendo carent, non significant *edunt viscera*, vt Blancus vertit; sed, *intestinis eorum se redimiebant*; id est, intestinis eorum ceu fasciis quibusdã sese coronabant. V.42, *vt etiam parte aliqua corporis eneruatus atque exsolutus fuerit.* vbi discrepat a medicis Dio. ἀποπληξίαν enim medici totius corporis; παράλυσιν autẽ seu πάρεσιν, partis dumtaxat νάρκωσιν atque ἀκινησίαν definiunt, i. cum pars tantum corporis, vitiatis neruis motuque amisso, quadamtenus emoritur.

P.351, v.23, interpres passiuẽ legit [illegible]. sed actiuum verbum retineri potest, si præcedens [illegible] accipiatur pro ἐν, hoc sensu; *quod in nullo alio* (i. alia nulla in re) Plotina *fecerat.* alioqui passiuæ lectionis sensus foret; *quod sub nullo alio Imperatore factum fuerat*; vt sc. Augusta pro Augusto subscriberet. V.36, pro singulari αὐτῇ antecedens plurale αἱ θέαι requirere videtur αὐταῖς. si tamẽ αὐτῇ germana auctoris scriptura est, referetur ad τῇ κατ' ἔτος θέᾳ, i. ad spectaculum quod singulis annis exhibebatur. V.43, pro ὡς P.c. habet οἱ ἃ. sed cum idem οἱ ἃ paulo ante pręcedat, hic repeti nequit: nisi forte membra quæpiam loco desint. Lat.t.v.12, Gr. ἐν πρώτοις (i. *in primis*) ambiguum est. nam & *primis annis* significare potest, vt interpres accepit; & *inter primos consules*: vt primi consules, intelligantur ordinarii, quique in annorum notatione nominantur; ad differentiam sc. suffectorum & honorariorum consulum. V.15, Gr. son. *& Plotina ex fauore amatorio, Cæsarem pariter & Imperatorem crearunt.* sicut & Spartianus 127, 27, *nec desunt qui factione Plotinæ, mortuo iam Traiano, Adrianum in adoptionem adscitum esse prodiderint, supposito qui pro Traiano fessa voce loqueretur.*

P.352, v.16, rectius τῆς αὐτῆς γνώμης infra in Suidæ collectaneis, 865, 23. Lat.t.v.10, Gr. son. *& quedã pedestri oratione, necnon versib. poëmata omne genus reliquit.* V.20, *Inde etiam Fauorinum Gallum ac Dionysium Milesium sophistas, conuellere aggressus est, æmulos atque aduersarios eorum extollendo.* V.29, *verisimque esset ne & causa caderet, & insuper contumelia afficeretur.* V.47, *libertatem qua ille tum in dicendo vsus fuerat.*

P.353, v.4, ὀχυρώτερον, si neutro genere ab auctore scriptũ, referendum erit ad τὸ κατασκεύασμα. alioqui propinquius ναὸς, postulat masc. ὀχυρώτερος. V.17, inclusum καὶ, add. e P.c. V.38, P. δόντος ἡσυχάζειν. mallem, ὡς αὐτὸ δόντι ἡσυχάζειν αὐτῷ. Lat.t.v.21, Gr. son. *Hæc ergo ei vitio vertebantur, & nimis exacta omnium rimatio, curiositasq, & versipelle ingeniũ*: (seu morumq; & ingenii varietas) *qua tamen corrigebat ac compens.* V.34, *militares ordines accuratissime excoluit, atq, ita, vt quantumuis polleret, nec immorigeri essent, nec iniuriosi. Vrbes socias pariter ac subditas, magnificentissime iuuit. ex quib. multas vidit, ac plures quam vllus alius Imperator: omnesq, ferme adiuuit, aliis aquas, aliis portus, frumentũ, operave aliqua vel pecunias, aliis alios honores conferens.* V.47, *nec enim vmquam ad præconis vocem conticescunt.*

P.354, v.2, P.c. ἀφῃρεῖτο, indic. modo. V.16, ὄντων pro vulg. ὄντα repos. e P.c. V.32, aptius fut. λέξειν. Lat.t.v.14, Gr. son. *consulibusq, cum in iudiciis non numquam aderat, tum in circensib. honorem habebat. Domum cum rediret, lectica ferebatur, ne cui, si forte comitari vellet, molestia facesseretur. Diebus qui nec festi essent nec publici, domi manebat: nec quemquam vel ad salutandum admittebat, nisi forte aliquid incidisset necessarium; ne omnino vllum cuipiam facesseretur negotium. Semperque, Romæ pariter ac foris, optimos quosq, circum se habebat, & cum iisdem etiam conuiuabatur: ac propterea etiam quartus sæpe vectabatur*; sicut scilicet apud Ammianum Marcell. legimus a Constantio Iulianum, & a Iuliano rectorem prouinciæ in consessum vehiculi fuisse adscitum. Interpres ad conuiuia respiciens, legit τέταρτος, i. *quartus sæpe epulabatur.* V.41, *quidquid vel imperatorio vel publico populi Ro. fisco deberetur.* seu, *quidquid vel principis fisco, vel populi ærario deb.*

P.355, v.14, aptius μετεπέμπετο, vt Zon. quoque 203, 17, dicit, μετεπέμπετο ἕκαστον πρὸς τὸ βίβλιον. V.19, conuenientius αὐτῆς. Sic v.22, concinnius γυμνῇ αὐτῇ, datiuo casu. V.26, si pro ἀχθέντα malis ταχθέντα, non multum refragabor. V.33, plurale à confirmãt ista Zonaræ, ὧν δ' ἐρῶντες. interpres cum Suida maluit singulare ὃ. Lat.t.v.23, Gr. son. *diligenter inspexit & inquisiuit: multaq, vel in vita vel in structuris delicatius instituta, ad concinni cultus normam reuocauit.* V.31, *ideoque, maxime autem pacis tẽpore, plerumque inter exteros degebat.* V.45, *sine imperatorio tamẽ apparatu.* V.48, *in ea enim & claviculam fregit, & crure propemodũ mutilatus est.*

P.356, v.22, inclusus articulus ὁ, abest a P.c. itẽq; mox inclusa πρὸς, v.16: belle quidẽ hæc, ille autem parum concinne. Lat.t.v.37, Gr. s. *ac demum cum ipse diceret stellam se quãdam velut Antinoi videre, tum familiares sibi eadem re fabulantes libẽter audiebat; quasi videlicet ex Antinoi anima vere stella ista exorta esset, ac tum primum apparere cœpisset.*

P.357, v.18, geminatũ τὴν agnoscit etiam P.c. & vehemẽtiam quandã habet ea geminatio: Xyl. tamen posterius expungit. V.45, inclusa δὲ, addita e P.c. Lat.t.v.24, Gr. s. *eos singulatim militũ legatorumq, numero aliquo adoriens, claudensque & commeatu prohibens, ferire quid.* V.35, *indagari multitudo non potuit.* Et mox, *Solomonis, quem illi s.*

P.358, v.7, pro ἀπαίσματος apud Zonar. 204, 12, legitur ἥψατο μόν. vera lectio procul dubio est, ἥψατο μόνον, *tantum attigit.* In fine periodi, v.10, ex eodem Zonara, ipsaque adeo structuræ ratione, leges, συμβάντων, & ἐκείνου. quod Stephanus quoq; in suis Notationibus animaduertit. Rursum v. 8, pro Ἀλανῶν q. c. habent Ἀλαμανῶν: quem errorem satis arguit nationum distantia. V.20, inclusum καλά, abest a P.c. V.21, congruentius ἐν τῇ θέᾳ: vel ἐν ἐκείνῃ θέᾳ. Simile porro factum Tiberii narratur supra 226, 30. Lat.t.v.16, malim *patriaque ipsis veste, seu vernacula ipsis veste.* ad verbum, *veste regioni vsitata.* V.42, *vt Adrianum, cum mortem obire cuperet, non possit.*

P.359.v.20, ἀβρμάσθαι legitur apud Zon.quoq; 204,35: cum aptius esse videatur ἀβρμᾶσθαι vel ἀβρμίζειν. V.31, vel αὐτὸ legendũ, retinendo ἐπέγραψεν, quod sit *Inscripsit*, pro *Inscribi iussit*; vt docte vertit interpres: vel ἐπιγράψαι legendum, retinendo αὐτοῦ. sed altera lectio mihi quidem magis placet: inquit Steph. Lat.t.v.6, rectius, *qui & statuis honorati sunt*. V.13, *vtique & Cornelius Fronto, qui tunc inter Romanos in caussis dicendis primas ferebat, profunda nocte aliquando domum a cœna reuersus, cum e quodam, cui patrocinium erat pollicitus, intellexisset, eum* (Adrianum sc.) *iam dicere, in cœnatoria veste, ita vt [tunc] indutus erat, in dicasterium eius ingressus est, ac salutauit; non matutina compellatione* SALVE, *sed vespertina*, VALE, *vsus*. V.29, *Turpe est Cæsar, te, præfectus foris stantibus, loqui centurioni. Idemque prætorianorum præfecturam & inuitus tunc accepit, & mox acceptam deposuit.*

P.360, v.3 & 4, inclusa, add. e P.c. Ex eodem P. ibidem ἡμῶν repositum pro vulg. ὑμῶν. V.19, P.c. Μάρκον Ἄννιον Βῆρον: (itemq; Zon. 204,57) at mox v.21, ὁ Ἄννιος Μάρκος. E quib. coniicere licet, veram scripturam esse Μάρκον Ἄννιον Βῆρον: sicut idem mox Ἄννιος Βῆρος ἔγγονος appellatur etiam in P.c. necnon apud Spartianum 133,36, & 149,47: adstipulantibus etiam membranis veteribus. Verum hic incidit scrupulus. nam, qui Commodus a Dione nominatur, Spartiano est Annius Verus: & qui Dioni est M. Annius Verus, Spartiano est Marcus Antoninus. Sed eam discrepantiam explicat idẽ Spartianus 140,45; dũ scribit Marco Antonino & patrem, & auum, immo & proauum, fuisse Annium Verum: & rursum 149,47, collegam eius fratremque adoptiuum, L. Ceionium Commodum, ex Adriani voluntate Ælium appellatum esse; ex Antonini coniunctione, Verum & Antoninum. Vnde intelligimus, natiua & primitiua eorum nomina fuisse L. Ceionium Commodum, & M. Annium Verum. post, illum partim ex Adriani voluntate, partim ex fratris coniunctione, appellatum esse L. Ælium Verum; vtrumque autem, ex Antonini Pii adoptione, Antoninum esse dictum. cuius cõmutationis argumentum etiam in Eutropio supra 115, 29.33. V.27, inclusa ὁ, abest a P.c. Idem P. seq. v. Ἑλληνικοῦ pro Ῥωμαϊκοῦ: præpostere. V.42, P.c. ἐπεδέχθη. Lat.t.v.18, Gr. sonant; *Commodum Commodi filium sibi adoptauit; atq; insuper M. Annium Verum; designare scilicet volens, qui quam diutissime post se imperarent. Erat porro hic M. Annius, qui Catilius ante nominabatur* [ex auo materno,] *nepos Annii Veri, qui ter consul & tribunus militum fuerat.*

P.361, v.7, P.c. τὴν βασιλεία. ego plur. βασιλείας malim: vt sit iambus prouerbialis ab Adriano vsurpatus. V.19, cum coniunctione legendum videtur, εἰ δὲ καί τ. Lat.t.v.4, Gr. sonant, *tandem omisso accurato diatæ regimine, sumptisque esculentis & poculentis minime conuenientibus, vitam finiit.* V.23, *historiam Antonini Pii*: ad verbum, *quæ de Antonino Pio*, s. memoriæ sunt prodita.

P.362, v.7, inclusum ἐπὶ, abest a P.c. Contra, τὸ, v.15, ex eodem P. huc insertum est. V.37, ὠχλήθησαν pro vulg. ὀχλήθησαν, repositum e P. & M. Diluuii huius non meminit Capitolinus inter aduersa quæ Pii temporibus prouenerunt, 139,21. Lat.t.v.24, Gr. sonant, *Fertur Antoninus diligens fuisse in quærendo, ac ne in paruis quidem & triuialibus ab exacta rimatione destitisse: vnde & Cumini sectorem eum derisores vocitabant*. vt infra 836,3.

P.363, inclusa v.9 & 15, absunt a P.c. V.21, interpres legit ὑπὸ Σεβηριανοῦ, gen. casu. Mox v.23, conuenientius πεσεῖν πάντων. V.46, P. ἐκάλεσε, *vocauit*: minus apte. Lat.t.v.13, Gr. son. *& ad audiendas Hermogenis dissertationes rhetoricas studiose venisse: maxime autem Stoicorum decretis addictus fuit.* V.22, *totumque Romanum exercitum, Seueriano commissum, ad Elegiam* (*Armeniæ locum*) *vndique concluserat, & vna cum ipsis ducibus assidua sagittarum immissione confecerat, Syriæque vrbes subinde magno numero magnoque terrore incursarat.*

P.364, v.15, cum Blanco leges εἰσπεριχθείς, vel saltem εἰσπεριχθεὶς passiua signit. accipies. V.21, Μάρκον accus. casu agnoscit cum m. s. etiam Blancus: alioqui mallet fortasse aliquis Βινδίκα τὸν Μάρκου ὑποστράτηγον ὄντα, *Vindicem Marci legatum*. V.39, ἐσπάρησαν agnoscit etiam Blancus interpres: Xyl. mauult ἐσπάρη, numero singulari. Lat.t.v.35, Gr. son. *super visceribus eius*. V.47, *vt hæc quoque memoria dignemur.*

P.365, v.8, aptius Camerarius legit ἀντικαλεῖ ὡς. V.10, P. οὐ γὰρ ὑπῆρχε: & tamen v.5 ὑπῆρχε. V.17, P. ἐν δέκα πολλάκις ἢ ἐν δώδεκα ἡμέραις, *decem sæpenumero & duodecim diebus*. Seq. v. aptius fortasse, ἢ τὸ πενῆς ὄντων. Lat.t.v.8, Gr. son. *Hunc vitem arbustinam aliquando frondantem inclamauit quidam: & cum ad primam postulationem non statim descenderet, increpans eum, Saltem ergo præfecte, inquit, descende. quo dicterio ille quidem superbum eũ in humili conditione notauit: fortuna tamen istam ei dignitatem postea contulit.* Sensus autem dicterii est; Si proprio nomine rogatus descendere dedignaris, saltem præfecti honoratiore titulo compellatus, descendere ne grauare.

P.366, v.16, συνελαύνοντα retineri potest. admitti tamen potest etiã συνεξελαύνοντα. Paulo post cõgruentius ἐνεπήδησαν ἀγρίως. V.22, P. cum vulg. l. post ἐπέπεσεν habet, ὅτι δὲ τὰς ἵππους, ὅπως μὴ ἴδω, ἀρχέτης δὲ ὁ ἄστε. regrediens scilicet ad 357.45, vnde aberrarat. V.24, mallet fortasse aliquis συνεξέωσαν: inquit Steph. Lat.t.v.8, *atque exinde confertis manibus, sessores pariter & equos deiiciebant. præ violentia enim lapsationi non amplius obniti poterant*. i. propter vim Romani irruentis, a lapsu tueri se non poterant. V.35, *vt labore*, (seu lassitudine) *vulneribus, ard.*

P.367, v.26, inclusa μὴ, abest a P.c. Pro αὐτῶν autem, v.31, Stephanus vel αὐτῶν legendum censet, vel αὐτῶ. V.33, pro αὐτῶν, etiam P.c. cum vulg. l. habet αὐτῶν: errore manifesto. V.44, αὐτὰ e P.c. reposita pro vulg. καὶ. Lat.t.v.7, Gr. son. *atque hæc tunc & Romanis salutis, & barbaris exitii fuit causa; non Arnuphis magus. neque enim magorum consuetudine præstigiisq; Marcum delectatum fuisse, vllis historiis est proditum.* V.25, *Græci*, Christianis peculiari more, intelligendi hoc loco sunt pagani. V.42, *& hi quidem humectabantur ac bibebant; illi autem igni exurebãtur & interibant: nec vel Romanos ignis contingebat, sed, sicubi forte ad eos appropinquasset, statim exstinguebatur; vel barbaros iuuabat pluuia, sed magis etiam immissas eis flammas, velut oleum, excitabat.*

P.368, v.23, inclusa δὲ, addita e P.c. Lat.t.v.23, Gr. son. *qui sibi gratulabatur* (seu magni beneficii loco ducebat) *ob rhetoricã peritiam ad Ægypti præfecturam peruenisse*. V.30, *quippe quod, Commodus iuuenis adhuc & simplicioris esset indole.*

P.369,

P.369, Lat.t.v.1, Gr.son. *conuocauit eos, ac talia recitauit*; i. atque in hanc sententiam e scripto verba fecit.

P.370, v.8, Xyl. mauult neutro gen. μέγα: quia scilicet ἄθλων nomine hic non labor significatur, sed laboris præmium. V.12, omnino præpositione repetita legendum, πρὸς πάντα καλῶς..., πρὸς ἀξιγενῶδως. In P.c. nō tantum præpositio hic omissa, sed etiam adiectiuum πάντ. Lat.t.v.31, Gr.son. *nam in Cassium ambulantem irruit Antonius centurio.*

P.371, v.6, vulg.l.& P. ἐστρατευομένων. ego Camerarium sequi malui. V.8, P. ἑαυτῶν: alii αὐτῶν, *ipsorum*. sed ἕνα ἑαυτῶν, *vnum se*, probat etiam interpres. V.20, P. ἀπόδω, præs.temp. V.24, P. τότε, *tunc*. V.45, vulg. δημοσίαν, augmento parum vsitato. Lat.t.v.28, Gr.son. *in ea gente vnde antiquitus esset*: i. e qua per maiores ortum duceret.

P.372, v.24, χρήματα ἔχειν, plurali verumq; numero, etiam P.c. Lat.t.v.3, Gr.son. *Quibus peractis, etiam iis qui vel imperatorio vel publico fisco aliquid deberent, omnibus omnia remisit debita, a quadraginta sex annis, absque sexdecim annis Adriani.* V.10, *eamque & senatori pratorio* (seu prætura functo) *instaurandam demandauit.* V.30, *inquit, senatum alloquens*; seu, ad senatum verba faciens. V.34, *in templo Bellonæ*. Ritum autem istum hastæ iaculandæ, a Persis quoque vsurpatum tradit Ammian. Marcell. 365, 18.

P.373, v.3, nescio an rectius ὥρισε δὴ τοῦτον τ. Suidæ sane collectanea talem quampiam lectionem innuunt, 867, 10. vbi tamen Pio Antonino hæc, non Antonino philosopho tribuuntur. τῇ εὐεργεσίᾳ vero quod peculiare nomē a Marco datum fuerit, nondum comperi: nisi forte sit Æquanimitas, cuius signum tribuno a Pio moriente datum refert Capitolinus 140, 22: & 142, 39. V.34, inclusum αὐτῶν, additum e P. & M. V.39, malet fortasse aliquis, αὐτοῖς ἐς πάντ' ἴσα τοῖς ἀνθρώποις χρῆσθαι, *eis ad omnia, non secus atque ceteri homines, vti.*

P.374, v.6, inclusum τὸν, abest a P. V.10, pro κατατετμημένην aptius (opinor) legemus κεκιβδηλευμένην, *rubiginosam*. Præcedenti etiam versu rectius fortasse, ἀπὸ χρυσῆς τῆς βασιλείας. nam τι nullam in seq. redditionem habet. V.17, Steph. legendum censet εἰ καί τις, aut ὡς καί τις. illam tamen quam hanc lectionem mauult. V.44, inclusum οὐ nec P.c. aut Zonaras agnoscit, nec Herodianus 473, 11: nec item Lampridius 158, 3. atque adeo similis infra locus ostendit abesse negationem debere, 591, 2. Lat.t.v.11, Blancus verterat, *in ferreum, & in casa Ea qua Romanos qui tū fuere, nosque ipsos arguunt, delab.* Xylander eam versionem paulo melius interpolauit. ego hanc sinceriorem puto; *de quo iam dicendum, ab aureo ad ferreum rubiginosumque imperium, vt rebus tunc populo Romano, ita nunc nobis delapsa historia.* significare namque auctor vult, vt tunc resp. R. ex aureo Marci principatu ad ferreū, eumq; rubiginosum, Commodi dominatum fuit deuoluta, ita suæ quoq; nunc historiæ eandem esse ... V.26, Latinius, *admonitionibus valere iussis, facta cum barb. pace.* V.41, *quod patrem aliquando, profundo luto impactum, equo adacto liberasset.* Sequentia paulo aliter narrat Herodianus 472, 21. nec cōsistere videtur Dionis historia, nisi de Pompeiani filio hic intelligantur quæ ab Herodiano tribuuntur Quadrato. Dionem tamen Zonaras quoque sequitur 209, 33.

P.375, v.14, P.c. ἐκεῖσε. quæ lectio cum sequentibus quidem congruit; sed cum antecedentibus nequaquam cohæret. si locus nō est mancus, paulo melius hęc lectio quadrat; ἐπεὶ καὶ ἐκεῖνοι βιαίως ἀπεθνήσκοντες. V.34, possis etiam transposita & non minus apte legere, ... ψῆφ. Lat.t.v.1, Gr.sonant, *vt etiam cum eo conuiuaretur, & iuueniliter colluderet.* V.10, *Sed & Marcia quadam, vnius ex tunc interfectis pellex, & Electus cubicularius; hic quidem Commodi quoque factus cubicularius; illa vero, Commodi primum pellex, dein Electi vxor: post & ipsi violenta morte perierunt.* Vereor tamen ne mutilus aut deprauatus sit locus. Cōmodo sane hos superuixisse, immo eos necem ei struxisse, declarant sequentia. vt fortasse post γυνή, *vxor*, hoc sensu desideretur commation, θανάτου αὐτῷ γενομένης αἰτία, *morte illi conciliata.* V.28, *Inter omnes enim, qui vnquam memorantur, horum amor mutuus, fuit egregius; adeo vt ne in magistratibus quidem a se inuicem seiuncti fuerint. Sed & locupletes fuerunt ac prædiuites; magistratusque simul gesserunt, & alter alteri assessorem se præbuit.* cuiusmodi fratrum par supra quoque narratum in Nerone, 296, 44. V.44, *sublatusque, vt confestim moriturus, in cellulam deportatus est: atque ipse quidem e conspectu se subduxit; arietis vero corpus, in loculum coniectum, pro eo crematum est.* quam rem & Lampridius attigit, sed admodum breuiter, 158, 16. de veruecis pelle cremata, diuersa historia est apud eundem 157, 23.

P.376, v.15, inclusum ἄλλο, add. e P. Lat.t.v.14, Gr.son. *plurimum impegit, cum, quid diceretur, ne intelligere quidem posset. Id ergo tunc præsens audiui: post vero & aliud huiusmodi vidi. Est Malli, Ciliciæ oppido, Amphilochi oraculum, per somnia responsa dans.*

P.377, v.2, locus hic a Suida citatur in Μάρκελλος; & quidem plenius ac luculentius. quare illum inde huc transcribam totum: Μάρκελλος, στρατηγὸς ἐπὶ Κομμόδου. ὃς ἀνεπιδεής ... ἀρετῆς ..., ... φιλανθρωπίας καὶ ἡμερότητος μετεῖχεν. ... ἐκ τῆς ... μηδὲ ... ἄλλων ... ἡ μέρα ... καθεύδειν ... ὅσα ... ἐκ τοῦ ... φιλύρας ... πάντα ... δώδεκα γραμματεῖα, ... εἰπεῖν, ... ἄλλην ... ἐγρηγορὼς ... μὲν ... ἄλλως ... πολεμιστὴς ... τῆς γαστρὸς ... τὰ τῆς ... Ῥώμης ... δυνάμενος ... ... ἀπὸ τῆς ... αὐτῶν, ... ἀπὸ τοῦ ... ἐπιτήδειος ... μᾶλλον ... διαχρήσασθαι ... δοκῇ. V.28, P. ἀπαρτίσει, fut. tempore: minus apte. V.37, idem P. ὁ στρατιώτης. sed verisimilius est, Commodum in ista trepidatione συστρατιώτας quam simpliciter στρατιώτας appellare maluisse. V.42, P. ὕπαρχον, vno π. vetior scriptura ὕπαρχον, seu ἔπαρχον, *præf. prætorio*: vt patet ex v.20. V.45, pro ἐκείνου rectius fortasse legemus ἐκείνῳ, *illi.*

P.378, v.2, cum coniunctione legendum vel, ὁ δὲ μὲν: vel, ὁ μὲν οὖν. aut asyndeton hic statuendum. V.8, W. interserta copulatiua legit, τῆς δὲ Κομμόδου καὶ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ. alioqui sane superuacuum esset pronomen αὐτοῦ. V.10, non minus apte legas ἀπαλλαγέντες, *liberati.* V.11, in P.c. omissum est πῦρ: vnde suspicetur aliquis, veriorem lectionem esse πωλοῦντες, *vendentes*: vt pag. seq. v.5. Lat.t.v.46, malim plusquamperf. temp. *deductus fuerat.*

P.379,v.11, Wolf. legit ἐς ἐνιαυτοὺς πέντε καὶ εἴκοσιν, *in annos* x x v. sed vulg. lectionem & tuentur & explanant hæc Zonaræ 210,16, ὑπατεύσας εἰς ἕνα ἐνιαυτὸν εἰκοσι καὶ πέντε ἀπέδειξεν: & hæc Ælii Lampridii 158, 55, *tuncque primum viginti quinque coss. in vnum annum; venditaque omnes prouinciæ.* V.29, P. ἀχρειώσει, fut. Att. Lat. t. v. 37, aptius, *torua visu*: vel, *trux aspectu*.

P.380, v.2, inclusa τι, abest a P. at non item supra 377,40. Contra, inclusum τῷ, seq. v. ex eodem P. additum. V.8, rectius ἐπὶ κοινοῦ, sine articulo: vt apud Zonar. 210,38, ἐπὶ δόρατος. V.17, forsan inserta copula legendum πῶς τι ἑαυτοῦ, vel καὶ πῶς ἑαυτοῦ. V.21, inclusa γὰρ, addita e P.c. V.23, P. ἑκόντων, masc. gen. per synthesin. V.30, commation istud δι' αὐτῶν, Wolfius vt suspectum asterisco notarat. si ad καὶ βελόνας referas, nihil suspicionis videtur subesse: vt declarat sup. 333, 34. Lat. t. v. 16, Gr. son. *atque is quidem, quod & leonem ex equo confecisset iaculis. qui etiam, postquam percussores adesse sensit, & illos noctu interemit, & Emesenorum* (*vnde oriundus erat*) *inimicos, suosque insuper interfecit omnes.* V.35, *acus enim paruas* (haud scio an rectius μακρὰς, *longas*) *venenis illinebant; easque per illas in alios mercede inductis immittebant.* V.48, *Romamque æternam felicem coloniam, & orbem orbis terrarum* (*quippe qui suam eam videri vellet coloniam*) *appellauit.*

P. 381, v. 3, mensium appellationes Commodianæ, leguntur etiam apud Zonaram 210, 47; & quidem eodem ordine: in Suidæ autem collectaneis infra 869, 6, ordine paulū mutato. Cum eisdem confer Lamprid. 160,19. V.16, Ῥωμαῖος, Ἡρακλῆς, apud Zon. quoq; distinctione separata sunt: apud Lampridium autem 159, 31, *Romanus Hercules* absque distinctione. V.19, δημαρχικοῖς, *tribunicius*, legitur etiam apud Zon. 210,55. Interpres maluit δημάρχοις, *tribunis pl.* V.25, malim, καὶ γὰρ τοῦτο ἐκαλεῖτο: vel, καὶ τοῦτο γὰρ ὄν. *nam hoc quoque appellabatur nomine.* V.29, P.c. in margine habet vulg. scripturam, in textu autem, κατὰ δραχμὰς, omisso nomine ἄνδρα. V.37, P. c. καὶ πέντε δρ. vnde coniicio, scribendum κατὰ πέντε δρ. *singulos quinas drachmas.* sicut alibi quoque apud hunc ipsum auctorem, κατὰ pro ἀνὰ in hoc loquendi genere positum legitur, & quidē hac ipsa pagina, versū modó citato. V.42, inclusa δὲ & τι, addita e P. V.45, W. mauult ξυνοὶ, plur. num. Pleonasmū præpositionis in seq. commatio, ἐν ξυρῷ περίτημοι, notauit idem W. & vsurparunt præter Euripidem ac Lucianum, etiam sacri scriptores aliquoties. Lat. t. v. 45, ita sonant Gr. *Bestias quidem certe multas & domi trucidauit, & in publico. Quin & gladiatorio more depugnabat: ac domi quidem ita, vt etiam non nullos interficeret; (nonaculaque, velut pilos adempturus, aliis nasum, aliis aurem, aliis aliud præcideret) in publico autem, sine ferro, & sine sanguine humano. Induebat autem, priusquam in theatrum intraret, tunicam manicatam sericam, albam, auro interstinctam: eoque ipsum habitu amictum salutabamus. cum vero ingressus esset, sumebat purpuram auro conspersam, chlamydemque similem more Græcanico.*

P.382, v.2, αἰδοῖ δὲ pro vulg. αἰδοῦν, repos. e P. V. 21, vulg. l. diuise ῥωμαίων τῶ: itidemq; P. c. perperam vtrique. Lat. t. v. 24, Gr. son. *& in medio certamine lassatus bibebat calice in clauā formato, vino dulci refrigerato e mulieris manu sumpto, vno haustu.* V. 39, *partim quod neminem aliū ex iis qui aliquid memoria dignum litteris mandare possunt, ita tam exacte, vt nos, rimatos esse noui.* V. 48, *post, a prandio, gladiatorum certamen subibat. in quo exercendo, vtebatur armatura eius quem Secutorem appellant; clypeum dextra, gladium ligneum sinistra tenens.*

P. 383, v. 26, μὲν τι, pro vulg. μόνον, repos. e P. V. 37, in P. c. νικᾶς geminatum est. quæ scriptura si vera est, εὐτυχέστατος νικᾶς erit *felicissimus in pugnis*. apud Zon. 211, 12, ita legitur hoc exclamationis membrum; καὶ πάντων εὐτυχεστάτας νίκας νικήσεις, καὶ Ἀμαζόνιε νικᾷς. quæ lectio aptior erit, si clausula ex epitome nostra sic legatur, ἀπ' αἰῶνος Ἀμαζόνιε νικᾷς. vt hæc efficiatur sententia; *Et omnium felicissimas vincis victorias; ab æterno vincis Amazonie.* Lat. t. v. 13, Gr. son. *pugnata ista vmbratili pugna.* Et mox, v. 16, *ac primo die ipse omnes illos e superiore loco, toto Mercurii habitu cum inaurata virga sumpto, conscensoque simul suggestu, commisit.* V. 19, *ostendi loco.* V. 42, *E reliquo autem populo multi ne introibant quidem in theatrum: nonnulli obiter introspectantes discedebant; partim pudore eorum quæ gerebantur; partim etiam metu: quippe quod rumor percrebuisset, eum sagittis quosdam conficere velle, vt Hercules Stymphalidas.*

P.384, v.11, P.c. δράσει, opt. modo. Lat. t. v. 7, Gr. son. *Fecit insuper & aliud tale apud nos senatores: e quo præsentissimum exspectabamus interitum. occiso enim struthocamelo, amputatoque eius capite, accedebat eo vbi sed.* V.11, *caput subridens mouit.* V.39, *primam enim apud eos cellam, velut vnus ex ipsorum numero, habebat.* Inscriptionem porro quæ sequitur, confer cum Herodianica 485, 17.

P.385, v.7, rectius ἐπέπεμψαν, seu ἐπεσέπεμψαν, vt in Domitiano supra 337, 9. V.11, ἰδίῳ pro vulg. ἰδίων repos. e P. V.34, legendum videtur, εἰς ὑπολείψοντές μου τὴν ἱστορίαν, *vt quod superstitem esset relicturum meam historiam.* Lat. t. v. 47, fortasse rectius, *sedibus suis excita*: vel, *inauspicatis sedibus.* diras aues dicit Lamprid. 161, 25.

P.386, v.22, pro ἀνόμωσε si reponatur ἐνόμισε, fuerit ἐνόμισεν τὸ σχάχθιν, perinde ac si diceretur ἐνόμισεν χάρμα seu ἀγγελίας πέρι τὸ σχάχθιντος: inquit Stephanus. alioqui legendum fuerit ἐμήνυσαν, *indicarunt.* V.35, P. c. σὺν ἡμῖν, *nobiscum.* V.42, inclusa ἐν addita e P. Lat. t. v. 4, Gr. son. *scripta quæ ad Imperium pertinebant*: i. quibus rationes Imperii R. cōtinebantur. *breuiarium Imperii* dicit Sueton. in fine Augusti, 42, 2.

P.387, v.13, αὐτὸν vel tollendum, vel in sequens membrum transferendum esse videatur. sed si pro præpositiuo accusatiuo accipiatur, nulla erit opus trāspositione. hic enim erit sensus; *nemo enim eum appellabat Commodum neque Imperatorem.* V.16, fortasse transposita καὶ rectius legerimus, ὅπως καὶ μάλιστα ἐκ τοῦ K. φίβοςιν. vel καὶ in γε mutanda. V.26, vulg. l. Λίβις: (itemque Zon. 212, 21) P.c. Λίμυς. sed veram scripturam esse Λῖγυς, tum sequentia hic declarant, tum Iulius Capitol. 163, 41. V.28, κατὰ τοῦτο in alterutro membro vitiosum esse videtur, ac pro μετὰ suppositum. Interpres in priori membro legit καὶ κατὰ τοῦτο, *eamque ob rem*, ob litterarum sc. cognitionem: in posteriori omittit κατὰ τοῦτο. V.31, τότε pro vulg. τὸ repos. e P. V. 36, duplicata præpos. ἐπὶ τὸ βάθρον ἐπὶ τὸ συνέδριον legitur etiam in P. c.

P.388, v.16, τῷ ἐσχάτῳ pro vulg. ὁ ἐσχάτῳ repos. e P. c. vbi τῷ ἐσχάτῳ per ellipsin præpositionis ita vsurpatum, vt paulo post v. 20, τῷ πλανητίῳ. V.44, inclusa nota numeralis, ρ', abest a P.c. Lat. t. v. 15, Gr. son.

Gr. son. *ac superiores partes* (id est terga) *inaurata pelle ornatum.* V. 25, *ceterasque conuenientes appellationes accepit.*

P. 389, v. 9, vulg. l. & P. λέγηται: perperam. V. 16, ὑπὸ τῷ Κομμ. retineri potest, si ὑπερπλουτοῦντας pass. accipiatur pro *supra modum ditatos.* alioqui legendum fuerit ἐπὶ τῷ Κομμ. *sub C. imperio.* V. 20, vel ἱεράρχῃ cum P. legendum, vel ἱεράρχῃ, vt ἱππεράρχῃ 293, 39. V. 30, pro τι, sententia requirit vel γε, vel ἔτι ἔτι, vel aliud quid consimile. V. 38, inclusum αὐτῆς, abest a P. V. 42, non male interpres legit ἄοπλοι, *inermes.* Lat. t. v. 41, Gr. son. *immo ne in Palatio quidem eum educabat; sed omnibus superiorib. facultatibus primo statim die depositis, eas inter liberos distribuit; (nam & filiam habebat) & apud auum eos degere iussit, ac raro admodum cum eis fuit; idque vt pater, non vt Imp.*

P. 390, Lat. t. v. 13, Gr. son. *praeclari illi Caesariani.* V. 22, *Laetus vero, e Falconis negotio nactus occasionem, multos militum, quasi ille* (Imperator sc.) *iuberet, interfecit. Quo animaduerso, ceteri, veriti ne & ipsi insuper interirent, tumultuati sunt.* Blancus quoque verterat, *quasi id faceret iussu principis, occidi iussit.* Xylander ad Falconem haec referre maluit; cum verius ad inuidiam Pertinaci conciliandam a Laeto facta sint. V. 34, *fine inconsiderato.*

P. 391, v. 10, membrum deesse, declarat τι. talis ergo quaepiam requiritur lectio; καί τι δῶρον προσέταττεν, ὥς γε τῆς πόλεως προσῳκείωσεν: vt supra quoque 380, 7. apud Zon. 215, 5, breuius est, δωρεὰς προσεταττε ἐπαγγέλλων. V. 16, Zon. ἰδίᾳ, sine praepositione: rectius. V. 46, inclusum ἰδιῶν, add. e P. Ibid. mox & vulg. l. & P. c. ὅτι τι Ἰταλικῆς: loco e sequentibus corrupto. nostram & Xyl. lectionem probant etiam haec Zon. 215, 23, λεγόντων ἱκανῶς, ὅτι τόσον ἐστι ὃ τόσον ἐκεῖνος δίδωσι. Lat. t. v. 50, Gr. son. *pecuniarum & coacernator insatiabilis, & dilapidator prodigus.*

P. 392, v. 5, cõgruentius foem. gen. τὰς πεντακισχιλίας, s. δραχμάς: vt patet e pag. praec. v. 44. V. 17, rectius fortasse προσεκαλέσατο. V. 21, nihil hic discrepat P. c. nisi quod pro οἱ ἐπιτήδειοι habet ἢ ἐπιτήδειοι. vnde coniicio veram scripturam esse, ὅσοις τι ἦν πρὸς τὸ Περτίνακα ἐπιτήδειον, *quibus aliquid erat cum Pertinace necessitudinis.* V. 23, conuenientius pass. ἐπεθυμήθη. V. 28, P. προήχθημεν, *prodiuimus.* Lat. t. v. 3, Gr. son. *tantum promittis.* V. 45, *& conscientia nos de rebus suis admonebat; vnde & odium aduersus eum & metus nobis oboriebatur.* i. & dum nos conscientiae de suis rebus admonebat, odii contra se metusque ansam praebebat.

P. 393, v. 34, legendum videtur ὡς ἀπαλλοτρίοις: vel aduerbialiter ἀλλοτρίως. V. 42, pro οἱ in P. c. scriptum δὲ: ita tamẽ vt ε e δ factũ videatur. Wolfius legit ἢ καὶ. sed non minus aptum fortasse καί, *aliquibus.* Lat. t. v. 7, Gr. son. *ficto quodammodo & figurato vultu.* i. vultu ad fictitium quendam habitum composito. Et mox, *populus vero tetricũ vultum aperte praeferebat.* V. 12, *velut ex composito conclam.* V. 21, *militibus imprecari.* V. 26, *ibique totam noctem, diemque sequentem, fine cibo & potu perseuerarunt, clamore accersentes cum ceteros milites,* (vel duces; si στρατηγοὺς legas) *tum in primis Nigrum Pescennium, & eos qui cum eo erant in Syria; opem ab eis & auxilium petentes.* V. 34, *illiberaliter res capessebat.*

P. 394, v. 8, W. l. δεινῶς ἦν. Lat. t. v. 44, Gr. s. *quod palatium cancellis & ianuis validis munierat.*

P. 395, v. 21, post ὑδὲν, & mox post τῷ Περτίνακος vacat in P. c. spatium vnius vocabuli capax: cum tamen integra sit sententia. V. 27, παιδευομένων pro vulg. πεπαιδευμένων repos. e P. Lat. t. v. 9, Gr. son. *perinde ac si aliquid eorũ quae futura erant, si ea praenouisset, auertere potuisset.*

P. 396, Lat. t. v. 45, Gr. son. *vitaeque conuersatione agrestium.*

P. 397, Lat. t. v. 21, Gr. son. *monumentum heroicum*; quale sc. heroibus seu diuis solet fieri. V. 28, Blancus verterat, *tribunal ligneum coloris lapidei.* cum ἐν χροῷ, non coloris, sed cutis significationẽ habeat; significans, ligneum illud tribunal seu suggestum, contigue super lapideo structum fuisse, ita vt eius ceu cuti insideret. Et mox, *Super eo, cella, quã col.* Eadem fere apud Herodianum est descriptio, in Seueri ἀποθεώσει, 541, 1.

P. 398, Lat. t. v. 7, Gr. son. *& a collegiis quae in vrbe erant.* V. 23, *& nonnulli plangebant,* (i. pectora palmis percutiebant) *alii lugubre quid submisse canebant tibiis.* V. 29, *quem Pertinax agitabat*: sine aduerbio temporis. V. 38, *magistratus & equester ordo, conueniente sibi cultu, militesque cum equestres tum pedestres, circum rogum vrbanos pariter & bellicos* (seu *bellicos pariter & poeticos*; si legamus πολιτικούς τε ἅμα & ποιητικούς) *numerosis voluminibus peragebant cursus. post, conss. rog.* V. 47, *vtebatur belli legato inter ceteros Aemiliano; quod is omnibus eo tempore senatoribus intelligentia & rerum experientia praestare videbatur, & in multarum gentium praefecturis spectatus ac probatus erat.*

P. 399, Lat. t. v. 5, Gr. son. *nam aquila militare signum insederat, &, licet abigeretur, tamen ita permanebat, vt etiam caperetur: apesque, & circum signa militaria, & maxime circum eius imagines, fauos finxerant.* V. 13, *inter Nicaea Ciique angustias.* Et mox v. 16, *e superioribus dextramque inuantibus locis.* V. 18, *Initio igitur vincebant Seueriani, ducente Candido, locisque e quibus pugnabant, velut ad dextram eminentibus, non parum adiuuantib.* V. 32, *maxima & acerrima committitur pugna.* V. 47, *propter filiam quae imperuia erat.*

P. 400, v. 27, P. δὴ pro ἤδη. Ibidem mox legere possimus etiam τούτων, *horum.*

P. 401, Lat. t. v. 27, Gr. son. *& promontorio alluebitur.*

P. 402, Lat. t. v. 30, *nonnulla etiam dicrota* (seu *biremes*) *erant ac rostrata: & quaedam ex eis vtrimque, a puppi pariter & prora, gubernaculis erant instructa, duplicesque gubernatores ac nautas habebant, vt ii, nulla conuersione facta, & adnauigarent & recederent, hostesque tam abnauigando quam adnauigando subuerterent.*

P. 403, v. 33, q. c. διεξαντλοῦντες, *perforantes*; teste Schotto. Lat. t. v. 21, Gr. son. *Atque horum quidem res eo loco erant. alteri vero, postquam naues, etiam supra ipsarum vires, onerassent, soluerunt, magna etiam tunc obseruata tempestate. quae tamen nihil eis profuit.*

P. 404, v. 38, vulg. ἠχῶ secutus fuerat etiã Blancus, dum verterat, *vocem machinamque.* sed conuenientius P. c. habet ἠχεῖον. Praeterea versionẽ loci admodum contraxit Xylander. Graeca enim ita sonant, Lat. t. v. 38, *Quod si quis in primã turrim aut voces aliquas emisisset, aut lapidẽ iniecisset, cũ ipsa per machinam quãdam loquebatur, tum sequẽtes id ipsum tradebat faciendum: atque ita illud per omnes eodem modo peruadebat: nec altera turbabant alteras, sed per vices quaeque a proxime antecedente sonum vo-*

cemque acceptam ad sequentem transmittebant.

P. 405, v. 7, inclusus articulus τὸ, abest a P. Ac sequentis vocabuli duplex in eo scriptura est, ἀπειρίας & ἀπειλίας. Et fortassis vtrumq; in versione potest exprimi, hoc modo; *postquam vero se conspectus obtulit aliquid laticis, nec multo plus quam si nihilominus inuentum esset, ad rei nouitatem hæsitans Seuerus, potu abstinuit: tandem postulato calice, & aqua repleto, omnibus videntibus ebibit.* V. 30, fortasse legendum ὅτι τὴν ἄρχην: & in Lat. vers. *exercitus tria faciens agmina, & vnum Laeto, alterum Anulino, tertium Probo tradens, aduersus Arcam ea emisit; quam illi tribus locis adorti, non absque labore subegerunt.* Arcæ autem, siue Arcenæ vrbis, meminit præter ceteros etiam Lampridius in Alexādro. Rursum Lat. t. v. 14, Gr. son. *contra supradictos barbaros alium alia misit via: itaque hostes adorti, & agros eorum populati sunt, & vrbes ceperunt. Cumq; hanc etiam ob rem magnos Seuerus animos sumeret, q.*

P. 406, v. 1, vulg. l. & P. c. τὸ αὐτὸ, præposterе. V. 8, congruentius ἐς ταὐτὸ, *in vnum.* V. 11, inclusum π, abest a P. c. V. 25, ὅτι hoc etiam in loco est pleonastica, vt passim in dictorum citatione. Wolfius diuise legit ὅ τι. Seq. v. P. sine præpositione habet ἐξάπινα. Lat. t. v. 11, Gr. son. *amici mei ope.* Cleandri autem circenses, cum quib. hi comparantur, supra expositi sunt 379, 28. V. 24, pro *Immortalem* Ammianus Marcellinus passim *Æternam* dicit. V. 27, *tandem exclamant, Ita est.* V. 42, *obliuit areos aliquot nummulos.* V. 47, *nescio quo consilio.*

P. 407, v. 20, inclusus articulus ὁ, additus e P. c. V. 47, aptius cum Hœschelio pro φάλαγγα legemus φάραγγα: itemq; in Lat. t. *in profundam conuallem,* seu *profundum barathrum.* In eodem textu L. v. 36, pro *iratus* malim *indignati.*

P. 408, v. 12, ἢ pro vulg. οἱ repos. e P. V. 40, W. legit χαρισάμενος. quod cũ propinquiore quidem τῇ γλώττῃ sat bene congruit, sed non item cum remotiore, τοῖς ὀφθαλμοῖς. itaque χαρισάμενος accipiemus pro *gratificatus,* seu *largitus.* sensus enim est, Seuerum ad Albini cadauer multa & oculis indulsisse, in eo contemplando; & linguæ, in eo conuitiis ac dicteriis incessendo. V. 43, legendum videtur ὑβρίζειν, vel ὑβρίζοι ἄν. Lat. t. v. 44, Gr. son. *multa & oculis & lingua gratificatus,* seu *largitus;* eo sensu quo paulo ante exposui.

P. 409, Lat. t. v. 9, malim *moderationem* seu *clementiam.* V. 38 *is enim equitem virib. suis fretum, ipsumque prosternere aggressum, impetu suo interemerat; ac vix tandem a multis militibus comprehensus & iugulatus, (triginta enim numero fuerant qui eum comprehenderant) ad Seu. perlatus erat.*

P. 410, v. 2, verba ista, τὰ καλούμενα ἄνω τείχη, vt structura sibi constet, iungenda erunt cum superioribus, τῶν λαῶν ἐξόντων, ἐς τὸ τεῖχος, καὶ τὸ ἱπποδρόμιον. Zonaras 216, 19, breuius dicit, ἐς πλοῖα καταφυγόντες ἐκ τοῦ Εὐφράτου τὴν τε Σελεύκειαν ἐς τὴν Βαβυλῶνα ἐγκατέλιπον ἔλαβε. V. 12, cum προτεραία parum commode subaudiri potest ἡμέρα. quamobrem interpres, eo vocabulo in duo dirempto, legit τῇ προτέρα τρίτῃ, seu τῇ προτέρα ἐπιστρατείᾳ. V. 33, οὗτος pro vulg. φόβου: & seq. v. προσχὼν pro plur. προσχόντων, repos. e X. & W. V. 43, si τι post ἔχειν collocetur, melius constabit structura. Lat. t. v. 24, aptius vertas, *per allusionem recitarat Maronis poetæ carmen.* nam παρῳδεῖν significat ita sonare seu recitare, vt id aliquo detorqueas. Exstat aũt Virgilii locus Æn. 11, his verbis; *Scilicet vt Turno contingat regia coniux, Nos animæ viles, inflета inhumataque turba, Sternamur campis.*

P. 411, Lat. t. v. 10, Gr. son. *ex alto suggestu.* V. 17, *conuentionem* (seu pactionem) *facturos.*

P. 412, v. 14, pro ἐς reponendum ὡς: vel in fine periodi finite legendum ἐπαύξῃ. V. 18, P. θαυμάσει, indic. modo. Lat. t. v. 25, Gr. son. *qui secundum Seuerum plurimum poterat.* V. 38, *id enim vnum cum dixero, omnem me illius curiositatem atque insatiabilitatem significasse puto.* V. 40, *ciuis Romanos ingenuos:* vt Lips. vertendum censet. V. 44, *atque licentia.* Vltimo versu legendum videtur ἐς ἀνήβους ἐς ἀρχάς: Latinaque ad Gr. sic conformanda; *Eosdemq; homines vidimus eunuchos & maritos, patres & exsectos, exsectos & barbatos.* sunt enim in hac triplici syzygia copulata inter se contraria.

P. 413, v. 4, copula interiecta legendum videtur, ἀνδριάντες αὐτοῦ ἐς εἰκόνες, *statuæ ipsius atque imagines.* V. 7, P. & M. ἰδιωτῶν ἡ δήμων μόνον, *nec solum a priuatis, & populi ordinibus.* V. 33, pro ὅτι procul dubio rectius legemus ὅ τι, id est ἐς ὅ. itemque in Lat. t. v. 35, *Quique lites sub eo dici solitas ordinabat, iussus aliquando a Seuero otioso litem aliquam introducere, noluit; dicens, Non possum id facere, nisi mihi Plautianus iusserit.* V. 40, *& quæstiones aduersus eam, torturasque aduersus nobiles matronas instituit.*

P. 414, v. 5, leg. videtur ἀγὼν γυναικῶν, vel ἀγὼν γυναικός. plures enim certasse mulieres, declarant sequentia. V. 6, pro ἀλώμεναι *palantes,* P. habet ἀλλόμεναι, *saltantes.* V. 14, ἵνα pro vulg. ἵνα repos. e P. c. Seq. v. malim cum articulo, ταῖς εἰκόνας αὐτοῦ. V. 17, pro relatiuo ὃ vulg. l. hab. negatiuum οὐ: perperam. subaudiendum autem cum relatiuo hoc commatio, redditiuum istud, τοῦτ᾽ ἔστι. Lat. t. v. 5, Gr. son. *in quo athletarum tanta conuenerе multitudo coacta est, vt mirarentur omnes quemadmodum eos stadium caperet. Atq; adeo & mulieres in eo certamine post agrestissimas saltationes pugnarunt, ita vt etiã in ceteras matronas nobilissimas ab eis desumpta iacerentur scommata; eamque ob rem vetitum fit ne vlla vmquam mulier, vndecumque orta, gladiatorium certamen subiret.* V. 35, *certe effigies.*

P. 415, v. 1, Xyl. ἐν αὐτῷ: sicut etiam interpres, *in quo.* V. 10, P. & M. ταῦτα πρῶτον. V. 34, P. c. ἦμι, & αἰτεῖν, persona tertia: & tamen ἤχειας, persona secunda. Lat. t. v. 9, Gr. son. *ex præcepto inter se colluctati sunt:* vel etiam, ex inhortatione committentium. V. 40, *id autem non ad illum, sed alias (inter se) dicebant.*

P. 416, v. 30, P. ἀπήχθη: corrupte. Blancus legerat ἦλθε, *venit.*

P. 417, Lat. t. v. 9, Gr. son. *magis quam ipsos principes;* iuniores præsertim. V. 13, *sublatus tandem.* V. 25, *non plenam fidem.* V. 37, *cum Plautianus aliquando pisces quosdam, e Tiberi egressos, ad pedes sibi accidisse per somnum vidisset.* V. 47, *cum vino refrigerato se implesset,* seu ingurgitasset.

P. 418, v. 29, non male cum Stephano legemus αἰτίας ἔχει, vt mox v. 43. Wolfius maiori mutatione legit, ὡς τῷ Πλαυτιανῷ τὴν ἀρχὴν ἔχει. Lat. t. v. 40, Gr. son. *facto suffitu.*

P. 419, v. 15, fortasse leg. ἐν ἀποκρίσει μὲν, *haud vtique celabo.* In P. c. duo hic cola omissa sunt. Lat. t. v. 44, Gr. sonant; *orationem habuit affectibus plenissimam.*

P. 420, v. 4, structura paulo constabit melius, si pro οἱ δὲ δὴ reponamus ἐκεῖνοι: vel saltem ὅδε δή.

V. 41,

V.41, pro ὃν W. cum interprete reponit ἵνα. sed ὃν hoc etiam in loco est pleonastica, vt supra 406,25, & alibi passim. Lat.t.v.42, Gr.son. *plurimos enim cæsarianorum habebat; quorũ alis exigua, alis etiam nulla prorsus mercede meruerant.* Intelligi autẽ stipendium non a Felice latrone, sed ab Imperatore datum, declarat Felicis responsum paulo ante.

P.421, v.9, in P. est ὁμαιὸς, articuli & nominis vitiosa compositione ac truncatione. V.31, post ἀεὶ distinguit etiam P. cum tamen id verbũ potius ad sequentia feratur quam ad præcedentia. Lat. t.v.5, Gr.s. *tribunum ex corporis sui custodib.* V.9, *vt, si impunitatẽ vellet consequi, se adiuuaret.* V.22, *si conclauium* seu *cellarum* malis pro *ædium*; & mox *pictum* pro *scriptum*, per me licet. V.35, *permultas etiam secum* (ad id bellum) *eduxit pecunias.* V.45, *e pastura & venatione.*

P.422, v.31, inclusus articulus τ͂, abest a P.c. V.33, pro ἀτίσιν procul dubio reponendũ ἀτίσι γε. γε autẽ ab ὑ μώνι per tmesin alibi quoq; sæpe dirimi, ostendet Index. Lat.t.v.1, Gr.s. *Sunt vero & pedites*; (i colunt vero & pedestrem militiam) *& vt cursu pernicissimi, ita in stataria pugna constantissimi.* V.7, *frigusque, & ærumnas omnes.*

P.423, v.32, vulg.l. ἱππικοῦ γὰρ ἔχω, ἐ χόρον εἰμί: sensu plane corrupto: quem ego e P. restitui. E sequenti etiã membro tollenda negatiua οὐ. Et Lat. t.v.32, locus ita interpolandus; *virib. enim polles, ego autem senex sum, & taceo. Quod si id detrectas, manumque mihi inferre times, adstat tibi Papianus præf.* Et mox, *Omnino enim omnia quæ abs te, tamquam Imperatore, mandata fuerint, perficiet.*

P.424, v.1, inclusus articulus τ͂, additus ex Homeri editionibus; in quibus locus hic exstat Il.ζ, in Agamemnonis ad Menelaum oratione de Troianis. Pro φύγοι autem & ὑπεκφύγοι P.c. habet φύγη & ὑπεκφύγη. qui verbi modus cũ prohibitiuo μὴ bene quadrat. Primam pers. ἠμπίεχες, agnoscit cum Homeri editionib. idem P.c. V.6, vulg. αὐτὸς, *iste*, probat etiam Blanci versio: P.c. habet αὐτοῖς, *eis* seu *ipsis*: itemque Zon. 218, 20. Seq.v. singulare τὸν ex eodem P. repositum pro plurali τῶν. V.24, P.& M. τὸ σῶμα βραχὺ, *corpore breuis*. Quibus cum refragentur ista Spartiani 175,45, *ipse decorus, ipse ingens, promissa barba, cano capite:* non reiicienda videtur lectio vulgata βραδύ, quam interpres quoque sequitur; procera enim corpora, tardiora sunt quam breuiora. V.27, disiunctiuam ἢ ante ἐ δέξ. W. expungit. sed fortasse potius post eam omissum est μετεῖχε, aut simile quodpiam verbum. vt sententia sit; *eruditionis enim studio maiore quam excellentia fuit præditus. ideoq; sententiosus erat magis quam verbosus:* vel, ideoque consiliis magis abundabat quam verbis. V.38, σωφρονοῦσι, pro vulg. φρονοῦσι repos. e Xyland. & Stephano. Et seq.v. ἴσως pro οὔσης.

P.425, v.8, ἐβάδιζεν, e P. pro vulg. ἐδίκαζε repositum, agnoscit etiam Zonar.218,29. V.11, aptius accus. αὐτὸ, nempe τὸ δικάζειν. Seq v. contractum ᾤχε pro vulg. ᾤχετο repos. e P. V.17, χαρίεις excusari potest, si ad pedum imbecillitatem respiciatur, qua laborauit Seuerus. alioqui conuenientius cum interpr. legemus ἀχαρίεις: vt apud Zonaram quoque ἀχαρής. V.36, αὐτοῖς pro vulg. αὐτῆς repos. e P. & Zon.219,60. V.43, pro ὃ congruentius cum interpr. legemus ὅ. Lat.t.v.8, Gr.s. *eo vtebatur vitæ ordine: omnino aliquid noctu sub diluculũ agebat: post deambulabat, vel disserens vel audiẽs quæ ad Imperii vtilitatem pertinerent. deinde ius dicebat; nisi cũ magnum aliquod esset festum. idq; peragebat optime.* V.17, *post, aliquo exercitii modo vsus, lauabat: prandebat autẽ vel ipse per se, vel cum liberis; nõ tenuiter. Inde plerumq; dormiebat.* V.34, *Agite dum; date, si quid facere possumus.* V.49, *nã Euprepem aurigã.q.*

P.426, v.6, vsitatius trãsposita copula legemus, ἄλλον τε ἐπὶ τοῦ. Et seq.v. εἰς τ͂ Ῥώμην. Sed ordinis illa inuersio reperitur etiam infra 437,13. V.32, rectius cum præpos. legemus ἐφ' ᾧ, significatione caussali: (vt Zon.220,7, ὅτι ...) vel cum Stephano, ἐν ᾧ, signif. locali. V.37, non minus apte cum W. legas προκαταφυγόντα. nisi forte significare vult, Getam ante ad matrem confugisse, quam a percussoribus apprehenderetur. Lat.t.v.19, Gr.s. *nec ministri consulem inuenire potuerunt.*

P.427, v.8, articulus τῷ rectius expungetur: vt scilicet non regnantis, sed defuncti Imperatoris vxor intelligatur. V.15, legere possis etiam ἀνέφαψε. V.23, vulg.l. & P. δὲ δῆ: nihil ad rem.

P.428, v.19, cõgruentius fortasse aduerb. ὁμοίως. Lat. t.v.14, Homeri versus, in Græco vsurpatus, Virgilianis verbis ita posset exprimi, *At non cunctorum cõprendere nomina possim, quotquot e clariss. viris ille nullo iure interfecit.* V.33, *Alexandri porro adeo demẽs ducebatur studio, vt etiam armis quibusdam & poculis, quasi illius fuissent, vteretur.* V.44, *hasta longa, cuspis breuis.* Et mox, *Neq; his contentus, eundem illum etiam Orientalem augustum appellabat.* V.49, *Quin & philos.q.*

P.429, v.17, ἰσίμων pro vulg. ἰσιμώνων repos. e P.& M. idemq; agnoscit etiã interpres. Ab eodem P. ibidem abest inclusum ὑ. V.20, W. mauult πολλὰ ἢ δεινὰ δέδρ. V.26, P. ἀπώλεσας, terminatione præteriti, accentu futuri temporis. interpres legit ἀπώλωλας, *periisti*. V.44, P. παρ' ἡμῖν, *apud nos*: minus apte. Lat.t.v.18, Gr.son. *eumque statim reliquis militaribus officiis decorauit: nec multo post inter prætorios senatores retulit*; seu inter senatores prætura functos. V.26, *Nisi inebitur te Alexander, absolutus es*, seu actum est de te.

P.430, v.5, P.c. προσεκύνει. sed vulg. προσεκύνει probat similis infra locus 447,8. vt fortasse significetur, eum, aurigarum exemplo, muneratium ceterosque spectatores opulentos flagelli submissione quadam ex inferiori loco veneratũ esse; eaq; submissione aureos ab eis, velut vnum ex abiectissimis agitatoribus, emendicasse. V.19, ἰδίν, pro vulg. ἰδεῖ ex P. repositum, agnoscit etiam Zon. 220,38: sed omisso sequẽte accus. χρήματα: recte. alioqui enim, si χρήματα retineamus, pro ἰδίν legendum fuerit ἐδίκοι, i. *numquam nos deficient pecuniæ.* V.27, ἐχόμενος pro vulg. ἐχομένης repos. e P. sed pro π perperam in eodem scriptum π. V.29, inclusus articulus τῷ, additus e Suidæ collect. infra 871,39. itemq; mox v.36. Lat.t.v.25, Gr.son. *quod, cum dicax esset, etiam inuitum se ad iaciendum in eum cauillum adduci passus esset. aiebat enim eum irascenti similem esse: quoniam ad iracundiorem quendam vultus habitum sese componebat.* V.38, *seque natando etiam inter fluctus exerceret.* i. in mari fluctib. agitato. V.42, *Sed nec infacundus aut heb. ingenio erat.* V.47, *sæpenumero scopum attingebat.*

P.431, v.5, P. [illegible]: parum apte. Inclusa ἐ & δὴ, v.36 & 38, addita e P. Lat.t.v.48, Gr.s. *ne interea manus ab illis cædendis auerterent*; i. ne interea manus eorũ ab illis cædendis distinerẽtur. *Quin & victoria nomine magnis ei pecuniis vendito,*

permiserunt vt in Germaniam saluus se reciperet.

P. 432, v. 1, inclusum ἄπας repositum e P. & M. c. Wolfius νικῆς in suo libro substituerat: interpres ἰκετεύσεις. V. 8, P. & M. τὸ νόμισμα κίβδηλον ἦν, τὸ δὲ ἀργύριον ἢ τὸ χρυσίον, ὃ παρεῖχεν ἡμῖν. τὸ μὲν γὰρ, οὐκ μαλ. V. 14, inclusa γε, addita e P. c. V. 20, post ἔπειτα deesse aliquid putat W. Fortasse nihil deest; sed hæc est sententia; *Post, aliud ei datum responsum; & in eius fine istud hemistichium, κρυφ.* In eodem autem versu melius constabit metrum, si transpositione facta legas, τὸ πονηρὸν ἔχετε κρυφίοισι διὰ διὰ νόσον. V. 25, inclusa δὴ addita e P. & M. V. 28, legendum videtur ἢ ὀλίγον ἦ, ἢ οὐδὲν.

P. 433, v. 7, rectius fortassis, παρόντων τι ἡμῶν καὶ ὀρ. V. 22, inclusum δημοσίᾳ, additum e P. & M. In præced. periodo respicitur ad epistolarum exordium, cuius formula in Adriano supra legitur 357, 42. Lat. t. v. 26, Gr. son. *quid enim referre opus est, eum perinde atque illum, omnes primarios publice salutare consueuisse?* V. 37, *heroicum monumentum* (vt diuo) *fac.* V. 43, *eaque ex re milites in bello plurimum adiuuerat: quippe qui eos præ vehementi frigore deficientes confirmaret, dum in niues se coniiciens, in eisdem vltro citroque se volutabat.*

P. 434, v. 11, vel hic cum præpos. legendum ἐν μεγάλοις: vel mox composite συνεῖν aut συζῆν. Zonar. 221, 13, dicit ἐν μεγάλοις πόνοις ἐξεταζομένων ἢ καρτερῶν. V. 16. pro ἀρχαῖος W. legit ἀρῖος, Camerarius ἀρίους, vt Zonar. 221, 13. V. 25, malim cum articulo τῆς ἰσχύος. V. 36, φάσκων pro vulg. φαίνων repos. e P. c. Lat. t. v. 15, Gr. son. *otiosum esse, nec prompte conuenire, nec v.* Et mox, *Scio, inquit, mea vobis non placere. propterea & arma & milites habeo, vt rumores qui sparguntur, minime curem.* V. 32, *sursum deorsumque discursabat ad victum necessaria partim comparanda, partim cauponanda.* Et mox, *Theocritumque nescio qua re offendisset.* V. 48, *cum arcanis quibusdam sacris.*

P. 435, v. 12, pro γε aptius legemus ἢ: vel hanc ipsam particulam ἢ post γε inseremus. V. 16, καὶ pro vulg. ἢ repos. e P. c. V. 32, pro posteriore διαπεχιδεῖναι substituendum διασκεδᾶσθαι, διασυναχθεῖναι, vel simile quid. V. 35, pro τὸ cum Stephano legendum αὐτοῦ, vel saltem τοῦδε. Lat. t. v. 23, Gr. s. *Atque horum maiorem partem Antoninus ipse præsens atq; inspectans gerebat; nonnulla etiam e templo Serapidis aliquibus mandabat. In eo enim fano degebat etiam ipsorum homicidiorum noctibus ac diebus.* V. 30, *Alexandriam muro in duas partes diuidi.* Et mox, *in miseram Alexandriam perpetrauit Ausonia fera. sic enim clausula oraculi de ipso dati, eum nominauit.* V. 38, *quamquam multos prætextu illius oraculi, velut ab ipsis prolati, interfecit.*

P. 436, v. 21, pro ἀνίδυσε P. habet ἀνέδυσαν: Legationum volumen 416, ἀνέδυσ. cum sequenti aoristo ἐκέλευσε non male congruet alterum aoristum ἀνέδυ. prius enim aor. ἀνέδυσε, actiua magis quã neutra signif. vsitatum est. V. 23, inclusa οὖν, addita e P. V. 26, ἐν οἰκίᾳ pro vulg. ἐνοικία repos. e P. c. Wolf. in suo libro reposuerat ἐν οἰκίαις. V. 27, vulg. l. & P. ἐπόρθησαν, *vastarunt*: minus apte. V. 29, malim διαπολεμῆσαι, *debellare, bellum conficere.* V. 35, concinnius duplicato articulo legerimus, τοῦ δὲ ἐν αὐτῇ στρατ. ἀρχῆς. V. 36, τὴν Αντιόχου periphrastica ellipsi dictum pro τὴν Αντιόχειαν, id est Antiochi vrbem: vt infra 596, 30. τὴν Αλεξάνδρου πόλιν, *Alexandriam.* V. 41, pro ἔτι ἐς W. reponit ἐπέστη: & mox ἐρῆμον notat asterisco. Sed si ἔτι ἐς referas ad antecedens χρήματα, & cum ἐρῆμον subaudias εἶναι, nihil hic erit scrupuli. Lat. t. v. 19, Gr. son. *Nec vero ceteras solum vitæ disciplinæque leges transiliebat, etiam in ipsis expeditionibus; sed et-.* V. 47, Blancus verterat, *qui tum mulctis exigendis præerat.* ad verbum sonat; *cui tum censiones erant commissæ.* vt intelligendæ videantur censiones facultatum: quæ veteris censuræ pars erat; vt in Valeriano docet Trebellius Pollio 247, 35. vide & infra 817, 9.

P. 437, v. 4, malet fortasse aliquis ὅτι καί: & contra, v. 13, ἢ ὅτι: ordine scilicet vtrobique inuerso. V. 14, ὡς prima fronte otiosa videtur; sicut Blancus quoque verterat, *variis de caussis honore priuauerat.* sed si parentheticῶς accipias cõmation hoc, ὡς ἢ τιμῶν, *velut eos etiam ista re honorans*; recte sibi constabit & structura, & sententia. V. 24, inclusa ὑπ' αὐτοῦ, absunt a P. c. recte. aut enim tollendum hoc commation, aut ἀπ' αὐτοῦ, id est *ex eo*, legendum. V. 29, Legationum volumen 418 habet ἡμέρας δύο, *dies duos*: Zonaras indefinite, 221, 37, ἐπὶ δύο μησὶ ἢ ἡμέραις τισί, *supra duos menses & dies aliquot.* V. 36, P. κέκλινται: Legat. vol. κέκλεινται: verbi quidem forma congruentiore, sed minus conueniente sententia. clausæ namque portæ hic significantur, non inclinatæ; vt ex aliis historiarum locis est perspicuum. Lat. t. v. 1, Gr. son. *Quare Macrinus, cũ litteris ad Imp. scriptis moram interuenisse; quæ vero ad se perscripta erant, mature ad cognitionem suam venisse consideraret: timuit ne hanc ipsam ob rem ab illo necaretur; præsertim quia etiam Serapio quidam Æg.* V. 41, *Exinde & per portam quandam exiit, nihil moratus ne leonem quidem, qui, Acinaces ab eo dictus, in mensæque ac lecti consortium ab eo adsciscì solitus, exeuntem ita retentabat, vt etiam vestem ei dilaceraret.*

P. 438, v. 2, P. ἀπεσφάγη: sed rectius fortassis ἀπέσφαξε, præterito actiuo. V. 11, inclusus articulus ὁ, additus e P. V. 26, Euripidis locus exstat in fine Alcestidis & Medeæ. Immo Euripidis est etiam istud colon, πόνου ἀπέβη τὸ πρᾶγμα: quod Dionis esse putauit etiam interpres. V. 32, τοιοῦτον additum e P. V. 37, Homeri locus est, Il. β. V. 40, P. οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη: contra metrum. Lat. t. v. 5, Gr. sonant; *Martis signum in solenni pompa decidit.* V. 10, *quasi ex composito.* V. 33, *Multa sunt formæ diuinorum consiliorum: Multa contra spem perficiunt dii; Ac, quæ futura videbantur, non sunt effecta; Quæ vero non videbantur euentura, iis exitum reperit Deus. Atque hic rei fuit euentus. Tunc enim quasi alio quopiam modo nugans, carmen illud recitare videbatur. Sed cum n.*

P. 439, v. 1, P. ἑπτακοσίας, DCC: itemque Legationum volumen 418. V. 8, Legat. vol. 420, καὶ Ταράντας, ἐκ μονομάχου τινὸς προσηγορίας, τό τε εἶδος ἢ συμπροβάτου ἢ κακοειδεστάτου, καὶ τὴν ψυχὴν ἢ θρασυτάτου καὶ μιαιφονωτάτου: id est, *& Tarantam, e gladiatoris cuiusdam appellatione; qui vt corporis specie breuissimus erat & deformissimus, ita etiam animo audacissimus ac sanguinolentissimus.* Zon. breuius 221, 4, ἐκ μονομάχου τινὸς εἰδεχθεστάτου ἢ μιαιφονωτάτου, *a gladiatore quodã deformissimo & sanguinolentissimo.* V. 16, in Legat. vol. nulla est defectus nota: neque deesse quidquã videtur: Palatini tamẽ codicis vestigia sequi libuit. V. 19, interpunctio post ἐταράχθη videtur aptiorẽ habere locũ quã ante. V. 27, inclusum Σιμανίας nõ agnoscit Legat. vol. 421, 1. Zon. 221, 51, Σιμανίας quidẽ agnoscit, sed non itẽ Καλεδονίας. sic n. ibi; τὸ μὲν γένος Μαῦρος τυγχάνων ἐκ Σιμανίας, ἢ ἱππεὺς ἀσημότατος

quasi

quasi videlicet parentes eius, aut maiores, e Mauritania in Siciliam cõmigrarint, ibiq; ipsum genuerint. sed quid si verior fortasse lectio, Μαῦρος ἀπὸ τῆς ἐν Σιτιφίᾳ Καισαρείας, *Maurus e Caesarea Sitifensi?* nam Caesaream in Sitifensi Mauritania, non in Sicilia, agnoscunt Geographi. Lat. t. vltimo v. Gr. son. *quae maxima pars est Imperatoriae functionis, summaque rerum prouisionis.*

P. 440, v. 13, pro ὅτι τινι legendum opinor ᾧτινι, *cui.* V. 24, pro Ταράντου Xyl. reponit Τάραντος, vt pag. praeced. v. 22. sed parisyllabam quoque huius nominis flexionem inueniri, ostendet Index. V. 25, conuenientius cum Xyl. leg. ἀκοῇ, *auditione:* vt Zon. dicit, ἢ ἀκούσαντι τῷ υἱῷ μαθοῦσι.

P. 441, v. 8, vulg. l. & P. ἀναστῆναι: ego cum W. malui act. ἀναστῆσαι. V. 10, inclusum ἐκεῖνοι additum e Legat. vol. 415. V. 24, pluraliter legendum esse ἐπωπτεύοντο, nõ singulariter ἐπωπτεύετο, vt habet cum vulg. l. etiam P. codex; satis arguit ipsa structurae ratio. V. 29, vulg. ᾄει secutus erat etiam Blancus, dum verterat, *audit Iupiter.* sed aptius cũ Xyl. legemus ἄει, *sonuit* seu *tonuit.* V. 34, P. συνήχνευον, plur. fine, per syllepsin. Lat. t. v. 27, Gr. son. *Sub eosdem dies sidus quoddam, extremam caudam ab occasu orientem versus per multas noctes tendens, vehementer nos exterruit.* V. 38, *Eutychianus, vnus e caesarianis libertis, qui ludicris gymnasiisque fauorem sibi conciliauerat; viso militum aduersus Macrinum odio; insuper etiam partim a sole, quem Heliogabalum vocant & magnopere colunt, partim ab aliis quibusdam oraculis persuasus; aggressus est & Macrinum conuellere, & Lup.*

P. 442, v. 17, pro πάντα vel πάντως legendum, id est, *omnino:* vel πάντες, *omnes:* quam posteriorem lectionem probant similes exclamationes in Latinis Augustae historiae scriptoribus, 285, 33: 292, 33. V. 21, Διαδουμενιανοῦ vocabulum e v. 17, huc irrepsit: ac vel Διαδουμενὸν pro eo reponendum, vt supra 436, 34: vel Διαδουμενιανόν, vt Legat. vol. 438. V. 30, vulg. l. ἐγκεχωρηκὼς αὐτ. perperam. nostra scriptura petita e P. & M. c. atque adeo ex ipsa sententia. V. 42, ν post ὅτι, addita ex iisdem cod. V. 43, P. ἀπῆχεν: sed ἐπῆχεν probat etiam Legat vol. 439. Lat. t. v. 8, Gr. son. *puerulum & perculsum;* seu dementem, vecordem. V 14, *Adscripsit etiam in eis litteris tale quiddam; Scio multos qui ingulari magis quam viuere Imperatores cupiant.* V. 34, *clypeos imbricatos;* seu clypeos imbricis forma factos. V. 38, *nobis recitarentur.* V. 44, *quaeritantesque ac lamentantes, a fuga eos retentant.*

P. 443, v. 2, αὐτῆς pro vulg. αὐτοῖς repos. e P. & M. c. & ex Legat. vol 439. V. 15, inclusus articulus τῷ abest a P. c. & Zon. 222, 35. V. 19, P. κατελείφθη: itemq; Blancus, *remansit;* vel *derelictus est.* V. 31, Homeri locus est, Il. θ. Lat. t. v. 7, Gr. son. *cadibus per vias.* V. 20, *Chalcedone deprehensus,* seu comprehensus.

P. 444, v. 6, rectius καὶ γὰρ ἐς Γάννυν: vel saltem καὶ Γάννυν γὰρ τὴν ἐπ. vt mox v. 18. V. 16, de annis Pseudantonini, deq; eiusdem & Comazontis facinoribus, plenior narratio est in Legat. vol. 443. De Comazonte autem narratum etiam supra 441, 34. V. 33, pro Ὑπάτην Legat. vol. 445 habet Ἰταλῶν.

P. 445, v. 7, inclusus articulus ὁ, additus e P. c. V. 35, pro ὅτι ὑπὸ vulg. l. vitiosa contractione habent ὅπω: sicut etiam paulo post, pro ὅτι κοινὸς in P. & M. c. scriptum ὅπκινος: & ἄλωμα pro αἴτωμα. De huius aũt loci emendatione atq; explicatione agit etiam Paul. Leopard. Emend. lib. 7, c. 2: vbi αἴτωμα *pinnaculũ* interpretari mauult. V. 46, & προσκεχάρακτο retineri potest, & προσκεχάρακτο pro eodem reponi. Lat. t. v. 28, Gr. son. *& illa Vestalium maxima, lib. d.* Sed & v. 19, pro *spectaculis supplicationum* rectius fortasse reposuerimus *ludis votiuis.*

P. 446, v. 18, interpres κομιεῖσθαι legit, fut. tẽpore. V. 42, αἱ pro vulg. ὁ repos. e P. & Zon. 223, 21: vbi haec pene ad verbũ leguntur. Lat. t. v. 8, reddere possis etiã, *amuletis innumeris.* V. 32, pro cubiculo cellam mauult Brissonius in lib. De iure connubiorum. De nudatione autem meretricum, tradit idem Briss. eodem tractatu, paulo post.

P. 447, v. 1, pro γὰρ paulo aptius leges γοῦν: vel saltem γὰρ pro γοῦν accipies, i. *quidem certe.* Seq. v. talem quampiam lectionem postulat sententia, ἐν φανερῷ τῷ ἰδεῖν, *licebat hoc palam videre.* V. 23, vulg. l. & P. c. ἢ ὡς, sententia minus apta. V. 31, conuenientius ἐδωρήθησαν, *muneribus ornati sunt.* Pro sequenti συνεπαναστᾶσι malet fortasse aliquis συνεπάρασιν, aut simile quid; vt infra, 449, 36, τῶν συνεπαναστάντων αὐτῷ. sed nulla mutatione opus esse, ostendit clausula historiae, 450, 26. significat enim eos qui cum ipso aduersus Macrinum insurrexerant, vt Eutychianus Comazon, & alii. V. 38, pro πάνυ requiritur potius adiectiuum πρῶ, σωπῶν, vel aliud consimile: aut certe aduerbium πάνυ. Lat. t. v. 9, Gr. sonant; *ipsos venerantem,* seu adorantem. V. 19, *postea pilis se nudabat: vt hac etiam re muliebrem ageret.* V. 30, *mater eius, serua adhuc, Romam per milites adducta.* V. 42, *illum ergo non leui aliquo impetu, sed adeo intenso profundoque amore diligebat, vt non solum talia non agre ferret, sed contra, ob ea ipsa magis eum diligeret, ac re vera Caesarem declarare vellet, anieque eo nomine sibi obstanti minaretur, & milites propter eundem haud leuiter offenderet.*

P. 448, v. 26, ἀσωτίᾳ συγχωθεὶς secutus erat etiam Blancus in sua versione; *quietem non cepisset.* Sed melius vidit Xylander legendum esse ἀστυΐᾳ. nam ob veretri ἀστυΐας, non ob animi ἀσωτίας, honoribus orbatus & plane relegatus fuit Zoticus. est autem vt στύεσθαι *arrigere,* ita ἄστυος *arrigere non valens:* & ἀστυΐα, *arrigendi impotentia.* Eam porro esse genuinam lectionem, probat haec Zonarae paraphrasis 223, 55, ὡς ὅτι πάσαν τὴν νύκτα μείνας πρὸς μῖξιν ἀκίνητον. V. 39, pro ὡς καὶ, structurae ac sententiae ratio postulat καὶ ὡς, *& quasi.* vel relatiuum ὃς plane tollendum. Lat. t. v. 7, Gr. sonant; *vt qui etiam athletica daret operam.* V. 17, *mire partim collo muliebriter inflexo, partim oculis pellaciter intortis.* V. 20, *mox, cum vna lauissent, atque illum nudato corpore fama respondentem inuenisset, marem pati ardens, in eius pect.* V. 33, *Sed erat Sardanapalus etiam ipse dignissimum impuritate sua non multo post reportaturus praemium.* V. 42, *seque, vt tantis filii extemplo factum patrem, eoque atate longe superiorem, beatum pradicauit; dix.* Et mox; *nam Heliogabalum id sibi prastitisse, Alexandrumq; eum agnominari iussisse.*

P. 449, v. 1, ὡς vel pleonastica est, vel pro ὥς substituta. V. 16, inclusa ὡ abest a P. c. V. 18, rectius cum Xyl. l. Χαλκηδονίᾳ γῇ. Χαλκηδὼν enim, vicina est Byzãtio: Καρχηδὼν autem, nimis longo inde spatio dissita. V. 19, inclusum ὅπ abest a P. V. 45, rectius fortasse transposita copula leg. ὡς ἐς ὄντως ἐς αὐτὸ γέ. Lat. t. v. 6, Gr. son. *ferret cultum,* seu habitum. V. 10, *thyrsis hinnulinisq; pellib. instructi erant.*

V.17, *sed velut in pompa quadam, interdiu, præmissis aduentus sui nuntiis*, (vel, indicta suis in dies profectione) *Byzantium vsq; peruenit.* Et mox v.19, *vbi nocte sacris quibusdam peractis, lignoeque defesso equo, disparuit.* V.44, *nam & auia eum oderat, qui talia patraret, ac ne Antonini quidem esset filius; atque in Alexandrum, quasi vere ex illo ortum, erat propensior.*

P.450, v.2, rectius φυλαχθήσεσθαι ἑαυτὸν, *se obseruari.* V.5, inclusum πως abest a P.c. V.20, pro & P. habet articulum τό. sed ei locus esse non potest, nisi subaudiatur ex sequentibus εἰσφέρεσθαι αὐτός. V.23, aptius fortassis ἐπ' αὐτῷ, *sub eo principe, eo rerum potiente.*

P.451, v.12, post μεγάλη deest τοῦ δήμου: vel genitiuus τῶν ἐν τῇ πόλει, aut similis. id & sequentia indicant, & hæc Zonaræ 224, 45. στάσις μέση τοῦ δήμου & τῶν δορυφόρων ἐγένετο, *seditio inter populum & prætorianos exorta est.* V.20, πλέον, si mendo caret, accipiendum erit aduerbialiter pro μᾶλλον, *maiori ex parte.* V.26, inclusa &, abest a P. V.41, δοκεῖ positum pro ἐδόκει: quæ temporis enallage facta etiam in sequentib. Lat. t. v.1, Gr. son. *non potuerim ea accuratione, qua præcedentia, componere*, i. conscribere. V.22, *in Cretam abductus, supplicio affectus est.* V.44, *licentia, reprehensionum impatientia*; vel, reprehensionum contemptus.

P.452, v.5, congruentius fut. temp. ἐπαναπαύσεσθαι. V.7, pro αὐτὸ rectius legemus αὐτό: vt relatione ad τὸ ἀνάλωμα facta, intelligatur *sumptus ipse*, seu *impensa ipsa.* cuius modi humanitas M. Antonini erga Proculum narratur a Capitolino 141, 13. V.8, conuenientius ἐφοβεῖτο, tertia persona: itemque in Lat. t. *timuit*: vt ad Alexandrum de Dionis salute sollicitum feratur: quod declarant etiã sequentia. V.20, Homeri locus est, ex Il. λ. In fine P.c. additur hæc periocha: Τὰ ὀνόματα τῶν καισάρων τῶν ἀναγεγραμμένων τῇ βίβλῳ ταύτῃ· Ἰούλιος Καῖσαρ, Αὔγουστος Καῖσαρ, Τιβέριος, Γάϊος, Κλαύδιος, Νέρων, Γάλβας, Ὄθων, Βιτέλλιος, Οὐεσπασιανός, Τίτος, Δομετιανός, Νέρβας, Τραϊανός, Ἀδριανός, Ἀντωνῖνος ὁ εὐσεβὴς, Μάρκος Ἀντωνῖνος, Κόμοδος, Περτίναξ, Ἰουλιανός, Σεβῆρος, Ἀντωνῖνος ὁ & Καράκαλλος, Μακρῖνος, Ἄβιτος, Ἀλέξανδρος.

IN HERODIANVM.

HERODIANI quoniam m. s. exemplar nancisci haud licuit, propterea ex impressis optimæ quæque editiones a nobis fuerunt comparatę. Inter quas etsi Stephanea integritatis nomine principem locum iure sibi vindicat, tamẽ ceteras quoque interdum consuluisse non pœnituit. Quemadmodum igitur in textu supra, in hic ita notationibus ad Stephaneam editionem adhibebitur primum Aldina minor, quę octaua forma prodiit anno Chr. 1524: deinde duæ Basileenses; altera, Henrici Petri, eadem forma; altera, Ioannis Walderi, forma enchiridii. His addẽtur Henrici Memmii aliorumque doctorum virorum notationes, quæ supra in textui adiunctis scholiis minus commode poni posse videbantur; tum ea quæ postea se quasi per spicilegium obtulerunt, vel ab aliis vel a me ipso deprehensa. ex quo numero sunt quæ diligẽtissimus antiquitatis instaurator Andr. Schottus ex Hispaniis ad me nuper misit, e vet. m. s. codice deprompta. Vt igitur institutum huius operæ cursum persequar, pag. 463, v.2, inclusum ἱστοριῶν cum Petrina editione agnoscit etiam Stephanea: sed ab Aldina & Walderiana genitiuus iste abest; & rectius, meo quidem iudicio. vt βασιλείας idem hic sit quod βασιλικῆς ἱστορίας, *historia augusta.* Ceteram inscriptionis formam & Græcam & Latinam, probant quæ auctor paulo post de se scribit, 465, 9. Procœmium autem Herodiani, cõferri & cum aliorum historicorum exordiis potest, & cum exordio Fl. Iosephi. In eodem quædam desumpta ex Thucydideo procœmio, quædam etiam cum Sallustiano aliqua ex parte congruunt. Taxari autem videntur cum alii, tum Herodotus, Theopompus, Timæus. De quibus tamen multa hic agere, nõ est nostri instituti; qui tantum genuinæ lectionis curam nunc suscepimus. V.17, rectius cũ Pol. legemus πόλεων, plur. num. quod notauit etiã Schottus.

P.464, v.4, ἐπιμιξίαις cum Schotto vel aduerbialiter accipiendum pro *diuisim*: vel in fœmin. ἐπιμιξίας transformandum. V.20, Βασιλεῖς Verum Cæsarem appellatum fuisse, ex Capitolino Schottus adn. qua de re in Indice. Seq. v. pro μετὰ τῶν ἄλλων alibi dicitur μετὰ πάσης: vt idem Sch. adn. Magistrorũ nomina Lãpridius exprimit initio Commodi, 157, 16. V.25. pro τι Politianus legit δὴ.

P.620, v.7, fortasse rectius transpositione facta leg. ἐπὶ τὸ πρότερον τὸ ἴδιον ὀλιγαρχίας ἀρξάς: cuius rei mẽtio etiam supra 617,38. V.23, potest etiam hæc admitti lectio, ὡς ἐφεδρεύειν αὐτοῖς ἐπάνοδον, ἢ τινι δόλῳ ἀπατεῶσιν, ἐκείνοις, & ἐπὶ παρόντας, ῥᾳδίως ἀποκαθίστασθαι. V.35, ἱκανῶς pro ἱκανῶς vsurpatũ esse, patet e v.40.

P.621, v.31, de leuatione Imperatoris, e Capitolino & aliis prolixe disserit Petrus Pithœus Aduers. lib.2, cap.6. V.34, rectius cum articulo leg. πρὸς τὸν δῆμον, vt seq. v. V.35, modi variatio est in ἀναιρεθέντας εἶναι & ἐπιλέξαι: qualis alibi quoq; apud hunc scr. adnotata est. Seq. v. pro pronom. ἐκείνου malim nomen Γορδιανοῦ: hoc sensu; *& ad populum clamitantes, se interfecisse eos quos ipse populus ab initio imperare noluerit; Gordianumque Imp. delegisse, Gordiani scilicet veteris nepotem, & quem ipsi Romani per vim ad imperium euexerint.* quæ historia supra narrata 605,3. de iuniore enim Gordiano hæc potius intelligenda, quam de seniore, qui ab Afris Imperator fuit creatus, 596,21.

IN ZOSIMVM.

ZOSIMEÆ historię nihil hucusque typis publicatũ fuit, præter duos libros priores; quos Henr. Stephanus cum Herodiano nouem ab hinc annis in lucem edidit. In ceteris libris, vsi sumus duobus exemplaribus calamo exaratis: quorum vnum Æmerius Thuanus, pro singulari erga rem litterariam studio, e Leonclauii apud Fr. Pithœum codice, suis sumptibus exscriptum nobis communicauit, & Ioannes Opsopœus cum archetypo cõtulit; alterum amplissima Palatinorum Electorum bibliotheca suppeditauit, e Baptistę Egnatii bibliotheca profectum: cum quibus etiam primi duo libri a nobis collati, & aliquam multis in locis partim suppleti sunt, partim emendati. Quod eo nomine hic præmoneo, vt doctis constet quę quibus in huius scriptoris editione debeatur gratia. In Annotationibus etiam hisce suum cuique tribuetur, Stephano, Leonclauio, & ceteris, a quibus aliquid ante nos ad huius auctoris expositionẽ est collatum. Vt ergo institutum prosequar, pag. 632, v.2, in m. s. exemplaribus diuise scriptum ἀπὸ φισκοσυνηγόρων: vt apud Herodianũ supra 610,39, ἄνδρες δύο ἀπὸ ὑπατείας, *viri duo ex consulatu*, i. consulatu functi: & in Suidæ collectaneis, 888,23, Τεβωνιανὸς ἀπὸ δικηγόρων τῶν ὑπάρχων, *Trebonianus e præfecto causidico*, seu præfectura causidica functus: vt sc. Macrinus sub Caracalla, Vlpianus sub Alexandro, Vitalianus sub Maximino, & alii consimiles. Præterea, omisso librorum numero, in m. s. L. & P. hęc legitur inscriptio; ΖΩΣΙΜΟΥ ΚΟΜΗΤΟΣ ΚΑΙ ΑΠΟ ΦΙΣΚΟΣΥΝΗΓΟΡΟΥ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΝΕΑΣ; id est, ZOSIMI COMITIS ET EX ADVOCATO FISCI NOVÆ HISTORIÆ. cuius inscriptionis hæc fortasse ratio est, quia (vt Photius paulo ante, v.7, testatur) primus Zosimus Imperatores Romanos ab Augusto ad Diocletianum vsque recensuit, & a Diocletiano de potitis imperio latius pertractauit; veteri scilicet historiæ, a Dione & Herodiano conscriptæ, attexta noua posteriorum temporum narratione.

P.633, v.2, St. mauult μετὰ τὸ διαρῇ: vel μετὰ τὸ διαιρεῖν. V.7, verius fortassis εὐθενεῖν, *florere copia.* V.40, ἐφ' ἑαυτῶν Stephano minus aptam huic loco significationem habere videtur: ideoque suspicatur auctorẽ scripsisse μεθ' ἑαυτῶν, pro μετ' ἀλλήλων. Leonclauius vero Zosimum alibi quoque sic loqui asserit; vt infra 778,23, ἐπεὶ ἐφ' ἑαυτῶν ἐγένετο τὰ στρατόπεδα, *cum se collegissent* (*seu* *conuenissent*) *exercitus.*

P.634, v.33, Λ' ἀριθμὸν habet etiam Pal. codex: & mox αὐτοῖς pro πρὸς αὐτὸν, eodem sensu.

P.635, v.41, Leoncl. & Pal. cod. προσέπεσε αὐτῷ μαντευόμενον, eodem casu; non inconcinne.

P.636, v.1, P. δεξάμενος, sine præpositione. Ibidem m. s. libri habent εἰς ἐσχάτην ὠμότητος, duplici scriptura in vnum per librarios confusa; nempe ἐσχάτην ὠμότητα, & ἐσχάτως ὠμότητος: quarum ego posteriorem prætuli, vt elegantiorem sc. & cum alibi passim obuiam, tum infra 637,14: 640,20. Seq. v. P. τῷ δόξας, ordine concinniore. V.3, cum Suetonio, Dione, ceterisque historicis pugnat Zosimus; qui Tiberium non ἀποδημεῖν ἐθέλειν, sed sponte Capreas secessisse tradunt. V.5, malim ὑπερβαλλόμενοι, temp. aor.

P.637, v.2, congruentius διεσώθη. V.6, pro ἀναλαβομένης Stephanus legit ὑπερβαλλομένης: Leoncl. ἀναβαλλομένης. fortasse non minus aptum ἀναβαλλομένης: vt sit, *senatu rem ad maturiorem deliberationem reiiciente, cui scilicet tradendum esset imperium.* V.35, legere queas etiam ἐξηγήσει, *interpretatione*; vt Leoncl. quoque vertit *expositione.*

P.638, v.1, hic quoque Zosimus a Dione, Herodiano, & aliis discrepat; qui Macrinum nõ Romæ, sed in oriente Imperatorem creatum scribunt; immo ea re imperium simul & vitã amisisse tradunt, quod diutius in oriente commorans, Romam maturare neglexerit, 561,25. V.7, Antoninum Emesenum Iulianus infra 836,30, vocat τὸν ἐξ Ἐμίσης παιδάριον. V.22, P. ἰδὼν pro εἰδὼς. V.32, legere queas etiam ἅμα τῷ φωρᾶσαι, *simulatque deprehendisset insidias.* in ἐφθάσε tamen maior est celeritatis significatio; Mamæam sc. & pręuenisse insidias, & earum machinatores neci dedisse. V.43, de Antonio & Vranio nulla in superioribus mentio.

P.639, v.7, auaritiæ notam, quã Alexandro hic aspergit Zosimus, Herodianus Mamææ matri adscribit,

scribit, 575, 17: 587, 28: & ipse quoq; Iulianus infra 836, 34. V. 12, rectius ἐξηρίσατο, cum augmento: licet supra quoque 450, 4, itidem ἐρίδιζον sine augmento habeat P. c. m. s. V. 15, in Maximini etiam historia nonnihil ab Herodiano & Capitolino variat Zosimus. V. 33, L. & P. ἐξίφανε: ac ferri potest hoc ἐξίφανε seu ἐξέφανε, si præcedenti membro legatur μειονεκτήματα: aut πλεονεκτήματα in deteriorem sensum pro vitiis modum excedentib. accipiatur; vt significetur, eum, quæ natura in ipso exuberabant vitia, potestatis licẽtia prodidisse seu patefecisse; quæ videlicet ante id tempus sub aliorum imperio occultauerat.

P. 640, v. 4, P. c. παρεσκεύαζεν, præt. imperfecto. V. 8, L. & P. c. ταῦτα, *hæc*; & mox v. 18, συναγαγομένων, tempore aor. V. 27, L. & P. ἐπήγαγε, *adduxit*; nimia eiusdem præpositionis repetitione. V. 35, Steph. cum L. legit ἀπ' αὐτῆς ἐπαγαγόντος. forsan etiam ἐπαγαγόντος legi potest, i. *adducente* seu cõciliante: qua signif. ἐπάγεσθαι vsurpatur alibi. Porro vt in aliis supra, ita hic in Gordianorum interitu, in Gordiani minoris electione, tũ in caussis quæ Maximo & Balbino necem attulerunt, ab Herodiano discrepat Zosimus.

P. 641, v. 11, inclusus articulus τὸ, abest a P. c.

P. 642, v. 17, malim inserta copulatiua, τοῖς τε τὸ φόρον εἰσφ. V. 20, P. c. παρήγαγεν, Attica structuræ forma. Ibidem L. & P. pro τὸ Πανταοὺς habent Ιουταναὸν: & mox v. 33, τῶ Ταναοῦ pro τῶ Πανταοῦ. V. 22, pro πράγματα legendum potius τάγματα, vt mox v. 37. V. 26, P. ἐπικρατημένον, temp. aor.

P. 643, v. 8 & 12, inclusus articulus τῶ, abest ab L. & P. c. vt v. 16 & 21. Ibid tamen rursum v. 29 cum articulo legitur τῶ Δανάπ: & v. 42, τῶ Τάναϊ, & seq. v. τοῦ Δανάπ: verum absque substantiuo regente. V. 15, L. & P. τῆ στρατιᾶ: minus recte. V. 29, L. δὴ pro δὲ: sed non minus apta τε. V. 36, fortasse auctor scripsit ἐπὶ τῆ Ταναΐδος ὄχθη, articulo ad remotius substantiuum relato; vt v. 16 & 21: vel, ἐπὶ τῆ τοῦ Ταναΐδος ὄχθη, duplicato articulo, vt v. 29 & 23.

P. 644, v. 21, Stephanus mauult εἰσεποίει, aut ὑφ' ἑαυτὸν: sicut etiam in ora L. c. a quodam adscriptum erat ἐπιμελοῦνται. sed ἐποιεῖτο incorruptum esse, declarat mox verbale τὸ ποιήσεως, v. 26: & confirmant in Indice aliquammulta Dionis loca.

P. 645, v. 10, post ἐξώρμησε Stephanus inserendam censet potentialem ἄν. V. 20, inclusus articulus τῶν, abest a P. c. de qua structura dictum paullo supra, ad 643, 8. V. 32, pro ἀπήεσαν rectius cum L. interpr. legemus ἐπῄεσαν.

P. 647, v. 26, post ἐ desideratur pluralis articulus οἱ: vt recte adnotauit Steph. V. 43, fortasse non minus aptum ὁρμισθέντες: vt signif. eos prope Phasidem appulisse, seu stationem cepisse.

P. 648, v. 3, inclusa ἐπὶ, abest a L. & P. c. nec male. V. 19, inclusa μὲ, addita e P. c. rectius fortasse vertetur in μέρος. V. 23, δι' ἑτέρας πύλης, *per aliam portam*, reposui e P. c. Stephani editio plur. num. habet δι' ἑτέρας πύλας, structura minus vsitata. V. 36, inclusus articulus τοῖς, add. e L. & P. c.

P. 649, v. 39, L. & P. pro στρατηγῶν habent στρατηγιῶν: præpostere.

P. 651, v. 3, & ἀρχὴν retinere possumus, & ἀρχῆς pro eo substituere; sicut sc. v. 42, πολεμίους ἀρχὴν ποιήσασθαι τὴν πάροδον: & rursum infra 766, 21. V. 40, Αὐρίολον pro Αὐρηλιανὸν reponendum esse, vt v. 1, & pag. præced. v. 45; perspicuum etiam e Trebellii Pollionis Aureolo, 258, 35, 40: vbi bis rebellasse Aureolum significat.

P. 652, v. 22, pro Αὐρίολος perperam rursum in L. & P. Αὐρήλιος. V. 33, perperam iidem c. habent τὸ μὲ ἐν pro Τόμους. rectius fortasse Τομὴν: sicut etiam apud Steph. Byz. Τομεὺς nominatur hæc vrbs; & supra 648, 46, accus. casu Τομέα eandem nominat hic ipse auctor Zosimus. alioqui, vt corruptis vestigiis propius atque exactius insistatur, legi possit etiam Τομεῦσιν, vel Τομέων. quamquam eius oppidi ciues Τομῖται potius appellãtur; teste Steph. Byz. V. 40, P. c. δυναμένων, participio ad propinquius substantiuum πόλεις, non ad remotius νεῶν, relato.

P. 653, v. 8, pro ἐπεὶ δὲ L. & P. habent ἐπεὶ δὴ. quæ lectio vt locum habeat, facienda erit in præcedentibus mutatio, hoc modo; Θεσσαλονίκην ἐπολιόρκουν, μηχανάς τε τοῖς τείχεσι προσαγαγόντες, ἐ παρὰ βραχὺ τὸ ταύτας ἑλεῖν ἐλθόντες: & post hæc claudẽda erit periodus. V. 14, subaudiendum numerale πολλῶν, συχνῶν, vel ὀλίγων, aut aliud consimile. Inclusum αὐτοῖς seq. v. abest a P. c. V. 43, P. c. ἐπὶ δι' ἀνύδρων τόπων, *velut per inaquosa loca*. sed L. lectio multo conuenientior.

P. 654, v. 7, vel cum articulo legendum videtur ἐ τοὺς ἱππεῖς: vel cum substantiuo isto subaudiendum numerale indefinitum συχνὰ, vel ὀλίγα, vt pag. præced. v. 14. V. 16, malet fortasse aliquis ἄγοντες. sed ἀφθέντες retinere nihil vetat. signif. enim, equitum aduentum effecisse, vt minor eis esset cladis sensus. V. 22, rectius συνεληλυθότας, aor. 1. nam 2 aor. in puris thematibus est perrarum.

P. 655, v. 22, P. c. ἁλισκομένης, pro ἀλόντος. Lat. t. v. 32, legere queas etiam *Palmyrenorum dominium*, seu *imperium*, vt supra 653, 31.

P. 656, v. 3, L & P. καταλιπεῖν: nihil ad rem. V. 17, rectius fortasse, ὥστε ἔτι νυκτὸς, *cum adhuc nox esset*.

P. 657, v. 3, quia P. c. dandi casu habet τῇ ἰδιωτείᾳ, Leonclauius tali quapiam lectione interpolari locum posse censet; τὴν δὲ ἐβασιλευσάμενον, ἔχαιρεν χαίρειν ἐφ' ταύτῃ τῇ ἰδιωτείᾳ τῆ βασιλείας χωρίων. V. 41, si locus non est mutilatus, ante ἐτῶν subaudiendum τῶν seu πάντων, vt pag. præced. v. 8. Leonclauius supplet πρότερον seu τῶν ἄλλων, vt huius pag. v. 8. V. 43, non minus apte fortasse legerimus, βουλὴ προὐκείτο, *consultatio proponebatur*.

P. 658, v. 28, inclusa ἐ, abest a P. c. ac facile abesse potest. nam ἐγκαρτεροῦντας ὁρώμενοι, continuatiue significat, *postquam videbant eos constanter in proposito perseuerare*. V. 33. post ἀναβιβάσαντες Leonclauius addit θηλείας. vt intelligi videantur cameli fœminei generis castrati: quippe qui exsectione ad cursum belli que vsus reddantur aptiores. Ammianus Marcellinus 307, 34, camelos graciles cursui habiles significat: cuius generis sunt quas ceteri Greci δρομάδας, Plutarchus ἱππαστρίας nominat, quasi equitatrices, i. equitationi aptas, equorum vsum præstantes. ac Vopiscus in Aureliano 278, 29, diserte scribit Zenobiam fugisse camelis quas dromadas vocitant.

P. 659, v. 15, rectius ἐξαιροῦσα, *eximens*. Seq. v. cõsecutionis ratio neglecta est. nam, vt Steph. notat, ad anteced. illud, πολλοῖς τε ἄλλοις, consequi deberet, ἐ δὴ ἐ Λογγίνῳ, τῷ συγγρ. V. 22, alia membrorum in P. c. distinctio est. nam finita post συγκαθῆναι periodo, sequentia sic ibi connectuntur; καὶ ἄλλων δὲ, Ζηνοβίας κατειπούσης, κολάσεων ἐπιτυχόντων, ἄξιον τοῦ εὐτυχηθ. id est, *Et cum alii etiam multi, Zenobia deferente, suppliciis affecti fuerint, opera pretiũ fuerit, q.* Alioqui cum Leonclauio & Stephano post ἄξιον subaudienda erit δὲ, vt infra 700, 14: 760, 45: 783,

39:804,34. Præterea commation istud v.27, ἀλλὰ πλὴν εἴρημ. Stephano pertinere videtur ad illa, ἄξιον (seu ἄξιον δὲ) τὸ συμπτ. &c. περὶ τῆς Π. κ.λ. Sed per parenthesin dicta sint. V. 44, L.& P. ante παράχρημα habent καὶ: quæ, licet pro *etiam* possit accipi, parum tamen huc confert.

P.660, v.10, pro ἱερὸν non minus apte legeris χρηστήριον aut λυχνὸν. Et paulo post, v. 26, ἐκ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου, καὶ ἄλλης ὕλης, ἧς φύσις ἐπ᾽ αἴρε.

P.661, v. 4, μεταλαβεῖν pro vulg. καταλαβεῖν repos. e L.& P. c. De Zenobiæ autem morte, eiusq; posteritate, paulo aliter narrat Trebellius Pollio, 265,13.

P.662, v.8, in P.c. scriptum ἐμμεμενήκει: sed expuncto priore μ. vnde coniicere licet, veriorem scripturam esse ἐμεμενήκει, sine præpositione, cum solo plusquamperfecti augmento. Ibidem idem P.c. genitiuo casu habet θανάτου ὑφορωμένης: structura parum vsitata. V.16, rectius ἐπεφύκαμεν, vel ἀπεφύκαμεν, *susceperat*. Seq.v. P.c. habet ἀναδησαμένη: parum conuenienter. nisi βασίλεια pro imperiali diademate capias. V.42, Stephanus mauult αὐτῇ ἐνστρατοπεδεύειν: vel, ἐν αὐτῇ στρατοπεδεύειν. potest tamen αὐτῇ etiam aduerbialiter accipi pro *istic*. V. 44, L. & P. ἐνδεῦσαι ἦν αἷς τὰ οἰκεῖα καταλαβεῖν. e quibus germana lectio reponetur hæc, ἐνδοῦσι αὐτοῖς τὰ οἰκ. καταλαβεῖν.

P.663, v.14. P. pluraliter τῶν pro sing. τὸν. V. 25, inclusum ἵνα, abest a P.c. V. 33, P. κατέσπευδε, præt. imperf. Et seq.v. παραδεδώκασι τῇ πόλει: qui verbi numerus consistere non potest, nisi ab initio periodi pluraliter itidem legas συλλαβόντες. V.43, post ἵκανον inserenda, vel subaudienda saltim δὲ.

P.664, v.29, L.& P. ἐμάχετο καὶ αὐτὸς. ὁ δὲ, πλὴν οἰκ. V. 33, post πόλεμον in L.& P. vacuum est spatiũ, quantum sc. vnius vocabuli est capax. Seq.v. περιεχόντων ex iisdem cod. repos. pro vulg. περιεχομένων. V. 39, P. ἐφ᾽ ᾧ τὴν πλείω καὶ τὴν αἰχμ. V.41, concinnius, πρὸς ὃ ἀγανακτήσας ὁ βασιλεὺς. V. 43, P. c. αὐτὸς τε ἀποσφάξας τὸν ἡγούμενον, ἰσχυρῶς ζωγρία ἑλών: i. *ipso duce iugulato, Igillo viuo capto*. L. c. Ἴγιλλον habet, vt M, ita etiam γ duplicato, & ῖ circumflexo.

P. 665, v.35. L. & P. ἐπιλιπόντων, diuersa & præpositione & tempore. V. 38, inclusus articulus τοῖς, abest a P.c.

P.666, v.22, L.& P. ἐπὶ pro ἐν: perperam. V. 30, iidem προσιέμενοι, tempore aor. V. 40, P. βασιλέας pro βασιλεύοντας, Latina magis quam Græca consuetudine.

P.667, v.3, in P. c. vacat vna duntaxat pagina: sed plures deesse, res ipsa satis indicat. V.17, singulari numero legendum videtur σίκυλον, seu σίκυλον, vel, vt doctiores malunt, σίκυον. V.19, Steph. mauult ἀπώσεις, *propulsationes* seu auerruncationes. sed ἀκέσεις, i. ἰάσεις, retinere, meo quidem iudicio, nihil vetat: cum alibi quoque in hoc volumine sic vsurpetur hoc vocabulum. V.20, malim Βαλερίων, *Valeriorum*. V.25, rectius cum Steph. post πρὸς τὸ inseremus pluralis genitiui articulum τῶν: vt articulo duplicato prior remotius, posterior propinquius substantiuum definiat. V. 47, P. c. ἀποθνήσκων. sed ἡμιθανὴς τῶν fortasse verius est: vt sit propemodum emortuus præ æstu, æstu exanimatis seu enectis.

P.668, v.40, P.c. μαίας, Græca forma, vt μαίας, & similia, Latinis etiam priscis vsitata.

P. 669, v.2, L. & P. τὸ πῦρ ὃ φέρον πεδίον: corrupte. πυροφόρον πεδίον, *Igniferum campum*, legit Onufrius Panuinius, vel quisquis auctor est inscriptionis aræ Teréntinæ, quæ ab eodem Panuinio in lib. De ludis sæcularibus allegatur hac forma;

P. VALESIVS
VOLVSI F
POPLICOLA
IGNIFERVM CAMPVM
DITI PATRI AETERNAI Q. PROSERPINAI
CONSECRAVEI, LVDOS
Q. EISDEM DIEIS
POPVLI ROMANI
SALVTIS ERGO FECEI

De qua Græci nominis interpretatione initio dubitabam, ac suspicabar potius *triticiferum campum* accipiendum esse; eam scilicet campi Martii partem quã Tarquinius Superbus (vt Dionysius Halicarn. lib.5, 288,1, testatur) frugibus conseuerat, & pulso Tarquinio consules, segetibus eius (velut exsecratis) in Tiberim proiectis, iterũ Marti Martiisque exercitationibus sacram esse voluerũt. Sed scrupulum mihi exemit cl.v. Franciscus Iunius, qui per epistolam a me consultus, respondit πυροφόρον πεδίον hic dici, quod a Valerio Maximo, lib. 2, cap.5, in historia Valesii Terentini, a Zosimo paulo ante narrata, *fumans solum* appellatur, ex ara videlicet Ditis igne istic instructa. aliud ergo Terentũ fuisse, aliud campum Martium: illum, angustum fuisse agellum, ac potius ripam Tiberis; hunc, Terento a Tiberi ex parte fuisse diremptum: illum, iam olim incultum iacuisse, ad aquationem pecudum; hunc, ad Tarquinii vsque tempora & regifugium, fuisse cultum: eundemque campum Terentinum ad Argiletum vsque pertinuisse; ibidemque ante Herculis tempora sexagenariũ Diti patri quotannis immolari solitum; vt apud Festum & alios legitur. V. 7. L. & P. πυρίσαντες τῇ δωδεκάτῃ, omissa præpositione ἐπὶ, duobusq; numeris in vnum confusis. e qua tamen corruptione conieciare licet, in exemplari incorrupto sine copula scriptum fuisse, πεντεκαιδεκάτῃ. V.9 post αἰδῶας L. & P. habent τε καὶ. quarum posterior quid huc faciat, non video: prior vero in numeralem notam ιέ mutãda videtur; quod est δεκάτην, seu πέντε καὶ δέκα, vt v. 24, 402, 670,11: & apud Panuinium in lib. De ludis sæcularibus. V.10, λοιπὸν pro vulg. λοιπῶν repos. ex emendatione Leonclaui; recte. V.13, vulg. καθήγησαν agnoscit etiam L. & P. c. ego tamen cum Steph. & Leoncl. malui καθήγισαν. In sequentibus, nec consulum nomina, nec vel vrbis annorum numerus, vel secularium ludorum ordo, Latinis auctoribus satis respõdet. nam anno vrbis CCCLII, cuius hic fit mentio, non consules, sed tribuni militares consulari potestate memorantur, in Fast. Lat. (pag.9, v.32) L. Valerius Potitus IIII, & L. Iulius Iulus. Ac secundi sæculares, ex S. C. facti, non in hæc tempora inciderunt, sed, Antiate ac Liuio auctoribus, facti sunt anno post vrbem conditam CDVI, M. Popillio IIII, & M. Valerio consulibus; vt vero in XV virum commentariis scriptum est, anno vrbis CCCCVIII, M. Valerio Coruino & C. Pœtelio consulibus. Itaq; verisimile quidem est, a Zosimo hic scriptum fuisse, Μάρκου Ποπιλίου τὸ τέταρτον ὑπατεύοντος, sed an ab eodem etiam scriptum

sit, ἐπὶ

fit, ἐπὶ τετρακοσίοις πεντηκοστῷ δευτέρῳ, de eo potest ambigi; cum exemplaria, vt paulo ante dictum est, hoc loco sint corrupta, & Liuius atque Antias, quos in consulatus notatione secutus est Zosimus, secundos hos seculares adscribant anno vrbis πεντακοσιοστῷ ἕκτῳ. Tertiorum secularium mentio, a Zosimo præterita videtur; qui, Antiate Liuioque auctoribus, celebrati fuerunt P. Claudio Pulchro & L. Iunio Pullo conss. anno ab vrbe condita D V: vt autem in XV virum commentariis scriptum est, anno D X V I I I, P. Cornelio Lentulo, & C. Licinio Varo conss. In quartis rursus Antiatem, Varronem, & Liuium secutus est Zosimus; qui eos L. Marcio Censorino, & Manio Manilio conss. actos prodidere, anno vrbis D C V. Itaque Μαρκου Μανιλιου v. 20 scriptum pro Μανιου Μανιλιου; vt alibi quoque passim hæc nomina confusa reperiuntur: Πυνλιου vero nomen, & suppositicium videtur, & corruptum ex Ποπιλιου, qui in XV virum commétariis secundos seculares cum Valerio Coruino peregisse memoratur. Nisi potius in eo vocabulo tertiorum secularium notationis quædam sunt reliquiæ; qui videlicet acti dicuntur Ποπλίου Πύλχρου καὶ Λευκίου Πύλλου τῶν ὑπάτων ἀρχόντων. In quintis, ab Augusto institutis, longe ab aliis dissentit Zosimus. nam Dio & Censorinus, C. Furnio, & C. Iunio Silano conss. eos celebratos referūt, anno vrbis D C C X X X V I I: Zosimus autem conss. L. Marcio Censorino, & C. Caluisio Sabino; quorum consulatus refertur in annum vrbis D C C X V. Hæc ad Zosimeorum illustrationem hic adnotare libuit; excerpta e Panuinii libro quem De ludis sæcularibus inscripsit. Cum porro idem Panuinius in eodē libro scribit; *De tertiis ac quartis ludis sæcularibus Zosimus nihil tradit*; & paulo post, *Zosimus hos ludos aliquamdiu intermissos, Augustum instaurasse scribit, L. Censorino & M'. Manilio consulibus*: eos secutus est codices, a quibus verba ista, τεσσαρακοστῷ πρώτῳ μὲ, v. 19: & sequentia, v. 21, τότε δὲ Λευκίου Κλωδίου καὶ Γαΐου Σαβίνου, absunt. Quæ etsi etiam a L. & P. c. absunt, in L. tamē margine alia manu sunt adscripta, & cum Panuinianis supra citatis bene congruunt. Sequentia idem Panuinius ibidem sic interpr. *C. Atteio Capitone, iurisconsulto, & XV viro, sacris faciundis circuitum spatiumque subiiciente; leges vero & mores, ritum q; sacrorum libris Sibyllinis indicantibus, qui ab eo interpretabantur.* Libet etiam ex Fastis eiusdem Panuinii subiicere, quæ de prioribus quinque sæcularibus idem tradidit. Primos ergo sæculares, ex S. C. factos, Panuiniani fasti adscribunt anno vrbis (secundū Varronis cōputationē) C C X C V I I I, M. Valerio Maximo Lactucino & Sp. Virginio Tricosto Cælimontano consulibus: alteros, anno vrbis C C C C V I I I, M. Valerio Coruo I I, & C. Pœtelio Libone Visolo consulibus: tertios, anno vrbis D X V I I I, P. Cornelio Lentulo Caudino, & C. Licinio Varo consulibus: quartos, anno vrbis D C X X V I I I, Mam. Aimilio Lepido, & L. Aurelio Oreste consulibus: quintos, sub Augusti imperio, anno vrbis D C C X X X V I I, C. Furnio, C. Iunio Silano conss. De sæcularibus sub Claudio factis, v. 26, meminit Sueton. 77, 48: vt item 120, 38, de sæcularibus a Domitiano institutis. De iis autem quos Seuerus celebrauit, meminit Herodianus supra 527, 21: & latissime de his pertractat Panuinius in supradicto De ludis sæcularibus commentario. V. 32, L. & P. ἀνελόντες, corrupta præpositione. recte 670, 2.

P. 670, v. 21, L. & P. προσάγοντες præs. temp. V. 40, Stephanus singulariter legit ἑαυτόν. V. 43, idem St. ὄντων αὐτῶν. Leonclauius ὄντα αὐτόν. V. 47, P. παιδαγωγούς, contra sententiæ ac metri leges.

P. 671, v. 15, L. & P. δὲ λύματα. vbi etsi λύματα pro malorum liberationib. potest accipi; id tamen parum aptum habet locum. V. 23, iidem θεόφιλος. quæ scriptura si mendo caret, signif. *ad deum versus*. Seq. v. iidem, σπουδῇ τε γέλωτι μεμίχθω: vt præcipiatur ludicris miscendam etiam seriam sacrorum tractationem; i. sacra non lusibus tantum, sed etiam seriis meditationibus esse peragenda. V. 28, pro εἰ Steph. & Leoncl. legunt εὖ, *bene, recte*.

P. 672, v. 4, P. pluraliter ὄντας παῖδας: Seuero pariter & Maximino comprehensis: quod probat etiam Leonclauius. V. 26, pro μενόντων Leoncl. diuise legit μὲ ὄντων. V. 36, L. & P. εἰκῇ pro οἴκοι: vt infra 768, 30. Pro μένει autē, regula vel μένειν aut μένοις postulat, vel mutato verbi modo μένῃ, vt cum alibi, cum 643, 3: & 565, 39.

P. 673, v. 5, Leoncl. omnino legendum censet, ἐξορμήσαντος δὲ αὐτοῦ τῆς Μεδιολανίου, ἐν μέσῳ τῆς Μαυριτανίων ἐλθόντος πραγμάτων. V. 11, L. & St. ἐχυρωτέρας: sed P. rectius ἐχυρὰν, vt mox v. 18, ἀσφαλὴς ὤν. V. 22, pro Μαξεντίου Leoncl. legit Μαξιμιανοῦ. V. 37, δίμηνος pro compos. συνδίμηνος seu προσδίμηνος, alibi quoque ab hoc auctore vsurpatur: sed pro αἰχμεία, v. 41, idem potius scripsit ἀχρεία, vt infra 816, 41.

P. 674, v. 1, pro αὐτοῦ P. habet ἐν τούτῳ, *ea in re*; danda sc. ei filia. V. 23, Maximianum Herculium & Maximianum cæsarem confundit Zosimus; vt patet ex Eutropio 129, 32: 130, 7: & ipso Zosimo infra 677, 41. V. 40, L. & P. τῆς ὑπαρχῆς, vitiato & numero & casu. nostræ lectioni patrocinatur 473, 2, locus plane similis. V. 42, P. καταπροσελθόμενος δὲ αὐτοῦ: rectius δή, & αὐτός. Seq. v. L. ὀκβίνη: rectius ἐβάτη, vel assumpto articulo, ἐβάτη δὲ πρὸς Αν. Lat. t. v. 8, κακοῖς ἐμπλέκεσθαι, vertere queas etiam *malis implicaturum*, seu inuoluturum incommodis; eaque ratione se ad imperii gubernacula rediturum.

P. 675, v. 5, rectius P. προδοσίᾳ τὸ συνωμοσθὲν ἑαυτῷ, nom. casu, subaudito infin. [illegible]. V. 10, legere queas etiam ἐμπεσόντες, *illapsi*. V. 19, L. & P. προσποιήσας, sine præpos. vt alibi quoque hoc verbum pro simulare ac fingere vsurpatur. V. 21, P. ἐπὶ Ῥαιτία ὁδόν: fortasse rectius ἐπὶ Ῥαιτίαν τὴν ἄνω, *versus Rhætiam superiorem*.

P. 676, v. 22, L. & P. συνάψας ἅπαντα. V. 27, μὴ ante βουλεύειν, abest a P. c. V. 42, pro τὸ λοιπόν Leoncl. legit πλέον. Lat. t. v. 44, πρὸς ἑαυτόν interpretari possis etiā *pro se, ex suo commodo*: vt infra 690, 8.

P. 677, v. 22, pro ὅσῳ τὸ L. & P. habent ὅσα τό, *metu ne*: quæ lectio aptior erit si commation istud οὐδαὶ μας, expungatur. V. 24, ῥᾳθυμίαν confirmat quod v. 10 legitur, πρὸς τὸ ἀνδείκνυ ἀπόνως. ad ἀδόλω tamē, quod hic proxime præcedit, melius quadrat ἀθυμίαν. V. 37, P. habet Μαξιμῖνος: & mox tamen v. 41 Μαξιμιανόν. quem etsi Μαξιμῖνον plerique omnes nominant; tamen Μαξιμιανόν hunc quoq; a Zosimo appellatum fuisse, inde conicere licet, quod, quæ de Maximiani Herculii & Maximiani Cæsaris morte a ceteris diuerse narrantur, a Zosimo in vnum confunduntur; vt paulo ante adnotaui, ad 674, 23. Apud Eutropium quoq:, licet mortis circumstantiæ distincte sint expressæ: eodem tamen nomine vterque, *Maximianus* nempe, in plerisque exemplaribus legitur, 126, 3: 130, 8. Apud Zonarā vero Maximiani Galerii & Maximiani

Cæsaris, quem Maximinum ipse vocat, maiori ex parte confusa est historia. In Suidæ collectaneis, 873, 5, Maximinus hic cum superiore Maximino, qui Alexandro successit, confusus est, errore nimis crasso. Diuersi ergo fuere, *Maximianus Herculius*, *Maximianus Galerius*, & *Maximianus* (siue *Maximinus*) *Cæsar*. qua de re monuit etiam Pomponius Lætus 531, 48. Panuinius in Fastis, Maximinum cæsarem Galerii Maximiani Aug. filium fuisse significat.

P. 678, v. 11, articulus τὸ ante ἱερὸς, abest a P. c. V. 42, inclusum ὄντων, additum e L. & P. Lat. t. v. 43, Gr. ἐπὶ θατέρας, sonat potius *ab altera parte*.

P. 679, v. 17, in διδασκαλευθέντων ambiguū est scripturæ vitium. aut enim sine augmēto scribendum διδασκαλευθέντων: aut cū augm. δεδασκαλευμένων: quod notauit etiam Stephanus. aut certe, post articulū expuncta coniunctione, legendum τῶν θελόντων διδασκαλευθέντων. V. 26, post τοῖς ἑκατέρου deesse, aut saltē subaudiendum esse μέρους vel τοῦ στρατεύματος, notat idem Stephanus. Ellipsin esse in eo loquendi genere, declarant sequentia, 682, 9: 699, 19. sicut etiam ἐπὶ θατέρας vsurpatum 678, 40. V. 36, ἦν pro οἶμαι legendum putat Steph. V. 44, pro μᾶλλον Leoncl. legit μείω: verius forsan ἧττον. Seq. v. cum τὸ μὲν σῶ πλεῖον, in fine periodi subaudiēdum ἦν seu πλέον. Pro Constantio autem, v. 41. fortasse Constantinus reponendus: quippe qui infra Constantini filiorum natu maximus perhibeatur 689, 24: & 691, 38.

P. 680, v. 15, P. κατ' αὐτόν τινες τῆς βαρβ. corrupte. Vera lectio procul dubio hæc, κατὰ νώτου τῆς β. ἐπιπεσεῖν, *a tergo*: vt alibi sæpe. V. 18, P. δὲ pro δή: & L. Παυσίδωνος pro Παυσιμάχου. V. 33, L. & P. δισχίλια: rectius δισχίλιαι, fœm. fine. Inclusa, v. 37 & 45, absunt a P. c.

P. 681, v. 8, L. & P. παρὰ τὴν ὄχθην, *propter litus, secus ripam*. V. 12, L. c. τοῖος εἰος: P. τοῖος ἐχθρὸς: corrupte vterque. Leoncl. dubitat an reponēdum Ταύταρος. vise Pandecten Turcicum Leoncl. cap. 30. V. 18, inclusum γεφύρας abest a L. & P. ac facile abesse potest, si pro seq. καὶ reponamus ἣ: ταύτῃ scilicet aduerbialiter capto pro *ea ratione, isto modo*; vt infra 696, 5. V. 24, verior fortasse numerus centenarius, ὀκτακοσίους, *octingentos*. V. 26, inclusa, ἅμα τοῖς ἱππεῦσιν, addita e P. c. V. 34, post ὡς deest fortasse verbum εἶχεν: vt sit, *ita vt erat*, (seu, *eo quo erat habitu*) *castra cepit*: vel leg. ὡς ἐνεδέχετο, ὡς ἔτυχεν. aut pro qualitatis aduerbio substituendum locale αὐτόθι, *ibi*, aliudve consimile.

P. 682, v. 3, vsitatius μόναις, fœmin fine. quamquam etiam paulo post, v. 6, P. c. communi terminatione habet ἀξιολόγους ναυσί. V. 16, pro αὐτῶν non absurde reposueris ναυτῶν, *nautarum*. V. 24, L. & P. στρατιωτῶν pro στρατηγῶν, præpostere. V. 26, Steph. mauult ἐπεδίαζεν, diphth. ει.

P. 683, v. 17, pro τὸν L. & P. habent τοῦτον. vnde coniecerit aliquis Zosimum scripsisse, μάγιστρον τοῦτον ὀφφικίων καλοῦσι, *magistrum hunc officiorum appellant*: omisso articulo, more Latino; vt infra 694, 16. sed nec Leonclauii lectio exēplis caret; vt perspicuum est ex 67, 25: 773, 23: 809, 8. V. 20, inclusum τῶν ὀφφικίων, abest a P. c. V. 38, παρακινδυνευσαμένου pro vulg. παρακινδυνευσαμένοις repos. e P. Lat. t. v. 35, ita etiam reddi Gr. possunt; *Licinius, qui Bithyniam ab hostibus teneri cerneret, suamq; operam omnibus probaret periculis, Martinianum Lampsaco arcessit*, i. cum videret suis vnius humeris omnia subeunda superandaque esse pericula.

P. 684, v. 18, pro αὐτοῦ P. c. gen. casu habet αὐτοῦ. vtraque ferri potest constructio. V. 33, post Ὀρμίσδης L. & P. habent δέ: quæ etsi ad anteced. μὲν non male quidem illa quadrat, pleonastica tamen est & otiosa.

P. 685, v. 16, L. & P. πεπειραμένους, & mox προειπεῖν: corrupte quidē, sed ita vt lectio inde non mala eruatur; πεπειραμένος ὡς ἀληθῆ προειπόντων, *expertus veraeos prædixisse*.

P. 686, v. 14, inclusum νεὼ abest a P. c. & pro seq. articulo τοῖς in L. c. scriptum τεμέν. vnde, transpositione ac mutatione facta, coniecerit aliquis legendum esse, ἄχρι τοῦ νεὼ ἱερὸν ὄντος τῆς - - V. 25, P. ἔτι pro ὅτι. Seq. v. idem P. c. habet κειμένου, accentu in penultima. vnde colligas, in archetypo scriptū fuisse κατακειμένου, tempore præterito.

P. 687, v. 27, inclusa ἣ abest a P. c. V. 31, P. τοῦ Βυζαντίου δήμου, structura minus vsitata. V. 35, post βίβαια L. & P. habent δέ: aptius δή, declaratiue pro *scilicet*. V. 36, inclusa ἣ addita e P. c. V. 39, L. & P. ἠγνοήκει, præt. plusquamp.

P. 688, v. 11, inclusa καὶ abest a P. c. Pro Λαιμου autem v. præced. procul dubio rectius legemus Αἵμου seu Αἴμου. V. 18, P. c. ἄχρι τῆς Βαλερίας Παιονίας, *vsque ad Valeriam Pannoniam*, i. eam Pannoniæ partem quæ Valeria dicitur. V. 34, Steph. cum præpos. legit ἐν ὀιπλοΐῳ.

P. 689, v. 1, inclusa ἣ abest a L. & P. c. Pro ἐπιτιμίας ibidem malet fortasse aliquis ἐπιτιμωμένους vel ἐπιτιμωμένους: vt castigatio seu multatio hic intelligatur. sed ἐπιτίμια pro disciplina vsurp. etiam 687, 44. V. 4, & δὲ ἐν retineri potest, & δ' ἐν pro eodem substitui. V. 12, in isto commatio, ἀπαιτεῖν ἐκ ὀφείλοντας ἀπώσασθαι, infinitum verbum supini significationem habet; vt in euangelio, ἦλθεν μαθητεῦσαι ἐγγάμους. V. 16, pro ἱκετεύειν rectius legemus ἱκετεῦσαι, aor. 1: quippe quod actiua hic, non neutra requiratur significatio. V. 35, pro ἀγοραῖς in L. c. margine positum ἀγυιαῖς: vt Leoncl. quoque vertit *competis*. V. 38, pro ἐπηγάγετο idem Leoncl. mauult ἀπηγάγετο, vt infra lib. 4, 747, 13. V. 44, inclusa αὖ, abest a P. c.

P. 690, v. 8, Steph. legendum censet ὅτι ἦν ἐπὶ ὧ τινος. vel, ἣ πάντων ἦν ἐπὶ ὧ τινος. alioqui pro ὧ pluraliter scribendum esse οἷς. V. 14, P. πάνεια, contra metri leges. poesi magis conueniret πάβιν, vel πάβιος. Seq. v. L. & P. αἱρήσεις, *capies*; secunda pers. vocis mediæ. V. 16, iidem μάλα δηρόν: vt sit, *non admodum diu*. V. 18, pro δεινὸν Gyllius legit δειλόν, *timidum*: quæ tamen scriptura minus huc videtur quadrare. V. 26, L. & P. ὅμα pro οἷ μα: corrupte. V. 30, L. & P. φέρουσι: & seq. v. πλουτοῦσι, vtrobique accus. casu, vt etiam Gyllius. Rursus iidem ibidem ἐπιδεδώκασι, id est ἐπιδεδώκαμεν. V. 38, P. c. χρόνον ἐπ' ὀλίγον, singulari num. Et contra seq. v. εἰς τὰ, num. plur.

P. 691, v. 11, rectius διὰ ποίας ἐχάτην ζημίας ὑπὸ τοιούτων μὲν δ. transpositis casuum finibus. V. 35, verbum ἔχοντο, non ad initialis membri, sed ad parentheseos casum relatum est. Lat. t. v. 10, ἀνὰ πᾶσαν πόλιν vertere queas etiam *per omnes ciuitates*, vt v. 4 & v. 20 plurali numero dicitur ταῖς πόλεσι.

P. 692, v. 1, inclusa ἣ, abest a P. c. V. 8, post συσφαγεῖς Stephano videtur deesse ὀλίγας, aut aliud huiusmodi participium: quamquam nec in L. nec in P. c. vllum hic defectus est vestigium. Sic v. 17, post τὸν fortassis inserendum ἣ, *etiam*. V. 20, L. & P. τοῦ Κωνσταντίου πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος: vt sit, *propter Constantia*

stantis familiaritatem, seu, ob familiaritatem quæ illi cū Constāte intercedebat. V.41, τῷ ἑαυτῷ, datiuo casu, agnoscit cum m.ss. etiam Leonclauii versio.

P.693, v.4, πέμψας pro vulg. πεμψάντων repos. e L. & P. V.6, pro ἴξω rectius cum St. legemus ἄξειν. Sic v.47, pro Κωνσταντῖνος rectius legemus Κωνσταντίνου, vt apud Eutrop. supra 132, 16.

P.694, v.4, inclusus articulus τῷ, additus e P.c. V.15, L.& P. ἐπιπεδεχομένη: eadem signif. V.20, inclusum πάλιν abest a P.c.

P.695, v.11, P.c. Κωνσταντίου γένους, quæ scriptura si vera est, significabit *e Constantiano genere*. V.24, inclusum ὡς, additum e P.c. Seq. v. præpositio εἰς ante Σικελίαν, explicat significationem verbi καταλαβοῦσιν: alibi tamen in similibus loquendi generibus omittitur; vt ex Indice cognosces. V.19, inclusa ἐν, abest a P.c.. V.33, P. προκαθίσαντες, *qui priores insederant*. V.40, πρὸ κίου diuise habet cum L. etiā P.c. eamq; scripturā probat etiam Ortelius; præsertim cum Itinerarium Antonini Cium opidū in Mœsia inferiori ad Danubiū agnoscat. sed cū L.c. margo cōiuncte προκίου scriptū habeat, Leoncl. etiā ipse in posteriori hac versionis editione maluit *ante Potecium*; quā (vt in priori verterat) *ad sitos ante Cium quondā campos*. Lat. t.v.24, Gr. ἐν τοῖς περὶ τὰ Ἀδρανα πίωεσι vertere queas etiam *in adiacenti Adranis nemore*: itidemque mox v.37, *nemus insederant*: quia Hesych. πίωεα exponit nō solum angustas montiū fauces, sed etiam condensos arboribus locos.

P.696, v.1, ναίειν agnoscit etiā L.c. At P.c. (vt etiā L. margo habet ναίει τινα: perperā. V.3, Steph. legendū suspicatur τόπον δεῖ, aut δεῖ, vel χρή, vt paulo post, v.37. V.31, P. post πῶς addit εἰς: quæ, si auctoris est, potius huic aduerbio fuit præposita, idq; cum articulo: vt alibi εἰς τὸ νῦν. V.33, τούτοις etiam P. at L. pluraliter τούτων, *de his*. V.41, non minus recte leg. ὡς ἤδη γίνεσθαι, temp. præs.

P.697, v.15, δ post ἀξιοῦντι: abest a P.c. itemq; mox inclusus articulus τὸ v.27. V.45, pro περιῆγε aptius cū Leoncl. & St. legemus περιεῖχε, *circūdabat*.

P.698, v.6, P. ἀπέδειξε pro ἐπέδειξε. V.40, post ἀφορμήσας P. addit coniunctionem δὲ: quæ cum aptum hic locum non habeat, rectius pro ea substituetur articulus ὁ, vt pag. præced. v.37. V.44, quia ferrum igni haud facile consumitur, cōuenientius fortasse pro δαπανηθέντας reposuerimus δαμασθέντας. Mox etiam cum articulo malim εἰς τὸ πῦρ. Lat. t.v.47, Gr. son. *quam Drauus amnis praterfluit*; vt supra 695, 45.

P.699, v.1, P. sing. num. ἐμπεπτώκει, Attica structuræ forma. sed possis etiam ἐμπεπτώκασι scribere, more flexionis Æolico & Attico. V.9, inclusus articulus τῆς, additus e P.c.

P.700, v.33, P. ἀγωνίζεται, præs. temp. V.35, inclusus articulus τῷ, abest ab eodem P.c.

P.701, v.30, inclusum ἐκεῖνος additum e P.c. Seq. v. ἐπεὶ τούτῳ pro vulg. ἐν τούτῳ repos. e L. & P.c. V.39, pro Picentio apud Ammianum Marcellinum alii duo nominantur, Eusebius & Ædesius, 321, 42.

P.702, v.4, inclusum μόνος abest a P.c. V.24, pro ἡσυχάζειν structuræ ac sententiæ ratio postulat ἡσυχάζειν, vel ἡσυχάζειν ἰδόκουν: vel etiam participium ἡσυχάζοντας.

P.703, v.6, L.c. ἐκ Ἀθηναίων: minus vsitate. V.7, L.c. ἐπιπορεύεσθαι pro διαπορεύεσθαι: & contra v.9, καθηγουμένους pro καθηγουμένας. ego P.c. sequi malui. V.14, L.& P. μόνη: parum ad rem. V.20, parum apte iidem εἰς μάτην. Seq. etiam v. legendum fortasse, τοῖς τε ὑπ' αὐτὸν τεταγμένοις ἔθ. vt paulo post v.38. V.35, P. τοῖς ἐκείνου καιροῖς: minus recte.

P.704, v.24, P. οὐ προσῆκεν. V.34, pro τῆς εἰκῆς L.c. margo habet τῆς τύχης. V.37, inclusa τε addita e P.c.

P.705, v.32, P.c. πάρεισιν, *adsunt*; contra historiæ sententiam, quæ postulat περίεισιν, *supersunt*.

P.707, v.31, ὁρμήθησαν excusari ac defendi potest: potest tamen etiam non minus apte cum interprete legi ἠριθήσαν, *contenderunt*; præterum cum mox sequatur προσχόντες, superiori verbo synonymum. Sic v.38, pro αἰτίας convenientius cum eodem Leoncl. legemus αἰτίαις.

P.708, v.2, pro τὰ ὄρη, Leoncl. mauult τὰ ὅρια, *fines, limites*: vt pag. præced. v.41. V.4, P.c. διδόντες pro ἐνδιδόντες. V.15, P.c. πρὸς δὲ ὑπὸ Ῥωμαίους Κλήτῳ: quæ structura etsi etiam v.1 huius paginæ & alibi passim vsurpatur, hic tamen peius aliquanto sonat. V.29, rectius forsan ἀνέπεμπε. V.39, ἐν πολλοῖς, enallage pro εἰς πολλά, *multas in partes*.

P.709, v.4, L.& P. αὐτοῖς ἀγ. sed accus. casu αὐτοὺς scribendum esse, ipsa declarat sentētia. V.26, Βαβυλία scribendū esse, expuncto ν, seu Βαβυλία, manifestum est ex superioribus, 707, 31.

P.710, v.5, inclusa ἐν, abest a L.& P.c. V.9, pro ἀνταγωνίσαντας L.c. margo habet ἀντιπαραθέντας. V.36, pro ὁ μὲν δὴ ὁ eiusdem L.c. margini adscriptum καὶ μηδὲν τι. sed textus lectionem tuentur multa Herodiani loca in Indice adnotata. V.38, pro ἀπαλλάττοντων idē margo habet ἀπαλλάττοντες: perperam. V.40, L.& P. χαμαιπόδια ἱστάμενα: minus recte.

P.711, v.9, pro γνώμης P.c. margo habet γνώσεως: minus cōuenienter. V.12, pro γνώμην legi fortasse potest etiā συγγνώμην, *veniam*. V.19, L. margo ἀνάξιον pro ἄξιον: minus recte. V.35, pro πάλιν apud Amm. Marcell. 386, 11, legitur μάλα: & seq. v. τιμήσεως pro τιμῆς: apud Zon. τιμῆς εἰκόσι.

P.712, v.43, inclusa δ, addita e P.c. sed aptior fortasse δή. Lat. t.v.12, Gr. son. *pratermeat*. & v.26, *instar spectri*, seu *instar visionis*.

P.713, v.5, pro δ Leoncl. legit δή. V.8, P.c. θρέψιμον αὐτὸ ὀνομάζοντες, *alumnum eū nominantes*. V.14, inclusum πάλαι abest a P.c. atq; adeo vel expungendum videtur, vel in παλαιὰς mutandū. vt sc. oppositio hic sit τῆς παλαιᾶς & τῆς νέας Ῥώμης. Seq. v. idem P. habet κινδύνων: quod ferri nequit, nisi sequens substantiuum πλοίων summoueatur. V.32, pro εἰργασμένα P. habet εἰργασμένους: fortasse rectius εἰργάζοντες. V.36, L.c. λόγοις pro λόγῳ: corruptione manifesta. In eodem L. v.40 post ἐκείνοις μὲ additū erat ὡς: quod nec P. agnoscit, nec sensus admittit.

P.714, v.25, inclusus articulus τῶ, abest a P.c. Lat. t.v.10, ita etiam reddi Gr. possunt; *vbi cunctas naues, & militares & onerarias, conuenire oportebat, cum e Samosatis, tum ex aliis per Euphratem locis descendentes*. Itineris autē huius descriptionē confer cum Amm. Marcell. lib.23, 413, 8, & seq.

P.715, v.5, P. ἐξορμήσας ὁ Καρρῶν, omissa genitiui præpositione. V.16, pro πλατεῖα rectius legemus πλεῖα, vt mox v.19. V.38, L.c. τὸ δεξιὸν, accus. casu; contra leges Hellenismi.

P.716, v.3, rectius forsan ὅσθαι, opt. modo. V.21, P.c. παραδιδοῦσι, præs. temp. V.39, ad præcedens ἀφανισθὲν melius congruit ἐμβάλλει.

P.717, v.23, præpos. ἐκ post ἐν μέσῳ, abest quidem ab L.& P.c. sed cum interprete inserendam esse, ipsa res arguit.

Rrr

P.718, v.17, distinctionem post αὐτοῦ nō agnoscit P. c. ac fortasse ita quoque distingui periodus poterit, ἀπαντησάντων δὲ, κατὰ νοῦν αὐτοῦ καὶ τῆς ἀπὸ τῆς τύχης συμβάντων, ὁ Λουκιλ. i. *qui cum occurrissent, & fortuna quoque fauor eius voto respondisset, Lucillianus coniecturis rem assecutus, iunct.* V.38, P. c. συνιούμενοι, absque præpos.

P.719, v.19, pro πόλεως omnino scribendum ἀκροπόλεως, vt v.13 & 27. V.21, δὴ pro δὲ repos. e P. V.41, pro μακροῖς Leonclauius mauult μικροῖς: vt Amm. Marcellinus 426,36, dicit *paruis nauigiis permeato amne.*

P.720, v.10, congruentius pass. συνεχωρήθη. V.21, inclusa ἐκ, abest a P.c. V.23, L.& P. πρὸ τῆς δὲ πρὸς ἄλλης, præpositione pro articulo posita. V.39, pro χωρίον Leoncl. mauult φρούριον.

P.721, v.7, P. c. δυνάντες: L. δυνῶντες, & in marg. δυνάσαντες: quorum vt priora duo & regularia sunt & visitata, ita postremū nec regula nec vsu fultum; nisi ego vehementer fallor. V.29, pro ὁ δὲ L.& P. perperam habent ἐν ᾧ δὲ.

P.722, v.11, τῷ βασιλεῖ add. e P.c. V.20, fort. ἀφ' ὑπερδέξιον, vel ἐξ ὑπερδ. V.25, P. c. παρῆκεν: mallim παρῆκαν, vt v.14 ἀφῆκαν. V.31, ὕδωρ e L.c. margine desumptū: in textu & ipse & P. c. habēt ἴδος: parum ad rem.

P.723, v.7, pro ῥᾷον analogiæ lex ῥᾷονα postulat, aut contracte ῥᾷω. V.12, cum ἐκείνοις extrinsecus subaudiendum τῆς φροντίδος: aut scribendum ἐκείνους, *illos.* V.16, L.& P. ἤκιον αἰσχύνειν ὡς: quæ scriptura ferri nequit, nisi assumpto aliquo participio, μενόντων, aut simili. V.25, pro ταύτῃ legi potest etiam ταύτῃ, *ea parte*; vt mox v.31.

P.724, v.12, fortasse rectius τῆς ἐπαπειλουμένων. V.32, L.& P. οἰκοδομεῖσθαι, præs. tempore; minus conuenienter. V.36, pro μεῖνας Leoncl. dubitat Μηδίας ne, an Ἀρμενίας, sit legendum.

P.725, v.39, inclusa δὲ, aut superflua est, aut pro *tamen* posita. Ibid. in ὀλίγῳ τῷ πλήθει ellipsis est præpos. σὺν.

P.726, v.33, rectius ἄμετρον ἔχειν, neutro vtrumque genere, & participio pro infinitiuo posito.

P.727, v.21, congruentius γενομένης, temp. aor. Seq. v. vsitatior scriptura esset συνιόντες.

P.728, v.16, rectius πρὸς τὴν τῆς ἐπιτηδείων κομιδὴν, geminato articulo: & mox v.24, οἱ Ῥωμαῖοι. V.31, L.& P. ἀγείροντος, nec tempore nec significatione congruente.

P.729, v.8, fort. rectius ἰδόντων, temp. aor. Lat. t. v.27, sic etiam reddi possunt Gr. *Nomina ea sunt legionum, quæ a Diocletiano & Maximiano institutæ, eorumdem referunt cognomina. ille namq; a Ioue Iouius, hic ab Hercule Herculius denominatus fuit.*

P.730, v.1, in τῇ συγχ ellipsis est præpositionis ἐν. Sic v.33, inserto articulo legendum videtur, τὰ περὶ αὐτὰ φρούρια. Amm. Marcellinus 441,4, dicit quinq; regiones transtigritanas cum castellis quindecim. cum eodem confer etiam reliqua.

P.731, v.10, congruentius γενομένης, temp. aor.

P.732, v.5, P. δυσχερείας, *difficultateb.* V.19, commation illud, ποσῶν τε καὶ τῶν ἐγκειμένων absolute positum est, subaudito verbo substantiuo ἐστι, aut alio consimili; eo sc. modo quo Horatius dicit *quotquot eunt dies*, pro *quotidie.* alioqui legi etiam posset, ποσούτους ἐτῶν ἑκατοντάδας, *tot secula.*

P.733, v.40, fortasse rectius ἐτύγχανε.

P.735, v.1, Leoncl. mauult βασιλείων, *Imperatorum*: & v.21, στρατιωτικῆς ἀρχῆς. V.38, L.c. ἀκριβέστερος: vt sit *iusto exactior* seu *rigidior.*

P.736, v.20, inclusus articulus τοῖς, additus e P. c. Idem P. mox v.25, τῆς συναπτομένης, *genere propinquus.* V.39, pro plurali γυναιξὶ seq. pag. v.2 legitur sing. num. γυναικί. Lat. t. v.40, Gr. s. *a quo eam accepisset.*

P.737, v.9, Leoncl. suspicatur legendum τοῖς ἐπιζητοῦσιν, fut. temp. verior fortasse lectio, τοῖς ἐπιζητοῦσι ἀφικνουμένοις αὐτὸν, *iis qui ad eum quærendum venirent.* V.26, rectius forsan καθεζομένην, temp. præt.

P.738, v.5, ἔτι rectius post τοῖς στρατιώταις collocabitur, aut etiam post ὄντι.

P.739, v.7, pro ἐβούλετο aptius cum Leoncl. scribemus ἐβουλεύετο. V.16, pro οἱ P.c. habet εἰς οἱ. vnde colligo in emendatiori codice fuisse ἔσω.

P.740, v.24, L.c. τῷ Ῥωμαίων ἐνόμιζεν. V.38, legere queas etiam περὶ τὸν Ἴστρον, vt infra 745,4.

P. 741, v.38, pro τὸ τεῖχος Leoncl. legit τὸ παχθὲν, s. χειμῶνα. fortasse auctor πάγος scripsit.

P.742, v.15, rectius ὑπὸ Ῥωμαίους, vel datiuo casu ὑπὸ Ῥωμαίοις, vt v.10, & alibi passim.

P.743, v.8, quemadmodum ψιλὸν & δέλτα plene hic scripta sunt, ita etiam pro ι in P.c. scriptum εἶ, & mox item οὐ pro ο. nam ψιλὸν superioribus seculis appellatum fuit εἶ, & omicron οὐ: vt testatur etiam inscriptio quinti & quintidecimi libri Homericæ Iliadis in veterib. exemplaribus; & Eustathii ibidem commentatio: τὸ ε στοιχεῖον, (inquit) εἶ ἔλεγον οἱ παλαιοί, πρὸς τὸ διέτης τὸ ι, ὅτι τὸ διὰ διφθόγγου ἐκφωνεῖν δυνάσθαι ὥσπερ καὶ αὐτὸ, καθὰ καὶ τὰ ἄλλα στοιχεῖα. ζητοῦσι δὲ πῶς οὐ καὶ ὅτι τὸ μικρὸν ο. ἐκεῖνο γὰρ, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, οὐ λέγουσι. Idemque repetit idem Eustath. comment. in Iliad. ο. V.10, P.c. φωνὴν ἀφεῖναι δυναμένων ὡς Θ. Fuisse autem diuinationem hanc ἀλεκτρυομαντείας, ex ecclesiasticis scriptoribus constat, qui tradunt a gallis gallinaceis quatuor grana prima fuisse deuorata, quæ quatuor hasce litteras notarint; vt adnotat Leoncl. Meminit etiam Amm. Marcellinus 481,3. V.27, L.& P. ἄλλως pro ἀλλως: minus apte. V.36, & τε retineri potest, & δὲ pro eodem substitui. Seq. v. pro φυγῆς rectius legemus φυγήν.

P.744, v.1, rectius ἀνῄρηται, præt perf. V.12, P. εἰς πᾶν τι εἶδος ὠμότητος: corrupte quidem, sed ita vt bona inde lectio possit elici, εἰς πᾶν εἶδος ὠμότητος, *ad omne crudelitatis genus.* V.43, vocis εἴκοσι postremæ quatuor litteræ desunt in L. & P. c. nempe οσι, relicto pro eis spatio vacuo.

P.745, v.9, L.& P. πρόσω pro πόρω: perperam. V.12, ἀμῆς vsurpatum pro compos. ἀμφοτέρους. V.35, L.& P. πέρας pro πέραν, perperam.

P.746, v.9, Leoncl. cum suo m.s. mauult ἐπιβεβηκότος, per vpsilon. V.38, L.& P.c. ὄρθιος: sed Leonclauius aptius ὄρνις legit.

P.747, v.39, P.c. ἰσὸν: qui casus in hac signif. non est vsitatus.

P.748, v.21, L.c. margo παριόντι, *accedenti*, seu *prætereunti*: & v.32, ταχέως pro παλαιῶς. V.41, P. c. ἐπιβαίνοντι: rectius ὑπεκβαίνοντι. Sequens ἐκλείποντες vertere possumus etiam *deficientes, euadere non valentes.*

P. 749, v.7. L.& P. ἄνευ δὲ ἄν κα. posita δὲ pro γε.

P.750, v.3, P.c. προσθεῖσα: L. προσθεῖς: corrupte vterque. Leoncl. legit προσθέντες: mihi προσθεῖσι visum est cōuenientius; vt signif. *satis habiles ad ea quorum gratia delecti fuerant.* V.29, L.c. τῆς ὑπὸ Ῥωμαίων χωρίων: sed rectius P. ὑπὸ Ῥωμαίους. Mox etiam v.31 idem P. rectius

rectius αὐτοῦ quam L.c. πλείμων. Lat.t.v.23, Græca sonant, *qui exciderant imperio*. quibus verbis intelligi possunt etiam ii qui magistratuum spe frustrati erant.

P.751, v.21, inclusa δὲ, addita e P.c. Lat.t.v.46, Gr. sonant; *e regio Scytharum genere oriundus*. quorum supra etiam facta mentio, cum alibi, tum 747, 7.

P.752, v.34, πᾶσιν aut ellipsin habet præpositionis ἐν, aut modali significatione accipiendum pro, *omnibus officiorum generibus*. V.45, congruentius συνεζευγμένην. In seq. etiam membro si εὐψυχίαν malis num. singulari, per me licet.

P.753, v.23, fortasse rectius ἴσαις καταλαβὼν, datiuo seu modali casu. V.29, L.& P. ὡ. pro quo etsi ὧ reponendum videri potest, ὡς tamen legitur aptius.

P.754, v.4, pro ἐργαζόμενος structuræ lex postulat εἰργάσατο. Ibidem mox pro ὑπάρχου rectius cum interprete legemus ἱππάρχου. V.8, L.c. margo ἴσω pro ἴσοις: & v.12 ἀγαθοί, coniunctæ. V.29, inclusum οὖ abest a L.& P. V.59, pro ἀρχὴν omnino legendum χεῖρα.

P.755, v.3, ante τὸ μὲ desideratur aut relatiuum ὃν, aut copulatiua καὶ, aut aliud huiusmodi. Seq. v. L.& P. εἰσφερῶν habent. quod cum genere a præcedenti participio discrepet, φέρων pro eo reposui, vt infra 757, 30. Ne quid tamen de vestigiis corruptis pereat, forsan etiam εἰς vertenda in αὐτοῖς: vt integrior lectio sit, τῶν ὑποτεθέντων αὐτοῖς φόρων. nisi forte aliquis malit εἰς φόρον, *in tributum*, id est loco tributi. V.39, fortasse rectius στρατηγικῆς εὐταξίας: vel στρατηγικῆς erit *a ducibus præscripta*, vt Leoncl. accipit.

P.756, v.30. pro articulo ἡ non male fortasse reposuerimus verbum ἦν, *erat*, vel e præcedêti commate repetendum verbum ἐσκεύαστο. V.37, congruentius ἀπαντήσουσι, fut. temp.

P.757, Lat.t.v.45, sensus est, & vt vrbs se ingentem in magnitudinem extêdit, ita etiam ipse luxus immodicam licentiam exporrigens.

P.758, v.22, pro ἐξίτηλον omnino cum Leoncl. legendum ἐξίτηλον, vt mox v.28. Inclusa ὡς τὸ, eodem v.28, absunt a P.c. V.30, pro εἶδεν rectius legemus εἶδε: & mox pass. forma ἐπεχορηγεῖτο.

P.760, v.7, inclusum οὐδὲν abest a P.c. V.24, Leoncl. post τοῖς μετ' αὐτὸν, supplet τρόποις. V.36, fortasse negatiue legendum οὐκ ἀφυλάκτους, i. præsidiis occupatas. V.38, P.c. ὑπῆρχεν, *præf. præt.*

P.761, v.3, γεφυραῖον seu pontificū aliam etymologiam tradunt Varro & Dionys. Hal. vt in Indice dicetur. V.14, rectius τὴν προτέραν, transposito articulo. V.27, legendum videtur, ὁ δὲ ὁ Κωνσταντῖνος, ἐπεδίδου εἰς αὐτὸν ἡ λοιπὴ βασιλεία. V.37, in dicto illo, *perbreui fiet pontifex maximus*, duplex inest sensus. primum enim significat, Gratianum, quia nomen pontificis maximi dedignatus sit, breui re ipsa fore pontificem maximum, suoque sanguine pontem infecturum. deinde, quia ipse pontifex esse detrectauerit, breui Maximum pro eo & Imperatorem futurum & pontificem.

P.762, v.19, cum αὐτὴν e præced. commate subaudienda præpositio κατὰ. V.39, pro καθεῖναι L.& P. habent καθεῖλε, perperam.

P.763, v.43, pro corrupto συζυγοῦσι reponêdum vel ἐζευγμένους, vel συζευγμένους, ea nimirum signif. qua legitur apud Sophocl. βλέπετε χ' ἡμᾶς τρεῖς ὁμοῦ συζευγμένους, *simul stantes* seu collocatos. Posset etiam συζυγουμένους aut συνεζυγμένους legi: sed ea longius discedunt a corruptæ scripturæ vestigiis.

P.764, v.6, pro corrupto παροῖς Leoncl. legit παρῶσι. Potest etiam παλαιοὺς legi, ex pag. præced. v.24, 44, 46. V.25, post ῥώμῃ σώματος omissum videtur προέχων, aut simile quodpiam participium. V.27, P. ἐκστάτης. quod etsi ea signif. dictum videri potest qua *excubitores* apud Latinos; tamê cum præcedat περὶ τὸ σῶμα, ne idem bis dicatur, rectius legitur ἐπιστάτης, eadem signif. sc. qua v.23 ἐπιτροπεύων. V.38, pro πολὺ non minus apte legerimus πολὺ, aduerbialiter sc. pro *multum*, *longe*.

P.765, v.14, conuenientius καταπεπληγμένος, ea & structura & signif. qua καταπλαγέντος v.7. V.16, P. ἀπεγράψατο, aor.1.

P.766, v.18, cum articulo τὸ subaudiendū e præced. cômate λόγον. Itemq; v.22 cum Ἰλλυριῶν subintelligendū χώρας: aut scribendum Ἰλλυρίαν. V.27, τὸν ἐξ αἰδοῦς, si auctoris est scriptura, ellipsin habet præpositionis κατὰ. alioqui vsitatius est τοῦτον ἐξ αἰδοῦς. V.35, inclusa ἡ abest a L.& P.c. V.38 pro δεῖξαι Leoncl. legit δέξασθαι. Seq. v. ποιήσαντες vsurpatum pro compos. προσπ. vt alibi.

P.767, v.6, τοσοῦτον aduerbialiter accipi potest pro *tantopere*. fortasse tamê auctor scripsit potius τοσούτων, vel πολλῶν, adiectiuo ad præcedentiū substantiuorum alterū accommodato. V.29, L.& P. non habent negatiuum οὐχ: & mox coniunctæ scribunt ἐλπίζοντι, participio illo nō ad ducem, sed ad exercitum relato; vt sit, *exercitui qui metueret ne quod hostile agmen in locorum difficultatibus sibi obstiturum conueniret*. V.33, καταστάντος ferri potest, si ὑπὲρ cum interprete pro ἐκτὸς capiatur: vt sit, *extra omnem spem constituto*. alioqui legendum foret καταπλαγέντος. V.40, L.& P. μαχάλας, vltima præcedentis vocis syllaba perperam repetita. Γάλλας enim scribendum esse, satis declarant sequentia.

P.768, v.19, διαφεῖναι quoq; cum Leoncl. legi potest; & seq. v. καταπολεμήσοντι. V.40, post τὸν κατὰ Μαξίμου deest πόλεμον, aut simile quodpiam nomen.

P.770, v.14, post ξίφος in L. & P.c. legitur ὃ: nihil huc faciens.

P.771, v.9, malet fortasse aliquis ἐπαναστάμενοι. sed ἐπαναστάμενοι sincera est scriptura, id est *insurgentes aduersus viatores*, seu adorientes, ἐπιθέμενοι. V.37, pro ἱκέτας L.& P. habent ἐκστάσεις: parum ad rem.

P.772, v.5, inclusum relatiuum ὅς, abest a L.& P.c. V.7, modi enallage in εἴη & προσείη, alibi quoque eodem modo vsurpata est.

P.773 v.9, inclusus articulus τοῖς, abest a P.c.

P.774, v.20, post ἐπιβουλαῖς deest φυγῇ διεσώθη, vel simile quodpiam. V.37, in illis, ὁ δὲ, σχολαίτερον ἀπιὼν, ἔφθασεν ἤδη πεσοῦσαν τὴν κεφαλὴν, hypallage est. sensus enim est, τὸ δὲ, σχολαίτερον ἀπιόντα, ἔφθασεν ἤδη πεσοῦσα ἡ κεφαλή: *quem lentius profectum, præuênit capitis amputatio*, i. qui cum lentius proficisceretur, caput Proclo amputatum fuit antequam ille aduenisset.

P.775, v.17, inclusa ὅπερ abest a P.c. ac facile abesse potest. V.27, P. προσεῖναι: vitio ambiguo. nam vel προσιέναι legendum, vel προσεῖναι.

P.776, v.20, pro ἀφιγμένους rectius fortasse legemus ἐμφερομένους, vel προσιόντας, vt v.11. Sic v.43, pro ἀγρὰς non absurde reponi potest ἀγρεῖς.

P.777, v.11, inclusa ὁ, abest a P.c. V.13, post τῶν βασιλείων desideratur ἐκεῖνοι, vel simile relatiuum. V.28, L.& P. ἀδελφῆς, *sororis*. sed ἀδελφοῦ cum Leoncl. legendum esse, docent sequentia, 782, 17. V.40, fortasse rectius καθεσταμένον, præter. perf.

P.778, v.8, maior erit temporum congruentia

si legamus καθῆναι. Sic v. 37 pro χαίρειν rectius legemus νικᾶν.

P.779, v.3, nescio an rectius ἐπιπεσεῖν: vt gladio incubuisse intelligatur. alioqui erit quędam hypallage. V.12, L. c. margo, λόγοις προσεῖχε: vt infra in Suidæ collect. 882,6.

P.780, v.1, titulus a P.c. abest, & pro eo posita hæc, τέλος Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου. V.21, ὥσπερ abest a L. & P.c. V.22, L.c. margo ἀπαθῶς. V.30, τοῦ δήμου additum e P.c. V.32, L. & P. cum præpos. τῶν ἐπὶ πάντων ἱππέων. V.41, pro Ἀρκαδίῳ & ἑῴας, L. & P. habent Θεοδοσίῳ & ἑσπέρας: cõtra historiæ fidẽ.

P.781, v.2, articulus τὸ additus e P.c. itemque mox ἀρχικῶν v.4. V.31, Leoncl. mauult συναναστρεφόμενος.

P.782, v.5, post δῶρα deest νομίζοντες, vel simile quodpiam participium. V.22, pro πολεμικώτατον aptius fortasse legemus πολέμοις ἁρμόδιον, *bellis aptũ*: vel saltem πολεμικόν. V.32, P. κατέλυσαν, vitio ambiguo.

P.783, v.2, inclusa &, abest a P.c.

P.784, v.1, particula εἶεν forsan e tertio versu huc irrepsit: vt nõ infrequentes sunt eiusmodi traiectiones. V.14, cum κατασκήψαντος subauditur τοῦ Θεοῦ, vt in impersonalib. ἀστράπτει, βροντᾷ, ὕει, & similib.

P.785, v.41, L.c. margo, αὐτῶν pro sing. αὐτοῦ.

P.786, v.6, vsitatius l. ἦν τις λόγος. V.10, in isto comm. ὑπὸ τῆς θάλασσης, subaud. χρόνον, vt infra 788,4. V.36, inclusum εἰς additum e P.c.

P.787, v.23, incl. ὡς additum e P. V.32, Leoncl. mauult χαμαιπετῆ προσιόντων.

P.788, v.7, rectius diuise ἐπεὶ δὴ. Sic v.14, pro τὸ aptius legemus τῷ: vt nõ feratur ad præced. subst. Στιλίχωνα, sed ad sequens πρᾶγμα.

P.789, v.16, adiect. πρεσβυτέρῳ abest a P.c. V.18, pro δυνάμενος sententia duo requirere videtur, δυναμένοις θεραπεύεσθαι. V.32, ante ὀλίγῳ desideratur copula &, vel τε post eas ipsas voces. Seq. v. & ἄλλως retineri potest, & ἄλλοι pro eo substitui.

P.790, v.39, hypallage quædam est. nam vt cum præcedentibus (v.15) congruat structura, legendum, ἔστι πρὸς Τελεγάλλον αὐτοῦ συνέχειν. Seq. etiam versu cum præpos. legi potest ἀπελθεῖν. nisi eam articulo præponere, aut cum eodem subaudire malis.

P.791, v.8, προσεποιεῖτο interpretis scriptura est: in m.s. libris corrupte legitur ὅπως ἐπεὶ. Ab eisdem abest γνώμην v.17: & ἐπὶ a P.c. V.27, pro ἔτυχε requiritur potius compos. ἐνέτυχε vel ἐπέτυχε.

P.792, v.24, pro τῆς πρότερον pag. seq. v.9 legitur τῆς προτέρων.

P.793, v.2, inclusa & in P. expuncta est, & forsan in articulum τῷ mutanda. V.34, malim ὁ βασιλεύς, cum articulo, vt mox v.37. vulgatæ tamen lectioni aliquo modo patrocinatur quod Apollonius Grammaticus scribit 90,13,27, βασιλεύς, cum de præsentis temporis rege dicitur, proprii nominis structuram imitari. V.42, L. & P. ὁ καλῶς: perperam. Lat.t.v.24, ad verbum Gr. son. *& tempore ferretur eius appellatio*: quod sic etiam potest accipi, *& vna cum tempore nomen eius ad posteritatem propagaretur*: quia sc. annalibus & ceteris antiquitatum monumentis inscribi solebant consulum nomina.

P.794, v.10, L. & P. τῆς ὑπ' αὐτῶν πεπτωκότων: vitio ambiguo. tu si αὐτῶν nolis, αὐτοῦ reponere poteris, vt cum alibi, tum infra 795,14. Contra, v.29, pro αὐτοῦ legendum potius αὐτῶν, vel αὐτοῖς. V.41, ἐπεὶ ὰς Εὐφημίας μάρτυρος, si Zosimi verba sunt, e Christianorum, non ex ipsius sententia sunt prolata.

P.795, v.29, numerale τεσσαράκοντα, XL, veri fidem excedere nõ immerito fortasse videatur. V.44, distingui potest etiam post κατὰ τὴν πρεσβυτίδα.

P.796, v.2, ante τὸν ἵππον, desideratur ὑπὸ, παρὰ, vel similis præpositio. Seq. v. pro πολλῶν sensus requirit πλείους, aut πλείω, seu Attice πλεῖν. V.5, pro ταύτης P.c. habet ταύτῃ, i. *ea ratione, eo pacto*. V.34, κατὰ Γαΐνην, si actiue accipiatur, ferri potest, vt apud Latinos, *bellum Pyrrhi*, alioqui passiua signif. legendũ foret κατὰ Γαΐνου, *aduersus Gainem*. Inclusa, v.36, addita e P.c. V.44, malim cum articulo τῇ μάχῃ.

P.797, v.17, inclusum κατ' ὀλίγον abest a m.s. libris: itemque articulus τὸ v.43.

P.798, v.5, fortasse conuenientius οἱ ναῦται: vt ad vectores, non ad ratium tigna, feratur hoc vocabulum. V.28, mutilatus esse videtur locus. si tamen pro δὲ reponatur μὲν, aliquo modo structura cohærere poterit.

P.799, v.6, τε post πολλοὶ vel expungi poterit, vt otiosa; vel in πολλοὶ cõuerti. nisi forte comma quodpiam hic omissum est. V.15, ante ἄλλοι desideratur articulus οἱ: aut ἄλλοι pro eo reponendum. V.20, in P.c. vacant tantum duo versus cum dimidio: plura tamẽ hic deesse, satis est perspicuum. Ασλιας quidem v.27, videtur esse finale fragmentum nominis Θεσσαλία vel Ἰταλία: an autem sermo hic sit de iis qui Gainis in gratiã exsilio multati supra memorantur 795,8, non perinde certum est.

P.800, v.10, inclusa &, abest ab L. & P. Seq. v. post ἀναγκαίων Leonclauius inserendum censet ὠφελίμων, ἐπιτηδείων, vel simile quid. Sed auctor fortasse ἀναγκαίων scripsit: vt signif. *neque ad bellum neque ad alium quempiam vsum reip. necessariis*. V.14, pro πάντων in L.c. margine repositũ πάντας. Fortasse ambobus illis coniunctis legendum, πάντας πάντων πολεμίων καταγέλαστος: vt πολεμιῶ vsurpatũ sit pro ἐπιδεής, γυμνοῦ, & geminatione ista quæsita sententię intẽsio.

P.801, v.29, post ἄξιον, P.c. habet πρεπόν: quod præcedẽtis ἄξιον glossema quoddam est. aut retento isto verbo, pro antecedenti ἄξιον reponendum est ἀξίωμα. vt sensus sit; *porro miraculi cuiusdã quod tunc accidit, dignitatem* (seu *maiestatem*) *silentio præteriri haud conuenit*. V.34, vsitatius & rectius τῆς Λυδίας, fœm. gen.

P.802, v.7, pro ἐγίνετο sententia requirit εἶχετο. V.9, pro πλῆθος non minus apte legeris ἔθνος. V.29, pro participio ποιούμενος, structuræ lex postulat verbum ἐποιοῦντο. V.38, inclusa, absunt a L. & P.c. Interpres ea ex historiæ sensu addidit. V.41, singulare relatiuum ὃν, respicit generale χρέος, alioqui plurali num. legendum esset ἃς.

V.43, pro ἀνόμασι L. & P. corrupte habent ὀνόμασι.

P.803, v.11, mascul. ἀπηγορευμένων non respicit fœmin. πόλεων, sed intellectum πάντων: per synthesin metonymicam: vt supra 141,18, & alibi. alioqui dicendum fuisset ἀπηγορευμένων. V.14, L. & P. Λιβυκῆς pro Αἰγυπτιακῆς: errore manifesto. V.19, pro Ἱερὸν Leoncl. legit Ἄρειον. V.34, κατὰ τὸν βασ. Μάρκον recte legi, (non μετὰ) docent in Veri & Cassii vita Capitolinus & Gallicanus 151,49: 153,10. V.41, congruentius φυγὴν & ἐλαυνομένων, accus. casu.

P.804, v.13, post Στιλίχων desideratur ἐκ ἰδέας, ὡς εἰπεῖν, vel simile quidpiam. V.19, post τῷ Leoncl. supplet νομίζων.

P.806, v.6, rectius ἅμα τῷ ἐξελθεῖν, dandi casu. V.19, cõgruentius ἐπελθεῖν, opt. verbi modo. V.44, post

post φίμω: δὲ inserendus fortasse articulus τῆς.

P. 808, v. 1, pro ὅτι L. c. habet ὁ τὴν: rectius οὖν τὴν, subaudito cum articulo substantiuo ὁδόν.

P. 810, v. 10, L. & P. σκυλῶ pro σιλωλῶ, perperam. V. 30, pro τὰ πρῶτα L. & P. habent τὰ δεύτερα, præpostere. V. 40, compar. μετεωρότερος positum pro superl. μετεωρότατος.

P. 811, v. 24, pro ὅσοις L. & P. hab. τούτων: rectius ὅσοις, datiuo casu, vt v. 22. V. 39, P. τῇ τῶν ἀντιπάλων στάσει. sed congruentior datiuus casus, siue singulari, siue plurali numero.

P. 812, v. 4, L. c. ἐν ταύτῃ συνῆλθ. minus vsitate. V. 20, congruentius Στίλπων, sing. num.

P. 813, v. 23, rectius cum articulo ὁ βασιλεὺς, vt v. 30. ἔργον autem pro τέλος alibi quoque in huiusmodi loq. gen. vsurpatur a Zos. V. 37, post στρατιωτῶν Leoncl. supplet ἡγούμενον. V. 44, L. c. margo ἡμισπερίᾳ.

P. 814, v. 36, post ἐκπέμψαι subaud. λέγε), aut aliud verbum consimile.

P. 815, v. 11, L. c. ἀπελθεῖν pro ἀπελθεῖν. quod etsi pro *incendi ac cremari* potest accipi; verius tamen esse ἐκπλεῖσαι, (quod habet c. P.) perspicitur e seq. V. 35, fortasse sing. numero legendum, ὃν τριβοῦνον καλοῦσι: vt parenthesis hæc non ad antecedens, sed ad sequens cōma feratur; hoc sensu; *notariis principis (quem tribunum vocant) aliquando præpositus.* erat enim notariorū vt schola, ita etiam tribunus, scholæ illi præpositus. ὕπαρχον si quis ibidem pro vrbano præfecto accipere malit, in Lat. textu, v. 39, legere poterit, *præfectique dignitate ornatus.* Seq. tamen pag. v. 22, Pompeianus præf. vrbis dicitur, idemq; non ὕπαρχος, sed τῆς πόλεως ὕπαρχος nominatur.

P. 816, v. 26, pro τύχῃ L. & P. hab. ἀρχῇ: nihil ad rem. V. 29, pro ἐποίει Leoncl. legit ἐποίησε, *fecit.* posset etiam ἐποίησε legi; vt mox v. 38 & 46. V. 35, L. & P. ἀπαιτήσονται: fortasse rectius, ἀφ' συνίστατ.

P. 817, v. 27, L. & P. ὅσον διαφθαρέντες: & mox 29, τὸ τι pro τῶν: & rursum 34, χρήματα pro χρήματα: corruptione manifesta.

P. 818, v. 9, Leoncl. legit συνειλεγμένοι, nom. casu: & mox ἀλώμενοι, *palantes, vagantes.*

P. 819, v. 6, pro εἰδὼς L. & P. perperam habent ἤδη. V. 20, inclusa ὡς, abest ab eisdem c. V. 27, Leoncl. l. τῶν δεδεμένων διὰ τὴν Στ. οἰκείωσιν. propius ad corrupta vestigia hæc accedit lectio, τῶν δεδεμένων διὰ τὴν Στ. γνῶσιν, *eorum qui ob St. notitiam vincti erant.* V. 42, inclusa, e P. c. addita, non probantur Leonclauio.

P. 820, v. 28, post τὸ δημόσιον P. c. habet χορηγοῦσι: quod etsi corruptum est, bonæ tamen lectioni aliquam præbet materiam, quæ est, καὶ τὸ δημόσιον χορηγίας: eo loquendi genere quo pag. præced. v. 29. In eodem c. δὲ post πολλὰ omissa, periodus hæc præcedenti annectitur, & v. 30 post ἀφαιρεθεὶς clauditur. V. 34, idem P. c. ὁ νέος δὲ, dempta principe syllaba Γε.

P. 821, v. 2, inclusa ὡς locum habere non potest; nisi mutatione in sequentib. facta legamus ὁ νόμος κρατεῖ. V. 5, L. & P. αἰτίχε). sed vel αἰτιᾶσθαι legendum, vel αἰτίομαι. V. 17, in P. c. scriptum διαβαρβάρους. quæ compositio qui ferri possit, non video. V. 25, pro πεπλασμένος L. c. margo habet προσποιούμενος. sed πλάσασθαι in simulandi signif. supra quoque vsurpatum & a Zosimo & ab Dione. V. 28, congruentius cū Leoncl. legemus δομεστίκων, *domesticorū*, vt supra 812, 39. V. 43, L. & P. τὸ μὲν δουλείαν: corrupte.

P. 822, v. 16, pro Βοιωτίας haud scio an rectius legerimus Παιονίας, *Pannonias.*

P. 823, v. 3, L. & P. ἐκεῖνοι: perperam. V. 32, fortasse rectius πτυχίας, opt. verbi modo.

P. 824, v. 8, L. & P. περὶ Κωνσταν. præpostere. Ab eisdem abest inclusa ὡς v. 14. V. 18, L. & P. Κωνστάντιον: perperam; vt patet e præced. V. 21, iidem l. στρατιώτης pro στρατεύμασι, vitiato & nomine, & nominis accidentibus. V. 39, iidem ἄνω pro κάτω, errore manifesto.

P. 825, v. 11, pro δὲ rectius leg. τε. V. 25, P. c. Κοττία, Ποττία, singul. numero: & mox plur. μαχίμας. V. 33, ante τρεῖς desideratur præpositio εἰς.

P. 826, v. 9, pro αὐτοῦ fortasse legendum αὐτοῦ, *ibi.* V. 18, inclusa ἐν, abest a m. ss. Seq. v. pro συνεστραμμένοι forsan diuise legendum συνιστάμενοι τοῖς. V. 32, pro τι P. c. habet δὲ. V. 35, P. c. sing. num. ἐν Ἰβηρίᾳ, vt mox v. 46. atque ita hac ipsa pag. legitur τὰ τῆς Ἰβηρίας, ἐπὶ τὴν Ἰβηρίαν, εἰς τὴν Ἰβηρίαν.

P. 827, v. 3, conuenientius καθ' ἑαυτοὺς, vel καθ' ἑαυτόν: cuius locutionis expositio est v. 10. Seq. etiam v. aptius ὑπακούοντα. V. 8, P. c. μιμούμενοι, masc. genere: per syllepsin siue synthesin. V. 11, L. & P. χαρίσασθαι, perperā. V. 46, rectius τὴν τε χώραν.

P. 828, v. 6, legi potest etiam ὑπὲρ ἄττων ἡμῶν: & v. 9, τῶν πάντων, i. πάντων τῶν πολιτῶν. V. 17, L. & P. ἀπεσπάσθαι, temp. aor. V. 29, aptius καθεζομένος, temp. præt. V. 30, inclusum ἦν, abest a L. & P. c. V. 32, fortasse leg. δύναιτο εἰς οὐ πάνυ, coniunctione in præpositionem versa. Ibidem mox L. & P. accus. casu habent πρὸς τι, parum congruenter. V. 40, pro μυριάδες Leoncl. mauult χιλιάδες. & astipulari videtur locus similis in superioribus 819, 12. Seq. v. manuscripti l. habēt πεντήκοντα: quod ferri nequit, nisi eodem casu legatur μυριάδων, seu χιλιάδων. Ibidem pro δὲ aptius legemus δή.

P. 829, v. 7, rectius τὸ τῆς ἑσπερίων βασιλείας, vel τὸ ἑσπερίας βασιλείας. V. 14, post ῥήματα in m. ss. libris sequebantur duo hæc commata v. 18, κωλύοντος δὲ πρὸς ὀργὴν Ἀλάριχ, καὶ δι' ἑτέρων τι προχωρεῖν μελλούσης. quæ transposita esse, recte vidit Leoncl. V. 16, ante βαρβάρους P. c. habet infin. χρῆναι, *oportere:* quod locum habere non potest, nisi in præcedentibus expungatur ὡς προσῆκε. V. 17, pro αὐτοῦ L. c. margo habet αὐτόν. posset etiam αὐτοῦ legi. Pro Κώνσταντι idem Leoncl. ibidem legit Κωνσταντῖνον. V. 33, L. & P. ἀποβουλεῦσαι, vitiato & modo & tempore. V. 43, fortasse rectius συναναλήσεσθαι, fut. tem.

P. 830, v. 12, L. & P. αἰτιάσασθαι, tempore aor. V. 43, P. κοινῶς, sine subscripto, lineola superimposita: quæ fortasse partim proprii, partim abbreuiati nominis est index. cū enim supra fere semper huic nomini perittosyllabam flexionem tribuerit, fortassis etiam hic Κώνσταντι scripsit. alioqui Dorica hic esset flexio pro communi.

P. 831, v. 15, Photii etiā tempore hic desiisse Zosimi exemplaria, patet e iudicio eius de Zosimo supra, 632, 13. vt dubium sit morte auctoris, an temporum iniuria suppressa sit historiæ continuatio.

IN IVLIANI CÆSARES.

Carolus Cantoclarus lectori S.

TOT tantisque mendis scatebat hic liber, studiose lector, vt mirum nemini videri debeat, si in prima editione nonnulla sint, quæ tu fortasse non probes. Quatuor omnino in manus meas exemplaria venerunt. Quorum primum cuiusdam

amici mei beneficio, quem hic nominatim certis de caussis appellare non libet, habui. Alterum, vir optimus & veterum auctorum studiosissimus Petrus Daniel mihi commodauit. Tertium vero, Petrus Pithœus Iurisconsultus doctissimus, & in restituendis antiquis auctoribus felix & ingeniosus, mutuo dedit. Quartum, ceteris sane non emendatius, nactus sum ex illustrissimæ heroinæ Catharinæ Mediceæ reginæ, tot potentissimorum regum genitricis, bibliotheca. Neque vero exemplaribus istis tantum confidi, vt non quamplurima immutarim, quæ vel sententiæ, vel Græci sermonis ratio non ferebat. Quod tamen parce & modice, nec nisi necessario, feci. Sed nec iudicio meo contentus, in cōsilium asciui Renatum Marchalum Boismoræum, virum vtriusque linguæ peritissimum, mihique a multis annis amicissimum; qui multos locos deprauatos restituit, & in aliis etiam restituendis me adiuuit, & confirmauit. Quorum omniū rationem reddere, & quædam obscuriora, quę hoc libro continentur, paucis explicare libuit. Tu vero operam nostram æqui bonique consule. Vale.

[Vncis quæ inclusa sunt in his Notationibus, a Sylburgio sunt inserta. quæ a non alio quam publicæ vtilitatis adiuuandæ studio profecta esse æquus lector intelligat. Meminit porro huius libelli etiam Socrates in Historia ecclesiastica; lib. 3, c. 1: his verbis; ἔγραψε δὲ ὁ βασιλεὺς Ἰουλιανὸς πλεονάζειν ἐν ἑαυτῷ τὸ κενόδοξον, πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ βασιλεῖς ἐκωμῴδησεν ἐν τῷ λόγῳ ὃν ἐπέγραψε Καίσαρας. & rursum, cap. 23, Ἰουλιανὸς γὰρ τὸ ἴδιον πάθος εἰς τοὺς Καίσαρας ἤλεγξεν, πάντας κωμῳδήσας τοὺς πρὸ αὐτοῦ βασιλεῖς, οὐδὲ τοῦ φιλοσόφου Μάρκου φεισάμενος. Et Zonaras tomo tertio, in historia Constantini; ὅθεν καὶ ὁ βίβλος Ἰουλιανὸς ἐν τῷ περὶ τῶν Καισάρων λόγῳ αὐτοῦ, ἀποκάλεσεν ὥσπερ εἰς τὸν εὐσεβέστατον τοῦτον βασιλέα, ... τὸ ... καὶ τὸ ... βασιλέως ἀγαθοῦ πυνθανόμενον· κἀκεῖνον πρὸς τὸ ἐρώτημα λέγοντα, Πολλὰ κτησάμενον ... Meminit & Suidas in collectaneis supra 876, 42: vt idē Cantoclarus adnotauit. Zosimum quoque aliquot in locis Iulianum esse secutum, supra semel & iterum notauimus; & plenius perspicient quibus vtrumque conferre libuerit.]

P. 832, v. 5, Totum hoc principium in omnibus exemplaribus erat perturbatum: nec interlocutorum personæ vlla distinctione notatæ. Nos, vt est, restituimus. V. 9, παίζειν περιφρικυῖαν, Bosmoræus ita interpretatur; res feriis ludos facere; vt & illud Luciani, ἡ δὲ τύχη παίζει τὰ τῶν ἀνθρώπων, fortuna ludos facit hominum res. V. 10, in exemplaribus Pithœi deest τὸ ψυχῆς. V. 12, ἀλλ' ἐμοὶ ... τὸ χρῆμα, mea ratio abhorret ab hac ratione; scilicet, otium, quod datur, nolo terere in rebus ridiculis. Nec enim reiicit honestam animi remissionem, aut relaxationem; sed eos reprehendit, qui putant animi remissionem versari in aliis deridendis, aut risu commouendo, atque huiusmodi nugis agendis: a quibus se maxime alienum esse dicit. scilicet Ciceronis illud probat; *Itaque cum sumus necessariis negotiis curisque vacui, tum auemus aliquid videre, audire, aut discere; cognitionemque rerum aut occultarum, aut admirabilium, ad bene beateque viuendum necessariam ducimus.* Ceterum hic in quibusdam codicibus legitur, ἀλλ' ἐμοὶ ... τὸ χρῆμα. [In vulg. lectione pro ἐμοὶ δὲ rectius fortasse legemus ἐμοιγε, deinde ... pro futuro etiam potest accipi; hoc sensu, *At mihi quidem certe non huc reditura esse res videtur; seu, non hunc habitura exitum, non hac successura via.* V. 19, pro ... potest etiam ... legi.] V. 23, in priori editione legi, ἀλλ' ἐγὼ δὲ πλάσμα λέγω Ἑρμοῦ: propterea quod sermo ex persona Iuliani haberi debere mihi videbatur. Verum omnium exemplarium consensus meam quidem sententiam inflexit, sed non omnino immutauit. [Si mihi quoq; meā de hoc loco sententiā licet dicere, interrogatio ista, v. 22, Τίς δὲ καὶ ποδαπὸς ὁ μῦθος; amici esse videtur: & in sequentibus responsio Iuliani, Οὐ τῶν παλαιῶν τις, ὁποίους Αἴσωπος ἐποίησεν· ἀλλ' εἰ τὸ πλάσμα λέγοις Ἑρμοῦ. itidemq; in Lat. textu, Am. *Sed quanam hæc & vnde petita erit fabula?* Iul. *Non veterum aliqua, cuiusmodi ab Æsopo sunt cōficta: sed si quod Mercurii figmentum dicis.* (i. sed, si ita nominare lubet, Mercurii figmentum) *ex illo enim quæ audiui, tibi referam.* V. 25, auctor fortasse scripsit, ἀληθῶς οὕτως ἔχει, *vere sic habet, vere ita est.*] V. 27, νυνὶ γὰρ ἴδιον. V. 18, ἀλλ' ... [V. 37, sunt qui scribant ..., hoc sensu; *vt quæ diuina fama, seu diuino responso, de eo sic cognouerimus.* Responsum autem hoc diui Romuli de se, refert inter ceteros Florus 381, 29: & ex Floro Iordanes 634, 8. Lat. t. v. 47, Gr. lon. *Cæsaræ cœnare visum est.*]

[P. 833, v. 6, articulus τὸ abest a vulg. exempl. Seq. v. q. c. ... corrupte. V. 10, forsan conuenientius ἐκ τῶν μεταλλευομένων: vt sit, *e natura eorum quæ de metallis solent erui.* qua signif. supra quoque legitur hoc verbum 801, 22.] V. 15, Quid si μεῖζον ἤ ... ? vt R. M. Bosmoræus legit: & paulo post pro ... Et seq. v. ... [Vulgata scriptura ferri potest, sed v. 17 eadem parum recte habebat ἔχ' οὕτω, *non sic.*] V. 19, q. c. ... [V. 23, congruentius indicatiue legemus, ... *habebat quisque.*] V. 40, q. c. μή τινος: [& seq. v. congruentius fortasse ...] Ibid. in illis, ..., alluditur ad Homeri versum, Iliados φ, vsurpatum etiam a Domitiano Imperatore in eo libro quem ad amicum quendam de Capillorum cura conscripsit; teste Sueton. in Domit. cap. 18. [Lat. t. v. 1, ital. Gr. *Quatuor igitur lecti admodum decori, posi i erant maximis diis: ac Saturni quidem lectus, erat ex ebeno nitente, itaque nigredine sua ingentem ac diuinum splendorem occultante.* V. 17, *in aureis thronis.* V. 19, *Dearum autem pulchritudinem neque ille oratione persequebatur; (maiorem esse dicens, quaque mente dumtaxat contemplabilis, auditu aut verbis adiri facile vel commonstrari haud posset) neque ullus, quantumuis laudetur, tanta est vocis magnitudine, vt dicendo exprimat magnitudinem pulchritudinis quanta e dearum istarum aspectu relucet.*]

P. 834, v. 2, Silenus caluus fingitur. ideo similitudo Cæsaris cum Sileno, ad caluitium referenda est, non ad ludentem Silenum. parum enim recte quidam post παίζοντος interpungunt, luxata & structura & sententia. V. 6, rectius γνόμενος, præs. temp. V. 8, q. c. καὶ χαίρω, sing. num. De seq. vide Sueton. in Augusto cap. 29. V. 14, χρυσὸν ἄπεφθον, *aurum obryzum.* [V. 15, ὁ Ζηνῶν, si auctoris est scriptura, Attice vsurpatum pro comm. ὁ Ζήνων.] V. 19, q. c. αὐτῶν pro αὐτοῖς: & seq. v. ... V. 22, q. c. ..., corrupte: & seq. v. ... non male. ac rursum v. 24, ... V. 25, qui citatur versus, Homeri est, Iliad. π. Seq. v. rectius αὐτὸς αὐτοῦ φαίνεσθαι ... V. 28, post ... puto tollendam virgulam, & post ... adhibendam; hoc sensu; *Hic senex satyrus me perterrefacit.* Vocat

enim

enim Tiberium per cōtumeliam senem Satyrum, propterea quod, prouecta iam ætate, salacissimus & impurissimus fuerit. Sic enim Suetonius; *In siluis quoque ac nemoribus passim venereos locos* [seu lucos] *commentus est, prostantesque per antra & cauas rupes, ex vtriusque sexus pube, Paniscorum & Nympharum habitu: palamque iam & vulgato nomine insulæ abutentes Caprineum dictitabant.* V.30, q.c. προβάλλοιμι, *vt in medium adferrem, proferrem.* V.32, pro ἠργάζεσθαι lego ἠργάσασθαι. Tiberium porro aures amputasse grammatico, nusquam legere memini; & opinor nullo in auctore haberi. Itaque in prima editione ἠργάσασθαι interpretatus sum *male mulctasse*; deinde τῷν, *hoc nomine*, supple κατὰ, aut διὰ: hoc sensu; Tiberium grammaticū quendam, quia præmeditata (quæ πεφροντισμένα Græci vocant) locutus fuisset, male mulctasse. Historia est de Seleuco grammatico apud Suet. in Tib. cap. 56. Sed cum a Græcorum verborū significatione hæc interpretatio paulo alienior esset, ab ea discessi; meque ad eam quæ propius Græca verba adæquaretur, retuli. De hac te tamen lectorem admonendum putaui. Hic locus in omnibus exemplaribus, præterquam in exemplari Pithœi, erat corruptus. V.33, ἄθλιον) Αἴλιον. [vide Sueton. cap. 60.] V.40, μυλακῶν δίδων τ Κλαυδίου: Nonnulli hæc cōiungunt cum præcedentibus, & orationem post Κλαυδίου puncto claudunt. Eum etiam αὐτὸ τὸ δῆμου vertunt *ex persona populi.* Quæ interpretatio & lectio, meo quidem iudicio, ferri nō potest; quia initium illius comœdiæ, vbi Demosthenes loquitur, non δῆμος, non adulationem, sed deplorationem & cōtumeliam aperte continet. Sic enim ille;

Ἰατταταιὰξ τῶν κακῶν, ἰατταταῖ.
Κακῶς Παφλαγόνα τὸν νεώνητον κακὸν,
Αὐτοῖσι βουλαῖς ἀπολέσειαν οἱ θεοί.
Ἐξ οὗ γὰρ εἰσήρρησεν εἰς τὴν οἰκίαν,
Πληγὰς ἀεὶ προστρίβεται τοῖς οἰκέταις.

quasi dicat, *Heu mala & calamitates! Dii male perdant hūc sceleratum Paphlagonem recenter emptum. Ex quo enim in domū malo fato intrauit, semper plagas inurit & inenit domesticis.* Notat Claudium; quod ita addictus fuerit suis libertis, vt se ministrū eorum, non principem, gesserit. Sed & fere omnes ex sua familia, & sibi affinitate cōiunctos, occidit, Appium & Lucium Silanos; hunc generum, illum consocerum; Liuios, & Pompeium alterum generum. Atque adeo cum vocat μύκητα, quia boletorum & eiusmodi ciborum erat auidissimus: Græci καταχύσματα vocant: quibus οἱ νεώνητοι pascebantur. Vide Ammonium. Quæ vero sequūtur apud Iulianum, specie ipsa adulationem, sed reuera mordacem ironiam continent.

P.835, v.4, μικροῦ δεῖ, ἄφωνον & ἄψυχον. cui lectioni consentit nostra versio: aut μικροῦ δεῖν ταῖς ἄφωνον & ἄψυχον. V.8, q.c. ἀποπαρασθέντα: & fortasse rectius. V.12, σωὶ τρίχαν. V.16, ἀνακτόρων. Et mox, & ὁ Ζεὺς] & θεός. V.17, q.c. Σάραπι. Eum alii Iouem; (& ideo hic fortasse Iouis frater) alii Nilum, alii Iosephum, alii Apidem, quasi σορὸν Ἄπιδος, esse volunt. Vide Suidam in dictione Σάραπις. Ibid. q.c. Βεσπασιανόν: & seq. v. σμικρολόγον. V.21, τῆς Ἀφροδίτης τῆς πανδήμου: alludit ad id quod Suetonius ait, *Titus cognomine paterno, Amor & deliciæ generis humani.* V.22, q. κλοιοδέτην vno verbo, iuxta Phalaridem *ferreis vinculis vinctio*, aut *supplicio afficito.* [Sed ea cōpositio est valde insolens.] V.25, χρηματίσει δικαιοῦντος: hæc in solo Pithœi exemplari repetiuntur, a reliquis absunt. [Ibid. vsitatius ἡλίκον ὤπω, accus. casu.] V.28, αἰσχύντης] ἀσχήμονος: & mox φοινικοῦς: quod ferri potest, siue ad id referas quod Domitianus vultu ruboris pleno fuerit, vt apud Sueton. in eius vita cap.18: siue ad id quod sanguinarius (eo enim verbo vtitur) fuit. V.40, μετ' Ἀντινόου] μετ' αὐτοῦ τινα. Ceterum nota est Antinoi historia ex Dione in Adriano 356, 17. [Lat. t. v. 1, Gr. lon. *Sed vade, inquit; accersendos eos cura; &, si libet, vxorem quoque Messalinam. Sine iis enim hoc tragœdia satellitium propemutum & inanimum est.* V.27, *Post hos accessit senex asp.* V.32, *Eum veneritus Silenus.* V.43, *Eo viso Silenus, & latere simul & audiri cupiens, Tempus nunc domino Ioui, inquit, videre vt ipsi custodiatur Ganymedes.* V.46, *tum cetera, tum & musicam factitans.* V.50, *a delirio illum & futilitate desistere faciat.*]

P.836, v.3, quod Iulianus inquit, τὰ κύμινον διαπρίοντι, Græci vno verbo vocant κυμινοπρίστην, *cumini sectorem.* Vide Aristot. Eth. lib. 4, cap. 1: & Athenæum lib.7. [V.5 & 7, Verus pro Marco Antonino positus: vt alibi quoque adnotaui. V.10, q.c. τὸ δὲ. sed dandi casu τῷ δὲ postulat præpositio σὺν in sequenti participio συνεπιπλουμένῳ. Gener autem Marci intelligendus Pompeianus: de quo præter Dionem Herodianus meminit 469, 30.] V.17, ἴσως δὲ καὶ συνωμότην] τάχα δὲ καὶ πονηρότερον. V.20, χαριέστατε] αἰνίσσῃ. V.21, ἐδόκεις] δοκεῖς. quæ lectio mihi videtur rectior. Nec enim quisquam auctorum absolute Pertinacem conscium cædis Commodi fuisse dicit. Sic enim Capitolinus; *Tunc Pertinax, interficiendi Commodi conscientiam delatam sibi ab aliis, non fugit.* Itaque si legas δοκεῖς, ita interpretator, ὅσον ἐπὶ τῆς σκέμμασι, *saltem animo & cogitatione.* [V.22, ὡς ad remotius ἐπιβουλῆς refertur. si ad propinquius σκέμμασι referre malis, legendum fuerit οἷς. Sequenti versu κολαζόμενος, si mendo caret, significabit ἐν τῷ κολάσαι, *in pœnis sumendis.* Posset etiam legi καὶ κολαστικός, *& ad pœnas imponendas pronus.*] V.26, τὰ παιδίσκια] κατὰ τὰ παιδίσκια, hoc sensu; *vt vero Seuerus se coniunctūrus fuit cum filiis.* [rectius, opinor, & τὰ παιδίσκια: i. *cum vero etiam filii cum eo intraturi essent.* Sic pro ἐκεῖσε v.29, aptius legemus ἐντεῦθεν, *exinde.*] Ibid. q.c. φυγὰς μαινόμενος. Nam & exul quoque Macrinus fuit. Sed quod in versione σοφὸς verti *cautus*, id quidem ei conuenire potest propter eius astutiam in celanda nece Caracallæ. Verum verti etiam potest *sapientem*. Nam & doctrinarum studiis floruisse dicitur. Sic enim Capitolinus; *Macrinum, libertinum hominem, prostibulum seruilibus officiis occupatum in domo Imperatoria, venali fide, vita sordida sub Commodo, a Seuero remotum etiam a miserrimis officiis, relegatumque in Africam: vbi vt infamiam damnationis tegeret, lectioni operam dedisse, egisse causulas, declamasse, ius postremo dixisse.* V.31, q.c. σεβῆρος Ἀλέξανδρος: quia etiam Alexander Seuerus appellatus est. V.37, q. ὅπως τῷ δίκη: [sensu non malo, *Sed ego (inquit) Iustitiæ omnes illos puniendos tradam.*] Et seq. v. μεταχειρίζεσθαι τούτων. phrasi parum vsitata. Lat. t. v. 1, Gr. s. *Post hos intrat vir temperans, non in venereis rebus, sed in resp. administratione.* Et mox, *Papa quanta minutiarū rimatio!* nam σμικρολόγοι dicuntur qui etiā minutissima quæq; ad calculum reuocant, exactissimi etiā minutiarum cōputatores seu collectores. V.38, *Cum autem & filii cum eo intraturi essent, eminus eos Minos prohibuit.* seu e longinquo, longo adhuc spatio remotos ab hoc consortio.]

P.837,v.3, Versus Euripidis ex Phœnissis. V. 5, si velis, ita verte, *Aurũ hic gestans delicatur more puellæ*; vt exprimas verbum θρύπτει. V. 6, q. οὕτω δὲ ὁ Ζεὺς ὥσπερ τ' ἐκεῖνο φησὶν ἐξεβάλλετο. Aut, οὕτω δ' ὁ Ζεὺς ὥσπερ τ' ἐκεῖνο φησὶν ἐξέβαλε siue ἐκβάλῃ. V.15, q. ἦλθε δὲ, ὁ ἐμοῦ δίκαν. Aureliani mater erat sacerdos templi Solis: & magnificum templum exstruxit Soli Aurelianus, postquam factus est Imperator. Vide Vopiscum in vita Aureliani. V.20, ἑβδομήκοντα πόλεις ἀνασώσας. At Vopiscus nõ instaurasse, sed recepisse, in vno loco sexaginta, in alio septuaginta vrbes: &, si Græca dictio ἀνασώσας ferre potuisset, *recepit*, aut *ab hostium captiuitate vindicauit*, vertissem. [In eodem loco, vt structura sibi constet, ante ἑβδομήκοντα inserendũ relatiuum ὅς: & seq. v. pro οἰκονόμενοι reponendum participium οἰκονομοῦντας.] V.23, τοὺς φονέας: Posset hic locus ita verti, Probum sicarios vel interfectores principum, scilicet Taciti & Aureliani, supplicio affecisse; de qua re vide Zosimum lib. 1, & Vopiscum in Probo. Ceterum ad nostram interpretationem facit, quod idem Vopiscus ait in Caro, Carum Probi mortem acerrime & constantissime vindicasse. V. 38, ἐμαυτὸν) ἵεσαν. [vt ἵεσαν ἐμοὶ parentheticω̃s sit, *meo quidem iudicio*.] V. 41, præter Græca addidimus, *lenibus nonnumquam miscere*: quæ tollat qui volet. Deinde ἔτι διαλεγομένων: *cum adhuc illi inter se colloquerentur*. [Lat.t.v.18, sic etiam reddi Gr. possunt, *multa namque iniustarum cædium ei mouebantur lites; maleque causam defendens, reus agebatur*.]

[P.838, v.1, inclusa ἐς, aut irreptitia est, aut pleonastica. Et seq. v. fortasse scrib. εἰσφρεῖν, i. *inferre se, ingerere se*.] V.16, q. c. παρῆσαν pro παρῆσαν. V.21, al. παρεσφρεῖ. V. 34, διαπτηνᾶς, supple ἢ παραγενομένη: al. διαπτερῶσαι. [verius esse postremum διαπτερῶσαι, declarat in seq. ἀποπτερῶσα, v.41, & pag. seq. v. 15: atque adeo ipsum examẽ quod prolixe deinceps pertexitur.] V.41, q. ἀποπτερόμενοι: [vt pag. seq. v. 15. Lat.t.v.43, Gr. son. *Cum porro hic esset cœna apparatus, dii quidem nihil desiderabant; quippe quibus suppetunt omnia: sed Mercurio videbatur de ipsis heroibus seu diuis fieri periculum. neque ab hoc I.* Et v. vltimo, *cum enim commune de viris periculum facere instituerimus, præstantiore carebimus?*]

P.839, v.1, δέομαι δεῖ] προθύμως δεῖ. hoc verbum absolute positum, pro κρίσιν προθήμαθα, *iudicium proponimus*, mihi insolens visum est. Itaq; δέομαι δεῖ, quod in duobus exemplaribus inueni, legere malui. V. 4, de Caracalla loquitur. V.9, πλανωμένοις] q.c. πανύχαστι, a πάχω. V. 15, λέγω] λίαν: & v. 17, ἔχοντες, in subiunctiuo. V.31, q. σημεῖον, ἰχνῶν τὸ παρεσόμενον. [Lat.t.v.10, rectius *ne non hi omnes*. V.32, *vehementer angi*. V. 37, *qui eum qui plures retulit palmas, superauerit, vno isto superato, nihilominus etiam illos superasse videtur, qui cum ipso quidem non sunt colluctati, sed ab eo quem ipse superauit, sunt deuicti*. V.47, *purissimi luminis*. V. vltimo, *Quibus negantibus*: ad verbum, *Qui cum dixissent* NON.]

P.840, v.1, q.c. εἰσάγομεν. [V.6, pro corrupto ἱεσα legendum ἱκανῶς, vel simile quid. V. 10, rectius Οὐ μὴν: & v. 14, προάγειν, *producere*.] V.18, q.c. ἀλλ' ὅπως μὴ νομίζοντες. [V.20, pro ἀναβοῶσι rectius fortasse legemus ἀνασπῶντες, vel etiam ἐκφρέοντες, extorhendi & exhauriendi significatione. V. 26, aut ἱκανόνως legendum, aut ἱκανῶς, vt pag. seq. v.4] V. 27, præconia versibus fieri solita, indicat Lucianus in Ioue Tragœdo, his verbis; ἀποσιωπᾶν φησὶ δεῖν τὸ κήρυγμα μέτροις εἶναι, καὶ μεγαλοφωνίᾳ πολλῇ, ὡς μᾶλλον συνέλθοιεν. Sed præconium quod apud Lucianum eo loco habetur, versibus hexametris constat; hoc vero, versibus anapæsticis, opinor a variis auctoribus desumptis, & a Iuliano ad suum propositum accommodatis: quod Græci παρῳδεῖν dicunt. Nam est versus, scilicet τὸ πολέμοισι δάϊον ἔγχος: quem obseruaui ab Euripide desumptum. Nec omittendum, plerosque in ea esse opinione, vt hi anapæsti, non quatuor cõstantes pedibus, sed duobus legi debeant, hoc modo:

Ἀρχὴ μὲν ἀγὼν	Θέμενοι βιοτῆς,
Ὁ τῶν καλλίστων	Οἷς τ' ἀντιβίους
Ἄθλων ταμίας·	Κακὰ πόλλ' ἔρξαι,
Καιρὸς δὲ καλεῖ	Καὶ χρηστὰ φίλους,
Μηκέτι μέλλειν·	Τερπνὸν ἐδόκου
Ἀλλ' ἀκούοντες	Νενόμικε καλοῦ
Τὰν ἁμετέραν	Τέλος, οἱ δ' ἔτι
Κάρυκα βοὰν	Τ' ἀπολαύειν ἔχειν
Οἱ πολλοὶ βασιλῆες,	Τέρματα μόχθων,
Δυναστεύσαντες	Δαίτας τε γάμους τ'
Ἔθνεα πολλά,	Ὄμμασι τερπνά,
Καὶ πολέμοισι	Μαλακάς τε σιρῶν
Δαΐον ἔγχος	Ἐσθῆτας, ὁμοῦ
Θήξαντες ὁμοῦ	Λιθοκολλήτους
Γνώμης τε μέγαν	Περὶ χεῖρας ἄκρας
Πινυτόφρονα νοῦν,	Ψελλίοισι, φάνη
Ἴτ', ἐς ἀντίπαλον	Μακαρεῖς τοῦτον·
Ἴσχοντε κρίσιν·	Νίκης δὲ τέλος
Οἵ τε φρόνησιν	Ζηνὶ μελήσει.
Τέλος ὀλβίστης	

[In quibus anapæstis cum τέρμα & τέλος durius copulentur, pro τέλος reponi posset ἐμοί, id est ἐμοί. Lat.t.v.18, Gr. son. *dicendi blanditias*. In anapæstis versio est liberior. clausulæ sensus esse videtur; de victoriæ exitu parũ solliciti, omni eius cura in deum reiecta]

[P.841, v. 7, inclusus articulus τῷ expungendus videtur: & v.9 pro δὲ aptius legetur δή.] V.17, αὐτὸ τετραχίλιον. Sic Dionysius Halicarnass. lib. 2 Antiquitatum Rom. *Ceterum numerus colonorum missorum, magnus a principio, ad paruum redactus est; tria milia peditum, trecenti equites*. [V.19, fort. leg. ἔθνη παλαιά, *gentes prisca*: & seq. v. θεοῖς δὲ ἐκεῖ. V.31, vulg. l. τοῦ Δαρείου: corrupto articulo.] V.32, ἐν τῷ Καρῶν μοίρα] Erat ignobile militum genus; Calones nempe. Vnde prouerbium, *in Care periculum*. V. 35, ἐπείξαντα] q.c. ἐπείγοντα. Seq. v. Ἰταλὰς deest in vno exempl. [Lat.t.v.8 rectius *elatiorem seu turgidiorem*. V.40, *Pugnacissimas sane illarum gẽtium quæ Dario ante paruere, Carum loco Pompeius in exercitu habuit; ex Europæis autem eos qui Asianos bellum inferentes multoties profligarunt; & horum ipsorum fortissimos, Italos, Illyrios, Celtas*.]

P.842, v.4, Ἰβήρων] al. Ἰβηρίων, aut Ἐδούων: quæ lectio satis mihi probatur. Reliqua, quæ sequuntur, nota sunt ex Commentariis Iulii Cæsaris, & Plutarcho in Iulio. [V. 22, ἔτι interrogatiue accipiendũ pro τί, vt δίον sæpe pro διὰ τί. Quamquam fieri etiam potuit vt prior huius vocis syllaba ε, perperam e præcedentis fine repetita fuerit.] V.28, χρῆναι ἢ ποιοῦντα] al. χρῆναι ἢ ποιοῦντα: aut, ἢ ἐᾶν τι λέγω. V. 31, τῷ λέγειν ἐξημελημένα] al. ἐξημελημένα. Fortasse non vult dicere, Cæsarem minime facultate dicendi valuisse: (nam & inter oratores sui temporis est habitus, teste Cicerone in Bruto) sed, ad dicendum præmeditatum non accessisse. [Lat.t.v.1, Gr. s. *Idque factum meum fortasse admirationem meretur: & hæc audentia per se ipsa admirationem postulat: sed multo illud maius, me primũ e naui exscensionem fecisse.*

fecisse. V. 22, *Ægyptum dumtaxat aspectans praeteriuit.* V. 36, *ego vero urbes a ciuibus exustas restitui.* Graeca vox οἰκείων, ambiguum est significet ne *a suis ciuibus*, an *a meis ciuibus*. Posteriori expositioni fauent quæ de Carthaginis & Corinthi restitutione narrantur a Dione supra 157, 29.]

P. 843, v. 6, ἀκροώμενος. sic & Plutarchus: sed Suetonius, *animaduersa Alexandri Magni imagine*; cap. 7 in Iulio. [Pro ποτὲ ibidem rectius legemus ποτὲ, *aliquando*.] V. 8, μέγας ἐπίκλην] al. μέγας ἐπώνυμα, *Magnus cognomine.* V. 11, ὀνομαστότερον] al. ὀνομαστοτάτων. V. 14, Κράσσος & Λεύκιος] al. Κράσσου καὶ Λευκίου: scilicet Crassum & Lucium Gellium innuit. Vide Plutarchum in Crasso, & Appianum Bell. Ciuil. 1. V. 19, μείονα] al. μείζονα, hoc sensu, (vt in prima editione vertimus) *quonam eorum qui ante ipsum fuerunt, maiorem?* V. 21, ἢ τοῦ περὶ τὸν Κυρῖνον ὄντος] al. ἢ τοῦ περὶ κινδύνου. nam κινδύνου, (vt in quodam exemplari legitur) minime mihi ad sententiam congruere videtur. V. 25, ἐπιχεῖρον: q. c. ἐπεχείρει: [minus recte. V. 31, post λέοντας desideratur κακτημένος, vel ἀνδρεῖος, πανοῦργος, aut simile quid.] Ibid. προσῆλθεν] alias προσῆλθον. V. 34, ἐν γὰρ ἐκείνῃ] de pugna ad Dyrrachium commissa, vt lego, loqui videtur. Ibid. γεγονὼς] γέγονας. V. 36, ἡττήθη] sed sensus, ita legendo, constare (credo) non potest. V. 38, τρίβειν τὸν πόλεμον, ὑπερείδετο τὴν μάχην] in prima versione ita transtulimus, *siue, quando oportebat bellum ducere, prælio congressus est.* Atque hæc interpretatio magis sententiæ & historiæ conuenit, quam Græcorum verborum propriæ significationi. Certum enim est ex Appiano & Plutarcho, & reliquis auctoribus, Pompeium non prudentis ducis officio functum, qui pugnandi copiam in Pharsalia Cæsari fecerit; cum Cæsar in his locis esset, in quibus penuria rerum necessariarum facile opprimi posset. V. 43, ἐνίδρυσεν] ἐνίδρυσαν, aut ἐνίδρυσαι. [Lat. t. v. 14, Gr. son. *Triumphum enim de Afris actum, rem haud magnam, celeberrimum fecit consulũ eius temporis segnities.* V. 26, *ad hunc Romulum assidet; quippe cuius urbem pene collapsam restituit.* qua de re vise Eutrop. 69, 23: & 70, 11. Et mox, *sicut in ædificiis ac structuris publico sumptu factis, accidit vt per alios fundatis & consummatis, alius magistratus pariete paullum dealbato, suum inscribat nomen; sic illorum nomina alienis factis sunt inscripta: sed—* V. 47, *seu quod suos regere non potuit; seu quod, cum terendum esset bellum, pugnam non distulit, nec victoriam persecutus est; sua ille c.* qua de re Dio supra 151, 3.]

P. 844, v. 15, πολεμωθέντας] q. πολεμηθέντας. V. 18, ἡνίκα ἤκμαζε] ἡνίκα οὐκ ἤκμαζε, *afflictis etiam Græcorum opibus*; vt in prima versione. V. 30, παρὰ σοῦ] q. περὶ σοῦ. [Seq. v. post πρὸς τούτοις fortasse πολεμίους deesse videbitur alicui. sed forsan legendum potius πρὸς τούτοις, *præter hos.*] V. 34, ὑμνηθέντων] q. c. ὑπομνηθέντων, ὅμως δὲ— [Lat. t. v. 29, Gr. son. *hostes autem vobis postea quibuscumque de caussis factos, non citra periculum in dicionem atque obœdientiam vestram redegistis. Si ergo circa senectutem (vt recte aliquis dixerit) Græcia, nõ vniuersa illi, sed parua dumtaxat gente, quæ, cum Græca natio floreret, ne nomine quidem nota erat, prope dixerim vix par es fuisti subiuganda: quid vobis factum fuisset, si vigente florenteque Græcorum concordia, cum ea natione bellum vobis gerendum fuisset?*]

P. 845, v. 11, ἔλαςον] q. c. ἐλάσσων: corrupte. Ceterum vide Suetoniũ in Augusto, cap. 16. [V. 20, rectius ἄκνον.] V. 23, ἐμαυτῷ] q. ἐπ' αὐτοῦ: & ita lego. Quantum ad ea quæ sequuntur de Athenodoro, vide Plutarchum in Apophthegmatis, Suidam in dictione Ἀθηνόδωρος: Zosimum lib. 1: de Arrio, Plutarchum in Antonio, & eundem Iulianum in epistola ad Alexandrinos, quæ & a nobis edita, & in Latinum versa est. V. 34, eadem Suidas, & Zosimus [731, 23. V. 41, rectius βεβλαστῆσθαι, inserto ε. Lat. t. v. 8, Gr. l. *si vero eos vlciscerer qui assiduis simultatibus atque offensionibus, tamquam honorifico studio, belle sibi placent, nihil me iniusti facere putarÿ.* V. 13, *eique minus æqua admissus est, cum ob temporis angustiam, tum alioqui ob recordationem superbiæ qua ille aliquãdo erga deum vsus fuerat.* qua de re vise Sueton. 21, 16.]

P. 846, v. 6, παλαιούμενοι] Antonium notat. V. 12, δυνάμενος λέγειν, in omnibus exemplaribus ita legitur: sed Græce dici δυνάμενος λέγειν vix puto: mallem δεινός. [ferri tamen id loquendi genus ita potest, vt mox v. 22, οὐκ ἦν ἔξω τοῦ δύνασθαι ῥητορεύειν, *non destituebatur dicendi facultate.*] V. 14, Σύρας fuit Traiani quæstor: cuius consilio rempublicam, & maxime quæ ad togam pertinebãt, administrabat. Vide Dionem in vita Traiani. V. 27, προσβάλλειν] q. προσλαβεῖν. [Ibidem ante ὑπὸ desideratur articulus τό. Nec inepta fuerit hæc membri lectio, μόνος πρὸς τὸ ὑπὸ τὸν Ἴστρον ἐπέκεινα προσβάλλειν ἔθνη: vel, μόνος τοῖς ὑπὸ τὸν Ἴ. ἐπ. προσβάλλειν ἔθνεσι. V. 30, pro τῶν requiritur potius relatiuũ ὧν] De Zamolxide ibidem vide Suid. in dictione Ζάμολξις & Ὦχος. V. 32, dubium non est legendum οἱ τὰς ἀποδημίας ἀπομένουσι, non ἢ: nam alioquin sensus constare non potest; quamuis in omnibus exemplaribus ἢ legatur. [Legi etiã potest εἰ, *si.* sed & Parthos, teste Amm. Marcell. 420, 13, ita iuuerunt certamina & bella, vt inter alios omnes beatus fuerit habitus, qui in prœlio fudisset animam.] Ibid. ἀπομένουσι] rectius al. ὑπομένουσι. V. 36, περὶ πάντων] περὶ πρωτείων. [Lat. t. v. 9, Gr. son. *alii vero, etiam bello petiti, se tot.* V. 18, *Is vero, licet dicendi facultate pollens, tamen præ ignauia (vt qui maiorem scriptionis partem Suræ pro se committere soleret) resonans potius quam loquens, deis Geticum & Parthicum tropæum ostendebat.*]

P. 847, v. 8, ἀρχομένῳ] ita legendum est, non ἐρχομένῳ: q. c. ἐχομένῳ. [ἐρχομένῳ ferri eo modo potest quo supra 659, 31. Alioqui etiam ἔρχομαι λέγειν significat *ad dicendum venio* seu *accedo.*] V. 18, λέγουσ', & cetera, versus Euripidis, citatus a Plutarcho in lib. περὶ τῆς ἀδολεσχίας, & περὶ τῆς φυγῆς. [V. 21, structura constabit melius, si pro ἀποβλέποντων reponamus ἀπέβλεπον. alioqui redditio sexto abhinc versu quærenda fuerit, & quidem cum mutatione, πάρειμι δὴ εἰς. V. 24, post τὸ γῆρας desideratur αἰδοῦ, vel simile quid.] V. 26, φόρους γὰρ ἔταξε] Pagani Constantinum insectãtur, quod se ad Christianam religionem contulerit; & tria præcipue illi vitio vertunt, quod ab Ægypto episcopo persuasus, vt expiationem cædium vxoris & filii consequeretur, Christianam fidem fuerit amplexus; quod chrysargyron (tributi genus est) instituerit; & quod imperii opes in luxus profuderit. De his vide Zosimum lib. 1: Euagrium lib. 3, cap. 39. Itaque in prima versione interpretatus sum φόρους ἐπηλλάχει, *tributa instituerat*; de chrysargyro nimirum locum intelligi volens. Putabat Marschalus πλεῖν hic significare ἀναλίσκειν, *consumere*: vt sit, *tributa consumpserat.* sed vt vulgarem verbi πλῶ (quod est *pendo*) significationem sequerer, duabus potissimũ de caus-

sis sum adductus: primum, propter ὥσπερ, quod actum non perfectum denotat, id est *quodammodo.* at chrysargyron instituit Constantinus, non fere, sed omnino: eaq; institutio vsque ad Anastasium secundum durauit; auctore Euagrio. Deinde certum est ex Zosimo, Constantinum barbaros ad suum auxilium, & suarum partium præsidium acciuisse, hisque stipendia toto imperii tempore dedisse: quod est fere illis tributa pendere. V. 28, lege ἀεὶ τὰ αὐτῆς. nam αὐτὸ subsistere non potest. [ferri αὐτὸ poterit, si aduerbialiter accipiatur pro *istic.*] V. 29, αὐτῇ] q.c. αὐτίκα: & seq. v. πεζὰ πεζεύεις] δίκας. V. 29, τερατευόμενος] τερατευόμενος. [Lat. t.v. 11, Gr. son. *paradoxis & prodigiosis* (seu *portentosis*) *opinionibus.* V. 17, *ipsi mihi litem pro merito æstimate*; seu, *vestro arbitratu quod meritus videbor adiudicate*]

P. 848, v. 3, Ἀδώνιδος κήπους] sic Suidas; Adonidis horti constabant lactuca & fœniculo, quæ in testis serebant. Vtuntur prouerbio de rebus immaturis, aut intempestiuis & leuibus, non radicatis, non diuturnis, & in superficie tantum hærentibus. Vide Athenæum lib. 4, cap. 8: & Arriani Epictetum. V. 13, καὶ πάντων αὐτῶν καλλιθεῖσα] alias καλλισθεῖσα. V. 15, ἔλεγξα] ἔλεγον: & mox ἔδοξεν] ἔδοξαν, *decreuerunt.* [V. 26, non minus apte legerimus σοφισματωμάτων: vt intelligantur captiones sophisticæ, quales in disputationibus interdum adhibentur. Seq. etiam versu legi potest ποιεῖ: vt cetera hic verba indicatiue sunt posita.] V. 30, τῶν διαλεκτικῶν κιγκλίδων] κιγκλὶς est θύρα τοῦ δικαστηρίου. sed κύκλων fortasse legendum. κύκλοι enim sunt argumentationis dialecticæ genus. [κιγκλίδων si vera est lectio, pro tutaminibus seu obiicibus poterit accipi: sicut videlicet cancelli tutandi gratia solent obiici seu opponi. V. 41, rectius fortassis ἡμῶν, *nobis.*] V. 42, ἰδὼν δὲ] q c. διδοὺς δὲ. [Lat. t. v. 20, verti etiam potest, *grato in ipsum animo.*]

P. 849, v. 5, Homeri locus qui citatur, est Il. χ. V. 7, πῶς σοι γε ἰφθῖμε] al. ἰφθῖμε ... [corrupte. Ibidem post μικρὸν subaudiendum δυνατὸν, ὀλίγαμον, vel simile quid.] Euripidis versus, qui citantur ibidem, desumpti ex Andromacha. [in quorum priore côcinnior erit metrum, si per apostrophum legamus καθ' Ἑλλάδ'] V. 17, ...] alias ... V. 20. fortasse παλμικὴν δυνάμει ... [V. 30, pro δὲ malim τι.] V. 36, ...] nos ... restituimus.

P. 850, v. 3, Plutarchus in Apophth. diuerse a Iuliano hoc refert: scilicet Octauianum precatum fuisse nepotibus beneuolentiam Pompeii, virtutem Alexandri, & suam fortunam. V. 7, q.c. δείγματα: nos δίκαια nisi forte quis δείγματα interpretari velit *imperfecta, impolita,* simulacra, opera. Seq. v. ...] vide Suidam in dictione ...: & hoc loco etiam nonnulli pro σωτῆρων, legunt ... sed prius melius. Deos enim salutares & tutelares Cæsares existimabant, vt Iulium, Augustum, & reliquos. Tacitus lib. 1 ab excessu Augusti; *Tua Diue Auguste, cælo recepta mens,* & cet. Quin & reges & principes σωτῆρες dicebantur. Cic. in Verr. 4, *Itaque C. Verrem non solum patronum istius insulæ, sed etiam σωτῆρα inscriptum vidi Syracusis.* sic & Antiochus σωτήρ. quid si ironice ἴσως intelligas? V. 16, existimo legendum, ... *cur igitur ignobilissimis vos perturbationibus succubuistis? Ille enim*- [Si post οὐ ... addatur καὶ, non incommoda efficietur sententia, hæc; *Immo in etiam a magis degeneribus te vinci passus es.*] V. 20, q.c. ἀπεχθάνεσθαι. D. ita, ... nonnulli ... Duæ postremæ mendosæ sunt, prior tolerari potest. V. 23, Aristoteles lib. 1 Ethic. cap. 10; καὶ πράγματα ... : nec adiicit ... Versus perfectus hic est; ... Plato in Protagora sic ait; ... V. 25, q.c. ... V. 38, ...] intellige calidas & siccas. vide Aristot. cap 5 & 6 lib. 1 μετεωρ. & toto lib. 3 de his agit. V. 40, q. ... : & hic punctum addunt. [Lat. t. v. 43, Gr. son. *Quidnam ergo tandem comedebas* (*inquit*) *& bibebas, non, vt nos, ambrosiam & nectar, sed panem & vinum?* V. 47, *e vaporibus exsucto alimento.*]

P. 851, v. 3, q.c. ... : & v. 7, ... V. 11, locus ex Homero Iliad ζ. V. 13, itidem locus ex Homero Iliad. α. V. 15, ἰθυνόντων pro ἰθυνόντων restituimus. Seq. v. q.c. ἀλλ' ὥσπερ: & v. 27, ... Si ita legas, ... interpretandum erit *imperare, & moderari.* hæc lectio diuersum efficit sensum; sicut & ea quæ sequuntur, ... Nam fortasse notat eos, qui spretis suis, ad alienos imperia transmiserunt. [V. 17, congruentius ... , accus. casu.] Ibidem in f. ... [Lat. t. v. 9, aptius fortasse, *insectatur & carpit ea qua f.* Et v. 11, *heroinis* (seu *deæ*) *adser.* V. 45, *sed dum mensarius esse voluisti, non animaduertisti te coqui & calamistria* (seu *fucatricis*) *vitam egisse.*]

P. 852, [v. 7, ē post ... expungenda est: vel legendum ..., vt mox v. 9.] V. 22, refelluntur hæc a Sozomeno Histor eccles. lib. 3, cap. 5: Euagrio lib. 5, c. 40 & 41: Cyrillo lib. 7 aduersus Iulianum. [Legendum autem ibi pro ... videtur ..., *inuenit.* V. 23, fortasse rectius ... V. 34, pro λόγον reponendum ...: aut cum eo subaudiendum ... vel aliud huiusmodi verbum. Lat. t. v. 7, Gr. son. *vt & victor gaudeat, & victus non queratur*- V. 23, *peplisque variis excultum & ornatum ad Asotiam deduxit.*

Sequentes septem versus interpres de industria videtur prætermisisse: quia religionis Christianæ derisionem quandam continent. Ne igitur & ipsa lectorem celentur, vt ceteræ quoque futiles veritatis insectationes, ita fere sonant; *vbi etiam filium inuenit versantem, omnibusque denuntiantem, Quicunque corruptor, quicunque homicida, quisquis piaculo aut scelere obstrictus exsecrando; confidens adsto, hac enim eum ablutum aqua, illico purum exhibebo: ac, si rursus eiudem obstrictus fuerit piaculis, dabo vt, pectus tundens, & caput feriens, iterum purus euadat.* V. 29, *ipsi & filius verbera insi gebant.* V. 34, *agnosceret.*]

IN OLYMPIODORI ΕΚΛΟΓΑΣ.

OLYMPIODORI ἐκλογὰς, 853, 1, e Photii patriarchæ Bibliotheca excerptas, per Ioánem Opsopœum nobis communicauit Franciscus Pithœus, antiquitatis diligentissimus conseruator. In iis, v. 4 & 5, notabilis est articuli epanalepsis; vt etiam v. 14 non absimilis vsurpata est resumptio. V. 15, pro x ı *centenarium* Zosimus 805, 43, habet *auri quatuor mille libras.* V. 22, de Rodogaiso & Gotthis meminit idem Zos. 803, 22. Meminit ibidem etiam Olympiodori ipsius, & errorem eius confutat v. 31. V. 29, ... referri videtur ad Constantinum

stantinum, transalpinarum prouinciarum Imp. de quo Zos. cum alibi, tum 825, 43. V. 33, Μογοντιακὸν lego: quæ inter primæ Germaniæ vrbes numeratur ab Amm. Marcellino & aliis. V. 41, Designati vocabulum significare videtur Imperatorem a seditioso exercitu creatum: qua de re vise Zos. 824, 27: 825, 36. Seq. v. rectius singulari num. μεθ' οὗ, *cum quo*. Mentio consulum istorum supra in Fastis pag. 50 & 51: & apud Cassiod. 626, 5. προέρχεσθαι autem de consulatus initione vsurpatum etiam a Zos. 818, 14.

P. 854, v. 18, pro ἀτίμοις potest etiam ἀτίμοις legi, vel ἀπροθύμως. Et v. 23, δαπάνας ἐπιδούς, *erogatis sumptibus*. V. 35, fortasse leg. ἀρύονται, *hauriunt*.

P. 855, v. 4, pro ἐπὶ perperam in exemplari erat λίθος. Seq. v. pro πλασμένα sententia postulat πεπλασμένα, vel πλασμάτια, aut ἀνεπλασμένα. Sic v. 7, ἐπιχεῖται vel ἐπέρχεται pro corrupto ἐπιχεῖται. V. 18, deest aliquid, siue μέχρι legamus, siue Μυχοί. V. 30, aptius fortasse περιελήλυθα. vt sit, *in circuitu habuerunt*.

IN SVIDÆ COLLECTANEA.

CÆSARVM vitas e Suidę lexico ante me collegerat, & Græce ac Latine publicarat vir optimus & doctissimus, Hermanus Vitekindus. cuius editionis cum exemplar diu inuenire non possem, denuo mihi collectio instituenda fuit. Quod, Hieronymi Wolfii editione adiutus, ita præstiti, vt, cum Vitekindi exemplar nancisci contigisset, aliquid accessionis a me factum animaduerterim. Gręcus igitur huius libelli textus, e Suida est excerptus: Latinus, Wolfii est; iis dumtaxat locis exceptis, qui a Wolfio erant prætermissi. Ea igitur collectanea vt leuiter percurram, pag. 856, v. 22, melius constabit metrum, si legamus, Λοιπὸν ἀπ' ἀγαθῶν. V. 43, τί μὴ interrogatiue cum W. accipiendum, aut legendum οὐδὲν ὅτι μὴ quamquam sentētia potius contrarium postulare videtur, οὐδ' ἐν τι, *nihil prorsus*. Sequens sane epicrisis a Dione in Caio refertur 252, 1: & in Nerone, 296, 41. Lat. t. v. 20, oraculum de Christo, Vitekindi editio his versibus expressit; *Me puer Hebræus, superum rex, linquere tecta Hæc iubet, & Ditis caecas remeare sub vmbras. Ergo silens aris tu nunc abscedito nostris.*

P. 857, v. 5, rectius στρατείας. locus desumptus ex Eutropio 107, 1: at sequens paragraphus de ingenio Tiberii, ex Dione, 222, 36. V. 24, pro ἐπαίροντας sententia postulat ἀπαιτοῦντας, vel εἰσπράττοντας, *exigentes*. Et v. 27 pro βουληθέντα Dio 226, 31, habet βουληθέντος τοῦ δήμου. vnde Lat. quoque textus v. 28 legendum fuerit, *vt, cum populus aliquando saltatore libertate donari peteret, voti comp.*

